




PROMPTVARIVM
SCOTICVM
REVERENDISSIMI P.
CAROLI FRANCISCI
DE VARESIO.

PROMPTVARIVM SCOTICVM OB OCVLOS EXHIBENS,

Quicquid in quatuor Sententiarum libris, & quodlibeto Doctoris Subtilis continetur suos in titulos digestum, atque ordine alphabetico explanatum,

Opus omnibus cùm Philosophis, tùm Theologis Scoti Doctrinæ studiosis optandum maximè, & necessarium.

INGENTI LABORE, & STVDIO

REVERENDISSIMI P.

CAROLI FRANCISCI

DE VARESIO

Ordinis Minorum, Prouinciæ Reformatæ Romanæ Patris, Lectoris controuersiarum emeriti, Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis qualificatoris, ac in Familia Cismontana Minorum Obseru. & Refor.

COMMISSARII GENERALIS

Concinnatum, Perfectum, & Illustratum, eiusdemque Opera in lucem editum. Facilioris tractationis gratia in duos tomos diuisum.

Quod priùs ab A. R. P. Stephano de Galuia eiusdem Reformatæ Prouinciæ Theologo eximio, & totius Reformationis Procuratore Generali conceptum fuerat, & inceptum.



TOMVS PRIMVS.





Venetijs Typis, & expensis Andreæ Poleti 1690.

Superiorum permissu, & Priuilegio.

Beatiſsime Pater.



Ommune omnibus ingenium, idemque votum ſingulis, qui proprij laboris monumenta nuncupare geſtiunt, virum eligere, quem aut publica poteſtas euehit, aut ſingularis eruditio commendat; aut erga quem, per receptorum beneficiorum recordationem, proprij ſollicitatur animi gratitudo. Poſtremum hoc retributiuæ iuſtitiæ; primum prouidæ fortitudini; aliud cir-

cumspectæ prudentiæ tribuendum ; neque enim ingratitudinis argui , cum aliquid possis reddere ingenuo viro concessum ; neque pupillo viuere absque defensore tutum ; neque probatum Poliorceticen Philosopho , vel Physicam militum Ductori inscribere . Mihi PROMPTVARIVM HOC SCOTICVM *effæto , communemque morem prosequenti non diù immorandum fuit illi Patronum decernere ; præ omnibus cæteris enim occurrit* SANCTITAS VESTRA , *in qua vna sum contemplatus esse collecta ea omnia , de quorum singulis Scriptores in proprijs operibus dicandis sunt solliciti . Si enim authoritatis potentiam spectemus , nulla per vniuersum Orbem maior Summi Pontificatus apice , cui terrenorum imperiorum fasces submissi , cui Cœlestis Regni claues creditæ , cui diuinorum oraculorum interpretatio demandata . Ad hunc ,* BEATISSIME PATER , *priusquàm tot heroicorum facinorum specimine illo te dignum proderes , post æternæ præordinationis decretum , quo ad eum fuisti destinatus , vocabat* PETRI *nomen , per quod innuebatur* TE *illius nancisci debere potestatem , cuius vocabulo fueras insignitus . Ad maximum autem Apostolicæ dignitatis fastigium , an auitæ , an propriæ virtutis merito sis proue-*

ctus ,

ctus, decernere ardua satis prouincia; hinc indè enim militant, quæ ancipitem reddant sententiam. Tutum porrò efferre censerem, proauorum tuorum pro Catholica Religione gesta gloriæ tibi præstitæ semina iecisse, quæ multiplici per tuum studium aucta fænore in tantæ celsitudinis verticem maturuerunt. Scio quidem ineptum esse gloriam à maiorum gestis quærere, & vt canebat Satyricus

——— Miserum est aliorum incumbere famæ; *monitum tamen Diui Ambrosij est:* Non solum mores in ijs, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes debere laudari, vt veluti transmissæ immaculatæ puritatis hæreditas, in ijs, quos volumus laudare præcellat. *Est enim in filijs patrum virtus simul cum sanguine transfusa; quæ eò proceriorem gloriæ consurgit in arborem, quò magis imas in antecessoribus est nacta radices. Vetustissimam* OTTHOBONORVM *Prosapiam inter Chalcidici Regni primarias floruisse accipimus; & licet bellorum tumultibus ætas confusa distinctam priscorum ipsius heroum memoriam præripuerit, eius nobilitatis specimen stemmatis diagramma proloquitur. Bicipiti donatos Aquila eos solos scimus, qui in vtroque imperio Ortus, nempè, & Occasus, bellicæ fortitudinis exempla posteris*

Iuuen. Satyr. X.

Lib. p. in Luc.

Preg. della Nob. Venet. fol. 70.

 relique-

reliquerunt ; & *cum hæc Imperialis ales aurea redimita corona* OTTHOBONÆ *familiæ sit teßera , liquet illius Prothopatrem militari ea gloria in Occidentis* , & *Orientis Romano Imperio floruiße , quæ Imperialis characteris stigmate fuerat iure merito nobilitanda . Illius porrò virtutis præmium stimulus fuit Nepotibus , nè otio , neuè ignauia torpentes , auis degeneres culparentur ; Chalcidis Regnum dum sub Leone Veneto floruit ,* & *catholica pariter in eo floruit fides , natali in solo æquè floruit clara Stirps* OTTHOBONA ; *at postquàm diuino inscrutabili decreto Tyrannico Turcarum iugo illud premi iussum est , hæc ne fidei cederet , cessit diuitijs , cessit patriæ , sed non virtuti . Veneto siquidem inserta dominio, inque ciuilium familiarum album coaptata , per egregios ipsius viros ostendit imparem meritis locum esse sortitam . Nimius eßem ,* BEATISSIME PATER , *si tot virorum illorum facta vellem singillatim expendere ; sufficit* Antonium Auum , Proauum Stephanum , & Marcum Patrem *indigitasse . Illi inuictißimi inter duces , & bellatores in Castris Christianæ militiæ pro patria , imò potius pro fide contra Turcas fortißimè dimicantes occubuerunt . Pretioso Victoriæ fæno-*

Ciaccon. Vit. Pontif. Tomo 2, f. m. 692.

fænore pro vna data plurimorum hostium vitam abstulerunt ; nec atra cupreßu lugendum, sed victricibus palmis laureatum funus plaudendum reliquerunt , inuictos porrò iure merito prænunciaui , qui tali bello ceciderunt : pro patria namque cadere , surgere est ; & pro fide mori, est viuere immortalitati . De Marco *Patre dici ad eius encomium posset ; quod olim de Philippo Macedone pronunciatum, nempè :* Hoc vnum dixiſſe ſufficit, te filium genuiſſe Alexandrum ; *at ipsius virtuti detraheret , qui de filij dignitate , quantumuis maxima , ipsum laudare vellet ; licet enim* Gloria ſit Patris filius ſapiens , *longè* Prou. cap. 10. *tamen maior est , quæ de insitis animi dotibus ducitur , quam illa , quæ ab aliena excellentia mutuatur . Is* Magni Reipublicæ Venetæ Cancellarij *munere summa fide , summa integritate , summa prudentia præclarissimè est functus . Magno Patriæ bono natus ; delectus à Principe , cui omnium publicorum negotiorum arcana scripto seruanda mandarentur . Non hic locus amplificandi eius in tali munere diligentiam , fidelitatem , prudentiam , consilium , omnia tandem in absolutissimo tantæ* Reipublicæ Cancellario *requisita ; hæc namque magis patuere ex præmio publico , quam sibi tot virtutes*

 para-

parauere ; eo quod posset encomiastico quouis calamo exagerari . E ciuilibus erepta, & inter Patritias inserta , omnium calculis fuit familia OTTHOBONA, *nefas enim prudentissimis Patribus visum , tantum Virum optimè de Patria , & de Principe meritum inter* clarissimos optimates *non cooptare , quem iam Optimum integri mores, clarissimum consummatæ virtutes declarassent . Tali stipite prodijsti,* BEATISSIME PATER, *& in* TE *tanquam surculo viuidus tot radicum succus, diuinæ prouidentiæ sole attrahente , euasurus in* arborem, cuius altitu-

Daniel. 4. do Cœlum pertingeret , (*ut Nabuchodonosori visa*) *fuit congestus* . Fons *familiæ tuæ chrystallinis nobilitatis laticibus scaturiens*

Esther. cap. 10. *in* TE creuit in fluuium ; & in Solem, & lucem conuersus est ; *ad summi enim Pontificatus apogæum euectus , Cælo conterminam consequutus es dignitatem . Tanti arboris*

Ezech. cap. 19. virga euasit in sceptrum dominantium , *dum Apostolici apicis potestas Regalium , ac Imperialium culminum dominijs superfertur , & iuribus Vniuerso dandis est à Christo Domino instituta . Fontis illius riuus euasisti in flumen,* BEATISSIME PATER, *doctrinarum fluentis exuberans , ac Ecclesiæ agrum vitali humore irrigans , at longis emen-*

sis

sis laborum excursibus in Solem conuersus es, dum in Petri throno *considens tanquam Sol Ecclesiasticis syderibus praees; tanquam Sol Christianae vitae es Pater; tanquam Sol luce veritatis, quam fidelibus impartiris, errorum tenebras depellis; vitiorum gelu dissoluis; virtutis spiritum nutris; agendis tempora distinguis; motum viuentibus tribuis; charitatis calore omnes foues; tandemque* CATHOLICI ORBIS MONARCHA *principaris. Nullibi ergò extra* TE *Operi meo potentius mihi fuit quaerendum patrocinium. Quod autem grati animi motus pro viribus benefactori quae possunt referri rependenda instillat, nulli magis, quam* TIBI *hic, qualiscumque, laborum meorum fructus exhibendus: tòt enim, tantorumque beneficiorum nexibus vinculatus, tot oneribus pressus, & tot numeris debitor existo, vt non tantùm omnia mea, sed me totum tibi debeam, & cum haec tibi dederim, impar semper debito retributio erit mansura. Quae acceperim singula referre vetat animi tui magnitudo, impedit pariter in me facundiae defectus, satis ille benè fecisse, sed mihi non satis eloquentiae, vt humanitatis in me tuae profusam liberalitatem valeam adequatè recensere; vndè & secundo ex titulo librum hunc fuisse*

à me

à me TIBI *conuincitur consecrandum*. *Cui autem*, BEATISSIME PATER, SCOTICÆ DOCTRINÆ PROMPTVARIVM *inscriberem, nisi* TIBI, *qui omnimodæ eruditionis emporium ad stuporem, & miraculum existis? Hoc proloquuntur infinita penè munera, quibus publico bono es perfunctus ea dexteritate, & prudentia, quæ non officijs parem, sed longè proderent superiorem; Philosophico Patauij emenso puluere, geminaque Canonici, Cæsareique Iuris lauro adepta Romam concessisti, optimo sanè consilio; tantæ siquidem virtuti sola* Vrbs *aptum theatrum erat, in quo totus Christianus Orbis scientiarum encyclopediam in* TE *vno posset mirari cumulatam. Quod si aut calamus, aut lingua quandoque decipiunt in sapientem virum iudicando, solusque* Magistratus hominem probat, *omnigenam eruditionem tuam officia omnia Christianæ Reipublicæ, quibus perfectissimè es perfunctus, sunt contestata*. Vtriusque signaturæ *ab Vrbano Octauo* Referendarius *institutus, quid iustitiæ seueritas, quid gratiæ indulgentia exposcant consuluisti. Variarum Vrbium Ecclesiasticæ ditionis* Prætura *functus*, Interamnensi, Reatinæ, Typhernatique Vrbibus præfectus *hoc*

Plutarc.

præ-

præstitisti , ut litium dispendia finem ; sontium crimina pœnam ; publica fælicitas securitatem , per tuum regimen , nanciscerentur . Ad Spoletanos *, finitimosque populos de finibus inter se discidentes , & iam iam in tumultus erupturos pacificus* Caduceator *missus , ea eloquentia elatos animos sedasti ; ea claritate partium iura librasti ; ea humanitate concitatos spiritus demulsisti ; ut de propria iustitia contenti , de motis litibus anxij , de limitrophorum amicitia securi euaserint , & partæ tranquillitatis genitricem prudentiam tuam proclamarint . Romam puduit tantam virtutem priuatis Vrbibus impendi , voluit* Vniuerso *prodesse , quem vndè* Vniuerso *consuleret , parem probabat vniuersitas doctrinarum . Inter Areopagitas* Rotæ *Iudices summis omnium Doctorum , bonorumque votis , Vrbano eodem promouente , fuisti assumptus . Bone Deus , quam in litium difficultatibus enodandis perspicacitatem ; in legum ænigmatibus explicandis claritatem ; in Canonum profunditate penetranda acumen ; in conciliandis iuribus facilitatem ; in decidendo promptitudinem , breuitatem , eruditionem non ostendisti ? Hoc mihi dignè dicere difficile , nationemque factis æquare impossibile ; melius de* TE ,

BEA-

BEATISSIME PATER , *loquuntur scripta tua , & cuius , quantæque doctrinæ omnigenæ sis indeficiens scaturigo ; abundè proloquuntur* DECISIONES *tuæ, quas Curialium Romanorum votis repetitis indulgens publici iuris fieri permisisti . Haud longè debuit iudicialis* Rotæ *peripherià ingenij tui vastitas limitari . Immensum quidem cæteris , tibi verò emensum iurisprudentiæ pelagus ; impar* TIBI *litigatoribus dicere sententiam , pragmaticisque inter se de re aliena colluctantibus iura dare . Ad omnia natum ingenium tuum omnia poscebat , in quibus se proderet , omnibus prodesset . In amplissimum ergo* SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIVM SENATVM *ab Vrbani successore Innocentio Decimo fuisti assumptus ; ampliorem fateor in eo virtus tua arenam nacta est , non tamen sibi ex integro parem . In hoc spectabili* Patrum Purpuratorum *consessu , & quænam excellentiæ tuæ toti orbi spectanda facta non exhibuisti ? Quodnam arduum Christianitatis negotium , aut consuetum , aut insolitum , cui expediendo non interfueris ? Quænam pro grauissimis* Ecclesiæ Catholicæ *rebus digerendis , & dirigendis* Sacræ Cardinalium Congregationes ,

nes ,

nes, *in quibus non consulueris?* *Pro decernenda solemni seruis Dei Apotheosi*, *in* Congregatione Sacrorum Rituum; *Pro interpretandis reconditis ipsius sensibus*, *in* Congregatione Concilij Tridentini; *Pro dilatanda Euangelica per efferas gentes doctrina*, *in* Congregatione de Propaganda fide; *Pro castigandis Scriptorum erroribus*, *in* Congregatione librorum Indicis; *Pro retundenda hetherodoxorum audacia, Catholicæque fidei puritate tuenda*, *in* Congregatione Supremæ, Vniuersalisque Inquisitionis *desudasti*; *nec adhuc æquale virtuti tuæ commissum pondus, Episcopis designandis, examinandis, dispensandis; grauissimis Consistorialium negotiorum causis maturandis; Regularium statui, eorumque controuersijs dirimendis; Vrbis Ecclesiarum, locorumque piorum rebus benè administrandis; Sacrarum Reliquiarum genuino statui, & Indulgentiarum thesauro dispensando*, *in* Sacris Congregationibus Concistoriali, Episcoporum residentiæ, & examinis eorundem, & Regularium, horum status, Apostolicæ Visitationis, ac Indulgentiarum *incubuisti*. *In his duodecim velut Ecclesiastici Zodiaci domibus perpetua, actiuaque vertigine operans, sicut Sol nunquam à iustitiæ eclyptica deuius, multiplices*

virtu-

virtutum radios vibrasti, quibus *Vniuersæ Ecclesiæ*, cuius, quantæque sapientiæ possessor existeres demonstrasti. Prætereo Pastoralis vigilantiæ exempla, quæ ad regendam Brixiensem Ecclesiam ab Innocentio Decimo destinatus posteris quidem imitanda; sed ægrè equanda exempla reliquisti. Taceo promptitudinem in dimittenda ad nutum Alexandri Septimi vnius Ciuitatis Episcopatu, vt omnium Ecclesiarum commodis in Vrbe residens consuleres. Sileo integritatem, prudentiam, fidem, celeritatem, æquitatemque, quas consummatissimo exemplo, à Clemente Nono Datarius destinatus, in dispensandis per Orbem vniuersum Ecclesiasticis beneficijs ostendisti; tot nanque, tantaque perstringere breui nuncupatoriæ epistolæ epitome minimè concessum. Hæc omnia, BEATISSIME PATER, probarunt TE quantumuis ingentibus, TE tamen minoribus, negotijs implicatum; debuisti proindè parem viribus curam, æqualemque meritis nancisci dignitatem. Hoc voluit DEVS OPTIMVS MAXIMVS, qui TE VICARIVM suum in terris designans, tot virtutum cumulo decoratum præordinauit. Hoc voluit Purpuratorum Patrum Senatus, qui TE præ cæteris dignum agnouit, qui in PETRI throno to-

no toti Ecclesiæ principareris. *Hoc item omnium bonorum votis expetitum, omnium Doctorum calculis probatum, Christianorum omnium desiderijs exoptatum. In tanto Apostolici culminis fastigio collocatus habes vnde ea omnia pares, ad quæ multipliciter idoneum anteacta gesta demonstrarunt*. Canones, iura, *quibus explicandis insudasti, nunc dare tibi datum*; Theologicam disciplinam, *quam illustrasti per laborem, modo stabilire potes per authoritatem*; Hæreses, *quas repressisti calamo, nunc opprimere vales gladio*; politicam, *quam consilio iuuasti, nunc potes firmare decretis*; Philosophiam, *quam coluisti studio, nunc vales promouere beneficijs*; Christianorum Principum concordiam, *quam suasisti eloquentia, modo eniti potes imperio; litteratorum hominum fortunam, pauperum subsidia, oppressorum leuamen, miserorum tutelam, quæ desiderio fouisti, nunc alacri beneficentia parare* TIBI *concessum*. *Tot ergo nixus argumentis*, BEATISSIME PATER, PROMPTVARIVM *hoc* SCOTICVM *ad Apostolicos pedes prouolutus* TIBI *statuo*. *Habes in hoc vndè omnimoda maximi ingenij tui eruditio delectetur; vndè supremæ authoritatis tuæ vis exerceatur, il-*

lud in

lud in legendo , hoc in protegendo . Nulla ſcientiarum omnium difficultas SCOTI *ingenium euaſit , quam non peruaſerit acumine ; nulla earundem diſciplina , quam* Oxonienſibus *ſcriptis non tetigerit , vt* cæteras doctrinas Theologicæ ſapientiæ oſtenderet ancillari . *Sed mirum quot dicterijs , calumnijs , impoſturis impetita ſemper fuerit* SCOTI *doctrina , quam* inoffenſo pede , *vt de* Lib. de Scrip. Eccl. *libris Hilarij ſcripſit Hieronymus , recipi poſſe , oſtendunt* Concilia Generalia Piſanum , Conſtantienſe , Florentinum , Lateranenſe quintum ; & Tridentinum , *quæ nec minimè in fide erroris Reum* SCOTVM *duxerunt ; nec ex eius operibus aliquid expurgendum indicarunt , cum accuratam alioquim maximè* Tridentini Patres *adhibuerint diligentiam in librorum examine , doctriniſque expurgandis* . SCOTVM *hic culpat tenebris inuolutum ; alius velitationibus implicatum ; hic in ſcribendo inordinatum ; iſte in inquirendo audacem ; apud hunc temerarius auditur ; apud illum barbarizans traducitur ; taxatur vt mancus ; tanquam mordax ſugillatur ; & eò proceſſit aliquorum amentia , aut potius liuor , vt eum cum hæreticis ſenſiſſe , ſemipelagianumque fuiſſe non dubitauerint effutire . Hæc de* SCOTO *ſcribunt ,*

vt

vt plurimum , qui SCOTI *textum minimè viderunt , sed relatum ab ijs , qui non æquo oculo illum legerint , & curta fide retulerint , exceperunt . Scoticæ doctrinæ accidit , quod arti Sacrarum Scripturarum conquæritur Hieronymus .* Hanc vniuersi præsumunt , lacerant antequam discant . SCOTO *imponunt quod* SCOTI *non est , & ipsum , vt feriant , hostem fingunt . Difficilem eius intelligentiam probrè vertunt , tenebrosum inclamantes ; at non aduertunt noctuas in tenebris oculatas in lumine cæcutire ; visumque ineptum reddi æquè per intensissimum Solis splendorem , ac per densissimas noctis caligines ; Scoticæ proindè lucis sibi inaccessæ fulgorem ; quem ferre non possunt , tenebriones ipsi , vt tenebrosum incusant . Contra tot hostes, quot exceptura est* SCOTI *doctrina in hoc* PROMPTVARIO *fidelissimè ordinata inuocaris vt* Protector , BEATISSIME PATER; *Ille licet inter* Theologos *doctrina sit* MAXIMVS , MINOR *tamen est professione ,* MINORI *ergo huic , iuxtà leges , dandus est* Tutor , *qui eius censum , scripta nempè sua , tueatur . Tutelam igitur eius suscipere ne dedigneris benignitate ; administrare ne renuas authoritate . Hoc spondet beneuolentia , qua me hucusque es prosecutus ; hoc*

Prolog. Galeat.

suadet

ſuadet ſtudium , quo tantum Doctorem coluiſti ; hoc conuincit qua potiris dignitas Summi PONTIFICIS ROMANI CHRISTI VICARII, qui Pater eſt omnium, & Fratrum Minorum nihilominus ſpecialis ; *inter quos minimus merito , ſed maximus obſequio , deuotione , & reuerentia , Apoſtolicos* BEATITVDINIS VESTRÆ *pedes exoſculatur .*

Cap. Exijt c. Ad hac : de Verb. ſign. lib. 6.

Fr. Carolus Franciſcus De Vareſio .

AD LECTOREM.


Ntequam pedem inferas in Scoticum Promptuarium, vt ex ditissimo Subtilis Doctoris penu ad quotidianum ingenij alimentum tibi depromas quodlibet, paucis te monitum volo, Amice Lector; & hoc in primis, ne me actum agere putes, tituloque tantum mutato, antiquam canere cantilenam. Multi quidem circumferuntur Indices, & Tabulæ Scoti; at quales, quantique faciendi, ipsa experientia docuit, quæ blattarum, ac tinearum epulas in Bibliothecis relinquit, vtpotè vtilitatem nullam, vel paruam admodum afferentes; nec facem quidem mihi præferre potuere, vt quicunque nostram operam cum aliorum studio volet componere, facili negotio deprehendet. Deindè cupiebant hactenus, illis neglectis Indicibus, Scholastici omnes, & Nostrates, & (fortassè magis) alieni Scoti doctrinam veluti expansam; claroque ordine euolutam præ oculis, & manibus habere: quotus enim quisque est, qui tanti, ac tam illustris Auctoris sententias, atque argumenta magna vndique auiditate non captet ad suam ipsius litterariam pharetram instruendam? At pauci tamen, nisi diù, multumque diurna, nocturna manueius libros versauerit, puram illius doctrinam haurire ex fonte queunt; profundus est enim, nimiumque subtilis, & Delium natatorem sæpè sæpiùs requirit. Cum verò deriuatur in riuulos Commentariorum, Expositionum, Scholiorum, &c. mirum, quantum natiuæ sinceritatis amittat, canalium coloribus multoties infecta: dum enim vnusquisque nimis in proprio sensu abundat; ad eum firmandum incongrua aptat testimonia, nec subtilius inuestigare dignatur quid subtilissimus verè senserit, alijsque in locis edixerit, *quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus* (quod Hieronymus in Expositoribus Sacrarum litterarum damnat) *deprauare sententiam, & ad voluntatem suam scriptorem trahere repugnantem*. Taceo de illis, qui in nostris non militant castris, apud quos non rarò audit Scotus, quæ ne per somnium quidem viderat vnquam, & calumnijs exponitur, quia vel non auditur, vel non intelligitur. Vt isti malo

** occur-

occurreret, ansamque præberet Theologis non modo Scholasticis, sed & Moralibus, Philosophis item, & Concionatoribus, adeò insignem Magistrum magno cum emolumento legendi, & vt satisfaceret votis multorum id enixè poscentium, concepit olim,& incœpit hoc opus Pater Stephanus à Galuia,qui à primis annis ad senium vsque in Scoti libris discendis, docendis, & illustrandis sedulam nauauerat operam; sed alijs distractus curis, & diutino, odiosoque labore fessus, vix prima manu Tabulæ admota, diem obijt extremum, vita defunctus, antequam munere. Imperfectissimum fætum, morte Parentis abiectum ego fouendum suscepi, non solum vt fratris semen suscitarem, & nomen, sicuti lex spiritalis præcipere videtur Deuter. 25. sed vt Magistro de me optimè merito vicem vtcumque redderem; & quam ille operam in me instruendo insumpserat, ego in eius opere prosequendo, expoliendo, & perficiendo responderem. Fateor, statim pietatis pertæsum esse, adeo vasta, difficilis, ac ardua Prouincia videbatur: At grati animi solicitudo, amorque alios iuuandi, & doctrinam subtilissimi Doctoris ad vniuscuiusque profectum planam exponendi, sicque à detractionibus vindicandi, pectus vrgebant,& labor improbus omnia vicit. Compleui itaque, ac adornaui, Deo opitulante, hoc opus, graui licet incommodo, magno licet temporis, & aliorum studiorum dispendio; sed quanto tuo commodo, atque compendio, beneuole Lector, animum quæso aduerte.

Habes hìc non solùm Indicem locupletissimum in communes locos partitum, vt fieri solet, sed diuisione multiplici ad minimas suas species remquamque diductam, vt dicto citiùs quælibet sententia, quodlibet penè verbum reperire sit.

Habes, & textum germanum, atque emendatissimum ipsius Scoti ex antiquioribus erutum libris; omnia namque per extensum exscripsi, ne cogereris semper ad minima quæque visenda Auctorem ipsum adire. Hinc Promptuarium iure nominandum censui, vtpotè in quo omnis & penus, & supellex Scholastica à Scoto abundè suppeditata ita disposita sit, vt quasi ad manum redacta, inuentu facillima, & manifesta statim promi, ac proferri ad vsum quemlibet possit. Auream quidem Tabulam inscribendi primò animus fuit, vt nimirum illi D. Thomæ opponeretur; at sicuti res ipsa est longè ab illa diuersa, sic & nomen aliud fronte gestaret, edixi.

Habes

Habes & fidelem (absit inuidia dictis) Expositorem, qui vno, aut altero verbo, & pluscalis nonnunquam, per parenthesim infectis, mentem Doctoris indigitat, & illustrat, quæ ipsius sint; quæ aliorum, (nam multa aliena maximè Henrici à Scoto relata maximè occurrunt) quæque ab ipso approbentur, quæ refellantur, breuiter, & dilucidè ostendit; sententias explet, & quò dirigantur demonstrat: quotquot denique adhuc eius ambagum, & anfractuum imperiti Scoticam viam ingrediuntur; non modò Mercurij lapidem, qui rectum iter doceat, sed etiam Ducem expertum, & minimè morosum reperient.

Alphabeticus ordo omnium planè clarissimus, & maximè obuius mordicus à me seruatus extorsit vel ab inuito, vt aliquod verbum transponerem, aut non nihil inuerterem, sed nullo sententiæ nocumento, ad quam liquidiùs proponendam eadem repetere, & diuersis sub titulis, ad quos pertinebant, ponere nequaquam refugi. Vndè librum adeò necesse fuit excrescere, vt vnum in volumen commodè congeri nequiret, & facilior eius vsus omnino efflagitauit vt duos partiretur in Tomos, quemadmodum in nouissima Polyantheæ editione, & in Passeratij Calepino, alijsque eiusmodi grandioribus operibus magno studentium commodo factum est.

Quatuor dumtaxat sententiarum libris ex Oxoniensi scripto, & Quodlibeto Scoti in hoc Promptuario adornando vsus sum, non quod alia multa, & præclara opera abiudicem, & Doctori nostro hanc laudem detraham; sed quia non adeò communi calculo ipsi addicantur, aut approbentur, & in Scholis hæc solummodo vsu recepta sint.

Plures citationes pro vnaquaque sententia apposui, & hoc grauiorem maximè stiuam reddidit, cum omnes (saltem cognitæ) editiones oculis lustrandæ fuerint; sed nulli labori parcere volui, vt si quis certior de veritate, & puritate adductæ sententiæ fieri cupit, statim voti compos euadat, quamlibet editionem præ manibus habeat, euoluatque. Primò igitur affertur numerus, quo quotus sit sententiarum liber indicatur; secundò præmissa littera D. distinctio significatur; tertiò præposita Q. quæstio demonstratur; paragraphus deindè hoc signo §. specificatur; posteà versus hoc asterisco ℣. notatur; post hæc littera marginalis, vltimò numerus item marginalis extenditur; ita vt tota citatio hac serie constet. Exempli gratia 4. D. 12. Q.

4. §. *Quantum ad istam*. ℣. *ad primum*. B. 13. hoc est; Libro quarto sententiarum, Distinctione duodecima, quæstione quarta, paragrapho *quantum ad istam*, versu *ad primum*, sub littera marginali B., & numero marginali 13. Quodlibetum sic notatur. Quodl. deindè Quæstio quota sit, §. ℣. & cætera, vt suprà.

Paragraphos, Versus, litteras mihi subministrarunt editiones antiquæ Gothico caractere Papiæ, & Lugduni impressæ. Paragraphos autem vocamus, vbicunque in illis typis capitalis ponitur littera; versus, vbi hæc præfigitur notula ℭ; numeros verò marginales hausi ex editione Antuerpiensi, quam Scholijs distinxit Cauellus; & ex Lugdunensi, quam recensuit Vuadingus. Itaque vel vnam, vel alteram apud te habeas editionem, facillimè seù per numeros, seù per litteras, & versus reperire poteris quod vis: Sin autem neutra suppetat, in ipsa vulgari Veneta editione non rarò cum Gothicis paragraphis coincidunt versuum initia maiusculis litteris exarata, vt sine magno labore etiam ex illis quamlibet valeas expiscari sententiam. Quapropter multoties cum verba desumebantur ex aliquo eminentiori loco quæstionis, omissis litteris, & Versibus, notaui hoc modo: *in principio*; vel *propè finem*; *seù in tertio articulo*; aut *in responsione ad secundum*, &c. quæ vbique extant, & oculis in omni editione sunt obuia.

Denique illud etiam, atque etiam peto, vt si quid vel Amanuensium, vel Typographorum incuria erratum fuerit, in tot, tamque diuersis numeris, litterisuè recensendis, benignus condones, præsertim cum officio irretitus editioni præsens esse nequiuerim, & Typographus acuratiori solertiæ addici non potuerit, eo quod opus suis expensis imprimeret. Certè diligentia mea non defuit, nec labori quicquam peperci, vt quam emendatissimum volumen prodiret; sed quandoque bonus dormitat Homerus, & Argus allucinatur nonnunquam. Si quid verò vtilitatis tuis hoc in opere studijs attuli, acceptum referas Deo Optimo Maximo, cui soli honor, & gloria.

Fr. Carolus Franciscus de Varesio, &c.

APPRO-

APPROBATIONES
THEOLOGORVM ORDINIS.



Ttentione tota perlegi opus, cui titulus *Promptuarium Scoticum*, relatiuum omnium Scoti propositionum ordine alphaberico digestarum, à Reuerendissimo Patre Fr. Carolo Francisco de Varesio in hac Cismontana familia Minorum Obseruantium, & Reformatorum Commissario Generali confectum; in quo nil adiunctum, nil immutatum inuenitur, sed in omnibus, & per omnia verbatim cum ipsomet Scoto conueniens, quicquid continet reperitur; cum hac tantum differentia, quod illa, quæ pluribus Scoti operibus sunt dispersa, in hoc vno opere fidelissimè sunt colligata, ingenti labore, ac studio, faciliori methodo disposita, ac certissimis citationibus ad promptam omnium inuentionem collimata. Opus sanè quemadmodum valdè vtile eiusdem professionis studiosis; ac proindè à quamplurimis vehementer expectatum, ita ad communem vtilitatem, omniumque votorum impletionem tutò in lucem edi posse subscribo.

Ex Collegio S. Petri in monte aureo de Vrbe die 30. Augusti. 1688.

Fr. Casimirus Lusitanus Controuersiarum fidei Lector.

NOs infrascripti in Transtyberino S. Francisci Conuentu Sacræ Theologiæ Lectores totum percurrimus ingens volumen, cui titulus *Promptuarium Scoticum*, &c. opera, & studio Reuerendissimi Patris Caroli Francisci de Varesio totius Cismontanæ Familiæ Minorum Obseruantium, & Reformatorum Commissarij Generalis concinnatum, & perfectum, nihilque in eo, quod non subtilissimi Doctoris verba non modo, sed mentem ipsam expromat, ac eius profunda veluti in planitiem oculis vel properantibus offerat; Fidei Catholicæ, probisque moribus adeò consonum sit, vt Scotus ipse Orbi litterato notissimus reperiri possit, confidimus. Quin & in hoc lucubrationum genere hactenus desideratum quidem, at nondum simile visum Opus conspicimus, in quo ipsemet, vt ita dixerimus, Duns rediuiuus, quantitudem, indigestamque Doctrinæ molem, præuentus morte, reliquerat, dispositam fecit, sectamque in membra redegit. Tenebricosis anfractibus, quibus suarum specularionum iter ob nimium ingenij acumen sepsit, facem præfert, lucemque infert, ne sequentium hebetudo ipso in limine cæspitare censeatur. Laborem igitur, qui maximè leuare possit labore Scholasticos omnes, siue pro Scoto, siue contra, verbo, calamo pugnent, Typis quamprimùm committendum censemus.

Romæ ex præfato Conuentu die 28. Iulij 1688.

Fr. Deodatus à Roma, &c.
Fr. Alexander à Grabedona, &c.

Reue-

Reuerendissime Pater.

TRansmissum ad nos à Reuerendissima V. Paternitate grauissimum opus, qua decuit existimatione recepimus, & attentissimè ambo iteratò perlegimus, fatemurque obstupuisse quomodo P. V. Reuerendissima ætate non senex, studijs non totus, quia pluribus in annorum etiam virore à litteraria valdè distractis facultate curis implicitus, opus tale perfecerit, quod nemo alius, nisi senio confectus vel quidem aggredi potuisset. Quantum laboris, vigiliarum, & studijs steterit, vix comprehendi, nisi ab experto, posse censemus. Quantum verò vtilitatis, ornamenti, facilitatis, & commodi (si communis fieret iuris) Scoticæ doctrinæ studiosis, vel lippis, & tonsoribus ipso titulo innotescit. Quamobrem sicut illud summa cum voluptate, profectuque nostro perlegimus, deque eo, profectuque inde prouenturo spem altissimam concepimus, ita operæ pretium duximus P. V. Reuerendissimæ supplicare, prout præsentibus facimus, vt selectis probis, doctisque viris in hac, vel alia typorum fæcunda Vrbe, quoniam Superiorum placito extra Romanam imprimi conceditur, illius impressionem committat, ad Religionis nostræ decus, doctrinæ Scoticæ ornamentum, studiorumque commodum; imò & pro singulis Conuentibus à Patribus Prouinciarum Superioribus communis rei gratia iubeat comparari. Ita certè absque fuco in Domino sentimus, tanquam de volumine, in quo non solùm nihil contra fidem, & bonos mores legatur, sed quod ad propugnandam Scoticam veritatem, tanquam promptissimum armamentarium, expeditissima omnia studiosis præparet, ac ministret.

Dabamus in Conuentu Sancti Francisci de Vinea Venetiarum hac die 1. Octobris 1688.

Ita censeo ego Fr. Antonius Maria de Blanchis Venetus, publicus Metaphysicæ professor, Ordinis Pater, & Minister Prouincialis.

Ita censeo ego Fr. Petrus Venetus S. Theologiæ Lector Iubilatus, Sancti Officij Consultor, & Ex-Diffinitor.

APPRO-

APPROBATIO
THEOLOGI DEPVTATI
Ab Adm. R. P. Pro-Magistro S. Palatij Apostolici.

EX commissione Reuerendi Admodum Patris Ioseph Clarioni Sacri Palatij Apostolici Pro-Magistri ego infrascriptus perlegi opus, cui titulus (*Promptuarium Scoticum*, studio Reuerendissimi Patris Caroli Francisci de Varesio, in Cismontana familia Minorum Obseru. & Reformatorum Commissarij Generalis elucubratum) nihilque in eo deprehendi, quod sanam fidem, sacros Canones, integritatem morum offendat; non nisi enim antiquam, & toto Orbi celebrem Doctoris subtilis doctrinam reperi, ipsis omninò Scoti frasibus, & verbis nouo ordine sub oculis exhibitam; quapropter eodem gaudet sapientiæ candore, quo primæua Subtilis euulgantur volumina, & à Doctoribus suscipiuntur, idemque appretiationis sibi vindicat pondus: imò vberioris crediderim fructus, siquidem collectim facili methodo, & suis locis concinnata exponuntur, quæ sparsim, & minus distinctè in suo fonte gustantur; quare opus beneficio typorum dignum existimo, & publicæ vtilitati proficuum.

Datum in Seminario nostro Missionum apud Sanctum Pancratium die 9. Octobris 1688.

Fr. Liberius à Iesu Controuersiarum professor in Seminario Missionum Carmelitarum Discalceatorum apud S. Pancratium, &c.

Facultas imprimendi extra Vrbem.

IMprimatur extra Vrbem, si videbitur Admodum Reuendo Patri S. Palatij Apostolici Pro-Magistro.

Stephanus Ioseph Menattus Episcopus Cyrenensis Vicegerens.

Imprimatur extra Vrbem vt petitur, seruatis tamen seruandis:

Fr. Ioseph Clarionus Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magister, & S. Apostolici Palatij Pro-Magister.

FR.

FR. CAROLVS FRANCISCVS
DE VARESIO

Ordinis Minorum Strictioris Obseruantiæ Seraphici S. P. N. Francisci, Suprema, ac Vniuersalis Sanctissimæ Inquisitionis Romanæ Qualificator, & in tota Cismontana familia, tam Obseruantium, quàm Reformatorum Commissarius Generalis, & Seruus. Dilecto nobis in Christo Adm. R. P. Fr. Antonio Mariæ de Blanchis Veneto eiusdem Ordinis Sacr. Theologiæ Lectori emerito, Ex-Diffinitori, & Cismontanæ Obseruantiæ Ex Vicario Terræque Sanctæ actuali Commissario Generali, Sanctissimæ Inquisitionis Consultori, in celeberrima Patauina Vniuersitate Publico Metaphisicæ Interpreti, Almaeque nostræ Prouinciæ Sancti Antonij nunc tertiò Ministro Prouinciali. Salutem in eo, qui est vera salus, &c.



Vm per plures Ordinis Nostri Theologos, præcipuè verò per Te, & R. P. Fr. Petrum de Venetijs eiusdem Ordinis, & Prouinciæ Lectorem Iubilatum, Sancti Officij Consultorem, & Ex-Diffinitorem, viros omni doctrinarum genere illustres reuisus sit liber à nobis nuper compositus, cuius est titulus *Promptuarium Scoticum*, communique calculo fuerit approbatus: imò à Vobis pluribus nobis fuerit persuasum rationibus, vt illum, quoniam nos ipsi grauissimi Officij, quod gerimus, præpediti curis, talem sollicitudinem præstare non poteramus, aliquibus probis, doctisque vitis commendaremus, iniungentes omninò, vt illum typis mandari curarent; Studijsque nostris, virisque Scholasticis tanquam doctrinæ Scoticæ Armamentarium ad veritatem propugnandam proponeremus; Nos repetitis votis vestris, precibusque moram gerentes, Tibimetipsi per presentes committimus, vt opus nostrum præfatum imprimi facias, laborum adscito socio memorato Patre Lectore Petro Veneto; vtrique vestrum necessariam super hoc, & opportunam (seruatis tamen alias seruandis) concedentes facultatem, Sanctæque Obedientiæ meritorum impertientes. Hortamur insuper Patres Ministros omnium Prouinciarum, tam Obseruantium, quàm Reformatorum, quæ nostræ subsint iurisdictioni, vt pro singulis suarum Prouinciarum Conuentibus, in quibus Artium, vel Sacræ Theologiæ, tùm moralis, cùm Scholasticæ, & mysticæ studia vigeant, vt præfatum Opus ad communem vtilitatem comparari procurent, tem gratissimam literis præstituri. Vale, & Deum qui Tibi in omnibus præsto sit, pro nobis exoratum velis, &c.

Datum Romæ in Conuentu nostro Aracælitano die 20. Octobris 1688.

Fr. Carolus Franciscus de Varesio Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Regist.tit. P.

De mandato P.tis suæ Reuer. Fr. Michael Angelus de Candia Secret. Generalis, & Ex-Prouincialis.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto, per fede del Padre Inquisitore, nel libro intitolato: *Promptuarium Scoticum* Tomi due, *Authore P. Carolo Francisco de Varesio Minorum de Obseruantia*; non v'essere cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo licenza ad Andrea Poletti di poterlo stampare, osseruando gl'ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venezia, e di Padoua.

Data li 3. Luglio 1688.

Siluestro Valier Kau. Proc. Refformator.
Gerolemo Ascanio Zustignan Refformator.

Gio: Battista Nicolosi Segret.

Adì 30. Marzo 1690. Registrata nel Mag. Eccellentissimo della Bestemmia.

Antonio Canal Nodaro.

A

ABB

Abbas.



Abbas Ioachim inferens contra Magistrum Petrum Lombardum, quòd quaternitatem posuerit in Diuinis, eò quòd dixerit, rem esse in Diuinis, quæ nec producit, nec producitur, quæ res videbatur quarta cum tribus Personis, quæ sunt res producentes, & productæ; Pater scilicet producens Filium: Pater, & Filius producentes Spiritum Sanctum; errauit ipse ponens, quòd nulla res vna est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, sed dicens Personas illas esse vnam rem tantùm, sicut multi fideles dicuntur vna Ecclesia propter vnam fidem, & charitatem. 1. D. 5. Q. 1. §. *In ista quæstione*. n. 3.

Abbas Ioachim potest excusari (à peccato hæresis;) quia, & si sententiam erroneam dixit, sicut patet *Extra de Summ. Trinit. & fide catholica; quia*, inquit, *tres Personæ non sunt aliqua vna res, quæ non generat, nec generatur, nec spirat, nec spiratur*; quia hoc non dicitur pertinaciter defendisse, sed omnes libros suos reliquisse secundùm iudicium Ecclesiæ corrigendos. 4. D. 5. Q. 1. *Ad quintum principale*. D. 6.

Abbas sciens in confessione Monachum peccare solitum in aliquo loco pertinente ad Monasterium, vel ibi habere societatem valde eum allicientem ad peccatum; si in Collegio est consuetudo communis, vt sine nota quilibet extra Monasterium curam habens, vel sine mutam, trahens reuocetur pro libito Præsidentis; vel etiam non passim pro libito, sed quandoque pro aliqua causa honesta, vt nunc iste quiescat in Claustro, nunc laboret cum Martha in exteriori Monasterio; & nunc ille, prout vtile visum fuerit Præsidenti: tunc, inquam, Monachum confessum de crimine commisso in aliquo extra Monasterium, vbi moratur, potest Abbas ad Monasterium reuocare; quia in hoc nullo modo peccatum confessum prodit (licet aliquis dixerit, quòd Confessor nullo modo potest se aliter habere ad confessum ratione confessionis, quantùm ad quemcunque actum extra forum illum) Si autem est consuetudo in Collegio, quòd non transferatur Monacus sic de loco forinsico ad Claustrum, nisi ratione delicti, vel insufficientiæ in cura illius loci, non videtur tunc licitum Abbati confessum ad Monasterium reuocare. 4. D. 21. Q. 2. *Ad quintum principale*. N. 23.

Abbas non valens Monacum in loco extra Monasterium delinquentem, & in continuo periculo peccandi, dum ibi moratur, constitutum ab eo loco mouere; quia videlicet notitiam huius habuit per solam confessionem: nec est in Monasterio consuetudo, quod transferatur Monacus sic de loco forinseco ad Claustrum, nisi ratione delicti, vel insufficientiæ in cura illius loci: tunc non potens aliud remedium apponere ad salutem ouis suæ, consulat sibi in foro pœnitentiæ meliori modo, quo poterit, vt illum locum sibi periculosum dimittat: Si noluerit, non attentet esse Deus; sed defectus occultos, sibi secundum iustitiam incorrigibiles, Dei correctioni dimittat. 4. D. 21. Q. 2. §. *Ad argumenta*. ✝. *Respondeo, consulat sibi*. N. 23.

Abbates priuilegiati aliquando, ex commissione, sunt ministri idonei in Ordinibus minoribus. 4. D. 24. Q. Vn. §. *De tertio*. ✝. *Respondeo, dico*. G. 8.

Abbatissa.

Abbatissa potest dici præsbyterissa inter moniales; sed ista non habet per hoc gradum altiorem Ordinis; imo nec præeminentiam respectu alicuius Viri. 4. D. 25. Qu. 2. *Ad secundum principale*. F. 6.

A B H

Ab hoc.

Ab hoc, (vt importat importatum per nomen actionis 3. *Physic. Tex. 21. vbi* vult Philosophus, quòd actio est in passo,) potest accipi æquiuocè; vno modo, vt est relatio opposita ei, quod est, *à quo aliquid*: & tunc debent intelligi aliquid præcedens, quod specificatur per *ab hoc*, vt potè *qui ab hoc*, vel *quod ab hoc*: & hoc modo *ab hoc* non pertinet ad genus actionis, sed magis respectus oppositus, scilicet à quo aliud; alio modo *ab hoc* accipitur, non vt determinat aliquid præcedens, & tunc idem est cum isto respectu *à quo*: & hoc modo concedi potest pertinere ad genus actionis; sed isto modo non est motus, qui est in passo, nisi tantummodo terminatiuè: & hoc sufficit ad saluandum verba Aristotelis ibidem; vult enim, quòd actio, & passio sunt idem, sicut via ab Athenis ad Thebas, & è conuerso. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad huius*. ✝. *Aliter*. L. 15.

A B I

Abiuro.

Abiurare opera perfectionis, est ponere obicem motioni Spiritus Sancti. 3. D. 39. Q. Vn. §. *De tertio*. ✝. *Iuramentum incautum*. L. 11.

A B L

Ablatio.

Ablatio rei alienæ quando fuit occulta, tunc non tenetur ablator se prodere, nec per consequens per se ipsum restituere, sed per aliam personam secretam, & fidelem; & expedit, quòd per Confessorem; quia sibi est crimen detectum in confessione; & de eius fidelitate, quòd restituat fidei suæ commissum, satis debet credi: vnde potest hic differri restitutio, quousque voluntas talis personæ, & opportunitas habeatur. 4. D. 15. Q. 2. §. *De quarto sunt*. ✝. *Et ad istam*. F f. 34.

Ablatiuus.

Ablatiuus constructus cum verbo actiuo, construitur cum eo, vel in ratione principij actiui, vel in ratione actionis, & facti: sed constructus cum verbo substantiuo, construitur cum eo in ratione principij formalis essendi. 1. D. 18. Q. Vn. §. *Respondeo*. ✝. *Ad quintum principale*. I. K. 9. Addit.

Ablatiuus potest construi in ratione formalis principij proximi, vel remoti: & ista multiplicitas vniuersaliter accidit, quando aliquod abstractum construitur in ablatiuo cum aliquo concreto denotante respectum; hæc enim est vera, *simile est simile similitudine*, intelligendo ablatiuum construi in ratione formæ proximè denominantis: & similiter hæc vera, *simile est simile qualitate*, intelligendo ablatiuum construi in ratione principij formalis remoti: vnde & istæ sunt veræ, *calidum calore calefacit*; & hæc, *calidum calefactione calefacit*; sed in alio, & alio sensu, 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad argumenta contra istum*. ✝. *Dico ergo*. P. 21.

Abluo.

Abluere baptizatum est actiuè facere corpus eius contingi ab aqua: & hoc vel per motionem corporis ad aquam, vt potè immergendo; vel per motionem aquæ ad corpus eius, puta perfundendo, vel aspergendo. 4.D.6.Q.1.§.*Respondeo*. A.2.

Ablutio.

Ablutio ponitur in diffinitione Baptismi non restringendo, quod sit propriè vel perfusio, vel aspersio, vel immersio, & hoc vel trina, vel vnica; quia quodlibet sufficit ad veritatem Sacramenti: sed minister tenetur seruare modum Ecclesiæ, in qua baptizat. 4.D.6.Q.11.§.*Dico ergo*. ℣.*Particulæ*. D.5.

Ablutio exterior sine determinatis verbis, & determinata intentione prolatis, nihil est Sacramenti Baptismi, sicut nec quæcunque alia balneatio. 4.D.2.Q.2.*Ad secundum principale*. C.4.

Ablutio sola potest dici, quòd sit fundamentum relationis importatæ per Baptismum [ad suum significatum:] sola, inquam, idem nihil aliud fundat, neque vt totum fundamentum, neque vt pars fundamenti; sed non sola, idest ipsa sine quibuscunque alijs: imo oportet, eam habere multa alia concomitantia ad hoc, vt fundet, scilicet verba; & quòd sit à tali ministro sic intendente: nec illud est inconueniens, quòd respectus tales præcedant in fundamento relationem rationis, tanquam præsuppositi illi relationi relationis: & sic in ablutione præcedit habitudo ad verba concomitantia, & ad personam suscipientem aliqualiter consentientem: & sic in omnibus relationibus talibus, præcedentibus in fundamento sic relato per ipsaa, posset poni, relationem significationis illius, quam importat Baptismos, significari. 4.D.3.Q.1.§.*In solutione*. ℣.*Vbi notandum*. C.2.

Ablutio sola licèt multis alijs circumstantionata, scilicet verbis, intentione ministri &c. Si teneatur esse fundamentum relationis importatæ per Baptismum; tunc sicut de ablutione denominatiuè prædicaretur diffinitio Baptismi, licet illa ablutio intelligatur circumstantionata multis relationibus talibus ad hoc, vt sibi conueniat talis relatio: sic & econuerso in diffinitione huius relationis, in concreto acceptæ, posset poni ablutio solummodo in recto, & omnia alia in obliquo ex quibusdam determinationibus significantibus illa determinare, siue circumstantiare ipsã ablutionẽ. 4.D.3.Q.1.§.*In solutione*. ℣.*Vbi notandum*. C.2.

Ablutio in Sacramento Baptismi, sustinendo definitionem Magistri de isto Sacramento, oportet dicere, quòd non est pars fundamenti relationis [signi ad signatum,] quam includit Baptismus; sed totum fundamentum, licèt remotum, inter quod, & relationem signi mediant quædam relationes rationis. 4. D. 3. Q. 1. *Ad argumentum principale*. ℣.*Oportet ergo*. F.5.

Ablutio, quæ est materia proxima Sacramenti Baptismi, intelligitur non tantùm, sicut aqua dicitur lauare corpus quasi formaliter; sed sicut homo dicitur lauare corpus cum aqua, quasi propriè actiuè; nam solus contractus corporis ab aqua, quæ est quasi ablutio formalis, non est instituta tanquam signum, vel pars signi; sed ipsa lotio effectiuè facta ab aliquo abluente. 4.D.3.Q.3 §. *Hic dicendum*. A.2.

Ablutio non oportet, quod sit in Baptismo, prout distinguitur contra lotionem, & includit amotionem sordium à corpore per contactum aquæ; sed sufficit lotio in communi dicta corporis ab aqua alio hoc agente; quod nihil aliud est, nisi quòd oportet istum contactum corporis ab aqua fieri ab alio causante contactum istum: & isto modo intelligendo ablutionem, & lotionem, lotio est materia proxima, quasi per se fundamentum, vel pars fundamenti illius significationis: aqua autem est materia remota, quæ applicatur corpori in ista lotione: & huius probatio non est alia, nisi quia sic institutum est, vt patet Ioan. 3. & Matth. 3. 4.D.3.Q.3.§. *Hic dicendum*. B.2.

Ablutio Baptismatis cum verbis Sacramentalibus habet quatuor; siuè in eis quatuor inueniuntur, hoc est in sacramento Baptismi, [quod coalescit ex lotione ista, & verbis, & est nouum, & proprium Sacramentum nouæ legis;] est, inquam, primò euidens in significatione, quia hoc euidenter significat mundationem animæ, quæ est effectus principalis: secundò est copiosum in gratia, quia dat gratiam copiosè: Vnde in Psal.22. dicitur *aqua refectionis. Super aquam refectionis educauit*: Tertiò est facile, quia nullo modo periculosum, sicut fuit circumcisio: quartò commune, quia est commune omni sexsui, & ætati. 4.D.3.Q.4. ∫.*Ista quæstio*. ℣. *Istud etiam*. B.3.

Ablutio à peccato per Baptismum significatur, vel tunc in fieri, vel tanquam nunc insit, vel tanquam in fienda, quãtum est ex parte sacramenti, si scilicet aliquid inesset, à quo anima esset abluenda. 4. D.4.Q.6. ∫.*Ad quartum principale*. C.4.

Ablutio, & prolatio verborum debent esse simul in Baptismo, cuius principalis ratio est institutio Christi, instituentis hæc duo, tanquam vnum signum completum, ad significandum effectum, ita quòd neutrum esset signum sine alio. 4.D.6.Q.3.§.*Ad istam quæstionem*. A.2.

Ablutio, & verba (quomodocunque ponatur, vt totale fundamentum relationis sacramentalis ad effectum Baptismi) sunt ambo vnum signum, integrum institutum quidem principaliter ad signandum principale signatum istius signi, scilicet vt abluatur anima à peccato, & hoc à Deo Trino, & vno, in cuius nomine baptizamur. 4.D.6.Q.11.∫.*Dico ergo*. ℣.*Baptismus est*. F.6.

A B R

Abraham.

Abraham, quando immolaturus Isaac Gen.22. dixit seruis suis. *Ego, & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos* Quamuis intendisset ex præcepto Diuino occidere filium suum, non tamen dixit contra illud, quod habuit in mente; nam sicut refert Iosephus lib. 1. antiquit. cap. 22. dum iret solus cum filio, relictis pueris, informauit eum, qualiter fuit miraculosè conceptus, & qualiter si esset immolatus, Deus eum miraculosè resuscitaret: & hoc creditur firmiter expectasse; quia non dubitauit de promissione Dei. *In Isaac vocabitur tibi semen*. Genes.21. Ipse igitur, licet intenderet immolare Isaac, credebat tamen, illum miraculosè suscitandum à Deo, & secum reuersurum ad pueros: vnde etiam dixit, *reuertemur ad vos*: dixit, quòd habuit in corde, nec est imponendum faciliter mendacium aliquod Abrahæ, cuius vita fuit valde exemplaria. 3.D.38 Q.Vn. ∫.*Ad argumenta*. *Ad primum*. G.12.

Abraham pro tempore, quo intelligitur illud Isai.63. *Abraham nesciuit nos, & Israel nesciuit nos*, fuit in Limbo, & per consequens non Beatus: & ideo nesciuit filios suos Iudæos habitantes in terra Israel; quia nec notitia naturali intuitiua, quæ impeditur propter immoderatam distantiam: nec notitia reuelationis specialis; quia non habuit illam visionem in verbo, quam concomitatur regulariter talis reuelatio: vnde non concludit de Beatis, quibus in verbo regulariter reuelantur, quæ ad nos spectant; vel tanquam beatitudinem eorum augens; vel tanquam pertinens ad causalitatem. 4.D.45.Q.4.*Ad primum principale*. H.7.

Abraham fuit tanti meriti, sicut aliquis Christianus, qui sic modo, sed nec Abraham, nec aliquis alius antiquorum Patrum, nec etiam B. Virgo potuit amouere obstaculum, quin omnes transirent in Limbum. 3.D.19.Q.Vn.§.*In ista quæstione*. ℣.*Sed quid*. C.8.

Abraham habuit fortè tot sibi credebilia explicata, quot habemus nos in lege noua. 3. D.25. Q.1.§. *Sed hic occurrunt*. ℣.*Ad actum*. G.9.

A B S

Absconditum.

Abscondita cordium Deus solus nouit: istud dictum verum est vniuersaliter, & ex propria perfectione; ita quòd impossibile est, quòd per aliquid impediens sibi lateat: nouit etiam vt Iudex vniuersalis omnium talium occultorum illo modo, quo nec Angeli boni, nec mali, nec animæ separatæ nouerunt. 4.D.45.Q.4.§.*Ad argumenta principalia*. ℣.*Ad secundum*. I 7.

Absens.

Absens, vel præsens obiectiuè non variat formalitatem obiecti, vel rationem formalem eius. 3.D.26.Q.Vn.§.*Ad quæstionem*. ℣.*Ex hoc potest*. D.12.

Absentia.

Absentia, & si non sit formalis ratio in obiecto fidei, vel

spei;

Absentia.

spei; tamen actus fidei, vel spei est talis per se quoód necessariò concomitatur ipsum imperfectio. 3.D.31.Q.Vn. *Ad secundum principale*. G. 10.

Absoluo.

Absoluere à sententia commissa à Superiori, non competit alicui, nisi sit sibi concessum, iuxta illam regulam, quod non est concessum, videtur prohibitum. 4.D.25. Q.1.§. *In ista quæstione*. ℣. *Respondeo, quòd per absolutionem*. F. 12.

Absolutio.

Absolutio maior requiritur in termino motus, quàm in principio agendi. 1.D.17.Q.2. vel 3. ʃ. *Hanc viam tenendo*. ℣. *Ad confirmationem*. T.8.

Absolutio non facit sustentificationem, sed tantùm quòd ipsa persona sit independens, non nata esse actus, vel potentia respectu alterius vnibilis. 3.D.1.Q.4. *Ad primum principale*. C. 4.

Absolutio à materia perfectionem arguit. 4. D.1.Q.1.§. *Ista ergo ratione*. ℣. *Prima propositio*. N.18.

Absolutionis interioris à peccatis signum, congruum est, instituui in verbis significantibus illam absolutionem, vt signum repræsentet signatum: & hoc est, quod dicitur in ratione [idest descriptione] pœnitentiæ, quòd scilicet *pænitentia sacramentalis sit absolutio*; idest quædam sententia diffinitiua absoluens reum: non tamen sententia Iudicis principalis, sed Iudis secundarij, vel commissarij; potest enim quis ex commissione cognoscere in causa, & ita ex commissione sententiare, vel pro condemnatione Rei, si indignus est, vel eius absolutione, si dignus sit. 4.D.14. Q.4.§. *Quoad secundum*. ℣. *Congruitas*. A. 3.4.

Absolutio Sacramentalis non est vtilis, nisi præcedat in confitente aliqua contritio, vel attritio: sufficit autem, quòd aliqua displicentia, licèt informis præcedat; & tunc ille capax est confessionis sacramentalis, & per illam fit contritio. 4 D.16.Q.1.§. *Hic intelligendum*. ℣. *Hæc tamen*. E. 7.

Absolulio interior non concomitatur absolutionem exteriorem sacramentalem, nisi sit debita dispositio in mente alterius absoluendi. 4.D.16.Q.1.§. *Hic intelligendum*. ℣. *Hæc tamen*. F.7.

Absolutio sacramentalis est signum efficax absolutionis interioris sequentis in vltimo instanti ipsius: sicut prolatio verborum est signum confectionis corporis Christi. 4.D. 18.& 19.Q. Vn.§. *Ad quæstionem motam*. ℣. *Concedo ista*. A.23.

Absolutio secunda [peccati iam remissi per primam absolutionem] virtute clauium, nullam partem pœnæ temporalis, peccato debitam, remittit. 4. D. 18. & 19. Q.Vn. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. G. 31.

Absolutum.

Absolutum, & respectiuum non faciunt aliquem vnum conceptum per se. *Prolog*.Q.3.§. *Contra istas omnes positiones*. ℣. *Secundò, quia absolutum*. I.11.& *Quodl*.Q.11. ʃ. *De quarto*. ℣. *De primo*. I.12.& 2. D. 16.Q.Vn.§. *Contra, quia*. G.13.

Absolutum entitati v.g. lapidis, in primo instanti sui esse, idest in secundo instanti post Deum, non intelligitur tunc est participans, nec vt non participans: in tertio est ipsa participatio, & respectus quidam consequens ad ensatum, vt ad lapidem. 1.D.3.Q.5. ʃ. *Ad rationes pro opinione* ℣. *Ad secundum*. K. 13.

Absolutum, quod est Patri æterno ratio generandi, non est potentia generandi Filio. 1.D.7.Q.Vn.§. *Quia autem aliqua*. ℣. *Ad aliud cùm dicitur*. Z.23.

Absoluta non conueniunt in respectu, nisi per fundamentum. 1.D.17.Q.3. vel 5.§. *Contra istam opinionem*. ℣. *Tertia etiam via*. Vu.6.

Absolutum idem, quod est potentia, si sit in Patre, & Filio; non tamen sub ratione potentiæ, quantum ad actum notionalem, est in vtroque. 1.D.20.Q.Vn. ʃ. *Quantum ergò*. ℣. *Respondeo, & dico*, F. 10.

Absolutum additum absoluto necessariò asseritur ab aliquibus facere compositionem; sed hæc propositio alibi examinatur à Doctore. 1.D.26.Q.Vn. ʃ. *Item per ratione*. n.5.

Absoluto aliquo multiplicato multiplicatur omne aliud absolutum circumstans illud: hæc est falsa in omnibus essentialiter ordinatis ex forma, licèt gratia materiæ quandoque sit vera. 1.D.26.Q.Vn. ʃ. *Ad rationes pro secunda opinione*. ℣. *Tertia ratio habet*. P.38.

Absolutum est terminus formalis generationis. 1.D.7.Q.Vn. ʃ. *Loquendo tunc*. ℣. *Secundo probo*. N. 10. & 1.D.5.Q.2. ʃ. *Contra istam opinionem*. n.5.

Absolutum bene potest terminare relationem, & semper terminat in relationibus mensurati; sed vniuersaliter loquendo, non oportet concedere, terminum relationis esse absolutum nisi in relationibus diffinibilibus, quæ scilicet sunt in genere, vel de termino formali, scilicet ratione cuius primus terminus terminat: non autem de primo termino. 1.D.26.Q.Vn. ʃ. *Tenendo opinionem secundam*. ℣. *Ad tertium dici potest*. T.43.

Absolutum imperfectum potest esse incommunicabile, & vniuersaliter aliquid contrahens per se in aliquo genere potest esse incommunicabile sicut aliquid communicabile; & ita in quocunque creato, quod pertinet ad genus aliquod potest esse aliquid illius generis constituens incommunicabile. 1.D.26.Q.Vn.§. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Posset dici, quod absolutum*. Y. 50.

Absoluto ab aliquo, & respectiuo, loquendo quidditatiuè, sicut potest abstrahi aliquod commune quidditatiuè: ita etiam ab incommunicabilitati, & tali abstrahitur aliquod commune, quod nec est de se incommunicabile absolutum, nec incommunicabile relatiuum. 1.D.26 Q.Vn.§. *Ad illa de quarta via*. ℣. *Ad tertium de Richardo*. Bb. 52.

Absolutum secundùm rationem absoluti præcisè terminat relationem, maximè illas tertij modi. 1.D.30.Q.1.§. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. E.9.& 1.D. 35.Q. Vn. ʃ. *Potest dici ad quæstionem*. F.9.

Absolutum, quod est proximum fundamentum Paternitatis, & Filiationis: imo illa duo absoluta, quæ sunt proxima fundamenta harum duarum relationum, sunt illis priora; quia quælibet relatio non tantùm præexigit fundamentum, sed etiam terminum, vt terminus est. 1.D 30.Q.1. ʃ. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. ℣. *Hoc etiam probatur*. G.10.

Absoluta eadem entitas, quæ est à causa proxima, posset esse à causa prima; & tamen quando producitur à causa proxima, habet relationem realem ad eam. 1.D.30.Q.2. *Ad tertium principale*. ℣. *Præterea, effectus*. P. 18.

Absolutum causæ terminans relationem *esse* actualis effectus, potest esse sine respectu ad ipsum: & ita est simul cum isto respectu ad se terminato, quod est prius naturaliter eo. 1.D.35.Q.Vn. ʃ. *Ad ista*. ℣. *Quod nunc*. L.15.

Absolutum causæ sequitur absolutum in effectu, hoc pacto: à causa sub ratione absoluta est ipsum causatum sub ratione absoluta, & postea tertiò sequitur respectus in causato ad causam: & quartò in causa ad causatum. 1. D.43.Q.Vn. *Hic dicitur*. ℣. *Similiter propter idem*. C.4.

Absolutum inter, & relatiuum non datur existens medium: Verba Doctoris sunt ista: Entitatem aliquam esse singularem, quæ nec sit entitas ad se, nec aliud, non videtur intelligibile. 1.D.28.Q.3. ʃ. *Hic communiter conceditur*. ℣. *Contra istud*. B. 2.

Absoluto in eodem plura eiusdem speciei esse, non est contradictio, si aliquid eorum non sit actus alterius adæquatus ei, in quo est. 1.D.26.Q.Vn.§. *Contra istam opinionem*. ℣. *Tertia ratio habet*. P.38.& 3.D.8.Q.Vn.§. *Contra istam rationem secundam*. B.7.

Absolutum in causa immediatè sequitur absolutum in effectu, & in effectu primò consequitur respectus ad causam: & tunc si aliquis est respectus causæ ad effectum, ille respectus ad effectū est vltimus, & aliquando nullus. 2.D.1.Q.2. §. *Ad primum argumentum principale*. ℣. *Et quando arguitur*. D.8.

Absolutū in causa præcedit naturaliter causatum *ibidem*. E.8.

Absolutum illud idem, quod in causa præcessit, tàm natura, quàm duratione ipsum effectum productum, vel Causatum, est etiam in ea in illo instanti priùs naturaliter, quàm causet: & secundùm illud absolutum, secundùm quod fuit prius causatiuum est nunc causans, & non secundùm aliquod additum, neque absolutum, neque, respectiuum. 2.D 1.Q.2.§. *Ad primum argumentum principale*. ℣. *Et si dicar*. E.8.

Absolutum aliquod includit omne ens ad se, consideratum sub ratione absoluta; siue; Omne ens ad se, consideratum sub ratione absoluta, si est per se vnum, includit

Absolutum.

aliquod absolutum dictum de se in *quid*, & aliquod in *quale*, per quod distinguitur ab alijs conceptibus absolutis, vt genus, & differentiam extra intellectum. 2. D. 1. Q. 5. §. *Et si dicas*. E.14.

Absolutum aliquod, aliud ab existentia Angeli non est in Angelo. 2. D. 2. Q. 1. §. *Sed contra conclusionem*. ℣. *Similiter*. C.18.

Absolutum, quod secundùm aliquos determinat materiam ad recipiendam formam substantialem, si est forma substantialis, tunc sunt plures formæ substantiales in eodem, quod ipsi negant; quia prima faceret ens vnum per se cum materia, & sic secunda adueniret enti in actu, & ita esset accidentalis; vel si est simpliciter accidens, hoc est impossibile, quia tunc de ratione compositi, quod est in genere substantiæ, esset accidens. 2. D. 16. Q. Vn. §. *Rationes istæ*. ℣. *Ad tertium*. D.9.

Absolutum idem potest concedi esse in anima, per quod anima diligit Deum, vt obiectum, & per quod acceptatur speciali acceptatione à Deo, & ordinatur ad beatitudinem: tamen alia, & alia ratio est in illo absoluto, in quantùm sic, & sic respicit Deum; & vna ratio prima, scilicet principalis competit sibi, inquantùm est perfectio simpliciter; alia competit sibi, vt est perfectio limitata: & ita appropriatè secundùm primam est charitas, secundùm secundam dicitur gratia: & vt sic omnis gratia est charitas, licet non è conuerso. 2. D. 27. Q. Vn. §. *Ideo est alia opinio*. ℣. *Respondeo charitas*. B.4.

Absolutum aliquod non est inconueniens dependere, vel præexigere, vel saltem coexigere aliquo modo respectum. 3. D. 2. Q. 2. §. *Quantùm ad tertium* ℣. *& ideo illud*. E 11.

Absolutum, vniuersaliter loquendo, causatum à pluribus causis præexigit vnionem, & approximationem illarum causarum in causando. *ibidem*.

Absoluta plura eiusdem rationis per accidens inesse eidem, cui nullum eorum adæquatur, non est contradictio. 3. D. 8 Q. Vn. §. *Contra istam rationem*. A.6.

Absolutum, quod est ratio recipiendi aliquam formam, si per se est, per se potest recipere, sicut superficies per se existens potest per se recipere colorem. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ℣. *Præterea si aliqua*. A.2.

Absolutum quodcunque potest Deus facere sine eo, quod non est de essentia eius; quia non dependet ab illo, nisi sicut à causa extrinseca non prima; & omnis talis dependentia est contingens. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad quartum dubium*. N.21.

Absoluto, & perfectiori non magis repugnat per se esse, quàm absoluto, & imperfectiori. 4. D. 12. Q. 2. §. *Hic sunt*. ℣. *Item absoluto*. C.9.

Absolutum non potest referri aliqua relatione, nisi illa relatio sit formaliter in eo. 4. D. 12. Q. 2. §. *Hic sunt*. ℣. *& hoc tertio*. G.13.

Absolutum quodcunque non posse separari à quocunque absoluto, non rectè negatur per exemplum de subiecto, & passione; quia sequeretur, quòd sicut subiectum non potest separari à passione, ita nec substantia posset esse sine quantitate, nec è conuerso; quidquid enim per se, & primo inest superiori, per se, licèt non primo, inest inferiori. Exemplum de triangulo, & Isochele de eo, quod est habere tres: Continuum autem esse per se, & primo inest substantiæ corporeæ, & proinde per se, licèt non primo, inest pani; & per consequens non potest panis manere sine continuitate eadem, nec continuitas eadem sine pane; quia accidena non migrat de subiecto in subiectum: & ita non potest quantitas in Eucharistia manere sine substantia panis, quod negat communia schola. 4. D. 13. Q. 1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Quando autem confirmat*. Bb. 36.

Absolutum non posse esse sine alio absoluto, quod est eius passio, non rectè probatur per hoc, quòd in diffinitione passionis cadit subiectum; hoc enim nihil valet, quia sic nullum accidens posset à subiecto separari; Nam 7. Metaphi. Tex. 4. in tatione, [idest in diffinitione] cuiuscunque accidentis, necesse est, rationem substantiæ esse tanquam additum. *ibidem*.

Absolutum priùs naturaliter alio, potest esse sine contradictione sine eo. 4. D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra secundam conclusionem*. B.6. & *Quodl*. Q. 9. *Ad argumentum principale*. P.21.

Abstractio.

Absolutum manere sine respectu ad illud, quod non est prius eo, vel saltem quod nec est prius, nec simul natura cum ipso, non est contraditio. *Quodl*. Q. 11. §. *De primo dico*. A.3.

Absolutum per se non contrahit respectum ad tale genus, vel ad talem speciem in tali genere; quia non facit per se vnum cum illo. *ibidem*. ℣. *Contra absolutum*. I.12.

Absoluti, & respectus accipiatur vterque conceptus per se; tunc vterque, si est communis, est dicibilis de pluribus in quid, & consequenter vtrobique ascendendo, status est ad vnum conceptum communissimum per se dicibilem de pluribus: & tunc in vtroque processu stabitur ad conceptum proprij generis in illo processu. *ibidem*. ℣. *Contra absolutum*. I.13.

Absolutum, quod est in operationibus viuentium habet aliquam relationem ad obiectum ibi annexam *Quodl*. Q. 13. §. *Quæstio ista*. ℣. *Vbi tria*. B 2.

Absolutum nullum; siue; Nihil absolutum aduenit visibili, quando videtur actu: neque intelligibili, quando intelligitur actu. *Quodl*. Q. 13. §. *Prima conclusio*. ℣. *Secundo probatur*. D 4.

Absolutum, & relatio non possunt includi in aliquo per se vno, sic per se vno, quod sit vnius generis, & ipsius sit proprius conceptus per se vnus, & quod ipsum sit per se in vno genere; quia sicut in rebus non potest fieri vnum per se ex distinctis, nisi illa se habeant, sicut proprius actus, & propria potentia in eodem genere, vt patet per Philosophum 8. Metaph. Tex. 15. sic non potest aliquid esse habens per se conceptum vnum, & cum hoc per se includens distincta, nisi conceptus vnius sit per se potentialis, & alterius actualis per se determinans illum potentialem: relatio autem, & absolutum non possunt habere tales conceptus; quorum vnus sit per se determinabilis, & alius per se determinans. *Quodl*. Q. 13. §. *De tertio*. Y.24.

Absolutum nihil reale, vel relatiuum est in aliquo cessante omni actu peccati, à quo ille dicatur peccator; & hoc vel grauiter, vel multipliciter peccator, sicut aliquis dicitur post actum transeuntem. 4. D. 14. Q. 1. §. *Dico ergo*. D.6.

Absolutum, quod est in operatione, quæ est perfectio simpliciter operantis, est de genere qualitatis. *Quodl*. Q. 13. §. *De tertio*. ℣ *Tertio sic*. Bb.25.

Absoluta distinguuntur per intrinseca, verum est, tanquam per formalia distinctiua; si autem acciperetur, quòd non distinguuntur per extrinseca, concedendum esset, sic intelligendo, sicut per correlatiua, & per se terminos relationis; quia absolutum non requirit extrinsecum, vt per se correlatiuum, nec per se terminum relationis; possunt tamen absoluta distingui per aliqua extrinseca, sicut causata per causas proprias, siue per illa, ad quæ habent propriam dependentiam in entitate, & vnitate: & alia sunt subiecta respectu operationum *Quodl*. Q. 13. §. *Ad ista*. ℣. *Aliter potest dici*. I1.31.

Absolutum non distinguitur specificè per solam relationem. *Quodl*. Q. 17. §. *De tertio*. ℣. *Hæc conclusio*. F.6.

Absolutum quodcunque Deus potest immediatè causare, tamen non necessariò: si causat illud per causam mediam, potest non necessariò causare; quia illa causa media non necessitat ipsum ad causandum effectum illius causæ mediæ; & consequenter, licèt ambo ista [duo scilicet effectus] causentur à causa communi, tamen non solùm contingenter causabitur [secundus effectus] sed etiam, posito primo, adhuc contingenter causabitur. *Quodl*. Q. 16. §. *De primo*. ℣. *Contra hoc, quodcunque*. B.4.

Absolutum fuit proximum fundamentum dependentiæ actualis personalis naturæ assumptæ ad Verbum; & sine vlla manere potest, sicut sine respectu non necessariò consequente potest manere fundamentum absolutum. *Qudl*. Q. 19. §. *Ad illa autem*. ℣. *Ad secundum*. Ff.25.

Abstractio.

Abstratio sine mendacio est, non considerando illud, à quo fit abstratio. 1. D. 2. Q. 7. §. *Tenendo igitur*. *Ad primum secundæ*. ℣. *Ad tertiam probationem*. I.10.

Abstratio mendax est, quæ est considerando illud non esse, à quo fit abstratio. *ibidem*.

Abstratio maior est difficilior, quæ est à minùs sensibilibus. 1. D. 3. Q. 2. §. *Contra istud*. ℣. *Ad primum dico*. O.27.

Abstratio quando fit, illud priùs cognoscitur, à quo fit abstratio: hoc non est verum, nisi ponendo abstractionem quemdam

Abstractio.

dam discursum à notitia ad aliud; ita quòd illud, à quo fit abstractio, est primò cognitum, & aliud cognitum per ipsum: & si ita intelligatur abstractio, talis cognitio per abstractionem non est prima cognitio abstracti. 1.D.3.Q.2. *§.Quod autem dicit. ♈. Quod arguit.* Z. 31.

Abstractione vltimata quandocunque est abstractum subiectum, & prædicatum ex ratione sua non potest prædicari, nisi formaliter; non potest propositio esse vera, nisi sit per se primo modo. 1.D.5.Q.1.§.*Quantum autem ad primum articulum. ♈. Respondeo; quandocunque.* A. 5.

Abstractio vltimata est quidditatis absolutissimæ sumptæ ab omni eo, quod est quocunque modo extra rationem quidditatis. *ibidem. ♈. In relationibus.* B.6.

Abstractio substantiarum est tantùm à supposito propriæ naturæ, accipiendo substantiam siue simplicem, siue compositam secundùm rationem suam formalem quidditatiuam; quia communiter non sunt natæ concernere aliquid alterius naturæ; ideo ibi abstractio est maxima. 1 D. 5. Q. 1. §. *Quantum autem ad primum. ♈. Abstractio vltimata.* A.6.

Abstractiones accidentium tantò plures possunt fieri, quantò plura possunt concernere: concernunt quippe accidentia supposita alterius naturæ; & licèt ab his abstrahantur, concernunt tamen indiuidua propriæ naturæ: sicut album concernit lignum alterius naturæ ab ipsa albedine: & licet ab hoc abstrahatur albedo; tamen adhuc albedo concernit albedinem hanc, vel illam, quæ sunt indiuidua sua; sed vltetius est abstractio quidditatis à supposito, qualis fit in substantijs; & illam circumloquimut per hoc, quòd dicimus *quidditas albedinis*; & illa non concernit aliquod suppositum, nec eiusdem naturæ, nec alterius. t. D.5.Q.1. §. *Quantum autem ad primum. ♈. In substantijs.* B.6.

Abstractiones plures possunt fieri in relationibus, quæ plura concernunt; concernit enim relatio suum proprium indiuiduum, fundamentum, & subiectum: & licèt abstrahatur à posteriori, non tamen à priori; & vltima eius abstractio, qualis est in substantijs, est per hoc, quod dicimus, quidditas causalitatis, v. g., & hæc de nullo alio prædicatur. 1.D.5.Q.1.§. *Quantum autem ad primum. ♈. In relationibus.* B.6.

Abstractio numeri in Diuinis fit à numero, quod non dicit imperfectionem, scilicet distinctionem ab eo, quod notat imperfectionem distinctionis, aut in vtroque numeratorum, aut saltem in altetutro, scilicet à potentialitate. 1.D 24.Q.Vn. §.*Respondeo. ♈. Sed omittendo.* B. 2.

Abstractione facta à supposito [extremorum alicuius prædicationis, quorum alterum saltem est infinitum intrinsece,] quamdiu manet ratio extremi infiniti formaliter, semper in quacunque abstractione manet ratio identitatis extremi ad extremum; & per consequens vera prædicatio in abstracto. *Quodl.* Q.5.§.*Tertiò arguitur.* P. 16.

Abstractio entis ab hoc ente, & summi ab hoc summo, in sensibilibus est naturalis: & ista sibi coniuncta non habent repugnantiam; propter quod ratio ista, *ens summum*, non est ratio in se falsa, vt loquitur Philos. 5. *Met. cap. De falso Tex.*34. quòd illa ratio est in se falsa, cuius partes includunt repugnantiam: & illa non potest concipi aliquo actu simplici intellectus, & per oppositum ista, *Ens summum*, potest vno actu simplici concipi; quia alterum istorum non repugnat alteri. *Quodl* Q. 14. *§. De primo. ♈. Tertio potest.* E. 4.

Abstractiuè.

Abstractiuè, & intuitiue, isti duo modi cognoscendi, qui sunt dispersi in inferioribus potentijs, vniti sunt in intellectu, cui, & vni potentiæ potest vterque actus competere. 2.D.3.Q.9. §. *Ad quæstionem. ♈. Secunda declaratio.* C. 7.

Abstractiuum.

Abstractiua omnis intellectio, & non intuitiua, est aliquo modo imperfecta. 1 D.2.Q.7. §. *Sed hic restat. ♈. Etsi detur primus.* Ff. 42.

Abstractiua cognitione non cognoscit Deus futura contingentia, sed vera intuitiua. 1. D 39. Q. 1. 2. 3. &c. *§. Ad secundum pro secunda opinione. ♈. Auctoritates omnes* Y. 35.

Abstractiua intellectione intelligens realitatem, propter intellectionis illius imperfectionem, potuit habere pro obiecto realitatem, licet non habeat modum intuitiua autem potest habere vtrumque pro eodem obiecto. 1. D.8.Q.3. §. *Contra, conceptus. ♈. Sed si arguas.* Aa.29.

Abstractiuæ virtuti imperfectæ necessarium medium est inter sensibile extra, & purè intelligibile, scilicet esse imaginabile; sed virtuti perfectiori abstractiuæ non est istud medium necessarium: vnde si virtus intellectus separati esset perfectior, quàm coniuncti, posset siue tali medio transferre obiectum ab extremo in extremum, [scilicet per sensibile ad purum intelligibile] non transeundo per medium, quod est imaginabile. 4. D. 45. Q. 2. *Ad secundum principale.* F. 15.

Abstractiuus, & intuitiuus actus differunt specie, quia aliud, & aliud est ibi mouens; hic enim mouet species similis rei: ibi autem mouet res præsens in se. 4.D.49. Q.12. *§. Respondeo. ♈. Ad secundum.* F. 6.

Abstractiuus dicitur vnus actus intellectus; quia abstrahit obiectum ab existentia, & non existentia, præsentia, & absentia. *Quodl.* Q. 6. *§. Et statim. ♈. Secundò arguitur.* F. 7.

Abstractiua cognitio est æquè existentis, & non existentis, posset etiam haberi, licet obiectum non attingatur in se, sed in similitudine. *ibidem. ♈. Ex ista distinctione.* H.8.

Abstractum.

Abstracta prædicantur prædicatione identica de se inuicem in Diuinis; quia abstrahendo sapientiam v. g. à quocunque, quod est extra rationem sapientiæ; & bonitatem similiter abstrahendo à quocunque, quod est extra eius rationem formaliter, remanet vtraque quidditas, præcisè sumpta, formaliter infinita: & ex quo infinitas est ratio identitatis eorum, facta tali abstractione præcisissima, remanet ratio identitatis extremorum; non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium, à quo abstrahuntur, sed propter infinitatem formalem vniuscuiusque. 1. D. 8. Q. 4. *Ad argumentum principale.* Aa. 26.

Abstracta in creatis vltima abstractione non prædicantur de se inuicem vlla prædicatione; quia concipiendo abstracta vltima abstractione, concipitur quidditas absque habitudine ad quodeunque, quod est extra rationem propriam quidditatis: vnde concipiendo extrema, nulla erit veritas, vniendo ea, nisi præcisè quidditas vnius extremi sit eadem quidditati alterius extremi: hoc autem non contingit in creaturis, quia ibi abstrahendo illas realitates, quæ sunt in eodem, puta realitatem generis, & differentiæ, & considerando eas præcisissimè, vtraque est finita, & neutra est perfectè eadem alteri; non enim sunt modò eadem inter se, nisi propter tertium, cui sunt eadem: & ideo si abstrahantur à tertio, non remanet causa identitatis eorum; & ideo nec causa veritatis propositionis vnientis extrema illa: vnde hæc est falsa, *animalitas est rationalitas*, & è conuerso, & hoc quacunque prædicatione. 1.D 8.Q.4. *Ad argumentum principale. ♈. Contra: entitas.* Z. 25.

Abstractum quando intelligitur esse in aliquo, vt forma, non significatur esse *in*, sicut pars in toto; sed sicut forma in informato; & sic falsum est, quòd filiatio sit in Patre: quando autem denotatur ex vsu, non ex vi sermonis, quòd fit in aliquo, sicut dicimus, colorem esse in luce, non sicut in subiecto; tunc potest concedi, quòd filiatio sit in Patre, accipiendo *esse in* pro inexistentia. 1.D.19.Q.2. *Ad tertium principale.* G.11.

Abstractum præcisè dat intelligere formam: concretum autem substantiuum (quidquid sit de adiectiuis) vel significat, vel necessariò connotat subsistens in natura, quæ importatur per abstractum eius. 1.D.26.Q.1. *§. Ad argumenta. Ad secundum. dico.* Dd. 57. & D.27.Q.1. *§. Ad secundam quæstionem.* I. 20.

Abstractum, & concretum idem per se significant, licet alio modo significandi. 1. D.27.Q.3. *§. Ad secundam quæstionem.* I. 20. & D. 4. Q. 1. *Ad quartum principale.* E. 4.

Abstracto; sine; In abstracto in se, & in abstracto à subiecto potest intelligi quæcunque forma, quæ potest intelligi vt in subiecto. 1. D. 3. Q. 4. *§. Circa quartum articulum.* O.16.

Abstracto ab eodem, & maximè dicente respectum possunt

Acceptatio.

Acceptatio potentiæ sufficit ad acceptationem essentiæ, & non è conuerso; sicut enim si homo posset videre actum alterius diligendi, propter illum actum acceptaret totum suppositum: ita Deus acceptat actum primò elicitum à potentia; non quidem acceptatione generali, qua acceptat omnem creaturam, quia sic primò essentiam acceptat; sed acceptatione speciali, quæ ordinat acceptatum ad beatitudinem: acceptat autem sic primò, & principaliter potentiam, quæ est primò beatificabilis, & per illam ipsam essentiam. 2. D.26.Q.Vn. *Ad quartum principale*. C.7.

Acceptatio Diuina propter merita transeuntia [Ex hypothesi, quòd Deus in multiplicatione meritorum non intendat habitum charitatis, vt posset] nihil est realiter, nisi actus voluntatis Diuinæ, & in isto tantùm relatio rationis, sicut in obiecto volito: ita ex alia parte propter peccata transeuntia, nihil aliud est abiectio illius [scilicet committentis peccatum] nisi reprobatio, vel repulsio in voluntate Diuina, & in voluntate relatio rationis vt abiecti, vel reprobati ad talem, vel talem pœnam. 4.D.14.Q. 1. §. *Dico ergo*. ℣. *Confirmatur per simile*. G.7.

Acceptio personarum.

Acceptio personarum non fit, nisi sit debitum. *Verba Doctoris sunt ista*: Potest liberalis aliquibus duobus apprehensis æqualibus velle bonum non æqualiter communicare: nec in hoc fit iniustitia aliqua; quia nihil est ibi debitum. 1.D.41.Q.Vn. *Ad primum principale*. E. 14.

Accidens.

Accidentis, vel alicuius generis accidentis ratio non est inhærere, sed accidens, vel qualitas, vel quantitas est natura, cui conuenit inhærere. *Quodl*. Q. 3. §. *Respondeo ad primum*. ℣. *Respondeo secundùm Auicennam*. S. 19.

Accidens, idest hoc vocabulum *accidens* potest accipi pro per se significato eius [scilicet inhærentia] vel pro eo, quod denominatur ab isto per se significato, (ista distinctio est vniuersalis omnibus concretis.) Vlteriùs accipiendo pro illo, quod denominatur à significato illius nominis, accidens potest accipi, vel pro absoluto, vel pro respectiuo, siue respectu accidentali; & secundùm hoc habentur tria membra; primum de accidente, quantùm ad per se rationem, quam importat accidens; secundum de eo, quod denominatiuè dicitur accidens, & est absolutum; tertium membrum de eo, quod denominatiuè dicitur accidens, & est respectiuum. 4.D.12.Q.1.§. *Ad quæstionem*. A.5.

Accidens, loquendo de per se significato accidentis, contradictio est, ipsum intelligere non esse in subiecto, & hoc intelligendo vniformiter in subiecto, & prædicato scilicet, si in actu, actu; si in aptitudine, aptitudine. *ibidem*. ℣. *Sit ergo*. B.5.

Accidens, loquendo de eo, quod denominatur à per se accidentis significato, & est per se respectus, contradictio est, quòd sit sine subiecto, & hoc actu; ita scilicet, quòd non actu inhæreat subiecto, extendendo subiectum ad fundamentum, quod potest dici proximum subiectum respectus. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Secunda conclusio*. B.5.

Accidens sicut impossibile est esse, quin sit inhærentia; si actu, actu; si aptitudine, aptitudine: ita impossibile est, aliquod esse accidens (loquendo de per se significato, & primo huius nominis) quin sit inhærens proportionabiliter, hoc est, si actu, actu: si aptitudine, aptitudine. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Prima conclusio*. B.6.

Accidentis, vel inhærentis per se significatum; vel sic; Illud, quod per se significat accidens, vel inhærens, pertinet ad genus aliquod respectus extrinsecùs aduenientis; patet enim, quòd dicit respectum, quia non potest intelligi ratio eius ad se: non autem dicit respectum intrinsecùs aduenientem, quia non necessariò consequentem naturam extremorum; nam fundamentum eius, & terminus possunt manere sine ipso respectu. *ibidem*. ℣. *Respondeo ad genus*. C.6.

Accidenti non potest competere per se esse, sicut nec substantiæ potest per se inhærere: hoc autem est accipiendo *substare*, sicut competit vltimo terminanti dependentiam accidentis. 4. D. 12. Q. 2. *Ad secundum principale*. L. 17.

Accidens dependet ad suppositum substantiæ, cui inhæret, tanquam communicabile ad incommunicabile sustentans ipsum: licèt autem ibi coniungatur *dependere* ad *inhærere*; tamen prior videtur esse ratio dependentiæ, quàm inhærentiæ: sicut in termino videtur esse prior ratio prioritatis essentialis, propter quam terminat dependentiam, quàm ratio informabilis, vel susceptiui, secundùm quā terminat inhærentiam. *Quodl*. Q. 19. §. *Potest dici*. ℣. *Præterea, secundo*. Dd.23.

Accidens potest habere modum substantiæ, licèt non perfectè, scilicet quod sibi repugnet dependere ad subiectum; tamen aliqualiter similem, scilicet in non dependendo actualiter, sicut apparet in accidente separato: pari ratione videtur, quòd substantia potest habere modum accidentis, licèt non perfectè, scilicet dependendo, & inhærendo subiecto; tamen modum aliqualiter similem, scilicet in dependendo actualiter ad suppositum alienum. *Quodl*. Q.19. §. *Potest dici*. ℣. *Tertio declaratur*. Dd. 23.

Accidens quando est in subiecto, non habet magis rationem fundamentalem dependendi, quàm quando est separatum, quia ipsamet natura est isto modo prima ratio dependendi, nec oportet ad hoc, quod actu dependeat, superaddi actu talis ratio dependendi; sed sola ratio formalis, scilicet actualis dependentia. *Quodl*. Q. 19. §. *Ad illa autem*. ℣. *Secunda ratio*. Ff.25.

Accidens necessariò requirit potentiam receptiuam in essendo. 4.D.1.Q.1.§. *Istæ ergo rationes*. ℣. *Prima propositio*. M.18.

Accidens, secundùm omnes, simpliciter non recipitur, nisi in entitate actuali, quæ est necessariò subiectum accidentis, non in potentia pura. 2. D.16. Q. Vn. §. *Rationes istæ*. ℣. *Præterea omnes*. B.7.

Accidens quando inest substantiæ, sunt ibi duæ habitudines; vna formæ ad informabile; & illius extremū est substantia, vt receptiua talis formæ, & vt potentialis, saltem potentialitate secundū *quid*: alia est habitudo accidentis, vt dependētis ad substātiā vt ad quā dependet: & illius extremū est substātia, vt essentialiter prior accidēte naturaliter posteriori: prima habitudo non potest esse alicuius naturæ ad Verbū; quia illa requireret imperfectionem in Verbo, quia aliquā potentialitatem: secunda potest esse; quia non requirit in Verbo, nisi per se prioritatem, quæ non repugnat sibi respectu cuiuscunque naturæ creatæ. *Quodl*. Q. 19. §. *Secundò potest*. ℣. *Ad primum dici potest*. N. 13.

Accidentis dependentia licèt terminetur aliqualiter ad substantiam singularem; tamen non est vltima terminatio, nisi ad singularem, vt incommunicabilem; quia dependentia, quæ est in *communicari*, non videtur habere statum, nisi ad incommunicabile; quia si est dependentia ad singularem communicabilem, cum illa sit ratio essendi ei, cui communicatur, non est dependentia adhuc terminata vltimatè, nisi ad illud, cui communicabile communicatur. *Quodl*. Q. 19. §. *Secundò potest*. ℣. *Ad secundum*. O.13.

Accidentis realis, & actualis existentia ordine naturæ præsupponit existentiam subiecti. 3. D. 2. Q. 2. §. *Contra hoc*. ℣. *Præterea, illa gratia*. G. 12.

Accidens si dependet ab aliquo, sicut à supposito tantùm, non sicut à subiecto, vt si aliquod supportaret, vel sustentaret ipsum accidens, ita tamen, quòd non informetur ab accidente; adhuc ipsum sic sustentans posset denominari ab illo, si esset nomen impositum, non posset tamen dici album, nisi informaretur, posset tamen dici habere albedinem. 3. D.22.Q.Vn. §. *Ad secundum principale*. R.22.

Accidentis in concreto in diffinitione; siue; In diffinitione accidentis in concreto ponitur totum suum subiectum, nec ipsum in concreto prædicatur de parte sui subiecti, sed totum de toto. 4. D. 3. Q. 7. §. *In solutione*. ℣. *Vbi notandum*. C.2.

Accidens aliquod absolutum est ita vltimū in entibus, quod non potest vlterius esse subiectum alterius accidentis absoluti. 4. D. 6. Q. 10. §. *Hic dicitur*. ℣. *Et quod adducitur*. E.6.

Accidentia non semper signant substantiam esse in actu, quā affecerunt, sed aptitudinaliter, & si modo [in Eucharistia] signant in actu, non est ibi falsitas in signo, vt est signum

Accidens.

institutum ad placitum ; quia vt sic habet signatum, ad quod institutum est. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad quartum*. G. 15.

Accidens si primò adueniret materiæ, vt si daret sibi primum *esse* formale; non tamen daret sibi *esse* simpliciter, sed tantùm secundùm *quid*; quia non est actus, nisi secundùm *quid*. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Sic duo*. Y. 43.

Accidens si habet propriam entitatem essentialem extra subiectum, & intellectum, habet & proprium *esse*: & ita non est formaliter per *esse* subiecti. 4. D. 12. Q. 1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra hoc*. A. 3.

Accidens non habet esse formaliter illius subiecti, in quod per alterationem inducitur; quia illud subiectum præfuit ante mutationem. *ibidem*. ℣. *Item formam esse* A. 3.

Accidentia secundùm Philosophum 8. Metaph. Tex. 12. non habent materiam *ex qua*, sed *in qua*; vel si habent *ex qua*, illud non est subiectum; quia subiectum cum accidente facit ens per accidens: per se autem intrinsecum essentiæ accidentis, siue materia, siue forma, non constituit ens per accidens; quia accidens, vt totum quodam est, est ex omnibus pertinentibus ad essentiam eius. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem* ℣. *Contra secundum*. E. 10.

Accidens, non ideo Philosophi dicerent, non posse esse sine subiecto, quia ponerent subiectum de essentia accidentis; imo ex eis constituitur ens per accidens: nec quia de essentia accidentis absoluti ponerent inhærentiam, vel respectum quemcunque ad subiectum; quia contradictio est quòd in per se ratione absoluti includatur aliquis respectus quia tunc esset absolutum, & non absolutum: Sed hoc dicerent tantummodo, quia ponerent ordinem causatum simpliciter necessarium: ita quòd prima causa [secundùm ipsos] non potest causare sine causa secunda. *ibidem*. ℣. *Ex ista ratione*. E. 10.

Accidens non esse separabile à substantia, videtur asserere Philosophus 6. Meta. Tex. 2. *in principio* dicens: *Nihil horum* [idest accidentium] *secundum se aptum natum, nec possibile separari à subiecto*; & multa alia sunt ad hoc ibidem: Sed Philosophus intelligit quòd non possunt separari propter necessarium ordinem causati ad causam proximam apud ipsum: sed non habetur ex hoc quòd habitudo ad causam proximam sit de essentia causati. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Aliqui etiam*. G. 15.

Accidens non includit virtualiter se ipsum, nec subiectum, nec per consequens totum ex his; sequitur etiam naturaliter ipsum agens, cùm sit terminus formalis: non sic autem subiectum. *ibidem*. ℣. *Et si arguas*. O. 22.

Accidens non potest se effectiuè vnire subiecto: vnde si Deus reduceret substantiam panis, per transubstantiationem destructam, & nihil aliud faceret, remaneret accidens sine subiecto, nec vniretur substantiæ panis, tanquam per virtutem illius accidentis, dico effectiuè. 4. D. 12. Q. 1. *Ad primum principale*. ℣. *Ad tertium patet*. Q. 24.

Accidens potest esse subiectum accidentis proximè, sed non vltimatè. 4. D. 12. Q. 2. *Ad secundum principale*. L. 16.

Accidens, inquit Philos. 4. Meta. Tex. 14. *non accidit accidenti, nisi quia ambo accidunt eidem subiecto; nihil enim hoc illi magis, quàm illud accidit huic*: Hic locus Philosophi potest tripliciter exponi; primò quòd ly *quia* non sit nota causæ, sed concomitantiæ, vt sit sensus; non enim accidit accidens accidenti, nisi *quia*, idest quando ambo accidunt alteri; hoc enim erat necessarium apud Philosophum, qui non reputabat, accidens sine subiecto posse supportare aliud accidens. Secundò potest dici, quòd loquitur de accidentibus disparatis, sicut prætendit exemplum suum ibi; dicit enim, sicut *album*, & *musicum*: Tertiò potest dici, quòd illud non est dictum tanquam verum, quòd *accidens non accidit accidenti*; sed est dictum tanquam quoddam, sequens ex hypothesi, quam intendit ibi improbare; arguit enim sic: si contradictoria sunt simul vera, ergo omnis prædicatio est per accidens; & per consequens necessarium est, prædicationem in infinitum ire, sed in infinitis non est ordo, 2. *Meta.*; quia vbi non est aliquod primum, non est aliquod habitum; ergo nullum accidens habebit ordinem per se ad aliud accidens; & per consequens non magis accidet hoc accidens illi quàm è conuerso: & huic modo exponendi consonat littera; non enim ait, *accidens non accidit accidenti, nisi quia ambo eidem*; sed *accidens non accidenti accidit, nisi quia* &c per quod innuit, se illam propositionem asserere, sed non tanquam veram, sed ex prioribus: & hoc modo exponendo magis potest, ex illa auctoritate concludi, accidens posse esse subiectum accidentis, quàm non posse esse; erit enim secundùm illam expositionem illud illatum tanquam inconueniens, non affirmatum tanquam verum. *ibidem*. L. 16. 17.

Accidens, inquit Philosophus 4. Met. Tex. 14. *non accidit accidenti nisi quia ambo eidem accidunt*; & post: *Nihil enim hoc magis illi, quam illud accidat huic*: hunc textum necesse est exponere; quia si præcisè intelligar, quia duo accidentia accidunt eidem subiecto, ideo vnum accidit alteri; sequitur quòd ita superficies accidit albedini, sicut albedo superficiei. Idem sequitur ex secunda authoritate, *nihil magis hoc illi accidit, quam illud huic*: est ergo intellectus eius non de accidentibus ordinatis, quorum alterum est ratio recipiendi alterum; sed de accidentibus disparatis, de quibus exemplificat, vt *album*, & *musicum*: istud autem sufficit ad propositum suum ibi volentis, quod non potest esse processus in infinitum in prædicationibus per accidens, sicut exposui alibi intentionem eius. 4. D. 49. Q. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ℣. *Quod autem adducunt*. N. 16.

Accidens nullum perficere aliud accidens, est falsum, vt patet ex Auicenna 2. Met. cap. 1. quia velox, & tardum, sunt passiones motus; & curuum, & rectum passiones lineæ: & ratio est; quia quidquid per se secundo modo conuenit alicui, est accidens eius: nam in illo modo subiectum ponitur in diffinitione prædicati tanquam additum, quod non competit respectu accidentis, nisi de subiecto suo: multa autem sunt accidentia, quæ per se secundo modo insunt accidentibus, & nulli substantiæ, sicut patet de omnibus passionibus scientiarum mathematicarum, quarum nulla est de substantia aliqua, vt de primo subiecto. *ibidem*. ℣. *Huius instantiæ*. M. 16.

Accidens non migrat de subiecto in subiectum. 4. D. 13. Q. 1 §. *De tertio articulo*. ℣. *Quando autem confirmatur*. Bb. 36.

Accidentis alicuius receptiuum si ponatur esse eiusdem generis cum accidente recepto; tunc sequitur, quòd potentiale, & receptiuum accidentis alicuius in vno genere, respectu alicuius generis prioris, est actuale, vt receptiuum in genere coloris, & vniuersaliter in genere qualitatis, est aliquid actuale de genere priori, scilicet de genere quantitatis, vt superficies respectu colorum. 2. D. 12. Q. 1. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliud*. D. 15.

Accidens nullum prædicatur de parte sui subiecti. 4. D. 3. Q. 1. *Ad argumentum*. ℣. *Sed hoc nihil est*. E. 5.

Accidens non potest terminare dependentiam alterius accidentis dependentia omnino eiusdem rationis cum ea, qua ipsum dependet ad substantiam; quia in dependentia requiritur in terminante vltimo quæ independentia prohibet dependentiam omnino illi similem, quæ est ad ipsum; sed dependentia, quæ est aliquo modo eiusdem rationis, non repugnat terminanti dependentiam. 4. D. 12 Q. 2 *Ad secundum principale*. L. 18.

Accidentia omnia dependent ad substantiam, vt subiectum, accipiendo subiectum pro vltimatè terminante dependentiam; & per consequens nullum accidens potest terminare dependentiam eorum, tanquam vltimatè terminans, quomodo pertinet ad substantiam terminare. *ibidem*.

Accidens quodlibet absolutum potest esse sine subiecto, sed non respectiuum sine fundamento; quia non omnia æquè essentialiter dependent ad subiectum. 4. D. 12 Q. 2. *Ad tertium principale*. L. 18.

Accidens si dependet ad aliud accidens, sicut, secundùm aliquos, color ad superficiem, eius dependentia non vltimatè terminatur ad superficiem, sed ad illud, cui superficies est forma: & esto, quòd non dependeret ad illud, cuius est forma, sed tantummodo esset sibi ratio essendi; adhuc vltimata dependentia esset ad illud, cui superficies est forma. *Quodl.* Q. 19. §. *De secundo*. ℣. *Et cum dicitur*. Q. 14.

Accidens absolutum quodcunque potest esse sine subiecto, tam vltimato, quàm non vltimato, seu proximo. 4. D. 12. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. I. 14.

Accidens respectiuū non est possibile esse sine subiecto proximo;

Accidens.

Accidens.

niti sequuntur substantiam genitam. 2. D. 3. Q. 4. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Respondeo, quòd indiuiduationi*. L. 16.

Accidens necessariò consequens actum positum, potest non inesse, manente actu; & hoc subest voluntati Diuinæ, non autem voluntati creatæ elicienti actum. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantum ad tertium articulum*. ℣. *Dico, quòd non*. G. 9.

Accidens absolutum non consequitur totum præcisè in quantùm respectiuum. 3. D. 2. Q. 2. §. *De secundo, dico*. D. 8.

Accidens quando est habens gradus, & conueniens subiecto, & non determinatur subiectum ad aliquem gradum certum habendum, non videtur, quare non possit sibi quicunque gradus inesse, quia non inuenitur contradictio; & vbicunque non inuenitur contradictio, illud ponitur absolutè possibile. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Secundum*. F. 5.

Accidens si accipiatur pro quolibet mutabili ab Augustino 5. *de Trinit. cap.* 5. dicente. *In creaturis quidquid non secundùm substantiam dicitur, restat, vt secundum accidens dicatur*; tunc substantia quælibet creata erit accidens, quia est mutabilis: si autem accipiatur ibi accidens pro mutabili, idest amissibili, scilicet, quod potest, alio manente, scilicet substantia, amitti; & hoc manente, est posterius duratione, vel natura: si hoc modo, sequitur, quòd relatio creaturæ ad Deum, non est accidens; quia non potest creatura manere, nec duratione, nec natura sine ista. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istud*. ℣. *Præterea, Augustinus*. L. 20.

Accidens videtur accipere Augustinus in illa auctoritate 5. *Triu. cap.* 5. *In creaturis quidquid* &c. pro amissibili, [declarans insuper,] quomodo sunt aliqua accidentia inseparabilia; quia & si Coruus manens non possit amittere nigredinem; tamen potest amittere plumas, & alia quædam: hæc quidem non tantùm est mutatio, quia si sic, ipsa amissio plumæ esset mutatio; sed est amissio, quia sicut pluma est prior natura nigredine, ita etiam posset esse posterius natura nigredine; hoc est non primo corrumpi corruptione nigredinis. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istud*. ℣. *Et hoc modo*. L. 20.

Accidentia sunt relationes in his, ad quæ dicitur Deus; hoc est, sunt simpliciter mutabilia, non tamen amissibilia, & sunt dicta accidentaliter, hoc est non essentialiter de substantia. 2. D. 1. Q. 4. §. *Ad auctoritatem*. P. 26.

Accidens extendendo ad quodlibet; quod est extra per se rationem alicuius, quomodo differentia dicitur accidere generi, hoc modo illud, quo voluntas nostra specificè est hæc voluntas, accidit voluntati in communi. 2. D. 37. Q. Vn. vel 2. §. *Propter igitur istas*. ℣. *Quantùm ad primum*. Q. 9.

Accidens naturæ specificæ conceditur esse, quidquid est extra rationem per se illius naturæ, & non est per se consequens illam; & hoc modo quidquid ponitur indiuiduans est accidens, non autem est propriè accidens, sicut alij intelligunt: & sic debet intelligi Damascenus in elementario cap. 5. quòd *omnis res, in qua differt hypostasis, dicitur aduentitia differentia, & caracteristica proprietas, & qualitas hypostatica, hoc autem accidens est, velut homo differt ab alio homine*. 2. D. 3. Q. 4. *Ad secundum principale*. O. 19.

Accidentia non possunt facere differentiam specificam in substantia, in qua sunt 10. *Met. Tex.* 25. Sed faciunt in substantijs differentiam, & hoc numeralem, sed non faciunt primam differentiam numeralem. *ibidem*. N. 18.

Accidentium varietas facit aliquam differentiam numeralem, sed non primam, & necessariò concomitatur omnem primam; & ita habet intelligi dictum Boetij *l. primo Triu. cap.* 1. *In numero differentiam accidentium varietas facit*: nec videtur illa glossa extorta à Littera, sed littera ipsa facit, vt sic intelligatur, cùm oporteat, aliter sentientes necessariò exponere, quod ipse subdit de loco. 2. D. 3. Q. 4. *Ad primum principale*. ℣. *Sed quomodo*. O. 19.

Accidens nullum in vnione hypostatica potuit esse medium, sicut nec albedo est medium in vnione superficiei ad corpus. 3. D. 2. Q. 2. §. *Contra hoc*. ℣. *Præterea illa gratia*. G. 12.

Accidens generationem terminat secundùm quid; & cùm nullius generationis terminus careat *esse* actualis existentiæ, sequitur, quòd accidens habet suam propriam actualem existentiam. 3. D. 6. Q. 1. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Contra alid*. A. 4.

Accidentia, inquit Philosophus 7. *Met.* in principio. *Tex.* 2. *sue alia à substantia dicuntur entia, eo quod taliter entis*. Aliqui istum textum peruertunt, accipientes, quasi esset textus Aristotelis: *Accidentia non sunt entia, nisi quia taliter entis*: quam propositionem nec Philosophus dicit, nec sequitur ex propositione Philosophi; nam *eo quòd* sicut in antecedente potest denotare quamcumque causam illius, quod præcedit: ita potest denotare quamcumque causam illius, quod præcedit talem causam, non tamen præcisam; & per consequens non denotat talem præcissionem: sumitur autem ibi *taliter entis* pro substantia, de qua præcessit sermo; vel *totaliter entis* secundùm aliam litteram, ita quòd *totaliter* non dicat ibi totalitatem vniuersalitatis; quia tunc accidens esset entis vniuersalissimè sumpti, & ita non esset ens; sed *totaliter* totalitate perfectionis; & sic substantia est totaliter ens. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Aliqui etiam*. G. 15.

Accidens non potest esse propriè succedens corruptioni substantiæ, quia si illud solum succederet, substantia, vt substantia esset annihilata. 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Vel potest dici*. X. 29.

Accidentia omnia, quæ corrumpuntur in corruptione hominis, vel ante resurrectionem non posse eadem numero redire in eius resurrectione, sequeretur ex illa radice, quòd *esse* simpliciter interruptum, vel destructum non potest redire idem numero: & tunc non haberet homo resuscitatus eandem propriam passionem numero, quam prius; quia illa propria passio non manet post mortem, quia erat totius, vt totius, & non animæ tantùm: consequens est impossibile, quòd sit idem subiectum specie, & tamen, quòd non habeat eamdem passionem. 4. D. 43. Q. 1. §. *De primo*. ℣. *Præterea ex illa radice*. A. 5.

Accidens vltimum non est mutabile subiectiue, quia nullius perfectionis est capax propter sui imperfectionem; vt puta, si sit aliqua relatio, non est mutabilis subiectiuè; quia non potest esse subiectum alicuius; hoc est, quia imperfectum negatiuè, idest non capax alicuius perfectionis. 1. D. 8. Q. 5. §. *Ad quæstionem*. Y. 22.

Accidens cùm generatur de nouo in homine ab alio accidente, illud accidens non generatur, puta albedo, sed homo albus, & tamen non oportet, quod generans album sit nobilius homine albo. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Ad aliud, cùm dicitur*. P. 20.

Accidentium generatio non semper est ab vniuoco; patet enim, quòd calor generatur æquiuocè ex motu, & concursu radiorum; & à calore vniuocè. 1. D. 2. Q. 7. §. *Ad primum argumentum principale*. ℣. *Sed & ipsemet*. S. 27.

Accidens si producitur, [secundùm negantes, substantiam immediatè attingere terminum generationis,] & producatur per aliquod principium productiuum immediatum, quod est accidens; tunc non loquendo de infinitate accidentali in generabilibus, & generatis in eadem specie, de qua loquuntur Philosophi, quærendus est ordo essentialis in illis accidentibus; Vbicunque enim est ordo accidentalis in generabilibus, oportet dare extra totum illum ordinem aliquam causam essentialiter perfectiorem: vnde respecto accidentium singularium in specie coloris, danda est causa proxima essentialiter ordinata ad totam illam speciem; & eodem modo arguitur de indiuiduis illius speciei, & non est procedere in infinitum in ordine essentiali; & per consequens stabitur ad aliquam speciem accidentia, quæ erit causata, & non ab alio accidente, sed immediatè à substantia; & per consequens substantia habebit rationem principij actiui immediatè respectu accidentis. 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Item si accidens*. D. E. 11.

Accidens proprium cæuum substantiæ, cuius est, est à generante illam substantiam, propositio probabilis.Quodl. Q.15.§. *De primo*. ♈. *Contra hoc*. C.4.

Accidens variabile non inest substantiæ; nisi mediante accidente mutabili, falsum est; nec probat potentias animæ esse accidentia. 2. D 16. Q.Vn.§. *Rationes istæ*. ♈. *Ad aliud quæro*. D.9.

Accidens variabile non potest inesse alicui, nisi mediante accidente inuariabili; super hanc propositionem aliqui fundant magnam harengam super potentijs animæ; sed vnde probent, quærant: aliqua exempla addunt, & principium non habent: sed oportet videre aliquam rationem coniunctionis extremorum; si enim aliquid eiusdem rationis possit esse accidens inseparabile in alio, erit debile fundamentum; & istud non negatur de calore in igne, & in ligno. 4.D.12.Q.1.§. *Ad quæstionem*. ♈. *& si arguas*. O.22.

Accidentibus non conuenit, siue, in accidentibus non reperitur singularitas, sine ratione suppositi. 1. D.2.Q.7.§. *Ad primam quæstionem*. ♈. *Ad hoc*. Cc.38.

Accidentibus propriè non conuenit, siue, in accidentibus propriè non repetitur ratio suppositi. 1.D.4.Q.2.§. *Respondeo, quòd propositio*. ♈. *exemplum*. B.3.

Accidentis à conceptu nullus quidditatiuus communis Deo, & creaturæ, est abstrahibilis, nisi conceptus entis. 1. D.3.Q.3.§. *Quantum ad secundum articulum*. ♈. *secundam rationem*. I. 9.

Accidentium abstractiones tanto plures possunt fieri, quanta pluta possunt concernere. 1. D.5.Q.1.§. *Quantùm autem*. ♈. *In substantijs*. B.6.

Accidens tantùm sensibile, & non substantia, immediatè immutat intellectum nostrum ad aliquam intellectionem. 1. D.3.Q.3.§. *Quantùm ad secundum*. ♈. *Secundam rationem*. I.9.

Accidens bene potest esse principium alicuius effectus receptibilis in suo subiecto, sicut species intelligibilis est principium intellectionis receptæ in intellectu possibili. 1 D. 17.Q.3.§. *Hanc viam*. ♈. *Ad aliud dico*. T.8.

Accidens non potest agere, nisi in substantiam compositam; & ita non in materiam primam. 4. D. 1. Q.1.§. *Ista ergo ratione*. ♈. *Contra hoc*. O.19.

Accidenti actiuo, vt calori v. g. contrarium impediens potest auferre, nè agat; sed ne insit, nihil potest auferre, nisi Deus. 4.D.12.Q.3.§. *Ad primum principale*. ♈. *Sed ad formam*. Y.23.

Accidentia actiua agunt in sua contraria, actione vniuoca: vnde authoritas illa Philosophi 1.Geuer. Tex.87. Agens, & patiens oportet communicare in materia, ea qua videtur inferri, quòd accidentia separata in Eucharistia, quæ scilicet nō sunt in materia, non possint agere, melius soluitur dicēdo, cā ponendo de cōmunicatione aptitudinali, vel actuali, & sic quòd illa accidētia etiam separata, nata sunt communicare cum passo in materia sui subiecti, & consequenter, quod agere possunt in passum etiam separata: melius, inquam, sic soluitur, quàm dicendo, quòd intelligatur illa auctoritas de Agente æquiuoco, non vniuoco; nam hoc non soluit, cum agant in sua contraria vniuoca: Ea quo enim hæc forma [accidentalis] est eiusdem rationis cum forma terminante, sequitur, quòd sicut forma terminans est in materia, ita ista nacta est esse in materia; sed non oportet ipsam actu esse in materia, sicut illa est. 4.D.12.Q.3.*Ad tertium principale*. ♈. *Sed hoc non soluit*. Dd.38.

Accidens per formam suam præcisè, sine omni actione substantiæ, in quodcunque agat, agit; & consequenter nullo modo agit in virtute substantiæ, vel vt instrumentum, ad aliquem effectum. 4.D.12.Q.3.§. *Hic est opinio*. ♈. *Item. nihil est*. A.6.

Accidens si dicatur recipere virtutem à substantia, vt videtur dicere aliqui, ad generandam substantiam: tunc patet manifestè, cum nihil in accidente sit nobilius eo, nō potest accidens per hoc, quod dicitur *in virtute*, idest per hanc virtutem in aliquid perfectius, quàm possit ex se. 4. D.12. Q.3.§. *Hic est opinio*. ♈. *Ex his verbis*. n.5.

Accidens potest esse instrumentum substantiæ ad producendum substantiam [capiendo instrumentum, quatenus dicitur causa præuia dispositiua ad terminum] licet habeat actionem illam dispositiuam ad terminum substantiæ agentis: sed nec isto modo potest accidens in Eucharistia esse instrumentum substantiæ; quia substantia, quæ non est, nullum terminum inducit, nec potest inducere in fine alterationis factæ per illa accidentia. 4. D 12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ♈. *Prima nullo modo*. B.7.

Accidentia, vbi sunt instrumenta substantiæ; non attingunt terminum principale, sed tantùm quamdam dispositionem præuiam: vt patet de qualitatibus alterationis elementorum, quæ non attingunt formam substantialem. 4.D.1.Q.1.§. *Ista ergo ratione*. ♈. *Contra hoc*. O.19.

Accidens [secundùm aliquos] habet virtutem instrumentalem; quia causatur à principijs essentialibus substantiæ: [& secundum eosdem] potentiæ fluunt ab essentia animæ: ista autem non possunt intelligi tantummodo passiuè pro subiecto receptiuo; vnde hi fateri debent, substantiam non esse in potentia contradictionis respectu accidentium sibi propriorum; & ideo respectu ipsorum habere causalitatem aliam à causalitate causæ materialis, & non nisi causæ efficientis; quia non formalis, nec finalis, de qua non est sermo. 4.D.12.Q.3.§. *Dico ergo*. ♈. *Item omnis*. D 10.

Accidentia sunt principia agendi, & principia cognoscendi substantiam. 4.D.12.Q.1.§. *Ad quæstionem*. ♈. *Dico ergo*. H.16.

Accidens quomodo potest esse ratio formalis producendi substantiam, quæ sit terminus generationis? si collata B. Virg. Mariæ fuit vis super naturalis secundum quam potuit cooperari in istanti in generatione Christi. 3.D.4. Q. Vn.§. *Contra, ista vir*. ♈. *Præterea, quomodo*. A.6.

Accidens est imperfectius substantia. 7. *Met.T* ex.2. Nihil autem est formale principium producendi aliquid perfectius se ipso. 4.D.1.Q.1.§. *Istam ergo ratione*. ♈. *Primam propositio*. N.18.

Accidens non potest attingere effectum principalem agentis, vel producentis creantis substantiam; quia si principale agens esset agens vniuocum; tunc non necessariò requireret aliquod agens medium inter formam suam, & effectum: Agens autem æquiuocum est perfectius vniuoco, & consequenter non necessariò requireret tale medium, & per consequens non habet tale instrumentum, per quod attingat terminum: nec potest accidens esse tanquam dispositio præuia ad creationem; quia nihil præsupponitur creationi, quod disponatur. ibidem. ♈. *Contra hoc*. O.10.

Accidens, secundùm se, non habet in se, nec habere potest, [manens accidēs] productiuam virtutem omnium substantiatum, vel alicuius. 3.D.16.Q.2.§. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. D.9.

Accidens attingit terminum actionis, quia attingit passum, in quod forma inducitur: substantia autem non potest attingere materiam tanquam passum, in quod agat, quod non separatur à passionibus agentis naturalis, vt dicitur 1. *Generat. Tex.* 11. Hæc consequentia non valet, nisi in virtute illius propositionis subintellectæ, quod omne instrumentum attingit terminum principalis Agentis; quod falsum est, loquendo de accidentibus in ordine ad generandum substantiam, & maximè separatis, vt in Eucharistia. 4 D.12.Q.3.§. *Dico ergo*. ♈. *Ex hoc patet*. C 9.

Accidens posse attingere productionem substantiæ, probari non potest per hoc, quòd generatio est terminus alterationis: imo illud posset duci ad oppositum; non est enim intrinsecus terminus alterationis, sed extrinsecus, & alterius generis, & habet proprium terminum, priorem, secundùm genus, proprio termino alterationis. *ibidem*.

Accidens non potest esse principium effectiuum generandi substantiam principaliter; quia omne agens totale vel est vniuocum, & ita æquè perfectum producto; vel æquiuocum, & ita perfectius: accidens est omnino imperfectius substantia, & ideo &c. *ibidem*. ♈. *Secunda conclusio*. F. 13.

Accidens causare cognitionem substantiæ creatæ vel increatæ, est possibile absque hoc, quòd causet aliquid nobilius perfectione sua propria; sed non sic, si causaret substantiam; quia quælibet est simpliciter perfectior accidente. 4.D.13.Q.1.§. *De tertio articulo*. ♈. *Respondeo ergo, quod illa*. E c.39.

Acci-

Accidens.

Accidens supernatorale [quod secundùm aliquem collatum fuit Beatæ Virgini, vt actiuè se habetet ad generationem Filij] si sit in intellectu, vel voluntate, vt in subiecto, non videtur esse ratio agendi ad generationem Filij; quæ actio principaliter conuenit virtuti vegetatiuæ: si autem ponatur in virtute vegetatiua, mirum videtur, quomodo illa vis sit capax accidentis supernaturalis. 3. D. 4. Q. Vn. *§. Contra; ista vis. ✠. Similiter.* A 6.

Accidens reale supernaturale est simpliciter perfectius quocunque accidente naturali; quia in illud non potest caosa naturalis, in illud potest: & ista impotentia non videtur esse, nisi propter eminentiam effectus: vnde si in Sacramentis esset aliqua virtus supernaturalis, illa esset simpliciter nobilior omni qualitate naturali; & consequenter in verbis sacramentalibus alicuius Sacramenti esset aliquod accidens absolutum simpliciter perfectius omni perfect one intellectualis creaturæ, quod est inconueniens. 4. D. 1. Q. 5. *In tertio argumento in oppositum.* n. 1.

Accidens, à quo dicitur fallacia accidêtis, Philosophus quandoque accipit pro omni eo, quod est extra rationem formalem alterius: omne aotem tale est extraneum illi alteri ex comparatione ad aliud; & hoc modo differentia accidit generi, & quidquid sit indiuiduans, accidit naturæ specificæ. 2. D. 3. Q. 4. *Ad tertium primipale* O. 20.

Accidentis sophisma est ex identitate aliquorum inter se, absolotè concludere identitatem respectu tertij, respectu cuius extraneantur. 1. D. 2 Q. 2. *§. Ostenso esse de proprietatibus. ✠. Quintò posset sic argui.* T. 23.

Accidens separatum.

Accidens potest esse ens per se, quando non est in subiecto, intelligendo ens *per se* solitariè, prout accipitur, 1. *Poster. Tex.* 9. in tertio modo per se. *Quodl. Q. 9. §. De secundo. ✠. Prima ratio.* A. 3.

Accidenti, postquam panis transubstantiantur, oon communicatur aliud *esse*, quàm habuit, quando fuit actu informans panem, sed idem ibi consequatur. 2. D. 12. Q. 2. §. *Ad primam rationem. ✠. Item sicut.* G. 9.

Accidens, quando separatur à subiecto in Eucharistia, si habet nouum *esse*, oportet ibi ponere aliquam transmutationem à carentia illius *esse* ad istud *esse*, quod tamen est impossibile; quia non potest poni quæ sit ista mutatio: non enim est generatio, quia accidens non est subiectum generationis: nec augmentatio, nec alteratio; quia non acquiritor quantitas, nec qualitas per istam mutationem; quia tunc vel qualitas esset subiectum illius augmentationis, vel alterationis, cuius esse acquiritur; vel esset qualitas, & quantitas; & sic de isto posset argui in infinitum. 4. D. 12. Q. 1. *§. Hic dicitur. ✠. Item si accidens.* A. 3.

Accidenti separato à subiecto, si Deus dat nouum *esse* (vt aliqui volunt) illud *esse* nouum, qoia non est formaliter esse Diuinum, aut est propriè substantia, vel accidens, vel neutrum; si in genere substantiæ, erit independens; & per consequens non erit formaliter esse alicuius accidentis; quia nullum accidens potest esse formaliter independens, vel per se esse: si in genere accidentis quomodocunque per reductionem erit æquè dependens cum forma, cuius est; & per consequens per illud esse formaliter non erit illud, cuius est ens independens. 4. D. 12. Q. 1. §. *Hic dicitur. ✠. Item. esse.* A. 3.

Accidenti separato à subiecto, si Deus dat aliquam virtutem supernaturalem, per quam virtutem potest per se esse [vt aliqui volunt] licèt sine ea non posset, illa virtus erit terminus mutationis alicuius; & tunc quæritur cuius? pertinebit etiam ad aliquod genus; sed quæritur, ad quod? 4. D. 12. Q. 1. *§. Hic dicitur. ✠. Contra istud.* A. 4.

Accidens in Eucharistia, separatum à substantia panis, non dependet consequenter ab illa substantia, dependentijs, quibus ab ea dependebat priùs ante separationem; sed solum dependet à causa prima, dependentia eadem, qua ab ea dependebat, quando erat in substantia panis: ex quo videtur posse inferri, quòd illud accidens illis alijs dependentijs non dependebat priùs ante separationem essentialiter à substantia panis; quia sine terminis illarum dependentiarum primus respectus illius accidentis ad simpliciter primum sufficiebat, & totaliter sufficiebat ad esse fundamenti totalis; quod autem habet, quidquid requiritur ad sui esse, in priori signo, in secundo signo non dependet ab aliquo essentialiter. Hæc deductio bene videtur tangere ordinem causarum secundarum, & necessitatem illius ordinis, propter quem ordinem Philosophus negauit possibilitatem separationis accidentia à subiecto; vel si ille ordo est necessariua, est difficile videre quomodo causa secunda est causa effectus, cum illud non sit causa, sine quo ab alio priùs naturaliter causatum habet totaliter esse. 4. D. 12. Q. 1. *Ad secundum principale. ✠. Contra & ✠. Respondeo ista.* R. 26.

Accidens in Eucharistia non est actualiter posterius ad substantiam panis; sed tantùm aptum natum esse posterius ad illud, tanquam ad aptitudinaliter prius. 4. D. 12. Q. 1. *Ad secundum principale.* R. 25.

Accidentia panis manent, vt patet ad sensum, & non afficiunt corpus Christi, quia illud non est quantum hac quantitate, sed multò magis oon figuratum hac figura, sed figura corporis humani: nec est coloratum hoc colore, sed colore conueniente corpori humano: nec afficiunt aerem; quia aer non est capax istorum accidentium, cùm ista sint accidentia corporis mixti, & repugnantia elemento: nec afficiunt substantiam panis, quia illa non manet, & consequenter sunt sine subiecto. 4. D. 12. Q. 1. *In secundo argumento in oppositum.* r. 2.

Accidente in separato nihil possitioum remanet, qood non fuit in ipso, vt coniunctn; vnde cùm in coniuncto non fuit aliqua vis, qua de ipso posset produci aliquis terminus alicuius transmutationis, sed tantùm, quòd ipsum poterat esse alius terminus, & poterat produci de potentia subiecti; sequitur quòd in ipso separato non est aliqua vis, per quam possit habere, respectu alterationis, nisi tantùm rationem termini. 4. D. 12. Q. 4. *§. Quantùm ad istam. ✠. Contra duo.* D. 16.

Accidenti separato dat Deus, vt omnia possint sibi conuenire, quæ possunt ei cooocoire in subiecto: ex hoc non coocluditur, quòd accidens separatum, puta qoantitas, possit esse subiectum motus, sed potius oppositum, nam in subiecto non posset sibi conuenire, nisi tantùm, quod esset terminus motus; & consequenter nullo modo posset sibi aliud conuenire extra subiectum. *ibidem. ✠. Secunda ratio.* D. 18.

Accidens in Euchsristia quando dicitur agere in virtute substantiæ, si intelligatur per illud *in virtute substantiæ* aliquod absolutum, quod est substantia, vel aliquod, quod est in substantia, cùm substantia panis non sit simpliciter, sequitur, quòd per nihil, siue per non ens accidens generabit, vel virtute nihili: si autem intelligatur absolutum, quod est accidens, vel aliquid in accidente, nihil est ibi nobiliua accidente; & per consequens non magis potest in virtute talis in aliquod perfectius, quod in virtute propria: si verò intelligatur habitudo accidentis ad substantiam, vt ad causam priorem, cùm ad nihil non sit aliqua habitudo, & panis non sit aliquod ens, sequitur, quòd per hoc, quòd sit in virtute, non ponitur aliquod positiuum; & ita idem, quod prius. 4. D. 12. Q. 3. *§. Hic est opinio. ✠. Contra illud.* n. 5.

Accidens in Eucharistia non est motum à substantia, cùm ipsa non sit; & consequenter accidens non est eius instrumentum. *ibidem. ✠. Item hoc potest.* A. 6.

Accidenti separato nullo modo potest competere actio respectu substaoriæ, neque etiam instrumentaliter: & hoc accipiendo instrumentum pro quacunque causa, siue attingente terminum principalis agentis: siue pro causa secunda propriè dicta; siue pro parte, pro qua totum agit; siue pro recipiente tunc motionem solam, tanquam effectum præuium effectui principali: in omnibus enim illis requiritur quòd illud, cuius est instrumentum, concurrat causans in suo ordine causandi: & quod non est, nihil causat in quocunque ordine causandi. 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo ad quæstionem. ✠. Prima nullo modo.* B. 7.

Accidentia in Eucharistia agere in virtute substantiæ, quando deducitur ex hoc, qoòd consetoantur virtute eadem secundùm speciem; & sic sicut coniuncta agere poterunt,

ita

Accidens separatum.

ita separata: hæc deductio non valet; quia hoc non sequitur, nisi quia sunt instrumenta: non sunt autem instrumenta substantiæ non entis; vnde ex hoc sequitur oppositum. *ibidem*. ℣. *Ex hoc patet*. C.8.

Accidentium separatorum actionem non solùm terminari ad formam accidentalem, sed etiam substantialem, est falsum, nisi sicut ad terminum remotum, qui nullo modo attingitur per actionem formæ accidentalis; sed ad quem ordinatur terminus, qui attingitur per actionem accidentis. *ibidem*.

Accidens separatum nullo modo potest esse principium actionis ad substantiam, & hoc instrumentale virtute substantiæ, quæ non est: nec accidens coniunctum potest esse per se attingens substantiam, vt terminum. 4. D. 12. Q.3. ʃ. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Sic patet*. D.9.

Accidens separatum, saltem eo modo, quo qualitas tertiæ speciei est in Eucharistia, scilicet sine substantia, potest esse principium actionis intentionalis in sensum, & intellectum, & actionis realis in passum habens contrarium eo modo, quo priùs: & hoc quantum est ex se. *ibidem*. ℣. *Tertia conclusio*. K.17.

Accidentia separata in Eucharistia sunt sensibilia, vt patet ad sensum: possunt etiam alterare passa sibi approximata, vt patet de modica aqua apposita speciebus vini, & proinde in aliquam actionem possunt, inquam priùs. 4. D.12. Q.3. *In primo argumento in oppositum*. n.3.

Accidens separatum non habet virtutem corrumpendi substantiam, quia nec producendi. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ad aliud dubium*. N.20.

Accidentia aliqua actiua si essent sine subiecto, substantia qualis, & qualis approximata eis, corrumperetur, sed non ab eis; imo ab agente vniuersali causato, scilicet, cœlo, ad quod est fuga naturalium: præcipuè cùm forma hic inducenda sit imperfecta, quæ totaliter est in virtute actiua Cœli; & per consequens nullo particulari agente impediente, imo magis disponente, potest forma illa à Cœlo induci, sicut induceit quasdam formas imperfectas in materias corruptibilium: & si esset aliqua forma, ad quam inducendam Cœlum non sufficeret, oportet fugere ad primam causam simpliciter; quia hic induceret illam formam, ad quam agens naturale disponit. 4. D.12. Q.3 ʃ. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ne tamen*. P.22.

Accidentia sine subiecto non possunt corrumpi effectiuè ab agente creato, cùm immediatè conseruentur à Deo; quia nulla causa creata potest habere virtutem actiuam præeminentem virtuti causæ conseruantis *ista* in isto *esse*. 4. D. 12. Q.4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Sed quid tenendo*. F.21.

Accidentia Eucharistiæ possunt corrumpi [ab agente naturali:] & hoc quidem de qualitatibus, quarum transmutatio non requirit aliam quantitatem, satis est manifestum secundùm communem opinionem; quia illæ possunt habere subiectum commune manens, scilicet quantitatem: sed secundum aliam opinionem, quæ ponit, quantitatem substantiæ non differre à substantia, nec quantitatem albedinis ab albedine; & per consequens nullam esse hic quantitatem magis separatam à subiecto, quam substantiam cuius est quantitas, non est æquè facilè saluare corruptionem qualitatis: tunc enim oporteret ponere, quòd cum pari ratione quælibet qualitas sit sine subiecto, sicut & vna, quæcunque transmutaretur, transmutaretur sine subiecto. 4. D.12. Q.5. ʃ. *Dico ergo ad quæstionem*. A.4.

Accidens separatum in Eucharistia non habet illum modum, qui est proprius substantiæ, nempè per se esse naturaliter, ita quòd in essendo non inclinetur naturali aptitudine ad aliud. 3. D.1. Q.1. ʃ. *Tertius articulus*. ℣. *Secunda ratio*. D.5.

Accidens vt cognoscibilis.

Accidentium cognitio habetur ex eo, quòd attribuuntur substantiæ, quod esse non potest, nisi de substantia secundùm totalem coordinationem suam. 2 D.3. Q.4. ʃ. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Ex secunda via*. B.5.

Accidentale.

Accidentale si accipiatur pro extraneo, pro quocunque scilicet, quod non est de ratione formali alicuius, licet non propriè sic dicatur accidentale; hoc modo potest dici accidentale alicui, quidquid ei est extraneum: & illo modo non est inconueniens, distinctiua Personarum Diuinarum accidere essentiæ, quia sunt extra rationem eius. 1. D.2 Q.7. *Ad secundum principale*. Ll.53.

Accidentale accepit Philosophus 1. *Elenchor*. pro extraneo in fallacia accidentis. *ibidem*.

Accidentale si accipiatur pro extraneo, differentia est accidentalis respectu generis. *ibidem*.

Accidentale si accipiatur pro eo, quod quasi perficit aliquid accidentaliter, quod præexistit in se perfectum, non omne ens omni enti, in quo est, est essentiale, vel accidentale; est enim medium inter essentiale, & accidentale, vt contrahens: sicut differentia contrahit genus, quæ nec est essentiale, nec accidentale: & sic in Diuinis nihil est accidentale; sed præter essentiam aliquid est non essentiale. 1. D.2. Q.7. *Ad secundum principale*. Ll.53.

Accidentale continet sub se omne accidens, siue accidens commune, & accidens per se, siue proprium. *Quodl*. Q.1. ʃ. *De altero*. ℣. *Vna quod alter*. D.5.

Accidentalitas.

Accidentalitas est ex parte causæ non propriè, sicut album dicitur esse causa ædificandi accidentaliter; & vniuersaliter omne, quod accidit causæ per se, ita quòd facit vnum per accidens cum ea. 2. D.37. Q.Vn. *alias*. 2. §. *Propter igitur istas*. ℣. *Quantum ad primum*. Q.9.

Accidentalitas accidentis entis ad se, & accidentis entis ad illud non est eadem: sicut non est eadem entitas ad se, & ad alterum. *Quodl*. Q.3. ʃ. *Respondeo ad primum*. ℣. *Ad secundùm licèt*. P.15.

Accideotalitas similitudinis non est alia res ab ipsa similitudine; quia similitudo est sua accidentalitas ad fundamentum, & se ipsa accidit fundamento, sicut se ipsa est ad oppositum; Vniuersaliter enim quod conuenit alicui sic, quòd omnimoda contradictio sit, illud esse sine hoc; hoc est idem realiter illi: nunc autem contradictio est, esse similitudinem, & non esse ad fundamentum, & etiam non esse ad terminum; ideò accidentalitas sua ad fundamentum est idem sibi, sicut ipsamet est similitudo, vel habitudo ad oppositum. *ibidem*. ℣. *Si quæras*. P.16.

Accidentalitas similitudinis, qua ratione est eadem sibi, pari ratione accidentalitas albedinis est eadem sibi: falsa est ista propositio; quia albedo est ens absolutum, & similitudo relatio. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ℣. *Si quæras*. P.16.

Accidentalitas similitudinis quia non est alia res à similitudine, ideò status est in relationibus, & non est processus in infinitum; ita quòd sicut relatio distinguitur ab albedine, ita accidentalitas albedinis sit alia res à similitudine; & accidentalitas rursus accidentalitatis huius sit alia res ab illa: non datur, inquam, talis processus, sed propter identitatem realem accidentalitatis suæ cum similitudine stat ad ipsam similitudinem. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ℣. *Si quæras*. P.16.

Accomodare.

Accomodans aliquid alij, & deceptus ab eo, cui accomodat, vel attractus, & coactus aliqualiter accomodat, non accomodat merè liberaliter; & ideò in tali accomodatione est iniustitia, licèt ibi non sit defectus æqualis propter æquale iustum [sicut in donatione ex eisdem causis iniusta;] quia translatio vsus ad tempus non requirit tantam liberalitatem, quantam translatio dominij. 4. D.15. Q.2. §. *De tertio articulo*. ℣. *Nam in donatione*. X.24.

Accomodatio.

Accomodatio liberalis donationis correspondet in translatione vsus, & habet similes leges cum donatione, ad hoc, vt sit iusta; quia requirit in accomodante liberam voluntatem, & in recipiente, quòd velit recipere rem accomodatam ad vsum, & quòd non sit aliqua voluntas legis, vel Principis, obsistens tali accomodationi. 4. D.15 Q.2. ʃ. *De secundo articulo*. ℣. *Huic autem correspondet*. K.11.

Accusare.

Accusans mendaciter innocentem, qui non potest accusato reddere famam, nisi se ipsum infamet, tenetur nihilominus reddere famam; quia non est dignus fama post tale mendacium publicum: alius autem est dignus fama, & secun-

Accusare.

secundùm iustitiam debet sibi reddi. 4. D.15. Q.4. *Ad secundum principale*. H. 7.

Accusatus.

Accusato de falso crimine, iustè conuenit fama: accusanti autem post talem accusationem iniustè, non solùm quia mentitus est in accusando, sed quia publicè mentitus est, in quo sufficienter, & iudicialiter se diffamauit; & ideò postea directè ostendens innocentiam alterius, cui tenetur in hoc, & nocentiam sui, non tunc propriè diffamat se, sed tunc amouet falsam laudem, quia iste post accusationem mendacem indignus est. 4. D.15. Q.4. §. *Respondeo in genere*. ℣. *Respondeo, sicut*. C.2.

Accusatus in publico ab aliquo de crimine vero, sed priuato, durum est, quòd statim teneretur de necessitate salutis in publico confiteri illud, & sic statim exponere se patibulo in causa sanguinis; sed habendo oculum non tantùm ad pœnam, sed ad honestum, & inhonestum, non apparet, quòd iste honestè, & secundùm rectam rationem debeat confiteri coram tali Iudice; quia ipse, plusquàm quicunque alius accusans singularis, auferret sibi famam; quia confitenti contra se in iudicio creditur. Quid ergo? cauta est responsio iuristarum, nego proposita, vt proponuntur: & hæc quidem sine mendacio possunt dici in proposito, quia proponuntur in publico, & vt publica, & publicè probanda: sic autem negare ea potest quis, si scit, ea non posse probare in publico: quòd si Iudex vrgeat eum, vt confiteatur propositum, vel vt publicè neget; respondere posset, quod ipse sufficienter respondit ad accusationem, sicut est modus iurisperitis respondere, nec ab illa responsione vult declinare, faciat Iudex, erga accusantem, quod iuris est. 4. D.15. Q.4. §. *In tertio membro*. ℣. *Sed remanet*. F.6.

Accusatus in publico de crimine occulto, si neget, intendens tamen negare illud, vt propositum est, scilicet, vt publicum; sicut Sacerdos facit de confesso, dicens, nihil mali scio ipsum fecisse, quia loquitur vt in publico, audiuit autem in alio foro; *quia bonarum mentium est culpam suam agnoscere, vbi culpa non est*. Dist.5. cap. ad eius, & intitulatur Gregorius; & ideò multò magis, vbi dubitatur, an sit culpa, & qualis culpa, bonæ mentis est culpam agnoscere; & ideò in tali casu tutum est post talem negationem pœnitere indistinctè de hoc, tanquam de tali, quale est, vt potè sub tali indistinctione; si mortale, tanquam de mortali; si veniale, tanquam de veniali. 4. D. 15. Q.4. §. *In tertio membro*. ℣. *Sed nunquid*. H.7.

Accusatus si negauerit crimen verum, sed occultum, sibi publicè impositum in iudicio, non seruato ordine iustitiæ, non tenetur restituere famam accusanti; imo accusans accusato; & imputet accusans diffamationem sibi ipsi; quia & impudenter, & iniustè egit in publico, accusando priuatum. 4 D.15.Q.4. *Ad secundum principale*. H.7.

Aceruus.

Aceruus lapidum non est propriè totum, sed partes, vel lapides. 2.D.12.Q.1.§. *Positio ista*. ℣. *Et tunc respondeo*. A.7.

Acetum.

Acetum ex vino nullum agens naturale potest facere immediatè. 2. D.2. Q.12. §. *Hic dicunt quidam*. ℣. *Sed nunquid*. C. 3.

Acetum, & agrestum non per aliud probamus differre specie à vino, & per consequens non esse materiam consecrationis, quantùm ad vinum, nisi quantùm ad qualitates, & operationes; quia scilicet acetum est à tota specie frigidum; vinum autem à tota specie calidum. 4. D.11. Q.6. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Sed si credatur*. n.2.

A C Q

Acquisitio.

Acquisitio, sicut & receptio *esse* creaturæ videtur sufficienter stare; si ex se non habeat illud, quod dicitur acquirere, siuè sit nouum, siuè antiquum. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes autem*. ℣. *Ad primam dicunt*. E.16.

ACT

Actio.

Actio non potest poni aliquod absolutum, secundùm quod ponitur genus vnum illorum decem distinctum [idest actio de genere actionis non potest poni aliquod absolutum,] quia tunc esset noua forma: ex quo sequeretur, quòd ad actionem esset actio, & sic in infinitum, quæ est ratio Aristotelis 5. Physic. Tex.13. qua probat, quòd ad actionem non potest esse motus: illud autem inconueniens sequi potest; quia ad formam absolutam nouam potest esse aliqua actio, quia illa forma non est à se, nec à nihilo, & consequenter est ab aliquo agente: sequitur etiam, quòd omne agens ante mutaretur secundùm formam absolutam, quàm passum mutaretur ab ipso; quia passum non mutatur ab ipso, nisi iam habente actionem: Agens autem ad hoc, quòd habeat istam actionem, cùm sit forma absoluta noua, oportet, quòd mutetur ad ipsam. 4. D. 13. Q.1. §. *Ad huius autem difficultatis*. B. 5.

Actio de genere actionis si est forma absolota, & noua in agente, necesse est, quòd habeat aliquod susceptiuum, quia non est per se subsistens; tunc enim nihil diceretur formaliter agens per ipsam: sicut nec aliquid dicitur formaliter quantum per quantitatem separatam: susceptiuum autem habet aliquam potentiam susceptiuam, vel passiuam respectu susceptibilis; & consequenter actiuum ante actionem erit in potentia passiua ad actionem. *ibidem*. ℣. *Contra; si actio*. B.6.

Actio vt ponitur genus distinctum contra alia nouem genera, [vt constituit, scilicet proprium genus, quod vocatur genus, seu prædicamentum Actionis] non est forma absoluta noua, neque in agente, neque in patiente. 4.D.13.Q.1.§. *Ad huius autem*. ℣. *Si etiam dicatur*. B.7.

Actio de genere actionis est actus potentiæ actiuæ: verum quidem est simpliciter, sed difficile est hoc saluare, supponendo, quòd actio sit quid absolutum in agente; non enim potest esse potentiæ actiuæ, vt susceptiuæ, quia hoc est contra rationem potentiæ susceptiuæ, vel passiuæ: nec potest esse eius, vt elicitiuæ, quia non vt ab ipso, quod est propriè *esse* eius, vt actiuæ; quia tunc actiuum, vt actiuum, per formam absolutam priorem actione ista actiuè se transmutaret ad istam actionem: & tunc esset quæstio adhuc vlterior, quomodo aliquid transmutaret se ipsum ad illam priorem actionem; sed tenendo istam hypothesim oportet dicere, quòd actio, licèt sit potentiæ actiuæ, qualitercumque tamen est actus alicuius potentiæ passiuæ: quia hoc est vniuersaliter verum de omni forma, quæ non est separata ab omni susceptiuo. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Contra; si actio*. B.6.

Actio de genere actionis, si dicatur (secundùm hypothesim, quòd sit absolutum,) quòd sit in patiente, sequitur, quòd non potest aliquod passum pati secundùm formam de genere quantitatis, vel qualitatis, quin simul duratione, & fortè priùs natura patiatur secundùm formam absolutam alterius generis, scilicet secundùm actionem, quæ ponitur esse forma absoluta, alia à qualitate, & quantitate; consequens videtur inconueniens, quòd scilicet non possit subiectum pati secundùm formam absolutam priorem, nisi patiatur secundùm formam posteriorem, quæ non est propria passio prioris; [nam actio non est propria passio qualitatis, vel quantitatis,] vt patet in albedine, quæ potest manere in subiecto post actionem transeuntem. *ibidem*. ℣. *Si etiam dicatur*. B.7.

Actio non potest poni forma absoluta, sed noua; imò coæua illi, in quo est; quia tunc actio esset non circa aliquod passum, quod videtur esse contra rationem actionis; quia secundùm Auctorem sex principiorum *cap. de Actione*, Actio requirit non solùm, quòd agat, sed in quid agat. *ibidem*. ℣. *Nec potest*. B.7.

Actionis rationem non videtur intelligere, qui ponit eam ita absolutam, quòd simpliciter nullum respectum habeat ad productum, vel passum. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Nec potest*. B.7.

Actio si ponatur forma absoluta coæua illi, in quo est, & cum hoc in agente, sequitur, quòd nunquam aliqua actio incipit, vel desinit esse, nisi quando forma actiua

ad

Actio.

ad illam actionem incipit; vel desinit: & tunc quamdiu calidum est calidum, manet calefactio; & per consequens, quando calidum impeditur à contrario, æquè agit, sicut quando non impeditur; & quando terminus actionis est inductus, semper post æquè manet actio, sicut ad inducendum terminum. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Nec potest*. B.8.

Actionem ponere formam absolutam, & in passo coæuam sibi, est omnino irrationabile; quia destructo agente, adhuc actio esset eadem in passo: simul etiam pateretur idem passum à contrarijs actionibus, si potest successiuè à contrarijs agentibus pati. *ibidem*.

Actio si est genus, distinctum à reliquis nouem generibus ipsum, vt sic, per se non dicit, nisi respectum. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Nec potest*. C.8.

Actio de genere actionis est respectus extrinsecus aduenicns, sed non in passo. *ibidem*. ℣. *Vlterius, si omnes*. & ℣. *Sed contrarium*. D.9.

Actio de genere actionis est respectus extrinsecus aduenicns, & in agente, vt in subiecto: in forma autem, quæ dicitur potentia actiua, vt in fundamento proximo. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Item in quocunque*. E.10.

Actio de genere actionis; cùm sit respectus extrinsecus aduenicns, erit habitudo agentis ad passum transmutatum. *ibidem*. ℣. *Vlterius in speciali*. G.11.

Actio prout accipitur pro respectu transmutantis ad transmutatum, [iuxta illam descriptionem lib.1. sex principiorum: *Actio est, secundùm quam in illud, quod subijcitur, agere dicimus*] est genus distinctum à reliquis nouem prædicamentis, vt patet per Arist. 5. *Meta. Tex.* 17. *de principio transmutandi*; & per distinctionem respectuum, qui non pertinent ad genus relationis, à relationibus propriè dictis, quæ sunt in genere relationis; & denique per descriptionem nunc adductam ex libro sex principiorum. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Actio secundùm primam*. H.12.

Actio de genere actionis est transmutatio alterius in quantum alterum; sicut potentia actiua, secundùm Philosophum 5. *Meta. Tex.* 17. est principium transmutandi aliud, in quantùm aliud. *Quodl.* Q.13. §. *De tertio*. ℣. *Præterea est transmutatio*. Aa.25.

Actio de genere actionis reducitur ad principium effectiuum. *Prolog.* Q.4. §. *Contra istud*. ℣. *Ad tertium*. L.22.

Actiones de genere actionis possunt habere se tantùm ad relationes secundi modi, sicut præuiæ dispositiones ad tales relationes 4. D.13. Q.1. §. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Ad quintum*. V.26.

Actionem, & passionem esse proxima fundamenta relationum secundi modi, Philos. 5. *Meta. Tex.*20. non intelligit; quia relatio non manet, fundamento non manente: manet autem relatio secundi modi, non manente actione, vel passione, sicut aliquis manet Pater, non manente generatione: quòd autem dicit, relationem de secundo modo fundari super actionem, & passionem, non est intelligendum tanquam super fundamentum proprium, vel super rationem proximam fundandi; sed tanquam super dispositionem mediam inter fundamentum proprium, & ipsam relationem. *Quodl.* Q.12. §. *De primo*. ℣. *Hic dici potest*. B.C.4.

Actio productiua vel est productiua termini simpliciter, vel æquiualenter, & conuersio [sine nouitate in termino iam præexistente] secundo modo est productiua; quia quantum est ex parte sua sufficeret ad hoc, vt terminus acciperet *esse* per eam; sed si non accipit *esse*, hoc ideò est, quia iàm præhabet illud *esse*. *Quodl.* Q.10. §. *Ad istam*. ℣. *Tertius intellectus*. M.20.

Actio omnis de genere actionis vel est productiua termini, vel eductiua, vel inductiua; imo eo ipso, quòd actio talis ponitur in Diuinis, puta generatio, vel spiratio, per ipsam aliquis terminus accipit esse, scilicet suppositum genitum, vel spiratum. *Quodl.* Q.13. §. *De tertio*. ℣. *Præterea actio*. Bb.25.

Actio propriè sumpta habet tres proprietates; prima, quòd est in continuo fieri; æquè enim dependet ab agente in secundo, & vltimo instanti, & in primo, imo in quolibet, quantùm durat: secunda, quòd est circa aliquid receptiuum, in quo est, vt in subiecto; Nam actio non est in agente, sed in passo: tertia, quòd est circa aliquem terminum, ad quem terminatur, qui esse accipit per eam. 1. D.3. Q.6. *Ad primum principale*. Z.35.

Actio de genere actionis dicit respectum quemdam extrinsecus aduenientem, siue sit in Agente, siue in passo, & respectum mutuò correspondentem respectui passionis: vnde cùm passiones in diuersis passis sint alterius, & diuersæ rationis, sicut & formæ receptæ in eis; sequitur, quòd actiones erunt sic aliæ. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ad primum, quid sit*. L.19

Actio est vltimus terminus, nec habet alium terminum. 1. D.3. Q.7. §. *Ad auctoritatem*. ℣. *Et eum post*. Aa.39.

Actionis est aliquis terminus realis; vel sic; Omnis actio realis habet aliquem terminum realem, & vnum. 1. D.3. Q.6. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Ex alio membro*. C.8. & *Quæst. Additionali*. §. *Hic sunt tres*. ℣. *Præterea, actionis*. V.31.

Actio illa, quæ propriè est ad terminum, non potest intelligi sine termino. 1. D.3. Q.6. §. *Hic sunt tres*. ℣. *Ad argumentum*. V.32.

Actio de genere actionis non potest esse eiusdem rationis, nisi termini sint eiusdem rationis; sicut calefactio non est eiusdem rationis, nisi calor terminans sit eiusdem rationis. 1. D.3. Q.9. *Ad tertium principale*. ℣. *Respondeo, argumentum*. P.11.

Actiones distinguuntur penes distinctionem principiorum actiuorum, hoc conceditur, [licèt etiam distinguantur penes terminos.] 1. D.3. Q.7. *Ad tertium principale*. Cc.40.

Actionis de genere actionis terminus est aliquid, quod accipit esse per illam actionem. 4. D.11. Q.2. *Ad primum principale*. B.4.

Actionis alicuius propriè dictæ de genere actionis, quòd aliquid possit esse terminus, est contra immutabilitatem, necessitatem, & infinitatem cuiuscunque; vel sic; Contra immutabilitatem, necessitatem, & infinitatem cuiuscunque est, quòd possit esse terminus cuiuscunque actionis propriæ dictæ de genere actionis. 4. D.11. Q.2. *Ad secundum principale*. C.5.

Actio de genere actionis, non videtur facilè, quomodo possit poni, per quam terminus non accipit esse; imo sicut ponitur talis actio in Diuinis, sicut per generationem actiuam Filius Dei accipit esse. *ibidem*. ℣ *Sed adhuc restat*. D.5.

Actionis de genere actionis nihil est terminus, quin per illam actionem accipiat *esse*, & hoc saltem secundùm illud, secundùm quod est formalis terminus actionis illius 4. D.11. Q.3. §. *Quantum ergo ad istum*. ℣. *Sed istud*. M.22.

Actionis non est actio, nec vt subiecti, nec vt termini 5. *Phys.*10. hinc concluditur, quòd actus immanentes, vt intellectio, & volitio, non sunt actiones de genere actionis, cùm sint actionis termini. 1. D.3. Q.9. *Ad tertium principale*. N.10.

Actio prout significat per se habitudinem, vel respectum, & accipitur pro respectu producentis, sicut Pater dicitur esse causa agens Filij; vel pro respectu inducentis ad inductum; vel educentis ad eductum, sicut calidum dicitur causa agens caloris in ligno, est respectus intrinsecus adueniens, & sic est propriè in genere relationis. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ℣. *Actio secundum primam*. H.12.

Actio prout importat habitudinem producentis ad productum, per se dicit aliquid de genere relationis: & tunc illud Philos. 5. *Met. Tex.*20. quòd relationes de secundo modo dicuntur *secundùm potentiam actiuam, & passiuam*, debet exponi, vt secundùm fundamentum dicantur; illud autem, quod sequitur; & *actiones potentiarum*, debet intelligi secundùm actionem formaliter; sicut simile secundùm similitudinem est simile: & ad istum intellectum aliquid illius litteræ manifestè consonat; ait enim, *sicut Pater Filij Pater; hic quidem fecit, illud autem passum est; fecit*, idest produxit; *passum est*, idest productum. 4. D.13. Q.13 §. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Ad quartum*. V.27.

Actiones sunt suppositorum. 1. D.2. Q.7. §. *Ista opinio ponit*. K.14.

Actio non denominat vltima denominatione, nisi suppositum, vel habens modum suppositi, vt anima separata. 1. D.12. Q.1. *Ad secundum principale*. ℣. *Aliter dici potest*. Aa.16.

Actio

Actio ,

Actio est suppositi ; ergo plutium suppositorum plures actiones; non sequitur, nisi quando plurificatur in eis illud, quod est ratio agendi , per quod ista dicuntur denominatiuè agere. 1. D.12. Q.1. *Ad secundum principale*. ỳ. *Aliter dici potest*. Bb. 16.

Actio est tantum suppositi; ista propositio non habetur à Philos. 1. *Met.* sed ibi habetur , quòd actio est circa singularia, & pro tanto præfert experimentum arti, vel expertum artifici: sed vndè locus? est circa singulare, vt obiectum; ergo est solius suppositi, vt Agentis: vnde si accipitur ista propositio, *Actio est suppositi*, sumitur aliunde, quàm à Philosopho, saltem hic: actio tamen est suppositi, vt vltimatè denominati ab actione, sed non vt solius denominati ab ipsa. 4. D.12. Q.3. *Ad secundum principale*. A a. 34.

Actio non potest esse, nisi suppositi existentis: Ista propositio si intelligatur de esse hypostatico, & hoc suppositi existentis aliqua entitate priori ipsa actione , est falsa in Diuinis ; quia non est ibi entitaa hypostatica , quia nec incommunicabile ante actionem ; si autem intelligatur de *esse* hypostatico suppositi existentis ipsa actione formaliter, est vera ; quia ipsa actione suppositum Diuinum est ens hypostaticè , quia incommunicabiliter. *Quodl.* Q.4. *Ad argumentum principale*. ỳ. *Respondeo, quod prima*. Y.30.

Actionem aliquam nouam esse realem sine termino , & ad minus aliquam relationem realem nouam sine forma absoluta, non videtur bene intelligibile. 4. D.13. Q.1. ʃ. *Ad propositum*. ỳ. *Harum duarum*. O.19.

Actio præsupponit naturam in aliquo supposito ; non tamen necessariò in multis, vel non in aliquo, quando natura est agens. 2. D.1. Q.1. ʃ. *Ad solutionem quæstionis* . ỳ. *Similiter ad tertium*. E.10.

Actio licèt sit singularis per se existentis , non oportet tamen esse alicuius singularia incommunicabilis per se existentis. 1. D.12. Q.1. *Ad secundum principale*. T.15.

Actionem nihil præcedens magis requirit coexistentem , quàm principium illius actionis, ex quo est prius actione , sicut & principium agendi. 1. D.3. Q.6. ʃ. *Secundò quæro* ỳ. *Secundò sic, nihil*. Q.26.

Actionem ad aliquam quando concurrunt aliqua secundùm prius, & posterius, illud, quod est prius, principalius coneurrit ad illam actionem. 1. D.10. Q.Vn. ʃ. *Contra dicta*. ỳ. *Præterea, quando*. C. 6.

Actiones vnius est vnum principium per se in vno ordine principiandi; non verò necessariò in dicto ordine principiandi ; nam sufficit vnitas ordinis , licèt quandoque concurrat vnitas accidentis , & subiecti . 1. D.17. Q.2. ʃ. *Hanc viam tenendo* . ỳ. *Ad secundum argumentum* . T. 8.

Actio perfectior sequitur, posita causa totali efficaciùs operante . 1. D.3. Q.7. *Ad quæstionem* . ỳ. *Et etiam, quia* . K.20.

Actio sola, & nihil aliud est productum in agente. 1. D.3. Q.7. ʃ. *Ad anctoritatem*. ỳ. *Et cùm post arguitur*. A a.39.

Actionis cuiuscumque; vel; Cuiuscumque actionis aliqua forma est totale principium actiuum : illa forma si esset per se sub modo conuenienti ad agendum , posset esse principium eiusdem actionis; quia totali principio posito, & sub ratione, sub qua natum est esse principium , potest principiari illud, cuius ponitur principium. 4. D. 12. Q.3. ʃ. *Dico ergo*. ỳ. *Tertia conclusio*. K.17.

Actio realis est à principio reali, vt res, & non vt intentio tantùm, & ad terminum realem. 3. D.5. Q.1. *In primo argumento principali*. n.1.

Actio non potest esse æquè primò totius, & partis 4. D.49. Q.14. ʃ. *Respondeo hic sunt* . ỳ. *Ad secundum dicendum* . E. 9.

Actio citius deficit alicui propter imperfectionem, quàm *esse*. 4. D.44. Q.1. ʃ. *Quantum ergo ad istum* . ỳ. *Quarta conclusio* G.9.

Actio aliqua naturalis , non video, quòd subsit voluntati creatæ ; nulla enim voluntas creata potest impedire actionem ignis, ne agat in aquam sibi approximatam : potest tamen hæc amouere ab inuicem ; sed hoc non est impedire per actum voluntatis. 4. D.49. Q.15. *Ad tertium principale*. ỳ. *Alÿ dicunt*. C. 5.

Actio omnis, quæ est ad formam non actiuam , est agentis æquiuoci , & non vniuoci ; quia si agens esset vniuocum, forma, quæ agit, esset eiusdem rationis cum forma terminante, & ita illa esset actiua. *Quodl.* Q.15. *Ad argumentum principale*. ỳ. *Respondeo, omnis*. Y.24.

Actio non perficit agentem, sed passum. 1. D.3 Q.6. §. *Hic sunt tres*. ỳ. *Et primum probo*. V.31. *Addit.*

Actio nulla de genere actionis, nec passio de genere passionis, sicut nec vlla relatio, est perfectio vltima agentis , vel operantis. *Quodl.* Q.13. §. *De tertio*. ỳ. *Si quæratur* . Aa. 25.

Actio si esset in passo, passum erit formaliter agens ; nam in quocumque est forma aliqua, illud est simpliciter tale per illam formam; omnino enim irrationabile videtur , quod forma sit in aliquo, & non constituat ipsum informatum secundùm talem formam. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem*. ỳ. *Item in quocumque* . E.9.

Actionis formale; seu; Quòd est formale in actione, secundùm quod distinguitur à passione, cùm dicit Aristot. 3. *Phys. Tex.*19. quòd sit *esse ab alio*, non loquitur de actione , secundùm quod est genus distinctum contra passionem, sed de actione secundùm aliam significationem nominis, istam scilicet *actum* , & non vt productum , nec vt inductum; cùm enim præmisisset de actu actiui, & & de actu passiui , probando primam subdit : *Opus autem, & finis actus huiusmodi est actio, illius autem passio* : accipit ergo ibi actionem pro opere, & fine Agentis; illud autem est forma acta in passo, quæ, vt fluens, est motus. 4. D.13. Q.1. ʃ. *Ad huius autem*. ỳ. *Respondeo, Aristoteles*. K.14.

Actionem , cùm Aristot. dicit 3. *Phys. Tex.*19. esse in passo, & non in Agente, quia tunc Agens moueretur, loquitur de actione, vt accipitur pro re acta , non autem secundùm quòd actio est genus distinctum contra passionem; illo enim modo accipiendo actionem, actione formaliter aliquod est agens, sicut relatione est relatum: & sic necesse est, illud, *quo* esse intrinsecum illi, quod dicitur esse tale per ipsum, sicut similitudinem esse in simili. *ibidem*. ỳ. *Ex hoc patet*. K.14.

Actio necessariò , & essentialiter præsupponit *esse* formæ actiuæ ; sed quod *inesse* concomitetur istud *esse*, non est necessarium, nec necessariò præexactum ad *agere*: quando autem vterque respectus conuenit eidem formæ, scilicet *inesse*, & agere in extrinsecum, licèt vterque sit extrinsecus adueniens; tamen primus non ita se habet contingenter, sicut secundus; quia si semper fundamentum, stante ordine causarum naturalium, habet primum respectum, non sic secundum: & possunt plura impedire, ne secundus respectus insit, quàm ne primus ; quia contrarium impediens potest auferre isti formæ, ne agat; sed ne insit, nihil potest auferre, nisi Deus. 4. D.12. Q.3. §. *Ad primum principale*. ỳ. *Sed ad formam*. Y.33.

Actio, & passio, (inquit Aristoteles 3. *Phys. Tex.*21.) *Sunt idem, sicut via ab Athenis ad Thebas, & è conuerso*: Non intelligo, quòd intelligatur ibi vna via pro ipsa magnitudine, super quam fit motus; sed pro ipso motu hinc illuc, & è conuerso: vt patet per aliud exemplum, quod posuit de distantia hinc illuc, & illinc huc super idem spatium; vbi vult, quòd illa sint eadem materialiter, propter identitatem spatij, sed alia formaliter, ita hic motus est illud, per quod dicitur Agens per respectum *ab hoc*, intelligendo per *ab hoc* respectum *à quo*. In mobili etiam fundatur è conuerso respectus ad Agens: & isti duo respectus habent aliquid idem materialiter, vt motum, sed formaliter sunt alij, & alij in subiectis; præmisit enim ibi in principio illius capituli *Tex.*18. de actione, quod oportet esse actum vtriusque, scilicet motiuo, & mobili; mobile enim est in ipso *posse*, mouens autem in operari ; & consequenter illum actum mouentis, quem ponit *operari*, vult inesse mouenti. 4. D.13. Q.1. § *Ad huius autem*. ỳ. *Aliter potest dici*. L.15.16.

Actio in creatura vno modo accipitur pro actione de genere actionis; alio modo pro actu secundo, quæ est qualitas absoluta. 1. D.6. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ỳ. *Aliter respondeo*. B.4.

Actio, prout accipitur pro re acta , includendo respectum , quem exprimit hoc , quod est ab alio , sicut in 3. *Physic. Tex.*18. (si tamen sit significatio huius nominis , sicut communiter exponitur ibi Philosophus) patet , quòd quan-

quantùm ad illud connotatum, pertinet ad aliud genus absolutum, secundùm quod passum transmutatur, vtpote quantitatem, vel qualitatem, & huiusmodi: & sic dicit ibi Philosophus *Tex* 19. de actione, quòd est *opus, & finis huius*, scilicet actiui: opus autem, & finis huius est ipsa forma absoluta in passo, licèt vt fluens, loquendo de Agente per motum: vnde præmittit ibi, quòd motus est actus actiui, & passiui; actiui, vt ab ipso, passiui, vt in ipso; ille autem motus, secundùm Commentatorem, realiter est forma fluens; vnde actio dicitur ibi ipsum actum, siue opus, vel finis agentis, in quantùm est ab ipso agente. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad huius autem*. ✠. *Actio secundùm primam*. H. 13.

Actio, idest hoc nomen *Actio*, accepta pro re sēta, includendo tamen respectum exprimentem hoc, quod est *ab alio*, (cùm res, & ille respectus nihil vnum per se constituat,) si in hac significatione significet conceptum per se vnum, non significabit ambo, sed alterutrum: & rationabile est, quòd principaliter formalius significet, & connotet illud, quod est materiale, vt in alijs nominibus importantibus talia diuersa: & tunc non oportet quærere, ad quod genus pertineat ratione connotati; quia potest pertinere ad tot genera, ad quot forma causata, in passo ab agente. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad huius autem*. ✠. *Actio secundum primam*. I. 13.

Actio, & passio, quando videtur Philosophus 3. *Physic. Tex.* 22. dicere, quòd insunt motui; in fine enim capituli dicit: *cui insunt hæc*: scilicet Actio, & Passio, supple *motus est*: potest dici, quòd alia littera habet, *motus inest*: vel ista littera potest sic exponi, non cui insunt, vt subiecto, vel fundamento; quia nec passio de genere passionis inest motui, vt fundamento; quia respectus fundatus super motum ad agens est extrinsecus adueniens, cùm motus sit forma ipsa inducta, vel educta; sed cui insunt hæc alterum terminatiuè, scilicet actio; & alterum quasi subiectiuè; quia concomitantur in eodem subiecto, vt passio. *ibidem*. ✠. *Et si obijcias*. M. 16.

Actioni correspondet passio propriè dicta, quæ scilicet est respectus extrinsecus adueniens. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad propositum*. ✠. *Alia communis*. N. 17.

Actio absoluta videtur posse præcedere quemcunque respectum extrinsecus aduenientem, cuiusmodi est contactus, vt dicit habitudinem ad corpus extrinsecum. 4. D. 10. Q. 9. §. *Hic dicitur*. ✠. *Argumentum primum*. A. 3.

Actio si ponatur cum passo, vel in agente, dubium est: si in passo; non est plures realiter, nisi passiones sint plures, quando forma, recepta in passo, vna est: & hoc tenendo, neganda esset illa propositio Commentatoris 4. Phys. Comment. 2. *Si agens, & forma, qua agit, sunt aliud, & aliud; & forma inducta erit alia*: Si autem actio ponatur in agente siue absolutum, siue respectus ad passum; tunc potest concedi illa propositio Commentatoris: Sed tunc ista est falsa: *Diuersis actionibus correspondent diuersæ passiones*: quocunque ergo modo dicatur de actione, non ponitur, plures esse passiuas baptizationes, sed vnicam, [casu, quòd plures simul baptizarent vnum]. 4. D. 6. Q. 2. §. *De primo*. ✠. *Ad secundum*. D. 4.

Actio corruptiua in animatis ponitur caloris naturalis in humidum radicale corrumpendo, & consumando humidum, ad cuius corruptionem, & consumptionem sequitur corruptio, & consumptio propria etiam caloris; & per consequens animalis, vt patet de ligno, & oleo: & hoc modo, quia pars secundùm speciem habet certam periodum, & determinatam, in qua potest conuertere in se partem nutrimenti appositam, & in qua non: hoc autem potest, quamdiu potest agere sufficienter in nutrimentum. 2. D. 19. Q. Vn. §. *Concedo*. A. 4.

Actio naturaliter actiui, approximati naturaliter passiuo, si impediatur per causam supernaturalem, hoc erit per miraculum nouum, sicut in Daniele *cap.* 3 de igne trium puerorum. 3. D. 21. Q. Vn. §. *Ad quæstionem* ✠. *Contra probo*. B. 3.

Actio non vniformiter est, quando nihil agitur, & quando aliquid agitur; quia si quando nihil agitur, agens æquè agit, sicut quando aliquid agitur, sequitur, quod non est maior ratio, quare illud postea sit, quàm modo; non enim aliquid fit, nisi quia agens agit: [in hypothesi autem, quòd actio sit coæua illi, cuius est actio] agens nunc ita agit, sicut postea, quando res accipit esse. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad huius autem*. ✠. *Nec potest*. B. 7.

Actio, & passio actus omnis intellectus non est, cum potius talis actus sit qualitas. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad argumenta principalia*. Z. 35

Actio, [quod nomen est æquiuocum] vt significat operationem, prout intellectio, vel volitio dicitur operatio; & tamen in rei veritate est qualitas absoluta & in genere qualitatis. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad huius autem*. ✠. *Ex dictis patet*. H. 12. & *Quodl.* Q. 13. §. *De tertio*. ✠. *Si quæratur*. A a. 25.

Actioni, & passioni assimilantur actiones immanentes in hoc, quòd sunt in continuo fieri, & quòd sunt circa aliquod receptiuum, in quo sunt, vt in subiecto, non autem in hoc, quòd sint circa aliquem terminum, ad quem terminentur, qui *esse* accipiat per eas, cùm per operationes immanentes terminus non producatur. 1. D. 3. Q. 6. *Ad primum principale*. Z. 35.

Actiones intelligendi, & volendi dicuntur actiones, quia operationes; nam per actionem de genere actionis aliquis terminus accipit *esse* simpliciter, si producitur, vel aliquo modo *esse*: per intellectionem autem obiectum intellectum nullo modo accipit *esse*; imo præsupponitur omnino intellectioni: & hoc ideo, quia istæ operationes, quæ dicuntur actiones, sunt vltimi termini, non autem gratia alicuius termini. 4. D. 11. Q. 2. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum dico*. C. 5.

Actionis diuisio in immanentem, & transeuntem, si accipiatur actio transiens, & operatio immanens, quæ est *intelligere, velle*, & huiusmodi significata, sunt vnius vocis tantùm, scilicet actionis, & nullius vniuoci: si autem actio quædam est transiens, quædam immanens; vt elicitio intellectionis; quæ immanet, sicut & ipsamet intellectio; tunc est diuisio vniuoci in suas species. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad argumenta principalia*. A a. 35.

Actionis distinctio in transeuntem, & immanentem (intelligendo per immanentem operationem) non est generis in species, sed vocis in significationes; nam actio transiens est vera actio de genere actionis; actio immanens est qualitas, sed æquiuocè dicitur actio. *Quodl* Q. 13. §. *Ad ista*. Dd. 27.

Actio de genere actionis potest diuidi vno modo in actionem immanentem, & transeuntem, sicut superius in inferiora; nam non solùm ad formam, inductam per motum in passum, aliud ab agente, est actio de genere actionis propriè dictæ, [per quam accipit *esse*,] sed etiam ad formam inductam per mutationem in ipsomet agente; illa enim forma absoluta, cùm sit noua, est terminus alicuius actionis propriè dictæ, per quam accipit *esse*: quando igitur forma terminans actionem est extra ipsum agens, tunc actio illa transit; quando verò illa forma est in ipso agente, tunc actio est immanēs. *Quodl.* Q. 13. §. *Ad ista*. ✠. *Alio modo*. Ee. 27

Actionis distinctio in transeuntem, & immanentem [vt superioris in inferiora, accipiendo actionem pro actione de genere actionis terminata ad formam, quæ est extra ipsum agens, & immanentem pro actione de genere actionis terminata ad formam, quæ est in ipso agente] licèt sit vera: siue, licèt iste intellectus de ista distinctione actionis immanentis, & transeuntis sit verus; non tamen de intentione Philosophi, sicut alius, in quo diuiditur actio in actionem de genere actionis, & in operationem, quæ æquiuocè dicitur actio], vt patet ex eo, quod dicit 9. *Meta. Tex.* 16. *Non erit aliud opus præter actionem*, qua inducitur, vel adducitur operatio: & sequitur; *In istis existit actio, & visio in vidente*; vbi satis exprimit, quòd visionem vocat actionem immanentem: non autem aliquam aliam, cuius visio sit terminus. *Quodl.* Q. 13 §. *Ad ista*. ✠. *Iste secundus* Ee. 28.

Actio, quæ dicitur immanens; siue illud, quod dicitur actio immanens [intelligendo per actionem immanentem operationem vitalem, quæ est perfectio operantis] dicitur terminus actionis immanentis, [accipiendo actionem immanentem pro actione de genere actionis terminata ad formam absolutam, quæ est in ipso agente]; & quod in hoc secundo intellectu dicitur *actio*, communiter intelligimus per hoc, quod est *elicere*, quando dicimus, quòd potentia elicit operationem; & per hoc, quod est *dicere*, quando dicimus, quòd memoria, siue suppositum per memoriam dicit Verbum; & per *spirare*, quando dicimus, quòd per voluntatem spirat quis amorem. *ibidem*. ✠. *Alio modo*. Ee. 27.

Actio.

Actio de genere actionis, qua producitur intellectio creata, significatur per hoc, quod est *dicere*. 1. D.27. Q.1. *Ad tertium principale*. H.19.

Actiones immanentes habent aliquod passum, quia ipsamet potentia, cui immanent, est potentia receptiua earum. 4. Dist. 1. Quæst. 1. *Ad secundum principale*. Nn.32.

Actio illa de genere actionis; quæ terminatur ad operationem intellectionis, aliqua quidem est immanens non solùm in eodem supposito, sed etiam in parte intellectiua: & secundum vnum modum dicendi est immanens in eodem intellectu possibili; ad illam tamen intellectionem est aliqua actio non immanens, puta illa, quæ est obiecti. *Quodl.* Q.15. *§. Ad primum principale*. *ỽ. Ad argumentum in oppositum*. Bb.26.

Actio quæcunque virtualis vniuoca, vniuersaliter loquendo, potest stare cum potentia ad actum suum formalem. 2. D.3. Q.8. *Ad quartum principale*. M.17.

Actio agentis non est in potestate patientis, in quantum patiens, & consequenter nec passio eius; quia si agens agit, patiens necessariò patitur. 2. Dist. 25. Quæst. Vnic. *In tertio argumento in oppositum*. num.2.

Actio agentis naturalis respectu producti vbi est continua, ibi potest idem numero produci naturaliter ab illo agente, licèt fuisset destructum illud idem numero productum: [si v.g. tale agens produceret hoc productum in instanti A. & in tempore habito interrumperetur vsque ad instans B. in quo scilicet tempore intermedio, per actionem illius agentis aliàs continuaretur eius existentia; ipsi vtique daret eamdem existentiam in instanti B. quam dederat in instanti A. sicut idem esset productum, si nullo modo illo tempore intermedio inter vtrumque instans A. & B. interruptum fuisset, sed potius continuatum;] quia scilicet, cùm non dependeat identitas illius effectus in secundo instanti ad se ipsum in primo instanti, vel ab existentia eius in tempore intermedio; quia sine illa existentia posset idem numero fuisse productum in eodem instanti: sequitur, quòd illo *esse* intermedio destructo, posset idem esse in vtroque extremo. 4. D.43. Q.3. §. *Quantum ad istum*. *ỽ. Et ideò potest*. E.12.

Actio in terminum non dependeret ab actione in medium, si non esset prioritas naturæ actionis in medium ad actionem in terminum, vt patet ex ratione prioritatis naturalis. 2. D.9. Q.2. §. *Ad quæstionem*. *ỽ. Ad ista excludenda*. B.16.

Actio in medium non præcedit naturaliter actionem in terminum, nisi vel quia est eiusdem rationis medium, & terminus; & tunc priùs naturaliter recipitur in medio, sicut passum propinquius naturaliter priùs patitur, quàm passum remotius [sicut Sol illuminat partes medij:] vel si est alterius rationis; agens habet duas formas actiuas, quarum vna est prior naturaliter reliqua, & secundùm illam, quæ est prior actiua, natum est agere in medium; sicut Sol generat mineram in visceribus terræ, vel vermen in terra, & illuminat medium interpositum. *ibidem*.

Actio in medium, si nec medium sit receptiuum eiusdem actionis cum termino, nec agens habet aliam formam actiuam realiter, vel virtualiter, per quam sit natum agere in medium actione alterius rationis ab actione in terminum, nullo modo præcedet actionem naturalem in terminum. *ibidem*.

Actionis vnius sensus est vnum obiectum secundùm aliquam vnitatem realem, non numeralem. 2. D.3. Q.1. *§. Contra istud*. *ỽ. Præterea; quintò*. C.4.

Actio aliqua si est in corpore ab Angelo, & si immediata est illi virtuti, à qua procedit, immediatè erit Angelus in tali corpore, vel iuxta tale corpus: si mediata, erit ab illa virtute per aliud medium; & de illo medio erit eadem quæstio: & tunc oportebit stare ad hoc, quod illud, quod primò est à tali virtute, est immediatum tali virtuti, & per consequens illi, cuius talis est virtus; & ita è conuerso erit præsens ibi. 2. D.2. Q.5. §. *Alij autem*. *ỽ. Confirmatur etiam*. n.3.

Actionem à factione distinguens Philos. *6. Ethic. cap.5. & 9. Meta.* assignat diuersa principia propria actionis, & factionis. 1. D.3. Q.7. §. *Contra istam opinionem*. *ỽ. Contra, Philosophus*. E.9.

Actionis, & factionis ratio in creaturis formaliter distinguuntur; quia actio est vltimus terminus; factionis autem est alius terminus productus per ipsam factionem. 1. D.6. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. *ỽ. Secundo sic*. A.3.

Actio speciei, quæ nata est esse semper vniformis ex parte speciei, sequitur principalem actionem intellectus 1. D.3. Q.8. §. *Respondeo, quòd pars*. *ỽ. Secundò, quia illa est*. B.2.

Actio nulla est in potestate agentis, nisi ipsum habeat formam, secundùm quàm possit agere. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Contra istam conclusionem*. *ỽ. Præterea; nulla*. Ee.20.

Actionem agentis, in cuius potestate non est lex recta, secundùm quam ordinatè agendum est, si facit actionem non conformem illi legi rectæ, necessarium est, non esse rectam, neque ordinatam; quia tale agens tenetur agere secundùm illam rectam legem, cui subest. 1. D.44. Q. Vn. §. *Respondeo*. B.1.

Actio habitus supernaturalis si est simpliciter principium respectu eius, non est in potestate mea; quia ipse habitus si est actiuus, non erit liber, sed principium naturale; & ideò illud *diligere* non est meum, nec potero dici agere ista operatione. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. *ỽ. Præterea, actus*. F.5.

Actiones meritoriæ non sunt voluntatis, nec suppositi volentis, si habitus supernaturalis gratiæ, vel charitatis est totale principium earum. *ibidem*.

Actio causæ superioris vniuersaliter non est in potestate causæ inferioris. 1. D.17. Q.2. *§. Contra istam conclusionem*. *ỽ. Præterea; nulla*. Ee.20.

Actiones, & passiones intentionales non conueniunt obiecto, nisi per aliquam actionem, vel passionem realem, quæ conuenit ei, in quo obiectum habet esse intentionale. 1. D.27. Q.1. §. *Ad quæstiones istas*. *ỽ. Nec ipsum obiectum*. E.13.

Actio non esset libera, si gratia esset prima causa actus voluntatis. 1. D.17. Q.2. §. *Sed tunc vlterius*. *ỽ. Et secundò*. Gg.24.

Actionem realem agendi non potest esse ratio formalis *quodquid est* in phantasmate; siue sic; *Quodquid est* in phantasmate non potest esse ratio formalis agendi aliquam actionem realem, cùm istud *esse* sit *esse repræsentari*. 1. D.3. Q.7. §. *Quidquid sit*. *ỽ. Contra, quomodo*. X.34.

Actionem non habens in potestate sua non operatur laudabiliter, vel vituperabiliter, sed habens sic. 3. D.33. Q. Vn. §. *Ad rationem*. *ỽ. Secunda ratio*. D.7.

Actio, & passio si dicantur abstrahi à motu, & mutatione, non oportet dicere, quòd remaneat in eis sola ratio relationis; imo verè remanet ratio actionis, & passionis absque quacunque ratione motus, vel mutationis. 4. D. 43. Q.5. §. *De tertio*. *ỽ. Ex hoc sequitur*. K.9.

Actio naturalis in eodem præcedit actionem non naturalem: ista propositio vera est, loquendo de eodem ordine ex parte termini. *Quodl.* Q.14. §. *Hic intelligendum*. *ỽ. Respondeo; maior*. R.15.

Actiones duæ sunt in nutritione, & duo principia agendi, quia respectu alterationis præuiæ nutrimenti principium agendi est calor; respectu autem formæ carnis inducendæ in alteratum, principium est anima, vel forma carnis: & primum agens dicitur instrumentum respectu secundi, non propriè sub ordinatione virtutis ad virtutem, sed effectus ad effectum: vnde magis propriè diceretur agens dispositiuum, quàm instrumentale. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo*. *ỽ. Ex hoc patet*. C.8.

Actio est quoddam abstractum, & sic ab actione potest accipi vnum concretum, quod denominaret principium formale agendi; & illud de calore diceretur, vt puta *calor calefacit*; idest, quo habens agit: sic calor est potentia calefactiua, nec tamen est *potentialitas*, nec *potens*: sed non accipitur ab actione communiter, nisi denominatiuum denominans vltimum denominabile, ad quod terminatur tota dependentia illius formæ: & concedo, quòd quantumcunque denominetur formæ ab actione, cùm ista forma nata sit esse in supposito, posset vlteriori denomina-

Actio.

minatione suppositum denominari ab actione. 4. D.12. Q.3 *Ad secundum principale*. Aa. 34.

Actio prima, quæ conuenit intellectui Agenti [si teneatur, ipsum esse actiuum respectu intellectionis, scilicet facere de potentia intelligibile actu intelligibile, vel de potentia vniuersali actu vniuersale;] intelligitur sic, quòd virtute intellectus agentis de phantasmate in phantasia gignitur species intelligibilis in intellectu, vel aliqua ratio, in qua actu relucet intelligibile, quæ breuiter dicatur species intelligibilis: & istam gignitionem actualem repræsentatiui de repræsentatiuo dicitur concomitari quædam gignitio metaphorica obiecti de obiecto, scilicet intelligibilis de imaginabili; quod ideo rationabiliter dicitur, quia tale *esse obiectiuum* habet obiectum in repræsentari, quale habet repræsentatiuum correspondens; & ideo translatione reali facta in repræsentatiuo, quando de corporali gignitur spirituale, scilicet de repræsentatiuo singulari gignitur repræsentatiuum vniuersale: consimilis dicitur, vel intelligitur translatio in obiectis de corporali ad spirituale, vel de singulari ad vniuersale. *Quodl*. Q.15. §. *De isto articulo*. ✠. *Primum intelligitur*. N. 16.

Actio secunda, quæ conuenit intellectui agenti, [si teneatur, quòd actiuè se habeat respectu intellectionis, scilicet facere de potentia intellecto actu intellectum], intelligitur sic, quòd ibi intelligitur factio metaphorica ex parte obiectorum, correspondens factioni reali ex parte eorum, quibus relucent in obiectis; quia realiter speciem intelligibilem sequitur actualis intellectio, sicut prima translatio de potentia ad actum; sic etiam secunda dicetur fieri per intellectum agentem, tam ex parte obiectorum, (& hoc metaphoricè,) quam ex parte eorum, in quibus relucent obiecta, (& hoc realiter); pro tanto scilicet; quòd virtute intellectus agentis de phantasmate gigneretur species intelligibilis, & sic metaphoricè de potentia intelligibili gigneretur actu intelligibile; & secundò virtute speciei intelligibilis gigneretur actualis intellectio; & sic metaphoricè loquendo, in obiectis de potentia intellecto fieret actu intellectum. *Quodl*. Q. 15. §. *De isto articulo*. ✠. *Secunda actio*. N. 16.

Actio prima in voluntate [secundùm ponentes *velle* esse à solo obiecto & tantùm esse in potestate voluntatis, in quantùm voluntas potest determinare intellectum ad considerationem huius, vel illius, vel auertere ab hoc, vel ab illo] secundùm hoc, inquam, actio prima in voluntate causata ab obiecto, quodcunque sit illud, quod oportet ponere secundùm ipsos, erit merè naturalis; & proinde non erit in potestate voluntatis; *nec enim est in potestate nostra, quin visis tangamur, secundùm August. 3. de liber. arbitr.* Si igitur post illum actum possum conuertere intellectum ad considerandum hoc, vel illud; hoc non fit per illum actum primum, quia non est in potestate voluntatis: si verò per alium, & ille alius fit à voluntate, habetur contra ipsos, quòd volitio sit in eius potestate; & consequenter quòd sit effectiuè à voluntate: si verò ille secundus actus sit ab obiecto, vel phantasmate; tunc erit actus naturalis; & per consequens non plus erit in potestate voluntatis sic imperare intellectui de consideratione huius, vel illius, quàm fuerit primus actus. 2. Dist. 25. Quæst. Vn.§. *Contra conclusionem*. ✠. *Contra; accipio*. A.7.

Actio ministri, vniuersaliter in omnibus Sacramentis, est actio instrumentalis respectu principalis agentis [scilicet Dei], eo modo aliqualiter, quo sectio est ad formam scamni; quia ad illam sequitur regulariter illa forma ex ordine agentis principalis. 4. Distinct. 13. Quæst. 1. §. *De tertio articulo*. ✠. *Quantum ergo*. Ff. 40.

Actione alicuius creaturæ, vt agentis instrumentaliter, [puta ministri] conficitur corpus Christi, non quidem, vt attingentis terminum, sicut aliqua instrumenta habent actionem instrumentalem attingentem terminum; sed eo modo, quo agens præuium dicitur agere instrumentaliter ad formam principalem, quam non attingit; & actio eius dicitur instrumentalis, quia dispositiua, & præuia. 4. Distinct. 13. Quæst. 1. §. *De tertio articulo*. ✠. *Quantum ergo*. Ff. 40.

Actio instrumentalis agentis, (accipiendo instrumentale agens pro dispositiuo) bene requirit intentionem propriam in illo agente; siue sit naturale (vt in calore alterante bene est intentio propria, licèt sit agens instrumentale respectu ignis generandi, hoc est dispositiuum ad illud); siue agens per intellectum; quia ibi instrumentum requirit determinatam actionem humanam, quæ ordinatur ad actionem principalis agentis: & talis vniuersaliter est actus Ministri in dispensatione Sacramentorum. 4. Distinct. 13. Quæst. 1. *Ad vltimum principale*. Hh. 41.

Actio restituendi non expirat per inopiam debitoris, sed sopitur: vnde illud; *inanis est actio, quam inopia debitoris excludit*; sed ius agendi manet, sicut obligatio in debitore, licet sopita. 4.D.15.Q.2. §. *De quarto sunt.* ✠. *Et ad istam*. Gg.34.

Actionem duplicem potest habere ignis præsens in corpus corruptibile animatum anima sensibili; realem scilicet, quæ est vniuoca, & intentionalem, quæ est æquiuoca respectu illius; & post iudicium potest habere vtramque in corpus corruptibile hominis; & tunc potest esse vna actio sine alia, loquendo de possibili absolutè: vnde & modò sunt separabiles, si aliquid sit susceptiuum formæ realiter, & non intentionaliter, & aliud è contra; sed tunc non potest vna non inesse, nisi propter aliquod impedimentum: & hoc; vel quia Deus non coagit igni ad illam actionem; vel quia aliquod agens ercatum impedit vnam actionem, & non aliam. 4. D. 44. Quæst. 3. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Ad propositum*. A. 2.

Actio sola intentionalis sufficit ad causandum dolorem: sola autem realis sine intentionali non sufficeret ad hoc: & hæc secunda pars est manifesta; quia licèt lignum calefiat quantumcunque excessiuè, tamen non dolet. 4. D. 44. Q. 3. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Secundo dico*. B. 3.

Actionem realem ponendo in igne circa corpora damnatorum, & cum hoc (vt necesse est) intentionalem; videtur, quòd oportet ponere circa damnatos plura miracula, quàm ponendo solam intentionalem; quia si ponatur actio realis ibi; est aliqua causa corruptiua extrinseca; & miraculum videtur, si illud non corrumpit, cùm causa, quæ potest inducere aliquid incompossibili sibi, possit ipsum corrumpere: ignis autem ille potest inducere calorem omnino incompossibilem qualitati mixti, requisitæ ad vitam; & consequenter si illum non induceret in fumino, & tamen agat realiter, miraculum est, sicut fuit in camino Babylonico, vbi ignis non habuit omnem actionem, quam ex natura sua habere potuisset: si iterum inducat calorem in illo gradu, miraculum est, quod ille gradus stet cum vita. *ibidem*. ✠. *Præterea; congruum*. D. 4.

Actio corporis cælestis in aliquod inferius non dependet essentialiter à motu illius corporis; quia secundùm Philosophum 7. de generat. Tex. 55. *nihil facit latio ad generationem, nisi quia adducit generans:* vnde si sine motu ilo generans esset æquè approximatum, æquè ageret. 4. Distinct. 48. Quæst. 2.§. *Ad quæstionem*. ✠. *Ad tertium*. L.14.

Actio immoderata quòd modò non sit in elementis, hoc est vel ex parte causarum proximarum resistentium sibi mutuò in actionibus suis, etiam pro tunc, quando vtrumque est sufficienter approximatum passo, puta Sol hinc, & Saturnus inde ad vnum pugillum terræ: & ista resistentia posset inueniri in vtrisque quiescentibus, sicut motis: vel ista non destructio est ex parente totius Cæli; quia harmonia est in omnibus corporibus cælestibus comparatis ad aliquam partem actiuorum, & passiuorum r

Actio.

ita quòd non permittunt immoderatam consumptionem, repugnantem perfecto *esse* elementorum in suis sphæris; & ista causa erit tunc, vt nunc: vel si non posset inueniri causa in ipso Cœlo, vel in ipsis elementis huius prohibitionis, posset poni in voluntate Diuina conseruante. 4. D.48. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad secundum*. K.13.

Actio circa finem vltimum est actio perfectissima, & in tali actione libertas in agendo est perfectionis; & per consequens necessitas in ea non tollit, sed magis ponit illud, quod est perfectionis, cuiusmodi est libertas. *Quodl.* Quæst.16. §. *De secundo*. ✝. *Præterea secundò*. L.8.

Actio naturalis, quæ nata est competere naturæ secundùm suam perfectionem, remanebit in Patria, *Quodl.* Q.15. §. *De secundo articulo*. V.21.

Actionem, seu operationem attingentem obiectum beatificum, non est probabile, esse sic formatam, quòd vnum absolutum in ea sit effectus propriæ potentiæ, quæ est causa prima, & aliud etiam absolutum in ea sit effectus proprius habitus, qui est causa secunda; quia tunc oporteret, actionem attingentem obiectum beatificum includere duo absoluta. 4. D.49. Q.1. §. *Ad quartum principale*. ✝. *Præterea, quod*. Ff. 30.

Actio Diuina.

Actio, vel æqualitas non possunt intelligi in eadem natura ad intra, nisi sint suppositorum, vel relatiuorum: tamen erunt naturæ, vt fundamenti, & prius est eorum actio, quàm æqualitas; sicut ipsa actio priùs consequitur fundamentum, ratione cuius est suppositorum, quàm æqualitas consequatur. 1. D.26. Q.Vn. *Ad secundum principale*. ✝. *Per, hoc*. Cc.53.

Actionum, seu actuum notionalium in Diuinis termini non sunt producibiles ab omnibus personis, sed Filius à solo Patre, & Spiritus Sanctus à Patre, & Filio. 1. Dist.20 Quæst.Vn. §. *Respondeo*. ✝. *Ad propositum*. B.4.

Actio prima productiua, siue productio prima, vel originatio actiua est prima entitas incommunicabilis in Diuinis; quia illam nihil præcedit, nisi memoria perfecta, vel essentia, & totum hoc est communicabile. *Quodl.* Quæst. 4. *Ad argumentum principale*. X 30.

Actionem in Diuinis, siue originationem actiuam non præsupponere suppositum, neque vt agens, neque vt potens agere, sed tantùm supponere essentiam, quæ est quasi ratio formalis agendi, non est difficile concipere, cui non est difficile concipere, quòd relatio non præsupponit suppositum, sed tantùm essentiam, quæ est quasi fundamentum, sicut conceditur communiter secundùm communẽ viam. *Quodl.* Q.4. §. *Ad argumentum principale*. ✝. *Respondeo, hic posse*. Aa.31.

Actio in Diuinis non est purè relatio, sed aliquod absolutum: hoc dictum licèt in creaturis ab aliquibus negaretur, saltem de actione productiua; quia non videtur, quòd ratio productionis actiuæ possit intelligi ad se, sed ad alterum: tamen quidquid sit de hoc, in Diuinis actio productiua est merè habitudo; quia secundùm Augustinum 5. *de Trinit. cap.* 5. *&* 10. *Omne, quod est in Diuinis, aut secundùm substantiam dicitur, aut ad alterum; & quod secundùm substantiam dicitur, commune est*; & consequenter origo quæcumque, siue dicatur actio, siue passio, formaliter est relatio, *ibidem*. ✝. *Hoc dictum*. Bb.32.

Actio omnis adæquata principio, & termino infinito est formaliter infinita: Ista propositio est vera de adæquatione dicente æqualitatem duorum in eadem quantitate, si illa esset. *Quodl.* Q.5. *Ad primum*. ✝. *Ad secundum, adæquatio*. V.23.

Actio merè naturalis in Diuinis completa est ad terminum omnino primum, scilicet infinitum, vbi motio omnino prima est elicere, vel quasi elicere intellectionem in intelligentia paterna; & huic proxima est gignere Verbum. *Quodl.* Q.14. §. *Hic intelligendum*. ✝. *Similiter*. Q.14.

Actio, quæ nata est esse ad terminum omnino primum, puta ad essentiam primam communicandam, & quæ, licèt non sit merè naturalis, tamen est omnino necessaria, sequitur actionem merè naturalem ad terminum omnino primum, scilicet infinitum, quæ est in intellectu ad *intelligere*, & *dicere*: & hæc actio non merè naturalis si est omnino necessaria, est motio voluntatis Diuinæ, & hæc quasi est duplex, scilicet ad *amare* simplex, & etiam ad amorem procedentem: & hæc duplex motio voluntatis correspondet duplici motioni naturali, quæ est in intellectu ad *intelligere*, & *dicere*. *Quodl.* Q.14. §. *Hic intelligendum*. ✝. *Similiter, essentia*. R.15.

Actione ad extra non est distinctio trium personarum in agendo, nisi consequens originem; puta, quia vna Persona agit à se, alia non à se, sed ab alio. 3. D.1. Q.1. §. *Contra hoc*. L.18.

Actio in Diuinis non est, quin semper per eam aliquid, vel aliquis accipiat esse: nec Deus semper egit actione ad extra æquè ante Mundum, sicut in creatione Mundi. 4. Dist.13. Quæst.1. §. *Ad huius*. ✝. *Nec potest*. B.7.

Actio aliqua de genere actionis (si quæ ad Diuina transferuntur genera) non transfertur ad diuina, & hoc ad intra, vt sic quantum ad omnia intrinseca simpliciter sit illa propositio vera, scilicet, quòd tantùm ibi sunt duo genera, scilicet relatio, & substantia: neque etiam conuenit Deo aliqua actio de genere actionis respectu cuiuscumque taliter producti; quia vbi est totalis productio, non de aliquo passo, seu potentiali, ibi deficit illud, quod requiritur ad actionem propriè dictam, quæ semper est in passum, secundùm Philosophum 5. *Met. T ex.* 17. *& Auctorem sex principiorum cap. de actione*; sed nec Pater producit Filium de aliquo potentiali, vel quasi potentiali; nec creat de aliquo passo transmutato. 4. D.13. Q.1. §. *Ad propositum*. N.17.

Actio aliqua diuina tàm ad intra, quàm ad extra est in totali productione, accipiendo actionem non pro aliquo de genere actionis, sed pro aliquo correspondente illi actioni de genere actionis; sicut in producto non est passio de genere passionis, sed passio æquiuocè dicta ad passionem correspondentem de genere passionis. *ibidem*. ✝. *Est tamen tam ad intra*. O.18.

Actionem non habere Deum in materiam, est falsum: & si dicant hoc Doctores periti, in hoc tamen non sunt periti; imo secundùm eos habet eam pro termino actionis suæ, & proinde potest circa eam agere. 2. Dist.12. Quæst.2. §. *Ad primam rationem*. ✝. *Ad aliud, quod ipsi*. G.8.

Actionem Dei [productiuam animæ intellectiuæ] in primo instanti naturæ, vel temporis terminari ad esse ipsius animæ, & postea in secundo instanti animam ipsam infundi corpori, non imaginati sunt Philosophi, sicut nos; sed ponerent, actionem Dei terminari ad esse totius in primo instanti naturæ. 2. D.17. Q.1. §. *Dimissa opinione*. ✝. *Supposito etiam*. B.3.

Actioni incarnationis correspondet aliqua passio, ex quo est actio transiens; sed ista passio non significatur per hoc, quod est *incarnari*, propriè loquendo; sed per hoc, quòd est *vniri*, vel *assumi*: nam ista actio, vt transit in obiectum, transit in naturam humanam, non in Verbum: & ideò illud, quod correspondet sibi ex parte naturæ assumptæ, & passio. 3. D.1. Q.1. *Ad quartum principale*. L.16.

Actioni Trinitatis [in Incarnatione] correspondet aliqua passio realis; sed illius obiectum est natura humana, & terminus est aliquid in natura humana, scilicet vnio formalis naturæ illius ad Verbum; ita quòd vnio Trinitatis, siue magis vnitio, quæ est actio Trinitatis, est ad vnionem formalem naturæ humanæ ad Verbum. 4. Dist.11. Quæst.2. *Ad primum principale*. ✝. *Ad secundum*. B.5.

Actio in Deo est respectu conuersionis panis in corpus Christi, accipiendo actionem pro relatione rationis: & si tantùm conuertatur substantia in substantiam, ita quòd tran-

Actio diuina.

transubstantiatum ibi sit nihil; non potest ibi saluari passio propriè dicta; nec per consequens actio; sed si ponatur secundùm aliam viam, quòd hæc conuersio sit substantiæ panis, vt hic in corpus Christi, vt hic; & sic sit corpus Christi ibi, vt passum recipiens præsentiam nouam; tunc potest dici, quòd hæc est propriè passio in corpore Christi, & ita actio correspondens proportionalis actioni de genere actionis: nec ista repugnat Deo; potest enim Deus transmutare aliquod passum, sicut natura potest: & ita transmutatio passiua est passio propriè, & actiua est actio correspondens generi actionis, non tantùm relatio: & tunc oportet dicere, quòd genus actionis aliquo modo secundùm prædicationem proportionalem possit ad Deum transferri, sed non ad intra. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad propositum*. ℣. *Dico, quòd sic*. O.19.

Actio Diuina [respectu conuersionis panis in corpus Christi] non est actio de genere actionis, nisi teneatur opinio dicens, quòd corpus non succedit pani, nisi vt hic: & si istud teneatur, cùm contrarium probatur per illud Auctoris sex principiorum cap. de actione, quòd *omnis actio in motu firmatur*, nec actio Diuina in motu firmatur; dicendum, quòd ibi accipitur motus indifferenter ad motum propriè dictum, & mutationem; & indifferenter subiectiuè, vel fundamentaliter, vel concomitanter: & cõcedo, quòd ista actio fundatur in mutatione corporis Christi, succedentis sic suo non esse hic. 4. D. 13. Q. 1. *Ad primam principalem*. Gg.41.

Actio Diuina inductiua, vel eductiua formæ in materiam, requirit potentiam in materia, quam perficit; & ita argumentum de potentia [contra reditum eiusdem numero formæ in eadem materia] non tantùm concludit contra agens naturale, sed etiam contra reditionem eiusdem formæ materialis per actionem Diuinam. 4. D. 43. Q. 3. §. *Quantùm ad istum*. ℣. *cum arguitur contra vtrumque*. K. 18.

Actiuitas.

Actiuitas totalis non conuenit intellectui respectu intellectionis. *Quodl.* Q. 15. §. *De secundo*. ℣. *Item secundò*. G.9.

Actiuum.

Actiuum, & passiuum quando concurrunt ad productionem effectus, prior est naturaliter respectus actiui ad passiuum, quàm vtriusque ad productum. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea tertio*. B. 9.

Actiui ad passiuum, & eiusdem ad productum respectus non omnino ex æquo conueniunt actiuo; nec ille respectus ad productum est posterior, ideoque est prior. *ibidem*.

Actiuum agit in passiuum se solo in ratione causæ, nec producit productum, nisi alio concurrente in ratione concausantis. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea tertio*. B. 9.

Actiui, & passiui proportionis prima extrema sunt vniuersalissima, abstracta à quocunque actiuo, & à quocunque passiuo: & ita proportio inest particularibus sub vtroque extremo per rationem communem, & per consequens extremis. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Probatio maioris*. A. 15.

Actiuum, & motiuum naturaliter ad sui visionem simili modo ageret, si non esset in intelligente, & volente. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad argumenta*. ℣. *Dico, quòd licèt*. M. 27.

Actiuum, quòd potest aliquid causare in passo excellentiori, potest etiam aliquid in passo inferiori, si illud passum inferius est capax, vt patiatur ab illo agente. 2. D. 11. Q. Vn. *Ad secundum principale*. D 8.

Actiuum potest agere in passiuum, quando non est impeditum à receptione formæ, ad quam agit tale agens; sed dum est impeditum non potest agere potentia propinqua. 2. D. 11. Q. Vn. *Ad secundum principale*. D.8.

Actiuo, & passiuo naturalibus approximatis, necesse est, sequi consumptionem 3. D. 16. Q. 2 §. *Sed contra ista*. ℣. *Dico ad ista*. C.7.

Actiuo sufficienti, & passiuo sufficienti sufficienter approximatis, potest sequi effectus: & si agens sit naturaliter agens, sequitur effectus. 4. D. 45. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Primum probo*. C.12.

Actiuo naturaliter approximato naturaliter passiuo (non impeditis per causam supernaturaliter impedientem,) actiuum naturaliter agit in passiuum, & passiuum naturaliter patitur: & si impediatur eius actio per causam supernaturalem, hoc erit per miraculum nouum; sicut patet *Daniele*. 3. De igne trium puerorum. 3. D. 21. Q. Vn. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Contra; probo*. B. 3.

Actiua, & passiua sicut, generaliter loquendo, sunt quædam naturæ absolutæ, puta calidum, & aliquod calefactibile: & super ista absoluta fundantur quædam relationes, secundùm quòd hæc passiua inclinantur ad hæc actiua, vt ab eis recipiant formam, ad quam sunt in potentia passiua; & quando ipsa sic proportionata approximantur, ibi est alia relatio approximationis mutuæ, ad quam sequitur, passiuum recipere formam ab actiuo: huius tamen actionis in actiuo non fuit ratio relatio aliqua præcedens, puta relatio actiui, siue approximationis; sed istæ relationes erant causæ *sine quibus non*, sed ratio fuit ipsa natura absoluta actiui: sic [agendo de causis doloris, & delectationis], potest dici, quòd hoc absolutum, vt visus, inclinatur ad aliquid, vt ad extrinsecum perfectiuum, puta ad album perfectum, siue pulchrum: & è conuerso ad contrarium visibile, vt corruptiuum, vel non inclinatur, sed declinatur; & tunc relatio terminantis relationem inclinati ad inclinans dicitur conuenientia, & alia disconuenientia. 3. D. 15 Q. Vn. §. *Aliter potest dici*, B. 8.

Actiuum omne approximatum passo agit in illud, vt communiter dicitur: actiuum tamen, & passiuum non sunt rationes agendi, nec patiendi, loquendo de relationibus approximationis, proportionis &c. Sed vt per illas circumloquimur absoluta. *ibidem*. ℣. *Quod ergo communiter*. C.9.



Actiuo eodem modo se habente secundùm potentiam actiuam, & passiuo secundùm potentiam passiuam proximam, si fuerit aliquod impedimentum interpositum inter ista, non aget istud agens in passum: amoto autem isto impedimento, vel obstaculo, aget; & per consequens est ibi noua habitudo agentis ad passum sine noua forma absoluta. 4. D. 6. Q. 10. §. *Hic dicitur*. ℣. *Præterea; agens*. C.4.

Actiua, & passiua secundùm potentiam actiuam, & passiuam dicantur ad aliquid; exponatur, vt secundùm fundamenta relationum propriè dictarum: & quod sequitur; & *secundùm actiones potentiarum*; exponatur de actionibus de genere actionis, quod secundùm eas formaliter dicuntur actiua ad passiua, & è conuerso: non quidem secundùm relationes propriè de genere relationis, sed secundùm quosdam respectus, pertinentes ad secundùm modum relatiuorum, licet ad genus relationis; habentes tamen modum similem quibusdam speciebus relationis, vt sic ista pertineant ad vnum modum relatiuorum, non autem ad aliquam speciem relationis. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Tertio modo*. V. 28.

Actiuum, & passiuum corporalia requirunt determinatam distantiam, vel quantitatem, ad hoc, vt agant; quia corporalis actio non recipitur, nisi in quanto: sic non requiritur in intellectu, qui intelligit omne ens. 4. D. 49. Q. 11. §. *Respondeo; dicitur*. ℣. *Ad aliud*. C. 7.

Actiuum quodlibet per propriam formam, & virtutem habet virtualiter suam actionem, etiam quando non actualiter producit. *Quodl.* Q. 7. §. *Sed licèt*. ℣. *Ad primum*. P. 23.

Actiuum.

Actiuum, & passiuum in communi necessariò ad inuicem referuntur: non est tamen necesse, ita esse de hoc actiuo, & de hoc passiuo; quia aliud actiuum vicem huius actiui supplere potest. 3. D.4.Q.Vn. *Ad tertium principale*. K. 16.

Actiuum non habens terminum adæquatum potest simul agere respectu alterius; ideò enim tantùm in vnum potest simul, quia illud est terminus adæquatus virtuti eius: & maximè potest simul in plura inadæquata, si illa includantur in primo adæquato sibi. 3. Dist. 4. Quæst. Vnic. *§. Potest dici*. ℣. *Contra; actiuum*. C. 9.

Actiuum aliquod, si in essendo recipit aliquid à causa superiori, & in quantùm est actiuum est recipiens ab eodem. 4. Dist. 45. Quæst.2. §.*Hic tenetur*. ℣. *Quæ autem*. B. 11.

Actiua vis, [quæ ab aliquibus ponitur in materia, præcedens generationem, tanquam ratio seminalis,] non agit, nisi agens extrinsecum agat priùs; si enim ageret ante per vnum diem, eadem ratione & per quatuor, & sic semper ascendendo: & ita perpetuò illa ratio egisset in materia. 2. D.18. Q.Vn. §.*Contra primum*. ℣. *Præterea, illa vis*. A. 5.

Actiua aliqua sunt nata dominari ab aliquibus passiuis ex prima institutione naturæ. 3. D.16. Q.2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Nec fuit*. F. 11.

Actiuum comparando ad actiuum, simpliciter perfectius secundùm entitatem, est simpliciter perfectius secundùm virtutem. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ad primum dico, si aliquid*. R. 25.

Actiuum ante actionem de genere actionis, si hæc est forma absoluta, erit in potentia passiua ad actionem; quia susceptiuum, quale est actiuum in hypothesi, respectu passionis habet aliquam potentiam susceptiuam, vel passiuam respectu susceptibilis. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius*, ℣. *Contra, si actio*. B. 6.

Actiuum, & factiuum sunt differentiæ accidentales potentiæ productiuæ. 1. D.2. Q.7. §. *Quia sicut dixi*. ℣. *Cùm arguitur vlterius*. G. 5. & D.10. Q.Vn. *Ad secundum principale*. Q. 13.

Actiuum, & passiuum distinguunt potentias in anima. *Quodl.* Q.15. §. *De tertio*. L. 13.

Actiuum, & passiuum, non oportet, quòd distinguant potentiam, loquendo de illo, quod subest respectui, quod communiter intelligimus, cùm dicimus *potentia*, quemadmodum dicimus, quòd calor est potentia calefactiua; quia tunc voluntas esset duæ potentiæ. *Quodl.* Q.15. §. *Si verò teneatur*. ℣. *Ad primum*. Q. 19.

Actiuum esse naturaliter, & esse liberum actiuum, sunt primæ differentiæ principij actiui. *Quodl.* Q.16. §. *Contra istud*. ℣. *Ista diuisio*. T. 15.

Actu tale non est simpliciter idem, quod est in potestate tale; & per consequens in potentia tale, & in actu tale erunt impossibilia simpliciter. 1. D.30. Q.1. *§. Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea; non potest*. C. 6.

Actu quòd sit aliquid realiter, & quòd illud, quod est idem sibi essentialiter hoc modo, vel illo, non sit realiter in actu, videtur contradictio. *Quodl.* Q.1. §. *De altero*. ℣. *Nam contradictio*. I. 10.

Actualis.

Actualius illud videtur in se secundùm suam propriam rationem, cui magis repugnat communicabilitas ad plura ad extra. *Prol.* Q.3. *§. Contra istas omnes*. ℣. *Contra aliam positionem*. H. 10.

Actualissimum *esse* ex se habet, quidquid est ex se *necesse esse*, ita quòd per nihil qualecunque aliud à se expectat actualitatem essendi. 1. D.2. Q.7 *Ad vltimum principale*. Mm. 53.

Actualissimam entitatem, siuè existentiam actualissimam non habet diuisibile in plura, antequam intelligatur in aliquibus eorum, in quæ diuiditur. *ibidem*.

Actualius nihil est in Verbo, quàm in intellectu Patris; & per consequens non est ibi distinctius; quàm in intelligentia Patris. 2. D.1. Q.1. *§. Contra istud primò*. ℣. *Præterea, quod dicit*. A. 6.

Actualis.

Actuale inter, & aptitudinale, [quantùm ad terminationem,] non est differentia in obiecto, nisi quia actus est circa ipsum elicitus: vnde dicere, quòd Deus est obiectum charitatis, in quantùm est beatificum, sumendo *esse beatificum* pro actuali respectu, quo actu beatificat; hoc est dicere, quòd in quantùm terminat actum à charitate elicitum, haberet rationem formalem obiecti actus. 3. Dist.27. Quæst.Vn. §. *Contra primam*. ℣. *Præterea, si*. B. 5.

Actualitas.

Actualitatem aliquam entitas ex se necessaria non expectat ab ipsis rationibus distinguentibus Diuinas Personas; quia non diuiditur per illa distinguentia Personas; 1. D. 2. Q.7. §. *Ad vltimum principale*. ℣. *Et per hoc tenet*. Mm. 53.

Actualitates quasi vltimæ, quibus entia per se necessaria existunt, non sunt distinguentia Diuinas Personas. *ibidem*.

Actualitas, & simplicitas est perfectio simpliciter; simpliciter autem actualitas est perfectior simplicitate; & ita simpliciter perfectius est illud, cui conuenit actualitas sine simplicitate, quàm illud, cui conuenit simplicitas sine actualitate. 1. D.8. Q.1. *Ad primum principale*. G. 6.

Actualiter.

Actualiter dicitur actus referri ex charitate in finem, sicut cogitans actualiter de fine diligit illum. 2. Dist. 41. Quæst. Vn. §. *Aliter potest dici*. ℣. *Secundo etiam modo*. A. 2.

Actus.

Actus est prior potentia diffinitione ex Philos. 9. *Met. Tex.* 13. quia potentia definitur per actum; si autem actus refertur ad potentiam, tunc etiam è conuerso actus definiretur per potentiam. 1. D.30. Q.1. §. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. F. 9.

Actus definit potentiam, vt terminat relationem eius, sed vt definit, non refertur ad ipsam, sed est merè absolutus [aliter enim actus definiretur per potentiam, & sic illa esset prior diffinitione, & etiam posterior similiter diffinitione;] & hoc sub ratione, sub qua definit potentiam: definit autem potentiam, in quantùm potentia est ad ipsum, vt relatio ad terminum; & ideò actus, secundùm quod merè absolutus est terminus huius relationis, qualiscunque illa relatio sit, siue simpliciter, siue secundùm quid. 1. D.30. Q.1. §. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. F. 9.

Actus ex Philos. 9. *Met. cap. 5. Tex.* 11. *est existere rem non ita, sicut dicimus potentia*: & post explanando istam descriptionem, manifestat in multis oppositis, vt vigilans, & dormiens; & videns, & claudens oculum; & elaboratum, & illaboratum: *huiusmodi*, inquit, *differentiæ est alteri actus determinatus, alteri autem potentiale*. 4. D.11. Q.3. *§. Hic duo*. ℣. *Ad aliud contra secundam opinionem*. D. 11.

Actus duo primi quando habent ordinem in aliquo, si vterque sit perfectè actiuus habebunt etiam consimilem ordinem in eliciendo suos actus. 1. D.11. Q.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad hoc est ratio*. C. 3.

Actu primus, qui est operatiuus, & productiuus, est ratio perficiendi suppositum in actu secundo, qui est operatio suppositi, in quo est quodam ordine prius, antequam intelligatur produci illud, quod producitur; operans enim, & producens per idem principium, priùs est operans, quàm producens. 1. D.2. Q.7. *§. Obijcitur contra*. ℣. *Ad secundum dubium*. O. 22.

Actum primum habens perfectum, & obiectum præsens in ratione obiecti, si non impeditur, & non sit actus eius secundus successiuus, sed permanens, potest agere pro quocunque instanti, si omnia ista concurrunt; quia plura non requiruntur ad actum. 3. D.18. Q.Vn. *§. Est igitur videndum*. E. 11.

Actus primus cùm sit principium actus secundi, quod nullum actum primum habet in se actiuum in suo ordine,

in

Actus.

in nullum actum ſecundum poteſt in illo ordine. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ad quæſtionem*. Dd. 26.

Actus ex Philoſopho 9. *Met. cap. 7. Tex. 13. ſimpliciter præcedit potentiam; & tamen in eodem potentia præcedit actum tempore:* Hæc auctoritas Philoſophi non eſt ad propoſitum de illo actu, qui poſterior eſt ſecundùm genus ſuum totum ipſa potentia receptiua; quia actus, qui eſt prior tempore omni potentia, non eſt aliquis actus materialis, ſed ſimpliciter immaterialis, vt patet ibidem in fine capituli. 4. D. 1. Q 1. §. *Ideò dici poteſt*. ✝. *Reſpondeo, quod quælibet*. Kk. 30.

Actus eſt prior potentia, ex Philoſopho 9. *Met. cap. 7. Tex.* 13. 15. non ſolùm tempore, & ratione; ſed etiam ſubſtantia, hoc eſt perfectione: vnde in probatione illius membri, quòd actus prior eſt ſubſtantia, exemplificat ipſe, vt vir puero, & homo ſpermate; & concluſionem ſic intellectam ibi probat; quia gratia actus, tanquam finis, ſunt alia ordinata ad actum, ſicut declarat ibi in multis exemplis. *Quodl.* Q. 13. §. *Prima concluſio*. ✝. *Primo ſic*. C. 4.

Actum ad primum alicuius, ſicut ſunt multa pertinentia, vel ſic; ſicut ſunt aliqua multa pertinentia ad actum primum alicuius; ita poſſunt eſſe multæ quietationes illorum multorum, & vnica totius totalis totalitate extenſiua, includens illas multas; ſed illorum omnium eſt vnica, quæ eſt vltima quietatio in obiecto, quæ & ſola eſt ſimpliciter totalis quietatio naturæ, loquendo de totalitate intenſiua. 4. D. 49. Q. 3. § *Ad tertium pro prima opinione*. ✝. *Dico ergo*. F. 9.

Actus omnis habens primum obiectum, à quo eſſentialiter dependet, & obiectum ſecundum, à quo eſſentialiter non dependet, ſed tendit in illud virtute primi obiecti, licet non poſſit manere idem actus, niſi habeat habitudinem ad primum obiectum: poteſt tamen manere idem ſine habitudine ad ſecundum obiectum, quia ab eo non dependet. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantùm ad iſtum articulum*. ✝. *Modus ponendi*. C. 6.

Actum ad habendum quælibet potentia apprehenſiua eſt poſteriùs in potentia, quàm ad habendum præſentiam obiecti in ſpecie, quando obiectum non eſt natum in ſe eſſe præſens ſub ratione actu cognoſcibilis à tali potentia. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad rationes alterius*. ✝. *Quod arguitur poſt*. O. 21.

Actus in quo obiectum habet eſſe rationis, vbi poteſt eſſe terminus mutationis realis, ibi obiectum poteſt mutari mutatione rationis; ſicut lapis poteſt fieri de non intellecto intellectus à me, quia intellectio eius in me poteſt eſſe noua; ſed vbi actus nullo modo eſt terminus mutationis realis, ibi obiectum, vt in actu, non poteſt mutari mutatione rationis: huiuſmodi eſt velle diuinum; & per conſequens Petrus, vt eſt obiectum iſtius actus, quia vt extra habens eſſe nouum non habet nouiter rationem obiecti, ſed vniformiter in æternitate: & ita nulla videtur concedenda eſſe mutatio, nec rei, nec rationis in Petro, quando dicitur culpa ſibi eſſe remiſſa. 4. D. 16. Q. 2. §. *Reſpondeo*. ✝. *Poteſt dici*. M. 15. *Addit.*

Actus habere vnitatem ab vnitate obiecti, non dixit Philoſophus 2. *Anim. Tex.* 33. ſed diſtinctionem: & hoc, niſi eſſet aliquod obiectum ita adæquatum actui, quod non excederet, nec poſſet excedi, ſicut eſt obiectum beatum reſpectu actus ſui. 3. D. 14. Q. 2. §. *Ad ſecundum principale primæ quæſtionis*. ✝. *Et tunc*. E. 6.

Actus diſtinguuntur per obiecta, quantùm ad manifeſtationem, quia manifeſtior eſt diſtinctio obiectorum, quàm actuum, & ex illa tanquam ex manifeſtiori innoteſcit iſta. *Quodl.* Q. 13. §. *Ad iſta*. ✝. *Ad primam*. Hh. 30.

Actus quòd diſtinguantur per obiecta, ſicut vult Philoſophus 2. *Anim. Tex.* 33. & 36. & *inde*: imo magis quòd obiecta ſunt præuia ipſis actibus; propter quod oportet priùs tractare de diſtinctione obiectorum, quàm actuum: ita etiam vult, quòd potentiæ diſtinguantur per actus: hoc autem non eſt eſſentialiter; quia actus eſt eſſentialiter poſterior potentia, & poſteriùs non eſt ratio per ſe diſtinguendi prius; & conſequenter nec ibi illud aliud, ſcilicet de obiectis in comparatione ad actus, debet intelligi de diſtinctione eſſentiali. *ibidem*.

Actus.

Actus aliquis vnus non poteſt habere duo obiecta adæquata. 1. D. 2. Q. 3. §. *In iſta quæſtione*. ✝. *Secundo ex parte intellectus*. B. 2.

Actus multi poſſunt eſſe reſpectu eiuſdem obiecti, & ſub eadem ratione formali; & non ſolùm potentiarum ordinatarum, ſed eiuſdem potentiæ, differentes ſecundùm perfectum, & imperfectum: nec tantùm ſecundùm quòd perfectum, & imperfectum ſe habent, ſicut magis, minùs in eadem ſpecie; ſed ſicut ſe habent diuerſæ ſpecies in eodem genere, puta media, & extrema. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Reſpondeo, nullus*. ✝. *Dico, quod*. C. 4.

Actus eiuſdem, non videtur duplex formalis ratio obiectiua: vnde altera duarum rationum formalium, quæ ſunt in obiecto beatifico, ſcilicet vel bonitas infinita in ſe, vel huius [puta bonitatis in ſe] vt participatur ab iſto, nempè creatura beatificabili ponetur formalis ratio terminandi actum charitatis. 3. D. 27. Q. Vn. §. *Contra primam*. ✝. *Contra tertium*. B. 6.

Actus dependet ab obiecto, tanquam à termino proprio ſuæ dependentiæ: vnde concedi poteſt, quòd actus diſtinguuntur per obiecta, ſicut per aliqua extrinſeca, à quibus actus dependent dependentia eſſentiali, & propria; non tamen diſtinguuntur per illa, ſicut per formalia diſtinctiua; nec etiam ſicut per terminos relationis incluſæ in actibus. *Quodl.* Q. 13. §. *Ad iſta*. ✝. *Ad primam rationem*. Ii. 31.

Actus perfectio quando eſt à duobus, ſcilicet à potentia, & obiecto, quando variatur propria ratio iſtorum, vel alterius eorum in ſe, vel coniunctione cum reliqua cauſa, vel ſecundùm approximationem ad reliquam cauſam, quia minùs perfectè agunt cauſæ partiales reſpectu effectus quando non ſunt ſufficienter approximatæ, & coniunctæ; variabitur tunc perfectio huius actus. 3. Diſt. 31. Quæſt. Vn. §. *Reſpondeo; nullus*. ✝. *Dico, quòd*. C. 4.

Actus non eſt perfectior, niſi quia coniungit obiecto perfecto: actus autem voluntatis coniungit rei in ſe, vt in ſe eſt: actus verò intellectus non niſi rei, vt eſt obiectum in cognoſcente: obiectum autem beatificum ſimpliciter eſt nobilius in ſe, quam vt eſt in cognoſcente; & per conſequens actus voluntatis coniungit obiecto beatifico ſimpliciter ſub nobiliori ratione. 4. D. 49. Q. 4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ✝. *Secunda ratio*. N. 20.

Actibus in omnibus, & ſubiectis eſſentialiter ordinatis eſt aliquod ſupremum; & ita aliqua dilectio ſuprema; & ita ſupremum *obiectum* ſic diligibile. 3. D. 27. Q. Vn. §. *Iſtis igitur rationibus*. ✝. *Prima eſt*. G. 13.

Actus ille non eſt propria cognitio alicuius obiecti, qui poteſt ſtare in intellectu: & tamen illud obiectum omnino non eſſe cognitum: iſta propoſitio eſt neganda, niſi intelligatur de primo obiectu: alioquin videtur æquè concludere, quòd non eſt idem actus intellectus Diuini reſpectu eſſentiæ ſuæ, & obiecti ſecundarij, quod omnes negant. *Quodl.* Quæſt. 15. §. *De ſecundo articulo*. ✝. *Ad tertium*. X. 23.

Actus vitalis dum manet, habet quaſi continuè cauſam; quia eius *eſſe* eſt quaſi in continuo cauſari. 2. Diſt. 7. Quæſt. Vn. §. *De ſecundo dico*. ✝. *De iſto: quamuis*. N. 20.

Actus quicunque vnius potentiæ habet ſimilem habitudinem potentiæ ad obiectum. 1. D. 27. Q. 3. §. *Contra iſtam opinionem*. ✝. *Primo, quia*. A. 4

Actus *apprehendere*, ſiue apprehenſio, eſt, quo potentia apprehenſiua actuatur primò primitate perfectionis, licèt non primò primitate generationis [ſemper:] quandoque tamen primò primitate generationis, quando ſcilicet obiectum in ſe eſt præſens tali potentiæ, vt actu cognoſcibile ab ea; tunc enim non oportet, ante actum in potentia aliquid aliud fieri. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad rationes alterius*. ✝. *Arguitur poſt*. O. 21.

Actus ſimiles, ſimiles generant habitus. 1. Diſt. 17. Quæſt. 3. vel 4. §. *Hic dicitur*. ✝. *Contra, licèt*. Tr. 11. *Addit.*

Actus reſpectu; ſiue; Reſpectu actus tribuendo habitui aliquam rationem principij actiui, poteſt di-

ci, quòd habitus est causa partialis actiuam, cum quo ipsa potentia etiam est causa partialis respectu actus perfecti, procedentis à potentia, & habitu; licet ipsa posset esse totalis causa respectu actus imperfecti, præcedentis generationem habitus. 1. D. 17. Q.2. §. *Tertio modo*. G. 8.

Actus causam partialem ponendo habitum, erit causa secunda, & non prima; sed ipsa potentia erit causa prima, & absolutè non indiget habitu ad operandum: minùs tamen perfectè operabitur sine habitu, quàm cum habitu, & posito æquali conatu ex parte potentiæ. *ibidem*. ℣. *Concedo igitur*. I.9.

Actus duo perfecti non possunt esse in eadem potentia; aut saltem, si possunt, non videtur, quòd vnum istorum possit esse aliquo modo actiuum respectu alterius: [hoc quidem gratia arguendi]. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam*. ℣. *Præterea, si habitus*. L.10.

Actum suum priùs habet qualitas in corruptibilibus, quàm forma substantialis propter imperfectam actiuitatem formæ substantialis. 1. D. 11. Q.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed fortè*. C. 3.

Actus diuersi si possunt esse ab vna essentia simplici animæ sinè distinctione reali potentiarum, hoc est ponendum. 2. D.16. Q.Vn. § *Dico igitur*. G.15.

Actus aliquis, vel aliqua forma inferior anima potest esse principium immediatum agendi, vt patet de colore, & alijs qualitatibus actiuis: & proinde hoc multò magis debet competere animæ intellectiuæ, quæ est forma nobilior; & hoc est nobilitatis, quia conuenit Deo. 2. D.16. Q. Vn. §. *Dico igitur*. G.16.

Actus, naturaliter elicitus ab aliqua forma, æquatur in perfectione illi formæ. 3. D.13. Q.3. *In argumento in oppositum*. n.2.

Actus naturalis perfectissimus cognitionis potest elici à potentia sine habitu præcedente. 3. D.14. Q.2. *Ad quartum principale primæ quæstionis*. F.8.

Actus generati, & procedentes ab habitu generato perfecto nullam perfectionem generant, neque intendunt habitum, quia non est intensibilis, sed tantùm procedunt ex plena perfectione ipsius habitus. 2. D. 1. Q.2. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. C.4.

Actus actiuorum, secundùm illud. 2. *Anim. Tex*.24. sunt in patiente bene disposito: & ideo agens non agit in organum sensus, & subiectum contrarij actione eiusdem rationis. 4. D. 12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ad primum quid sit*. M. 19.

Actus præsupponit potentiam, & hoc loquendo de ordine originis: Actus autem generis prioris, nec origine, nec perfectione aliquid præsupponit de genere posteriori. 4. D. 12. Q. 6 §. *Tertia opinio*. ℣. *Item secundo*. A. 8.

Actus duo, quorum neuter includit alium, quandocunque sunt, non reducuntur in idem principium: Ista propositio est vniuersaliter falsa de actu primo, & secundo, etiam ordinatis; quia sic probaretur, quòd nihil est principium actiuum in creaturis. 4. D.13. Q.1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Ad argumenta pro ista, &* ℣. *Respondeo ergo, quod illa*. Dd. 28.

Actus est prior essentialiter sua forma; aliquin illa forma non præexigeret actum ad sui esse; & consequenter si sumus causa substantiæ, dependebit illa forma à nobis, & non nisi in aliquo genere causæ. 4. D.49. Q.1. *Ad quartum principale*. ℣. *Contra hoc*. Ee. 30.

Actus ex Philosopho 9. Met. Tex. 13. est simpliciter potentia prior, non solum tempore, & diffinitione, sed etiam substantia, hoc est perfectione; quia *omnis potentia est actus gratia*, sicut inducit & in naturalibus, & in artificialibus; maximè autem quando est operatio, non factio. 4. D. 49. Q. 1. *In quarto argumento in oppositum*. n.4.

Actus differunt specie, quæ eliciuntur à principijs differentibus specie: ista propositio vera est de principijs totalibus; quia ab illis habent totaliter actus entitatem suam; & per consequens vnitatem, & distinctionem: vera est etiam de principijs partialibus, dum tamen sint principia disparata, & per se requisita, in quantùm disparata; quia si sint subordinata, vel non per se requiratur, vt sunt disparata, non oportet, quòd actus specie distinguantur. *Quodl*. Q. 17. *Ad argumentum principale*. O. 13.

Actus non est immediatum principium recipiendi actum: falsum est, & etiam contra authores huius propositionis; quia essentia, & substantia, quæ est actus, est receptiua actus alicuius accidentalis [secundùm eos] scilicet potentiæ vitalis, quæ est forma quædam, & actus in anima secundùm eosdem: nec est maius inconueniens, quàm de forma substantiali, quæ est propria ratio recipiendi propriam passionem; sicut propria forma hominis est ratio recipiendi risibilitatem [etiam secundùm eos.] 2. D.16. Q.Vn. §. *Ratione ista*. ℣. *Secunda ratio*. B. 6.

Actus si non posset recipere actum, cùm omnis potentia naturalis animæ sit quidam actus, nulla reciperet actum. *ibidem*. ℣. *Præterea si actus*. B.7.

Actus vnius per se est vna potentia per se, & vnum per se receptiuum. 3 D.14. Q.2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Contra vnius*. B.2.

Actus est natus priùs recipi in anima, quàm habitus. 3. D.14. Q.2 §. *In ista quæstione*. ℣. *Potest dici*. B.3.

Actus non recipitur in potentia per habitum, quia, cùm habitus generetur ex actibus, sequitur actus ipsos. 4. D. 49. Q. 11. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Prima conclusio*. E. 8.

Actus plures in actibus subordinatis, non est conueniens, inesse vni; imo fortè est necessarium scientem conclusionem, dum actu speculatur scientificè, intelligere simul principium; & amantem ordinatè illud, quod est ad finem, vtendo eo, simul frui fine. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Ad primum horum*. ℣. *Ad quartum concedo*. L. 22.

Actus omnis conuersiuus intellectus in nobis habet aliquod creatum pro obiecto immediato. 1. D. 27. Q.1. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, quod dicit*. A.5.

Actu in omni reflexiuo potest haberi aliquis actus rectus perfectior, quia actus rectus intellectus, quo intelligit quidditatem, est perfectior actu, quo intelligit, intellectum intelligere; quia habet obiectum nobilius. 1. D. 27. Q.1. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, in omni actu*. A.5.

Actus super quem fit reflexio, potest significare nominaliter; & tunc significat actum secundùm quidditatem: vel verbaliter; & tunc significat actum suum, vt in supposito, vel vt concernentem suppositum. 3. D.28. Q.Vn. §. *De primo dico*. ℣. *Respondeo: actus*. B.3.

Actus recti, & reflexi idem est habitus. *ibidem*. ℣. *Ex hoc patet*. B.2.

Actus, quando non est, nihil causat. 1. D. 17. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Licèt ista responsio*. Qq. 3.

Actus non est meus, qui non est in potestate mea. 1. D.17 Q. 2. §. *Contra istam*. ℣. *Præterea; actus*. F.5.

Actum habere suam substantiam à potentia, sed intensionem talem, vel talem ab habitu, docet Goffredus. 1. D.17. Q.2. §. *Alio modo*. ℣. *Et tunc est vnus modus*. F. 6.

Actus intensio non est aliquid extrinsecum, accidens actoi, sed gradus intrinsecus actui: ita quòd actus intensus sit quoddam per se vnum, sicut hoc indiuiduum in specie. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Contra istud arguo*. G. 6.

Actus gradus intrinsecus proprios ab eodem est, à quo est hoc indiuiduum, scilicet actus. *ibidem*.

Actus non potest recipere naturam ab aliquo, & hanc signatam, quin recipiat eam in certo gradu. *ibidem*.

Actui, si habitus determinatus in voluntate det intensionem determinatam; tunc voluntate operante ad substantiam actus, necessariò dat habitus illam intensionem sibi correspondentem: & ita, quantumcunque ex modico conatu voluntas operetur, semper esset actus eiusæquè intensus; quia ipsa causante substantiam actus, habitus, qui agit per modum naturæ, causaret, quod suum est, necessariò. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea secundò*. G.7.

Actus semper est intensior, habitu coagente, quàm non coagente, dummodo potentia operetur ex æquali conatu; quia intensio attribuitur duabus causis; & potentiæ

tiæ quidem maiori, vel minori conatu; habitui autem semper æqualiter, quantùm est ex se. 1. D. 17. Q. 2. §. *Argumenta, quæ facta.* ỽ. *Ad secundum concedo.* V. 9.

Actus intensio respectu obiecti in Agente creato, & increato est differens multùm in eis. 1. D. 48. Q. Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Actum augmentatiuum habitus non elici ab habitu, sed à sola potentia videtur inconueniens; quia tunc actus augmentatiuus habitus esset imperfectior, quàm alius non augmentatiuus elicitus ab habitu. 1. D. 17. Q. 3. vel 4. §. *Contra istam positionem.* ỽ. *Licèt ista responsio.* Qq. 3.

Actus decimus in actibus augmentatiuis, habitus potest esse imperfectior primo: & tamen per istum actum decimum augetur habitus ad aliquem gradum, ad quem non potuit primo augeri per primum, vel secundum actum, *ibidem.* ỽ. *Secunda via est.* Rr. 5.

Actus, vel cognitio in vniuersali est in se indistincta. 2. D. 42. Q. 4. §. *Quantùm ad primum.* ỽ. *Vltimus etiam modus.* E. 9.

Actus aliquis si esset ex natura sua ita permanens in actu, sicut ponitur habitus, respectu illius non oporteret ponere habitum; quia actus talis haberet perfectionem actus primi, & secundi. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione.* ỽ. *Itaque potest dici.* B. 3.

Actus quilibet distinctus specie ab alio, sicut potest habere proprium habitum in voluntate, vel in intellectu, inclinantem ad ipsum: ita etiam potest esse vnus habitus generalis, inclinans ad vnum actum in genere, & multos in specie. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Respondeo, nullus.* ỽ. *Quantùm ad aliud.* D. 6.

Actus præteritus, ex quo præterijt, non potest Deus facere quin præterijt: vnde Philosophus 6. *Ethic. cap.* 3. commendat dictum Agatonis rectè dicentis: *Hoc solo priuatur Deus, ingenita facere, quæ facta sunt.* 4. D. 1. Q. 6. §. *Contra istam conclusionem.* ỽ. *Respondeo: accepi.* C. 5.

Actus præteritus, vt præteritus, est simpliciter necessarius, in tantùm, vt de potentia absoluta Diuina non potest esse non præteritus. 4. D. 6. Q. 10. §. *Sed restant.* ỽ. *Istud etiam.* H. 10.

Actus generationis potest esse causa *in fieri* relationis Paternitatis: & quidem, quando fuit causa, tunc relatio in fiebat; sed non est causa in *esse*, sicut non manet, manente relatione: Fundamentum autem non est tantùm causa in fieri relationis, sed etiam in *esse*. 4. D. 6. Q. 10. §. *Sed restant.* ỽ. *Respondeo actus.* H. 11.

Actum, quo cognoscimus vniuersale; & relationes consequentes naturas rerum non sensibilium, & relationes rationis, experimur nos habere, sicut & illud, secundùm quod inest nobis ille actus, quod est per actum reflexum super actum rectum, & susceptiuum eius. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo.* ỽ. *Præterea habemus.* E. 10.

Actus inesse homini, quibus cognoscit actu vniuersale, & relationes sequentes naturas rerum sensibilium &c. si quis proteruè neget, non est cum eo vlterius disputandum, sed dicendum sibi, quòd est brutum: sicut nec eum dicenti, non video colores, ibi non est disputandum, sed dicendum sibi, tu indiges sensu, quia cæcus es. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo.* ỽ. *Si quis.* E. 11.

Actum collatiuum extremorum comparatorum esse vnum, est possibile; quia obiecta plura habentia ordinem inter se, possunt esse obiectum vnius actus, vel vnius potentiæ. 4. D. 49. Q. 10. §. *Ad primum in oppositum secundæ quæstionis.* O. 17.

Actus circa extrema [si sint alij ab actu collatiuo ipsorum extremorum] & manent cum illo actu; tunc necessariò stant simul duo actus in eadem potentia: nec illi actus circa extrema impediunt comparationem, sed necessariò requiruntur ad ipsum. *ibidem.* P. 17.

Actus quando repugnat actui, licèt possibilitas ad illum actum stet cum illo, & magis cum possibilitate ad illum; tamen possibilitas ad istum non stat cum necessitate illius; quia si ille est necessarius, iste est impossibilis, quia repugnans, necessariò est impossibile. 4. D. 49. Q. 13. §. *Ad quartum principale.* K. 14.

Actus vterque (loquendo de actibus sibi inuicem repugnantibus) vbi est contingens diuisim, ex positione possibilis in *esse* non surgit noua impossibilitas. *ibidem.*

Actus alius ab actu, quem habet, si non repugnat potentiæ, nisi quia potentia semper est sub isto actu, absolutè non repugnat potentiæ alius actus: & ita sine contradictione simpliciter potest alius actus sibi competere. *Quodl.* Q. 2. §. *De prima ratione.* ỽ. *Contra istam* G. 14.

Actus adæquatus principio, & semper vniformiter stans, non compatitur secum alium eiusdem rationis ab eodem principio actiuo: Hæc propositio si accipit adæquationem intensiuam tantùm, ex tali adæquatione non concluditur, quòd in Diuinis sit vnica tantùm productio eiusdem rationis possibilis, imo alia potest esse possibilis; licèt non simul stans; & per consequens habetur tantùm, quòd vnica est possibilis simul: vbi autem non habetur de vnica productione possibili, nisi sic, quòd alia sit simul possibilis; ibi non habetur, quin alia sit simpliciter simul possibilis; & per consequens in Diuinis necessaria simpliciter: si autem accipiatur in ista propositione adæquatio tam extensiua, quàm intensiua, hæc alia propositio, *Actus vnicus generationis in Diuinis est adæquatus suo principio, & semper stat*, non probatur ab auctoribus huius rationis, nisi fortè innitatur isti, quòd vnica productio semper stat; ex quo tamen isti non sufficienter probant intentum. *Quodl.* Q. 2. §. *De prima ratione.* ỽ. *Videtur ergo.* G. 15.

Actus, siue in actu imperfectionis est, quòd non statim habet suum terminum; & quòd non manet, sed transit; & in eo, quod quasi consequitur actum suum. *Quodl.* Q. 4. §. *Dico tamen.* ỽ. *Ex his tribus.* L. 12.

Actui cuilibet simpliciter per rationem propriam, vel conuenit aptitudo ad per se informandum, vel repugnat informare. *Quodl.* Q. 9. §. *De secundo.* ỽ. *Ista ratio.* B 5.

Actus ad actum multiplex datur excellentia alia, quàm ista [quam aliqui ponunt in Angelo respectu animæ intellectiuæ, scilicet, quòd licèt anima tantùm recedat a materia, quòd naturæ suæ relictæ potest habere esse suum proprium sine ea; tamen Angelus, qui est perfectior quacunque anima intellectiua, plùs recedit à materia], hoc autem non videtur, nisi sibi repugnet inesse materiæ; quod non apparet ex hoc euidenter concludi; quia anima intellectiua licèt possit esse sine materia; tamen æquè perfectè potest vniri materiæ; sicut aliqua forma inferior: ita diceretur, quòd Angelus potest quidem esse sine materia, etiam perfectiori modo, quam anima intellectiua, sed tamen potest esse in materia; quia licèt dependere à materia sit imperfectionis, non tamen est euidens, quòd posse communicare actualitatem suam materiæ sit imperfectionis; & præcipuè quando talis communicatio potest esse sine dependentia, sicut poneretur in proposito. *Quodl.* Q. 9. §. *De secundo.* ỽ. *Ista ratio non.* C. 6.

Actus comparandi extrema aliqua, & qui est circa illa extrema comparata, si est vnus actus; tunc planum est, quòd vno actu voluntatis appetitur finis, & quæ sunt ad finem, si verò non est idem, sed alius, & alius; tunc est dubium sicut in intellectu discurrente de præmissis ad conclusionem. 4. D. 49. Q. 10. *Ad secundum in oppositum secundæ quæstionis.* O. 17.

Actus pugnat necessariò cuicunque, cui repugnat potentia ad illum actum, licet non cuicunque contingenti. 1. D. 8. Q. 5. §. *Arguo sic.* ỽ. *Per idem patet.* G. 11.

Actibus de nostris multis est certitudo, sicut de principijs per se notis, vt secundùm Philosophum. 4. *Metaph. T ex* 26. nos vigilare, est per se notum, sicut principium in demonstratione. 1. D. 3. Q. 4. §. *De tertijs cognoscibilibus.* F. 10.

Actus sensuum aliqui sunt certi, & veri. 1. D. 3. Q. 4. §. *De sexto articulo.* X. 24.

Actu in, & potentia; siue; In actu, & potentia idem esse, implicat, quando agens agit vniuocè, hoc est, inducit in passum formam eiusdem rationis cum illa, per quam agit: si enim sic aliquid ageret in se, sequeretur, quòd simul haberet formam eiusdem rationis, ad quam moueretur, & dum moueretur ad illam, careret illa, & sic simul haberet illam, & non haberet. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione.* R. 27.

Actu in, & potentia; siue; In actu, & potentia esse idem respectu

Actus.

spectu eiusdem, sic intelligendo, quòd idem sit virtualiter tale in actu, & formaliter tale in potentia, nulla est contradictio; quod contingit in agentibus æquiuocis, quæ non agunt per formam eiusdem rationis cum illa, ad quam agunt; non enim agens est tale formaliter in actu, quale passum est formaliter in potentia; sed agens virtualiter est tale in actu, quale formaliter est in potentia patiens. *ibidem*. & 2. D. 3. Q. 8 *Ad quartum principale*. M. 16. & D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Cum dicis*. E. 12.

Actum perfectiorem facit maior attentio, vel conatus tàm in sensu, quàm in intellectu, posito eodem repræsentante; idem enim habens eamdem speciem intelligibilem, vel phantasma, perfectius intelligit illud, ad cuius intellectionem magis conatur, & minus, quando minus. 1. D. 3. Q. 7. §. *Conclusio istarum*. ℣. *similiter habitus*. H. 17.

Actus purus non est, qui caret aliquo gradu actualitatis: sicut non est lux pura, quæ caret aliquo gradu lucis; licet cum illa luce impura, non misceatur aliqua alia entitas positiua, sed tantùm carentia perfectioris gradus lucis. 1. D. 8. Q. 2. §. *Hic dicitur*. ℣. *Et per idem*. E. 3.

Actus respectu imperfectioris; siue; Respectu actus imperfectioris, potentiam non posse habere actiuitatem; & tamen, quòd possit esse totale actiuum respectu actus perfectioris, videtur inconueniens. 1. D. 27. Q. 3. §. *Contra istam opinionem*. ℣ *Videtur etiam*. A. 4.

Actu in virtuali, & in potentia ad actum formalem idem esse, non est generaliter verum; nam Sol, qui est calidus virtualiter, non potest esse calidus formaliter: tamen hoc non est propter repugnantiam istorum; quia Saturnus est frigidus virtualiter; & tamen non potest esse calidus formaliter; & ideo actus virtualis non erat in eo causa repugnantiæ, sed aliquid aliud, quod est commune Soli, & Saturno, puta, quòd ista sint corpora incorruptibilia; & caliditas est qualitas corporis corruptibilis. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. R. 28.

Actus non quilibet generaliter auget habitum, vel saltem ille actus, qui non virtualiter continet generatum in his, quæ suscipiunt magis, & minus, sicut in habitibus: vnde aquam calidam non facit calidiorem modicus ignis, vel modicus calor. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem igitur*. ℣. *Dicendum generaliter*. T. 29.

Actus ad hoc, vt det *esse*, requiritur, quòd sit actus formalis, aliter materia daret *esse*; quia est in composito actu, non in potentia ante actum. 1. D. 26. Q. Vn. §. *Ad rationes pro secunda opinione* ℣. *Ad argumentum igitur*. N. 35.

Actus secundus est perfectior actu primo: & ita anima Christi esset perfectior, si actualiter cognosceret se omnia videre, quàm si habitualiter cognosceret; vnde oportet ostendere impossibilitatem huius, ad hoc, vt perfectio ista desit isti animæ; quare si rationes ad hoc probandum sunt solubiles, videtur, quòd oppositum, tanquam probabilius, sit tenendum. 3. D. 14. Q. 2. §. *Tertio modo*. ℣. *Præterea; actus*. L. 17.

Actus gloriæ Christi non videtur interruptus, & ideo non quandoque circa vnum, quandoque circa aliud; ergo simul omnia, & ita actualiter. 3. D. 14. Q. 2. §. *Tertio modo*. ℣. *Præterea, actus gloriæ*. L. 17.

Actus, quo videtur Verbum primò ab Anima Christi, est actus primus præsens, quo sibi relucent omnia, quæ lucent in Verbo. 3. D. 14. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed si ista via*. N. 20.

Actus distinguit eo modo, quo est actus; sed actus accidentalis distinguit accidentaliter, sicut actus essentialis distinguit essentialiter. 2. D. 3. Q. 3. §. *Circa istud*. ℣. *Per hoc patet*. B. 3.

Actus nullus accidentalis necessariò requiritur in creante substantiam, tanquam prior necessariò ipso termino creationis. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ista ergo ratione*. L. 18.

Actus aliquis accidentalis necessariò præuius termino creationis non requiritur tanquam productiuus termini in Angelo, sicut calefactio respectu caloris geniti in ligno; quia actus productiuus alicuius, & actus formalis producti sunt in eodem; & consequenter ad producendum aliquid extra, non requiritur actus immanens agenti, tanquam actus productiuus: nec requiritur, tanquam formale principium productiuum termini; sicut calor in igne respectu calefactionis ligni; quia actus accidentalis non potest esse formale principium producendi substantiam. *ibidem*. ℣. *Prima propositio*. M. 18.

Actus aliquis in voluntate requiritur, ad hoc, quòd effectus sit, & ille actus potest dici, quo producitur effectus ad extra. 4. D. 6. Q. 6 *Ad argumentum principale*. E. 4.

Actum, secundùm quem fit operatio immanens agenti, non oportet dare tunc manentem, quando effectus exterior elicitur. *ibidem*.

Actus transiens in præteritum, postquam transit, simpliciter non est; ideoque postquam transit, nulla relatio realis fundatur super eum. 4. D. 6. Q. 10. §. *Sed restant*. ℣. *Istud etiam*. G. 10.

Actus operatiuus non habet terminum productum, sed est vltimus terminus, vt patet ex 1. & 10. *Ethic.* Actus autem productiuus semper est alicuius termini, qui per ipsum accipit esse. *Quodl.* Q. 1. §. *Contra ista*. ℣. *Secundum patet*. V. 22.

Actus, & potentia pertinent ad idem genus, quatenus ens in commune non tantùm diuiditur per actum, & potentiam, vt potentia est differentia entis condiuidens ens contra actum: sed etiam quodcunque genus entis, & quæcunque species, & indiuiduum; quia sic eadem albedo est in potentia, & postea in actu. 1. D. 7. Q. Vn. *Ad quartum principale*. V. 21.

Actus vno modo est differentia opposita potentiæ; & hoc modo diuidit omne ens: alio modo actus cum potentia constituit aliquod totum, sicut loquitur Philosophus 8. Met. Tex. 15. *de potentia, & actu*; quod non est verum de potentia opposita actui, quia illa non manet cum actu. 1. D. 26. Q. Vn. §. *Ad rationes pro secunda quæstione*. ℣. *Ad argumentum*. N 35. & 2. D. 2. Q. 10. *Ad primum principale*. H. 12.

Actus, & potentia opposita sunt, prout dicunt modos cuiuslibet entis, prout scilicet idem est ens in potentia, antequam actu sit, & ens in actu, quando iam est; & isto modo nulli eidem conueniunt, nec formaliter, nec etiam denominatiuè, quòd scilicet idem dicatur ens denominatum simul ab aliquo in aliquo actu, & ab eodem in potentia: vt tamen actus accipitur pro principio actiuo, & potentia pro principio passiuo, quæ cadunt infra essentiam cuiuslibet diffinibilis, vel diffiniti, sic non sunt opposita, nec diuidunt ens, nec repugnant alicui eidem. 2. D. 2. Q. 10. *Ad primum argumentum principale*. H. 12.

Actus si accipiatur, prout distinguitur contra potentiam, secundùm quæ, scilicet actum, & potentiam, totum ens diuiditur; sic actus non conuertitur cum forma; secundùm hoc enim omne, quod est extra causam suam, est in actu; vnde. 4. & 7. *Met.* cæcitas dicitur esse actualiter in oculo carente visu. 2. D. 12. Q. 2. §. *Ad primam rationem*. F. 7.

Actus, & potentia, quæ sunt principia entis, sunt primò diuersa; & ideo, quia in materia, & forma sunt huiusmodi, erunt & ipsa primò diuersa. 2. D. 12. Q. 1. §. *sequitur secundo*. E. 16.

Actus, & potentia si accipiantur, vt sunt duæ primæ differentiæ entis, sic diuidunt omne ens: vnde & hoc ens, & idem numero diuidunt, & isto modo est contradictio, quòd idem sit in actu, & in potentia simul respectu eiusdem. 2. D. 25. Q. Vn. § *Ad primam rationem*. ℣. *Cum dicis*. E. 12.

Actus vno modo est differentia entis opposita potentiæ, prout diuiditur omne ens, quod est scilicet in actu, vel in potentia: alio modo dicit habitudinem illam, quam dicit forma ad informabile, & ad totum, cuius est: & eodem modo æquiuocatur de potentia; quia, vt opponitur actui primo modo, dicit ens diminutum, cui scilicet non repugnat esse extra causam suam; ens autem in actu, oppositum isti potentiæ, est ens completum in suo *esse*, extra causam suam, quodcunque sit illud: alio modo potentia dicit principium receptiuum actus secundo modo dicti, sicut materia dicitur potentia, & forma actus. 4. D. 11. Q. 3. §. *Hic duo*. ℣. *Ad aliud contra*. D. 11.

Actus, & potentia considerari possunt prout diuidunt potentiam, vel principium actiuum, & passiuum per vniuocum, & æquiuocum. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Alio vero modo*. E. 13.

Actibus ex duobus, quorum vnus non est potentia respectu alte-

Actus.

alterius, non potest fieri per se vnum. 7. *Met. cap. penult.* & 8. *cap. vlt.* quia ibi vterque actuum illorum manet actus simpliciter respectu alterius; & ex duobus actibus in se, & inter se non fit per se vnum. 4. D. 11. Q. 3. ¶. *Alij concedentes.* ℣. *Contra tertium additum.* T. 39.

Actu ex, & potentia, siue; Ex actu, & potentia fit per se vnum 8. *Meta. cap. vlt. T ex.* 15. hoc non intelligitur de istis, vt opposita sunt; quia sic non sunt simul. 4. D. 11. Q. 3. §. *Hic duo.* ℣. *Ad aliud.* D. 11.

Actus abstractiuus, & intuitiuus differunt specie; quia aliud, & aliud est ibi mouens; hic enim mouet species similes rei: ibi autem mouet res præsens in se. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo.* ℣. *Ad secundum.* F. 6.

Actus, qui contingenter elicitur, concluditur necessariò, debere esse talis, ad hoc, vt sit rectus. De ipso ergo est scientia quantùm ad conclusionem demonstratam necessariò, licet in se sit contingens, in quantùm elicitur à potentia propria per rationem alicuius prioris necessarij. *Prologo.* Q. 4. §. *Ad argumenta principalia primæ quæstionis.* ℣. *Ad primum respondeo.* Aa. 41.

Actus in quantùm contingenter elicitur, est ab habitu partis ratiocinatiuæ; vel sic; Habitus partis ratiocinatiuæ est circa actum, in quantum contingenter elicitur; sed habitus scientificus, vel scientia, est circa eumdem, in quantùm de eo aliquid necessariò concluditur. *Prolog.* Q. 4. *ibidem.*

Actus decidendi semen est actus, per quem generans dicitur formaliter Pater: & si esset perfectum agens, ita quòd tunc, quando decidit semen, posset immediatè decidere prolem, verè esset Pater, & multò perfectiùs, quàm modò sit, vbi requiruntur tot mutationes intermediæ. 1. D. 5. Q. 2. ¶. *Ideo tenendo.* ℣. *Secundum declaro.* H. 13.

Actu; siue in actu decidendi semen illud, quod est substantia eius, vel aliquo modo aliquid eius, non est materia, sed est quasi terminus formalis productus, siue communicatus per istum actum, sicut esset proles, si immediatè decideretur à Patre. *ibidem.*

Actus animæ, qui non sunt veræ factiones, si significarentur per verba neutra non actiua, significarent formaliter illam realitatem, à qua imponuntur inesse subiecto: & tunc possunt alia verba actiua imponi ab eisdem formis, quæ significarent productionem talium: & tunc notitia genita esset formaliter declaratiua obiecti; sed producens diceretur effectiuè causare formam. 1. D. 32. Q. 2 §. *Ad istam quæstionem.* A. 6.

Actus animæ significantur per verba actiua propter illam habitudidem, quam habent ad obiecta, in quæ transeunt, quasi in terminum, licèt nihil causent in illis. *ibidem.*

Actus verbaliter sumptus (quomodo significat actum suum, vt in supposito, vel vt concernentem suppositum) exprimitur per infinitiuum: & tunc si comparetur ad *velle* non necessariò accipitur sub ratione præsentis; possum enim velle te currere, licèt non pro nunc, sed pro aliàs: si autem comparetur ad scire; quia scientia non est, nisi respectu veri: nec scire respectu *agere*, nisi sit agere respectu illius suppositi; scire non reflectitur super actum sic significatum, nisi actus insit supposito, cui significatur inesse: & quia possibile est esse in me scientiam actus recti, & reflexi in se, absque hoc, quod actus ille inexistat alij à me; ideo non habeo actum reflexum illius suppositi per actum istum, vt significatum verbaliter, & dictum de aliquo supposito. 3. D. 28. Q. Vn. §. *De primo dico.* ℣. *Respondeo, actus.* B. C. 3.

Actus productus per habitum supernaturalem, potest dici, quòd non sit supernaturalis; quia habitus iste positus in *esse* est causa naturalis respectu sui actus; & si habitus præsuppositus sit à causa supernaturali immediatè. 1. D. 17. Q. 2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione.* ℣. *Aliter potest dici.* Pp. 34.

Actum supernaturalem non concomitatur aptitudo in natura ad actum, cùm hæc sit tantùm in potentia obedientiali ad ipsum. 3. D. 1. Q. 1. ¶. *Per hoc.* ℣. *Illud dictum.* H. 11.

Actus naturalis intellectus, præcedens habitum, licèt non sit ita perfectus, sicut sequens ex 2 *Ethic. cap.* 5. non tamen idem dicendum de actu supernaturali; quia similitudo non tenet de actu naturali, & supernaturali. 3. D. 14. Qu. 2. *Ad quartum principale secundæ quæstionis.* F. 8.

Actum.

Actus supremæ sensitiuæ non potest percipi ab aliquo sensu, nec ab inferiori, nec à superiori, vt patet, nec à se ipsa; quia non est potentia illa super se, nec super actum suum conuersiua. 4. D. 45. Q. 3. §. *Circa istam quæstionem.* ℣. *Præterea dictum est.* D 7.

Actus nullus irascibilis potest esse primus simpliciter; quia irascibilis est propugnatrix concupiscibilis; & ideo passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis. 2. D. 6. Q. 3. *In secundo argumento in oppositum.* n. 2.

Actus irascibilis est irasci, quod secundùm Philos. 2. *Rhetor. est appetere vindictam secundum rationem apparentem, propter apparentem paruipensionem.* 3. D. 34 Q. Vn. §. *Notandum vlterius.* ℣. *Quarum distinctio.* F. 10.

Actus adæquatus irascibilis est irasci, sicut actus adæquatus intellectus est intelligere. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Contra illam opinionem.* ℣. *Præterea; actus.* C. 7

Actus omnis immanens, qui inest corpori [replicato localiter] in hoc *vbi*, inesset sibi in quocunque vbi, licèt non inficeret sibi, vt in isto vbi. 4. D. 10. Q. 2. *Ad vltimum principale.* S. 28.

Actum imaginationis inesse, non est possibile, cui actus secundum sensum non potest inesse; quia 2. *Anim. T ex.* 16. Imaginatio est motus factus à sensu. 4. D. 10. Qu. 5. ¶. *Respondeo.* ℣. *Contra hoc.* C. 4.

Actus alicuius; siue; Quod est actus alicuius, & si non posset per se moueri ab aliquo; tamen posset moueri per accidens ab eodem potente mouere totum, cuius est iste actus. 4. D. 10. Q. 6. §. *Ad intellectum.* ℣. *Et si quæras.* D. 4.

Actus primi ratio prior est in agente secundùm se, quàm in comparatione ad actum secunudm, cuius potest esse principium. 2. D. 1. Q. 5. ¶. *Dico tunc ad quæstionem.* B. 4.

Actus practicus.

Actus dirigens alium actum intellectus non est cognitio practica, nec directus est praxis. *Prolog.* Q. 4. ¶. *Dico igitur.* A. 3.

Actus non habentes ordinem ad intellectum, non sunt praxes, nec respectu horum est cognitio practica. *Prolog.* Q. 4. ¶. *Dico igitur.* ℣. *Secunda conditio.* A. 3.

Actibus in intellectus; siuè; In actibus intellectus, præcisè stando, nulla est praxis. *Prolog.* Q. 4. ¶. *Dico igitur.* A. 3.

Actus imperatus à voluntate non est primò praxis, sed quasi per accidens. *ibidem.* ℣. *Ex duabus conditionibus.* B. 5.

Actus voluntatis elicitus est verissimà praxis, etiamsi non concomitetur aliquis actus imperatus. *Prol.* Q. 4. ¶. *Ad quæstionem igitur.* N. O. 31.

Actus humanus.

Actus propriè humanus est, qui causatur per intellectum, & voluntatem in homine. 4. D. 6. Q. 5. §. *Ad istam quæstionem.* ℣. *Dico ergo.* A. 2.

Actum aliquem humanum habens intendit finem illius actus, vt est sibi actus humanus. *ibidem.* ℣. *Ratio autem.* C. 4.

Actus omnis hominis, propriè loquendo, est humanus; sicut enim necessarium est, actum rectum conuenire obiecto, fini, & alijs circumstantijs: ita etiam necessarium est, quod conueniat ipsi operanti; non enim conuenit mihi agere, quod conuenit Regi, & multò minus quod conuenit Angelo; & consequenter necessarium est ad rectum actum hominis, quòd agat illum modo humano. 3. D. 34. Q. Vn. ¶. *Sed contra.* ℣. *Præterea; impossibile.* n. 3.

Actus humanus natus est elici conformiter suæ regulæ. 4. D. 14. Q. 1. §. *Hic sunt tria.* ℣. *De primo sciendum.* A. 3.

Actus intellectus.

Actus omnis intelligendi secundus est genitus à memoria, vt memoria est in actu primo proportionali isti, puta perfectus à perfecto, & imperfectus ab imperfecto. 1. D. 2. Q. 7. §. *Ista opinio ponit.* ℣. *Secundus etiam articulus.* L. 17.

Actus omnis cognoscendi, qui non est idem obiecto, est posterior obiecto. 1. D. 2. Q. 3. §. *In ista quæstione.* ℣. *Prima via.* B. 2.

Actus intellectus respectu obiectorum, quæ non sunt præsentia in se, qualia sunt illa, quæ modo naturaliter intelli-

Actus intellectus.

telligimus, est duplex: primus actus est species, qua obiectum est præsens, vt obiectum actu intelligibile; secundus actus est ipsa intellectio actualis; & ad vtrumque agit intellectus non motus ab eo, quod est causa partialis secum concurrens ad illam actionem, licèt vnum actu intellectus præcedat motio eius ad alium actum. 1.D.3. Q.8. *Ad primum principale*. D.3.

Actum ad speciei intelligibilis; siue; Ad actum speciei intelligibilis agit intellectus agens et phantasmate; & ibi intellectus agens est principalior causa, quàm phantasma, & ambo integrant vnam totalem causam respectu speciei intelligibilis. *ibidem*.

Actum ad intellectionis; siue; Ad actum intellectionis agit pars intellectiua, siue intellectus agens, siue possibilis, (non curo modò) & species intelligibilis, sicut duæ partiales causæ: & ibi agit pars intellectiua principalius quàm species, sed prius mouens, scilicet agens, vt species sibi cogat. *ibidem*.

Actus cognoscendi se participatiuè se habet respectu obiecti, sicut similitudo respectu eiusdem: non dico similitudo per communicationem eiusdem formæ, sicut est album ad album, sed similitudo per imitationem, sicut est ideati ad ideam. *Quodl. Q.13. §. Circa secundum. ℣. Vlterius*, N.12.

Actu; siue; Per actum cognitionis obiectum habet esse cognitum; & ideo potest naturam actus sequi aliqua habitudo, quæ sit ad obiectum, vt habens tale esse. *Quodl. Q.13. §. Circa secundum. ℣. Respondeo per actum*. P. 15.

Actus intelligendi est similitudo cognitiua obiecti [inquantum scilicet cognoscitur ipse actus], & talis non sufficit ad cognoscendum illud, cuius est actus; sicut species intelligibilis, in vno intellectu visa, alij intellectui videnti eam non sufficeret ad perfectè cognoscendum obiectum, cuius est. *Quodl. Q.14. §. Ad ista aliquid esse. ℣. Et per idem*. I.26.

Actus intelligendi videtur propria similitudo obiecti; videtur etiam fortiri speciem ab obiecto, licèt non sicut à principio formali intrinseco; tamen sicut à per se principio extrinseco; videtur etiam essentialiter dependere ab obiecto; propter quod refertur ad ipsum in tertio modo relatiuorum: hoc autem non videretur verum, si obiectum esset causa tantùm per accidens, vel causa sine qua non. *Quodl. Q. 15. §. De secundo. ℣. Item secundo*. G. 9. & 1. D. 3. Q. 9. §. *Sed hic occurrunt. ℣. Vlterius in speciali*. K. 7. & Q. 8. *Ad secundum*. E.3.

Actu in intelligendi non semper requiritur vniuoca ratio, vel assimilatio cum cognito; alioquin nihil posset cognosci per causam, nec conclusio per principium; sed sufficit ratio eminentior, continens perfectè similitudinem virtualem cogniti. 1.D.35. Q.Vn. *Ad tertium principale*. N.16.

Actus tantùm vnicus intelligendi non est in nobis, accipiendo actum de genere qualitatis; neque vnicus actus gignendi, accipiendo actum pro genere actionis. 1. D.6. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum. ℣. Propter istas*. L.7.

Actus vbi non potest esse, nisi vnicus intelligendi, ibi non potest esse nisi vnicum Verbum, siue vnicum *dicere*: Hæc propositio gratia materiæ veritatem habet in intellectu creato; non quia illo actu intelligendi producitur Verbum, imo actu dicendi: & per omne *dicere* exprimitur aliquod *intelligere*; ideo si vnicum est *intelligere* diuinum est per aliquod *dicere*: sed ista propositio omnino non habet rationem veritatis in Deo; quia non omne *intelligere* diuinum est per aliquod *dicere*; imo *intelligere* paternum respectu cuiuscunque obiecti non est per aliquod *dicere*. *Quodl. Q. 2. §. De secunda ratione*. D.8.

Actus intelligendi vbi est vnicus tantum, ibi non est, nisi vnicum Verbum: hæc propositio non videtur necessaria gratia formæ; quia licèt in vno non sit, nisi vna forma absoluta eiusdem rationis; ipsum tamen potest habere plures productiones actiuas plurium terminorum, sicut licèt Sol vna luce sit luminosus; tamen potest habere plures actus illuminandi. *Quodl. Q.2. §. De secunda ratione*. D.8.

Actus intelligendi est mutabilior ipsa Anima. 1. D. 3. Q. 4. §. *Primo istæ rationes. ℣. Sequeretur etiam*. B. 5.

Actus primus in intellectu est ille, qui præsupponitur actui secundo, qui est intellectio. 2. D. 3. Q.10. §. *Ad argumenta pro prima opinione. ℣. Ad secundum dico*. I. 18.

Actus primus intelligendi non est in potestate nostra; sed isto actu posito, in potestate nostra est cognitio actualis cuiuslibet actualiter noti. 1.D.3.Q.6. *Ad tertium principale*. L.16.

Ad actum primum intellectus concurrentia omnia sunt causæ merè naturales; quia præcedunt omnem actum voluntatis. 1.D.3. Q.2. §. *Loquendo igitur. ℣. His præintellectis*. M. 23.

Actu primo intelligendi nostro, siue de genere qualitatis, siue de genere actionis posito, possumus habere alios actus posteriores ex imperio voluntatis. 1 D.6. Q.Vn. §. *Quantum ad secundum. ℣. Propter istas*. L.7.

Actum quomodocunque terminans non oportet esse præcisè obiectum illimitatum, sicut præcisè est mouens, & ratio actus; quia aliquid potest sequi terminum primum, & esse terminus secundus: nihil autem potest esse secundatiò mouens ad actum. 1 D.35. Q.Vn. §. *Ad ista. ℣. Ad tertium de obiecto*. M.15.

Actus intellectus non habetur circa vniuersalius, nisi ipsum sub tali ratione sit præsens intellectui sub ratione præsentis, nec habetur actus intelligendi circa ipsum in ratione præsentis, nisi sub ratione vniuersalis. 1.D.3.Q.6. §. *Contra istam opinionem. ℣. Secundum tertiam viam*. E. 9.

Actus intelligendi est res nobilior, quàm species, & recipitur in intellectu. *ibidem* §. *Secundo quæro. ℣. Respondeo non valet*. Q.26.

Actus intelligendi est nobilior, & perfectior quocunque actu cuiuscunque potentiæ inferioris. *Prolog*. Q. 4. §. *Contra istam opinionem. ℣. Contra, non omnis*. E.12.

Actum cognoscendi diligimus etiam respectu obiecti mali. 1.D.6.Q.Vn. §. *Ad secundum articulum. ℣. Respondeo*; & *si* L. 8.

Actus intelligendi verè manet in agente, non tantùm in supposito agente, ita quòd non transeat extra suppositum; sed nec transit extra partem intellectiuam in sensitiuam: nec extra intellectiuam in appetitiuam: nec extra principium eius actiuum in aliam potentiam; sed manet in parte intellectiua, quæ est causa partialis eius. 1.D.3. Q. 7. §. *Ad argumentum opinionum. ℣. Alia duo argumenta*. Q.26.

Actus nullus intelligendi formaliter est productiuus; sed aliquis alius actus formaliter naturaliter præcedens, vel subsequens potest esse productiuus, qualis est actus dicendi. 1.D.2.Q.7. §. *Contra ista instatur. ℣. Respondeo, quia illud*. Q.26.

Actus intellectus, ad hoc, vt voluntas possit eum imperare, oportet esse in potestate voluntatis, ita quòd possit intellectum auertere ab vno intelligibili, ad aliud intelligibile conuertendo; aliàs intellectus staret semper in cognitione obiecti perfectissimi habitualiter sibi noti. 2. D.42.Q.4. §. *Quantum ad primum. ℣. Respondeo, & dico*. C. 5.

Actus intellectus non potest continere in se virtualiter actum voluntatis; quia actus voluntatis est perfectior: vnde non potest intellectus per actum suum causare in voluntate tale pondus, quod sit quasi habitus voluntatis. 2.D.39.Q.2. §. *Contra istud. ℣. Præterea, quod natum est*. A.3.

Actum nullum in intellectu assignat in eodem instanti cum intellectione imperante modus ille, qui dicit, quòd sufficit, ad hoc, quòd voluntas moueat intellectum ad cognitionem alicuius, quòd illud sit cognitum solùm habitualiter, non actualiter; quia hic nullum actum ponit, sed solùm cognitionem habitualem. 2. D. 42. Q. 4. §. *Quantum ad primum. ℣. Vltimus etiam modus*. E.9.

Actus intellectus non est totalis causa actus voluntatis, sed partialis causa, si est aliqua: nec è contrario voluntas est totalis causa intellectionis. 4. D. 49. Q. 4. Lateral. §. *Iuxta hoc. ℣. Respondeo, nec actus*. L. 16.

Actu intellectus posito, ponitur actus voluntatis necessario; &

eo

eo amoto, amouetur: negatur ista propositio. 4. D. 49. Q. 4. *lateral.* §. *Iuxta hoc.* ℣. *Ad probationem.* M. 17. & 1. D. 1. Q. 4. §. *Negatiua* ℣. *Item quod dicit.* n. 14.

Actus intellectus est vita; ergo actus intellectus æternus est vita æterna; si actu, actu; si aptitudine, aptitudine. 4. D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur.* ℣. *Ad illam,* C. 6.

Actus, ex Philosopho, Vita optima idest actus intellectus. 4. D. 49. Q. 1. *In primo argumento ad oppositum.* n. 4.

Actus intellectus est vita, & vita æterna, si est actus æternus si autem accipiatur in illa sententia Euangelica Ioan. 7. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te &c. Quòd cognoscere Deum,* sit vita æterna beata: hoc non est in Euangelio: sed additur, ita addo ego, *vt cognoscant te, & ament:* nec magis est secunda additio contra Textum, quàm prima. 4. D. 49. Q. 4. §. *Ad rationes principales.* ℣. *Ad primam.* B. 2.

Actus intelligentis est Verbum, negatur; imò de ratione Verbi est, quòd sit notitia genita. 1. D. 2. Q. 7. §. *Contra ista instatur.* ℣. *Intelligit igitur.* P. 24.

Actu dicendi; siue; Per actum dicendi non est præsens præcisè voluntati obiectum, cuius amor spiratur. 1. D. 11. Q. 1. §. *In ista quæstione.* ℣. *Probant alij.* C. 3.

Actus rationalis licèt non distrahatur per materiam, quòd stet secundùm quid: tamen potest non esse necessitas eius, vt significatur transire super materiam, licèt sit nessitas eius in se; & hoc maximè si sit actus potens respicere diuersa obiecta. 1. D. 39 Q. 1. 2. 3. &c. §. *Quantùm ad quartam quæstionem.* ℣. *Ad istud dicendum.* M. 25.

Actus intelligendi propriè si est in nobis formaliter, cùm non sit substantia nostra; quia quandoque inest, quandoque non inest; oportet per consequens dare illi aliquod receptiuum proprium; non autem aliquid extensum, siue sit pars organica, siue totum compositum; quia tunc ita essent extensa, nec posset actus propriè intelligendi versari circa obiecta non sensibilia; & ideo oportet, quòd insit secundùm aliquod inextensum, & quòd illud sit formaliter in nobis: illud non potest esse, nisi anima intellectiua; quia quæcunque alia forma est extensa. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo.* ℣. *Consequentia prima.* G. 12.

Actus omnis intelligendi vel naturaliter præexigit intellectum, cuius est, habentem proprium actuale *esse* intellectus; vel saltem coexigit, ita quòd nullo modo tale *esse* actuale proprium intellectus, vt intellectus, nec aliquid per se inclusum in tali *esse* actuali per actum intelligendi ipsi intellectui attribuitur; quia omnis actus est posterior; & ideo præexigit suum prius. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero.* ℣. *Tertia ratio.* K. 12.

Actus primus intelligendi non est principium proprium producendi Verbum; tum quia nullus actus intelligendi est propriè principium producendi Verbum; tum quia non est primus actus intelligendi secundùm originem, siue prioritatem originis. *Quodl.* Q. 1. §. *Contra. Ista.* ℣. *Secunda ratio.* V. 21.

Actus intelligendi communiter accipitur pro ipsa operatione, quæ est intellectio: Vnde si primus actus intelligendi est principium emanationis; hoc intelligitur altero istorum duorum modorum; aut ita videlicet, quòd est principium formale, *quo* Verbum producitur; sicut calor in calefaciente respectu calefactionis est principium; aut ita, quòd est principium emanationis, sicut actus productiuus; sicut calefactio dicitur principium productiuum caloris producti: neutro autem modo potest intelligi; quia omne *intelligere* est ipsius intelligentiæ secundùm Augustinum. 4. *Trin. cap.* 7. *Intelligentiam dicimus, quia intelligimus cogitantes:* producere autem Verbum, siue habere principium formale producendi non competit, nisi ratione memoriæ. *Quodl.* Q. 1. §. *Contra. Ista.* ℣. *Secunda ratio.* V. 21.

Actus intelligendi (loquendo de simplici apprehensione, siue intellectione obiecti simplicis) est vnus, qui indifferenter potest esse respectu existentis, & non existentis; & indifferenter etiam respectu obiecti non realiter præsentis, sicut & realiter præsentis: istum actum frequenter experimur in nobis; quia vniuersalia, siue quidditates rerum intelligimus æquè, siue habeant ex natura rei *esse* extra in aliquo supposito, siue non; & ita de præsentia, & absentia: & iste actus vocatur abstractiuus, quia abstrahit obiectum ab existentia, & non existentia; præsentia, & absentia. *Quodl.* Q. 6. §. *Et statim.* ℣. *Secundò arguitur.* F. 7. & Q. 13. §. *Circa secundum.* ℣. *Consimilis.* I. 8.

Actus intelligendi extremum conclusionis, vel principij, à quo scilicet dependet *intelligere* complexum conclusionis, vel principij, potest satis propriè dici abstractiuus, quia abstrahit obiectum ab existentia, & non existentia; præsentia, & absentia. *Quodl.* Q. 6. §. *Et statim.* ℣. *Secundo arguitur.* F. 7.

Actus quidam intelligendi est, quem non ita certitudinaliter experimur in nobis: possibilis tamen est talis, qui scilicet præcisè sit obiecti præsentis, vt præsentis; & existentis, vt existentis: & ille actus intelligendi, siue intellectio potest propriè dici intuitiua. *ibidem.* G. 8.

Actum cognitionis de existente, vt existens, & præsens est, habet Angelus de se. *ibidem.* H. 8.

Actus cognoscendi, qui est rei existentis in se, necessariò habet annexam relationem realem, & actualem ad ipsum obiectum. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum.* ℣. *Ista distinctione.* L. 10.

Actus cognoscendi, qui non est necessariò existentis, vt existentis, non necessariò habet relationem realem actualem ad obiectum; quia relatio realis actualis requirit per se terminum realem, & actualem: tamen iste actus potest poni habere ad obiectum relationem realem potentialem, scilicet mensurabilis, vel dependentiæ; non autem vnionis, vel attingentiæ · potest etiam ista cognitio habere ad obiectum relationem realem actualem; sed illam necessariò requirit ad hoc, quòd sit ipsius obiecti. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum.* ℣. *Secundus actus.* O. 13.

Actus intelligendi obiectum abstractiuè potest intelligi actu reflexo; cùm enim ista intellectio sit similitudo naturalis obiecti; per obiectum cognitum potest illa cognosci reflectendo: & intellectus, sic cognoscens istam cognitionem, potest comparare ipsam ad obiectum; ipsa autem sic comparata per actum intellectus, refertur relatione rationis. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum.* ℣. *Tertium, scilicet.* P. 14.

Actus intelligendi abstractiuus, quia sub ratione relationis attingentiæ ad obiectum communiter intelligitur, & hoc intelligentiæ actualis, licèt illa non sit actualitas realis, sed actualitas relationis rationis; ideo communiter operatio significatur sub tali relatione actuali; & oportet obiectum cointelligi, vt terminans talem relationem actualem. *Quodl.* Q. 13. *Ad argumentum principale.* Nn. 33.

Actus aliquis cognoscendi præteritum est in nobis; quia aliàs desineret nobis prima pars prudentiæ, quæ est, secundùm Tullium, recordatio præteriti. 4. D. 45. Q. 3. §. *Circa istam quæstionem.* ℣. *Istis autem.* A. 3.

Actus intellectus, qui dicitur *recordari,* nō est cuiuscunque præteriti immediatè; sed tantùm alicuius actus præteriti, qui infuit ipsi supposito recordanti; & qui fuit in ipso actus humanus (ad excludendum actus vegetatiuæ, & casuales, siue generaliter imperceptibiles;) nō enim recordor eius, quod est, *te sedisse,* nisi quia recordor, me vidisse, & nosse, te sedisse: vnde licèt cognoscam me natum sub ratione præteriti, vel Mundum creatum; non tamen recordor istius, vel illius; quia non noui aliquem actum meum in præterito transeuntem super hoc, vel illud. 4. D. 45 Q. 3. § *Circa istam quæstionem.* ℣. *Hoc supposito.* B. 4.

Actus humani præteriti species cùm non possit imprimi in aliam potentiam, nisi cuius ille actus est obiectum; sequitur, quòd oportet, actum cognoscendi præteritum esse obiectum potentiæ recordatiuæ. *ibidem.* ℣. *Ex recordatione.* C. 6.

Actus intellectus considerando principium in se non potest esse falsus. 2. D. 6. Q. 2. §. *Ad videndum.* ℣. *Aliter potest dici.* K. 11.

Actus intellectus est talis, quòd necessariò est falsus, ex eo, quòd est falsi obiecti: actus autem voluntatis non est impurus, idest malus; quia est obiecti mali, nisi concomitanter: vnde si accipiatur ista propositio: *ille actus est impurior, qui redditur impurior ex impuritate obiecti;* concluditur, quòd actus intellectus est impurior actu voluntatis. 4. D. 49. Q. 4. *laterali.* §. *Iuxta hoc.* ℣. *Si tandem.* N. 19.

Actus gignendi notitiam potest teneri secundùm diuersas opiniones, quod præcisè conueniat, vel intellectui agenti, vel præcisè intellectui possibili: & secundùm hoc, iste, vel ille diceretur pertinere ad memoriam; vel posset poni

alio

Actus intellectus.

alio modo, actum gignendi utique competere; sed agenti tanquam principaliori, & possibili tanquam minus principali: nec sequitur, si sint una natura, igitur non possunt habere, respectu eiusdem, causalitatem principaliorem, & minus principalem; patet enim instantia de intellectu, & voluntate, quarum una, secundum multos, est activa principalior, & alia subordinata in aliqua actione, & tamen sunt una natura: sed ista instantia, secundum aliquos, non est similis; quia non utraque potentia immediate attingit idem, ut causatum; sed una per operationem suam causatam mouet aliam ad suam operationem. *Quodl. Q.* 15. *§. Si verò. ℣. Sed si ultra.* T. 20.

Actus intellectus ordinatur essentialiter ad actum voluntatis. 4. D. 6. Q. 11. §. *Hic est opinio.* ℣. *Quod postea.* A. 3.

Actus voluntatis, vel intellectus totaliter causantis obiectum videtur habere relationem tendentiæ respectu eius, ut termini intellectionis, vel volitionis, siue illa relatio sit realis, siue tantum rationis: non tamen talis intellectio, vel volitio habet, respectu talis obiecti, relationem mensurabilis, sed magis relationem mensuræ. *Quodl. Q.* 13. §. *Circa secundum.* ℣. *Ista autem.* M. 11.

Actu; siue; In actu cognoscendi est aliqua entitas absoluta, & etiam aliqua relatio: cùm autem absolutum, & relatiuum non possint constituere aliquid per se unum, nec saltem unius generis; sequitur, quòd actus cognoscendi, vel non est aliquid per se unum unius generis; vel non includit per se illa duo[puta absolutum, & relatiuum :] sed cum ex altera parte videatur, quòd essentialiter includat absolutum; videtur, quòd actus talis non sit essentialiter relatiuus, sicut per se includens relationem: Vel si dicatur, quòd sit aliquod totum includens ambo illa; tunc non est aliquid per se unum essentialiter relatiuum; sed unum per accidens, essentialiter includens alteram partem. *Quodl. Q.* 13. §. *De tertio.* ℣. *Ex his sequitur.* A. 2. 24.

Actus non solùm intelligendi, & volendi, qui sunt actus subordinati, sunt respectu Dei in se; sed etiam actus diligendi sic, vel sic; scilicet non tantùm differentes secundum magis, & minus in eadem specie, sed sicut medis, & extrema in eodem genere. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Respondeo.* ℣. *Dico, quod.* C. 4.

Actus voluntatis.

Actus primus in voluntate creata, consideratus in illo instanti, in quo est prior naturaliter actu secundo, ita ponit illum in esse, tanquam effectum suum contingenter, ut prius naturaliter possit æquè ponere aliud oppositum in esse. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. 5. *Quantùm ad primum.* ℣. *De secundo dico.* E. 15.

Actus voluntatis magis est in potestate voluntatis, quàm aliquis alius actus. 1. D. 1. Q. 4. *§. Contra primum articulum.* ℣. Ex hoc. n. 3. [*Additio deest in editione hibernica.*]

Actus alicuius elicitus [nempe volütatis] est, in potestate Dei quantùm ad aliquam conditionem, quæ naturaliter sibi competeret ex obiecto; & tamen quoad illam conditionem non est in potestate voluntatis creatæ. 1. D. 1. Q. 2. *§. Quantum ad tertium articulum.* ℣. *Dico, quod non.* G. 10.

Actum omnem voluntatis meæ potest intellectus meus cognoscere; ut manifestum est, & intellectus alius perfectior creatus potest in illud obiectum, in quod potest intellectus meus, si non impediat determinatus ordo ad alia intelligibilia, nec defectus proportionatæ præsentiæ. 4. D. 45. Q. 4. *§. Hic tria sunt.* ℣. *Hoc non concludit.* A. 2.

Actum voluntatis quicquid necessariò non concomitatur; vel sic; Quicquid non necessariò concomitatur actum voluntatis est in potentia voluntatis elicientis illum; Vel sic; Quæcunque non necessariò simul respiciuntur ab actu voluntatis, nec etiam ab ipsa, ut elicit actum; vel sic; Quæcunque separari possunt, ut terminant actum voluntatis, possunt etiam separari respectu potentiæ. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantum ad tertium articulum.* ℣. *Dico, quod non.* G. 10.

Actus voluntatis duplex potest in nobis distingui *velle*: scilicet, & *nolle*: & utraque actus est positiuus: & si sint circa idem obiectum, sunt contrarij actus, qui exprimuntur aliis vocabulis, quæ sunt *amare*, & *odire*. 1. D. 47. Q. Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Actus desiderij in voluntate, qui est respectu non habiti, est actus concupiscentiæ, quo viator appetit Deum; sed propter hunc habet iustus alium actum amicitiæ, volendo Deo in se bene esse, & hic actus amicitiæ est fruitio. 1. D. 1. Q. 5. *§. Ad argumentum secundæ quæstionis.* n. 6.

Actus imperati à voluntate quando sunt impossibiles, voluntas non communiter elegit frequenter rectè circa materiam istorum actuum; quia, *quod non creditur alicui possibile*, aut ipsum non vult, aut tenuiter vult secundùm Augustinum 10. Trinit. *Prolog. Q.* 4. vel 5. *§. Contra istud.* ℣. *Ad secundum.* I. 22.

Actus nullus elicitus voluntatis est naturalis, nisi pro tanto, quia est conformis inclinationi naturali, qui non est actus elicitus; sed omnis actus voluntatis elicitus est merè liber. 2. D. 23. Q. Vn. *Ad ultimum principale.* H. 10.

Actus nullus potest ita esse intensus in voluntate, quod tollat omnino eius potentiam ad oppositum. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Restat nunc.* ℣. *Et tunc, quòd dicit.* P. 23.

Actus liberi arbitrij non subsunt necessariò causalitati Cæli: & per consequens illi non necessariò redibunt; nec per consequens aliqui actus necessariò dependentes ex eis redeunte per circuitus temporum eodem Cæli situ. 4. D. 43. Q. 3. §. *Hic sciendum.* ℣. *Præterea; manifesta.* C. 5.

Actum omnem suum quod voluntas possit voluntariè suspendere, non intelligo, quando dico, quòd in potestate eius est, quòd ipsa non habeat actum circa aliquod obiectum determinatum; sed voluntariè potest non velle illud obiectum: sed habet tunc aliud *velle* scilicet reflexum super suum actum: istud scilicet, *volo modo non elicere actum circa illud obiectum.* *Quodl. Q.* 16. §. *De primo.* ℣. *Præterea; potentia.* D. 4.

Actus omnis voluntatis elicitus, aut elicitur secundùm affectionem iustitiæ, aut commodi, secundùm Anselmum *De Casu Diaboli*, cap. 4. 2. D. 6. Q. 2. *§. In ista quæstione.* ℣. *Et videtur ibi.* C. 5.

Actum perfectum appetere, ut per illum magis ametur obiectum in se, est ex affectione iustitiæ; quia unde amo aliquid in se, inde volo aliquid in se. 2. D. 6. Q. 2. *§. Ad videndum.* ℣. *Respondeo appetere.* L. 12.

Actus volendi idem, & eodem modo se habens, non potest esse alicuius nouiter voliti; volitum enim non habet *esse volitum*, nisi per actum volendi: & ita non est nouum in esse volito, nisi per nouum actum volendi. 2. D. 1. Q. 2. 5. *Sed contra istud.* ℣. *Respondeo; nouitas.* A. 5.

Actus desiderij est imperfectus respectu obiecti, quòd non est præsens potentiæ secundùm rationem formalem talis actus: sicut actus tentionis est perfectus; quia obiectum est coniunctum potentiæ secundùm rationem formalem talis actus; & ideo actus ille desiderij est imperfectus respectu actus tentionis, & hoc in alia specie, quæ est ut media ad extremum: non propter aliam rationem in obiecto; sed propter approximationem obiecti ad reliquam causam partialem, quæ sufficit ad distinguendum speciem effectus illarum duarum causarum. 3. D. 3. 1. Q. Vn. §. *Respondeo; nullus.* ℣. *Dico, quod.* C. 5.

Actus voluntatis non est finis omnino ultimus, seu extra, sicut nec sic actus intellectus secundùm eos etiam, qui ponunt, beatitudinem consistere in actu intellectus: tamen magis appropinquat ad simpliciter ultimum actus voluntatis. 4. D. 49. Q. 4. §. *In ista quæstione.* ℣. *Ad rationem.* C. 5.

Actus voluntatis sic est ordinari, vel ordinabilis ad finem simpliciter, quòd est immediatum sibi in ordine eorum, quæ sunt ad finem: actus intellectus si non est ordinati, est tamen ordinabilis, & mediatè; & ideo minus participans rationem finis. *ibidem.*

Actus moralis.

Actum voluntaria creatæ esse Deum, nulla opinio ponit, sicut nec primum eius actum circa finem, scilicet desiderij, esse finem vltimum intra, vel extra, non est alicubi dubium. *ibidem.* ℣. *Breuiter ergo.* F.8.

Actus voluntatis si dicatur esse impurus ex obiecto impuritate malitiæ, non sic actus intellectus; hoc non concludit, actum intellectus esse nobiliorem actu voluntatis; quia tunc actus sensus esset nobilior actu voluntatis, quia minus impurus est. 4.D.49.Q.4. *laterali.* §. *Iuxta hoc.* ℣. *Quod si dicat.* N 3.

Actum voluntaria respectu superiorum ipsa voluntate, aliqua opinio concedit, esse nobiliorem actu intellectus: Ex hoc sequitur, ergo ille in genere est nobilior isto in genere; quia si optimum est nobilius optimo, & genus genere, vel species specie; tota enim species vna est superior quacunque alia specie tota. 4. D. 49. Q. 4. *laterali.* §. *Iuxta hoc.* ℣. *Secunda ratio.* N. 20.

Actus comparandi extrema aliqua, & qui est circa extrema comparata, si est vnus actus; vel sic; Si vnus actus est comparandi, & qui est circa extrema comparata; tunc planum est, quòd vno actu voluntatis appetitur finis, & quæ sunt ad finem; si vero non est idem, sed alius, & alius; tune est dubium, sicut in intellectu discurrente de præmissis ad conclusiones. 4.D.49.Q.10. *Ad secundum in oppositum secundæ quæstionis.* O.17.

Actus volendi non est principium liberum producendi aliquod; quia est quædam qualitas naturalis: & si est principium alicuius, videtur esse principium naturale eius, non liberum: sicut si ex tali actu generetur habitus appetitiuus, naturaliter generaretur, ita quòd non est in potestate, actus generatio talis habitus, vt videtur. 1 D.12.Q.Vn. ʃ. *Contra istam opinem.* ℣. *De primo arguitur.* G.5.

Actus volendi duplex est, simplix, & sub conditione; vel sub alijs verbis, quod est volitio efficax, & volitio complacentiæ. 2.D.6.Q.1. §. *Respondeo ad quæstionem.* B.3.

Actui volendi sicut repugnat tendere in miseriam: ita videtur actui nolendi tendere in beatitudinem, vel fortè magis; quia non ita caret miseria omni ratione volibili, sicut beatitudo ratione nolibilis. *Quodl.* Q 16. §. *De primo.* ℣. *Hic potest dici.* E. 5.

Actus moralis.

Actum esse circumstantionatum debitis circumstantijs, non est aliquid absolutum in actu, sed tantùm comparatio debita actus ad illa, quibus debet conuenire. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Sed oppositum.* D. 2.

Actui, vt actus est diuersorum agentium, non congruunt eædem circumstantiæ. 1. D. 48. Q Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Actus omnes humanos, recta ratio indicat, debere esse rectè circumstantionatos rectitudine sibi debita, vel proportionata, loquendo de actibus potentiarum inferiorum: vnde actus potentiæ motiuæ, qui subest voluntati, debet esse circumstantionatus, & rectus rectitudine sibi debita. 2.D.42.Q.4.§. *Ad quæstionem secundam.* ℣. *Quantum ad secundam.* N.16.

Actus ad rectitudinem non sufficit, quòd habeat rationem formalem conuenientem in obiecto, sed etiam requiritur, quòd habeat obiectum conueniens, in quo sit talis ratio formalis. *Prolog.* Q.4. ʃ. *Si obijcitur contra hoc.* ℣. *Respondeo.* P.32.

Actum aliquem poni in esse, & rationem rectam poni in esse est impossibile, quin ex natura extremorum consequatur in actu conformitas ad rectam rationem. 1.D.17. Q.2. vel 3. ʃ. *Quantum ad istum articulum.* P 3.

Actus primus voluntatis elicitus, quæ est electio, est actio bona, priusquam actus exterior imperatus ab electione bona sit bonus; nec ad bonitatem interim requiritur vlterior prosecutio exterius, si materia actus exterioris deficiat. *Prolog.* Q.4. ʃ *Contra istud.* L.21.

Actus non omnis est primò bonus a circumstantia finis; imo est aliquis bonus ex circumstantia obiecti: puta vbi finis est obiectum: & ibi circumstantia finis, vt obiecti, primò tribuit rectitudinem actui; ille enim actus ex obiecto solo est simpliciter bonus. *Prolog.* Q.4. ʃ. *Ad rationes pro opinione.* ℣. *Ad aliud de bonitate.* Ff.44.

Actus circa ens ad finem licèt habeat pro vna circumstantia finem: tamen ab obiecto est aliqua bonitas prior, à qua actus dicitur bonus ex genere. *ibidem.* ℣. *Imo secundò.* Ff. 44.

Actus conuenientia ad rationem rectam est, qua posita, actus est bonus; qua non posita, quibuscunque alijs conueniat, non est bonus. 1.D.17.Q.2. §. *Quantùm ad istum.* O. 3.

Actus quantumcunque sit circa obiectum qualecunque, si non sit secundùm rationem rectam in operando, non est bonus actus. 1. D.17.Q.2. §. *Quantum ad istum.* P.3.

Actus conformitas ad rationem rectam, plenè dictantem de circumstantijs omnibus debitis illius actus, est bonitas, moralis illius actus. *ibidem.*

Actus elicitus secundùm inclinationem duorum habituum abstinentiæ v. g. & prudentiæ, est bonus moraliter; qui si esset elicitus secundùm inclinationem illius solius qualitatis, quæ est materialiter virtus moralis, prudentia non coexistente in eodem operante, nec inclinante ad illum actum, non esset actus ille bonus moraliter. 1. D. 17. Q.2. §. *Ad argumenta alia.* ℣. *Intelligendum est autem.* Z.13.

Actui illi, qui natus est esse actus prudentiæ, qui est dictamen rectum conuenit bonitas moralis, vt attribuitur prudentiæ inclinanti ad actum: non verò necessariò conuenit habitui prudentiæ, nec soli; si enim illud insit, & secundùm id, tanquam secundùm mensuram appetitus appetat, rectus est actus moraliter: & si illud dictamen rectũ non inesset, tamen prudentia inesset, secundùm quam intellectus posset rectè dictare, adhuc actus elicitus sine dictamine recto non esset perfectè bonus. *ibidem.* Aa. 14.

Actum ad moralem sufficit dictamen rectum, quando prudentia non inest: quando autem prudentia inest, ipsa non sufficit sine actu suo elicito; & ita istam rectitudinem, quam tribuit prudentia actui morali, tribuit mediante actu propriæ prudentiæ. *ibidem.*

Actus quicunque ad hoc vt sit bonus moraliter, oportet, simul omnes circumstantias in eo concurrere secundùm Dionysium. *De diuinis nomin. cap.* 4. & Philosophus 2. *Ethic.* 3. sufficit tamen defectus vnius, & cuiuscunque circumstantiæ, ad hoc, vt sit malus moraliter. 1.D.48. Q Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Actus non elicitus siue conformis, qui dicatur naturalis; siue difformis, qui dicitur contra naturam, nisi à voluntate libera. 2. D. 39 Q 2. *Ad tertium principale primæ quæstionis.* C. 5.

Actus naturaliter natus est conuenire causæ suæ efficienti, obiecto, fini, & formæ: tunc igitur bonus est naturaliter, quando habet omnia conuenientia, quantùm ad illa, quæ nata sunt conuenire sibi naturaliter, & concurrere ad *esse* eius naturale. 2. D. 40. Q. Vn. §. *De primo; dico.* A. 2.

Actui quando ratio recta dictat determinatum obiectum conuenire, & determinatum modum, & alias circumstantias, non est completa bonitas [moralis] ex solo fine. *ibidem.* §. De secundo; dico. A. 3.

Actus non est laudabilis, nec vituperabilis, nisi sit à voluntate. 2 D.40.Q.Vn. §. *De secundo; dico.* A. 3.

Actus eliciti post virtutem non sunt necessariò boni moraliter, quia non videtur necessitas, quòd voluntas habens virtutem, semper vtatur ea necessariò; sed tantùm quando occurrit passio ita vehemens, quæ subuerteret rationem, nisi vtatur virtute. 2 D.41.Q.Vn. ʃ. *Aliter posset dici.* n. 2.

Actus transiens super obiectum est quasi formabilis per quamcunque aliam circumstantiam moralem; & ita quasi potentiale, non omnino extra genus moris, sicut fuit ipse actus in genere naturæ; quia iam habet aliquid de illo genere, puta obiectum conueniens actui, 2.D.7.Q.Vn. §. *Ad solutionem.* ℣. *De primo; dico.* E. 11.

Actus non potest esse, quin transeat super obiectum: & illud necessariò est conueniens, vel disconueniens actui; & ita necessariò actus bonus ex genere ex obiecto conuenienti; vel actus malus ex genere ex obiecto disconuenienti. 2.D.7.Q.Vn. ʃ. *Ad solutionem.* ℣. *Huic triplici bonitati.* F. 12.

Actus aliquis potest carere circumstantia requisita ad perfectionem actus virtuosi; & tamen non elici cum circumstantia repugnante, quæ redderet illum actum vitiosum. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Ad solutionem.* ℣. *Huic triplici bonitati.* F. 12.

Actiuum.

Actiuum, & passiuum in communi necessariò ad inuicem referuntur: non est tamen necesse, ita esse de hoc actiuo, & de hoc passiuo; quia aliud actiuum vicem huius actiui supplere potest. 3. D.4.Q.Vn. *Ad tertium principale*. K. 16.

Actiuum non habens terminum adæquatum potest simul agere respectu alterius; ideò enim tantùm in vnum potest simul, quia illud est terminus adæquatus virtuti eius: & maximè potest simul in plura inadæquata, si illa includantur in primo adæquato sibi. 3. Dist. 4. Quæst. Vnic. *§. Potest dici*. ℣. *Contra; actiuum*. C. 9.

Actiuum aliquod, si in essendo recipit aliquid à causa superiori, & in quantùm est actiuum est recipiens ab eodem. 4. Dist. 45. Quæst.2. §.*Hictenetur*. ℣.*Quæ autem*. B. 11.

Actiua vis, [quæ ab aliquibus ponitur in materia, præcedens generationem, tanquam ratio seminalis,] non agit, nisi agens extrinsecum agat priùs; si enim ageret ante per vnum diem, eadem ratione & per quatuor, & sic semper ascendendo: & ita perpetuò illa ratio egisset in materia. 2. D.18. Q.Vn. §*Contra primum*. ℣. *Præterea, illa vis*. A. 5.

Actiua aliqua sunt nata dominari ab aliquibus passiuis ex prima institutione naturæ. 3. D.16. Q.2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Nec fuit*. F. 11.

Actiuum comparando ad actiuum, simpliciter perfectius secundùm entitatem, est simpliciter perfectius secundùm virtutem. 4. D.12. Q.3. §.*Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ad primum dico, si aliquid*. R. 25.

Actiuum ante actionem de genere actionis, si hæc est forma absoluta, erit in potentia passiua ad actionem; quia susceptiuum, quale est actiuum in hypothesi, respectu passionis habet aliquam potentiam susceptiuam, vel passiuam respectu susceptibilis. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius*. ℣. *Contra, si actio*. B. 6.

Actiuum, & factiuum sunt differentiæ accidentales potentiæ productiuæ. 1. D.2. Q.7. §.*Quia sicut dixi*. ℣. *Cum arguitur vlterius*. G. 5. & D.10. Q.Vn. *Ad secundum principale*. Q. 13.

Actiuum, & passiuum distinguunt potentias in anima. *Quodl*. Q.15. §. *De tertio*. L. 13.

Actiuum, & passiuum, non oportet, quòd distinguant potentiam, loquendo de illo, quod subest respectui, quod communiter intelligimus, cùm dicimus *potentia*, quemadmodum dicimus, quòd calor est potentia calefactiua; quia tunc voluntas esset duæ potentiæ. *Quodl*. Q.15. §.*Si verò teneatur*. ℣. *Ad primum*. Q. 19.

Actiuum esse naturaliter, & esse liberum actiuum, sunt primæ differentiæ principij actiui. *Quodl*. Q.16. §. *Contra istud*. ℣. *Ista diuisio*. T. 15.

Actu tale non est simpliciter eidem, quod est in potestate tale; & per consequens in potentia tale, & in actu tale erunt impossibilia simpliciter. 1. D.30. Q. 1. *§. Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea; non potest*. C. 6.

Actu quòd sit aliquid realiter, & quòd illud, quod est idem sibi essentialiter hoc modo, vel illo, non sit realiter in actu, videtur contradictio. *Quodl*. Q.1. §. *De altero*. ℣. *Nam contradictio*. I. 10.

Actualis.

Actualius illud videtur in se secundùm suam propriam rationem, cui magis repugnat communicabilitas ad plura ad extra. *Prol*. Q.3. *§.Contra istas omnes*. ℣. *Contra aliam positionem*. H. 10.

Actualissimum *esse* ex se habet, quidquid est ex se *necesse esse*, ita quòd per nihil qualecunque aliud à se expectat actualitatem essendi. 1. D.2. Q.7 *Ad vltimum principale*. Mm. 53.

Actualissimam entitatem, siue existentiam actualissimam non habet diuisibile in plura, antequam intelligatur in aliquibus eorum, in quæ diuiditur. *ibidem*.

Actualius nihil est in Verbo, quàm in intellectu Patris; & per consequens non est ibi distinctius; quàm in intelligentia Patris. 2. D.1. Q.1. *§.Contra istud primò*. ℣. *Præterea, quod dicis*. A. 6.

Actualis.

Actuale inter, & apritudinale, [quantùm ad terminationem,] non est differentia in obiecto, nisi quia actus est circa ipsum elicitos: vnde dicere, quòd Deus est obiectum charitatis, in quantùm est beatificum, sumendo *esse beatificum* pro actuali respectu, quo actu beatificat; hoc est dicere, quòd in quantùm terminat actum à charitate elicitum, habet rationem formalem obiecti actus. 3. Dist.27. Quæst. Vn. §.*Contra primam*. ℣. *Præterea, si*. B. 5.

Actualitas.

Actualitatem aliquam entitas ex se necessaria non expectat ab ipsis rationibus distinguentibus Diuinas Personas; quia non diuiditur per illa distinguentia Personas; 1. D. 2. Q. 7. §. *Ad vltimum principale*. ℣. *Et per hoc tenet*. Mm. 53.

Actualitates quasi vltimæ, quibus entia per se necessaria existunt, non sunt distinguentia Diuinas Personas. *ibidem*.

Actualitas, & simplicitas est perfectio simpliciter; simpliciter autem actualitas est perfectior simplicitate; & ita simpliciter perfectius est illud, cui conuenit actualitas sine simplicitate, quàm illud, cui conuenit simplicitas sine actualitate. 1. D.8. Q.1. *Ad primum principale*. G. 6.

Actualiter.

Actualiter dicitur actus referri ex charitate in finem, sicut cogitans actualiter de fine diligit illum. 2. Dist. 41. Quæst. Vn. §. *Aliter potest dici*. ℣. *Secundo etiam modo*. A. 2.

Actus.

Actus est prior potentia diffinitione ex Philos. 9. *Met. Tex.* 13. quia potentia definitur per actum; si autem actus refertur ad potentiam, tunc etiam è conuerso actus definiretur per potentiam. 1. D.30. Q.1. §. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. F. 9.

Actus definit potentiam, vt terminat relationem eius, sed vt definit, non refertur ad ipsam, sed est merè absolutus [aliter enim actus definiretur per potentiam, & sic illa esset prior diffinitione, & etiam posterior similiter diffinitione;] & hoc sub ratione, sub qua definit potentiam: definit autem potentiam, in quantùm potentia est ad ipsum, vt relatio ad terminum; & ideò actus, secundùm quod merè absolutus est terminus huius relationis, qualiscunque illa relatio sit, siue simpliciter, siue secundùm quid. 1. D.30. Q.1. §. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. F. 9.

Actus ex Philos. 9. *Met. cap.* 5. *Tex.* 11. *est existere rem non ita, sicut dicimus potentia*: & post explanando istam descriptionem, manifestat in multis oppositis, vt vigilans, & dormiens; & videns, & claudens oculum; & elaboratum, & illaboratum: *huiusmodi*, inquit, *differentiæ est alteri actus determinatus, alteri autem potentiale*. 4. D.11. Q.3. *§. Hic duo*, ℣. *Ad aliud contra secundam opinionem*. D. 11.

Actus duo primi quando habent ordinem in aliquo, si vterque sit perfectè actiuus habebunt etiam consimilem ordinem in eliciendo suos actus. 1. D.11. Q.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad hoc est ratio*. C. 3.

Actu primus, qui est operatiuus, & productiuus, est ratio perficiendi suppositum in actu secundo, qui est operatio suppositi, in quo est quodam ordine priùs, antequam intelligatur produci illud, quod producitur; operans enim, & producens per idem principium, priùs est operans, quàm producens. 1. D.2. Q.7. *§. Obijcitur contra*. ℣. *Ad secundum dubium*. O. 22.

Actum primum habens perfectum, & obiectum præsens in ratione obiecti, si non impeditur, & non sit actus eius secundus successiuus, sed permanens, potest agere pro quocunque instanti, si omnia ista concurrunt; quia plura non requiruntur ad actum. 3. D.18. Q.Vn. *§. Est igitur videndum*. E. 11.

Actus primus cùm sit principium actus secundi, quod nullum actum primum habet in se actiuum in suo ordine; in

Actus.

in nullum actum secundum potest in illo ordine. 4. D.1. Q.1. §. *Ad quæstionem*. Dd.26.

Actus ex Philosopho 9. *Met. cap.7. Tex.13. simpliciter præcedit potentiam; & tamen in eodem potentia præcedit actum tempore*: Hæc auctoritas Philosophi non est ad propositum de illo actu, qui posterior est secundùm genus suum totum ipsa potentia receptiua; quia actus, qui est prior tempore omnipotentia, non est aliquis actus materialis, sed simpliciter immaterialis, vt patet ibidem in fine capituli. 4. D.1. Q.1. §. *Ideò dici potest*. ℣. *Respondeo, quod quælibet*. Kk.30.

Actus est prior potentia, ex Philosopho 9. *Met. cap.7. Tex.* 13. 15. non solùm tempore, & ratione; sed etiam substantia, hoc est perfectione: vnde in probatione illius membri, quòd actus prior est substantia, exemplificat ipse, vt vir puero, & homo spermate; & conclusionem sic intellectam ibi probat; quia gratia actus, tanquam finis, sunt alia ordinata ad actum, sicut declarat ibi in multis exemplis. *Quodl.* Q.13. §. *Prima conclusio*. ℣. *Primò sic*. C.4.

Actum ad primum alicuius, sicut sunt multa pertinentia, vel sic; sicut sunt aliqua multa pertinentia ad actum primum alicuius; ita possunt esse multæ quietationes illorum multorum, & vnica totius totalis totalitate extensiua, includens illas multas; sed illorum omnium est vnica, quæ est vltima quietatio in obiecto, quæ & sola est simpliciter totalis quietatio naturæ, loquendo de totalitate intensiua. 4. D.49. Q.3. § *Ad tertium pro prima opinione*. ℣. *Dico ergo*. F.9.

Actus omnis habens primum obiectum, à quo essentialiter dependet, & obiectum secundum, à quo essentialiter non dependet, sed tendit in illud virtute primi obiecti, licet non possit manere idem actus, nisi habeat habitudinem ad primum obiectum: potest tamen manere idem sine habitudine ad secundum obiectum, quia ab eo non dependet. 1. D.1. Q.2. §. *Quantum ad istum articulum*. ℣. *Modus ponendi*. C.6.

Actum ad habendum quælibet potentia apprehensiua est posteriùs in potentia, quàm ad habendum præsentiam obiecti in specie, quando obiectum non est natum in se esse præsens sub ratione actu cognoscibilis à tali potentia. 1. D.3. Q.6. §. *Ad rationes alterius*. ℣. *Quod arguitur post*. O.21.

Actus in quo obiectum habet esse rationis, vbi potest esse terminus mutationis realis, ibi obiectum potest mutari mutatione rationis; sicut lapis potest fieri de non intellecto intellectus à me, quia intellectio eius in me potest esse noua; sed vbi actus nullo modo est terminus mutationis realis, ibi obiectum, vt in actu, non potest mutari mutatione rationis: huiusmodi est velle diuinum; & per consequens Petrus, vt est obiectum istius actus, quia vt extra habens esse nouum non habet nouiter rationem obiecti, sed vniformiter in æternitate: & ita nulla videtur concedenda esse mutatio, nec rei, nec rationis in Petro, quando dicitur culpa sibi esse remissa. 4. D.16. Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *Potest dici*. M.15. *Addit.*

Actus habere vnitatem ab vnitate obiecti, non dixit Philosophus 2. *Anim. Tex.33.* sed distinctionem: & hoc, nisi esset aliquod obiectum ita adæquatum actui, quod non excederet, nec posset excedi, sicut est obiectum beatum respectu actus sui. 3. D.14. Q.2. §. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. ℣. *Et tunc*. E.6.

Actus distinguuntur per obiecta, quantùm ad manifestationem, quia manifestior est distinctio obiectorum, quàm actuum, & ex illa tanquam ex manifestiori innotescit ista. *Quodl.* Q.13. §. *Ad ista*. ℣. *Ad primam*. Hh.30.

Actus quòd distinguantur per obiecta, sicut vult Philosophus 2. *Anim. Tex.33. & 36. & inde*: imo magis quòd obiecta sunt præuia ipsis actibus: propter quod oportet priùs tractare de distinctione obiectorum, quam actuum: ita etiam vult, quòd potentiæ distinguantur per actus: hoc autem non est essentialiter; quia actus est essentialiter posterior potentia, & posterius non est ratio per se distinguendi prius; & consequenter nec ibi illud aliud, scilicet de obiectis in comparatione ad actus, debet intelligi de distinctione essentiali. *ibidem*.

Actus.

Actus aliquis vnus non potest habere duo obiecta adæquata. 1. D.2. Q.3. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secundo ex parte intellectus*. B.2.

Actus multi possunt esse respectu eiusdem obiecti, & sub eadem ratione formali; & non solùm potentiarum ordinatarum, sed eiusdem potentiæ, differentes secundùm perfectum, & imperfectum: nec tantum secundùm quòd perfectum, & imperfectum se habent, sicut magis, minùs in eadem specie; sed sicut se habent diuersæ species in eodem genere, puta media, & extrema. 3. D.31. Q.Vn. §. *Respondeo, nullus*. ℣. *Dico, quòd*. C.4.

Actus eiusdem, non videtur duplex formalis ratio obiectiua: vnde altera duarum rationum formalium, quæ sunt in obiecto beatifico, scilicet vel bonitas infinita in se, vel huius [puta bonitatis in se] vt participatur ab isto, nempè creatura beatificabili ponetur formalis ratio terminandi actum charitatis. 3. D.27. Q.Vn. §. *Contra primam*. ℣. *Contra tertium*. B.6.

Actus dependet ab obiecto, tanquam à termino proprio suæ dependentiæ: vnde concedi potest, quòd actus distinguuntur per obiecta, sicut per aliqua extrinseca, à quibus actus dependent dependentia essentiali, & propria; non tamen distinguuntur per illa, sicut per formalia distinctiua; nec etiam sicut per terminos relationis inclusæ in actibus. *Quodl.* Q.13. §. *Ad ista*. ℣. *Ad primam rationem*. Ii.31.

Actus perfectio quando est à duobus, scilicet à potentia, & obiecto, quando variatur propria ratio istorum, vel alterius eorum in se, vel coniunctione cum reliqua causa, vel secundùm approximationem ad reliquam causam, quia minùs perfectè agunt causæ partiales respectu effectus quando non sunt sufficienter approximatæ, & coniunctæ; variabitur tunc perfectio huius actus. 3. Dist.31. Quæst.Vn. §. *Respondeo; nullus*. ℣. *Dico, quòd*. C.4.

Actus non est perfectior, nisi quia coniungit obiecto perfecto: actus autem voluntatis coniungit rei in se, vt in se est: actus verò intellectus non nisi rei, vt est obiectum in cognoscente: obiectum autem beatificum simpliciter est nobilius in se, quàm vt est in cognoscente; & per consequens actus voluntatis coniungit obiecto beatifico simpliciter sub nobiliori ratione. 4. D.49. Q.4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Secunda ratio*. N.20.

Actibus in omnibus, & subiectis essentialiter ordinatis est aliquod supremum; & ita aliqua dilectio suprema; & ita supremum *obiectum* sic diligibile. 3. D.27. Q.Vn. §. *Istis igitur rationibus*. ℣. *Prima est*. G.13.

Actus ille non est propria cognitio alicuius obiecti, qui potest stare in intellectu: & tamen illud obiectum omnino non esse cognitum: ista propositio est neganda, nisi intelligatur de primo obiecto: alioquin videtur æquè concludere, quòd non est idem actus intellectus Diuini respectu essentiæ suæ, & obiecti secundarij, quod omnes negant. *Quodl.* Quæst.15. §. *De secundo articulo*. ℣. *Ad tertium*. X.23.

Actus vitalis dum manet, habet quasi continuè causam; quia eius *esse* est quasi in continuo causari. 2. Dist. 7. Quæst. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *De isto: quamuis*. N.20.

Actos qoicunque vnius potentiæ habet similem habitudinem potentiæ ad obiectum. 1. D.27. Q.3. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Primo, quia*. A.4

Actus *apprehendere*, siue apprehensio, est, quo potentia apprehensiua actuatur primò primitate perfectionis, licèt non primò primitate generationis [semper:] quandoque tamen primò primitate generationis, quando scilicet obiectum in se est præsens tali potentiæ, vt actu cognoscibile ab ea; tunc enim non oportet, ante actum in potentia aliquid aliud fieri. 1. D.3. Q.6. §. *Ad rationes alterius*. ℣. *Arguitur post*. O.21.

Actus similes, similes generant habitus. 1. Dist.17. Quæst. 3. vel 4. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra, licèt*. Tt.11. *Addit.*

Actus respectu; siue; Respectu actus tribuendo habitui aliquam rationem principij actiui, potest di-

Actus.

ci, quòd habitus est causa partialis actiuam, cum quo ipsa potentia etiam est causa partialis respectu actus perfecti, procedentis à potentia, & habitu; licet ipsa posset esse totalis causa respectu actus imperfecti, præcedentis generationem habitus. 1. D. 17. Q.2. §. *Tertio modo*, G. 8.

Actus causam partialem ponendo hebitum, erit causa secunda, & non prima; sed ipsa potentia erit causa prima, & absolutè non indiget habitu ad operandum: minùs tamen perfectè operabitur sine habitu, quàm cum habitu, & posito æquali conatu ex parte potentiæ. *ibidem*, ℣. *Concedo igitur*. I.9.

Actus duo perfecti non possunt esse in eadem potentia; aut saltem, si possunt, non videtur, quòd vnum istorum possit esse aliquo modo actiuum respectu alterius: [hoc quidem gratia arguendi]. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam*. ℣. *Præterea; si habitus*. L. 10.

Actum suum prius habet qualitas in corruptibilibus, quàm forma substantialis propter imperfectam actiuitatem formæ substantialis. 1.D.11.Q.1.§. *In ista quæstione*. ℣. *Sed fortè*. C. 3.

Actus diuersi si possunt esse ab vna essentia simplici animæ sinè distintione reali potentiarum, hoc est ponendum, 2.D.16.Q.Vn.§ *Dico igitur*. G.15.

Actus aliquis, vel aliqua forma inferior anima potest esse principium immediatum agendi, vt patet de colore, & alijs qualitatibus actiuis: & proinde hoc multò magis debet competere animæ intellectiuæ, quæ est forma nobilior; & hoc est nobilitatis, quia conuenit Deo. 2. D.16.Q. Vn. §. *Dico igitur*. G.16.

Actus, naturaliter elicictus ab aliqua forma, æquatur in perfectione illi formæ. 3. D.13. Q.3. *In argumento in oppositum*. n.2.

Actus naturalis perfectissimus cognitionis potest elici à potentia sine habitu præcedente. 3. D.14. Q.2. *Ad quartum principale primæ quæstionis*. F.8.

Actus generati, & procedentes ab habitu generato perfecto nullam perfectionem generant, neque intendunt habitum, quia non est intensibilis, sed tantùm procedunt ex plena perfectione ipsius habitus. 2.D.1.Q.2. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. C.4.

Actus actiuorum, secundùm illud. 2. *Anim. Tex.* 24. sunt in patiente bene disposito: & ideo agens non agit in organum sensus, & subiectum contrarij actione eiusdem rationis. 4.D.12.Q.3.§. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Ad primum quid sit*, M.19.

Actus præsupponit potentiam, & hoc loquendo de ordine originis: Actus autem generis prioris, nec origine, nec perfectione aliquid præsupponit de genere posteriori. 4. D. 12. Q. 6 §. *Tertia opinio*. ℣. *Item secundo*. A. 8.

Actus duo, quorum neuter includit alium, quandocunque sunt, non reducuntur in idem principium: Ista propositio est vniuersaliter falsa de actu primo, & secundo, etiam ordinatis; quia sic probaretur, quòd nihil est principium actiuum in creaturis. 4. D.13. Q.1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Ad argumenta pro ista*. & ℣. *Respondeo ergo, quod illa*. D d. 28.

Actus est prior essentialiter sua forma; alioquin illa forma non præexigeret actum ad sui esse; & consequenter si sumus causa substantiæ, dependebit illa forma à nobis, & non nisi in aliquo genere causæ. 4. D.49. Q.1. *Ad quartum principale*. ℣. *Contra hoc*. E c. 30.

Actus ex Philosopho 9. Met. Tex. 13. est simplicitur potentia prior, non solum tempore, & diffinitione, sed etiam substantia, hoc est perfectione; quia *omnis potentia est actus gratia*, sicut inducit & in naturalibus, & in artificialibus; maximè autem quando est operatio, non factio. 4. D. 49. Q. 1. *In quarto argumento in oppositum*. n.4.

Actus differunt specie, quæ eliciuntur à principijs differentibus specie: ista propositio vera est de principijs totalibus; quia ab illis habent totaliter actus entitatem suam; & per consequens vnitatem, & distinctionem: vera est etiam de principijs partialibus, dum tamen sint principia disparata, & per se requisita, in quantùm disparata; quia si sint subordinata, vel non per se requiratur, vt sunt disparata, non oportet, quòd actus specie distinguantur. *Quodl.* Q. 17. *Ad argumentum principale*. O. 13.

Actus non est immediatum principium recipiendi actum: falsum est, & etiam contra authores huius propositionis; quia essentia, & substantia, quæ est actus, est receptiua actus alicuius accidentalis [secundùm eos] scilicet potentiæ vitalis, quæ est forma quædam, & actus in anima secundùm eosdem: nec est maius inconueniens, quàm de forma substantiali, quæ est propria ratio recipiendi propriam passionem; sicut propria forma hominis est ratio recipiendi risibilitatem [etiam secundùm eos.] 2.D.16. Q.Vn.§. *Ratione ista*. ℣. *Secunda ratio*. B. 6.

Actus si non posset recipere actum, cùm omnis potentia naturalis animæ sit quidam actus, nulla recipiet actum. *ibidem*. ℣. *Præterea si actus*. B.7.

Actus vnius per se est vna potentia per se, & vnum per se receptiuum. 3.D.14.Q.2.§. *In ista quæstione*. ℣. *Contra vnius*. B.2.

Actus est natus priùs recipi in anima, quàm habitus. 3.D.14. Q.2 §. *In ista quæstione*. ℣. *Potest dici*. B.3.

Actus non recipitur in potentia per habitum, quia, cùm habitus generetur ex actibus, sequitur actus ipsos. 4. D. 49. Q. 11. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Prima conclusio*. E. 8.

Actus plures in actibus subordinatis, non est conueniens, inesse vni; imo fortè est necessarium scientem conclusionem, dum actu speculatur scientificè, intelligere simul principium; & amantem ordinatè illud, quod est ad finem, vtendo eo, simul frui fine. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Ad primum horum*. ℣. *Ad quartum concedo*. L.22.

Actus omnis conuersiuus intellectus in nobis habet aliquod creatum pro obiecto immediato. 1. D. 27. Q.1. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, quod dicit*. A.5.

Actu in omni reflexiuo potest haberi aliquis actus rectus perfectior, quia actus rectus intellectus, quo intelligit quidditatem, est perfectior actu, quo intelligit, intellectum intelligere; quia habet obiectum nobilius. 1. D. 27. Q.1. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, in omni actu*. A.5.

Actus super quem fit reflexio, potest significare nominaliter; & tunc significat actum secundùm quidditatem: vel verbaliter; & tunc significat actum suum, vt in supposito, vel vt concernentem suppositum. 3. D.28. Q.Vn.§. *De primo dico*. ℣. *Respondeo; actus*. B.3.

Actus recti, & reflexi idem est habitus. *ibidem*. ℣. *Ex hoc patet*. B.2.

Actus, quando non est, nihil causat. 1. D. 17. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Licèt ista responsio*. Qq. 3.

Actus non est meus, qui non est in potestate mea. 1. D.17 Q. 2.§. *Contra istam*. ℣. *Præterea; actus*. F.5.

Actum habere suam substantiam à potentia, sed intensionem talem, vel talem ab habitu, docet Goffredus. 1. D.17.Q.2. §. *Alio modo*. ℣. *Et tunc est vnus modus*. F. 6.

Actus intensio non est aliquid extrinsecum, accidens actui, sed gradus intrinsecus actui: ita quòd actus intensus sit quoddam per se vnum, sicut hoc indiuiduum in specie. 1.D.17. Q.2.§. *Contra istam opinionem*. ℣. *Contra istud arguo*. G. 6.

Actus gradus intrinsecus proprius ab eodem est, à quo est hoc indiuiduum, scilicet actus. *ibidem*.

Actus non potest recipere naturam ab aliquo, & hanc signatam, quin recipiat eam in certo gradu. *ibidem*.

Actui, si habitus determinatus in voluntate det intensionem determinatam; tunc voluntate operante ad substantiam actus, necessariò dat habitus illam intensionem sibi correspondentem: & ita, quantumcunque ex modico conatu voluntas operetur, semper esset actus eius æquè intensus; quia ipsa causante substantiam actus, habitus, qui agit per modum naturæ, causaret, quod suum est, necessariò. 1.D.17.Q.2.§. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea secundò*. G.7.

Actus semper est intensior, habitu coagente, quàm non coagente, dummodo potentia operetur ex æquali conatu; quia intensio attribuitur duabus causis: & poten-

tiæ

tiæ quidem maiori, vel minori conatu; habitui autem semper æqualiter, quantùm est ex se. 1. D. 17. Q. 2. §. *Argumenta, quæ facta*. ✠. *Ad secundum concedo*. V. 9.

Actus intensio respectu obiecti in Agente creato, & increato est differens multùm in eis. 1. D. 48. Q. Vn. §. *Respondeo*. A. 2.

Actum augmentatiuum habitus non elici ab habitu, sed à solis potentia videtur inconueniens; quia tunc actus augmentatiuus habitus esset imperfectior, quàm alius non augmentatiuus elicitus ab habitu. 1. D. 17. Q. 3. vel 4. §. *Contra istam positionem*. ✠. *Licet ista responsio*. Q. 9. 3.

Actus decimus in actibus augmentatiuis, habitus potest esse imperfectior primo: & tamen per istum actum decimum augetur habitus ad aliquem gradum, ad quem non potuit primo augeri per primum, vel secundum actum. *ibidem*. ✠. *Secunda via est*. Rr. 5.

Actus, vel cognitio in vniuersali est in se indistincta. 2. D. 42. Q. 4. §. *Quantùm ad primum*. ✠. *Vltimus etiam modus*. E. 9.

Actus aliquis si esset ex natura sua ita permanens in actu, sicut ponitur habitus, respectu illius non oporteret ponere habitum; quia actus talis haberet perfectionem actus primi, & secundi. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ✠. *Itaque potest dici*. B. 3.

Actus quilibet distinctus specie absolo, sicut potest habere proprium habitum in voluntate, vel in intellectu, inclinantem ad ipsum: ita etiam potest esse vnus habitus generalis, inclinans ad vnum actum in genere, & multos in specie. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Respondeo, nullus*. ✠. *Quantum ad aliud*. D. 6.

Actus præteritus, ex quo præterijt, non potest Deus facere quin præterijt: vnde Philosophus 6. *Ethic. cap.* 3. commendat dictum Agatonis rectè dicentis: *Hoc solo priuatur Deus, ingenita facere, quæ facta sunt*. 4. D. 1. Q. 6. §. *Contra istam conclusionem*. ✠. *Respondeo: accepi*. C. 5.

Actus præteritus, vt præteritus, est simpliciter necessarius, in tantùm, vt de potentia absoluta Diuina non potest esse non præteritus. 4. D. 6. Q. 10. §. *Sed restant*. ✠. *Istud etiam*. H. 10.

Actus generationis potest esse causa *in fieri* relationis Paternitatis: & quidem, quando fuit causa, tunc relatio in fiebat; sed non est causa in *esse*, sicut non manet, manente relatione: Fundamentum autem non est tantùm causa in fieri relationis, sed etiam in *esse*. 4. D. 6. Q. 10. §. *Sed restant*. ✠. *Respondeo actus*. H. 11.

Actum, quo cognoscimus vniuersale; & relationes consequentes naturas rerum non sensibilium, & relationes rationis, experimur nos habere, sicut & illud, secundùm quod inest nobis ille actus, quod est per actum reflexum super actum rectum, & susceptiuum eius. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo*. ✠. *Præterea habemus*. E. 10.

Actus inesse homini, quibus cognoscit actu vniuersale, & relationes sequentes naturas rerum sensibilium &c. si quis proterue neget, non est cum eo vlterius disputandum, sed dicendum sibi, quòd est brutum: sicut nec cum dicente, non video colores, ibi non est disputandum, sed dicendum sibi, tu indiges sensu, quia cæcus es. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo*. ✠. *Si quis*. E. 11.

Actum collatiuum extremorum comparatorum esse vnum, est possibile; quia obiecta plura habentia ordinem inter se, possunt esse obiectum vnius actus, vel vnius potentiæ. 4. D. 49. Q. 10. §. *Ad primum in oppositum secundæ quæstionis*. O. 17.

Actus circa extrema [si sint alij ab actu collatiuo ipsorum extremorum] & manent cum illo actu; tunc necessariò stant simul duo actus in eadem potentia: nec illi actus circa extrema impediunt comparationem, sed necessariò requiruntur ad ipsum. *ibidem*. P. 17.

Actus quando repugnat actui, licèt possibilitas ad illum actum stet cum illo, & magis cum possibilitate ad illum; tamen possibilitas ad istum non stat cum necessitate illius; quia si ille est necessarius; iste est impossibilis, quia repugnans, necessariò est impossibile. 4. D. 49. Q. 13. §. *Ad quartum principale*. K. 14.

Actus vterque (loquendo de actibus sibi inuicem repugnantibus) vbi est contingens diuisim, ex positione possibilis in *esse* non surgit noua impossibilitas. *ibidem*.

Actus alius ab actu, quem habet, si non repugnat potentiæ, nisi quia potentia semper est sub isto actu, & absolutè non repugnat potentiæ alius actus: & ita sine contradictione simpliciter potest alius actus sibi competere. *Quodl.* Q. 2. §. *De prima ratione*. ✠. *Contra istam* G. 14.

Actus adæquatus principio, & semper vniformiter stans non compatitur secum alium eiusdem rationis ab eodem principio actiuo: Hæc propositio si accipit adæquationem intensiuam tantùm, ex tali adæquatione non concluditur, quòd in Diuinis sit vnica tantùm productio eiusdem rationis possibilis, imo alia potest esse possibilis; licèt non simul stans; & per consequens habetur tantùm, quòd vnica est possibilis simul: vbi autem non habetur de vnica productione possibili, nisi sic, quòd alia sit simul possibilis; ibi non habetur, quin alia sit simpliciter simul possibilis; & per consequens in Diuinis necessaria simpliciter: si autem accipiatur in ista propositione adæquatio tam extensiua, quàm intensiua, hæc alia propositio, *Actus vnicus generationis in Diuinis est adæquatus suo principio, & semper stat*, non probatur ab auctoribus huius rationis, nisi fortè innitatur isti, quòd vnica productio semper stat; ex quo tamen isti non sufficienter probant intentum. *Quodl.* Q. 2. §. *De prima ratione*. ✠. *Videtur ergo*. G. 15.

Actus, siue in actu imperfectionis est, quòd non statim habet suum terminum; & quòd non manet, sed transit; & in eo, quod quasi consequitur actum suum. *Quodl.* Q. 4. §. *Dico tamen*. ✠. *Ex his tribus*. L. 12.

Actui cuilibet simpliciter per rationem propriam, vel conuenit aptitudo ad per se informandum, vel repugnat informare. *Quodl.* Q. 9. §. *De secundo*. ✠. *Ista ratio*. B 5.

Actus ad actum multiplex datur excellentia alia, quàm ista [quam aliqui ponunt in Angelo respectu animæ intellectiuæ, scilicet, quòd licèt anima tantùm recedat a materia, quòd naturæ suæ relictæ potest habere esse suum proprium sine ea; tamen Angelus, qui est perfectior quacunque anima intellectiua, plùs recedit à materia], hoc autem non videtur, nisi sibi repugnet inesse materiæ; quod non apparet ex hoc euidenter concludi; quia anima intellectiua licèt possit esse sine materia; tamen æquè perfectè potest vniri materiæ; sicut aliqua forma inferior: ita diceretur, quòd Angelus potest quidem esse sine materia, etiam perfectiori modo, quam anima intellectiua, sed tamen potest esse in materia; quia licèt dependere à materia sit imperfectionis, non tamen est euidens, quòd posse communicare actualitatem suam materiæ sit imperfectionis; & præcipuè quando talis communicatio potest esse sine dependentia, sicut poneretur in proposito. *Quodl.* Q. 9. §. *De secundo*. ✠. *Ista ratio non*. C. 6.

Actus comparandi extrema aliqua, & qui est circa illa extrema comparata, si est vnus actus; tunc planum est, quòd vno actu voluntatis appetitur finis, & quæ sunt ad finem, si verò non est idem, sed alius, & alius; tunc est dubium sicut in intellectu discurrente de præmissis ad conclusionem. 4. D. 49. Q. 10. *Ad secundum in oppositum secundæ quæstionis*. O. 17.

Actus pugnat necessariò cuicunque, cui repugnat potentia ad illum actum, licet non cuicunque contingenti. 1. D. 8. Q. 5. §. *Arguo sic*. ✠. *Per idem patet*. G. 11.

Actibus de nostris multis est certitudo, sicut de principijs per se notis, vt secundùm Philosophum. 4. *Metaph. T. ex* 26. nos vigilate, est per se notum, sicut principium in demonstratione. 1. D. 3. Q. 4. §. *De tertijs cognoscibilibus*. F. 10.

Actus sensuum aliqui sunt certi, & veri. 1. D. 3. Q. 4. §. *De sexto articulo*. X. 24.

Actu in, & potentia; siue; In actu, & potentia idem esse, implicat, quando agens agit vniuocè, hoc est, inducit in passum formam eiusdem rationis cum illa, per quam agit: si enim sic aliquid ageret in se, sequeretur, quòd simul haberet formam eiusdem rationis, ad quam moueretur, & dum moueretur ad illam, careret illa, & sic simul haberet illam, & non haberet. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. R. 27.

Actu in, & potentia; siue; In actu, & potentia esse idem respectu

Actus.

spectu eiusdem, sic intelligendo, quòd idem sit virtualiter tale in actu, & formaliter tale in potentia, nulla est contradictio; quod contingit in agentibus æquiuocis, quæ non agunt per formam eiusdem rationis cum illa, ad quam agunt; non enim agens est tale formaliter in actu, quale passum est formaliter in potentia; sed agens virtualiter est tale in actu, quale formaliter est in potentia patiens. *ibidem*. & 2. D. 3. Q. 8 *Ad quartum principale*. M. 16. & D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Cum dicis*. E. 12.

Actum perfectiorem facit maior attentio, vel conatus tàm in sensu, quàm in intellectu, posito eodem repræsentante; idem enim habens eamdem speciem intelligibilem, vel phantasma, perfectius intelligit illud, ad cuius intellectionem magis conatur, & minus, quando minus. 1. D. 3. Q. 7. §. *Conclusio istarum*. ℣. *similiter habitus*. H. 17.

Actus purus non est, qui caret aliquo gradu actualitatis: sicut non est lux pura, quæ caret aliquo gradu lucis; licèt cum illa luce impura, non misceatur aliqua alia entitas positiua, sed tantùm carentia perfectioris gradus lucis. 1. D. 8. Q. 2. §. *Hic dicitur*. ℣. *Et per idem*. E. 3.

Actus respectu imperfectioris; siue; Respectu actus imperfectioris, potentiam non posse habere actiuitatem; & tamen, quòd possit esse totale actiuum respectu actus perfectioris, videtur inconueniens. 1. D. 27. Q. 3. §. *Contra istam opinionem*. ℣ *Videtur etiam*. A. 4.

Actu in virtuali, & in potentia ad actum formalem idem esse, non est generaliter verum; nam Sol, qui est calidus virtualiter, non potest esse calidus formaliter: tamen hoc non est propter repugnantiam istorum; quia Saturnus est frigidus virtualiter; & tamen non potest esse calidus formaliter; & ideo actus virtualis non erat in eo causa repugnantiæ, sed aliquid aliud, quod est commune Soli, & Saturno, puta, quòd ista sunt corpora incorruptibilia; & caliditas est qualitas corporis corruptibilis. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. R. 28.

Actus non quilibet generaliter auget habitum, vel saltem ille actus, qui non virtualiter continet generatum in his, quæ suscipiunt magis, & minus, sicut in habitibus: vnde aquam calidam non facit calidiorem modicus ignis, vel modicus calor. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem igitur*. ℣. *Dicendum generaliter*. T. 29.

Actus ad hoc, vt det *esse*, requiritur, quòd sit actus formalis, aliter materia daret *esse*; quia est in composito actu, non in potentia ante actum. 1. D. 26. Q. Vn. §. *Ad rationes pro secunda opinione* ℣. *Ad argumentum igitur*. N. 35.

Actus secundus est perfectior actu primo: & ita anima Christi esset perfectior, si actualiter cognosceret se omnia videre, quàm si habitualiter cognosceret; vnde oportet ostendere impossibilitatem huius, ad hoc, vt perfectio ista desit isti animæ; quare si rationes ad hoc probandum sunt solubiles, videtur, quòd oppositum, tanquam probabilius, sit tenendum. 3. D. 14. Q. 2. §. *Tertio modo*. ℣. *Præterea; actus*. L. 17.

Actus gloriæ Christi non videtur interruptus, & ideo non quandoque circa vnum, quandoque circa aliud; ergo simul omnia, & ita actualiter. 3. D. 14. Q. 2. §. *Tertio modo*. ℣. *Præterea, actus gloriæ*. L. 17.

Actus, quo videtur Verbum primò ab Anima Christi, est actus primus præsens, quo sibi relucent omnia, quæ lucent in Verbo. 3. D. 14. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed si ista via*. N. 20.

Actus distinguit eo modo, quo est actus; sed actus accidentalis distinguit accidentaliter, sicut actus essentialis distinguit essentialiter. 2. D. 3. Q. 3. §. *Circa istud*. ℣. *Per hoc patet*. B. 3.

Actus nullus accidentalis necessariò requiritur in creante substantiam, tanquam prior necessariò ipso termino creationis. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ista ergo ratione*. L. 18.

Actus aliquis accidentalis necessariò præuius termino creationis non requiritur tanquam productiuus termini in Angelo, sicut calefactio respectu caloris geniti in ligno; quia actus productiuus alicuius, & actus formalis producti sunt in eodem; & consequenter ad producendum aliquid extra, non requiritur actus immanens agenti, tanquam actus productiuus: nec requiritur, tanquam formale principium productiuum termini; sicut calor in igne respectu calefactionis ligni; quia actus accidentalis non potest esse formale principium producendi substantiam. *ibidem*. ℣. *Prima propositio*. M. 18.

Actus aliquis in voluntate requiritur, ad hoc, quòd effectus sit, & ille actus potest dici, quo producitur effectus ad extra. 4. D. 6. Q. 6 *Ad argumentum principale*. E. 4.

Actum, secundùm quem fit operatio immanens agenti, non oportet dare tunc manentem, quando effectus exterior elicitur. *ibidem*.

Actus transiens in præteritum, postquam transit, simpliciter non est; ideoque postquam transit, nulla relatio realis fundatur super eum. 4. D. 6. Q. 10. §. *Sed restant*. ℣. *Istud etiam*. G. 10.

Actus operatiuus non habet terminum productum, sed est vltimus terminus, vt patet ex 1. *&* 10. *Ethic*. Actus autem productiuus semper est alicuius termini, qui per ipsum accipit esse. *Quodl.* Q. 1. §. *Contra ista*. ℣. *Secundum patet*. V. 22.

Actus, & potentia pertinent ad idem genus, quatenus ens in commune non tantùm diuiditur per actum, & potentiam, vt potentia est differentia entis condiuidens ens contra actum: sed etiam quodcunque genus entis, & quæcunque species, & indiuiduum; quia sic eadem albedo est in potentia, & postea in actu. 1. D. 7. Q. Vn. *Ad quartum principale*. V. 21.

Actus vno modo est differentia opposita potentiæ; & hoc modo diuidit omne ens: alio modo actus cum potentia constituit aliquod totum, sicut loquitur Philosophus 8. Met. Tex. 15. *de potentia, & actu*; quod non est verum de potentia opposita actui, quia illa non manet cum actu. 1. D. 26. Q. Vn. §. *Ad rationes pro secunda quæstione*. ℣. *Ad argumentum*. N 35. & 2. D. 2. Q. 10. *Ad primum principale*. H. 12.

Actus, & potentia opposita sunt, prout dicunt modos cuiuslibet entis, prout scilicet idem est ens in potentia, antequam actu sit, & ens in actu, quando iam est; & isto modo nulli eidem conueniunt, nec formaliter, nec etiam denominatiuè, quòd scilicet idem dicatur ens denominatum simul ab aliquo in aliquo actu, & ab eodem in potentia: vt tamen actus accipitur pro principio actiuo, & potentia pro principio passiuo, quæ cadunt intra essentiam cuiuslibet diffinibilis, vel diffiniti, sic non sunt opposita, nec diuidunt ens, nec repugnant alicui eidem. 2. D. 2. Q. 10. *Ad primum argumentum principale*. H. 12.

Actus si accipiatur, prout distinguitur contra potentiam, secundùm quæ, scilicet actum, & potentiam, totum ens diuiditur; sic actus non conuertitur cum forma; secundùm hoc enim omne, quod est extra causam suam, est in actu; vnde. 4. *&* 7. *Met*. cæcitas dicitur esse actualiter in oculo carente visu. 2. D. 12. Q. 2. §. *Ad primam rationem*. F. 7.

Actus, & potentia, quæ sunt principia entis, sunt primò diuersa; & ideo, quia in materia, & forma sunt huiusmodi, erunt & ipsa primò diuersa. 2. D. 12. Q. 1. §. *sequitur secundo*. E. 16.

Actus, & potentia si accipiantur, vt sunt duæ primæ differentiæ entis, sic diuidunt omne ens: vnde & hoc ens, & idem numero diuidunt, & isto modo est contradictio, quòd idem sit in actu, & in potentia simul respectu eiusdem. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Cum dicis*. E. 12.

Actus vno modo est differentia entis opposita potentiæ, prout diuiditur omne ens, quod est scilicet in actu, vel in potentia: alio modo dicit habitudinem illam, quam dicit forma ad informabile, & ad totum, cuius est: & eodem modo æquiuocatur de potentia; quia, vt opponitur actui primo modo, dicit ens diminutum, cui scilicet non repugnat esse extra causam suam; ens autem in actu, oppositum isti potentiæ, est ens completum in suo *esse*, extra causam suam, quodcunque sit illud: alio modo potentia dicit principium receptiuum actus secundo modo dicti, sicut materia dicitur potentia, & forma actus. 4. D. 11. Q. 3. §. *Hic duo*. ℣. *Ad aliud contra*. D. 11.

Actus, & potentia considerari possunt prout diuidunt potentiam, vel principium actiuum, & passiuum per vniuocum, & æquiuocum. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Alio vero modo*. E. 13.

Actibus ex duobus, quorum vnus non est potentia respectu alte-

Actus.

alterius, non potest fieri per se vnum. 7. *Met. cap. penult.* & 8. *cap. vlt.* quia ibi vterque actuum illorum manet actus simpliciter respectu alterius; & ex duobus actibus in se, & inter se non fit per se vnum. 4. D. 11. Q. 3. *ʃ. Alij concedentes.* *℣. Contra tertium additum.* T. 39.

Actu ex, & potentia, siue; Ex actu, & potentia fit per se vnum 8. *Meta. cap. vlt. Tex.* 15. hoc non intelligitur de istis, vt opposita sunt; quia sic non sunt simul. 4. D. 11. Q. 3. §. *Hic duo.* *℣. Ad aliud.* D. 11.

Actus abstractiuus, & intuitiuus differunt specie, quia aliud, & aliud est ibi mouens; hic enim mouet species similes rei: ibi autem mouet res præsens in se. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo.* *℣. Ad secundum.* F. 6

Actus, qui contingenter elicitur, concluditur necessariò, debere esse talis, ad hoc, vt sit rectus. De ipso ergo est scientia quantùm ad conclusionem demonstratam necessariò, licet in se sit contingens, in quantùm elicitur à potentia propria per rationem alicuius prioris necessarij. *Prologo.* Q. 4. §. *Ad argumenta principalia primæ quæstionis.* *℣. Ad primum respondeo.* Aa. 41.

Actus in quantùm contingenter elicitur, est ab habitu partis ratiocinatiuæ; vel sic; Habitus partis ratiocinatiuæ est circa actum, in quantum contingenter elicitur; sed habitus scientificus, vel scientia, est circa eundem, in quantùm de eo aliquid necessariò concluditur. *Prolog.* Q. 4. *ibidem.*

Actus decidendi semen est actus, per quem generans dicitur formaliter Pater: & si esset perfectum agens, ita quòd tunc, quando decidit semen, posset immediatè decidere prolem, verè esset Pater, & multò perfectiùs, quàm modò sit, vbi requiruntur tot mutationes intermediæ. 1. D. 5. Q. 2. *ʃ. Ideo tenendo.* *℣. Secundum declaro.* H. 13.

Actu; siue in actu decidendi semen illud, quod est substantia eius, vel aliquo modo aliquid eius, non est materia, sed est quasi terminus formalis productus, siue communicatus per istum actum, sicut esset proles, si immediatè decideretur à Patre. *ibidem.*

Actus animæ, qui non sunt veræ factiones, si significarentur per verba neutra non actiua, significarent formaliter illam realitatem, à qua imponuntur inesse subiecto: & tunc possunt alia verba actiua imponi ab eisdem formis, quæ significarent productionem talium: & tunc notitia genita esset formaliter declaratiua obiecti; sed producens diceretur effectiuè causare formam. 1. D. 32. Q. 2 §. *Ad istam quæstionem.* A. 6.

Actus animæ significantur per verba actiua propter illam habitudidem, quam habent ad obiecta, in quæ transeunt, quasi in terminum, licèt nihil causent in illis. *ibidem.*

Actus verbaliter sumptus (quomodo significat actum suum, vt in supposito, vel vt concernentem suppositum) exprimitur per infinitiuum: & tunc si comparetur ad *velle* non necessariò accipitur sub ratione præsentis; possum enim velle te currere, licèt non pro nunc, sed pro aliàs: si autem comparetur ad scire; quia scientia non est, nisi respectu veri: nec scire respectu *agere*, nisi sit agere respectu illius suppositi; scire non reflectitur super actum sic significatum, nisi actus insit supposito, cui significatur inesse: & quia possibile est esse in me scientiam actus recti, & reflexi in se, absque hoc, quod actus ille inexistat alij à me; ideo non habeo actum reflexum illius suppositi per actum istum, vt significatum verbaliter, & dictum de aliquo supposito. 3. D. 28. Q. Vn. §. *De primo dico.* *℣. Respondeo, actus.* B. C. 3.

Actus productus per habitum supernaturalem, potest dici, quòd non sit supernaturalis; quia habitus iste positus in *esse* est causa naturalis respectu sui actus; & si habitus præsuppositus sit à causa supernaturali immediatè. 1. D. 17. Q. 2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione.* *℣. Aliter potest dici.* Pp. 34.

Actum supernaturalem non concomitatur aptitudo in natura ad actum, cùm hæc sit tantùm in potentia obedientiali ad ipsum. 3. D. 1. Q. 1. *ʃ. Per hoc.* *℣. Istud dictum.* H. 11.

Actus naturalis intellectus, præcedens habitum, licèt non sit ita perfectus, sicut sequens ex 2 *Ethic. cap.* 5. non tamen idem dicendum de acto supernaturali; quia similitudo non tenet de actu naturali, & supernaturali. 3. D. 14.

Actum.

Qu. 2. *Ad quartum principale secundæ quæstionis.* F. 8.

Actus supremæ sensitiuæ non potest percipi ab aliquo sensu, nec ab inferiori, nec à superiori, vt patet, nec à se ipsa; quia non est potentia illa super se, nec super actum suum conuersiua. 4. D. 45. Q. 3. §. *Circa istam quæstionem.* *℣. Præterea dictum est.* D 7.

Actus nullus irascibilis potest esse primus simpliciter; quia irascibilis est propugnatrix concupiscibilis; & ideo passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis. 2. D. 6. Q. 3. *In secundo argumento in oppositum.* n. 2.

Actus irascibilis est irasci, quod secundùm Philos. 2. *Rhetor. est appetere vindictam secundum rationem apparentem, propter apparentem paruipensionem.* 3. D. 34 Q. Vn. §. *Notandum vlterius.* *℣. Quarum distinctio.* F. 10.

Actus adæquatus irascibilis est irasci, sicut actus adæquatus intellectus est intelligere. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Contra illam opinionem.* *℣. Præterea; actus.* C. 7

Actus omnis immanens, qui inest corpori [replicato localiter] in hoc *vbi*, inesset sibi in quocunque vbi, licèt non inferret sibi, vt in isto vbi. 4. D. 10. Q. 2. *Ad vltimum principale.* S. 28.

Actum imaginationis inesse, non est possibile, cui actus secundum sensum non potest inesse; quia 2. *Anim. Tex.* 16. Imaginatio est motus factus à sensu. 4. D. 10. Qu. 5. *ʃ. Respondeo.* *℣. Contra hoc.* C. 4.

Actus alicuius; siue; Quod est actus alicuius, & si non posset per se moueri ab aliquo; tamen posset moueri per accidens ab eodem potente mouere totum, cuius est iste actus. 4. D. 10. Q. 6. §. *Ad intellectum.* *℣. Et si quæras.* D. 4.

Actus primi ratio prior est in agente secundùm se, quàm in comparatione ad actum secuuudm, cuius potest esse principium. 2. D. 1. Q. 5. *ʃ. Dico tunc ad quæstionem.* B. 4.

Actus practicus.

Actus dirigens alium actum intellectus non est cognitio practica, nec directus est praxis. *Prolog.* Q. 4. *ʃ. Dico igitur.* A. 3.

Actus non habentes ordinem ad intellectum, non sunt praxes, nec respectu horum est cognitio practica. *Prolog.* Q. 4. *ʃ. Dico igitur.* *℣. Secunda conditio.* A. 3.

Actibus in intellectus; siuè; In actibus intellectus, præcisè stando, nulla est praxis. *Prolog.* Q. 4. *ʃ. Dico igitur.* A. 3.

Actus imperatus à voluntate non est primo praxis, sed quasi per accidens. *ibidem.* *℣. Ex duabus conditionibus.* B. 5.

Actus voluntatis elicitus est verissimà praxis, etiamsi non concomitetur aliquis actus imperatus. *Prol.* Q. 4. *ʃ. Ad quæstionem igitur.* N. O. 31.

Actus humanus.

Actus propriè humanus est, qui causatur per intellectum, & voluntatem in homine. 4. D. 6. Q. 5. §. *Ad istam quæstionem.* *℣. Dico ergo.* A. 2.

Actum aliquem humanum habens intendit finem illius actus, vt est sibi actus humanus. *ibidem.* *℣. Ratio autem.* C. 4.

Actus omnis hominis, propriè loquendo, est humanus; sicut enim necessarium est, actum rectum conuenire obiecto, fini, & alijs circumstantijs; ita etiam necessarium est, quod conueniat ipsi operanti; non enim conuenit mihi agere, quod conuenit Regi, & multò minus quod conuenit Angelo; & consequenter necessarium est ad rectum actum hominis, quòd agat illum modo humano. 3. D. 34. Q. Vn. *ʃ. Sed contra.* *℣. Præterea; impossibile.* n. 3.

Actus humanus natus est elici conformiter suæ regulæ. 4. D. 14. Q. 1. §. *Hic sunt tria.* *℣. De primo sciendum.* A. 3.

Actus intellectus.

Actus omnis intelligendi secundus est genitus à memoria, vt memoria est in actu primo proportionali isti, puta perfectus à perfecto, & imperfectus ab imperfecto. 1. D. 2. Q. 7. §. *Ista opinio ponit.* *℣. Secundus etiam articulus.* L. 17.

Actus omnis cognoscendi, qui non est idem obiecto, est posterior obiecto. 1. D. 2. Q. 3. §. *In ista quæstione.* *℣. Prima via.* B. 2.

Actus intellectus respectu obiectorum, quæ non sunt præsentia in se, qualia sunt illa, quæ modo naturaliter intelli-

telligimus, est duplex: primus actus est species, qua obiectum est præsens, vt obiectum actu intelligibile; secundus actus est ipsa intellectio actualis; & ad vtrumque agit intellectus non motus ab eo, quod est causa partialis secum concurrens ad illam actionem, licet vnum actu intellectus præcedat motio eius ad alium actum. 1.D.3. Q.8. *Ad primum principale*. D.3.

Actum ad speciei intelligibilis; siue; Ad actum speciei intelligibilis agit intellectus agens cum phantasmate; & ibi intellectus agens est principalior causa, quàm phantasma, & ambo integrant vnam totalem causam respectu speciei intelligibilis. *Ibidem*.

Actum ad intellectionis; siue; Ad actum intellectionis agit pars intellectiua, siue intellectus agens, siue possibilis, (non curo modò) & species intelligibilis, sicut duæ partiales causæ: & ibi agit pars intellectiua non mota à specie, sed prius mouens, scilicet agens, vt species sibi coagat. *ibidem*.

Actus cognoscendi sic participatiuè se habet respectu obiecti, sicut similitudo respectu cuius est: non dico similitudo per communicationem eiusdem formæ, sicut est albi ad album, sed similitudo per imitationem, sicut est ideati ad ideam. *Quodl.* Q.13. §. *Circa secundum*. ✝. *Vlterius*. N.12.

Actu; siue; Per actum cognitionis obiectum habet esse cognitum; & ideo potest naturam actus sequi aliqua habitudo, quæ sit ad obiectum, vt habens tale esse. *Quodl.* Q.13.§. *Circa secundum*. ✝. *Respondeo per actum*. P. 15.

Actus intelligendi est similitudo cognita obiecti [inquantum scilicet cognoscitur ipse actus], & talis non sufficit ad cognoscendum illud, cuius est actus; sicut species intelligibilis, in vno intellectu visa, alij intellectui videnti eam non sufficiet ad perfectè cognoscendum obiectum, cuius est. *Quodl.* Q.14.§. *Ad ista aliquid esse*. ✝. *Et per idem*. I.26.

Actus intelligendi videtur propria similitudo obiecti; videtur etiam fortiori specie ab obiecto, licet non sicut à principio formali intrinseco; tamen sicut à per se principio extrinseco; videtur etiam essentialiter dependere ab obiecto; propter quod refertur ad ipsum in tertio modo relatiuorum: hoc autem non videretur verum, si obiectum esset causa tantùm per accidens, vel causa sine qua non. *Quodl.* Q. 15. §. *De secundo*. ✝. *Item secundò*. G. 9. & 1. D. 3. Q. 9. §. *Sed hic occurrunt*. ✝. *Vlterius in speciali*. K. 7. & Q. 8. *Ad secundum*. E.3.

Actu in intelligendi non semper requiritur vniuoca ratio, vel assimilatio cum cognito; alioquin nihil posset cognosci per causam, nec conclusio per principium; sed sufficit ratio eminentior, continens perfectè similitudinem virtualem cogniti. 1.D.35. Q.Vn. *Ad tertium principale*. N.16.

Actus tantùm vnicus intelligendi non est in nobis, accipiendo actum de genere qualitatis; neque vnicus actus gignendi, accipiendo actum pro genere actionis. 1. D.6. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum*. ✝. *Propter istas*. L.7.

Actus vbi non potest esse, nisi vnicus intelligendi, ibi non potest esse nisi vnicum Verbum, siue vnicum *dicere*: Hæc propositio gratia materiæ veritatem habet in intellectu creato; non quia illo actu intelligendi producitur Verbum, imo actu dicendi: & per omne *dicere* exprimitur aliquod *intelligere*; ideo si vnicum est *intelligere* diuinum est per aliquod *dicere*: sed ista propositio omnino non habet rationem veritatis in Deo; quia non omne *intelligere* diuinum est per aliquod *dicere*; imo *intelligere* paternum respectu cuiuscunque obiecti non est per aliquod *dicere*. *Quodl.* Q. 2. §. *De secunda ratione*. D.8.

Actus intelligendi vbi est vnicus tantum, ibi non est, nisi vnicum Verbum: hæc propositio non videtur necessaria gratia formæ; quia licet in vno non sit, nisi vna forma absoluta eiusdem rationis; ipsum tamen potest habere plures productiones actiuas plurium terminorum, sicut licet Sol vna luce sit luminosus; tamen potest habere plures actus illuminandi. *Quodl.* Q.2. §. *De secunda ratione*. D.8.

Actus intelligendi est mutabilior ipsa Anima. 1. D. 3. Q. 4. §. *Primo istæ rationes*. ✝. *Sequeretur etiam*. B. 5.

Actus primus in intellectu est ille, qui præsupponitur actui secundo, qui est intellectio. 2. D. 3. Q.10. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✝. *Ad secundum dico*. I. 18.

Actus primus intelligendi non est in potestate nostra; sed isto actu posito, in potestate nostra est cognitio actualis cuiuslibet actualiter noti. 1.D.3.Q.6. *Ad tertium principale*. L.16.

Ad actum primum intellectus concurrentia omnia sunt causæ merè naturales; quia præcedunt omnem actum voluntatis. 1.D.3. Q.2. §. *Loquendo igitur*. ✝. *His præintellectis*. M. 23.

Actu primo intelligendi nostro, siue de genere qualitatis, siue de genere actionis posito, possumus habere alios actus posteriores ex imperio voluntatis. 1 D.6. Q.Vn.§. *Quantum ad secundum*. ✝. *Propter istas*. L.7.

Actum quomodocunque terminans non oportet esse præcisè obiectum illimitatum, sicut præcisè est mouens, & ratio actus; quia aliquid potest sequi terminum primum, & esse terminus secundus: nihil autem potest esse secundariò mouens ad actum. 1 D.35.Q.Vn.§. *Ad ista*. ✝. *Ad tertium de obiecto*. M.15.

Actus intellectus non habetur circa vniuersalius, nisi ipsum sub tali ratione sit præsens intellectui sub ratione præsentis, nec habetur actus intelligendi circa ipsum in ratione præsentis, nisi sub ratione vniuersalis. 1.D.3.Q.6.§. *Contra istam opinionem*. ✝. *Secundum tertiam viam*. E. 9.

Actus intelligendi est res nobilior, quàm species, & recipitur in intellectu. *ibidem* §. *Secundo quæro*. ✝. *Respondeo non valet*. Q.26.

Actus intelligendi est nobilior, & perfectior quocunque actu cuiuscunque potentiæ inferioris. *Prolog.* Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Contra, non omnis*. E.12.

Actum cognoscendi diligimus etiam respectu obiecti mali. 1.D.6.Q.Vn.§. *Ad secundum articulum*. ✝. *Respondeo*; & *si* L. 8.

Actus intelligendi verè manet in agente, non tantùm in supposito agente, ita quòd non transeat extra suppositum; sed nec transit extra partem intellectiuam in sensitiuam: nec extra intellectiuam in appetitiuam: nec extra principium eius actiuum in aliam potentiam; sed manet in parte intellectiua, quæ est causa partialis eius. 1.D.3. Q. 7. §. *Ad argumentum opinionum*. ✝. *Alia duo argumenta*. Q.26.

Actus nullus intelligendi formaliter est productiuus; sed aliquis alius actus formaliter naturaliter præcedens, vel subsequens potest esse productiuus, qualis est actus dicendi. 1.D.2.Q.7.§. *Contra ista instatur*. ✝. *Respondeo, quia illud*. Q.26.

Actus intellectus, ad hoc, vt voluntas possit eum imperare, oportet esse in potestate voluntatis, ita quòd possit intellectum auertere ab vno intelligibili, ad aliud intelligibile conuertendo; aliàs intellectus staret semper in cognitione obiecti perfectissimi habitualiter sibi noti. 2. D.42.Q.4.§. *Quantum ad primum*. ✝. *Respondeo*, & *dico*. C. 5.

Actus intellectus non potest continere in se virtualiter actum voluntatis; quia actus voluntatis est perfectior: vnde non potest intellectus per actum suum causare in voluntate tale pondus, quod sit quasi habitus voluntatis. 2.D.39.Q.2.§. *Contra istud*. ✝. *Præterea, quod natum est*. A.3.

Actum nullum in intellectu assignat in eodem instanti cum intellectione imperante modus ille, qui dicit, quòd sufficit, ad hoc, quòd voluntas moueat intellectum ad cognitionem alicuius, quòd illud sit cognitum solùm habitualiter, non actualiter; quia hic nullum actum ponit, sed solùm cognitionem habitualem. 2. D. 42. Q. 4. §. *Quantùm ad primum*. ✝. *Vltimus etiam modus*. E.9.

Actus intellectus non est totalis causa actus voluntatis, sed partialis causa, si est aliqua: nec è contrario voluntas est totalis causa intellectionis. 4. D. 49. Q. 4. Lateral. §. *Iuxta hoc*. ✝. *Respondeo*, *nec actus*. L. 16.

Actu intellectus posito, ponitur actus voluntatis necessario; & eo

Actus intellectus.

eo amoto, amouetur: negatur ista propositio. 4. D. 49. Q. 4. *lateral. §. Iuxta hoc. ℣. Ad probationem*. M. 17. & 1. D. 1. Q. 4. *§. Negatiua ℣. Item quod dicit*. n. 14.

Actus intellectus 12. *Met. Tex.* 39. est vita; ergo actus intellectus æternus est vita æterna; si actu, actu; si aptitudine, aptitudine. 4. D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Ad illam*, C. 6.

Actus, ex Philosopho, Vita optima idest actus intellectus. 4. D. 49. Q. 1. *In primo argumento ad oppositum*. n. 4.

Actus intellectus est vita, & vita æterna, si est actus æternus si autem accipiatur in illa sententia Euangelica Ioan. 7. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te &c. Quòd cognoscere Deum*, sit vita æterna beata: hoc non est in Euangelio: sed additur, ita addo ego, *vt cognoscant te, & ament:* nec magis est secunda additio contra Textum, quàm prima. 4. D. 49. Q. 4. *§. Ad rationes principales. ℣. Ad primam*. B. 2.

Actus intelligentis est Verbum, negatur; imò de ratione Verbi est, quòd sit notitia genita. 1. D. 2. Q. 7. §. *Contra ista instatur. ℣. Intelligit igitur*. P. 24.

Actu dicendi; siue; Per actum dicendi non est præsens præcisè voluntati obiectum, cuius amor spiratur. 1. D. 11. Q. 1. §. *In ista quæstione. ℣. Probant alij*. C. 3.

Actus rationalis licèt non distrahatur per materiam, quòd stet secundùm quid: tamen potest non esse necessitas eius, vt significatur transire super materiam, licèt sit necessitas eius in se; & hoc maximè si sit actus potens respicere diuersa obiecta. 1. D. 39 Q. 1. 2. 3. &c. *§. Quantum ad quartam quæstionem. ℣. Ad istud dicendum*. M. 25.

Actus intelligendi propriè si est in nobis formaliter, cùm non sit substantia nostra; quia quandoque inest, quandoque non inest; oportet per consequens dare illi aliquod receptiuum proprium; non autem aliquod extensum, siue sit pars organica, siue totum compositum; quia tunc ita essent extensa, nec posset actus propriè intelligendi versari circa obiecta non sensibilia; & ideo oportet, quòd insit secundùm aliquod inextensum, & quòd illud sit formaliter in nobis: illud non potest esse, nisi anima intellectiua; quia quæcunque alia forma est extensa. 4. D. 43. Q. 2. *§. Respondeo. ℣. Consequentia prima*. G. 12.

Actus omnis intelligendi vel naturaliter præexigit intellectum, cuius est, habentem proprium actuale *esse* intellectus; vel saltem coexigit, ita quòd nullo modo tale *esse* actuale proprium intellectus, vt intellectus, nec aliquid per se inclusum in tali *esse* actuali per actum intelligendi ipsi intellectui attribuitur; quia omnis actus est posterior; & ideo præexigit suum prius. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero. ℣. Tertia ratio*. K. 12.

Actus primus intelligendi non est principium proprium producendi Verbum; tum quia nullus actus intelligendi est propriè principium producendi Verbum; tum quia non est primus actus intelligendi secundùm originem, siue prioritatem originis. *Quodl.* Q. 1. §. *Contra. Ista. ℣. Secunda ratio*. V. 21.

Actus intelligendi communiter accipitur pro ipsa operatione, quæ est intellectio: Vnde si primus actus intelligendi est principium emanationis; hoc intelligitur altero istorum duorum modorum; aut ita videlicet, quòd est principium formale, *quo* Verbum producitur; sicut calor in calefaciente respectu calefactionis est principium; aut ita, quòd est principium emanationis, sicut actus productiuus; sicut calefactio dicitur principium productiuum caloris producti: neutro autem modo potest intelligi; quia omne *intelligere* est ipsius intelligentiæ secundùm Augustinum. 4. *Trin. cap.* 7. *Intelligentiam dicimus, quia intelligimus cogitantes:* producere autem Verbum, siue habere principium formale producendi non competit, nisi rationes memoriæ. *Quodl.* Q. 1. §. *Contra. Ista. ℣. Secunda ratio*. V. 21.

Actus intelligendi (loquendo de simplici apprehensione, siue intellectione obiecti simplicis) est vnus, qui indifferenter potest esse respectu existentis, & non existentis; & indifferenter etiam respectu obiecti non realiter præsentis, sicut & realiter præsentis: istum actum frequenter experimur in nobis; quia vniuersalia, siue quidditates rerum intelligimus æquè, siue habeant ex natura rei *esse* extra in aliquo supposito, siue non; & ita de præsentia, & absentia: & iste actus vocatur abstractiuus, quia abstrahit obiectum ab existentia, & non existentia; præsentia, & absentia. *Quodl.* Q. 6. *§. Et statim. ℣. Secundò arguitur*. F. 7. & Q. 13. *§. Circa secundum. ℣. Consimilis*. I. 8.

Actus intelligendi extremum conclusionis, vel principij, à quo scilicet dependet *intelligere* complexum conclusionis, vel principij, potest satis propriè dici abstractiuus, quia abstrahit obiectum ab existentia, & non existentia; præsentia, & absentia. *Quodl.* Q. 6. §. *Et statim. ℣. Secundo arguitur*. F. 7.

Actus quidam intelligendi est, quem non ita certitudinaliter experimur in nobis: possibilis tamen est talis, qui scilicet præcisè sit obiecti præsentis, vt præsentis; & existentis, vt existentis: & ille actus intelligendi, siue intellectio potest propriè dici intuitiua. *ibidem*. G. 8.

Actum cognitionis de existente, vt existens, & præsens est, habet Angelus de se. *ibidem*. H. 8.

Actus cognoscendi, qui est rei existentis in se, necessariò habet annexam relationem realem, & actualem ad ipsum obiectum. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum. ℣. Ista distinctione*. L. 10.

Actus cognoscendi, qui non est necessariò existentis, vt existentis, non necessariò habet relationem realem actualem ad obiectum; quia relatio realis actualis requirit per se terminum realem, & actualem: tamen iste actus potest poni habere ad obiectum relationem realem potentialem, scilicet mensurabilis, vel dependentiæ; non autem vnionis, vel attingentiæ: potest etiam ista cognitio habere ad obiectum relationem realem actualem; sed illam necessariò requirit ad hoc, quod sit ipsius obiecti. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum. ℣. Secundus actus*. O. 13.

Actus intelligendi obiectum abstractiuè potest intelligi actu reflexo; cùm enim ista intellectio sit similitudo naturalis obiecti; per obiectum cognitum potest illa cognosci reflectendo: & intellectus, sic cognoscens istam cognitionem, potest comparare ipsam ad obiectum; ipsa autem sic comparata per actum intellectus, refertur relatione rationis. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum. ℣. Tertium, scilicet*. P. 14.

Actus intelligendi abstractiuus, quia sub ratione relationis attingentiæ ad obiectum communiter intelligitur, & hoc intelligentiæ actualis, licèt illa non sit actualitas realis, sed actualitas relationis rationis; ideo communiter operatio significatur sub tali relatione actuali; & oportet obiectum cointelligi, vt terminans talem relationem actualem. *Quodl.* Q. 13. *Ad argumentum principale*. Nn. 33.

Actus aliquis cognoscendi præteritum est in nobis; quia aliàs deficeret nobis prima pars prudentiæ, quæ est, secundùm Tullium, recordatio præteriti. 4. D. 45. Q. 3. §. *Circa istam quæstionem. ℣. Istis autem*. A. 3.

Actus intellectus, qui dicitur *recordari*, nō est cuiuscunque præteriti immediatè; sed tantùm alicuius actus præteriti, qui infuit ipsi supposito recordanti; & qui fuit in ipso actus humanus (ad excludendum actus vegetatiuæ, & casuales, siue generaliter imperceptibiles;) nō enim recordor eius, quod est, *te sedisse*, nisi quia recordor, me vidisse, & nosse, te sedisse: vnde licèt cognoscam me natum sub ratione præteriti, vel Mundum creatum; non tamen recordor istius, vel illius; quia non noui aliquem actum meum in præterito transeuntem super hoc, vel illud. 4. D. 45 Q. 3. *§ Circa istam quæstionem. ℣. Hoc supposito*. B. 4.

Actus humani præteriti species cùm non possit imprimi in aliam potentiam, nisi cuius ille actus est obiectum; sequitur, quòd oportet, actum cognoscendi præteritum esse obiectum potentiæ recordatiuæ. *ibidem. ℣. Ex recordatione*. C. 6.

Actus intellectus considerando principium in se non potest esse falsus. 2. D. 6. Q. 2. §. *Ad videndum. ℣. Aliter potest dici*. K. 11.

Actus intellectus est talis, quòd necessariò est falsus, ex eo, quòd est falsi obiecti: actus autem voluntaris non est impurus, idest malus; quia est obiecti mali, nisi concomitanter: vnde si accipiatur ista propositio: *ille actus est impurior, qui redditur impurior ex impuritate obiecti*; concluditur, quòd actus intellectus est impurior actu voluntatis. 4. D. 49. Q. 4. *laterali. §. Iuxta hoc. ℣. Si tandem*. N. 19.

Actus gignendi notitiam potest teneri secundùm diuersas opiniones, quod præcisè conueniat, vel intellectui agenti, vel præcisè intellectui possibili: & secundùm hoc, iste, vel ille diceretur pertinere ad memoriam; vel posset poni

alio

Actus intellectus.

alio modo, actum gignendi vtrique competere; sed agenti tanquam principaliori, & possibili tanquam minus principali: nec sequitur, si sint vna natura, igitur non possunt habere, respectu eiusdem, causalitatem principaliorem, & minùs principalem; patet enim instantia de intellectu, & voluntate, quarum vna, secundùm multos, est actiua principalior, & alia subordinata in aliqua actione, & tamen sunt vna natura: sed ista instantia, secundùm aliquos, non est similis; quia non vtraque potentia immediatè attingit idem, vt causatum; sed vna per operationem suam causatam mouet aliam ad suam operationem. *Quodl.* Q. 15. §. *Si verò.* ℣. *Sed si vltra*. T. 20.

Actus intellectus ordinatur essentialiter ad actum voluntatis. 4. D. 6. Q. 11. §. *Hic est opinio*. ℣. *Quod postea*. A. 3.

Actus voluntatis, vel intellectus totaliter causantis obiectum videtur habere relationem tendentiæ respectu eius, vt termini intellectionis, vel volitionis, siue illa relatio sit realis, siue tantùm rationis: non tamen talis intellectio, vel volitio habet, respectu talis obiecti, relationem mensurabilis, sed magis relationem mensuræ. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum*. ℣. *Ista autem*. M. 11.

Actu; siue; In actu cognoscendi est aliqua entitas absoluta, & etiam aliqua relatio: cùm autem absolutum, & relatiuum non possint constituere aliquid per se vnum, nec saltem vnius generis; sequitur, quòd actus cognoscendi, vel non est aliquid per se vnum vnius generis; vel non includit per se illa duo [puta absolutum, & relatiuum:] sed cum ex altera parte videatur, quòd essentialiter includat absolutum; videtur, quod actus talis non sit essentialiter relatiuus, siue per se includens relationem: Vel si dicatur, quòd sit aliquod totum includens ambo illa; tunc non est aliquid per se vnum essentialiter relatiuum, sed vnum per accidens, essentialiter includens alteram partem. *Quodl.* Q. 13. §. *De tertio*. ℣. *Ex his sequitur*. A a. 24.

Actus non solùm intelligendi, & volendi, qui sunt actus subordinati, sunt respectu Dei in se; sed etiam actus diligendi sic, vel sic; scilicet non tantùm differentes secundùm magis, & minùs in eadem specie, sed sicut media, & extrema in eodem genere. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Respondeo*. ℣. *Dico, quod*. C. 4.

Actus voluntatis.

Actus primus in voluntate creata, consideratus in illo instanti, in quo est prior naturaliter actu secundo, ita ponit illum in esse, tanquam effectum suum contingenter, vt prius naturaliter possit æquè ponere aliud oppositum in esse. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Quantùm ad primum*. ℣. *De secundo dico*. E. 15.

Actus voluntatis magis est in potestate voluntatis, quàm aliquis alius actus. 1. D. 1. Q. 4. §. *Contra primum articulum*. ℣. Ex hoc. n. 3. [*Additio deest in editione hibernica*.]

Actus alicuius elicitus [nempe volūtatis] est, in potestate Dei quantùm ad aliquam conditionem, quæ naturaliter sibi competeret ex obiecto; & tamen quoad illam conditionem non est in potestate voluntatis creatæ. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantùm ad tertium articulum*. ℣. *Dico, quòd non*. G. 10.

Actum omnem voluntatis meæ potest intellectus meus cognoscere; vt manifestum est, & intellectus alius perfectior creatus potest in illud obiectum, in quod potest intellectus meus, si non impediat determinatus ordo ad alia intelligibilia, nec defectus proportionatæ præsentiæ. 4. D. 45. Q. 4. §. *Hic tria sunt*. ℣. *Hoc non concludit*. A. 2.

Actum voluntatis quicquid necessariò non concomitatur; vel sic; Quicquid non necessariò concomitatur actum voluntatis est in potentia voluntatis elicientis illum; Vel sic; Quæcunque non necessariò simul respiciuntur ab actu voluntatis, nec etiam ab ipsa, vt elicit actum; vel sic; Quæcunque separari possunt, vt terminant actum voluntatis, possunt etiam separari respectu potentiæ. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantùm ad tertium articulum*. ℣. *Dico, quòd non*. G. 10.

Actus voluntatis duplex potest in nobis distingui *velle*: scilicet, & *nolle*: & vterque actus est positiuus: & si sint circa idem obiectum, sunt contrarij actus, qui exprimuntur alijs vocabulis, quæ sunt *amare*, & *odire*. 1. D. 47. Q. Vn. §. *Respondeo*. A. 2.

Actus desiderij in voluntate, qui est respectu non habiti, est actus concupiscentiæ, quo viator appetit Deum; sed propter hunc habet iustus alium actum amicitiæ, volendo Deo in se bene esse, & hic actus amicitiæ est fruitio. 1. D. 1. Q. 5. §. *Ad argumentum secundæ quæstionis*. n. 6.

Actus imperati à voluntate quando sunt impossibiles, voluntas non communiter eligit frequenter rectè circa materiam illorum actuum, quia, *quod non creditur alicui possibile*, aut ipsum non vult, aut tenuiter vult secundùm Augustinum 10. Trinit. *Prolog.* Q. 4. vel 5. §. *Contra istud*. ℣. *Ad secundum*. L. 22.

Actus nullus elicitus voluntatis est naturalis, nisi pro tanto, quia est conformis inclinationi naturali, qui non est actus elicitus; sed omnis actus voluntatis elicitus est merè liber. 2. D. 23. Q. Vn. *Ad vltimum principale*. H. 10.

Actus nullus potest ita esse intensus in voluntate, quod tollat omnino eius potentiam ad oppositum. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Restat nunc*. ℣. *Et tunc, quòd dicit*. P. 23.

Actus liberi arbitrij non subsunt necessariò causalitati Cæli; & per consequens illi non necessariò redibunt; nec per consequens aliqui actus necessariò dependentes ex eis redeunte per circuitus temporum eodem Cæli situ. 4. D. 43. Q. 3. §. *Hic sciendum*. ℣. *Præterea; manifesta*. C. 5.

Actum omnem suum quod voluntas possit voluntariè suspendere, non intelligo, quando dico, quòd in potestate eius est, quòd ipsa non habeat actum circa aliquod obiectum determinatum; sed voluntariè potest non velle illud obiectum: sed habet tunc aliud *velle* scilicet reflexum super suum actum: istud scilicet, *volo modo, non elicere actum circa illud obiectum*. *Quodl.* Q. 16. §. *De primo*. ℣. *Præterea; potentia*. D. 4.

Actus omnis voluntatis elicitus, aut elicitur secundùm affectionem iustitiæ, aut commodi, secundùm Anselmum *De Casu Diaboli, cap.* 4. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Et videtur ibi*. C. 5.

Actum perfectum appetere, vt per illum magis ametur obiectum in se, est ex affectione iustitiæ; quia vnde amo aliquid in se, inde volo aliquid in se. 2. D. 6. Q. 2. §. *Ad videndum*. ℣. *Respondeo appetere*. L. 12.

Actus volendi idem, & eodem modo se habens, non potest esse alicuius nouiter voliti; volitum enim non habet *esse volitum*, nisi per actum volendi: & ita non est nouum in esse volito, nisi per nouum actum volendi. 2. D. 1. Q. 2. §. *Sed contra istud*. ℣. *Respondeo; nouitas*. A. 5.

Actus desiderij est imperfectus respectu obiecti, quòd non est præsens potentiæ secundùm rationem formalem talis actus: sicut actus tentionis est perfectus; quia obiectum est coniunctum potentiæ secundùm rationem formalem talis actus; & ideo actus ille desiderij est imperfectus respectu actus tentionis, & hoc in alia specie, quæ est vt media ad extremum: non propter aliam rationem in obiecto; sed propter approximationem obiecti ad reliquam causam partialem, quæ sufficit ad distinguendum specie effectus illarum duarum causarum. 3. D. 3. 1. Q. Vn. §. *Respondeo; nullus*. ℣. *Dico, quod*. C. 5.

Actus voluntatis non est finis omnino vltimus, seu extra, sicut nec sic actus intellectus secundùm eos etiam, qui ponunt, beatitudinem consistere in actu intellectus: tamen magis appropinquat ad simpliciter vltimum actus voluntatis. 4. D. 49. Q. 4. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem*. C. 5.

Actus voluntatis sic est ordinari, vel ordinabilis ad finem simpliciter, quòd est immediatum sibi in ordine eorum, quæ sunt ad finem: actus intellectus si non est ordinari, est tamen ordinabilis, & mediatè; & ideo minùs participans rationem finis. *ibidem*.

Actum

Actus moralis.

Actum voluntatis creatæ esse Deum, nulla opinio ponit, sicut nec primum eius actum circa finem, scilicet desiderij, esse finem vltimum intra, vel extra, non est alicubi dubium. *ibidem.* ℣. *Breuiter ergo.* F. 8.

Actus voluntatis si dicatur esse impurus ex obiecto impuritate malitiæ, non sic actus intellectus; hoc non concludit, actum intellectus esse nobiliorem actu voluntatis; quia tunc actus sensus esset nobilior actu voluntatis, quia minus impurus est. 4. D. 49. Q. 4. *laterali.* §. *Iuxta hoc.* ℣. *Quod si dicat.* N. 3.

Actum voluntatis respectu superiorum ipsa voluntate, aliqua opinio concedit, esse nobiliorem actu intellectus: Ex hoc sequitur, ergo ille in genere est nobilior isto in genere; quia si optimum est nobilius optimo, & genus genere, vel species specie; tota enim species vna est superior quacunque alia specie tota. 4. D. 49. Q. 4. *laterali.* §. *Iuxta hoc.* ℣. *Secunda ratio.* N. 20.

Actus comparandi extrema aliqua, & qui est circa extrema comparata, si est vnus actus; vel sic; Si vnus actus est comparandi, & qui est circa extrema comparata; tunc planum est, quòd vno actu voluntatis appetitur finis, & quæ sunt ad finem; si verò non est idem, sed alius, & alius; tunc est dubium, sicut in intellectu discurrente de præmissis ad conclusiones. 4. D. 49. Q. 10. *Ad secundum in oppositum secundæ quæstionis.* O. 17.

Actus volendi non est principium liberum producendi aliquod; quia est quædam qualitas naturalis: & si est principium alicuius, videtur esse principium naturale eius, non liberum: sicut si ex tali actu generetur habitus appetitiuus, naturaliter generaretur, ita quòd non est in potestate, actus generatio talis habitus, vt videtur. 1. D. 12. Q. Vn. §. *Contra istam opinem.* ℣. *De primo arguitur.* G. 5.

Actus volendi duplex est, simplix, & sub conditione; vel sub alijs verbis, quod est volitio efficax, & volitio complacentiæ. 2. D. 6. Q. 1. §. *Respondeo ad quæstionem.* B. 3.

Actui volendi sicut repugnat tendere in miseriam: ita videtur actui nolendi tendere in beatitudinem, vel fortè magis; quia non ita caret miseris omni ratione volibili, sicut beatitudo ratione nolibilis. *Quodl.* Q 16. §. *De primo.* ℣. *Hic potest dici.* E. 5.

Actus moralis.

Actum esse circumstantionatum debitis circumstantijs, non est aliquid absolutum in actu, sed tantùm comparatio debita actus ad illa, quibus debet conuenire. 1. D. 17. Q. 2. vel 3. §. *Sed oppositum.* D. 2.

Actui, vt actus est diuersorum agentium, non congruunt eædem circumstantiæ. 1. D. 48. Q. Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Actus omnes humanos, recta ratio indicat, debere esse rectè circumstantionatos rectitudine sibi debita, vel proportionata, loquendo de actibus potentiarum inferiorum: vnde actus potentiæ motiuæ, qui subest voluntati, debet esse circumstantionatus, & rectus rectitudine sibi debita. 2. D. 42. Q. 4. §. *Ad quæstionem secundam.* ℣. *Quantùm ad secundam.* N. 16.

Actus ad rectitudinem non sufficit, quòd habeat rationem formalem conuenientem in obiecto, sed etiam requiritur, quòd habeat obiectum conueniens, in quo sit talis ratio formalis. *Prolog.* Q. 4. §. *Si obijcitur contra hoc.* ℣. *Respondeo.* P. 32.

Actum aliquem poni in esse, & rationem rectam poni in esse est impossibile, quin ex natura extremorum consequatur in actu conformitas ad rectam rationem. 1. D. 17. Q. 3. vel 3. §. *Quantum ad istum articulum.* P. 3.

Actus primus voluntatis elicitus, quæ est electio, est actio bona, priusquam actus exterior imperatus ab electione bona sit bonus; nec ad bonitatem interim requiritur vlterior prosecutio exterius, si materia actus exterioris deficiat. *Prolog.* Q. 4. § *Contra istud.* L. 21.

Actus non omnis est primò bonus a circumstantia finis; imo est aliquis bonus ex circumstantia obiecti: puta vbi finis est obiectum; & ibi circumstantia finis, vt obiecti, primò tribuit rectitudinem actui; ille enim actus ex obiecto solo est simpliciter bonus. *Prolog.* Q. 4. §. *Ad rationes pro opinione.* ℣. *Ad aliud de bonitate.* Ff. 44.

Actus circa ens ad finem licet habeat pro vna circumstantia finem: tamen ab obiecto est aliqua bonitas prior, à qua actus dicitur bonus ex genere. *ibidem.* ℣. *Imo secundò.* Ff. 44.

Actus conuenientis ad rationem rectam est, qua posita, actus est bonus; qua non posita, quibuscunque alijs conueniat, non est bonus. 1. D. 17. Q. 2. §. *Quantùm ad istum.* O. 3.

Actus quantumcunque sit circa obiectum qualecunque, si non sit secundùm rationem rectam in operando, non est bonus actus. 1. D. 17. Q. 2. §. *Quantum ad istum.* P. 3.

Actus conformitas ad rationem rectam, plenè dictantem de circumstantijs omnibus debitis illius actus, est bonitas, moralis illius actus. *ibidem.*

Actus elicitus secundùm inclinationem duorum habituum abstinentiæ v. g. & prudentiæ, est bonus moraliter; qui si esset elicitus secundùm inclinationem illius solius qualitatis, quæ est materialiter virtus moralis, prudentia non coexistente in eodem operante, nec inclinante ad illum actum, non esset actus ille bonus moraliter. 1. D. 17. Q. 2. §. *Ad argumenta alia.* ℣. *Intelligendum est autem.* Z. 13.

Actui illi, qui natus est esse actus prudentiæ, qui est dictamen rectum conuenit bonitas moralis, vt attribuitur prudentiæ inclinanti ad actum: non verò necessario conuenit habitui prudentiæ, nec solùm si enim illud insit, & secundùm id, tanquam secundùm mensuram appetitus appetat, rectus est actus moraliter: & si illud dictamen rectū non inesset, tamen prudentia inesset, secundùm quam intellectus posset rectè dictare, adhuc actus elicitus sine dictamine recto non esset perfectè bonus; *ibidem.* Aa. 14.

Actum ad moralem sufficit dictamen rectum, quando prudentia non inest: quando autem prudentia inest, ipsa non sufficit sine actu suo elicito; & ita istam rectitudinem, quam tribuit prudentia actui morali, tribuit mediante actu propriæ prudentiæ. *ibidem.*

Actus quicunque ad hoc vt sit bonus moraliter, oportet, simul omnes circumstantias in eo concurrere secundùm Dionysium. *De diuinis nomin. cap.* 4. & Philosophus 2. *Ethic.* 3. sufficit tamen defectus vnius, & cuiuscunque circumstantiæ, ad hoc, vt sit malus moraliter. 1. D. 48. Q. Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Actus non elicitur siue conformis, qui dicatur naturalis; siue difformis, qui dicitur contra naturam, nisi à voluntate libera. 2. D. 39 Q 2. *Ad tertium principale primæ quæstionis.* C. 5.

Actus naturaliter natus est conuenire causæ suæ efficienti, obiecto, fini, & formæ: tunc igitur bonus est naturaliter, quando habet omnia conuenientia, quantùm ad illa, quæ nata sunt conuenire sibi naturaliter, & concurrere ad *esse* eius naturale. 2. D. 40. Q. Vn. §. *De primo; dico.* A. 2.

Actui quando ratio recta dictat determinatum obiectum conuenire, & determinatum modum, & alias circumstantias, non est completa bonitas [moralis] ex solo fine. *ibidem.* §. De secundo; dico. A. 3.

Actus non est laudabilis, nec vituperabilis, nisi sit à voluntate. 2. D. 40. Q. Vn. §. *De secundo; dico.* A. 3.

Actus eliciti post virtutem non sunt necesariò boni moraliter, quia non videtur necessitas, quòd voluntas habens virtutem, semper vtatur ea necesariò; sed tantùm quando occurrit passio ita vehemens, quæ subuerteret rationem, nisi vtatur virtute. 2 D. 41. Q. Vn. §. *Aliter posset dici.* n. 2.

Actus transiens super obiectum est quasi formabilis per quamcunque aliam circumstantiam moralem; & ita quasi potentiale, non omnino extra genus moris, sicut fuit ipse actus in genere naturæ; quia iam habet aliquid de illo genere, puta obiectum conueniens actui, 2. D. 7. Q. Vn. §. *Ad solutionem.* ℣. *De primo; dico.* E. 11.

Actus non potest esse, quin transeat super obiectum: & illud nesariò est conueniens, vel disconueniens actui; & ita necesariò actus bonus ex genere ex obiecto conuenienti; vel actus malus ex genere ex obiecto disconuenienti. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Ad solutionem.* ℣. *Huic triplici bonitati.* F. 12.

Actus aliquis potest carere circumstantia requisita ad perfectionem actus virtuosi; & tamen non elicitur cum circumstantia repugnante, quæ redderet illum actum vitiosum. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Ad solutionem.* ℣. *Huic triplici bonitati.* F. 12.

Actus primus rectus intellectus, & prima actio voluntatis recta præcedunt habitum, etiam secundùm quemcumque gradum; quia ex eis generatur quidquid primò inest de habitu. 3. D.33. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. H.12.

Actu non manente, non manet rectitudo, quæ debet ei inesse, nec eius obliquitas. 4. D.14. Q.Vn. §. *Hic sunt tria*. ℣. *Ita cum*. B.4. & D.22. Q.Vn. §. *De primo*. ℣. *Contra hoc*. A.3.

Actum hunc esse conuenientem huic agenti secundùm istam potentiam, vel disconuenientem, concluditur ex ratione terminorum, scilicet naturæ agentis, & potentiæ, secundùm quam agit, & rationis quidditatiuæ actus: & hoc concluditur nullo præsupposito, nisi rationibus istorum terminorum; sicut ex ratione hominis, & potentiæ intellectiuæ, & actus intelligendi patet, quòd conuenit homini per intellectum intelligere: patet etiam, quòd non competit sibi per intellectum tangere, cognita ratione illius actus, qui est tangere. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. ℣. *Quod autem*. F.5.

Actus quando habet obiectum conueniens agenti, & actioni, tunc est capax determinationis moralis secundùm circumstantias ordinatas; propter quod dicitur ex obiecto actus habere bonitatem ex genere; quia sicut genus est potentiale respectu differentiarum: sic bonitas ex obiecto est prima in genere moris, præsupponens solam bonitatem naturæ, & capax omnis bonitatis specificæ in genere moris. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. ℣. *Vlterius ex rationibus*. G.6.

Actus esse bonos, vel virtuosos importat relationem, vel multas relationes; quæ tamen relatio habet modum denominandi, vel prædicandi qualitatis, sicut sanum, vel pulchrum; & communiter ita est de quarta specie qualitatis. *Quodl* Q.18. §. *De primo*. ℣. *Respondeo 7. Physic.* I.7.

Actu in eodem substrato potest esse multiplex bonitas moralis; quia idem actus potest esse rectè circumstantionatus non solùm multis circumstantijs particularibus, quæ non sunt multæ bonitates, sed integrant vnam bonitatem; sed etiam potest idem actus esse circumstantionatus completè omnibus circumstantijs pertinentibus ad vnam virtutem, & etiam omnibus pertinentibus ad aliam virtutem: & ita secundùm dictamina diuersa perfecta prudentiæ respectu multorum finium propriorum: exemplum, vado ad Ecclesiam ex iustitia, quia teneor per obedientiam, vel ex voto; vado etiam ex charitate ad Deum, vt orem, vel vt exhibeam Deo cultum latriæ; & vado etiam ex charitate fraterna, vt ædificem proximum. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. ℣. *Ex dictis*. L.8.

Actus natus est conuenire agenti, & etiam habere aliquam conditionem sibi conuenientem: vnde vtroque modo habens illam potest dici bonus bonitate accidentali: & hoc verum est generaliter de actu etiam naturali; & per consequens bonitas ista in habendo illud, quod sibi conuenit, non tantùm est bonitas accidentalis, sed naturalis. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. C.3.

Actus bonus habens bonitatem moralem potest esse in solis agentibus ex cognitione intellectiua; sed non sufficit ad illam bonitatem, quòd in agente sit potentia iudicatiua de conuenientia sui actus; sed oportet, quòd actu rectè iudicet de actu, & secundùm illud rectum iudicium actus fiat; si enim cognitio propria sit erronea, licèt agatur conformiter rationi rectæ alterius cognoscentis; quia tamen tale agens natum est regulari in suo actu per propriam cognitionem, & secundùm illam non agit, sed contra illam, ideò non rectè agit. *ibidem*. E.4.

Actu in quocunque siue bono tantùm bonitate morali, siue vltra bonitate meritoria, quantò concurrunt plura motiua ordinata agendi, tantò melior est. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. ℣. *Ex dictis*. L.8.

Actum distingui à sua rectitudine manifestius esset, si actus non esset raptim transiens, sed idem aliquandiu manens; quia sicut motus pro prima parte sui potest esse velox, & idem numero, & specie pro secunda parte sui tardus; ex quo sequitur, quòd nec velocitas, nec tarditas sunt omnino idem motui: ita posset actus primus elici conformiter regulæ rectæ, & idem actus continatus etiam posset elici postea non conformiter illi regulæ; & ita esset actus pro priori parte rectus, & pro posteriori non rectus; sed quia actus raptim transit; vel si manet, manet communiter cum eo sua rectitudo: nec idem manens mutatur à recto in non rectum: nec sibi recto pro priori parte succedit alia pars non recta; ideò non ita manifesta est differentia actus, & suæ rectitudinis. *Quodl.* Q.18. §. *Contra ista*. ℣. *Ad aliud*. V.X.16.

Actus, & suæ rectitudinis differentia concluditur tùm ex alijs, tùm per hoc, quòd relatio non consequens necessariò naturam fundamenti non est omnino eadem fundamento. *Quodl.* Q.18. §. *Contra ista*. ℣. *Ad aliud*. X.16.

Actus eo modo, quo debet habere bonitatem siue in specie, siue intentionis in specie; eodem modo, si caret bonitate debita, est peior priuatiuè; & si habeat conditionem aliquam positiuam repugnantem, est peior contrariè. *Quodl.* Q.18. §. *Ex isto*. ℣. *Apparet etiam*. A2.18.

Actus non dicitur formaliter rectus, vel iustus à iustitia habituali in voluntate; quia stante illa potest habere actus peccati venialis, vel actus indifferens, quorum neuter est actus iustus, vel rectus. *Quodl.* Q.18. §. *Contra ista*. ℣. *Ad aliud*. V.15.

Actus voluntatis propter hoc, quòd indifferenter [indifferentia scilicet ad contradictoria] est in eius potestate, licèt non nisi supposita intellectione; ideò per se est imputabilis agenti. *Quodl.* Q.18. §. *De secundò*. M.9.

Actus non ab eodem formaliter est bonus bonitate morali, & imputabilis; sed primum habet ex conuenientia ad regulam rectæ rationis, iuxta quam debet elici; secundum ex eo, quod est in libera potestate agentis. *ibidem*. ℣. *Ex hoc patet*. O.10.

Actus moralis imperatus.

Actus potentiæ inferioris non est bonus moraliter, nisi quia conformatur rationi rectæ, vt regulæ suæ. *Prolog.* Q.4. §. *Contra istam petitionem*. ℣. *Contra hoc dupliciter*. E.12.

Actus alterius potentiæ à voluntate, quem voluntas mediante actu suo volendi potest imperare, vt eliciatur, vel impedire ne eliciatur, est imputabilis voluntati, [licèt non sit proprijssimè sicut velle;] quia tota coordinatio vsque ad illum actum, etiam includendo istum actum, est in potestate voluntatis. *Quodl.* Q.18. §. *De secundò*. ℣. *Ex hoc patet*. O.10.

Actus non solus volendi natus est habere conuenientiam, vel disconuenientiam propriam ad dictamen rectum; sed actus imperatus natus est, mediante illo, habere conuenientiam, & conformitatem; & licèt idem sit, cui debet conformari iste, & ille: tamen ea, quæ conformantur, sunt diuersa; & ideò habent ex parte sua diuersas conformitates, seu conuenientias, licèt ad idem. *Quodl.* Q.18. §. *Contra ista*. ℣. *Ad primum esto*. T.14.

Actus imperatus habet rectitudinem propriam, licèt dependentem à rectitudine volendi. *ibidem*. ℣. *Ad aliud*. X.16.

Actus interior, & exterior sunt diuersa fundamenta; & licèt imputabilitas conueniat isti; tamen illa erit alia, & alia, sicut est alia causabilitas, & aliud subiacere causæ, licèt causa sit eadem. *Quodl.* Q.18. §. *De secundo in isto*. ℣. *Respondeo ex hoc*. Dd.20.

Actus imperatus est propriè imputabilis, quatenus imputabile generaliter dicitur illud, quod simpliciter est in potestate voluntatis; quia etsi non est immediate in potestate voluntatis; est tamen mediante actu volendi, qui actus non solùm secundùm se est in potestate voluntatis, sed etiam vt principium actus exterioris; quia voluntas potest per interiorem ponere illum exteriorem: exemplum: seruus ex præcepto Domini occidit; illa occisio imputatur Domino; quia in potestate sua erat actus serui, licèt mediatè. *Quodl.* Q.18. §. *De secundo in isto*. Dd.20.

Actus hominis liberè operantis, exterior, scilicèt imperatus, habet bonitatem moralem propriam aliquam aliam, quàm interior elicitus, quia 3. Trinit. 5. *mala voluntate, vel sola quilibet miser efficitur; sed miserior potestate, qua desiderium malæ voluntatis impletur; profectò, quamuis & sic male volendo miser esset: minus tamen esset, si nihil eorum, quæ perperam voluisset, habere potuisset*. Patens est, quòd non potest intelligi de miseria pœnæ; quia

desi.

Actus moralis imperatus.

desiderans, & non potens habere, quod desiderat, plus habet de pœna, quàm ille, cuius desiderium impletur; vnde intelligitur de miseria culpæ, quæ præfuit in actu interiori malo. *Quodl.* Q. 18. §. *De tertio*, ℣. *Primum probatur*. Q. 12.

Actui exteriori impossibile est conuenire illud, quod conuenit actui interiori, vel conuenire potest: & hoc intelligendo de vtroque actu, vt in *esse* reali; & de eo, quod sibi conuenit, vt in tali *esse*; licèt enim actui exteriori, in quantùm est obiectum volitum, & non vt actu elicitus, posset aliquo modo competere denominatiuè denominatione quadam exteriori illud, quod conuenit actui interiori realiter: non tamen idem eodem modo conuenit illi, & isti; quia etiam potentiæ operatiuæ non sunt capaces eiusdem: imo nec eiusdem rationis; nec per consequens actus illi essent capaces conuenientiæ eiusdem rationis; vel ad minus poterunt habere conuenientiam aliam, & aliam. *Quodl.* Q. 18. §. *De tertio*. ℣. *Primum probatur*. R. 12.

Actus exterior separatus ab actu interiori, hoc est sine illo positus in *esse*, licet non sit voluntarius; & hoc, quia effectus remotior non dicitur voluntarius, nisi ponatur in *esse* per actum interiorem, qui est effectus propinquior: tamen quia actus exterior coniungitur cum interiori, & ex illo procedit; tunc ille exterior, vt distinctus, habet rationem voluntarij, & distinctam, quia voluntarij mediatè: actus autem interior, non sic est voluntarius, sed immediatè. *Quodl.* Q. 18. §. *Ad argumentum principale*. ℣. *Ad probationem*. Ee. 21.

Actus exterior alio præcepto prohibetur, & alio interior, vt patet de istis præceptis: *Non mœchaberis: Non concupisces Vxorem &c.* & similiter de istis præceptis: *Non furtum facies: & non concupisces rem proximi. Quod.* Q. 18. *In argumento in oppositum.* n. 1.

Actum intellectus, ad hoc, vt voluntas possit eum imperare, oportet esse in potestate voluntatis; ita quòd possit intellectum auertere ab vno intelligibili, ad aliud intelligibile conuertendo; aliàs intellectus staret semper in cognitione obiecti perfectissimi, habitualiter sibi noti. 2. D. 42. Q. 4. §. *Quantùm ad primum*. ℣. *Respondeo, & dico*. C. 5.

Actus quicunque exterior natus est conformari alicui actui interiori, à quo habet suam bonitatem; & etiam ad aliquem interiorem ordinari, & finaliter ad velle. *Prolog.* Q. 4. §. *Contra hoc sic arguitur*. ℣. *Ad auctoritatem eorum*. K. 18.

Actus moralis malus.

Actus deformitas est à causa secunda, & non à prima. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. *Ad secundum argumentum tertiæ quæstionis*. Z. 35.

Actus peccaminosi deformitas, magis conuenit libero arbitrio in quantùm creatum, quàm in quantùm liberum. 2. D. 23. Q. Vn. *Ad tertium principale*. ℣. *Vel dici potest*. F. 9.

Actus formaliter voluntatis meæ, quo scilicet voluntas mea vult, non est actus voluntatis Diuinæ, sed effectus eius; quia voluntas Diuina semper est ordinata, & actus eius rectus: & iste actus voluntatis meæ est inordinatus; quia caret rectitudine debita: iste autem actus à Deo causante est ordinatè volitus, sicut materiale respectu causantis; quemadmodum in nobis actus noster materialiter est bonus; quia potest esse ex charitate elicitus. 2. D. 37. Q. Vn. *aliàs* 2. *Ad secundum in oppositum quartæ quæstionis*. Bb. 21.

Actus, qui est in potestate discordantis, & per hoc voluntarius, non est formaliter peccatum, quia si ille esset concors regulæ superiori, non esset peccatum: vnde in illo actu præcisa ratio peccati, est priuatio illius concordiæ. 2. D. 37. Q. Vn. *aliàs* 2. §. *Istæ quæstiones*. ℣. *Istud patet*. B. 7.

Actus positiuus volendi creaturam, non est formaliter peccatum, sed carentia debiti ordinis in actu illo, quo illud debet amari propter summum bonum, à quo ordine defuit voluntas quiescens in bono creato: & iste defectus est formaliter peccatum. *ibidem*.

Actus non rectus, non est peccatum, si Deus esset prima causa non agens rectitudinem. 2. D. 37. Q. Vn. *aliàs* 2. §. *Ad solutionem*. ℣. *Respondeo, si Deus*. X. 17.

Actus substratus peccato in voluntate à Deo est, tum quia est aliquod ens, & non à se; & ideo ab alio, & ita à Deo. 2. D. 37. Q. Vn. *aliàs* 2. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. A 2. 20.

Actus vnus virtuosus, vel vitiosus non facit hominem virtuosum, vel vitiosum generaliter, nec per consequens excæcatum generaliter circa omnia principia operabilium. 2. D. 27. Q. Vn. §. *Contra hoc arguitur*. ℣. *Quod si dicas*. n. 6.

Actus aliquis ex genere potest esse peccatum veniale, vt verbum otiosum. 2. D. 21. Q. 1. §. *Contra*. ℣. *Item suppono*. A. 2.

Actus de se venialis, non fit mortalis, nisi quatenus super ipsum cadit præceptum. *ibidem*.

Actus priuatiuè relati ad vltimum Finem, scilicet quia non sunt nati referri sicut peccatum veniale; & etiam contrariè ad eumdem finem relati, quia nimirum corrumpunt principium referendi, scilicet charitatem, vt peccatum mortale, sunt certè mali, scilicet peccatum veniale, & peccatum mortale. 2. D. 41. Q. Vn. §. *Aliter posset dici*. ℣. *Triplici autem modo*. A. 3.

Actus non est malus ex hoc solo, quod caret bonitate tali, vel tali; sed quia caret bonitate, quam debet habere: non tamen omnis actus debet habere talem bonitatem. 2. D. 41. Q. Vn. §. *Ad argumenta*. C. 5.

Actus potest esse malus priuatiuè, ita quòd non eliciatur ex gratia: & tamen non est demeritorius, quia ille actus, qui est simpliciter bonus in genere moris, non est meritorius: & tamen non omnis actus talis est demeritorius. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Ad solutionem*. ℣. *Huic triplici*. F. 13.

Actus intellectus, vt præcedit actum voluntatis, non habet deformitatem ab actu voluntatis sequente; sed in illo priori Dæmones possunt aliquod verum accipere, & hoc tam speculabile, puta *Deum esse trinum*, tam agibile, puta *Deum esse diligendum*. 2. D. 7. Q. Vn. *Ad primum principale*. S. 25.

Actus, in quantùm est contra prohibitionem Diuinam, est inordinatus, & consequenter [secundùm aliquos] Deus non potest dispensare in illo, in quantùm est contra prohibitionem. 3. D. 37. Q. Vn. §. *Aliter dicitur*. n. 2. Impugnatur *ibidem*. §. *Sed istæ expositiones*. A. 3.

Actus positiuus, & malitia non sunt vnum per se, nec in re, nec in conceptu: potest tamen aliquod nomen imponi ad significandum nec actum solùm, nec deformitatem illam, sed totum simul. 3. D. 38. Q. Vn. §. *Aliter dicitur*. ℣. *Hoc potest*. A. 6.

Actu peccati actualis transeunte, nihil præter iniustitiam habitualem, scilicet carentiam gratiæ, manet in anima, nisi obligatio propria ad pœnam correspondentem culpæ actuali. 4. D. 22. Q. Vn. § *De primo dicitur*. ℣. *Contra hoc*. A. 3.

Actus ille est de se malus, cuius obiecto repugnat esse bonum; siue cuius obiectum repugnat actui, & actus agenti: & per oppositum ille actus est de se bonus, cuius obiectum est simpliciter bonum necessarium, & perfectissimè conueniens agenti. 4. D. 26. Q. Vn. §. *Ad solutionem*. ℣. *Ad probationem*. C. 4.

Actus malus non minuit inclinationem naturalem ad bonum, sicut nec naturam. 3. D. 18. Q. Vn. *Ad sextum principale*. M. 20.

Actus vitiosus non impugnat, nec impedit positiuè delectationem ordinatam concupiscibilis; quia non simul insurgit talis actus, quasi impediens actum concupiscibilis: vnde non oportet actum illum expugnare, nisi tantùm priuatiuè, scilicet fugiendo, ne talis actus insit. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Contra illam opinionem*. ℣. *Contra tertiam*. C. 8.

Actus singuli mali habent proprias malitias; quia sicut nati sunt habere proprias bonitates, quia conuenientias, vel conformitates, siue eidem regulæ, siue alij: sic singuli habent proprias carentias. *Quodl.* Q. 18. §. *Ex isto*. ℣. *Aliud, quod singuli*. Y. 17.

Actus nullus potest esse malus, etiam materialiter, nisi qui potest imperari ab actu voluntatis formaliter malo. 2. D. 42. Q. 4. §. *Ad quæstiones istas*. ℣. *Præterea omnis causa*. B. 2.

Actus malus damnatorum, etsi concedi possit esse culpa; non tamen propriè demeritoria, quia non elicitur à via-

Actus moralis malus.

tore, cuius solius esse mereri, & demereri; qui magis propriè potest dici actus damnatorius, siue damnati: sicut ex alia parte actus beati, licet sit acceptabilis Deo, non tamen propriè est meritorius; sed magis actus beatificus, vel actus beati, vel ex beatitudine procedens. 2. D.7. Q.Vn. *Ad sextum principale*. ℣. *Respondeo; & si*. Z.28.

Actus voluntatis potest esse malus, concupiscendo bonum vltimi finis alicui alij ab vltimo fine, eo modo, quo non congruit alicui alij. 2. D.6.Q.2.§.*Ad videndum*.℣. *Aliter potest dici*. K.11.

Actus voluntatis amando finem in se, non potest esse malus; & iste actus est actus amicitiæ, non concupiscentiæ. 2. D.6. Q.2. §. *Ad videndum*. ℣. *Aliter potest dici*, K.11.

Actus indifferens.

Actus nullus singularis [secundùm aliquos] est indifferens: actus verò in communi est indifferens. 2. D.41. Q.Vn. §. *Hic dicitur*. n.2.

Actus indifferens, qui scilicet habet determinatam speciem in genere naturæ per comparationem ad omnes causas suas, videtur posse inueniri in bonitate, & malitia morali comparando ad actum naturalem; & posse tamen habere indifferenter bonitatem moralem, & malitiam. 2. D.41.Q.Vn. §.*Aliter posset dici*. n.2.

Actus multi sunt indifferentes, non tantùm secundùm *esse*, quod habent in specie naturæ, sed etiam secundùm *esse*, quod habent in *esse* morali; & sunt etiam indifferentes ad bonum meritorium, & malum demeritorium, quia vnum indiuiduum potest esse tale, & aliud tale. *ibidem*. ℣. *Ideo probabile*. C.4.

Actus multi singulares eliciti sunt indifferentes, quia nec sunt tales, neque tales: & non solùm actus non humani, de quibus non est sermo, sicut mouere barbam, leuare festucam, & huiusmodi, quæ procedunt ex sola imaginatione, non ex libero arbitrio impellente; sed etiam de actibus liberè elicitis. 2. D.41. Q.Vn. §. *Aliter posset dici*. ℣. *Ideo probabile*. C.4.

Actibus ex similibus generatur similis habitus; & ita ex multis actibus indifferentibus potest generari consimilis habitus, ad consimiles actus in genere immobiliter inclinans: non tamen inclinat ad eos vt bonos, nec vt malos: sicut etiam ipse in se neque est bonus, neque malus, sicut nec etiam non generatur ex actibus bonis, neque malis. 2. D.41. Q.Vn. *Ad secundum principale*. D.5.

Actus nullus, si ex se non esset indifferens; siue sic; si nullus actus esset ex se indifferens, non posset ex vno actu effectuæ esse bonus per se, & ex alio malus, contra illud Ambros. 1. Offic. 30. *Affectus tuus operi nomen imponit*. *Ibidem*. *In argumento in oppositum*. n.1.

Actus alicuius in statu isto fortè non est neuter inter bonum, & malum meritorium, vel demeritorium, nisi in vno casu, quando scilicet actus est bonus ex circumstantia, ad quem non inclinat charitas; quia modò quilibet, vel est in gratia, vel in peccato: si in gratia, & habet actum bonum moraliter ex circumstantijs bonis; ergo gratia inclinat ad illum, & ita est meritorius: si autem habet actum malum moraliter ex circumstantia, planum est, quòd ille est demeritorius. 2. D.7.Q.Vn.§.*Ad solutionem*. ℣. *Huic triplici bonitati*. F.13.

Actum tàm in ratione morali, quàm in ratione meriti, & demeriti, potest poni indifferens, qui licèt sit malus priuatiuè, non tamen contrariè, quia indifferens. *ibidem*.

Actus, non solùm propter neutralitatem actus in genere moris potest esse neuter in ratione meriti, & demeriti idest, nec bonus, nec malus, accipiendo ista contrariè; sed propter dispositionem ipsius operantis; puta si in statu innocentiæ absque gratia aliquid egisset: fuisset quidem ille actus perfectè bonus moraliter, & tamen non bonus meritoriè, quia non habuisset principium merendi, nec malus contrariè. 2. D.7. Q.Vn. §. *Ad solutionem*. ℣. *Huic triplici bonitati*. F.13.

Actus aliquis potest esse indifferens; sicut enim ex frequenter benè *agere* acquiritur habitus inclinans ad benè agendum, & ex frequenter malè *agere*, inclinans ad malè agendum: sic ex frequenter agere absolutè acquiritur habitus ad agendum tali ratione, neque cum bonitate, neque cum malitia; & sic nec actus generatiuus fuit talis, scilicet bonus, vel malus: hoc patet; potest enim aliquis frequenter considerans geometriam, habere facilitatem magnam ad considerandum conclusionem in illa scientia: nec est ibi habitus bonus, vel malus, sicut nec actus, ex quo generabatur: sic & in habitu supernaturali potest esse. 4. D.6. Q.10. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Hæc non concludunt*. O.16.

Actus neuter, siue indifferens, dummodo sit in potestate agentis, imputatur, vel vt quodammodo vituperabilis, quia poterat inordinatè agere; vel saltem vt non laudabilis; & hoc propter defectum eius, qui potuit laudabiliter egisse. *Quodl*, Q.18. §. *De secundo articulo*. N.9.

Actus aliquis indifferens potest elici ab habente charitatem; quia non apparet repugnantia, quòd aliquem actum eliciat non ordinans actualiter ad finem vltimum, vel virtualiter, hoc est virtute alicuius actus immediatè ordinati ad illum: vnde ille non est meritorius, nec tamen est peccatum, quia nullo præcepto astringitur quis actualiter omnem actum suum ordinare in Deum, vel virtualiter, modo prædicto. *Quodl*. Q.17.§. *De secundo, dico*. ℣. *Contra hoc*. D.5.

Actus meritorius.

Actus meritorius est *actus Deo specialiter acceptus, tanquam scilicet dignum præmio reddendo pro illo actu: specialiter* dixi, quia omnia acceptat acceptatione generali diligendo ea secundùm bonitatem suam, & ordinando ea ad se ipsum, vt ad finem; sed actum meritorium specialiter acceptat in ordine ad aliquod bonum iustè reddendum pro eo. *Quodl*. Q.17. §. *De secundo, dico*. B.3.

Actus, vt sit meritorius, debet esse acceptabilis Deo, non tantùm quatenus acceptat omnem creaturam, vel vt vult actum substratum peccato; sed *specialiter*, quatenus ordinatur ad vitam æternam, tanquam meriti condigni ad præmium. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Ad solutionem*. ℣. *Dico igitur*. Gg.22.

Actus, qui est meritum, est absolutum quid, & prius natura acceptatione Diuina passiua, & magis ens ea. 1. D. 17. Q.2. vel 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ℣. *Contra, saltem*. Ll.26.

Actus, secundum se consideratus absque acceptatione Diuina æterna, secundùm strictam iustitiam, non fuisset dignus præmio beatitudinis ex intrinseca bonitate, quam haberet ex suis principijs. *ibidem*.

Actus, quòd sit condignum meritum, hoc est vltra naturam, & bonitatem actus intrinsecam ex mera gratuita acceptatione Diuina: & fortè adhuc vltra illud, ad quod de communi lege esset actus acceptandus, quandoque Deus præmiat ex mera liberalitate. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ℣. *Contra, saltem*. Ll.26.

Actum acceptare Deus disponit: nec talis actus circa idem obiectum esset in Patria beatitudo; quia non esset ita perfectus, sicut posset haberi à tali potentia, si esset perfecta proportionaliter habitui supernaturali. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad secundum*. Pp.33.

Actus, qui meretur augmentum charitatis, est meritorius in eo instanti, quo elicitur; ideoque præsupponit charitatem in eodem instanti. 1. D.17. Q.3. vel 4. §. *Contra istam propositionem*. ℣. *Ex hoc arguo*. Qq.3.

Actus meritorius augmenti, si corrumperetur habitus charitatis præcedens in eo instanti, in quo elicitur actus, tunc in illo instanti, non posset elici. *ibidem*.

Actu in meritorio, vt præcedit meritum, includitur intensio actus, & substantia actus, & rectitudo moralis. 1. D. 17. Q.2. §. *Sed tunc est vlterius dubium* ℣. *Potest dici*. Gg.24.

Actus quicunque ex solis intrinsecis agenti non habet ordinem ad beatitudinem, & præmium ex iustitia. 1. D.17. Q.2. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ℣. *Contra: ratio meriti*. Ii.25.

Actu merentis, hoc est in actu merentis, relatio ad actionem Diuinam est de ratione meriti, quæ relatio non est sine actione Diuina. *ibidem*. Kk.25.

Actum ex puris naturalibus esse meritorium, appropinquat errori Pelagij; ideo verisimilius creditur, quòd acceptet naturam, & actum eius tanquam meritorium per habitum

bitum

bitum supernaturalem. 1. D.17. Q.2. vel 3. *§. De secundo articulo*. Mm.29.

Actus voluntatis creatae ex puris naturalibus circa obiectum supernaturale ostensum à fide, non esset meritorius; quia non esset secundum inclinationem habitus [charitatis,] secundùm quem solùm Deus disponit acceptare actum; nec talis actus circa idem obiectum clarè visum esset in Patria beatitudo; quia non esset ita perfectus, sicut posset haberi in tali potentia, si esset perfecta proportionaliter habitui supernaturali. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad secundum*; *quamuis*. Oo.33.

Actus immediatè productus à Spiritu Sancto in voluntate, non esset actus voluntatis, vt in potestate eius: nec credimus ipsum talem actum acceptare; quia disposuit actum liberi arbitrij, & qui esset in potestate eius, acceptate. *ibidem*. §. *Ad primum de secunda via*. Qq. 35.

Actus, vt acceptabilis Deo, non videtur esse in potestate agentis, nisi illud, quo formaliter ageret, esset forma eius, vt ordinatur ad beatitudinem aeternam. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Ad solutionem*. ✝. *Dico igitur*. Gg.22.

Actus, qui est meritum, est in potestate mea, supposita influentia generali, si habeo vsum liberi arbitrij, & gratiam: sed completio in ratione meriti non est in potestate mea, nisi dispositiuè; tamen sic dispositiuè, quòd ex dispositione Diuina semper sequitur illud complexiuum ad agere meum: sicut semper sequitur animatio ad organizationem. 1. D.17. Q.2. vel 3. *§. Sed tunc est vlterius*. ✝. *Contra: ratio meriti*. Kk.24.

Actus voluntatis circa obiectum beatificum [correspondens suis meritis] non est maximus, cuius est capax: semper tamen maior est illo, quem posset habere existens in puris naturalibus. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad primum respondeo*. Pp.34.

Actus exterior non acceptatur, nisi quia interior acceptatur: nec interior, nisi quia potentia illa, cuius est actus, vel elicitus, vel imperatus, acceptatur; sed non est vlterius resoluere illam acceptationem istius potentiae in acceptationem alicuius prioris acceptati, quia nihil est prius acceptabile acceptatione speciali, nisi mediante illa potentia. 2. D.26. Q.Vn. *Ad quartum principale*. C.7.

Actum inter meritorium, siue; Inter actum meritorium, bonum, & malum, videtur esse medium. 2. D.41. Q.Vn. §. *Aliter posset dici*. ✝. *Secundo etiam*. n.2.

Actus potest referri ex charitate in finem vltimum tripliciter: vno modo actualiter, sicut cogitans actualiter de fine diligit illum, & vult aliquid propter illum: alio modo virtualiter, sicut ex cogitatione, & dilectione finis deuentum est ad volitionem huius entis ad finem; puta ex cognitione, & dilectione Dei pertinente ad portionem superiorem, portio inferior considerat, talem actum, puta poenitentiae, esse assumendum, & postea illum exequitur volendo, non tamen tunc referendo ad finem; quia tunc nec actualiter cognoscitur, nec diligitur: Tertio modo habitualiter, puta si omnis actus referibilis in finem, manens cum charitate, quae est principium referendi, dicatur referri habitualiter. 2. D.41. Q.Vn. §. *Aliter posset dici*. ✝. *Secundo etiam modo*. A.3.

Actus relatus ad vltimum finem actualiter ex charitate, est sine dubio meritorius; & actus virtualiter tantùm ad eumdem ex charitate relatus, est probabiliter meritorius. *ibidem*.

Actus, qui refertur habitualiter tantùm ad vltimum finem, & negatiuè, idest qui non refertur actualiter, nec virtualiter ex charitate, si ponatur, quòd sit meritorius, vel peccatum veniale (quia mortale non potest esse) videtur, quòd homo continuè existens in gratia, vel mereatur continuè, vel peccet saltem venialiter, quia multos tales actus elicit continuè, qui nec referuntur actualiter, nec virtualiter, secundùm dictum modum. 2. D.41. Q. Vn. §. *Aliter posset dici*. ✝. *Triplici autem*. A.3.

Actus non relatus ad finem vltimum, scilicet nec actualiter, nec virtualiter, indifferentes ponere probabile videtur, quia non habent rationem sufficientem malitiae pertinentem ad peccatum veniale; quia possibile est, nullam deordinationem esse in eis, quae sufficiat ad rationem peccati: neque videtur esse in istis actibus sufficiens ratio bonitatis, vt sint meritorij; quia non videtur minor relatio sufficere ad meritum, quàm relatio virtualis, qualis non est hic. *ibidem*. B.4.

Actus omnis acceptatus à Deo tanquam actus bonus, & laudabilis, pro quo Deus velit aliquid retribuere illi, cuius actus acceptat, vel alteri, pro quo fit, est meritorius. 3. D.18. Q.Vn. *§. In ista quaestione*. ✝. *Ad secundum*. D.9.

Actum beatificum Michaelis, vel alterius Beati, licèt non sit contradictio, esse meritorium: tamen de facto Deus non sic acceptat actum illum; quia persona illa est totaliter extra statum merendi secundùm totum subiectum. 3. D.18. Q.Vn. §. *In ista quaestione*. ✝. *Ad secundum*. D.9.

Actus nullus est meritorius sui ipsius. 3. D.18. Q.Vn. §. *Hoc viso*. F.12.

Actum habere, ad quem non potest praecedere meritum ex liberalitate dantis, nobilius est, quàm habere actum debiliorem cum multo merito praecedente. 3. D.18. Q.Vn. *§. Hoc viso*. ✝. *Ad primum istorum*. F.13.

Actus beatificus Christi, si posset cadere sub merito, anima illa posset mereri illum, nisi esset praeuenta ipso actu beatifico: & ideò anima Christi non fuit ingloriosior ex hoc, quòd beatitudo eius fuit sine omni merito praecedente, posito etiam, quòd actus ille potuerit cadere sub merito. 3. D.18. Q.Vn. §. *Hoc viso*. ✝. *Aliter dicitur*. G.13.

Actus idem non potest esse praemium, & meritum respectu eiusdem, quia alterum excedit, scilicet praemium; & quia hoc esset dicere, quòd aliquis meruit, quia Deus dedit illi meritum, licèt actus in Christo possit esse praemium sibi, & eum hoc meritorius alijs. *ibidem*. ✝. *Ad secundum dico*. G.14.

Actus beatificus, & meritorius sunt duo actus in Christo [tenendo, quòd meruit secundùm portionem inferiorem;] quia vnus respicit aeternum, & alius temporale in ordine ad finem vltimum. 3. D.18. Q.Vn. §. *Hoc viso*. ✝. *Ad secundum principale*. H.17.

Actus eiusdem distinctio in actum, vt meritum, & in actum vt praemium, non est, nisi distinctio rationis, considerantis actum illum diuersimodè. 3. D.18. Q.Vn. §. *Hoc viso*. ✝. *Praeterea, tali*. G.14.

Actus intrinsecus est meritorius; circumscripto actu extrinseco; ideoque per illum Angeli potuerunt mereri. 2. D. 5. Q.1. §. *In ista quaestione*. A.2.

Actus meritorius est dispositio in fieri, & non in facto esse remanens requisita ad beatitudinem supernaturalem; & huiusmodi dispositio est actus meritorius respectu beatitudinis simpliciter. 2. D.5. Q.2. *Ad secundum principale*. ✝. *Et ad auctoritatem*. P.17.

Actus vnus meritorius, & vnum opus supernaturale, non est sufficiens inductiuum ex congruo beatitudinis supernaturalis. 2. D.5. Q.2. *Ad primum principale*. ✝. *Vel esto, quòd non*. R.18.

Actus potest esse malus [quantùm ad meritum] priuatiuè, ita quòd non elicitur ex gratia; & tamen non est [positiuè] demeritorius; quia ille actus, qui est simpliciter bonus in genere moris, non est meritorius: & tamen non omnis actus talis est demeritorius. 2. D.7. Q.Vn. §. *Ad solutionem*. ✝. *Huic triplici bonitati*. F.13.

Actus meritorius requirit, quòd sit plenè humanus, & hoc est, esse ex plena deliberatione: & similiter actus demeritorius non minus requirit illud; non enim est Deus pronior ad condemnandum, quàm ad parcendum. 3. D.39. Q.Vn. §. *Videtur ergo*. B.4.

Actus bonus, cum quo concurrit veniale, est minus intensus, & ideò minus meritorius, quàm foret sine illo veniali. 4. D.4. Q.7. *§. Sic ergo*. ✝. *Respondeo peccatum*. F.5.

Actus est nobilior passione, & ideò magis praemiatur in actu; & hoc est congruum. 4. D.49. Q.7. *Ad tertium pro prima opinione*. D.7.

Actus elicitus voluntatis, quo vult beatitudinem, non est propriè naturalis; quia non est inclinatio naturalis ad beatitudinem, quae dicitur *velle* naturale voluntatis, vt natura est: potest tamen dici naturalis, quia conformis est inclinationi naturali: propter quod dicit August. *in Enchirid. cap. 104. Neque voluntas non est, aut non libera dicta est, quia sic beati esse volumus, vt miseros non esse velle non possumus*. 4. D.49. Q.10. §. *Respondeo ergo*. ✝. *Dico, quòd non*. E.7.

Actus quantò cum maiori conatu elicitur, tantò debet habere maiorem rectitudinem ; & per consequens tantò magis deber ordinare ad maius præmium : vnde qui grauius peccat, priuat se maiori bono . 4. D.50. Q.6.§. *Ad primam quæstionem*. ✠. *De pæna damni*. O.32

Actus alicuius non acceptatur, vt dignus præmio, nisi persona operans sit accepta secundùm illud Genes. *Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius :* priùs ad Abel, quam ad munera ; quia non placet oblatio non dilecti : vnde sequitur *ibidem : Ad Cain verò, & ad munera eius non respexit*. *Quodl*.Q.17.§.*De secundo*. ✠ *Vlterius*. D.4.

Actus, ad hoc, vt sit meritorius, non sufficit, quòd habeat secum charitatem inexistentem personæ ; sed vltra hoc requiritur, quod secundùm inclinationem charitatis inexistentis actos eliciatur ; Deus enim, qui se solum, & propter se ipsum diligit, potest aliquam formam deiformem dare creaturæ, quam habens specialiter diligatur, & opus eius, ad quod ipse inclinat pro quanto fit, secundum ipsius inclinationem, specialiter acceptatur. *ibidem*. ✠. *Potest igitur dici*. E. 5.

Actus dilectionis naturalis, & meritoriæ non differunt specie, & hoc loquendo de per se differentia, quam imperat per se ratio naturalis, & ratio meritorij: non autem per accidens, de differentia scilicet aliqua concomitante, puta differentia obiectorum, vel aliqua tali ; intelligendo etiam de differentia actus specifica in *esse* naturæ. *Quodl*. Q.17.§. *De tertio*. F.6.

Actus naturalis, loquendo de naturali, vt distinguitur contra supernaturale, est proprium potentiale respectu illius, quod dicit meritorium; quia actus sub illa ratione consideratus, sub qua est in potestate naturali voluntatis, capax est ordinis illius, quem importat meritorium ; & consequenter non distinguitur specie ab actu meritorio, vt meritorius. *ibidem*. ✠. *Contra hoc illud*. G.7.

Actus qui est completè circumstantionatus secundùm virtutem moralem, est potentiale respectu virtutis, quam dicit meritorium ; imo est immediatius potentiale, quam actus naturalis ; *naturalis*, hoc est naturæ nudæ, vt præsupponitur virtuti morali : Est enim rationabile, vt actus merè naturalis per priùs recipiat perfectionem illam, quæ non transcendit totam facultatem naturæ, cuiusmodi perfectio est secundùm virtutem moralem; & vlterius, illa habita, recipiat virtutem supernaturalem. *Quodl*.Q.17.§. *De tertio*. ✠. *Respondeo actus*. H.7.

Actus vt est charitatis, siue meritorius, licèt non sit in specie disparata ab actu, vt est virtus moralis ; erit tamen in specie vlteriori, & completiori, quàm sit actus, vnde moralis : hoc modo posset concedi, quòd actus virtutis, vnde moralis distinguitur specie ab actu, qui est charitatis, siue meritorius. *Quodl*.Q.17.§.*De tertio*. ✠. *Contra hoc*. & ✠. *Hic vno modo*. I.8.

Actum acceptari à voluntate Diuina in ordine ad præmium reddendum, nihil aliud est, quàm voluntatem sic acceptare actum. *Quodl*.Q.17.§. *Ad argumentum principale*. N.13.

Actus notando per ordinem, hic est imputabilis ad laudem, vel vituperium : actus virtuosus secundùm virtutem moralem, actus charitatiuus, & actus meritorius: primus dicit respectum ad potentiam liberè elicientem actum: secundus addit respectum ad virtutem inclinantem, vel veriùs ad regulam virtutis, scilicet rationem rectam, vt dictamen: tertius dicit respectum ad charitatem inclinantem: quartus ad voluntatem Diuinam specialiter acceptantem : Tertius dicit bonitatem aliquam vltra secundùm, & præexactam ad quartum, non ex natura rei, sed ex dispositione voluntatis acceptantis. *ibidem*. ✠. *Nota hic*. P.17.

Actum meritorium potest voluntas habere circa aliquod obiectum, quod non est in potestate sua; imo quod est necessarium, & impossibile aliter se habere : sicut potest amare Deum amore amicitiæ, volendo sibi bonum, puta ipsum esse iustum, sapientem, & huiusmodi ; & tamen velit, nolit voluntas, Deus est iustus, sapiens &c. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. ✠. *Ad secundum dico*, G. 14.

Actus infinitus, & infinitè acceptatus Deo, non potest essentialiter dependere ab aliquibus causis finitis in perfectione cum causa infinita coagente ; & ita quòd creatum habeat essentialem causalitatem super illum actum, & non accidentalem, sicut natura assumpta super *velle* Verbi ; & sicut albedo in ædificatore super ædificare . 3. D. 19. Q. Vn. §. *Contra hunc modum*. ✠. *Præterea per se*. n. 5.

Actus ille est perfectè meritorius, quo amo bonum infinitum, non vt est commodum mihi, sed tantum, vt in se bonum, desiderando scilicet beatitudinem, non vt commodum mihi, sed vt perfectus amor Dei, vt in se boni . 3. D.26. Q.Vn.§. *Ad primum horum*. ✠. *Ad secundum dico*. K. 21.

Actus beatificus .

Actus beatifici causa totalis quòd sit obiectum, fortè potest dici, & quòd potentiæ se habeant ibi respectu illius actus, vt tantùm receptiuæ, & passiuæ ; & quòd receptiua non distinguunt formas receptas in specie. 2. D.1.Q. 5. *aliàs* 6. *Ad primum principale*. G.6.

Actus beatificus est simpliciter perfectior habitu, etiam in ratione perfectionis finalis, quia immediatius attingens obiectum finale : & in ratione etiam perfectionis formalis ; quia tanta perfectio non posset competere habitui in summo, quanta actui in summo. 4. D. 49. Q.1. *Ad quintum principale*. Ff. 21.

Actus beatificus est primus, & immediatus respectu vltimi finis, & ita non habetur virtute alicuius actus voluntaris prioris. 4. D. 49. Q.5. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Præmissa diuisione*. B. 2

Actus voluntatis [ad quem determinatur à causa superiori, sicut est actus beatificus] laudabilis est, pro quanto ipsa voluntas in suo ordine contingenter se determinat . 4. D.49. Q.6. §. *Dico ergo*. ✠. *Ad secundam*. K.15.

Actum beatificum, in quantum formatus [idest in quantum est a forma charitatis] secundùm quam rationem dicunt [ponentes beatitudinem mensurari æternitate Diuina] actum esse beatificum, impossibile est, esse magis, vel immutabilius permanentem, quàm secundùm substantiam ; quia impossibile est, illud, quòd inest alicui per accidens, esse immutabilius illo, cui inest ; quia *esse* eius (secundùm eosdem) mensuratur æuo . Ex hoc sequitur, quod actus in quantùm formatus, siue in quantùm beatificus [si mensuraretur æternitate Diuina] haberet maiorem immutabilitatem, quàm æui . 4. D.49. Q. 6. §. *De secunda*. ✠. *Ex hoc arguitur*. K.16.

Actus beatificus intellectus non potest esse cognitio abstractiua, sed necessariò intuitiua ; quia abstractiua est æquè existentis, & non existentis ; & sic beatitudo posset esse in obiecto non existente, quod est impossibile. *Quodl*.Q.6.§. *Et statim*. ✠. *Et ista distinctione*. H. 8.

Actus beatificus, si est necessariò intuitiua ipsius obiecti, erit consequenter eius, vt existentis, & in existentia propria præsentis; & per consequens omnis conditio, quæ est obiecti per se beatifici, est eius per se vt in existentia reali ; imo vt in ipsa existentia reali præsentis. *ibidem*. H.9.

Actus ille, qui tendit in Deum, vt est in se bonus, non variatur ex præsentia perfecta, vel imperfecta Dei, sicut ille, qui tendit in Deum, vt est bonum commodum ; prima enim variatio, vel non est secundum speciem, vel si est, non tamen est secundum speciem ita remotam, sicut secunda . 3. D.31.Q.Vn.§ *Viso de fide*. E.7.

Actu eodem ab intellectu beato videtur essentia Diuina, & res in ipsa. *Quodl*.Q.15.§. *De secundo articulo*. ✠. *Ite eide*. V.21.

Actus beatificus Christi Domini licet fuerit adæquatus intensiuè, ita vt perfectiorem habere non posset : non fuit tamen adæquatus extensiuè, quin simul alium imperfectiorem habere posset; alioquin nullus Beatus posset cognoscere res in proprio genere, quia eadem potentia cognoscit Deum visione beata, & alia in genere proprio . 3. D.18. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. H. 17.

Actus fruitionis beatificæ, quantum est ex natura sui primi obiecti, natus est, vt sit trium personarum in essentia ; quia non ponendo aliquod miraculum ex parte obiecti, erit de se trium . 1. D.1.Q.2.§. *Quantum ad tertium articulum*. ✠. *Exemplum; licèt in*. G.9.

Actus secundus, etiam diligendi, non est eiusdem rationis in via, & in Patria. 2. D.26.Q.Vn.§. *Contra istam positionem*. ✠. *Dico, quòd argumentum*. A.5.

Actus aliqui si succedunt in Patria repugnantes illis, qui nunc habentur, vt *videre*, & *tenere*, succedunt *credere*, & *sperare* : illi actus succedentes non habent propriè incompossibili-

Actus beatificus.

possibilitatem ad habitus fidei, & spei. 3. D.31. Q.Vn. §. *Respondeo: nullus*. ✠. *Respondeo; non oportet*. B.2.

Actus beatificus, vel est qualitas, vel si non, saltem secundùm communem opinionem ad beatitudinem requiruntur aliquæ formæ supernaturales, vel aliqua forma, quæ est qualitas: quantitas autem nullo modo est substantiæ principium attingendi suum finem. 4. D.12. Q.2. §. *Hic sunt*. ✠. *Tertiò, quia per qualitates*. D.9.

Actus virtutis moralis.

Actus si esset vnius virtutis, & ista esset generata, esset generatiuus vnius, & consequenter non omnium. 3. D.36. Q.Vn. §. *Dicitur aliter*. ✠. *Contra hoc*. A.8.

Actus duo perfecti generatiui duarum virtutum non possunt simul haberi. 3. D.36. Q.Vn. §. *Per hoc*. ✠. *Per idem ad glossam*. D.10.

Actum vnum vltimatè generare duas virtutes morales inconueniens quidem est in moralibus; sed hoc non est inconueniens in temperantia, & prudentia, quia ille actus, qui generat prudentiam in ratione regulatiui, generat temperantiam in ratione regulati: non autem habet rationem virtutis, nisi ex ratione regulati; & ideò generat temperantiam in ratione virtutis: non sic potest dici comparando eam ad fortitudinem; quia fortitudo non est regula eius. 3. D.36. Q.Vn. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Posset dici*. H.16.

Actus tàm intellectus, quàm voluntatis, generando aliquid per se in *esse* naturæ, potest concomitanter generare illud in *esse* relatiuo, & vlterius concomitanter suum relatiuum, puta vnus actus generaret simul natura virtutem moralem, & eius prudentiam; & secundùm hoc diceretur, quòd vterque habitus præcedens electionem rectam esset quidam intellectus scientiæ moralis, siue quædam scientia moralis. *ibidem*. H.17.

Actus, licet non habeatur habitus virtutis, posset omnem rectitudinem moralem habere, etiam completè, existens in genere moris, scilicet conformitatem eamdem ad regulam, puta dictamen rerum; & ideò in moralibus haberetur eadem voluntas moralis, quia illa rectitudo est bonitas moralis, vel non est fine ea. *Quodl.* Q.17. §. *De isto*. ✠. *Respondeo, ratio*. I.9.

Actus sunt laudabiliores passionibus, loquendo de actu virtutis, quæ distinguitur contra passionem, quæ non accidit ex virtute: & sic loquitur Philosophus, quando dicit 2. Ethic. cap.5. quòd *passionibus non laudamur, nec vituperamur*. 3. D.20. Q.Vn. *Ad secundum principale*. E.11.

Actus virtutis circa tristabile est magis meritorius; quàm actus virtutis circa delectabile. *ibidem*.

Actus virtutum moralium sicut in generali fuerunt necessarij cuilibet saluando; sic actus præcepti affirmatiui sunt necessarij, qui obligant semper, sed non pro semper, sed pro aliquando, quando scilicet concurrunt debitæ circumstantiæ, scilicet, *quando, propter quid, sicut oportet*, & quomodo &c. 3. D.25. Q.1. §. *Sed posito*. B.3.

Actus contemnendi omnia propter Deum est arduus, & consonus rationi; & ideo ad illum potest esse virtus inclinans pauperem: & tamen non potest habere liberalitatem, quia non habet materiam huius virtutis, quia nihil habet, quod possit dare. 3. D.36. Q.Vn. *Ad secundum principale*. Quære verba in secundo argumento principali, hic à Doctore concessa. n.1.

Actus virtutis Theologicæ.

Actum omnem theologicum formalis ratio terminandi est præcisa ratio essentiæ Diuinæ, & hoc in quacunque natura intellectuali. 3. D.27. Q.Vn. §. *Quantum ad istum*. ✠. *Prima ratio*. C.7.

Actus virtutum theologicarum sunt pro aliquando necessarij; quia actus virtutum moralium non ordinantur in finem, nisi per actus theologicarum. 3. D.25. Q.1. §. *Sed posito*. B.2.

Actus fidei.

Actus fidei acquisitæ, & infusæ non est inconueniens multis esse alterius rationis, sicut de actibus intelligendi respectu obiectorum formaliter distinctorum. 3. D.23. Q. Vn. §. *Contra, quia sic*. ✠. *Sed hoc*. E.12.

Actum implicitum fidei infusæ necessarium fuit habere in omni statu de omnibus articulis; tunc enim habetur actus implicitè, quando habetur habitus. 3. D.25. Q.1. §. *Sed posito*. ✠. *Articuli*. C.6.

Actum fidei antiquorum [idest ante aduentum Christi] esse de eodem credibili (loquendo de actu credendi in Redemptorem) de quo est actus noster, teneret ille, qui diceret, quòd idem verum est de præsenti, de præterito, & de futuro; quia eadem fuerunt extrema simplicia credita, & consequenter eadem fuit vnio extremorum; & ideò idem credibile fuit, quod antiqui crediderunt futurum, & quod nos credimus præteritum. 3. D.25. Q.1. §. *Vltimò videndum*. H.10. *Impugnatur ibidem*.

Actus credendi dependet ex duobus, scilicet ex habitu inclinante, & præsentia credibilis, quod non est præsens in habitu; & ideò sine Doctore, & reuelatore non tenentur simplices, quibus non erant tot credenda explicata, tot credere sicut Moyses: nec Moyses fortè, sicut tenentur modò Maiores in Ecclesia, quia tot credibilia non erant ei reuelata. 3. D.25. Q.1. *Ad primum principale*. I.11.

Actus credendi est ab obiecto præsenti, sicut ab efficiente actum: non sic autem est à voluntate. 3. D.25. Q.2. §. *Ideo dico*. A.2.

Actu vno, & eodem potest quis simul credere ex testimonio asserentis, & credere secundùm inclinationem fidei infusæ, si inest; & consequenter idem est actus in te, & ille, vt est naturalis, est potentialis ad illam perfectionem, quam recipit à fide infusa: proprium autem potentiale non distinguitur specie à perfecto habente, vltra illud potentiale, propriam perfectionem. *Quodl.* Q.17. §. *Contra conclusionem*. ✠. *Ad aliud*. L.10.

Actum fruitionis si quis elicit circa Deum naturali ratione sciens, Deum esse bonum, & alter credens, ipsum esse bonum, diligat ipsum; nec primus actus requiritur per se ad habendum dilectionem, vt scientificus, nec secundu, vt creditiuus, sed vterque requiritur sub quadam ratione communi, scilicet vt ostensiuus obiecti diligibilis. *ibidem*. ✠. *Alia autem*. M.12.

Actus omnis fidei est credere; & nullum desiderare est credere. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ✠ *Primo de fide*. G.17.

Actus spei.

Actus spei, quem experimur in nobis, scilicet *desiderare bonum infinitum inesse nobis bonum, & hoc à Deo, se ipsum nobis liberaliter conferente; non quidem primò, sed propter aliquid aliud acceptum sibi ordinatum ad illud, vt propter merita*: iste, (inquam) actus est bonus, quia debitè circumstantionatus; nam obiectum huius actus est bonum infinitum, & prima circumstantia includitur in hoc, quod est *desiderare*, quod est velle non absolutè, sed absentis; Deus enim viatori est absens in ratione obiecti perfectè habendi: vnde *velle* tendens in ipsum sub tali ratione, habet ex ista parte circumstantiam debitam. Quod autem additur *in esse nobis bonum*, est circumstantia debita cui; quia illud bonum est debitum illi, cui appetitur esse bonum: nullum autem bonum sufficienter quietat appetitum, nisi sit bonum infinitum. Quod additur, *à Deo, &c.* notat circumstantiam debitam ex parte eius *à quo*; non enim potest hoc bonum communicari, nisi à Deo liberaliter se conferente. Quod additur *non primò, &c.* notat dispositionem ex parte eius, scilicet quoad istud bonum percipiendum, quod notat dispositionem conuenientem secundùm ordinationem Diuinam ad hoc bonum consequendum; quia disposuit sapientia Diuina non perfectè communicare se, nisi aliquo præaccepto: vnde patet, quòd ille actus est rectus, quia debitè circumstantionatus; & per consequens ad ipsum potest virtus inclinans. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. C.10.

Actus spei erit simpliciter nobilior actu charitatis, si irascibilis est vis, & concupiscibilis potentia. 3. D.26. Q.Vn. §. *Contra illam opinionem*. ✠. *Præterea; sicut*. C.9.

Actus spei est actus appetitiuus, & circumstantiæ eius sunt circumstantiæ actus appetitiui. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Patet igitur*. C.10.

Actus perfectissimus post dilectionem Dei, quo voluntas tendit in Deum, est actus spei; & ideò oppositum eius, scilicet desperatio [si odium Dei formale non est possibile] erit peccatum grauissimum. 2. D.43. Q.1. §. *Respondeo hic primò*. ✠. *Dico tamen breuiter*. D.6.

Actus charitatis.

Actus diligendi per habitum charitatis elicitus non creatur, loquendo propriè de creatione; tùm quia respectu eius concurrit aliqua causa secunda actiua; tum quia hic præsupponitur aliquod receptiuum ipsius actus. 1. D.17. Q.2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ỽ. *Ad tertium*. Pp.34.

Actum diligendi Deum posset Spiritus Sanctus causare immediatè in voluntare, & ipsum tanquam à se creatum acceptare tanquam dignum vita æterna; sed de facto non ita creditur disposuisse. 1. D.17. Q.2. §. *Ad primum de secunda via*. Qq.35.

Actus intensissimus diligendi Deum, videtur, quòd posset haberi sine habitu supernaturali charitatis, & hoc, tàm in via, quàm in Patria, si ille habitus non actiuè se haberet ad actum diligendi, *ibidem*. §. *Ad solutionem*. ỽ. *Sed dubium*. Gg.23.

Actum amoris erga Deum minùs intensum, & minùs meritorium quandoque sequitur delectatio maior ad alliciendum paruulos, vt auidiùs sequantur illud, cuius dulcedinem prægustarunt. 1. D. 17. Q.2. vel 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ỽ. *Quod igitur dicitur*. Qq. 34.

Actus amandi Deum est ita perfectus, quod potest immediatè attribui illi habitui, quo formaliter inhærente Spiritus Sanctus inhabitat, tanquam perfectissimo habitui. 1. D. 17. Q.2. vel 3. §. *Quantum ad tertium*. Mm.30.

Actus charitatis, vt dilectio Dei, est actus perfectissimus conuersiuus ad Deum, cuius oppositum, scilicet odium Dei, si quis haberet, hoc esset maximum peccatum. 2.D. 43. Q.1. §. *Respondeo hic primò*. ỽ. *Dico tamen breuiter*. C. 5.

Actus charitatis est necessarius ex natura habitus, si aliquis debet elici de illo habitu: hoc tamen intelligendo, quòd non potest elici vt priuatiuus, nec contrarius actui circa proximum: ex natura etiam præcepti superadditi habitui potest elicere actum circa proximum positiuè, vel saltem non contrariè, ne scilicet demereatur quis corruptionem habitus, qui est circa Drum. 3. D.28. Q.Vn. §. *De secundo; dico*. ỽ. *Patet igitur*. E.4.

Actus inter omnes eiusdem rationis tendentes in Deum, charitas est principium immediatè reflectendi super actum, quem elicit habens charitatem, quo tendit, & diligit Deum. 3.D.29. Q.Vn. §. *Ex dictis*. A.2.

Actus diligendi Deum dependet, sicut à causa partiali, non solùm à voluntate, & charitate, sed etiam ab obiecto præsente per actualem intellectionem. 3. D.31. Q.Vn. *Ad primum principale*. G.9.

Actus nullus elicitur à charitate, nisi cuius obiectum, ad quod sistitur, est Deus, licet per alia obiecta media. 3.D. 33. Q.Vn. *Ad secundum principale*. M.20.

Actus nullus est sufficienter bonus moraliter ex ratione agentis, vel obiecti, nisi amare Deum, quod non potest esse contra rectam rationem; imo necessariè est secundùm rectam rationem, quòd talis actus tendat in tale obiectum: hoc autem est, quia obiectum est finis vltimus secundùm se volendus, & à quolibet ordinato ad finem illo modo, quo potest finem amare. 4. D.26. Q.Vn. §. *Ad solutionem* ỽ. *Ad probationem*. C.3.

Actus nullus est perfectè bonus ex genere tantùm, siue ex solo obiecto, nisi amare Deum; nec malus ex se, siue ex solo obiecto, nisi odire Deum: & neutrum actum oportet specificare, nec est circumstantia rationabilis, quia ex genere habet iste actus, qui est amare Denm, quòd sit bonus, & odire, quòd sit malus: vnde, loquendo de amore amicitiæ, Deus non potest nimis amari, nec aliquis potest Deum bene odire. 4. D.26. Q.Vn. §. *Ad solutionem*. ỽ. *Præterea probatur*. C. 4.

Actus amandi Deum ratio obiectiua, alliciens ad amandum, potest aliquo modo dici ratio aliqua præcedens actum, propter quam natus est actus elici circa obiectum, licèt illa ratio non sit ipsa essentia Diuina, vt essentia. 3. D.27. Q.Vn. §. *Quantùm ad istum*. ỽ. *Secunda ratio*. D.8.

Actus charitatis, qui est perfectus, respicit Deum sub perfectissima ratione diligibilitatis. 3. D.27. Q.Vn. §. *Contra primam*. ỽ. *Secundum improbatur*. A.5.

Actus diligendi Deum super omnia est circa finem, ex cuius bonitate descendit omnis bonitas moralis in actibus, qui sunt ad finem. 3. D.27. Q.Vn. §. *Quantùm ad secundum*. N. 18.

Actus nullus sicut formaliter est melior, quàm Deum diligere, ita nullus peior est, quàm Deum odire. 2.D.6. Q. 2. §. *Ad videndum*. ỽ. *Viso igitur*. L.13.

Actus amandi Deum in se, & desiderandi eum amari, sunt duo actus. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ỽ. *Præterea fine tali*. G.17.

Actus dilectionis naturalis posset vno modo intelligi actus elicitus secundùm inclinationem naturalem coæuam, & identificatam naturæ ad bonum; puta, quando mens actu diligit se, vel actu vult sibi commodum: alio modo posset intelligi actus naturalis dilectionis, distinguendo contra supernaturalem; ille scilicet, quem voluntas ex se ipsa actu naturali potest habere, licèt non sit secundùm inclinationem naturalem, sicut voluntas ex se ipsa potest habere actum vitiosum, & tamen ille actus est præter naturam, vel contra naturam secundùm Damascenum. *Quodl*. Q.17. §. *De primo*. ỽ. *Actus autem*. A.2.

Actum virtutis perfectum diligendi Deum super omnia si nullus potest habere ex puris naturalibus; sequitur, quòd qui inueniret se pronum ad talem actum, posset scire, se esse in charitate, quia sine charitate non est talis pronitas. 3. D.27. Q.Vn. §. *Istis igitur rationibus*. ỽ. *Additur quædam*. H.14.

Actus charitatis si in bonitatem proximi tendat, hoc non est, nisi actu reflexo; quia semper vlteriùs tendit in obiectum actus recti. 3. D.28. Q. Vn. *Ad primum principale*. G. 6.

Actum diligendi proximum, posset dici, quòd non tenetur aliquando quis elicere; quia nec etiam tenetur cogitare de eo, puta, si aliquis ita esset occupatus circa contemplationem Dei, quòd nunquam plena deliberatione cogitaret de proximo, si etiam cogitet, non est necesse elicere actum diligendi circa ipsum; quia absque hoc potest habere circa finem actus ordinatos, & circa ea, quæ sunt ad finem consequendum necessaria; & si hoc, igitur multò magis non tenetur elicere actum diligendi circa inimicum, quia nec cogitare de eo. 3. D.30. Q.Vn. §. *Respondeo*. ỽ. *Sed loquendo*. D.E.11.

Actus plures dilectionis Dei immediatè magis explicantur Christianis, quàm Iudæis. 3. D.40. Q.Vn. *Ad secundum principale*. I.8.

Actus desiderij, qui est respectu absentis, frequenter euenit, quòd tàm in bonis, quàm in malis est remissior actu illo, qui est præsentis, quem amorem August. 9. *Trin. cap. vlt.* vocat dicens, quòd *appetitus inhiantis fit amor fruentis*: & fortè non tantùm est actus intensior circa obiectum præsens, quàm circa obiectum absens, sed simpliciter alius actus: sed siue sit idem actus desiderij, & amoris; siue alius, & alius, saltem actus amoris est perfectior intensiue; quietat enim voluntatem eo modo, quo actus desiderij non potest eam quietare: vnde quando exterior habetur; tunc vel causaliter, vel occasionaliter actus interior intenditur. *Quodl*. Q.18. §. *Ista quæstio*. ỽ. *Tertio non est*. A.2.

Actus, quo conuertor ad Deum per amorem, in sua formali ratione non est maior omni creatura; nec etiam amor Christi creatus, quo dilexit Deum, fuit talis: vnde hic ab aliquibus quæritur infinitas, vbi non est ex natura rei. 3. D.20. Q.Vn. §. *Contra ea*. B.8.

Actus tam difformem in malitia non potuerunt habere occidentes Christum, sicut fuit bonus bonitate morali actus voluntatis, quo Christus voluit pati; quia actus ille habuit bonitatem non solùm ex potentia volitiua, sed ex summa charitate, qua voluit mori, & aliquo modo ex illa persona: sed actus aliorum malus non habuit tantam malitiam ex habitu præcedente deordinato. 3.D.20. Q.Vn. *Ad quartum principale*. F.12.

Actus concupiscentiæ non potest esse actus fruitionis; quia omnis concupiscens concupiscit alij, quem amat amore amicitiæ: & ita actus concupiscentiæ non est actus fruitionis, sed solus actus amicitiæ. 1. D.1. Q.4. §. *Potest tamen dici*. ỽ. *Similiter*. n.20.

Actu circa Deum, & infinitum.

Actui interiori summæ reuerentiæ erga Deum, qui actus habet pro obiecto conuenienti Deum, vt summum bonum, vel summum Dominum, correspondent aliqui actus exteriores, qui sunt signa huius actus interioris; puta in quacunque lege aliqua sacrificia, vel aliquis ritus, vel genu-

Actus circa Deum, & infinitum.

genufl xiones, protestantes, istam reuerentiam summo Domino exhibendam, & summam esse dominationem in eo, cui talia exhibentur, & subiectionem esse ad illum tn exhibente. 3. D 9. Q. Vn. ∬. *De primo sciendum*. A.2.

Actibus ex interioribus summæ reuerentiæ erga Deum frequenter elicitis: & similiter ex actibus exterioribus potest generari quidam habitus inclinans ad faciliter, & promptè eliciendum tales actus; & sicut tales actus erant boni, quando erunt debitè circumstantionati: ita habitus generatus ex talibus actibus frequenter elicitis est bonus. *ibidem*.

Actus infinitatem non concludit intellectio alicuius infiniti intensiuè, quia non oportet, actum habere talem modum, qualem habet obiectum. 1. D. 3. Q. 2. *Ad tertium principale*. H.20.

Actus sub ratione finiti potest esse ad obiectum sub ratione infiniti, nisi esset actus comprehensiuus. *ibidem*.

Actum comprehensiuum circa obiectum infinitum non habemus, nec est possibile. *ibidem*.

Actus intensio respectu obiecti in agente creato, & increato est differens multum in eis. 1. D. 49. Q. Vn. ∬. *Respondeo*. A.2.

Actu vnico comprehensiuo non possunt elici duo distincta habentia propriam infinitatem; quia vnicum obiectum infinitum adæquatur vnicæ comprehensioni. *Quodl.* Q.5. §. *Prima ratio*. ℣. *Ex his tribus*. L.12.

Actus finitus sicut potest habere obiectum ex parte sui infinitum; & tamen actua immediatiùs attingit obiectum, quàm species: ita species potest repræsentare obiectum infinitum sub ratione infinita · non tamen ipsa est adæquata in essendo, nec in cognoscendo simpliciter; quia ipsa non est principium comprehendendi. 2. D. 3. Q. 9. §. *Dico igitur*. ℣. *Cùm probatur minor*. L.13.

Actus præcepti.

Actus cuius; vel sic; Cuius actus præceptum est alterius prohibitio, eius actus consilium est licentia de non obseruando reliquum. 4. D. 3. Q. 4. §. *De secundo principali*. ℣. *Contra primum*. F.7.

Actus seruilis prohibitus in tertio præcepto Decalogi pro tempore determinato [nempè Sabbato] non prohibetur, nisi quia impediens, vel retrahens à cultu Diuino, qui præcipitur. 3. D. 37. Q. Vn. §. *Ad quæstionem*. ℣. *De præceptis*. D.7.

Actus oppositus actui mentiendi non habet immediatè Deum pro obiecto, loquendo de aliquo vero indifferente. 3. D. 38. Q. Vn. ∬. *Contra hoc*. n.5.

Actus primus periurandi si non est peccatum mortale; igitur nec quicunque alius, etiam ex quocunque habitu fiat; quia habitus inclinans non potest facere grauiorem culpam. 3. D. 39 Q. Vn. ∬. *Sed hic sunt*. ℣. *Contra hoc*. A.3.

Actus ad nullum tenetur aliquis pro aliquo tempore indeterminato, ad quem non tenetur pro aliquo tempore signato. 3. D. 37. Q. Vn. §. *Ad quæstionem*. ℣. *De præceptis*. D.7.

Actus Sacramentalis.

Actus alius sicut realiter esset in homine, quo institueret osculum, vt sit signum reconciliationis; & alius actus, quo determinaret voluntatem suam ad istum signatum causandum signo exhibito: ita est in Deo alius actus rationis ad instituendum signum sensibile ad practicè signandum effectum Dei; & alius, quo determinat se realiter ad cooperandum tali signo regulariter, idest semper, quando indispositio suscipientis non impedit: isti tamen duo actus simul concurrentes possunt dici vna Sacramenti institutio completa, in quantùm est signum certum, & distinctum à signo æquiuoco. 4. D. 1. Q. 3. §. *De secundo; dico*. ℣. *Ex isto patet*. E. F.6.

Actus formaliter requisitus ad delendum peccatum est tantùm bonum, quantùm malum est peccatum; quia malum peccati consistit in auersione à fine; & per consequens bonum reductiuum consistit in conuersione ad finem: ita autem perfectè conuertit in Deum actus conuersionis, sicut auertit actus peccati; sicut autem non est in secundo actu realiter bonitas intensiuè infinita, ita nec in actu peccati malitia intensiuè infinita; quia non est maior malitia, quàm bonum, quod priuat; non priuat autem bonum ab actu, nisi quod natum esset inesse actui; actui autem, cùm sit quid finitum, non est natum esse bonum, nisi finitum: & per consequens est præcisè infinitas, & malitia in peccato, & bonitas in actu opposito propter infinitatem ipsius obiecti, a quo peccatum auertit, & ad quod actus bonus conuertit; & hoc non est, nisi infinitas participata, vel magis secundum dici in ipso actu propter infinitatem realem, & simpliciter in ipso obiecto. 4. D. 14. Q. 1. *Ad vltimum principale*. Z.19.

Actum aliquem possibile est inuenire priorem causis proximis tristitiæ, & coniungentem illas causas; & per consequens ille actus præcedit tristitiam, & per hoc complacentiam, & multò magis gaudium de tristitia: illum primum actum possibilem voco vindicare, siue pœnam infligere pro commisso; & per consequens habemus rationem distinctam eius, quod est *pœnitere*, secundùm quod significat vindicare commissum. 4. D. 14. Q. 2. §. *Primus articulus*. ℣. *Sed istud non curo*. B.4.

Actus amicitiæ, qui imperaret aliquam punitionem amati, non imperaret illam, nisi præcisè propter correctionem amati; & licèt illa punitio esset via corrigendi, tamen si alia esset via faciliùs corrigendi, amicitia, vt amicitia, magis imperaret illam aliam viam. *ibidem*. ℣. *Respondeo, vindicare*. E.7.

Actus humanus requisitus ad deletionem peccati [si intelligatur vt dispositio præuia] sufficit informis, imo semper est informis; quia dispositio præuia ad peccati deletionem est semper sine gratia, & charitate, cuius solius inhærentia, & inclinatione ad actum dicitur actus formatus: si verò intelligatur actus ille, vt concomitans, requiritur actus formatus; nam in illo instanti, in quo deletur peccatum, charitas inest; & per consequens, si actus requiritur concomitans, requiritur vt formatus. 4. D. 14. Q. 2. §. *De secundo principali*. ℣. *De tertio; dico*. M.13.

Actum rectum perfectè circumstantionatum, qui requiritur ad deletionem peccati, non oportet esse virtutis, vt à virtute iam inexistente; sed oportet esse virtutis, vt est primò generatiuus virtutis; quia actus æquè perfectus secundum omnes circumstantias morales æquè est acceptus Deo ad peccati deletionem; & sine virtute genita potest haberi actus æquè perfectus secundùm omnes circumstantias morales, sicut cum virtute iam genita; quia secundùm perfectum dictamen intellectus de aliquo agibili potest esse perfecta electio circumstantionata omnibus circumstantijs, quæ sit prima generatiua virtutis. 4. D. 14. Q. 2. §. *De secundo principali*. ℣. *Secundum probo*. L.13.

Actius causatiuus tristitiæ plus debet meritoriè peccatum, quàm ipsa tristitia. *ibidem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. T.18.

Actus pœnales, vel passionis voluntariè in genere reducuntur ad actum interiorem displicentiæ, vel passionem tristitiæ, & ad actum exteriorem confitendi proprium peccatum, quod est valdè pœnale, vel passionem concomitantem, scilicet verecundiam, & ad actum simpliciter exteriorem, vel passionem, scilicet macerando carnem; & omnis talis maceratio dicitur contineri, vel reduci ad ieiunium; vel eleuando mentem in Deum, & hoc fit per orationem; vel sua temporalia erogando, quod fit per eleemosynam. 4. D. 15. Q. 1. §. *De tertio; dico*. F.8.

Actus causatiuus pœnæ vindicantis peccatum potest esse sine ipsa pœna, quia non semper ad actus illos, qui essent nati generare pœnam, sequitur pœna propter aliquam dispositionem fortè in ipsa potentia susceptiua pœnæ: sicut non semper ad volitionem, & odium peccati commissi sequitur tristitia. 4. D. 16. Q. 1. §. *Hic intelligendum*. ℣. *Patet autem distinctio*. A.4.

Actus displicentiæ de peccato, ad hoc, quòd sit sufficiens ad veram pœnitentiam, siue intrinsecam solam, siue ad dignam susceptionem Sacramenti Pœnitentiæ, requirit liberum vsum rationis, & voluntatis. 4. D. 20. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secunda conclusio*. B.4.

Actum habere displicentiæ de peccato in extremis, est difficile, qui sit circumstantionatus circumstantia finis, & voluntarietatis, quia qui vsque tunc fuit impœnitens, non videtur tunc extorquere à se ipso displicentiam nouam, nisi timore pœnæ imminentis; præsumitur enim, quòd si remotus esset à pœna, sicut priùs, non extorqueret à se ipso illam pœnam, sicut nec priùs. *ibidem*. ℣. *Secundo, ad hoc*. B.5.

Actus sacramentalis.

Actus sui quantò minùs aliquis est dominus, tantò requiritur intensior displicentia ad hoc, quòd sit dispositio sufficiens ad deletionem culpæ. 4.D.20.Q.Vn. *§. In ista quæstione. ℣. Quarto, quanto*, C.6.

Actus exterior sensibilis, protestans fidem interiorem, factus pro paruulis in tempore legis naturæ in remedium peccati originalis, potuit habere sufficientem rationem Sacramenti. 4.D.1.Q.7. *Ad primum principale*. B.3.

Actum, & suscipientem necesse est exprimi in forma Baptismi; sed non determinatè eodem modo, scilicet actus verbo indicatiui modi, & suscipiens pro nomine secundæ personæ [sicut Ego te baptizo:] sed potest actus exprimi verbo alterius modi, & suscipiens verbo alterius personæ, vt Greci exprimunt *Baptizatur seruus Christi*. Ratio autem necessitatis, quòd ista duo sic, vel sic exprimerentur, sumitur ex illo Matthæi vlt. Baptizantes eos. 4. D. 3. Q. 2. §. *Tertiò de forma*. E.7.

Actus, quem Minister debet exercere in ministrando Baptismum, debet esse humanus in eo, & non casualis, vel fortuitus; est enim actus, ad quem Deus obligauit ministrum ex parte sui, & suscipientem ex parte sua: Actus autem, ad quem homo obligatur, debet esse humanus, non casualis, vel fortuitus; quia super fortuita non cadit obligatio: ipsa enim obligatio est, vt homo intendat illud, ad quod obligatur. 4.D.6.Q.5. *§, Ad istam quæstionem, ℣, Dico ergo, distinguendo*. B. 3.

Actus principales [vt sunt actus mistrandi Sacrameta] in qualibet politia pertinentes ad illam politiam, pertinent ad aliquam personam principalem in illa politia. 4.D.13.Q.1. *Ad quintum principale*. R.20.

Actus fortuitus.

Actus vnus, & similiter vnus euentus effectus fortuiti non facit hominem dici benè fortunatum. *Quodl*.Q.21.§.*Quantum ad primum. ℣, Tertium membrum*. F.6.

Actus Angeli.

Actus nullus potentiæ vegetatiuæ, vel cognitiuæ competit propriè Angelo in corpore, vel etiam, corpori assumpto; sed tantùm actus potentiæ motiuæ: non quidem actus potentiæ motiuæ organicæ, qualis est potentia motiua animati; quia eius actus est actus compositi, sicut est actus cognitiuæ sensitiuæ, & vegetatiuæ, sed potentiæ motiuæ superioris, qua Angelus potest corpus mouere de loco ad locum, quod non improportionabiliter excedit ipsius virtutem motiuam. 2. D.8. Quæst. Vn. *Ad tertium principale*. I.6.

Actus, quo Angelus per habitum vniuersalem [ab aliquibus in eo positum] intelligeret singularia, si est vnus, & idem actus intelligendi omnium singularium; & ille est omnium naturaliter; ipse est enim eorum, inquantùm præcedit actum voluntatis ipsius intelligentis, quia per actionem intelligendi, præcedentem omnem imperatam intellectionem, & volitionem; ergo non potest ille actus esse vnius singularis, quin sit alterius singularis: si ergo ille actus non potest esse simul omnium, non potest, inquantùm naturalis, esse vnus, & idem omnium: si autem est alius, & alius, ergo vnus videns istum, & illum actum esse alium, & alium in intellectu Angeli, potest distinctè videre, cuius obiecti est iste actus, & cuius ille; & sic non latebit eum, quod singulare considerat iste propter identitatem actus in isto non variati; esset enim alius, & alius. 2. D.9. Q.2. §.*Contra secundum. ℣. Præterea tertiò*. n. 12.

Actum vnum adæquatum sibi intensiuè non potest habere ratio illa vna cognoscendi plures quidditates in Angelis [ab aliquibus posita;] quia tunc iste actus contineret virtualiter actum intelligendi omnium aliarum quidditatum quod non potest esse, nec extensiuè; quia tunc posset simul, & distinctè intelligere omnes illas quidditates, quod non est verum, nec illi concedunt. 2. D.3. Qu.10. §. *Ista opinio. ℣. Probatio minoris*. C.9.

Actum primum volitionis habuit Angelus à se, sicut secundum, licèt voluntatem habuerit à Deo; ad actum enim volendi non requiritur, nisi voluntas, & intellectus præuisus ostendens obiectum. Quodl. Qu.21. *§. Quantùm ad primum. ℣. Sed credo*. L.13.

Actus primus voluntatis Angeli inordinatus fuit primùm velle amicitiæ respectu eius, cui voluit bonum. 2. D. 6. Qu. 2. *§. In ista quæstione. ℣. Ex isto probato*. B.4.

Actus mali Angeli damnati, quos elicit [& si in primo instanti suæ damnationis determinetur ad certam pœnam, quæ non crescit intrinsecè] non erunt impuniti, sed includuntur in prima pœna sibi certitudinaliter determinata: & quilibet sicut potest habere pœnam accidentalem, & propriam, habet se ipsum pœnam: *Iussisti Domino*, inquit Augustinus, *lib. Confess*. 12. & ita est, vt sit sibi pœna omnis peccator. 2.D.7. Q.Vn. *Ad sextum principale. ℣. Per idem*. I.28.

Actus Angeli boni non auget habitum charitatis eius, nec effectiuè, nec meritoriè, quia ille est in termino, vel secundùm naturam habitus, vel secundùm capacitatem subiecti, vel saltem secundùm terminum sibi præfixum à Deo: sed omnes illi actus procedunt ex plenitudine illius habitus sic perfecti. 2. D.7. Q. Vn. *Ad sextum principale*. I. 27.

Actus Angeli boni, quos elicit iam Beatus, non erunt inremunerati; quamuis eius præmium non crescat intensiuè: non erunt (inquam) inremunerati; includuntur enim in primo actu, quia procedunt ex perfectione actus beatifici: & sic quantum ad accidentale præmium, quod possunt habere, quilibet actus est sibi præmium. 2.D.7.Q.Vn. *Ad sextum principale. ℣. Per idem*. I.28.

Actus beatificum Angeli mensurari æuo, omnes concedunt S. Augustinus de fide ad Petrum capit. 18. 2. D. 2. Qu. 4 §. *Contra conclusionem. ℣. Præterea: omnes*. n. 5.

Actus beatificus Angeli necessariò includit, vel præsupponit actum naturalem, & hoc, ponendo Angelum habere aliquam productionem in actu suo beatifico, licèt non possit ex se in totalem productionem actus beatifici. *ibidem*.

Actus naturalis, qui includitur in actu beatifico Angeli, non potest esse temporalis. 2.D.2.Qu.4. §. *Contra conclusionem. ℣. Præterea, omnes*. n. 5.

Actus non necessariò perpetuus, quo Angelus distinctè potest cognoscere essentiam Diuinam, vt sit in potestate operantis, ponitur species, per quam possit perpetuò distinctè cognoscere Deum. 2. D.3. Q.9. *Ad primum principale*. Q.17.

Actus in Diuinis.

Actus primus in Diuinis prior est prioritate originis actu secundo. 1.D.2.Q.7. §. *Obijcitur. ℣. Ad secundum dubium*. O.22.

Actus primus Patris Æterni in hoc intelligitur, vt habet obiectum intelligibile præsens intellectui suo, quasi præcedens actum secundum, qui est actu intelligere. 1.D.2.Q.7. §. *Ista opinio. ℣. Hoc improbo*. L.15.

Actus quidditatiuus in Diuinis est simpliciter perfectus, quia infinitus: non sic est actus personalis de se formaliter infinitus. 1.D.5.Q.2. §. *Tertiò principaliter. ℣. Respondeo; concedo*. N.16.

Actus essentialis aliquo modo præcedere actus notionales, omnes concedunt. 1.D.10.Q.Vn. *§. Contra dicta. ℣. Præterea quod ponitur*. C.6.

Actus essentialis non potest esse alicuius suppositi mediante aliquo principio, vt *quo*, nisi illud sit tali personæ principium essendi formale, vt *Pater sapit sapientia ingenita*: vel sit principium sibi essendi principiatiuum; vt *Filius sapit sapientia ingenita*, à qua habet, quod sapiat; vel sit principium subauthoritatiuum respectu talis actus quomodo conceditur, quòd *Pater creat Verbo*. 1.D.32.Q.2. *§. Ad secunda igitur quæstionem*. C.9.

Actus distinctos in Deo non possumus habere, sed quasi ratione. *Quodl*. Quæst. 8. §. *Ad ista. ℣. Quod igitur*. F.12.

Actus intelligendi Diuinus.

Actus intelligendi Diuinus, licèt sine productione insit, tamen virtute principij, quod esset productiuum eius, si posset distingui, & pro tanto dicatur quasi productum, non variat formaliter actum ab illo, quo produceretur, si esset producibile. 1. D.2.Q.7. §. *Obijcitur contra. ℣. Et tunc ad illud*. O 23.

Actus intelligendi in Diuinis cùm non sit nisi vnicus in Patre, respectu illius actus, voluntas Patris non habebit aliquam rationem principij, vel causæ; cùm etiam non sit,

nisi

Actus intelligendi Diuinus.

nisi vnicus actus dicendi, respectu illius, voluntas non habebit rationem principij, quia voluntas sicut operando, ita & producendo, vel principiando sequitur aliquo modo intellectum. 1. D.6. Q.1. §. *Quantum ad secundum articulum.* ℣. *Propter istas*. L.7.

Actus ille, quo Deus comprehendit essentiam suam, vt obiectum beatificum sub ratione, qua talis, est in Deo ex natura rei; quia infinitas intensiua non competit alicui enti rationis, sed solùm enti reali. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero.* ℣. *Tertia ratio*. K. 12.

Actus vnus in Deo est etiam, *velle*, & *nolle*; & hoc sine contrarietate, vel distinctione in illo actu in se. 1. D.47. Q.Vn. §. *Respondeo.* ℣. *Si ista distinctio*. B.2.

Actum voluntatis Diuinæ quidquid naturaliter præcedit, est merè naturale. 1. D.39. Q.1. §. *Contra rationes*. ℣. *Præterea; idea*. A.7.

Actum prædestinationis Diuinæ nihil est mensurans, nisi nunc æternitatis, quod nec est præsens, nec præteritum, nec futurum, sed coexistens omnibus istis. 1.D.40.Q.Vn. *Ad primum principale*. D.3.

Actus Diuinæ voluntatis primus circa Iudam non est velle damnare Iudam prout Iudas offertur in puris naturalibus; quia tunc videretur velle damnare Iudam sine culpa sed videtur, quòd oportet Iudam offerri voluntati Diuinæ sub ratione peccatoris, antequam velit ipsum damnare. 1. D.41.Q.Vn.§.*Potest aliter dici.*℣.*Secundum probatur*.A.11.

Actus, quo Deus diligit omnia, non est proprius alicui Personæ. 3.D.32.Q.Vn.§.*Hic sunt*. A.2.

Actus, quo Deus diligit alia à se, si esset proprium alicui Personæ, esset proprium Spiritui Sancto; & ita vel Spiritus Sanctus non necessariò procederet, vel Deus necessariò amaret aliquid aliud à se. 3. D. 32.Q.Vn.§. *Ex isto*. C. 3.

Actum vnum diligendi, quo diligit Deus omnia à se, non oportet esse omnium, quasi omnia requirantur ad perfectionem huius actus: sed solùm ex perfectione huius actus sequitur; quia perfectè tendit in primum terminum, quòd etiam perfectè tendat in omnia, circa quæ primus terminus est totalis ratio agendi. 3.D.32.Q.Vn.§. *Tertium patet*. F. 5.

Actum voluntatis Diuinæ vnum re [in ordine ad obiecta secundaria] si velimus distinguere in multos ratione sicut in intellectu vna intellectio re in multas ratione, vt transit super multas obiecta secundaria; dico quod respectu illarum multarum rationum non sunt quasi distinctæ, iustitiæ ratione; sed nec vna qualitercunque distincta, vel indistincta; quia habitus inclinat per modum naturæ, & ita determinatè ad vnum, vt per hoc repugnet potentiæ habituatæ per habitum illum tendere in oppositum: sed ad nullum obiectum secundarium ita determinatè inclinatur voluntas Diuina per aliquid in ipsa, quòd sibi repugnet iustè inclinari ad oppositum illius; quia sicut sine contradictione potest oppositum velle; ita potest iustè velle, alioquin posset absolutè velle, & non iustè, quòd est inconueniens. 4. D.46. Q.1. §. *Non improbando*. ℣. *si autem velimus*. F.8.

Actus positiuus non est permissio Diuina, quia non est, nisi non velle prohibere illud fieri, siue non nolle, quod est negatio actus Diuini possitiui. 1. D. 47. Q. Vn. §. *Respondeo*. ℣. *Si autem istud*. C. 3.

Actum reflexum, & *non velle* rectum circa illud, quod permittit Deus, potest dici habere, ex eo, quòd dicatur volens sinere peccatum in hunc modum: offertur voluntati suæ, hunc peccaturum, vel peccare; primò voluntas etiam circa hunc non habet *velle*; velle enim ipsum habere peccatum non potest; secundo potest intelligere voluntatem suam non volentem hoc; & tunc potest velle, voluntatem suam non velle hoc, & ita dicitur volens sinere, & voluntariè permittere. *ibidem*. D.3.

Actu in voluntatis; siue; In actu voluntatis Diuinæ est necessitas simpliciter, & hoc tam in actu diligendi se, quam in actu spirandi amorem procedentem, scilicet Spiritum Sanctum hoc sic patet; quia Deus necessariò est Beatus, & consequenter necessariò videt, & etiam diligit obiectum beatificum: similiter Spiritus

Actus intelligendi in Diuinis.

Sanctus est Deus, & per consequens summè necessarius in essendo; vnde etiam accipiat *esse* procedendo, actus ille, quo procedit, est simpliciter necessarius. *Quodl.* Q. 16. §. *De primo*. A.2.

Actus causandi est medium à posteriori ad probandum, Filium non habere causalitatem aliquam propriam respectu creaturæ; siue quod sibi non est propria aliqua ratio formalis agendi ad extra, de quo actu ait Saluator Ioan. 5. *Quæcunque ille*; scilicet Pater, *fecerit*, *hæc & Filius similiter facit*: Per hoc, quod ait, *quæcunque* patet, quòd non se habet Pater, & Filius in agendo, sicut causa vniuersalis, & particularis; sicut Sol, & Pater in generatione animalis: ex hoc, quod ait *hæc*, patet, quòd non sunt causæ variæ respectu aliorum causatorum, sed eorumdem: ex hoc, quod ait, *facit*, patet, quòd non se habent sicut agens, & ratio agendi; ratio quippe agendi non propriè agit: ex hoc, quod ait *similiter*, patet, quòd non se habent in agendo, sicut causa superior, & inferior, quæ non agit virtute propria, sed virtute alterius, puta dependenter & imperfectè respectu eius: nec etiam agunt sicut causæ partiales continentes vnam causalitatem completam, siue sint eiusdem, siue diuersæ rationis: vnde his differentijs; & imperfectionibus exclusis, intellexit Christus, quòd Pater, & Filius, & (pari ratione) tota Trinitas quæcunque causata simul causant, & æquè perfectè, & completè. *Quodl.* Q. 8. §. *De primo*. ℣. *Ratio à posteriori*. A. 4.

Actus notionalis in Diuinis.

Actus notionalis est quid scibile, & volibile; non autem simpliciter possibile, prout *possibile* intelligitur causabile; quia & si habeat rationem boni, & veri, non tamen rationem causabilis. *Quodl.* Q. 7. §. *Ad primum in oppositum*. ℣. *Hic potest dici*. Ee. 36.

Actus notionalis [secundùm ponentes duplicem necessitatem in eis] fundantur in actu essentiali, & secundùm omnes actus essentiales aliquo modo sunt priores; & consequenter non potest esse, quòd in actu essentiali; quo Deus diligit se, sit tantùm vnica necessitas, & ex vnica ratione necessitatis; scilicet ex infinitate libertatis: & tamen quòd in actu spirandi sit cum hoc alia ratio necessitatis, scilicet naturalis. *Quodl.* Q. 16. §.*Contra istud*. P.11.

Actus productiuus in Diuinis non fundatur super actum essentialem, qui consistit in actu secundo, videlicet, qui est operatio, quasi semper rationem formalem eliciendi illum actum secundùm; sed quodammodo præexigit illum actum. 1. D. 2. Q. 7. §. *Obijcitur contra*. ℣. *Ad secundum dubium*. O. 22.

Actus potest considerari tripliciter, vel in se, vel inquantùm est termini, vel inquantùm comparatur ad supposita agentia: primis duobus modis est omnino vniformitas, vel potiùs vnitas, quia verissimè vna actio, & vnus terminus: tertio modo loquendo, sicut ipsa vis spiratiua communicatur Filio à Patre; ita etiam quòd Filius spiret, hoc habet à Patre. 1.D. 12. Q. 2. §.*Respondeo*. A. 2.

Actus spirandi si habet necessitatem ex libertate voluntatis, & præter hoc aliam ex naturalitate annexa voluntati; & actus dilectionis simplicis non habet, nisi tantùm primam necessitatem; sequitur, quòd, circumscripta tantùm prima necessitate, circumscriberetur tota illa necessitas, quæ erat in fundamento: & adhuc tamen remanebit alia necessitas in productione illa, scilicet ex illa naturalitate. 1. D. 10. Q. Vn. §. *Contra dicta*. ℣. *Præterea, quod ponitur*. C. 6.

A D A

Ad aliquid.

Ad aliquid omnia esse essentialiter, Philos. 4. *Meta. Tex.* 26. ex opinione dicentium, omnia apparentia esse vera infert tanquam inconueniens maximum. 1.D.3. Q.5. §. *Contra ista.*℣.*Præterea Philosophus*. G.9.

Ad aliquid esse omnia est inconueniens, ita quòd ipsorum

esse

Ad aliquid.

esse sit formaliter ad aliud esse , sicut dicit opinio , quæ dicit , omnia apparentia esse vera , quæ etiam dicit , ipsum *esse* rei esse formaliter in apparere: nec sic conceditur , omnia esse ad aliquid, ita quòd eorum *esse* sit formaliter ad aliud ; imo *esse* est formaliter à se, licèt per identitatem contineat *esse* illorum , quæ sunt ad aliud , *ibidem*.

Ad alterum.

Ad alterum nihil est, nisi quòd priùs est ad se. 2.D.6.Q.2. *In penultimo argumento principali*. ℣. *Præterea superbia videtur*. N. 2.

Adam.

Adam imposuit diuersa nomina diuersis speciebus animalium *Genes*.2. & tamen non comprehendit illas ; quia tunc æquè perfectè nouisset eas , sicut anima Christi ; quod non tenetur. 1. D.22. Q.Vn. §. *De ratione*. ℣. *Ex hac parte*. C.4. *Addit*.

Adam potuit peccare venialiter in statu innocentiæ.2. D.21. Q. 1. §. *Dico ergo*. B. 3.

Adæ costa non poterat esse semen (respectu formationis Euæ) ; tum quia non erat propinquum conuertendum in genitum ; tum quia per quamcunque transmutationem non potest transmutari naturaliter costa in totum corpus Euæ , quod fuit perfecta quantitate formatum : nec etiam aliquid illius corporis fieri potuit ea illa costa naturaliter , nisi per multas transmutationes. 2. D. 18. Q. Vn. *Ad argumentum in oppositum*. M.12.

Adam fuisset confirmatus, si primæ tentationi restitisset , in iustitia , quam tunc recepisset pro filijs,secundùm Anselmum , pro tanto quòd omnes illam habuissent , & in ipsa confirmati fuissent, qui primæ tentationi restitissent , sicut primus Pater.2. D.20.Q.1. §. *Dico ad quæstionem*. ℣. *Secundo modo*. B.3.

Adam si fuisset confirmatus in iustitia, cùm sit donum supernaturale , non eam transfudisset ; sed ex mera liberalitate Diuina esset datum proli, sicut datum parenti , qui si primæ tentationi restitisset , confirmatus in illa iustitia fuisset , sic , inquam , confirmatus , quia nunquam illam amisisset , nec peccasset. *ibidem*. ℣. *Sed transfudisset*. B 3.

Adam in statu innocentiæ potuit habere actum , qui ex genere suo esset peccatum veniale , otiosè scilicet loquendo . 2. D.21. Qu. 1. §. *Contra* . ℣. *Item suppono* . A.2.

Adam in statu innocentiæ præceptum nullum habuisset de . abstinendo , ex necessitate salutis , à verbis otiosis. *ibidem*.

Adam potuit [in statu innocentiæ] non tantùm exercere actum deordinatum contra præceptum , sed etiam contra consilium tantùm, vt non faciendo maximè expedienda , vel faciendo aliqua retardatiua , licèt non faceret directè contra præceptum necessarium ad salutem . 2. D.21.Qu.1. §.*Dico ergo*. ℣. *Dico ergo*. C. 3.

Adam , quia exteriori tentatione pulsatus cecidit , tantò grauius plectendus erat , quantò leuiori impulsu erat prostratus. 2.D.21.Q.2.§. *De tertio dico* . ℣. *Item propter*. E.4.

Adam, quia fuit circumspectior , & nobilior, & fortior ad resistendum ; ideo per accidens suum peccatum fuit maius ; tradita enim fuit Adæ iustitia originalis tanquam digniori, & circumspectiori , & fortiori ; ita quòd si eam perderet , pro se , & tota sua posteritate perderet: non sic autem fuit tradita mulieri ; ideo Adæ peccatum accidentaliter fuit grauius peccato Euæ formaliter tamen per se merè , & præcisè in se peccatum Euæ fuit grauius. *ibidem*. G. 4.

Adæ peccato non debebatur maxima pœna formaliter : imo si ipse damnatus fuisset pro illo peccato , non ita grauiter fuisset punitus pro isto peccato , sicut multi alij. 2. D. 21. Qu. 2. *Ad secundum principale*. H.5. & §. *Ex isto patet*. E.4.

Adam non dicebatur immortalis ante culpam per aliqua intrinseca, quæ postea fuissent corrupta per peccatum, sed per gratuita sibi collata. *ibidem*.

Adam licèt per peccatum suum amiserit iustitiam originalem pro se, & pro tota sua posteritate , non tamen sequitur ex hoc quòd mors consecuta per substractionem illius iustitiæ sit grauior pœna ; sicut nec dehæreditatio , quæ sequitur dehæreditatum, & posteritatem totam , est grauior pœna, quàm decapitatio vnius hominis, quam non sequitur decapitatio alicuius de posteritate : nec exulatio alicuius , quam sequitur tota posteritas , est maior pœna , quàm illa decapitatio. 2. D.21. Q.2. *Ad secundum principale*. H. 5.

Adam non appetebat æqualitatem Dei directè, & formaliter, sed tantùm interpretatiuè. 2.D.21. Q.2. *Ad tertium principale*. H. 5.

Adam, secundùm Augustinum 12. *super Genes. cap. vlt.* non carnali concupiscentia victus, sed amicabili quadam compulsus beneuolentia , qua plerumque fit , vt offendatur Deus, ne offendatur amicus, peccauit. *ibidem*. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Adam si ante peccatum errauit , sequitur , quòd bonum aliquod apparuit sibi , quod non erat bonum , sed apparebat: & tunc circa principium potuit esse error ; quia illud est principium, quod apparet de se verum. 2.D.22.Qu. Vn.§. *Respondeo*. ℣. *Contra, si*. B. 2.

Adam non peccauit ex errore . *ibidem*. C. 3.

Adam secundùm Augustinum. *De Ciuit*. 11. & etiam super. *Genes*. 4. credit, peccatum suum esse veniale ; sed ista credulitas erronea, vel concomitabatur, vel sequebatur primum peccatum . 2. D. 22. Qu. Vn. *Ad primum principale*. C. 3.

Adam peccauit ex electione in eo , quod elegit sic complacere Vxori ; non tamen sic intelligendo electionem , prout est conclusio syllogismi practici ; potuit enim, quod inordinatè appetijt, fuisse absolutè apprehensum apprehensione simplici absque aliquo erroneo iudicio præcedente : & hoc sufficit ad hoc , quòd illud inordinatè appeteret . *ibidem* . *Ad secundum principale* . C. 3.

Adam primo Thimot. 2. non est seductus, sed Eua. *ibidem*. *In argumento ad oppositum* . n. 1. & D. 21. Qu. 2. §. *De tertio dico*. F. 4.

Adam non habuit peccatum originale; quia debitum iustitiæ originalis non fuit ad ipsum traductum per aliquem parentem; sed ipse in se accepit aliquam iustitiã, & actu suo amisit. 2.D.32.Q.Vn. §. *Quoad primum*. ℣. *Respondeo; concupiscentia*. B.7.

Adam, ex Anselmo de Conceptu Virginali. *cap*. 7. Peccato personali nudauit naturam iustitia debita , & nudata natura à tali iustitia debita, in quocunque facit naturam nudam, facit & talem debitricem. 2.D.32. Q.Vn. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Ex istis dictis*. C.8.

Adam accipiente iustitiam , filio eius data est iustitia voluntate Dei antecedente, id est quantùm erat ex parte Dei, quia sine speciali dono conferretur Filio , nisi adesset impedimentum; vnde ex illa collatione facta Patri, filius erat debitor iustitiæ sic datæ. *ibidem*. ℣. *Respondeo, non faciendo*. C.9.

Adam non corrumpit naturam hanc numero, sicut nec personam hanc numero , sed corrumpit se peccato personali ; & in hoc demeritoriè totam posteritatem suam 2.D.32.Q. Vn. *Ad vltimum principale*. I. 15

Adam habuit carentiam iustitiæ originalis actu proprio , & iustitiæ debitæ, quia in se acceptæ : talis carentia non est peccatum originale ; sed illa , quæ habetur actu alieno, & iustitiæ debitæ ex acceptatione alterius . 2. D. 32. Quæst. Vn. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. I. 16.

Adam si non peccasset , sed Cain : tamen filij Cain contraxissent peccatum originale non ab Adam , sed à Cain. *ibidem*. *Ad secundum per incipale tertiæ quæstionis*. I. 17.

Adam fortè peccauit ex certa malitia , quia in eo non fuit perturbatio ex passione præcedente, nec ignorantia. 2. D. 43. Q. 1. §. *Respondeo hic primò* . ℣. *Dico tamen breuiter* . C. 5.

Adæ quilibet filius naturaliter est debitor iustitiæ originalis, & ita ex de merito Adæ caret ea ; & ideo omnis talis habet, vnde contrahat peccatum originale. 3.D.3.Q.1.§. *Si autem teneatur*. C. 14.

Adam quòd priùs Deus ordinauerit ad tantùm bonum (scilicet gloriam, & beatitudinem) quàm Christum, non est verisimile : quod tamen sequeretur, si Christus non fuisset incarnatus , nisi Adam cecidisset. 3. D. 7. Qu. 3. §. *Sed hic sunt duo dubia*. ℣. *Sine præiudicio*. B. 4.

Adam

Adam.

Adam in ſtatu innocentiæ non fuiſſet Filius Dei adoptiuus, ſi intelligatur extraneitas [requiſita ad adoptionem] tantùm in habendo peccatum ; quia non contraxit peccatum originale : nec habuit tunc, vnde contraheret, quia fuit creatus, vel productus ſine ratione ſeminali. 3. D. 10. Q. Vn. §. *Reſpondeo* . ℣. *Si dicatur*. A. 3.

Adam ſi habuiſſet alimentum noſtrum [in ſtatu innocentiæ] cum ſuam impuritate fuiſſet mortuus ſenio. 3.D.16.Q.2.§. *Ad quæſtionem*. ℣. *Reſpondeo, quamuis*. B. 6.

Adam ſi per gratiam datam, & charitatem habuiſſet vnum, vel plures actus diligendi Deum propter ſe ex maiori conatu liberi arbitrij, quàm fuit conatus in peccando: talis dilectio ſuffeciſset pro peccato ſuo remittendo, & fuiſſet ſatisfactum : & tunc propoſitio illa eſt falſa, quòd debuit offerre Deo aliquid maius omni pro eo quo peccare non debuerat.3.D.20.Q.Vn.§.*Contra ea*. A.8.

Adam ſicut pro amore creaturæ, vt obiecti diligibilis, non debuit peccare : ita ſatisfaciendo debuit offerre Deo aliquid maius, attingendo per actum obiectiuè, quam ſit creatura, ſcilicet amorem attingentem Deum propter ſe: & ille amor obiectiuè, vt terminatur ad Deum, excedit amorem creaturæ, ſicut Deus creaturam: vnde ſicut peccauit per amorem ignobiliorem obiecti in infinitum, debuit ſatisfacere per amorem nobiliorem in infinitum: & hoc ſuffeciſset, ſaltem de poſſibili. *ibidem*.

Adam non debuit peccatum ſuum occultaſse Deo, quia ipſe eſt Iudex, cui manifeſtum eſt omne peccatum, & coram quo quilibet reus debet recognoſcere peccatum ſuum : & hanc confeſſionem Deus requiſiuit ab eo Gen. 3. quam non ſolùm non fecit, ſed peccatum ſuum excuſauit, retorquendo in mulierem, dicens, *mulier, quam dediſti mihi*, &c. vnde illud non concludit, quòd in illa lege eſſet confeſſio facienda homini, licèt eſset facienda Deo increpanti. 4.D.17.Q.Vn.ʃ.*In iſta quæſtione*.℣.*Reſpondeo ad primum*. C. 6.

Adam ſicut præco Dei protulit illa verba Gen.2. *Hoc nunc os ex oſſibus meis* &c. ſicut manifeſtè exprimit Chriſtus Matth. 19. dicens de Deo, *Qui fecit maſculum, & fœminam:* & dixit, *Quamobrem adhærebit homo* &c.4.D.26.Q.Vn. *Ad primum principale*. S. 20.

Adam ſi hodie viueret, non poſset ducere aliquam vxorem. 4.D.40.Q.Vn.§.*De ſecundo*. D. 4.

A D Æ

Adæquatio.

Adæquatio rationis repræſentantis obiectum poteſt intelligi, vel ſimpliciter entitatis ad entitatem, vel adæquatio ſecundùm proportionem repræſentantis ad repræſentatum abſolutè ; vel tertio modo per adæquationem ſecundùm proportionem, non abſolutè, ſed per comparationem ad actum talem, ſicut materia dicitur adæquari formæ ſecundùm proportionem, licèt non ſecundùm entitatem. 2. D. 3. Q. 9. ʃ. *Dico igitur* . ℣. *Ad primum dico*. I. 12.

Adæquatio dicit propriè æqualitatem duorum in eadem quantitate, & ſic non eſt adæquatio generationis Diuinæ ad ſuum principium formale, nempe eſsentiam, & ſuum terminum ; quia illa generatio non eſt formaliter infinita ; ſecus de principio formali; & termino. *Quodl.* Q. 5. §. *Ad primum*. ℣. *Ad ſecundum; adæquatio*. T. 22.

Adæquatio vno modo dicitur non ſecundùm quantitatem, ſed ſecundùm proportionem ; & ſic dicitur aliquid adæquatum alteri, quod eſt ſummè proportionatum ſibi, ſi ibi ſit adæquatio : vtpote effectus adæquatur cauſæ, qui eſt proportionatus in ratione effectus, licèt ille non ſit ſibi ſimpliciter adæquatus æqualitate quantitatis. *ibidem*.

A D D

Addiſco.

Addiſcere non eſse niſi reminiſci [ſequitur ex opinione illa quorumdam Philoſophorum dicentium, poſt circuitum triginta ſex millium annorum redire omnia eadem numero] ; quod eſt inconueniens ; quia ſic habitus nobiliſſimos haberemus in nobis, qui nos laterent. 4. D.43. Q.3.§. *Hic ſciendum*.℣.*Præterea manifeſta*. C. 5.

Addiſcere non eſse niſi reminiſci, impoſuit Auguſtinus Platoni 12. *Trini. cap. vlt.* & Ariſtot. 1. *Poſter. Tex.*4. ait enim ſic : *Acquirere cognitionem in principio non eſt generatio, neque alteratio ; homo enim fit ſciens, & intelligens, quando anima eius quieſcit, & firmatur, quemadmodum quando ſurgit à ſomno*. *Quodl.* Q. 13. §.*Nunc tertio*. ℣. *Ad ſecundum*. R. 19.

A D I

Addiectiuum.

Adiectiua ſi prædicantur, de neceſſitate formaliter prædicantur ; & hoc, quia ſunt adiectiua ; nam ex hoc, quòd ſunt adiectiua, ſignificant formam per modum informantis ; & ideo de nullo dicuntur verè, niſi ad quod ſe habent per modum informantis, de quo videlicet formaliter dicuntur: & talia ſunt, non ſolùm nomina adiectiua, ſed omnia participia, & verba. 1.D. 5.Q.1.§.*Quantùm autem*.℣.*In relationibus*. C. 7.

Adiectiuum non ſubſtantiuatum non ſupponit congruè pro ſubiecto, niſi in ſubiecto ſit determinatio. 1. D 5. Q.1. ʃ. *Ad argumenta logica*. ℣. *Item tunc iſta*. K. 12.

Adiectiuum quando additur ſubſtantiuo, ſaltem inuenit independens, ad quod terminatur eius dependentia ; & ideo quando terminus numeralis additur ſubſtantiuo, ſicut ſi dicatur, *duo ſpiratores* ; ſtatim terminus numeralis adiectiuus habet ſubſtantiuum terminans ; & quia adiectiuum determinat illud, quòd eius dependentiam terminat, ideo denotatur, ſignificatum ſui ſubſtantiui numerari. 1. D. 12. Q. 1. ʃ. *Iuxta quæſtionem iſtam*. ℣. *Aſſigno aliam*. T. 14.

Adiectiuum quando additur addiectiuo, vt cum dicitur duo ſpirantes, vtrumque eſt dependens ; & ideo neutrum determinat alterum : ſicut neutrum determinat dependentiam alterius ; ſed ambo dependent ad tertium, quod terminat eorum dependentiam, & determinatur per ipſa. *ibidem*.

Adiectiuum maſculinum licèt vſitatè non ſit ſubſtantiuum, ſed tantùm neutrum ſit ſubſtantiuum; tamen in Diuinis, quando adiectiuum maſculinum ponitur per ſe, tunc intelligitur ibi eſse ſubſtantiuum, vt *Quis*, vel *Perſona*. *ibidem*.

Adiectiuum eſt in adiacentia eſsentiali ad ſuppoſitum, quod terminat eius dependentiam ; & ideo non poteſt plurificari ; niſi ſubſtantiuum, quod ſiſtit eius dependentiam, plurificetur. 1. D.12.Q.1. *Ad tertium principale*. ℣. *Quia adiectiuum*. Cc. 17. *Addit*.

Adiectiuum non determinat aliquid, niſi illud, ad quod terminatur eius dependentia : nec poteſt terminare dependentiam alterius adiectiui, quia æqualiter dependent, & ambo ſunt æquè dependentia, & ideo neutrum determinat alterum.1.D.23.Q.Vn.§.*Contra iſtud*.℣.*Præterea, contra additum*. B. 3.

Adiectiuum in neutro genere ſubſtantiuatum includit in ſe ſuum ſubſtantiuum ſecundùm grammaticos: non includit autem, niſi hoc, quod eſt aliquid; vel ens: vnde hoc ens importatur per tale adiectiuum.4.D.8.Q.2.§.*Aliter ergo*.℣.*Et tunc eſt*. P. 17.

Adimpletio.

Adimpletio eſt ſignum volitionis efficacis, ſi fiat immediatè à voluntate: ſi per alterum, eſt præceptum; & voluntatis remiſſæ in nobis fortè eſt conſilium, ſignum, vel perſuaſio, vel monitio. 1.D.47.Q. Vn. §. *Reſpondeo*. A. 2.

Adiutorium.

Adiutoria communia ſufficientia ad ſalutem dedit Deus omnibus, quibus etiam ille, ad quem ſaluandum Deus non habet voluntatem beneplaciti, poteſt ſufficienter bene viuere, & ſaluari : propter quæ dici poteſt, quòd quantùm eſt ex parte ſui vult omnes ſaluos fieri. 1. Diſt. 46. Q. Vn. §. *Ad primum* . B. 3.

Adiutorium

Adiutoria plura habemus in lege noua, quàm habuerunt illi veteris legis. 3. D. 40. Qu. Vn. *§. Quantùm ad secundum*. ¶. *Præter hæc*; F. 7.

Adiutoria plura & efficaciora, simpliciter loquendo, sunt in lege Christiana, quàm veteri; & ideo ex ea parte lex noua est leuior. *ibidem*. ¶. *Simpliciter*. G. 7.

Adiutorium vnum notabile est in lege Christiana, quòd nobis pro obseruantia legis Christianæ promittitur explicitè vita æterna, illis autem veteris legis, vel rarò, vel nunquã, nisi bona temporalia promittebantur. 3. D. 40 Qu. Vn. *§. Quantùm ad secundum*. ¶. *Est etiam*. H. 7.

ADO

Adoptare.

Adoptat homo per nouum actum voluntatis; & ita ipsum adoptare, est aliquem ad hæreditatem optare per nouum *velle*. 3.D.10.Q.Vn. *Ad primum principale*. C 4.

Adoptari potest non habens vsum rationis, sed non dispensari; potest enim bene sufficere minus de voluntario in adoptato, quàm in contrahente matrimonium. 4.D.29.Q. Vn, *Ad primum principale*. G. 12.

Adoptatus.

Adoptati, sicut abrogati dicuntur filij adoptiui. 4.D.42.Qu. Vn. *§ Respondeo*. ¶. *Iuxta quod*. B. 3.

Adoptio.

Adoptio in filium est magis propriè in Baptismo, quàm matrimonium; quia paruulus non potest dici propriè contrahere matrimonium, cum non vtatur ratione, cuius vsus requiritur ad omnem contractum: in adoptione autem sufficit solus actus adoptantis, & si nullum habeat adoptatus. 4. D. 4. Quæst. 4. *Ad primum principale*. K. 6.

Adoptio fit per quemlibet magistratum; nec adoptatus transit in potestatem adoptantis, sed remanet in potestate sui patris: arrogatio autem fit auctoritate Principis, & per arrogationem arrogatus transit in arrogantis potestatem. 4 D. 42. Quæst. Vn. §. *Respondeo*. ¶. *Iuxta quod*. B. 3.

Adoptiuus.

Adoptiuum filium in adoptione humana non oportet fuisse extraneum, hoc est inimicum, neque ex actu proprio, neque ex actu parentum; quia sic vel inimicus communiter non adoptatur, sed magis dilectus altero istorum modorum: vnde sufficit extraneitas, quæ est carentia iuris in hæreditate adoptantis. 3.D.10.Q.Vn. §. *Respondeo*. ¶. *Si dicatur*. A. 3.

Adoptiuum esse non dicit proprietatem naturæ creatæ, secundùm quam Christus nunquam fuit extraneus ab hæreditate Paterna, sed naturæ deprauatæ. *ibidem*. *Ad tertium rincipale*. D. 4.

Adoratio.

Adoratio habitualis vna est trium Personarum; quia actualis vnius Personæ diuinæ, quicunque adorat vnam, habitualiter se subijcit toti Trinitati; sed non oportet, quòd actualiter cogitet de alia Persona, quando adorat vnam Personam; sicut patet de orante vnam Personam oratione, quæ non dirigitur actualiter ad aliam, sicut patet de illo hymno, *Veni Creator Spiritus* &c.: & de multis orationibus in Ecclesia institutis: vnde orationes Ecclesiæ frequenter diriguntur Patri, & in fine inducitur Filius, sicut mediator; vnde dum aliquis refert actualiter intentionem suam ad orandum Patrem, non oportet, quod actualiter cogitet de Filio, vel de Spiritu Sancto, nisi habitualiter, quousque post inducat Filium in cogitatione sua, tanquam scilicet mediatorem; & sic intelligitur, quod dicit Damascenus *lib. 1. cap. 9. Quod propter vnam Dei maiestatem, debetur ei vna tantum adoratio*; ita quòd non conuenit adorare vnam Personam, non adorando aliam, intellige *saltem habitualiter*. 1. D. 1. Q. 2. *Ad vltimum principale*. M. 14.

Adoratio aliqua, certum videtur, quòd sit exhibenda Deo diebus ab eo determinatis, primò in lege naturæ, & postea in lege Mosaica in Sabbato; & iam in tempore Euangelij in die Dominico; quamuis dubium sit vtrum aliquo alio tempore præterquam in isto, teneatur quis ad actum præcepti adorationis. 3.D.9.Q.Vn. *§. De secundo articulo*. ¶. *Vtrum autem*. C. 5.

Adorationem illam, quam debemus Deo, si alicui alteri deberemus, essemus multùm depressi; quia tunc essemus sibi valde subiecti, quod concluderet maximam infælicitatem, vel infirmitatem nostri. 3.D.9.Q.Vn. *§. Quantum ad istum*. G. 12.

Adoratio latriæ debetur Christo secundùm naturam Diuinam solummodo, accipiendo ly *solummodo* cathegorematicè; quia sufficiens ratio summi adorabilis est in Christo considerato secundùm solam naturam Diuinam: si autem teneatur ly *solummodo* syncathegorematicè, quatenus notat exclusionem ab vno extremo respectu alterius extremi, & quatenus excludit aliquid à termino adorationis; quia à termino adorationis non debet excludi natura humana, quasi illam includendo non posset totum adorari; sumendo autem ly *solummodo* prout excludit aliquid, vt rationem adorandi; potest dici, quòd solummodo secundùm naturam Diuinam est adorandus, excludendo aliam naturam, vt est ratio adorandi; quia nulla alia est ratio summi dominij, nec ratio adorationis debitæ summo Domino. 3.D.9.Q.Vn. §. *De tertio articulo*. ¶. *Hoc etiam modo*. ¶. *Sumendo etiam*. E. 6.

Adoratio confusè exhibetur toti; dilectió autem respicit distinctè naturam in termino adorationis: & tutum est in adoratione non nimis distinguere naturam illam creatam à Verbo, sed Verbum subsistens in duabus naturis adorare: & ita Verbum habens naturam humanam potest summè diligi, licèt ipsa natura non diligatur, neque etiam summè diligatur vnio naturæ ad Verbum, quæ est creatura. 3. D. 9. Q. Vn. §. *Sed dubium*. ¶. *Posset dici*. K. L. 14.

Adorationis hyperduliæ ratio posset poni, vel bonitas intrinseca adorati absolutè; vel vt per ipsum, tanquam per causam secundam, communicatur adoranti magnum bonum. 3. D. 9. Quæst. *Vnica* §. *Quantùm ad istum*. G. 11.

Adoratio maior hyperdulia, vel alia, vel ex alia causa, puta ex hoc, quod est Redemptor, quàm si non fuisset Redemptor, non debetur Christo secundùm naturam humanam, si bonitas intrinseca adorati absolutè ponatur ratio adorationis hyperduliæ: sicut nec secundùm opinionem dicentem, adorationis latriæ rationem, vel motiuum esse solã bonitatem infinitam intrinsecam, Deo debetur maior latria, vel ex alia ratione latriæ, sicut Creator; quàm deberetur ei, si non esset Creator. *ibidem*.

Adorationis à termino; vel sic; A termino adorationis [qua adoratur Christus Dominus,] non debet excludi natura humana, quasi ipsam includendo non possit totum adorari. 3. D. 9. Q. Vn. §. *De tertio articulo*. ¶. *Hoc etiam modo*. H. 12.

ADV

Aduerbium.

Aduerbium, nisi habeat participium, vel verbum, semper est truncata locutio, siue incongrua. 4. D. 50. Q. 6. *Ad secundum principale secundæ quæstionis; quinta autem in ordine*. I. 10.

Aduersitas.

Aduersitas aliquando plùs proficit, quàm prosperitas. *Boet. 4. de Consolat. Quodl.* Q. 21. §. *Quantùm ad primum*. ¶. *Secundum fidem*. S. 16.

Adultera.

Adulteram tenens non est capax pœnitentiæ, sed irrisor. 4. D. 15. Quæst. 2. §. *De quarto sunt*. ¶. *De primo, dico*. Aa. 29.

Adultera habens vnum filium spurium, & alium legitimum, nec valens modo aliquo honestè facere, vt spurius dimittat hæreditatem, debet laborare aliunde restitutionem fieri vero hæredi, quantùm potest, & secundùm correspondentiam iustitiæ; quia non dico, quòd teneatur ad restituendum æquiualens toti hæreditati; nam multùm differt inter habere, & prope esse: iste autem nunquam

Adultera.

quam habuit hæreditatem, licèt fuerit prope secundùm iustitiam; & ideo minus, quàm æquiualens hæreditati suffi eit sibi pro restitutione; & illud minus determinetur secundùm arbitrium boni viri: videtur tamen ad minus, quòd debeat sibi prouidere de victu honesto, & vestitu, si fuerit hæreditas pinguis, vt possit sufficere hæredi ad duplum, vel ad triplum istius; quòd si hoc non possit, faciat quod dicitur *Extra, de solutionibus cap. Odoardus*. 4. D. 15. Quæst. 2. *Ad octauum principale*. ℣. *Dico ergo*. Ll. 39.

Adultera habet potestatem alterius Coniugis, quia per matrimonium fuit sibi data, & indefectibiliter: tamen non habet, nec habere potest vsum corporis illius propter peccatum suum; & consequenter peccatum potest perpetuò prohibere vsum, stante potestate data in matrimonio; ideuque multò magis Spiritus Sanctus propter aliquam honestam causam hoc potest. 4. D. 30. Qu. 2. ∫. *De secundo articulo*. ℣. *Præterea, adulterium*. E. 6.

Adulterium.

Adulterij nomen impositum est ad significandum non tantùm actum naturalem coeundi, sed cum deformitate, scilicet cum aliena. 3. D. 38. Q. Vn. ∫. *Aliter dicitur*. ℣. *Hoc potest*. A. 6.

Adulterium coniunctum, siue cum machinatione in mortem coniugis legitimi, siue cum fidei datione ipsi adulteræ de ipsa ducenda vxore post mortem viri sui legitimi, & impedit, & dirimit matrimonium, sicut patet *Extra de conuers. infidelium, cap. Laudabilem*: imo sola machinatio in mortem legitimi coniugis videtur impedire ex illo capite; & loquitur ibi de Saracenis, *qui dum essent in captiuitate quarumdam Christianarum, Viros earum insidijs suis, & machinationibus occiderunt*; & sententiat Ecclesia, quòd si post per ipsas ad fidem Christianam accesserint, & cum eis adhæserunt, (supple in matrimonio,) non sunt tolerandi, cum tale damnum, tali lucro, Ecclesia compensare non velit: hic non tangitur de adulterio Saraceni cum Christiana, nec de fideidatione, sed tantùm de machinatione in mortem legitimi viri, & adhuc conscia vxore: nec Glossa addit ibi ad casum istum fideidationem, vel adulterium; sed ista machinatio debet intelligi cum effectu, vt simul sit affectus, & effectus, sicut Glossa super illo verbo *procurauerunt*. 4. D. 35. Q. Vn. ∫. *Respondeo; tria*. ℣. *Sed non sola*. E. 7. & D. 42. Q. Vn. §. *Ex statuto*. ℣. *Tandem*. K. 10.

Adultus.

Adultus non baptizatus, & qui non habeat aliquem docentem, & omni Doctore sit eum instruente destitutus, habeat tamen bonos motus conformes rationi rectæ naturali, quales potest habere, & caueat ea, quæ naturalis ratio ostendit, sibi esse mala; talis, inquam, potest dici, quod per bona *velle* ex genere de congruo meretur iustificari ab originali, & Deus non subtrahit liberalitatis suæ munus ab eo, sed dat sibi primam gratiam sine Sacramento; quia non est alligatus Sacramentis: & tunc gratia non datur sine habitu fidei theologicæ; licèt non possit exire in actum, sicut nec baptizatus, nisi instruatur. *Prolog*. Q. 1. ∫. *Contra autem conclusionem*. I. 17. *Addit*.

Adultus quilibet simpliciter tenetur ad actum præcepti affirmatiui [de adorando] aliquando eliciendum. 3. D. 9. Qu. Vn. ∫. *De secundo articulo*. ℣. *Hoc autem præceptum*. C. 5.

Adultis cultoribus suis cùm non solùm Deus prouidit; vel sic; Cùm non solùm Deus adultis cultoribus suis prouidit de remedio necessario ad salutem, sed etiam paruulis eorum; & hoc de remedio, de quo parentes possent esse certi pro paruulis, sequitur, quòd tempore legis naturæ erat à Deo institutum aliquod remedium, vel signum certum, & efficax deletionis originalis peccati. 4. D. 1. Q. 7. §. *Respondeo*. A. 2.

Adultus, qui non vtitur nunc ratione, nec est vsus vnquam, vt furiosus, vel fatuus à natiuitate, eodem modo dicitur, quòd est baptizandus; [eodem modo dicendum est de eo, quantùm ad ministrandum illi hoc Sacramentum, sicut de paruulo] nisi quòd in hoc est differentia, quòd si speratur, ipsum aliquando curandum, expectandum est tempus illud, vt cum maiori reuerentia suscipiat Sacramentum: si autem desperatur de eo, quòd ad vsum rationis nunquam attingat, statim conferendum est illi Sacramentum, quia nulli Deus excludit remedium ad salutem. 4. D. 4. Q. 4. §. *Hic distinguo*. B. 2.

Adultus nunc non vtens ratione, qui tamen ea aliquando vsus est, supponitur nunc habitualiter consentiens, vel dissentiens, secundùm quòd se habuit in sanitate ante istud impedimentum immediatè: scilicet, si tunc actualiter consensit, iudicatur nunc habitualiter consentiens: si tunc actualiter dissensit, nunc iudicatur habitualiter dissentiens: & dixi *immediatè*, ita quòd inter actum illum, & illud impedimentum non interueniat motus voluntaris oppositus: & sic vniuersaliter dico, quòd iste habitualiter se habens potest recipere Sacramentum, sicut potuit priùs, quando actu sic, vel sic se habuit. *ibidem*. ℣. *De secundo*. B. 3.

Adultus vtens ratione, negatiuè, idest negans actualem consensum, & simul contrariè, idest ponens actualem dissensum, non recipit Sacramentum Baptismi; quia Deus per Sapientem dicit *Prouer. 23. Fili præbe mihi cor tuum*, nolens, aliquem omnino inuitum ascribi familiæ suæ: suscipiens autem Baptismum ascribitur per hoc familiæ Christi. 4. D. 4. Q. 4. §. *Hic distinguitur*. ℣. *De tertio*. C. D. 3.

Adultus, vtens ratione, si secundùm quid in susceptione Baptismi dissentiat, sed simpliciter consentit, & hoc non tantùm in illam ablutionem, tanquam in quoddam balneum, sed in ablutionem eo modo, quo illam intendit facere Ecclesia, ille simpliciter recipit Sacramentum, quia simpliciter est volens, licèt secundùm quid nolens: & de tali loquitur illud Concilium Toletanum, quod allegatur *Extra de Baptismo, & eius effectu cap. Maiores; Quod illi, qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, quia iam constat Sacramentis Diuinis esse associatos, oportet, vt fidem, quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, contemptibilis habeatur*. 4. D. 4. Qu. 4 ∫. *Hic distinguo*. ℣. *De tertio*. E. 4.

Adultus vtens ratione, si negatiuè tantùm non consentiat susceptioni Baptismi, recipit Sacramentum, si consentit virtualiter; quia noluit Deus obligare hominem ad impossibile, vel secundùm statum huius vitæ, nimis difficile: nunc autem non distrahi, nimis videtur difficile homini pro statu vitæ; quia secundùm Augustinum 3. *de liber. arbitr. non est in voluntate nostra, quin visis tangamur*: vnde noluit Deus salutem hominis ponere in illa conditione, *Si non distrahatur*, & consequenter noluit obligare eum, quòd in susceptione Baptismi non distraheretur, & ita est vniuersaliter in alijs Sacramentis. *ibidem*. ℣. *Si quis autem*. F. 4.

Adultus baptizandus, si ex voto intendit renunciare Diabolo, & pompis eius; tamen illud votum præcedens non est de necessitate Sacramenti, sed pertinens ad eius solemnitatem. 4. D. 4. Quæst. 4. *Ad tertium principale*. K. 16.

Adultus [in susceptione Baptismi] quantumcunque tenuem habeat voluntatem, dum tamen consentiat recipere Sacramentum, nec ponat obicem aliquem, videtur habere meritum proprium, & pro tanto magis dispositus, quàm paruulus; & per consequens maiorem gratiam accipiat in Baptismo, quàm paruulus. 4. D. 4. Quæst. 7. §. *Sic ergo*. E. 5.

Adultus si non ponit obicem peccati mortalis, & in susceptione Baptismi consentit, aliquem motum habet disponentem, quo caret paruulus, non obstante, quòd ille habeat peccatum veniale simul. *ibidem*.

Adulti Iudæi, & infideles si cogerentur minis, & terroribus, ad suscipiendum Baptismum, & ad conseruandum postea susceptum, religiosè fieret; quia licet ipsi non essent verè fideles in animo; tamen minus malum esset eis non posse impunè legem suam illicitam seruare, quàm posse eam liberè seruare: item filij eorum si bene educarentur in tertia, & quarta progenie essent verè fideles. 4. D. 4. Q. 9. ∫. *De paruulis*. ℣. *Sed hæc ratio*. A. 2.

Adulto licet recipere Baptismum à præciso, vel excommunicato, si alius Minister haberi non potest; & hoc videtur haberi ab Augustino *De Baptismo contra Donatistas lib. 6. cap. 5. Potest*, inquit, *tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed perniciosè, aliàs vitiosè tradere: ille autem*

cui

Adultus.

cui tradidit , potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat : sicut plerique accidit , vt catholico animo , & corde ab vnitate pacis non alienato aliqua necessitate mortis ingruentis ad aliquem hæreticum venit, & ab eo Christi Baptismum sine omni illius peruersitate perciperent ; & siue defuncti , siue liberati nequaquam apud eos remanerent , ad quos nunquam corde transierant . 4. D. 5. Q. 2. §. *Hic distinguitur* . ℣. *Potest ergo* . B. 4.

Adultus fortè [casu etiam , quòd alius minister haberi non posset] potest non recipere Baptismum à præciso , vel excommunicato ; quia Baptismus Flaminis sibi sufficeret , si propter reuerentiam Ecclesiæ talem vitet : pensatis tamen omnibus, melius videtur, quòd à tali recipiat , quàm quòd de vita hac sine Baptismo recedat . 4. D. 5. Q. 2. §. *Hic distinguitur* . ℣. *Potest etiam* . B. 4.

Adultus debet suscipere, idest non contemnere Sacramentum Confirmationis , & pro tempore congruo suscipere in effectu ; vt dicitur *de Consecrat. Dist.* 5. *Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum post Baptismum Spiritum Sanctum suscipere debent , vt pleni Christiani inueniantur* ; iudicaretur enim contemptus , si omnimoda opportunitate oblacta , non susciperetur . 4. D. 7. Q. 2. *Ad argumentum principale* . A. 1.

Adultus sicut primam gratiam delentem peccatum originale potest habere duplici via , vel ex bono motu disponente ad illam de congruo , vel ex susceptione Baptismi, ita & in Sacramento Pœnitentiæ , quo ad peccatum commissum post Baptismum . Quod declaratur sic; quia ad primam susceptionem gratiæ requiritur aliquis motus meritorius de congruo : ad Secundam autem non requiritur , nisi voluntaria susceptio Baptismi , & sine fictione , hoc est cum intentione suscipiendi, quòd confert Ecclesia , & sine actu , vel voluntate peccati mortalis : ita quod in primo requiritur aliquod opus intrinsecum aliquo modo acceptum tanquam meritum de congruo ; in Secundo solùm requiritur opus exterius cum amotione interioris impedimenti : non solùm ergo attritus per aliquod tempus vsque ad certum instans , in vltimo instanti recipit gratiam delentem peccatum , tanquam per virtutem meriti de congruo ; sed non habens talem actum , qui sufficiat ad meritum de congruo ; sed tantum habens voluntatem suscipiendi Sacramentum Ecclesiæ , & sine obice peccati mortalis actualiter sibi facto , vel in voluntate inhærentis , recipit , non ex merito , sed ex pacto Diuino, effectum illius Sacramenti ; & sic parum attritus , etiam attritione , quæ non habet rationem meriti ad remissionem peccati , volens tamen recipere Sacramentum Pœnitentiæ , sicut dispensatur in Ecclesia , & sine obice in voluntate peccati mortalis in actu, in vltimo instanti illius prolationis verborum, in quo , scilicet , est vis Sacramenti istius , recipiet effectum Sacramenti , scilicet gratiam pœnitentialem , non quidem ex merito , quia dispositio interior non est sufficiens per modum meriti ; sed ex parte Dei assistentis Sacramento . 4. D. 14. Q. 4. §. *Quantùm ad tertium* . ℣. *Dicitur ergo* . D.E.6. 7.

Adultus , qui tenetur præcepto Confessionis Sacramentalis , non intelligitur tantæ , vel tantæ ætatis , sed quòd habeat ætatem ad cognoscendum iustum , vel iniustam contra legem Dei . 4. D. 17. Q. Vn. §. *De secundo* . K. 18.

Adulti baptizati frequenter per attritionem , tanquam per meritum de congruo iustificantur , antequam confiteantur secundùm auctoritatem Augustini , & Cassiodori super illud Psalm. 31. Dixi Confitebor, & tu &c. [dicentium , quòd ante vsum clauium per solam contritionem , & propositum confitendi remittebatur peccatum] , sicut Baptismus Fluminis non habenti prius gratiam confert , & habenti auget ; & frequenter in adultis præcedit Baptismus Flaminis Baptismum Fluminis : si autem non præcederet , conferretur per Baptismum prima gratia . 4. D. 19. Q. Vn. *Ad secundum principale primæ quæstionis* . H. 32.

Adulti , esto , quod antequam confiteantur ; non habuerint sufficientem attritionem per modum meriti ad iustificationem ; & per consequens in peccato existentes ; & tamen aliqualiter attriti confitentur , in vltimo instanti accipiunt gratiam virtute Sacramenti . *ibidem* .

AED

Ædifico.

ÆEdificare distinctè importat terminum , quod est ædificium : non tamen conceditur , quòd ædificatur ædificet ædificio . 1. D. 32. Q. 2. §. *Contra ; sicut* . n. 5.

Æqualis.

Æqualibus in omnibus alijs à Diuinis Personis est dimi nuta vnitas magnitudinis virtutis. 1. D.19. Q.1. §. *De quarto* . E. 5.

Æquale maius , & minus non conueniunt quantitati molis, nisi finitè 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes primam opinionem* . ℣. *Ad vltimum* . K. 20.

Æquale , & inæquale, & maius, & minus sunt differentiæ quantitatis finitæ , & non infinitæ . *ibidem* .

ÆEqualem esse Deo , quod est complexum quoddam , non est volibile volitione absoluta, quia non est aliquid simplex includens in se rationem primi obiecti volibilis, sed tantùm est quædam habitudo obiecti simplicis ad aliud obiectum , quorum vtrumque obiectum simplex est per se volibile ; nam & illud , quod vult , & illud cui vult , est per se volibile . 2. D. 6. Q. 1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *De prima volitione* . E. 5.

ÆEqualem esse Deo ; totum hoc complexum non includere in se rationem primi obiecti , falsum est , loquendo de partibus totius ; vtraque enim pars , scilicet , *quod* , & *cui*, per se includit in se obiectum voluntatis : & hoc sufficit , ad hoc , quòd voluntas velit vnam partem in ordine ad aliud . *ibidem* .

ÆEqualis est Patri Filius secundùm substantiam , Augustin. 5. *Trinit.* 7. ibi accipit substantiam , pro vt est vna : est autem fundamentum vtriusque relationis Paternitatis , scilicet , & æqualitatis , vna quidem existens , sed non vt vna : imo vt vna in tribus est fundamentum æqualitatis : ipsa autem , quæ est vna , & non vt vna in tribus , est fundamentum Paternitatis, siue Filiationis : imo vt fœcunda in ratione principij , & termini communicabilis quasi proximè fundat . *Quodl.* Q. 6. §. *Istarum quatuor*. ℣. *Dici potest*. G g. 28.

Æqualitas.

Æqualitatis relatio , strictè sumpta , appropriatur generi quantitatis . 1. D. 19. Q. 1. §. *De primo* . A. 2.

Æqualitas , vel inæqualitas , communiter sumpta , potest fundari supra quodcunque ens , inquantùm habet magnitudinem aliquam perfectionis . 1. D. 19. Q. 1. §. *De secundo* . B 3.

Æqualitas , & inæqualitas sunt opposita formaliter , & similitudo , & dissimilitudo similiter , saltem ad idem correlatiuum : ista autem perfectè possunt fundari in eodem fundamento successiuè ; & ideo idem fundamentum neutrum istorum continet virtualiter , & secundùm perfectam identitatem ; quia qua ratione non ambo , eadem ratione nec alterum . 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem* . ℣. *Præterea ; secundò* . A. 8.

Æqualitas , quæ fundatur super quantitatem , & similitudo fundata super qualitatem minùs differunt , (quia vnius modi ,) quam similitudo , & relatio potentiæ actiuæ , quæ possunt fundari super eundem calorem , quia alterius modi . 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea ; quintò* . A. 9.

Æqualitas in natura fundatur super vnitatem, non vnionis ; quæ vnitas in creaturis non est entitas singularis , sed naturæ . 3. D. 8. Q. Vn. *Ad vltimum principale* . ℣. *Ad argumentum ergo* . H. 22.

Æqualitas videtur quasi determinare similitudinem , & funda-

Æqualitas.

fundamentum similitudinis, comparando aliqua in forma, secundùm quam nata est esse similitudo; & ita potest concedi hoc, quòd æqualitas, non ita distinguitur ab identitate, & similitudine, sicut illa inter se; sed quòd ipsa dicat proprium modum fundamenti illarum duarum relationum, & quasi etiam modum proprium vtriusque relationis, scilicet, quòd tàm identitas, quàm similitudo sit perfecta. 1. D.31. Q. Vn. §. *Quantum ad tertiam*. ✝. *Ad primum*. F. 6.

Æqualitatis fundamentum, quòd sit quantitas, videtur accipi à Philosopho; ait enim in Prædicamentis, quòd proprium est quantitati secundùm eam æquale, vel inæquale dici: istud secundum non tollit fundamentum illius relationis, sicut ipse loquitur *cap. de Qualitate*, quòd proprium sibi est, quòd aliquid secundùm eam dicatur simile, vel dissimile: istud dictum de fundamento æqualitatis, vel similitudinis videtur magis explicare 5. *Metaphys. cap. de ad aliquid Tex. 20. Æquale, & simile idem secundum vnum dicuntur omnia; æqualia, quorum quantitas est vna; similia, quorum qualitas est vna; eadem, quorum substantia est vna*: hoc ipse videtur innuere, quòd non sola quantitas sit fundamentum æqualitatis, sed requiritur vnitas quantitatis. *Quodl.* Q.6. §. *Primum videtur*. A. 2.

Æqualitatem non negaret Philosophus, esse indiuiduorum eiusdem speciei in quolibet genere, & inæqualitatem specierum; & per consequens, cùm secundùm ipsum æquale, & inæquale non dicantur, nisi secundùm quantitatem, quantitas conuenit aliquo modo omni enti cuiuscunque generis. *ibidem*. §. *De primo*. D. 5.

Æqualitas non est realis, nisi secundùm plures magnitudines; ista propositio est neganda: imò illa, quæ est secundum plures magnitudines, est secundùm quid æqualitas realis, quia est secundùm vnitatem magnitudinis secundùm quid, *Quodl.* Q.6. §. *Istarum quatuor*. ✝. *Præterea; quod additur*. Ee. 26.

Æqualitas dicit modum proprium similitudinis, & identitatis, ad hoc scilicet, quòd tàm identitas, quàm similitudo sit perfecta. *Quodl.* Q.6. §. *Contra istam*. ✝. *Hic potest*. M. 11.

Æqualitas fundatur super vnitatem vnionis: ista est falsa; quia vnio est relatio; non enim potest intelligi ratio vnionis ad se; quæro tunc, quæ relatio? aut eadem, quæ æqualitas? & tunc idem fundabitur in se: si alia, & fundata super vnum, & non vnitatem vnionis; idem potest dici de æqualitate; si super vnitatem vnionis, esset processus in infinitum. 3. D. 8. Quæst. Vn. *Ad vltimum principale*. H. 21.

Æqualitas duobus rectis est passio demonstrata de tribus angulis trianguli [quando dicitur, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis.] 2. D. 1. Quæst. 4. §. *Et quia posset*. ✝. *Quartum probatur* C. 12.

Æqualitas in moralibus.

Æqualitas in diligibili, & diligente est conditio concomitans diligibilitatem, & honestatem in amicis. 3. D. 27. Q. Vn. *Ad primum principale*. P. 20.

Æqualitas est ratio amicitiæ, supposita honestate, quæ est propria ratio amabilis: æqualitas autem est propria ratio amicitiæ strictè sumptæ; sed excellentia est ratio habitus magis similis, vel perfectioris, quàm sit amicitia, & talem voco charitatem. *ibidem*.

Æqualitas seruanda in permutatione rerum secundùm rectam rationem, non consistit in indiuisibili, sicut dicit quidam Doctor, motus ex hoc, quia iustitia habet tantùm medium rei; sed cæteræ virtutes medium rationis; hoc enim falsum est: imo in isto medio (quod iustitia commutatiua respicit) est magna latitudo; & intra illam latitudinem non attingendo indiuisibilem punctum æquiualentiæ rei, & rei; quia quod hoc quasi impossibile esset communitantem attingere, & in quocunque gradu citra extrema fiat, iustè fit. 4. D. 15. Q. 2. §. *Defecundo articulo*. ✝. *Et propter hoc*. L. 15.

Æqualitas valoris est seruanda in rerum permutatione iuxta illud August. ini 13. *Trin. cap. 3. Vili velle emere, & carius velle vendere, reuera vitium est*; & hoc intelligendo de re vili, & cara quantùm ad vsum; quia frequenter res, quæ in se est nobilior in esse naturali, minùs est vtilis vsui hominum, & per hoc minùs pretiosa, sicut secundùm Augustinum *de Ciuit. lib. 11. cap. 16. melior est in domo panis, quàm mus*; cùm tamen omne viuum nobilius sit simpliciter non viuo in esse naturæ. *ibidem*. ✝. *Sequitur in illa*. L. 15.

Æqualitas Dei.

Æqualitatem Diuinam appetere est sibi concupiscere tantum bonum, quantum bonum potest concupiscere summo bono. 2. D. 6. Q. 1. §. *Quia tamen*. ✝. *Præterea secundùm Augustinum*. A. 2.

Æqualitas Dei potest apprehendi sine errore, quia in aliquo est sine errore; nam Filius est æqualis Patri, & ille potest apprehendi; vel si nihil esset æquale, adhuc æqualitas potest apprehendi absolutè, nec in apprehensione illa simplici esset error, nec aliqua falsitas: & tamen illa apprehensio simplex sufficit ad volitionem illius simplicis cuiuscunque intellecto, & amato. 2. D. 6. Q. 1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad tertium dico*. F. 6.

Æqualitas Dei ostenditur appetitui ab intellectu non errante, sed simplici, cui non est errare, nec verum dicere: illæ enim sunt conditiones intellectus componentis, & diuidentis. *ibidem*. ✝. *Si igitur arguas*. G. 7.

Æqualitatem Dei interpretatiuè, & non formaliter appetere, est velle rapere æqualitatem Dei, quam vult rapere omnis peccator; qui etiam vult esse maior Deo in eo, quòd voluntatē suam vult præferri voluntati Diuinæ, non obediendo voluntati eius. 2. D. 21. Q. 2. *Ad tertium principale* H. 5.

Æqualitas Dei est bonum quoddam concupiscibile secundùm se; & ideo Angelus illud bonum potest sibi concupiscere. 2. D. 6. Q. 1. §. *Quia tamen*. A. 2.

Æqualitas Dei si esset possibilis Angelo, posset Angelus istam concupiscere sibi, vt planum est. *ibidem*. ✝. *Præterea, si æqualis*. A. 2.

Æqualitatem Dei interpretatiuè, & non formaliter, tàm homo, quàm Angeli mali appetierunt. 2. D. 21. Qu. 2. *Ad tertium principale*. H. 5.

Æqualitatem Dei sibi volendo simplici volitione, non efficaci, fortè peccauit, vel peccare potuit primus Angelus. 2. D. 33. Quæst. Vn. §. *Ad primum concedi*. ✝. *Alio modo*. L. 17.

Æqualitas in Diuinis ad intra.

Æqualitas aliquorum, non est relatio secundum magnitudines eorum commensuratas inter se: si in hac propositione per hoc, quod est esse *commensuratas* intelligatur ratio formalis æqualitatis, est manifesta petitio principij, dicere, *non est relatio commensuratio*, *ergo non est realis æqualitas*: si autem per hoc intelligatur aliqua ratio præuia fundamentalis, non videtur probabile, quòd sit ratio in fundamento præsupposita æqualitati: imo commensuratio actualis videtur posterior æqualitate. *Quodl.* Qu. 6. §. *Istarum quatuor*. ✝. *Præterea, quod additur*. Dd. 25.

Æqualitatem iure præponi inæqualitati, vt ait Augustinus de quantitate animæ, verum est comparando aliqua in eadem natura. 1. D. 19. Q. 1. *Ad secundum principale*. I. 8. & D. 28. Qu. 3. §. *Ad quæstionem istam*. ✝. *Confirmatur*. G. 9. *Addit*.

Æqualitas inter supposita eiusdem naturæ, non est ibi imperfectionis; imo magis præexigit perfectionem simpliciter; quia præexigit naturam perfectam, & perfectè in vtroque relato. 1. D. 19. Qu. 1. *Ad secundum principale*. I. 8.

Æqualitatem perfectam in tribus benè assignat Magister secundùm Augustinum *de Fide ad Petrum cap*. 1. scilicet, magnitudine, potestate, & æternitate. 1. D. 31. Quæst. Vn. §. *Quantùm ad tertiam*. ✝. *Ad secundum potest concedi*. F. 7.

Æqualitas in Diuinis non præintelligitur relationibus originis, nec potest esse à se: & ideo non dicit perfectionem simpliciter: dicit tamen perfectionem, quæ in omni natura comparando ad aliquid eiusdem naturæ melior est suo opposito; quia oppositum eius de necessitate dicit imperfectionem. 1. D. 19. Quæst. 1. *Ad secundum principale*. I. 8.

Æqualitas est perfectè in Personis Diuinis. 1. D. 19. Qu. 1. *Ad primum principale*. F. 7.

Æqualitas prima est in Filio *August. 6. Trin. cap. 9.* quod non

non esset verum, si aliqua Persona esset æqualis ad se: tunc enim Pater prius esset æqualis. 1. D. 31. Q. Vn. §. *secundum principale*. B. 4.

Æqualitas, quia non potest intelligi sine distinctione; & prima distinctio est inter Patrem, & Filium, producto Filio; ideo in eo est prima æqualitas terminatiuè, & quasi subiectiuè, accipiendo illam æqualitatem, qua Filius est æqualis. *ibidem*.

Æqualitatis respectus in Diuinis est realis; quia est habitudo ex natura rei, & stat cum simplicitate relati in se; quia non refertur ad aliud, quod est minus necessarium formaliter, quàm ipsum relatum: In creaturis etiam est relatio realis propter ipsam potentialitatem quantorum relatorum: comparando autem quantitatem infinitam ad finitam, vtraque ratio destruitur, quia iam tollitur simplicitas, & necessitas in vno extremo, & tollitur potentialitas, & limitatio in altero. 1. D. 30. Qu. 2. *Ad secundum principale*. ✠. *Respondeo, quòd in Diuinis*. R. 20.

Æqualitatis in Diuinis est fundamentum reale ex natura rei, non tantùm remotum, quod est essentia; sed propinquum, quod est magnitudo; siuè specialiùs, quod est infinitas. 1. D. 31. Q. Vn. §. *Quantùm ad primam*. ✠. *Præterea ratio*. B. 3.

Æqualitas in Deo hæc, & hæc, non est in conceptu, sed quælibet in re est eadem æqualitas. 1. D. 31. Qu. Vn. *Ad primum principale* ✠. *Ad secundo concedo*. L. 10.

Æqualitas, vt est passio generis quantitatis, non conuenit Deo per aliquam differentiam generis quantitatis, nec transfertur ad Diuina. 1. D. 19. Q. 2. *Ad qrimum principale*. ✠. *Tertia ratio*. G. 7.

Æqualitas secundùm quantitatem discretam non, quæritur in Diuinis. 1. D. 31. Q. Vn. §. *Quantùm ad tertium*. ✠. *Ad secundum potest*. G. 7.

Æqualitas in Personis Diuinis, quasi secūdùm duratione, notatur per æternitatē ab Augustino *de Fide ad Petrū*. *ibidē*.

Æqualitatis fundamentum in Diuinis videtur assignare Augustinus c. *de Fide ad Petrum*, vbi loquens de Personis Diuinis dicit; *Nulla*, inquit, *alteram præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate*; quia nec Filio Pater anterior, aut maior est. *Quodl*. Q. 6. §. *De secundo*. B. 3.

Æqualitas, si est secundùm quantitatem, vt vult Philosophus *cap. de Quantitate*; & quantitas primò diuidatur in continuam, & discretam, in Diuinis non potest esse æqualitas secundùm quantitatem discretam, quia nulla est ibi, nisi Trinitas, quæ non est numerus; vel si est pluralitas, minor pars est quodammodo maioris, & ita est inæqualis sibi. *ibidem*.

Æqualitas, ad hoc vt sit in Diuinis, aut est secundùm magnitudinem, aut secundùm æternitatem. *ibidem*. B. 4.

Æqualitas Personarum Diuinarum proxima ratio semper est magnitudo cuiuscunque perfectionis essentialis Diuinæ, si secundùm quamcunque talium perfectionum sunt æquales; & ideo per solam magnitudinem intelligit Augustinus c. *de Fide ad Petrum*, quamcunque perfectionem essentialem, quantùm scilicet ad illud, quod est fundamentum æqualitatis, quia nulla fundat, nisi sub ratione magnitudinis. *Quodl*. Q. 6. §. *De secundo*. ✠. *Respondeo, non vult*. C. 4.

Æqualitas non æquè distinguitur ab identitate, & similitudine, sicut ista duo, scilicet identitas, & similitudo distinguuntur inter se; sed quòd æqualitas dicat modum proprium vtriusque relationis; si enim per impossibile Pater haberet Diuinitatem maiorem, & Filius minorem, esset quædam identitas ibidem: sed quia fundamentum non haberet eamdem magnitudinem, non esset ibi perfecta identitas, quia non cum æqualitate: consimiliter duo habentes scientiam maiorem, & minorem, sunt aliquo modo similes, sed non perfectè similes, quia non æquales in scientia, in qua assimilantur. *Quodl*. Q. 6. §. *Contra ista*. ✠. *Hic potest*. M. 11.

Æqualitas in Diuinis prout dicitur secundùm magnitudinem, est fundamentum reale, & ex natura rei; quantùm ad quodlibet, quod requiritur ad fundamentum æqualitatis; & hoc æquè sicut in quolibet fundamento cuiuslibet æqualitatis, siue magis in Diuinis. *Quodl*. Q. 6. §. *Vltimo*. ✠. *Ad propositum*. P. 12.

Æqualitatis in Diuinis extrema sunt realiter distincta; quia Personæ dicuntur æquales ista æqualitate vna alteri; non autem dicitur essentia æqualis sibi, vel Personæ, vel è conuerso; Persona autem à Persona distinguitur realiter. *Quodl*. Q. 6. §. *De secundo articulo*. Y. 19.

Æqualitatis, identitatis, & similitudinis, relationes in Diuinis, distinctionem extremorum, quasi causatam per relationes originis præsupponunt, sicut communiter ponitur, quòd istæ non possunt pullulare ab essentia, nisi iam præexistentibus relationibus originis in ea; & consequenter ista videntur magis requirere distincta extrema, quàm relationes originis, vel saltem non minùs. 1. D. 31. Q. Vn. §. *Secundum principale*. ✠. *Hoc etiam probatur*. C. 4.

Æqualitas in Diuinis requirit distinctionem realem inter extrema. 1. D. 31. Q. Vn. §. *Secundum principale*. ✠. *Hoc etiam probatur*. C. 4.

Æqualitas prima ea Augustino *6. de Trinit. 9.* in Diuinis, est in Filio; Si autem æqualitas non requireret distinctionem extremorum, posset Pater esse æqualis sibi; & per consequens cùm Pater sit prior origine Filio, prima æqualitas esset in Patre: nunc autem pro tanto dictum Augustini est verum, quia non est ibi æqualitas, nisi inter Personas distinctas; & ideo non est ibi, nisi genito Filio: vnde in ipso est prima æqualitas terminatiuè, qua scilicet Pater est æqualis sibi; & prima æqualitas quasi denominatiuè, vel relatiuè, quæ scilicet non est ad terminum aliquo modo subsequentem. *Quodl*. Q. 6. §. *De secundo articulo*. ✠. *Primum patet*. Y. 19.

Æqualitas in Diuinis non qualitercunque requirit, puta cōcomitanter, sed præexigit distinctionem realem Personarum. *ibidem*.

Æqualitas in Diuinis habet materiam, accipiendo materiam, non pro materia receptiua formæ, sed pro quocunq; quod præexigitur ipsi formæ, secundùm cuius pluralitatem determinatur ipsa pluralitas in ipsa forma; quia pluralitas æqualitatis necessariò præexigit pluralitatem alterius rationis, secundùm quam necessariò determinatur ad certam pluralitatem: & sic æqualitas in Diuinis præexigit necessariò pluralitatem relationum originis, quæ est pluralitas alterius rationis. *Quodl*. Q. 6. §. *Istarum quatuor*. ✠. *Ad secundum*. Ee. 26

Æqualitas in Diuinis, quando dicitur, quòd per se includit relationes originis, & essentiam, si intelligatur per se includere, & non tantùm quasi materialiter, & non præexigendo, hoc videtur falsum; quia essentia, & relatio non faciunt conceptum per se vnum; nullus enim conceptus vnus est per se ad se, & per se ad alterum; æqualitas autem videtur habere conceptum per se vnum. *Quodl*. Q. 6. §. *Secundò contradicitur*. ✠. *Contra istud*. Gg. 30.

Æqualitas est per se vnius rationis in Patre, & Filio, & consequenter non includit per se relationes originis istarum Personarum; quia illæ relationes sunt alterius rationis: quod autem per se includit aliquid alterius rationis, non est per se eiusdem rationis. *ibidem*. ✠. *Præterea, quod per se*. Gg. 30

Æqualitas in Diuinis fundamentaliter importat essentiam, præexigitiuè autem relationes Personales; sed non per se hoc, vel illud importat, sed per se importat relationem aliquam, etiam alterius rationis à relationibus originis, quæ relatio habet idem fundamentum propinquum; & secundùm hanc rationem communem Personæ constitutæ per relationem originis referuntur. *Quodl*. Q. 6. §. *Dico ergo*. Hh. 31.

Æqualitas est relatio alia ab illis originis, ergo secundùm illam, vel idem refertur ad se, vel relatio ad relationem; non apparet probabilitas in ista consequentia: imo, quod plus est, secundùm Paternitatem nec refertur idem ad se, nec relatio [scilicet ipsa Paternitas] ad relationem oppositam [nempe Filiationem] sed relatiuum [scilicet Pater] ad correlatiuum oppositum [scilicet Filium:] & sic est, quòd Pater paternitate refertur ad Filium genitum, & æqualitate refertur ad eumdem Filium æqualem; & hoc non est, nisi, quòd ibi relatiuum, scilicet ipse Pater, constituitur primò per relationem, qua refertur, hic Pater denominatur tantùm à relatione, qua refertur quasi aduentitia. *Quodl*. Q. 6. §. *Dico ergo*. ✠. *Et per hoc*. Hh. 30.

Æqualitas in Personis Diuinis pluralitas est eiusdem rationis, quia sic est de qualibet æqualitate; & est necessariò finita; quia alioquin possent esse infinitæ æqualitates in Diuinis, & per consequens necessariò essent. *Quodl*. Q. 6.

§. *De*

Æqualitas in Diuinis ad intra.

§. *De secundo articulo* . ℣. *Secundò arguitur* . A 2. 21.

Æqualitatis in Diuinis est necessariò pluralitas, quòd verum est, etiam si dicatur æqualitas esse relatio rationis; quia non solùm in relationibus realibus non potest esse eadem relatio realis in vtroque extremo, sed alia, & alia: imo hoc verum est in relationibus secundum rationem. *ibidem*. ℣. *Contra hoc*. Bb. 22.

Æqualitatis in Diuinis pluralitas præexigit aliquam distinctionem alterius rationis per quam determinetur, & non inuenitur talis alterius rationis, nec realis, nec rationis, nisi pluralitas proprietatum Personalium. *ibidem*.

Æqualitates, & magnitudines tot sunt in Deo, quot sunt in eo perfectiones simpliciter; tamen illæ omnes sunt simpliciter vna res. 1. D. 31. Q. Vn. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ad secundum potest concedi*. F. 7.

Æqualitas potest plurificari in Deo, quia præexigit relationes constituentes Personas: ex quarum Personarum distinctione, distinguuntur æqualitates. 1. D. 31. Q. Vn. *Ad primum principale*. ℣. *Respondeo, probatur*. I. 10. *Addit*.

Æqualitas alia est in Patre ad Filium, alia ad Spiritum Sanctum. sicut si Pater genuisset Spiritum Sanctum, esset in eo alia Paternitas ad Filium, alia ad Spiritum Sanctum. 1. D. 31. Q. Vn. *Ad tertium principale*. M. 11.

Æqualitatis relatio, quæ inest Patri, & Filio in Diuinis, inest secundùm fundamentum, quod est in eis ex natura rei [nempè secundùm magnitudinem infinitam]: quod probatur ex illo Ioannis cap. 5. *Patrem suum dicebat esse Deum, æqualem se faciendo Deo*; quia enim necessitate, & realitate genuit Filium, eadem genuit sibi æqualem, dicente Augustino *contra Maxim. lib. 3. cap. 2. vel 29. si dicimus*, inquit, *quòd Pater maior est Filio, quia Pater genuit, Filius non genuit; citò respondebo: imo Pater maior non est Filio, quia æqualem genuit Filium*: & hoc Iudæi intellexerunt, secundum quod pertractat Chrysostomus *super Ioan.* 5. Quia Christus in dicendo se Filium Patris, dicebat, se ex hoc esse æqualem Patri. *Quodl.* Q. 6. §. *De tertio art.* ℣. *Prima auctoritas*. Ii. 31.

Æqualitas est oppositum perfectum, & inæqualitas oppositum imperfectum secundùm Augustinum *De Quantitate Animæ*: vbi loquitur ad discipulum sic; *Æqualitatem*, inquit, *inæqualitati iure anteponis: nec quisquam est, vt æstimo, humano sensu præditus, cui id non videatur*; nunc autem in entibus est perfecta inæqualitas, quia maioritas, & minoritas ex natura rei, & realis; & per consequens videtur irrationabile, quod in entibus non sit perfecta æqualitas realis, & ex natura rei: nusquam autem est perfecta, nisi in Personis Diuinis, quia nusquam alibi est magnitudo perfecta. *Quodl.* Q. 6. §. *De tertio articulo*. ℣. *Secunda ratio*. Ll. 33.

Æqualitas Personarum in Diuinis est relatio realis, sicut alia quæcunque realis, & magis ista, quàm quæcunque alia. *ibidem*. ℣. *Ex his tribus*. Mm. 33.

Æqualitas propter necessariam consecutionem eius ad supposita Diuina, siue illa existant, conuenit eis existenter, siue illa intelligantur circumscribendo existentiam, siue abstrahendo ab existentia in intellectu, etiam consequitur æqualitas. *Quodl.* Q. 6. *Ad tertium principale*. Nn. 34.

Æqualitas, & vnitas paritatis idem sunt; vnde negare, æqualitatem in Diuinis esse realem, quia ibi non est vnitas paritatis, eo modo, quo ista propositio, *æqualitas debet fundari in vnitate vnionis paritatis, vt sit realis*; eo modo, inquam, quo ista propositio potest habere aliquem intellectum probabilē, est negare idem per idem, vt quòd æqualitas non sit relatio realis, quia non est æqualitas. 3. D. 8. Q. Vn. *Ad vltimum principale*. ℣. *Et si dicas*. H. 21.

Æqualitas in Diuinis ad extra.

Æqualitas aliquorum attenditur propriè secundùm aliquid eis intrinsecum, & ad se: ex consequenti tamen æqualitas attendi potest in comparatione ad extrinseca; vnde ex consequenti ex hoc, quòd aliqua formam aliquam habent in æquali gradu, sequitur, quòd secundùm eam possunt æqualiter agere in comparatione ad extrinseca. *Quodl.* Q. 6. §. *De secundo in isto*. B. 4.

Æqualitas potestatis propriè non est alia ab æqualitate magnitudinis, & hoc ex æquo distincta: sed est quasi explicans quamdam æqualitatem magnitudinis, quæ scilicet magnitudo est formæ actiuæ. *ibidem*.

Æqualitas intensiua, & extensiua potentiæ actiuæ frequenter concomitatur se; potest tamen intelligi vtralibet sine altera. 1. D. 20. Q. Vn. §. *Respondeo*. ℣. *Ad propositum*. B. 4.

Æqualitas omnipotentiæ, quæ dicit potentiam ad omnia possibilia, est in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, accipiendo possibile, vt opponitur necessario ex se, & est primum correlatiuum potentiæ actiuæ. *ibidem*. §. *Quantum ad istum articulum*. D. 7.

Æqualitas Personarum ad obiecta ad extra notatur ab Augustino, *De Fide ad Petrum*, per potestatē, quæ sequitur ad æqualitatem secundùm magnitudinem; quia æqualitatem valoris in forma, sequitur æqualitas vigoris in ratione actiui. 1. D. 31. Q. Vn. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ad secundum potest concedi*. G. 7.

Æqualitatis, quæ est in comparatione ad extrinseca, connumerando fundamentum, siue illud, à quo sumitur cum illis, secundùm quæ attenditur æqualitas, quæ est secundùm intrinseca, sunt tria [scilicet magnitudo, æternitas, & potestas] in Diuinis, propriè autem, & ex æquo sunt, tantummodo duo, quæ sunt ad se, & ad intra, secundùm quæ illa æqualitas attenditur, scilicet secundum magnitudinem, & æternitatem. *Quodl.* Q. 6. §. *De secundo*. B. 4.

Æqualitas potestatis ad Filium in Diuinis est semper æqualitas principij, vt principij; & per consequens eo modo, quo Augustin. s. *De Fide ad Petrum*, intendit assignare æqualitatem secundùm illa tria, scilicet magnitudinem, æternitatem, & potestatem, semper includitur in fundamento æqualitatis tertiâ potestas, vt potestas, siue causalitas actiua; & cum illa non sit, nisi respectus rationis, nunquam fundamentum, quod assignatur tertium æqualitatis, est ibi ex natura rei. *Quodl.* Q. 6. §. *De tertio, scilicet*. V. 17.

Æqualitatis relatio, quæ est inter Diuinas Personas [in ordine ad extra] & fundatur in potestate, vt potestate [quatenus scilicet est causalitas actiua ad extra] est tantùm relatio rationis: sicut illud in fundamento [scilicet ratio causalitatis actiuæ ad extra] est tantùm relatio rationis. *ibidem*. ℣. *Sed quidquid*. X. 19.

Æqualitas est in Deo in diligendo omnia [alia à se] comparando actum ad agens; sed comparando actum ad connotata, siue ad ea, super quæ transit, est inæqualitas; non tantùm, quia ista volita sunt inæqualia, vel inæqualia bona sunt eta volita; sed etiam, quia secundùm quemdam ordinem transit super illa. 3. D. 32. Q. Vn. §. *Tertium patet*. ℣. *Ex hoc patet*. E. 5.

Æquinoctionale.

Æquinoctionalibus in partibus: hoc est sub æquinoctiali circulo esse regionem temperatam, non videtur verum; quia quando hyems est nobis frigidissima, non remouetur ab eis Sol, nisi per vigintiquatuor gradus: & tunc est eis propinquior, quàm sit nobis in maxima æstate, in qua distat nobis per vigintiquinque gradus: quare plus habent de calore in fortissima hyeme nostra, quàm nos in maxima æstate nostra. 2. D. 17. Q. 2. §. *Si ista ratio*. ℣. *Quod dicitur*. B. 4.

Æquiuocatio.

Æquiuocationes latent in genere, propter quas non potest fieri comparatio secundùm genus; non enim est æquiuocatio quantum ad logicum, qui ponit diuersos conceptus, sed quantum ad realem Philosophum est æquiuocatio, quia ibi non est vnitas naturæ. 1. D. 3. Q. 3. §. *Contra istam*. ℣. *Consimiliter Philosophus*. Q. 17.

Æquiuocationis communitas declaratur hoc exemplo: *Hic homo est cōmunis Sorti, & Platoni*, quia pronomem *Hic*, quod demonstrat, hoc significat. 1. D. 25. Q. Vn. §. *Respondeo, quod persona*: A. 1.

Æquiuocum.

Æquiuoca productio non est, si principium productiuum non est eiusdem rationis cum termino formali producto, loquendo de termino formali primò producto, & principio primò productiuo; sed requiritur, quòd illud, quod est principium productiuum, non communicetur eiusdem rationis cum genito; & quòd illud, quod est terminus formalis in producto, non sit eiusdē rationis in producente. 1. D. 13. Q. Vn. *Ad secūdū principale*. ℣. *Respōdeo, & dico*. X. 26.

Æquiuocum non numeratur in æquiuocatis; non enim dicuntur piscis, & sydus duo Canes, quia numeratio alicuius in aliquibus requirit vniuocationem eius in eis. 1. D. 25. Q. Vn. §. *Respondeo ad quæstionem*. A. 1.

AER

Aer.

Aerem non oportet moueri localiter, adueniente lumine, & non mouert recedente, vel non adueniente lumine; quia tunc in medio illuminato non esset respirstio aeris, si illud corpus estet localiter motum propter lumen. 2. D. 13. Q. Vn. §. *De secundo; dico*. B. 3.

Aeris in medio interstitio frigiditatis causa positina, est frigiditas nubium in eisdem locis: causa autem priuatiua duplex, scilicet carentia caloris generati per reflexionem radiorum Solis à terra, & carentia caloris causati à Sole directè. 2. D. 17. Quæst. 2. §. *Si ratio ista*. ℣. *Quod dicunt*. B. 3.

Aer, cui calor est accidens conneniens, ideo non potest quemcumque gradum caloris recipere; quia ex naturs sua determinatur ad certum gradum caloris habendum, ita etiam de mixtis. 3. D. 13. Q. 4. ∫. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Secundum*. F. 5.

Aere existente summè calido, & summè dispositio ad formam ignis, sequitur necessario, quòd ignis igniat aerem, corrumpendo formam aeris. 2. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo, nulla*. G. 13.

Aeris intemperies si expellit temperiem in comparatione ad corpus animalis, in quod agit aer temperatus, vel intemperatus; tunc corpus animalis existentis in duobus locis, in quorum vno in ipsum agat aer temperatus, & in alio intemperatus, erit tale, quale natum est causare agens vincens; licèt fortè ageret illud remissius propter actionem contrarij impedientis, & resistentis; si autem sint æqualia in agendo; passum tunc alterabitur in media proportione eodem modo, sicut si diceres, quòd sana aura, & infirma simul essent, (quod concedis Deum posse) & idem corpus esset approximatum isti auræ, & illi simul. 4. D. 10. Qu. 2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad illud argumentum*. L. 16.

Aer, & aqua si de igne posset generari, non propter hoc sequitur, quòd ignis in ratione termini *a quo* sit ens per accidens; quia ista potentialitas, & illa non constituunt per se terminum *a quo*: ita etiam ex parte subiecti, si habeat potentiam aliam, & aliam, non sequitur, si illæ potentiæ sriter se accidant, ergo habens illas est ens per accidens. 4. D. 11. Q. 3. ∫. *Alij concedentes*. ℣. *Si detur etiam*. X. 42.

Aeris corrupti non solùm materia manet, & habet priuationem formæ prioris: sed negatio formæ aeris saluatur in forma ignis, quæ de nouo inducitur; & negatio ills, vt est in forma ignis, non est ibi, vt in subiecto apto nato, sed sic est tantùm in materia communi; sed est ibi vt in aliquo disparato; & licèt circumscribatur negatio illa, vt in materia communi, quæ modò terminat corruptionem, & propter quam corruptio modò non est annihilatio: si tamen terminaret aliquam desitionem negatio ista, vt in disparató, adhuc non annihilaretur aer. 4. D. 11. Q. 4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Hic potest dici*. D. 8.

Aeris tota sphera si diuideretur in decem partes, quarum quælibet est æqualis illi, ex qua generabitur totus ignis quo in fine Mundi conflagrabit orbis [posito, quòd generetur ex aere;] tunc oportet, [posita non conuersione eius in aquam] nouem partes, quæ remanent, vel esse simul, & illa duo corpora esse simul in eodem loco; vel oportet, illas considerari, vel aliqua corpora circumstantia, vsque ad noo repletionem loci nouem partium: si autem hoc fiat per conuersiooem illarum nouem psrtium in aquam; tunc habebitur locatio ignis geniti, & si non fiat condensatio alicuius alterius, quia illæ oouem partes non generant vnam partem aquæ, sed ferè, quæ cum decem partibus ignis priùs geniti, quarum vna locaret in loco aeris corrupti in ignem, impleret totum locum decem partium aeris; & tunc esset, cum incendio ignis, diluuium aquæ, licèt non in tanta quantitate, in quanta est incendium ignis; aqua quippe excederet aquam præexistentem in decem partes ad illum ignem nouum genitum. 4. D. 47. Q. 2. §. *De primo*. A. 2.

Aer [in conflagratione Mundi ante iudicium vniuersale] depurabitur per ignitionem successiuam vaporum existentium, saltem in toto aere suprapo sito regioni habitabili hominum, quia illa corpora ignita conuertuntur statim in verum, & purum aerem in sua regione prædominantem: & illo corpore ignito [genito tunc ex vaporibus] propter qualitates mutuas contrarias in ipso, scilicet ignis, & vaporis modicum resistente aere (quia quodammodo agit ad

Aer.

destructionem sui: vapor autem non ignitus non sic esset statim conuertibilis ab igne in purum aerem) apparet, quomodo flamma potest ad depurationem aeris grossi; quia per actionem illam præuiam corporis igniti, id est habentis qualitatem igneam in se ipsum: aqueum verò, & substantialiter habens qualitatem aquæ disponitur à continente, vt statim conuertatur in ipsum continens; & sic generatur aer purus, qui non sic poterat in se ipsum conuertere illum vaporem manentem grossum. 4. D. 47. Q. 2. §. *De secundo*. ℣. *Et per illud*. B. 3.

AES

Æstimatiua.

Æstimatiua sgni non suffodit ad inueniendum intentionem sibi conuenientis sub speciebus sensibilibus eius; sed præcisè mouetur in ordine ad fugiendam, vel sequendam ouem secundùm appetitum sensitiuum, sicut accidentia sensitiua eum mouet; quia si maneret ouis in propria natura, & in proprio affectu naturali ad agnum, mutaretur tamen ouis, vt esset similis lupo per miraculum in omnibus accidentibus sensibilibus, puta, colore, figura, sono, mutu, & huiusmodi; agnus fugeret ouem sic mutatam, sicut fugeret lupum: & tamen in oue sic mutata non est intentio nociui, sed proficui, & conuenientis. 1. D. 3. Q. 2. ∫. *Quintò dico*. ℣. *Et hoc apparet*. F. 18.

AET

Æternitas.

Æternitas ex Boetio 5. *Consolat. Prosa. 6. est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio*; & similis sententia habetur ab Anselmo *Monol.* 27. & secundùm istam corrigenda est sententia Richardi 2. *Trinit. 9. Carere*, inquit, *initio, & fine, & omni mutabilitate dat æternum esse*: sic supplenda, & intelligenda est ista sententia secundùm distinctionem prædictã, in qua ponitur *vita*, quæ accipitur pro existeneia actuali perfecta, quomodo *Ioan.* 5. Sicut Pater habet vitam in semetipso &c. *Quodl.* Q. 6. §. *Contra istud*. R. 14.

Æternitatis descriptio tradita à Boetio 5. Consolat. Prosa 6. scilicet, quòd æternitas *sit interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio*, si sit proprijssima: & hoc est vnum tantùm ex natura rei, scilicet, *Vita*: tria autem, quæ complent rationem eius [scilicet *interminabilis, tota simul, & perfecta possessio*] non sunt ibi ex natura rei, vt videtur; quia per se important, vel negationem alicuius imperfectionis extrinsecæ, vel relationem aliquam aptitudinalem, vel potentialem ad aliquid extrinsecum; & nec sic, nec sic est aliquid eorum ex natura rei in Diuinis; & per consequens nec æternitas, vt æternitas, erit ibi ex natura rei. *ibidem*.

Æternitatis in descriptione, scilicet, *interminabilis vitæ* &c. *Vita*, quæ accipitur pro existentia actuali perfecta, ponitur tanquam connotatum, quia quasi subiectum, vel fundamentum æternitatis; & illud certum est, esse in Deo ex natura rei, sicut existentia perfecta; sed alia tria, scilicet *interminabilis*, quod excludit disitionem, & *tota simul*, quod excludit successionem, & *perfecta possessio*, quod excludit dependentiã, & participationem: illa, inquam, nõ videtur dicere, vltra vitam, nisi relationem positiuam, vel negatiuã; negatiuam quidem negatione terminationis, negatione successionis, & negatione dependentiæ; & relationem positiuam potentialem, vel aptitudinalem; quia *interminabilis* videtur dicere posse per se coexistere cuicunque durationi, vel existentiæ; *tota simul* sine variatione, & successione posse coexistere cuicunque; *perfecta possessio* à se ipso existere, & non dependere in existendo. *Quodl.* Q. 6. ∫. *Contra istud*. R. 14.

Æternitas, vt æternitas, siue interminabilis durstio non est infinitas intensiua. *ibidem*. ℣. *Hæc conclusio*. S. 15.

Æternitas est alicuius, quod est in Diuinis ex natura rei, quia ipsa est existentiæ, vt existentia; alioquin nihil esset ibi existens ex natura rei: & ideo habetur aliquod ex natura rei, cuius est æternitas. *Quodl.* Q. 6. §. *Restat nunc*. Q. 13.

Æternitas, vt æternitas, videtur, quòd conueniat Deo ex na-

Æternitas.

ex natura rei ; quia sicut infinitas dicit modum intrinsecum essentiæ, vt essentiæ ; ita æternitas, vt æternitas dicit modum intrinsecum existentiæ, vt existentiæ, & tunc, cum ibi sit existentia ex natura rei, sicut & esse, pari ratione modus intrinsecus illius, & hoc ex natura rei, sicut modus intrinsecus alterius. *ibidem*.

Æternitas si pro formali, quod importat, non sit in Diuinis ex natura rei, negandum est, quòd æternitas sit proprius modus existentiæ Diuinæ, sicut infinitas essentiæ Diuinæ ; quia si per impossibile essentia Diuina raptim transiret, adhuc haberet, tàm essentia, quam existentia modum intrinsecum, scilicet infinitatem intensiuam ; sed non haberet illa existentia æternitatē duratiuam, quæ, vltra infinitatem intensiuam, non addit, nisi negationem deficiendi, vel relationem rationis potentialitatis, scilicet coexistendi cuicunque possibili, quæ relatio non est, nisi rationis. *Quodl.* Q 6. §. *Contra istud* ✝ *Hæc conclusio*. S. 15.

Æternitas an sit ex natura rei, vel non in Deo ; teneatur illa via, quæ videtur inquirenti probabilior. *ibidem*. *Quantum ergo*. T. 16.

Æternitas est conditio existentis. 1. D. 3. Q. 4. §. *Ad quæstionem igitur*. ✝. *Ad intellectum*. P. 18.

Æternitas notat esse æqualitatem in Personis Diuinis, quasi secundùm durationem. 1. D. 31. Q Vn. §. *Quantùm ad tertiam*. ✝. *Ad secundum potest*. G. 7.

Æternitas repugnat generationi, mutationi, propter terminos talis generationis, scilicet esse post *non esse* ; quia isti termini non possunt simul esse, sed alterum ante alterum. 1. D. 9. Q. Vn. §. *Ad quæstionem dico*. n. 2

Æternitate, idest in æternitate Deus posset cognoscere se creantem lapidem pro A. Sed non posset nouiter cognoscere se creantem lapidem ; sed in æternitate cognoscit se creantem lapidem, sicut in æternitate cognoscit, se pro aliquo tempore, creaturum lapidem. 1. D. 30. Q. 1. §. *Respondeo ad quæstionem*. ✝. *Ex hoc apparet*. H. I. 12.

Æternitatis illud *nunc*, in quo est actus voluntatis Diuinæ prædestinantis, semper præsens est ; & ita intelligendum de voluntate illa, siue volitione eius, vt est huius obiecti, sicut si per impossibile nunc inciperet Deus habere *velle* in isto *nunc* : & ita liberè potest Deus in *nunc* æternitatis velle, quod vult, sicut si ad nihil esset voluntas sua determinata. 1. D. 40. Q. Vn. § *Ad primum*. C. 3.

Æternitati licèt aliqua coexistant, siue sint cum æternitate in diuersis temporis differentijs ; non tamen ab hoc illa sunt simul [respectu inuicem ;] non sequitur enim ego sum cum æternitate, & Abraham cum æternitate, ergo ego sum, vel fui simul cum Abraham ; quia Deus æternus, & æternitas eius sunt illimitata. 1. D. 13 Q. Vn. *Ad secundum principale*. Q. 21.

Æternitati, si dies hodiernus, & crastinus, coexisterent ; non propter hoc est prius, & posterius in æternitate. 2. D. 2. Q. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✝. *Et per hoc patet*. E. 24.

Æternitas Diuina non est Deo ratio coexistendi alicui, nisi existenti ; quia *coexistere* dicit relationem realem. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Contra istud*. B. 9. *& ad primum pro secunda opinione*. Y. 34.

Æternitatis *nunc* habet quantum ex parte sua, quod præsens esset omnibus partibus temporis, si essent 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. *Ad primum pro secunda opinione*. Y. 34.

Æternitatis *nunc* vt coexistit nunc temporis, non æquatur ei ; quia *nunc* æternitatis est formaliter infinitum ; & ideo excedit formaliter *nunc* temporis, non tamen coexistendo alteri *nunc*. *ibidem*. ✝. *Per hoc ad aliud* Y. 34.

Æternitas, quantùm est ex se, habet infinitatem sufficientem ad complectendum totum tempus, si totum simul esset ; & ideo si totum simul esset, æternitas illud compleeteretur. *ibidem*. ✝. *Per idem ad alterum*. Y. 34.

Æternitati, quod est quasi centrum respectu temporis, (vt exemplificat S. Thomas, cùm tempus non sit circumferentia stans [sicut in circulo permanenti] sed fluens, cuiusmodi circumferentiæ nihil est, nisi instans actu : nihil etiam eius erit præsens æternitati, quæ est quasi centrum, nisi illud instans, quod est quasi præsens : & tamen, si per impossibile poneretur, quòd tempus esset simul stans, totum esset præsens æternitati, vt centro : & sic hoc exemplum de centro, & circumferentia adductum ad explicandum, quomodo æternitas est præsens toti fluxui temporis, & è contra, est ad oppositum. 1. D 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Ad primum argumentum pro secunda opinione*. ✝. *Aliud exemplum*. Y. 35.

Æternitati, auctoritates omnes, quæ videntur sonare omnia esse præsentia, intelligendæ sunt de præsentia in ratione cognoscibilis ; & non tantùm cognitione quasi abstractiua : sicut rosa non existens, est præsens intellectui meo per speciem, sed de cognitione vera intuitiua. *ibidem*.

Æternitati, si sessio mea futura, est nunc præsens, non tantùm quantùm ad entitatem, quam habet in *esse* cognoscibili ; sed etiam quantum ad entitatem, quam habet in *esse* existentiæ ; sequitur, quòd nunc non est producta in illo esse à Deo ; aliter enim bis produceretur secundùm idem *esse*. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. § *Contra istud*. ✝. *Præterea, si sessio*. B. 9.

Æternum.

Æternum, sicut est totum actu, ita caret potentia non essendi. 4. D. 49. Q 6. §. *De secundo*. ✝. *Præterea ; ad rem*. K. 16.

Æternum, non attribuitur ad non æternum. *Prolog*. Q. 3. §. *Ex dictis*. ✝. *Secunda suasio*. F. 8.

Æternum non dicitur de temporali ; ergo nec è conuerso ; primò negatur consequentia, quia extrema, *æternum*, & *temporale* sunt ita alterius rationis, quòd vnum excedit alterum, *æternum*, scilicet, *temporale* : & ideo non oportet, similem esse coexigentiam vnius ad alterum : sicut non sequitur, quodcunque æternum est cum toto tempore, ergo omne temporale est cum tota æternitate, quia æternitas est immensa, temporalitas non : secundò concedi potest, temporale etiam posse denominari ab habitudine æterni ad ipsum, scilicet lapis, etiam vt existens, dicitur æternaliter scitus à Deo. 1. D. 30. Q. 1. *Ad secundum argumentum primæ quæstionis*. K. 13.

Æternum est per identitatem quidquid est in Deo ; sed non oportet, quòd quidquid prædicatur de Deo, per hoc, quòd aliud habeat habitudinem ad ipsum, sit æternum formaliter. 1. D. 30. Q. 1. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. K. 13.

Æternum est quidquid est in Deo secundùm quodcunque esse, siue rei, siue rationis, per actum intellectus Diuini. 1. D. 35. Q. Vn. §. *Ad ista*. I. 12.

Æternum non tantùm est summum iustè amandum, sed etiam summum commodum omnis voluntatis, vt est appetitus intellectiuus, circumscripta libertate, & iustitia ; & ideo in vtraque ordinatione naturali obiectorum est primum ; & proinde negandum est, aliquod proprium esse naturaliter magis commodum personæ, quàm aliquod extrinsecum. 3. D. 15. Q. Vn. §. *Vlterius*. ✝. *Si obijciatur*. P 24.

Æuiternum.

Æuiterno, idest, in Æuiterno, si non est successio, sequitur, quòd *esse*, quod habet in præsenti *nunc*, habeat in sequenti *nunc* [quod videtur esse contra principia Henrici sustinentis hanc opinionem de non successione æui ;] sed *esse* Angeli quantùm est ex se [secundùm eum] habet terminari, & quòd æuum potest in quolibet instanti, quantùm est ex se, deficere : vnde si istud æuiternum habeat formaliter *esse* cum isto *nunc*, hoc non potest esse secundùm illud idem *esse* ; quia illud *esse* habuit terminari cum illo *nunc* secundùm ipsum, igitur oportet, quod vel alio *esse* sit cum illo *nunc* secundo, vel cum eodem iterum posito. 2. D. 2. Q. 1. §. *Contra istum*. n. 12.

Æuiternum, & mensura eius propria sunt naturaliter priora omni respectu ad tempus, sicut fundamentum est prius relatione. *ibidem*. ✝. *Præterea, quod dicit*. n. 12.

Æuiterno in quocunque, si *nunc* ponatur tanquam proprium sibi, Deus vult ipsum esse in illo tunc positiuè, & vult ipsum non esse negatiuè, volendo illud *nunc* non esse ; & tunc si aliud æuiternum sit, in cuius *nunc* fiunt ambo ista, hoc accidit ipsis *nunc* ; nam illud *nunc* illius æuiterni non est propria mensura eorum, sicut nec æternitas, in qua æternitate possunt esse contradictoria, quæ succedunt sibi in omnibus mensuris. 2. Dist. 2. Quæst. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✝. *Dico tunc*. E. 22.

Æuiterno in aliquo, si non ponatur aliquod *nunc*

Æuiternum.

aliud ab existentia actuali ipsius Angeli, tunc Deus vult ipsum esse cum æternitate, & vult ipsum non esse cum æternitate secundùm omnem præsentialitatem æternitatis: non tamen vult, ipsum æternitatis, nec non esse cũ tota æternitate hoc modo; quia tunc esset cõtradictio: non autẽ est contradictio, comparando illa ad æternitatem, non secundùm totam rationem præsentiæ suæ infinitæ. *ibidem*.

Æuiterna omnia, ponendo habere existentiam æquè inuariabilem, potest negari dari aliquod extrinsecum ipsi æuiterno ex natura sui natum mensurare, tanquam æuum, actualem eius existentiam; quia licèt vna existentia sit perfectior alia, & per hoc posset eam mensurare tali mensuratione quidditatiua, sicut loquitur Philosophus 10. Meta. Tex. 2. quia *primum in omni genere* &c. tamen mensuratione duratiua, quæ dicitur aliquo modo reduci ad genus quantitatis, non videtur vna existentia inuariabilis esse inuariabilior alia; quia cuilibet omnino repugnat successio partium in ipsa: & tunc diceretur, quòd cùm æuum ponatur mensura alicuius, inquantùm durans est inuariabiliter; & illud sic extrinsecum oportet esse notius ex natura rei secundùm rationem inuariabilitatis; & cùm non sit talis differentia inter existentias æuiternorum, nihil sic erit æuum. 2. D. 2. Q. 3. *§. Sed ista positio*. A. 2.

Æuiterna omnia ponendo æquè inuariabilia secundùm existentiam, & in se; vel quòd qualibet existentia superioris æuiterni sit simplicior qualibet existentia inferioris, & nata certificare de ipsa existentia inferiori ex natura rei; vel quòd æuum dicatur illa tantùm simplicissima existentia, quæ ex ratione sua formali, & in se est certissima, & primò nota, nata certificare de alijs; licèt hoc modo posset concedi tantùm vnum, scilicet existentia primi Angeli respectu omnium aliorum æuiternorum: quæcunque tamen istarum viarum ponatur, saltem non est in aliquo æuiterno suum æuum: nec in vltimo æuiterno est aliquod æuum: nec primum, siue supremum æuiternum, in quo est primum æuum, mensuratur aliquo æuo; quia nihil tale habet in se; nec in alio ex natura rei nata est certificari; quia quælibet alia est minùs certa. *ibidem*. ℣. *Alio modo*. A. 3.

Æuiterno primo destructo [dato etiam, quòd illud solùm sit æuum omnium æuiternorum] non sequitur alia æuiterna mutari, nisi secundùm quamdam relationem in eis, puta quia tunc non erunt mensurata à primo, sicut priùs fuerant mensurata: nec est inconueniens ponere talem mutationem in aliquo, quod priùs habuit relationem, & modo non. 2. D. 2. Q. 3. *Ad argumentum principale*. C. 5.

Æuiternum primum [licèt solum dicatur æuum omnium æuiternorum] non mutabitur destructis alijs æuiternis; quia priùs ad illa non habuit relationem realem, sed tantùm rationis; quia non se habuit ad illa sicut mensura dependens ad mensurata, sed sicut excedens; & ideo destructis alijs, non mutabitur absolutè, nec secundùm aliquam relationem realem; quia nulla relatio realis priùs fuit in eo ad illa. *ibidem*.

Æuiternum necessariò includere, vel præsupponere aliquid posterius æuiterno, quod scilicet mensuratur mensura posteriori eius, est impossibile. 2. D. 2 Q. 4. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea omnes*. n. 5.

Æuiternum simpliciter potest non esse, licèt non tali potentia passiua, qualis est in corruptibilibus *Quodl.* Q. 7. §. *Sed licèt*. ℣. *Ad primum*. O. 23.

Æuum.

Æuum Angeli [secundùm aliquos] est omnino simplex, coexistens toti tempori; & si Deus certò cognosceret futura contingentia propter eorum coexistentiam toti tempori, etiam Angelus propter eamdem rationem naturaliter ea videret. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. *§. Contra istud*. ℣. *Præterea; iste*. B. 10.

Æuum ponitur ab aliquibus dicere prius, ac posterius; vel sic; Dicitur, quòd in æuo est ponere prius, & posterius, & successionem aliquam aliam, quam in tempore; in tempore quidem est cum variatione, & prius, & posterius cum veteratione, & innouatione, in æuo verò est prius, & posterius, quod dicit durationis extensionem, quod tamen nullum dicit veterationem, nec innouationem; [quod exemplificatur de riuulo egrediente ex fonte, quasi noua semper sit aqua:] in æuo verò sine variatione, & innouatione, sicut radius egreditur semper idem, & inuariatus à Sole. 2. D. 2. Q. 1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Et dicitur, quod in æuo*. n. 3. *Addit*.

Æui ad tempus, si est necessaria habitudo tanquam prioris natura ad posterius natura, propter negationem posterioris, ponendo prius, non sequitur aliqua contradictio ex parte prioris secundùm se, nec ex parte alicuius alterius, quod conuenit priori secundùm se. 2. D. 2. Q. 1. *§. Contra istum modum*. ℣. *Et si hoc ponatur*. n. 13.

Æuo nihil proprium conuenit sibi in ordine ad tempus. 2. D. 2. Q. 1. §. *Contra istum modum*. ℣. *Et quod probat*. n. 13.

Æuum esse successiuum, est probabile, & habet pro se rationes probabiles. 2. D. 2. Qu. 1. §. *Qui vult tenere*. n. 14.

Æuum esse propriè quantitatem potest dici, & per consequens, quòd habeat propriam diuisibilitatem, non autem permanentem; igitur successiuam: tale est indiuisibile succedens indiuisibili, sicut aliud alij; & ita *nunc* æui, quantùm est ex se, raptim transit; & *esse* æuiterni, vt positum in illo *nunc* ex vi positionis de successione æui, præcisè habet *esse* in illo *nunc*; & statim non *esse*, isto *nunc* transacto, nisi eadem causa alia causatione poneret idem *esse* in alio *nunc*, & ita conseruat positiuè causando non aliud *esse*, sed idem esse infinitiès. *ibidem*.

Æui *nunc* (posita successione eius) potest deficere, quia ex se habet tantùm raptim transire, licèt subiectum eius non maneat idem, nec aliquod agens corrumpat ipsum. 2. D. 2. Q. 1. *§. Ad argumenta contra istam positionem* ℣. *Ad aliud argumentum*. B. 16.

Æui *nunc*, quod ponitur aliud, & aliud absolutum, secundùm vnum modum sustinendi æui successionem, si est idem existentiæ actuali æuiterni; patet, quòd sicut existentia actualis manet eadem, ita & *nunc* æui; si aliud, tunc sicut ipsa existentia potest infinitiès poni in *esse*, ita videtur, quòd illud idem *nunc* absolutum, aliud ab ea, potest frequenter poni in esse; & ita potest conseruari idem *nunc* æui, sicut eadem existentia. 2. D. 2. Q. 1. *§. Sed contra conclusionem*. C. 18.

Æui *nunc* absolutum, aliud ab *esse* existentiæ, si potest frequenter poni in *esse* in alio, & alio *nunc*, adhuc eadem erit ratio, quod in quolibet potuit conseruari; & tunc erit processus in infinitum; vel status erit in hoc, quòd sicut existentia conseruatur eadem; ita quodcunque absolutum in Angelo potest conseruari idem. *ibidem* ℣. *Contra illud*. C. 18.

Æuum non coexistit necessariò omnibus partibus temporis; & ideo, licèt formaliter habeat, vnde coexistere possit infinitis partibus temporis, non sequitur propter hoc, quòd sit in se infinitum, quia non habet formaliter vnde necessariò sic coexistat. 2. D. 2. Q. 1. *§. Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad tertium dico*. E. 23.

Æuum vnum succedere alteri æuo, & existentiam æuiterni succedere suo opposito, & vnum esse post alterum, conceditur; sed ex hoc non concluditur aliqua successio in aliqua vna existentia æuiterni alicuius. *ibidem*. ℣. *Ad quartum*. E. 24.

Æuum ex S. Augustino lib. 83. qq. quæst. 70. est stabile; tempus autem mutabile. 2. D. 2. Q. 1. *In primo argumento principali*. n. 1.

Æuum ponentes successiuum, debent asserere quòd in Angelo actualiter existente necesse sit ponere aliquod mensurans eius existentiam, vel durationem existentiæ eius, realiter aliud ab ipsa existentia: quia æuum verè potest habere rationem mensuræ, & esse quantitatem propriè; & ita differre ab essentia Angeli, quæ non est in se formaliter quanta, sed indiuisibilis: similiter in illa existentia succedunt sibi inuicem *nunc* æui aliud, & aliud; & ideo vtrumque differt ab ipsa existentia Angeli, sicut quoddam absolutum, secundùm illam positionem, quæ sunt indiuisibilia de genere quantitatis. 2. D. 2. Q. 2. §. *Respondeo; patet enim*. n. 2.

Æuum ponentes indiuisibile, dicunt ipsum æuum pertinere ad genus quantitatis, non sicut diuisibile, sed indiuisibile in genere illo; ita quòd ex multis indiuisibilibus eiusdem speciei mensurantibus scilicet existentias plurium æuiternorum eiusdem speciei, potest componi quantitas discreta, quæ sit numerus, & mensura in æuiternis, sicut numerus in corporalibus est ex indiuisibilibus vnitatibus discre-

Æuum.

discretis in eis. 2. D. 2. Q 2. *§. Respondeo ; patet enim* ✠. *Similiter aliqui*. n.2. *Refutatur ibidem*. *§. Contra istud arguitur*. A.3.

Æua tot esse, quot æuiterna, dicitur ab aliquibus: ita quòd in quolibet æuiterno est aliquod indiuisibile proprium, pertinens ad genus quantitatis, & ex multis talibus potest constitui vnus numerus. 2.D.2.Q.3. *§. Hic dicitur*. n.1. *Refutatur ibidem*. §. *Sed ista positio*. n. 2.

Æua tot ponere, quot æterna, videtur ponere pluralitatem sine necessitate, accipiendo æuum pro aliquo distincto ab existentia actuali Angeli, quòd sit mensura eius intrinseca pertinens ad genus quantitatis. 2.D.2. Q.3. *§. Sed ista positio*. n.2.

Æuum, si vocetur actualis existentia Angeli æuiterni, quot sunt Angeli, tot erunt æua. *ibidem*.

Æuum, si dicatur aliquid intrinsecum Angelo actualiter existenti, mensurans ipsam existentiam Angeli; hoc modo æuum nihil est. 2. D. 2. Q. 3. §. *Sed ista positio*. n.2.

Æuum, si dicatur aliquod extrinsecum aliud ab actuali existentia Angeli æuiterni, quod tamen extrinsecum ex natura sua natum est mensurare existentiam actualem Angeli æuiterni: tunc vel potest negari omne tale extrinsecum, ex natura rei natum mensurare actualem existentiam ipsius æuiterni: vel quòd quælibet existentia superior sit simplicior qualibet existentia inferiori, & nata certificare de ipsa existentia inferiori ex natura rei; & pro tanto quælibet existentia superioris posset dici æuum respectu inferioris; vel denique quòd æuum sit sola illa simplicissima existentia, quæ ex ratione sua formali, & in se est certissima, & primò nota, nata certificare de alijs: hoc modo potest concedi tantùm vnum æuum, scilicet existentia primi Angeli, respectu omnium aliorum æuiternorum. 2.D.2. Q.3. *§. Sed ista positio*. A.3.

Æuum ponitur mensura alicuius, inquantum durans, & inuariabiliter. *ibidem*.

Æuum, si teneatur, quòd sit aliquid extrinsecum, aliud ab existentia Angeli mensurata, non esset vnum; sed tot sunt æua, quot æuiterna: & ita docuerunt, tenentes illam opinionem de æuo: tenentes autem, æuum non esse quid extrinsecum existentiæ æuiterni, tanquam aliquid in ea realiter distinctum ab ipsa, negant vnum esse æuum tantummodo assignatum in priori opinione: opinio autem ponens quamlibet existentiam superiorem esse simpliciorem qualibet sua inferiori; & alia ponens vnam supremam simplicissimam existentiam in supremo æuiterno, quòd solùm sit æuum respectu omnium aliorum, concedunt vnum æuum, licèt prior non concedat vnum æuum tantùm. 2. D.2.Q.3. *Ad argumentum in oppositum*. C. 5.

Æuum, siue includat successionem, siue possibilitatem ad deficiendum, videtur competere cuicunque creato, quod non est propriè temporale. 4. D.49. Q.6. *§. De secundo*. ✠. *Præterea, ad rem*. K.16.

Æuum, si includat successionem, perpetuitas beatitudinis dicit quamdam maximitatem quantitatis in ipso æuo; imo quasi infinitam magnitudinem, accipiendo semper alterum post alterum; si autem æuum sit indiuisibile, tunc perpetuitas eius non videtur dicere aliquod positiuum nouum per ipsum, sed tantùm negationem defectus, siue successionis. 4. D.49. Q.6. §. *De secundo*. ✠. *Hoc præexigit*. L.17.

Æuum idem (si dicatur, quòd quodcunque manens in *esse* suo mensuratur æuo) mensurat corpus præcedens resurrectionem [vt puluerem v.g. vel aliud, in quod est resolutum corpus resuscitandi] & dum manet; & deficiente illo corpore, desinit æuum eius: & tunc est dare vltimum *esse* ipsius permanentis: & idem est illud vltimum, & primum, & idem mensurat totum *esse* sumendo indiuisibilitatem æui. Cùm ergo dicitur, quòd *esse* illius corporis, cùm sit finitum, debeat habere duos terminos (scilicet primum, & vltimum instans) negandum est; quia non est continuum, sed indiuisibile. 4.D.43.Q.5. *Ad tertium principale*. Q.13.

Æuum æuorum Diony. *De Diuinis nominibus* tribuit Deo, dicens, *ipse est æuum æuorum, qui est ante sæcula*; per quod intelligitur æternitas, secundùm quod ipse est existens simpliciter, & circumscriptiuè. *Quodl*. Q.6. §. *Restat nunc*. Q. 13.

Æuum æuorum licèt Deus sit, hoc est, licèt Deus sit æternus, vel æternitas, ex Dionysio *De Diuinis nominibus cap*. 5. *par*. 3. tamen non dicit, quod ibi ex natura rei est æuum æuorum, sicut est existens: sicut secundùm Augustinum dicimus, Deum esse magnum, Deum esse sapientem, bonum &c. sicut frequenter dicit: non tamen propter hoc oportet, quòd illi ex natura rei conueniat hoc, vel illud, sine omni negatione, vel relatione rationis. *Quodl*. Q.6. *Contra istud*. ✠. *Hæc conclusio*. S.16.

AFF

Affectio.

Affectio iustitiæ, quæ est prima moderatrix affectionis commodi, & quantùm ad hoc, quòd non oportet, voluntatem actu appetere illud, ad quod inclinat affectio commodi, nec etiam appetere summè; illa, inquam affectio iustitiæ, est libertas innata voluntati; quia ipsa est prima moderatrix affectionis talis. 2. D.6.Q.2. §. *Ad videndum solutionem*. G.8.

Affectionis iustitiæ, & commodi distinguendo ex natura rei duas actiones primas, in quantùm altera Inclinat voluntatem naturaliter, & summè ad commodum: altera autem quasi moderatur eam, ne in eliciendo actum oporteat eam sequi inclinationem eius; nihil aliud sunt ista, quàm eadem voluntas, inquantum est appetitus intellectiuus nudè, & vltra hoc, inquantùm libera. *ibidem*.

Affectio iustitiæ, secundùm rationem, nobilior est affectione commodi, quia regulatrix eius, & moderatrix secundùm Anselmum, & propria voluntati, inquantùm libera est, cùm affectio commodi esset eius, etiamsi voluntas libera non esset. 4. D 49. Q.5. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Secundò, non*. C.3.

Affectio, si voluntate est sine libertate, & affectione iustitiæ, quæ moderat appetitum commodi; tunc necessariò vellet commodum; sed vbi vtrumque est, & affectio commodi, & iustitiæ, non oportet, quia ex libertate ibi potest aliud velle, quàm commodum, sicut dicit Anselmus *De Casu Diaboli*, qui fingit vnum Angelum, in quo tantùm est affectio commodi. 4. D. 49. Q. 10. *Ad quartum in oppositum*. M.14.

Affectio commodi, quæ est concupiscentia, præsupponit affectionem amicitiæ; quia omnis concupiscens bonum alicui, priùs vult illi bene esse in se, quàm illi concupiscat; & consequenter, si aliqua inclinatio, ad concupiscendum concupitum, potest esse ratio necessaria tristandi de opposito; multò magis inclinatio ad amandum illud, cui bonum concupiscitur, potest esse ratio tristitiæ de opposito boni ipsius amati. 3. D. 15. Q. Vn. §. *Quantùm ad secundum articulum*. ✠. *Quod etiam*. I. 19.

Affectio commodi semper est conueniens illi, cuius est. 3.D. 18.Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ✠. *Tunc ad propositum*. B.5.

Affectio iustitiæ potest separari ab affectione commodi, vt scilicet aliquis affectione iustitiæ summè coniungatur fini; ita quòd nullo modo possit iniustè velle, vel peccare; tamen non coniungatur affectione commodi, vt habeat summum bonum commodum, summè sibi coniunctum, & in tantùm possit pati. 3. D.18. Q. Vn. *Ad primum principale*. G.16.

Affectio iustitiæ innata, est libertas ingenita, secundùm quam aliquis potest velle aliquod bonum non in ordine ad se: secundùm autem affectionem commodi non velle, nisi in ordine ad se: & hanc haberet voluntas, si esset præcisè appetitus intellectiuus sine libertate sequente cognitionem intellectiuam, sicut appetitus sensitiuus sequitur cognitionem sensitiuam. 3.D.26.Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Hoc etiam probatur*. G.17.

Affectiones iustitiæ, & commodi, sicut sunt distinctæ in voluntate, ita habitus inclinantes ad actus istos erunt distincti. *ibidem*.

Affectio commodi inclinat ad pœnam vitandam. 4.D.29.Q. Vn. *§. Hic dicitur*. ✠. *Contra hoc*. A.3.4.

Affectio commodi, secundùm quam Angelus malus appetit liberum vsum potentiæ, vt sicut natura sua indifferens ad quandocunque corpus, sic posset se facere præsentem cuicunque corpori, inclinat ad nolle perpetuò detineri in igne sub ratione sibi inconuenienti, & specialiter ex sententia Diuina, vel voluntare Diuina illic

Affectio.

effectiuè detinente.4.D.44.Q.2 §. *Ad quaestionem*. ✠. *De primo*. C.6.
Affectio commodi primo, & summè inclinat ad beatitudinem.4.D.49.Q.5.§. *Ad quaestionem*.✠ *Secundo non*. B.3.
Affectione iustitiae coniunctus perfectè fini vltimo, vult primo bonum Deo, & secundariò sibi; & affectione commodi, vult semper sibi bonum, quomodo alij Sanctiâ Christo coniunguntur Deo, qui sunt extra viam, & in termino.3. D.18.Q.Vn. *Ad primum principale*. G.16.

Affinis.

Affines Ecclesia illegitimauit ad matrimonium in quarto gradu, & infra, & hoc vel propriè dictos, quorum scilicet vinculum contractum est ex coniunctione carnali; vel extensiuè, quorum scilicet vinculum contractum est, non ex commixtione carnali, sed tantùm per matrimonium, vel sponsalia, quod vocatur publicae honestatis iustitia. 4. D. 42.Q.Vn.§. *Ex statuto*. ✠. *Primo modo*, I.8.& D.41.Q. *Vnica per totum*.

Affinitas.

Affinitas est vinculum quoddam personae ad personam aliquam, ex carnali copula cum persona alteri consanguinea contractum; semper enim quia persona copulata est consanguinea alicui, ideo illa, cui copulatur, fit affinis illius, & è conuerso: & est quasi expositio nominis affinis, idest accessio ad affines; coniunctus enim carnaliter alicui de consanguinitate aliqua accedit per hoc ad affines illius consanguinitatis, & ideo habet vinculum talis accessus ad omnes de illa consanguinitate.4.D.41.Q.Vn.§. *Hic breuiter*. A.2.
Affinitatis in vinculo possunt assignari gradus, & Lineae, sicut in consanguinitate. *ibidem*.
Affinitatis toto gradu distat aliquis ab aliquo, quoto gradu consanguinitatis distat ab eodem illa, quae est ab illo carnaliter cognita: non dico vxor; quia hic non requiritur .4. D.41.Q.Vn.§. *Hic breuiter*. ✠. *Quoto gradu*. B.3.
Affinitas consanguineorum ipsius Viri, cognoscentis aliam carnaliter, non solùm contrahitur cum vxore, sed cum concubina, vel cum meretrice. *ibidem*.
Affinitas propriè dicta, vt contrahatur in incestu, non sufficit, quòd illa, ratione cuius contrahitur affinitas, sit vxor ipsius Viri, cum quo contrahitur affinitas; sed requiritur carnalis coniunctio, vt habetur 35.*Quaest.vlt. Fraternitas*, vbi dicitur de coniugibus; *Quòd si vna caro fuerint, non potest esse, quòd aliquis sit propinquus vni eorum, quin pertineat alteri*; in quo datur intelligi, affinitatem non contrahi, nisi mediante commixtione carnali. 4. D.41.Q.Vn.§. *Hic breuiter*. ✠. *Quoto gradu*. B.3.
Affinitatem extendendo, dicitur contrahi, non solùm vxore carnaliter cognita, sed etiam cum non cognita; & quod plus est, cum illa, cum qua praecisè contrahuntur sponsalia. *ibidem*.
Affinitas propriè dicta simpliciter impedit matrimonium, & ratio non est, nisi Statutum Ecclesiae illegitimantes affines: & in eodem gradu impedit matrimonium, in quo consanguinitas, vt habetur *in titulo de consanguinitate, & affinitate cap. non debet*.4. D.41.Q.Vn.§. *Ad quaestionem*. C.4.
Affinitas communiter, & extensiuè dicta, quae vocatur iustitia publicae honestatis, simpliciter impedit matrimonium, vt habetur *Extra. De Consanguinit. & Affinit. cap.1. aequè, vt Canones dicunt, abstinendum est à Consanguineis vxoris, & proprijs*. De ista etiam publicae honestatis iustitia multa habentur, *Extra. de Consang. & affin. in 6. lib. cap. Cum ex sponsalibus*; quae ipso iure sunt nulla, vel qualitercunque: dum tamen non sunt nulla ex defectu consensus, oritur istud impedimentum matrimonij, impediens matrimoniũ contrahendum, & dirimens contractum. *ibidem*.
Affinitas, quae est effectus matrimonij cuiusdam praecedentis, illud non impedit, sed impedit aliud inter illos, inter quos per matrimonium contracta est affinitas. 4.D.41.Q. Vn. *Ad primum principale*. D.5.
Affinitas propriè consurgit ex copula carnali merè .4.D.42. Q.Vn. §. *Ex statuto*. ✠. *Et est ordo*. R.9.

Affirmatio.

Affirmatio, vel negatio de quolibet est de necessitate vera; istud principium valet istam: de quolibet cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, altera falsa: vbi duplex est distributio ex parte subiecti, scilicet de quolibet, & cuiuslibet; & sub vtroque distributo licet descendere; igitur de hoc huius contradictionis altera pars est vera, altera falsa. *Prolog. Q.1. §. Ad tertium respondetur*. ✠. *Respondeo, illud principium*. V.31.
Affirmatio prior negatione communicabilitatis, ratione cuius conuenit Personae Diuinae incommunicabilitas, non potest esse essentia Diuina; & ideo erit aliqua proprietas positiua.1.D. 28.Q.2.§. *Respondeo, negatio*. ✠. *Praeterea, nulla negatio*. K.12.
Affirmatio si est causa affirmationis in causis praecisis, negatio est causa negationis etiam in causis praecisis. *Poster. Tex.* 30. sicut si habere pulmonem est causa respirandi, non habere pulmonem est causa non respirandi. 1. D. 43. Q. Vn. §. *Hic dicitur*. ✠. *Item in causis*. B. 3.
Affirmatio sicut est fugibilis, vel odibilis, sic negatio amabilis; vnde sicut excellens odibile est fuisse lapsum in tale peccatum: ita ex charitate amabile, & delectabile est nunquam cecidisse.4.D.1 Q.6.§. *Contra istam conclusionem*. ✠. *Respondeo, sicut*. C.6.
Affirmatio absoluta, nec negatio inest corpori secundùm *Vbi*; quia posito, quòd corpus benè potest localiter moueri hic, & ibi, non pro tanto, quia ista insunt secundùm *Vbi* aliud, & aliud; tunc est fallacia consequentis, arguendo sic: non mouetur hic, ergo non mouetur, licet teneat gratia materiae. 4. D.10.Q.4.§. *Hic duo*. ✠. *Hic etiam posset*. K. 11.
Affirmatio absoluta, & eius negatio si insint eidem, in quo non sit differentia, nisi tantùm respectuum; manifestum est, quòd secundùm idem inerunt; quia illi respectus non poterunt esse ratio secundùm quam affirmatio, vel negatio inessent; quia respectus esset posterior naturaliter absoluto. 4. D.10.Q.4.§. *Hic duo*. ✠. *Hic etiam posset*. K.11.
Affirmatio quaecunque nulli enti repugnat, nisi per aliquod positiuum; quia si per negationem, quaero, an illa negatio consequitur aliquod positiuum, cui repugnat illa affirmatio? & si sic, habetur propositum: aut non consequitur positiuum; & tunc negatio omnino prima est in illa vnitate, siue distinctione, & entitate per consequens, quod est inconueniens; aut necessariò dabitur, quòd negatio consequitur positiuum, sed non proprium isti, quia illud, per quod negatio conuenit, non est proprium isti. *Quodl.Q.4.§. Contra istum modum*. D.7.

Affirmatiua.

Affirmatiua exclusiua infert vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis, vt hic, *solus homo est albus*; ergo *omnis albus est homo*; Vnde si haec esset vera: *Solus Pater est Deus*; haec quoque esset vera: *Omnis Deus* [siue omnis persona habens Deitatem] *est Pater*; quod est falsum. 1. D. 21. Q. Vn. §. *Ad quaestionem* A. 2.
Affirmatiua de praedicato infinito sequitur ad negatiuam de praedicato finito: tenet haec consequentia Philosophi per virtutem huius primi principij, scilicet à quocunque remouetur vnum contradictoriorum, de eodem dicitur reliquum: vt sic autem non potest concludi affirmatiua de praedicato infinito sequi ad negatiuam de praedicato finito, nisi vbi illud praedicatum infinitum significat negationem extra genus contradictoriam affirmationi; quia negatio in genere non contradicit affirmationi: & tunc non sequitur, non est genitum, ergo est non genitum, nisi in negatione extra genus est: & hoc modo *non genitum* non conuertitur cum *ingenito*, licèt conuertatur eo accipiendo *non genitum*, prout dicit negationem in genere, quomodo intelligit Augustinus. 1. D. 28. Q.2. *Ad primum principale primae quaestionis*. G.8.

Afflictio.

Afflictionis, siue laboris corporalis, quae est poena peccati, causa proxima, vel propria est opus aliquod laboriorum vel poenale. 4.D.16.Q.1.§. *Hic intelligendum*. ✠. *Sed loquendo*. D.6.

Agens

AGE

Agens in ordinem ad finem.

Agens omne agit propter finem: & sic omni agenti per cognitionem, necessaria est distincta cognitio sui finis; quia omne agens propter finem, agit ex appetitu finis, & omne per se agens, agit propter finem. *Prolog.* Q. 1. *§ Contra istam positionem*. A. 6.

Agenti propter finem, loquendo de agente cognoscente, necessaria est triplex cognitio: primò quomodo, & qualiter finis acquiratur; secundò, cognitio omnium, quæ sunt necessaria ad finem; tertiò est necessarium cognoscere, quòd omnia ista sufficiant ad talem finem *ibidem*. ✠. *Secundo sic*. B. 8. & 1. D. 2. Q. 2. §. *Iuxta tres*. ✠. *Secunda conclusio*. N. 17. & §. *Ostenso esse*. ✠. *Quod autem*. K. 20.

Agens non cognoscens, nihil dirigit ad finem, nisi in virtute cognoscentis; sapientis enim est prima ordinatio: 1. *Meta. in proemio*. 1. D. 2. Q. 2. *§. Ostenso esse*. ✠. *Item arguitur quasi*. K. 20.

Agens omne per se, ex 2. Phys. Tex. 46., agit propter finem: hic procedit de intendere, per quod dicit tendentiam alicuius determinati, & terminati ab alio. 2. D. 38. Q. Vn. *Ad primum principale*. B. 3.

Agens omne per se agit propter finem, quem cognoscit, vel inquantum dirigitur à cognoscente. 4. D. 1. Q. 1. §. *Secunda propositio*. ✠. *Tertia propositio*. Aa. 24.

Agens in ordine ad effectum.

Agens omnino sufficiens, hoc est à nullo dependens, & producens per modum naturæ, habet productionem sibi coæuam, & etiam productum perfectum, si non agit per motum. 1. D. 9. Q. Vn. *§. Ad quæstionem*. n. 1.

Agens nullum habet in potestate sua actum, nisi potestate sua sit totum illud, quòd necessariò requiritur ex parte eius ad talem actum. 3. D. 2. Q. 1. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Præterea, quod hic*. B. 4.

Agens inter, & actum, vel effectum, sicut aliquid potest poni medium, vel vt *quod*, sicut agens proximum inter agens remotum, & effectum; vel vt *quo* sicut forma agentis: ita inter recipiens, & receptum potest poni duplex medium, scilicet *quod, & quo*. 3. D. 2. Q. 2. §. *Ideo quantum ad istum*. A. 5.

Agens non produceret terminum ratione mediorum, si per ista deuentum esset ad terminum; quia media tunc non sunt; quare præcisè tunc produceret, quia habet virtutem actiuam respectu istius termini: vnde si aliqua virtus facit, quòd non procedatur per media, secundùm quod subitò agens se habeat ad terminum, sicut si haberet in termino, si processisset per media; eodem modo potest idem agens agere, quod sic non transiuit per media. 3 D 4. Q. Vn. § *Potest dici* ✠. *Contra hoc*. C. 10.

Agens intendit assimilare sibi effectum, ita quòd effectus nullo assimularer, nisi propter aliquam actionem eius. 3. D 4. Q. Vn. §. *Sed contra istud*. ✠. *Præterea*; *Filius*. A. 3.

Agens particulare ex forma sua habet vnde assimilet sibi passum, & generans genitum; & ex materia habet, quòd sit distinctum à genito non principaliter, licèt tamen sequatur necessariò, quod distinguitur per materiam à genito; quia materiam non suam, sed aliam perficit per formam terminantem generationem; sua enim materia iam perfecta est forma; & ex hoc, quòd assimilat per formam, perficit aliam materiam, quàm suam. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Ad illud Aristotelis*. S. 22.

Agens aliquod, si priùs non habuit formam, vel virtutem, & nunc agit in aliquo ordine, oportet, quòd nunc de nouo habeat formam, & virtutem in illo ordine; eadem enim natura manens absque omni motatione, nullo modo est nunc actiua, & nunc non actiua. 4. D. 1. Q. 1. *Ad vltimum principale*. Rr. 34.

Agens causans dispositionem proximam ad formam, conceditur esse aliquo modo causa respectu formæ: & ideo oportet, quòd dispositio proxima ad formam reducatur ad genus causæ efficientis respectu formæ. 4. D. 1. Q. 5. §. *Ad primam ergo quæstionem*. ✠. *Qualiter autem*. E. 13.

Agens inducens vnum effectiuè, expellit aliud effectiuè. *ibidem*. ✠. *Ad intellectum*. F. 15.

Agens idem, quando causat in eodem subiecto duas formas ordinatas, hoc est, non ex æquo quantùm ad causationem, nec æquè perfectè; rationabile est, quòd sit vna dispositio

Agens in ordine ad effectum.

ad aliam, & hoc non perfectior ad imperfectiorem, sed è conuerso. 4. D. 6. Q. 9. *§. Ad quæstionem*. ✠. *Istarum*. K. 15.

Agens omne physicè *ex tertio Physic. Tex.* 8. agendo repatitur. 4. D. 10. Q. 7. *In primo argumento in oppositum*. o. 1.

Agens omne per se habet aliquem proprium terminum suæ actionis; & per consequens, vbi sunt diuersa agentia, & diuersæ actiones, non potest esse forma eadem per se terminans. 4. D. 11. Q. 3. *§. Alij concedentes*. ✠. *Secunda conclusio*. Q. 35.

Agens, quod potest in partem motos, potest in totum motum, & terminum, quando non magis repugnat vna pars motus ipsi susceptiuo, quam alia. 4. D. 12. Q. 6. *§. Hic est vna opinio*. ✠. *Contra hoc posset argui*. n. 4.

Agens, quod potest substantiam corrompere, potest corrumpere vltimum gradum qualitatis consequentis eam, & solùm illud agens; sed aliud agens benè potest corrumpere alios gradus non illi necessarios. 4. D. 12. Q. 3. *§. Dico ergo ad quæstionem*. ✠. *Ad secundum dico*. R. 24.

Agens aliquod, si est ita potens ad destruendum vltimum gradum qualitatis consequentem substantiam, sicut substantia ad conseruandum; euidenter sequitur, quòd non manent propter contrarium actiuum, cui repugnat iste gradus, sed substantia habet maiorem virtutem ad resistendum contrario corruptiuo illius gradus, quàm illud contrarium habeat virtutem actiuam ad corrumpendum; quia comparando actiuum ad actiuum, simpliciter perfectius secundùm entitatem, est simpliciter perfectius secundùm virtutem. *ibidem*. ✠. *Ad primum dico, si aliquid*. R. 25. *Addit in editione Papiensi Fantis*.

Agens omne potens in transmutationem aliquam, potest in terminum illius, si habet susceptiuum, non magis repugnans termino, quàm motui. 4. D. 12. Q. 6. *§. Dico ergo*. ✠. *Prima probatur*. B. 11.

Agens si idem; vel sic; Si Agens idem, & materia eadem, effectus erit idem, 8. *Phys. Tex.* 11. 12. vbi Philosophus non assignat diuersitatem effectus possibilem, nisi propter diuersitatem efficientis, vel materiæ. 4. D. 43. Q. 3. §. *Tertia opinio*. ✠. *Pro hac opinione*. D. 9.

Agens si agat nunc in A instanti, causabit aliquid; illud sit B, si non agat nunc, sed cesset vsque ad instans B, causabit idem; & consequenter si causet in A & tempore intermedio inter A, & B, destruatur illud causatum, & iterum agat in instanti B, causabit illud idem; quia continuitas temporis intermedij nihil facit ad identitatem temporis permanentis, quia habet *esse* idem in illo tempore, & in terminis illius temporis. 4. D. 43. Q. 3. §. *Contra primam*. D. 10.

Agens aliud ab agente causante in instanti A, si esset approximatum passo, idem, in eodem instanti A, produceret idem numero, quod istud agens producit; & tamen illa influentia non esset eadem numero cum influentia istius, sed tantùm similis; & per consequens non requiritur ad identitatem numericam effectus eadem numero influentia, sed similis influentia sufficit ad talem identitatem; vnde si hoc agens, quod agit in instanti A, ageret in instanti B circa idem passum, cùm tunc in instanti B esset similis influentia, licèt non eadem, quæ in instanti A erit tamen idem numero effectus. 4. D. 43. Q. 3. *§. Tertia opinio* ✠. *Contra hoc dupliciter*. D. 10.

Agens si potest in processum resolutiuum, ergo & in illum processum compositiuum, qui fuit in componendo; consequentia ista non valet; patet instantia: possum enim diuidere solidum, nec tamen partes diuisas possum iterum continuare. 4. D. 43. Q. 3. *Ad secundum principale*. R. 23.

Agens nullum est perfectius ex hoc, quòd per actionem suam aliquid producit. 4. D. 49. Q. 1. *In quarto argumento principali*. n. 1.

Agentis ex diuersa approximatione ad passum, variatur effectus; aliter enim agit agens, quod per lineam rectam opponitur, & approximatur passo, quàm quòd per reflexam, vel fractā. 4. D. 49. Q. 5. §. *Ad quæstionē*. ✠. *Aliter potest dici*. E. 5.

Agens illud potest in aliquem terminum, quod potest habere in virtute sua actiua terminum illum. 4. D. 49. Q. 14. *§. Respondeo, hic sunt*. ✠. *Tertio videndum*. B 4.

Agentis in potentia actiua contenta; vel sic; Quæ sunt in potentia actiua agentis, nec inter se repognant, illa possunt simul esse in effectu. *Quodl.* Q. 1. *§. Primaratio* ✠. *Dicitur fortè*. A. 5.

Agens non causans per motum, & non impedibile, potest

Agens in ordine ad effectum.

habere effectum sibi coæuum: hæc propositio posset dici vera, vbi agens, & effectus possunt habere essentiam vnigeneam; sed vbi non potest esse vnigenea, sed prioritas naturæ in causa, de necessitate requirit prioritatem durationis eius respectu effectus, ibi est falsa. 2. D. 1. Q. 3. *Ad quartum principale*. M. 22.

Agentis alia potest esse ratio, & alia ratio agendi: singularitas est conditio agentis, non ratio agendi; sed ratio agendi est ipsa forma existens in singulari, secundum quam singulare agit. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad argumenta in oppositum*. I. 15.

Agente, idest, in Agente non oportet, quòd ratio agendi sit aliquid, in quo assimiletur agens alicui alteri producto, quia in agente nihil est productum, nisi ipsa ratio. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad auctoritatem*. ℣. *Et cum posi arguitur*. A a. 39.

Agens quandocunque causat notitiam aliquarum veritatum, quæ per tale obiectum sic cognitum natæ sunt esse euidentes; illud agens in hoc supplet vicem obiecti: Quòd si ipsum agens causaret notitiam perfectam istarum veritatum, qualem ipsum obiectum in se cognitum causaret; tunc perfectè suppleret vicem obiecti; sed si agens non ita perfectam notitiam causat, sicut obiectum in se causaret; tunc imperfectè suppleret vicem obiecti, pro quanto, scilicet, imperfecta notitia, quam facit, virtualiter continetur in illa perfecta, cuius obiectum in se cognitum esset causa. *Prolog.* Q. 1. §. *Antequam hæc distinctio*. ℣. *Vtrum autem*. N. 22.

Agens eiusdem speciei, quod quotcunque plura potest producere successiuè, quamdiu maneat, non maior perfectio intensiua concluditur ex hoc, quàm si tantùm vnum, vel duo produceret; quia quod potest in tempore vno in vnum tale, potest eadem virtute in mille talia, si in mille temporibus maneat. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostensis igitur*. ℣. *Secunda declaratio*. X. 26.

Agens, quod potest in aliqua multa simul ita perfectè, sicut in quodlibet eorum seorsum, quorum quodlibet in causa requirit aliquam perfectionem sibi propriam, illud concluditur esse perfectius ex pluralitate talium, ex hoc, quòd potest in plura, & per consequens infinitum, si simul potest in infinita. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostensis igitur*. ℣. *Vltima probabilitas*. X. 26.

Agens si simul potest in infinita, & si natura effectus non permittat simultatem eorum; tamen causa, quantùm est ex se, posset simul in infinita, adhuc sequitur, quòd sit infinitum ex infinita pluralitate talium. *ibidem*.

Agens nullum est eius, cuius nullum est per se agens. 1. D. 2. Q. 2 §. *Iuxta tres conclusiones*. ℣. *Secunda conclusio*. N. 17.

Agens, quod in virtute sua actiua habet formam perfectiorem, habet etiam imperfectiorem eiusdem rationis. 2. D. 18. Q. Vn. §. *Contra primum*. ℣. *Vel formetur*. n. 4.

Agens illud potest quemcunque terminum in quemcunque totaliter conuertere, quod in virtute sua actiua habet vtrumque terminum æquè totaliter, quantùm ad *esse*, & *non esse*; & etiam quodlibet necessariò concomitans vtrumque terminum in essendo. *Quodl.* Q. 10. §. *De primo*. A. 3.

Agens, quod æquè habet in virtute sua actiua vtrumque terminum conuersionis, quantùm ad aliquod partiale in eo, æquè potest vnum in alterum conuertere conuersione partiali; & consequenter pari ratione, agens, quod æquè habet in virtute sua actiua vtrumque terminum istum, & vtrumque illum; & hoc quantùm ad quodlibet vtriusque, est quantùm ad quodlibet necessariò concomitans vtrumque in essendo, potest vtrobique istum terminum conuertere in illum conuersione totali. *ibidem*.

Agens soluens continuitatem corporis existentis in pluribus locis, si vinceret in vno vbi virtutem conseruantis continuationem corporis in alio *Vbi* absolutè continuitas esset diuisa vtrobique: non tamen vt ab aliquo vtrobique, sicut respondetur de corpore Christi in pixide, quando idem corpus fuit diuisum in Cruce. *Quodl.* Q. 10. §. *Ad ista*. ℣. *Istas duas*. K. 18.

Agens actione de genere actionis, nunquam est simpliciter perfectius per illam, imo ex perfectione sua complete agit, communicando alteri perfectionem: operatio verò est perfectio simpliciter operantis; & ideo relinquitur, quòd illud absolutum, quod est in operatione, sit de genere qualitatis. *Quodl.* Q. 13. §. *De tertio*. ℣. *Tertio sic*. Bb. 25.

Agentia plura circa idem.

In agentibus eiusdem rationis, videtur, quòd ita possit intendi virtus vnius, quòd æquabitur duobus. 1. D. 17. Q. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, si haitur*. L. 10.

Agentia aliqua duo, quando concurrunt ad vnum effectum, quantò vnum illorum plùs potest supplere vicem alterius, tantò minor perfectio requiritur in alio; quandoque autem nulla, si illud suppleat totam virtutem. 1. D. 3. Q. 3. §. *Sed restat vnum dubium*. ℣. *Ista ratio*. H. 25.

Agentia plura essentialiter ordinata quandocunque sunt; vel sic; Quandocunque sunt plura agentia essentialiter ordinata; aut secundum accipit esse à primo; exemplum de Cælo, & igne; aut secundum, licèt non accipiat esse à primo, tamen accipit aliquam influentiam; exemplum, baculus motum accipit à manu, vt possit vlterius mouere pilam: aut tertio modo attingunt eundem effectum immediatè, sed ordine quodam, primum scilicet principalius, & secundum minus principaliter; tamen ipsum eundem effectum attingit; exemplum de Patre, & Matre respectu generationis prolis, secundùm opinionem ponentem, matrem esse actiuam *Quodl.* Q. 7. §. *Secundum scilicet*. ℣. *Præterea ex eodem* I i. 41.

Agentia duo approximata eidem corpori existenti in vno vel duobus *Vbi*, vt ignis, & aqua v. g. non aliter calefacerent, & frigefacerent idem existens in duobus *Vbi*, quàm existens in vno *Vbi*, in quo haberet illa duo agentia approximata, & sicut tunc; si alterum agentium vinceret simpliciter virtutem reliqui agentis, illud assimilaret sibi passum & impediret reliquum, quod esset minoris virtutis, ne assimilaret sibi passum: si autem essent aliquo modo æqualia in virtute, alterarent passum quasi ad quoddam medium inter duo extrema. *Quodl.* Q. 10. §. *Ad ista*. ℣. *Istas duas*. K. 17.

Agentia quantumcunque diuersa, non est possibile, quòd regulariter inducant eandem formam post corruptionem eiusdem corrupti. 4. D. 12. Q. 4. §. *Quantum ad istam*. ℣. *Respondeo, quòd secundum*. A. 9.

Agentia naturalia ordinata habent suas formas ordinatè, sic, quòd inferius accipit aliquo modo formam, qua agat, ab agente superiori: sicut elementum accipit formam suam aliquo modo à corpore cælesti, vt à superiori agente. 2. D. 9. Q. 2. *Ad tertium principale*. ℣. *Et cum addis*. S. 34.

Agentibus in quibusdam ad aliquem effectum productum per generationem, vel alterationem agentis secundi, forma, qua mouet, sicut actus primus, nec est recepta ab agente primo, nec recipit ab eo aliam formam vlteriorem, sicut actum secundum, quo agat: quia licèt ibi causæ ordinatæ habeant aliam rationem causandi, & inferior non causet, nisi in virtute superioris: ista tamen virtus, siue assistentia, siue influentia (quomodocunque nominetur) non est impressio alicuius formæ; sed tantùm est ordo, seu actualis coniunctio talium causarum actiuarum, ex quibus sic coniunctis, & suis proprijs actiuitatibus præsuppositis coniunctioni, sequitur effectus communis ambarum causarum. 2. D. 3. Q. 8. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad tertium dico*. E. 11.

Agens in ordine ad passum.

Agens est præstantius patiente ex August. 2. super Genes. Ista propositio non est immediata; sed dependet ex istis tribus, scilicet, agens est præstantius effectu; & effectus agentis est actus, & forma patientis; & actus est nobilior potentia. 1. D. 3. Q. 7. *Ad primum primæ opinionis*. P. 25. & 2. D. 9. Q. 2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ℣. *Ad illud Augustini*. S. 34.

Agens, vt vult Augustinus *Genes.* 12. *cap.* 9. *est præstantius passo*; quæ propositio dependet ex illa, agens est simpliciter perfectius suo effectu formali. 4. D. 43. Q. 3. §. *De tertio*. ℣. *Sed contra*. O. 21.

Agens

Agens in ordine ad passum.

Agens est præstantius patiente, August. &c. ista propositio pendet ex ista, quòd agens est præstantius termino formali actionis; & terminus formalis actionis est præstantior suo receptiuo: secunda autem istarum non est vera, nisi in quantùm hoc est actus, & illud potentia; & sic concedendum est, agens inquantùm in actu formali, vel virtuali esse præstantius passo, inquantùm est in potentia ad illud: vnde ista propositio, *Agens est præstantius passo*, vera est, quantum ad hoc, quod patiens recipit ab agente, & quantùm ad hoc, non potest se facere in actu per se, sicut secundùm id fit in actu per agens: sed ex hoc non sequitur, quòd sit præstantius absolutè natura illius, quod est susceptiuum, sicut nec de termino formali respectu eiusdem. 4. D.44. Q.2. *Ad primum principale*. P.17.

Agens est præstantius patiente; potest dici, quòd ista propositio sit vera de agente æquiuoco, & totali, seù principali; aliter non. *ibidem*.

Agens est præstantius patiente: sed corpus non est præstantius spiritu per ipsum August. ibidem; igitur corpus non potest agere in Angelum, qui est spiritus; igitur non potest accipere cognitionem à rebus: Hæc ratio concludit, quòd nullum corporale potest agere in spiritum, vt totale agens. 2. D.3. Q.11. *In secundo principali*. G.13.

Agens est præstantius patiente; ista dependet ab illa; causa, vel agens præstantius est effectu; & effectus, vt actus, præstantior est receptiuo actus, vt potentia; quarum prima non est vera, nisi de virtute agente totali; nec secunda, nisi de perfectione simpliciter; & ita nec ista, quæ infertur de actiuo comparatiuè ad passiuum, est vera, loquendo de agente partiali; & sic non oportet, quòd illud agere sit in virtute partialis agentis. 2. D.9. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ✝. *Ad illud Augustini*. S.34.

Agens, inquit, Arist. 3. Anim. Tex. 19. *semper nobilius est patiente, & principium, materia*; & subdit de intellectu agente, *igitur impassibilis est substantia in actu*; & per consequens vult, quòd intellectus agens est nobilior possibili, vel saltem non minus nobilis. *Quodl.* Q.15. §. *De tertio*. ✝. *Prætereà ibidem*, L.13.

Agens aliquod, quandocunque agit in aliquod passum, potest quodlibet agens eiusdem rationis in quodlibet passum eiusdem rationis agere. *Prolog.* Q.3. §. *Contra istud*. ✝. *Ad primum respondeo*. D.4.

Agens, quod habet *esse* corporale, non habet rationem agentis, nisi in passum corporale, propter hoc, quòd tale agens requirit passum approximatum sibi localiter, quia si non esset localiter præsens, esset tali agenti quasi non præsens; & consequenter nunquam aliquod corporale potest esse ratio immediatè causandi aliquod spirituale; nec per consequens transferendi ab illo ordine ad illum ordinem, & ista videtur esse ratio Augustini 12. *super Genes.* quando dixit: *Non putandum est, corpus aliquod agere in spiritu &c.* *Quodl.* Q.15. §. *De tertio*. ✝. *Præterea, secundo*. M.14.

Agens vbi inuenit passum, potest dici, quòd ibi informat ipsum; sed agens in generando non transmutat localiter, & consequenter informat ibi passum; & vbi passum informatur, ibi est compositum ex passo, & forma inducta. 4. D.11. Q.2. *Ad primum in oppositum*. ✝. *Dico, quòd materia*. D.7.

Agens sub ea ratione respicit passum, sub qua inducit in eo terminum actionis. 4. D.11. Q. 3. §. *De secundo articulo principali*. ✝. *Prætereà etiam*. K.21.

Agens omne, quod potest sufficienter in actionem suam, sine actione alterius, & in terminum actionis, potest informare passum illa forma sine actione alterius: agens autem naturale potest cum communi influentia, sine speciali actione Diuina, in actionem suam, & in terminum actionis, qui est forma mixtionis; & consequenter agens illud potest informare suum passum per illam formam mixtionis absque actione speciali Dei. 4. D.11. Q.3 §. *Alij concedentes*. ✝. *Contra secundum*. S.39.

Agentia habentia eamdem virtutem, & æqualem, licèt possent in idem passum eandem formam inducere; tamen agens quantò habet passum immediatiùs coniunctum, tanto (cæteris paribus) efficaciùs, & immediatiùs agit. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ✝. *Dico, quod*. T.27.

Agens, & patiens oportet communicare in materia. 1. Generat. Tex.87. ista propositio exponi potest, de communicatione aptitudinali, vel actuali: accidentia autem separata [in Eucharistia] nata sunt communicare cum passo in materia sui subiecti; & ita etiam separata possunt agere in passum. 4. D. 12. Q. 3 *Ad tertium principale*. Dd.38.

Agens, & passum eiusdem speciei, vbi sunt idem, ibi est idem effectus: ista propositio est vera de agente inducente formam, & agente naturali; sed si voluntariè agat, & contingenter, non est verum, quòd idem agat, sed poterit non agere; si autem non inducat, sed tantùm facit quemdam actum, ad quem alius inducat, qui voluntariè inducit in illud passum, in quo proponit inducere, propositio non est vera. 4 D.25. Q.2. §. *Hic breuiter*. ✝. *Respondeo; maior*. E.5.

Agens oportet esse præsens patienti, saltem secundum virtutem actiuam: hoc vniuersaliter verum est; ex quo sequitur, quòd vbi præsentia proportionata non potest haberi, nisi per contactum, requiritur contactus; vbi autem verior præsentia potest haberi, illa multò magis sufficit ad actionem: multò autem verior potest esse præsentia spiritus ad corpus per coexistentiam, quàm illa per contactum. 4. D. 44. Q.2. *Ad tertium principale*. P.17.

Agens, & passum sunt proportionalia, non autem propriè conuenientia, nisi extendendo conuenientiam ad proportionem; imò proportio eorum requirit disconuenientiam, quia requirit, quòd vnum sit in actu tale, & aliud in potentia tale. 4. D.45. Q.2. §. *Hic tenetur*. ✝. *Rationes opinionis*. n.7.

Agens sufficiens, & passum sufficiens respectu cognitionis abstractiuæ, siue speciei intelligibilis obiecti prius ignoti concurrunt in anima separata habente lapidem, vel aliud obiectum proportionatum sibi præsens, quia intellectus agens cum obiecto, est sufficiens causa actiua speciei intelligibilis: nec minus cum obiecto extra, quàm cum phantasmate; quia nihil est in phantasmate, propter quod sufficiat ad causandum speciem intelligibilem, quin eminentiùs sit in re, cuius est phantasma: intellectus autem possibilis est sufficienter receptiuus. 4. D.45. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Primum probo*. C.12.

Agens, & patiens, vt vult Philos. 7. *Phys. Tex.* 8. sunt simul; quod vel intelligit de simultate per contactum, vbi non potest esse maior, sicut est in corporibus secundùm eum; vel vbi ista esse non potest, sed alia maior, puta præsentia mutua, de illa intelligatur. 4. D.45. Q.2. §. *Ad tertium principale*. ✝. *Si contra hoc*. G.16.

Agens licèt excedat patiens; non tamen quantùm agens excedit patiens, tantùm excedit actio passionem: vnde [loquendo de Deo dante pro meritis,] agens, vel dans in infinitum excedit passum, vel recipiens: nec tamen illa datio est vltra condignum in infinitum; nec ex hoc, quòd actio Diuina sit infinita, & datio sit etiam infinita quantùm est ex parte sui, quia est *velle* suum, sequitur, quòd illud agens habeat aliquid maius causare extra, quàm conueniat passo recipere; neque quòd det extra aliquid maius, quàm conueniat recipienti recipere, sed tantùm quòd actio eius manens in se, est quoddam perfectius receptione illius; ita *esse* in effectu non daretur isti, nisi minimum proportionatum sibi. 4. D.46. Q.4. §. *De quarto*. ✝. *Contra illam rationem*. M.15.

Agens, & patiens semper sibi proportionabiliter respondent; itaquòd, sicut se habet agens ad actionem, ita patiens ad passionem: ista propositio, vel est falsa, vel ista; *Quæcunque sunt inæqualia non habent similem proportionem ad alia, nisi inter se inæqualia*; vel æquiuocat proportionem, & hoc loquendo de actione, prout est aliquid in passo; si enim accipiatur proportio propriè, & sic, quòd sit similis proportio agentis ad actionem, & patientis ad passionem, falsa est hæc proportio, sicut & ista: *Quantùm agens excedit formam ab agente, tantùm patiens excedit formam in ipso receptam*: nec ille intellectus similis proportionis inter hæc quatuor, agens, & patiens; actionem, & passionem, sequitur ex illa propositione, *agens est proportionatum patienti*; Illa enim sunt proportionata in hoc, quod illud est in actu tale, quale illud est in potentia, vbi illa duo sunt extrema vnius proportionis; quomodo ex hoc potest inferri, quòd illa duo similem habent

habent

Agens in ordine ad paſsum.

bent proportionem ad alia duo, ſcilicet actionem, & paſſionem, niſi ſupponendo, quòd actio ſit actu tale, quale paſſio eſt in potentia; quod eſt falſum: Si autem aliquo modo accipiatur impropriè proportio in illa propoſitione, *agens, & patiens ſemper ſibi &c.* non ſcilicet ſecundùm excedentiam, & exceſſum; ſed aliquo modo alio, ſecundùm quòd fortè iſta propoſitio poſset habere apparentiam; ſic non eſt illa regula vera, quòd *inæqualia non habent ſimilem proportionem, niſi ad inæqualia.* 4. D.46.Q.4. §. *De quarto.* ℣. *Ad rationem ergo.* M.16.

Agens particulare habens virtutem actiuam propriam; & approximatio ad paſſum, & habitudo, ſiue aſpectus ad corpus cæleſte, habens virtutem determinatam cauſæ ſuperioris, poſſunt poni (ſtantibus Cœlis poſt iudicium vniuerſale;) quia corpus cæleſte quieſcens eamdem virtutem cauſæ ſuperioris habet reſpectu cauſæ inferioris ſuppoſitæ, quam haberet, ſi non quieſceret: hæc autem ſunt, quæ nunc habet agens particulare ad agendum; & per conſequens omnia ſunt requiſita ad actionem tunc, quæ, & nunc. 4. D.48. Q.2. §. *Ad quæſtionem.* ℣. *Ad ſecundum.* I.13.

Agens eſt immediatum paſſo proximo, & hoc immediatione correſpondente tactui mathematico, quando medium eſt receptiuum actionis eiuſdem rationis, vel alterius rationis, reſpectu cuius agens habet formam; vel immediatione correſpondente tactui virtuali; quia ita eſt agens præſens diſtanti mathematicè ad effectum cauſandum in eo, ſicut ſi eſſet præſens ſibi ſecundùm eſſentiam ſuam: & hoc modo eſſe præſens per potentiam ſuam eſt, ſic, non quòd potentia ſua ſit ibi, ſed quòd potentia ſua poſſit cauſare ibi effectum, ac ſi eſset ibi, licèt nec ipſum, nec potentia ſua ſit ibi. 2. D.9. Q.2. §. *Ad quæſtionem iſtam.* ℣. *Et per idem.* C.18.

Agens ſi agit, patiens neceſſariò patitur. 2. D.25. Q.Vn. *In tertio argumento ad oppoſitum.* n.2.

Agens non agit niſi in diſpoſito, & vnito. 3. D.19. Q.Vn. §. *Contra iſtum modum.* ℣. *Præterea; contra ſecundum.* num.5.

Agens, & patiens ſunt contraria, loquendo de actione vniuoca eorum, quæ ſunt in principio diſſimilia, & contraria, & in fine ſunt ſimilia. 2. D.2. Q.10. §. *Et ſi dicatur.* ℣. *Reſpondeo, dico.* A.4.

Agens aliquod non communicare cum paſso concedit Philoſophus *in 1. de Generat.* ſicut nec medicinam eum corpore ſanato. *ibidem.*

Agens attingere paſsum in ratione paſſi, nihil aliud videtur, quàm inducere in ipſum actum, quo perficiatur: agens autem particulare inducit formam ſubſtantialem, qua materia perficitur, inquantùm materia, & non inquantùm quanta; ita quòd quantitas ſit ratio media inter agens, & paſsum; quare agens naturale attingit eam ſecundùm ſubſtantiam nudam, vt paſsum ab eo immediatè transmutatum. 2. D.3. Q.4. §. *Ad primam rationem.* ℣. *Sed ad concluſionem.* M.17.

Agens non agit in organum ſenſus, & ſubiectum contrarij, actione eiuſdem rationis. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæſtionem.* ℣. *Ad primum, quod ſit.* M.19.

Agens nullum, ſiue nihil idem agit in ſe: iſta propoſitio non eſt vera, niſi de aliquo agente vniuoco, quod ſcilicet inducit in paſsum formam eiuſdem rationis cum illa, per quam agit; in agentibus æquiuocis, id eſt in illis agentibus, quæ non agunt per formam eiuſdem rationis cum illa, per quam agunt, propoſitio illa, quòd *nihil mouet ſe*, non habet neceſſitatem. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta pro ſecunda opinione.* ℣. *Reſpondeo, quod illa.* Q.27 & 2. D.2. Q.10. *Ad primum principale.* G.12. & D.25. Q.Vn. §. *Ad primam rationem.* ℣. *Cùm dicis.* E.12.

Agens ſi non poteſt intendere formam, quam inuenit in paſso perfectiorem illa, quam poſset ipſum ex ſe cauſare in paſsum; tota ratio deducta ex augmento habitus per actum deficit. 1. D.17. Q.4. §. *Contra iſtam propoſitionem.* ℣. *Sì nullum agens.* Qq.4. *Addit, quæ deeſt in editione S. Iſidori.*

Agens per ſe intendit inducere formam in paſsum, nec intendit remotionem contrarij, niſi per accidens. *Prolog.* Quæſt. 4. §. *Contra hoc ſic.* ℣. *Ad tertium reſpondeo.* K.18.

Agens, & patiens, ſufficit, quòd ſint ſimul, vel ſecundùm contactum, vel mediante aliquo medio. 2. D.14. Q.3. *Ad primum principale.* I.7.

Agens in ordine ad paſſum.

Agens omne phyſicum agendo repatitur, & repatiendo debilitatur, ita tandem, quòd (loquendo de parte ſecundùm ſpeciem,) non poteſt amplius conuertere in ſe nutrimentum, nec reſiſtere corrumpenti. 2. D.19. Q.Vn. §. *Concedo.* A.4.

Agens perfectius circa idem paſſum fortius agit, & impedit minus perfectum, ſicut ſi ignis, & aqua agant circa idem, ignis totaliter impediet aquam in ſua actione, ita quòd non habebit effectum ſuum. 2. D.42. Q.4. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Reſpondeo, & dico.* C.5.

Agens æquiuocum, & vniuocum.

Agens æquiuocum, non eſt tale formaliter in actu, quale paſſum eſt formaliter in potentia; ſed agens virtualiter eſt tale in actu, quale formaliter eſt in potentia patiens: & quòd idem ſit formaliter virtualiter tale in actu, & formaliter tale in potentia, nulla eſt contradictio. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta pro ſecunda opinione.* ℣. *Reſpondeo, quòd illa.* R.27.

Agens habens aliquid modo eminentiori, non poteſt facere, quod ipſummet haberet illud modo minus eminenti: vel ſic: *Nihil exiſtens virtualiter tale, vel modo eminentiori exiſtens tale, poteſt eſſe formaliter tale*: hæc propoſitio eſt ſimpliciter falſa ex terminis; & ſi eſt vera, non eſt vera, niſi ratione materiæ. 2. D.25. Q.Vn. §. *Ad primam rationem.* ℣. *Reſpondeo, in talibus.* G.15.

Agens æquiuocum vniuerſaliter eſt in actu aliquo non eiuſdem rationis cum termino, ad quem mobile eſt in potentia, ſed eſt in actu ſecundùm aliquid virtualiter, & eminenter continens illum terminum. *Quodl.* Q.15. *Ad argumentum principale.* ℣. *Reſpondeo, omnis.* Y.24.

Agens principalius communiter eſt æquiuocum, & eminentiùs habet in ſe perfectionem effectus, quàm cauſa vniuoca; & ideò non magis aſſimilatur ſibi formaliter, quia hoc eſſet imperfectionis in cauſa ſic aſſimilari effectui; ſed aſſimilatur magis, hoc eſt, dat magis formam effectui, per quam ſibi aſſimilatur æquiuocè, quàm det agens particulare. 1. D.3. Q.8. *Ad ſecundum principale.* ℣. *Reſpondeo principalius.* F.4.

Agens in actione æquiuoca ſimile eſt producto ſecundùm formam, ſimilitudine æquiuoca. 2. D.2. Q.10. §. *Et ſi dicatur.* ℣. *Reſpondeo, dico.* A.4.

Agens vniuocum, & æquiuocum.

Agens æquiuocum totale eſt nobilius effectu. 2. D.25. Q.Vn. §. *Contra concluſionem.* ℣. *Contra iſtud.* B.9.

Agens omne totale, vel eſt vniuocum, & ita æquè perfectum producto; vel æquiuocum, & ita perfectius. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo.* ℣. *Secunda concluſio.* F.13.

Agentis æquiuoci totum effectum ſi non recipiat ipſum paſſum, ſequitur, quòd vel ipſum paſſum, vel aliud paſſum; & tunc ſemper agens æquiuocè requirit ſimul plura paſſa, vel nullum paſſum, & tunc cum effectu in paſso habebit alium effectum per ſe ſtantem, quorum vtrumque eſt maximum inconueniens: vnde licèt poſſet colorari ratio, loquendo de actione, & fieri brigam in hoc, quod actio accipiatur manens in ipſo Deo agente, tamen loquendo de effectu (de quo hic agitur) quòd paſſum non recipiat totum effectum agentis æquiuoci, eſt manifeſtè falſum; & ita etiam loquendo de actione, vt eſt in paſso, ſicut loquitur Philoſophus 3. *Phyſ. Tex.* 22. 4. Diſt.46. Quæſt.4. §. *De quarto.* ℣. *Contra illam rationem.* M.16.

Agens communicare terminum formalem productionis, eſt impoſſibile, niſi agat forma æquè perfecta, ſi agit vniuocè; vel perfectiori, ſi agit æquiuocè. 1. D.7. Q.Vn. §. *Loquendo tunc.* ℣. *Partem affirmatiuam.* O.10.

Agens nullum vniuocum eſt in quantitate, & *vbi*; quia in genere quantitatis, & *vbi*, nulla eſt forma, quæ ſit principium inducendi ſimilem formam: imo [vt generaliter dicitur] quicunque motus eſt ad formam non actiuam, non eſt ab agente vniuoco. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta pro ſecunda opinione.* ℣. *Reſpondeo, quod illa.* R.27.

Agens eſt præſtantius effectu: non eſt vera, niſi in cauſa æquiuoca totali; poteſt enim aliqua eſſe cauſa partialiter

agens

Agens vniuocum, & æquiuocum.

agens ad aliquem effectum nobiliorem.2.D.9.Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ℣. *Ad illud Augustini*. S. 34.

Agentibus in vniuocis, verum est, quòd tale est passum in potentia, quale est agens in actu; & ideo impossibile est, quòd idem fit in actu formaliter tale, & in potentia tale simul: tamen in actione æquiuoca nunquam oportet hoc esse verum; quia agens oportet, esse nobilius, & virtualiter tale. 2.D.25.Q.Vn.§. *Ad primam rationem*.℣. *Alio verò modo*.E.13.& 2.D.3.Q.8. *Ad quartum principale*. M.17.

Agens quo ad modum agendi.

Agentis in cuiuscunque potestate est agere, & modus agendi. 1.D.1.Q.1.§. *Tertio articulo*.℣. *Tertium probo*. D. 5.

Agens ex electione potest diuersimodè agere, non tantùm diuersitate quadam disparationis, sed contradictionis: sicut potest non tantùm hoc agere, & illud; sed hoc agere, & illud non agere: agens autem naturale, quod est illimitatum simpliciter, & aliqualiter secundùm perfectionem actiuam, potest ad disparata agere, sed non ad contradictoria; quia quodlibet illorum agit in materiam dispositam, & hoc necessariò: vnde non sequitur, non agit secundùm electionem, ergo non diuersis formas in diuersis passis; sed sequitur, ergo non indifferenter agit, vel non agit ex se formam illam, quam potest agere in tali passo.4.D.12.Q.3.§. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Et tunc ad instantiam*. M. 19.

Agens omne [si actio de genere actionis esset absolutum] ante mutaretur secundùm formam absolutam, quàm passum mutaretur ab ipso; quia passum non mutatur ab ipso, nisi iam habente actionem: agens autem ad hoc, quod habeat istam actionem, cùm sit forma absoluta noua, oportet, quòd mutetur ad ipsam. 4.D.13. Q.1.§. *Ad huius autem difficultatis*. B. 5.

Agens naturale oppositum libero.

Agens naturale, vel naturaliter, dicitur, quod opponitur libero, quia agit necessitate naturali; sed voluntarium, vel liberum, quod se ipsum determinat ad agendum, & illo modo loquitur Philos.2. *Physic. Tex.* 49. diuidens naturam contra agens à proposito: & 9. *Meta.cap.*2. *Tex.*3. *& 10. de principijs actiuis irrationabilibus*. 4.D.48.Q.3.§. *Intelligendum*. A.2.

Agens omne naturale, præcisè consideratum, ex necessitate, & æquè ageret, sicut si ad nullum finem ageret, sicut si esset independenter agens. 1.D.2.Q.2.§. *Ostenso esse*. ℣. *Ex hoc arguitur*. R. 20.

Agentia naturalia in toto processu vsque ad vltimum intentum agunt merè necessitate naturali.1.D.1.Q.4.§. *Si tenendo*.℣. *Si autem aliter*.n.5. *Addit*.

Agens naturale aut actione sua perficitur in se, aut in suo simili, aut in toto; aut per suam productionem natura eius accipit esse in alio; hoc enim apparet inductiuè in omnibus. 1. D.8.Q.5.§. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Vltimo videtur*. K. 14.

Agens naturale non ideo dicit relationem realem ad suum effectum, quia naturaliter, ac necessariò, ac non liberè agit.1.D.30.Q.2. *Ad tertium principale*.℣. *Ad aliud de actione*. P.Q.18.

Agens, quod agit, in quantùm mouetur, si mouetur per modum naturæ, agit etiam vniformiter per modum naturæ. 1. D.17.Q.2.§. *Tertio modo attribuendo*.℣. *Præterea; tertio sic*. H. 8.

Agens omne naturale, vel est omnino primum, vel si est posterius, erit ab aliquo priori naturaliter determinatum ad agendum. *Quodl.Q.16.§. Contra istud*.℣ *Respondeo; omne agens*. T.15.

Agentibus à puris naturalibus: vel sic; Ab agentibus puris naturalibus omnes remouent habitus; quia ex se sunt summè inclinata: in intellectu tamen, qui magis naturaliter agit, quàm voluntas, non negatur habitus; quia non est ex se summè determinatus, vel inclinatus; nec ista indeterminatio est ex imperfectione actiui; sed ex illuminatione, quæ est perfectio actiui.3.D.33.Q.Vn.§. *Ad rationem*. ℣. *Secunda ratio*. D.7.

Agentia alia naturalia ab intellectu determinantur sic ad

Agens naturale oppositum libero.

vnum, quòd non possint in oppositum contrariè, vel saltem contradictoriè. *ibidem*.

Agens naturale, potens in aliquem effectum totum, de necessitate producit eum, si non prohibetur; quia agens naturale non impeditum, de necessitate agit in quodlibet, quod est in virtute eius actiua; vt patet de forma, quam producit, & induit necessariò agens non impeditum, nec ab aliquo agente, nec ex parte passi. 2. D. 12. Q. 1. §. *Positio ista*. ℣. *Ex hoc*. A. 5.

Agens naturale non potest agere de nouo, nisi aliquid ponatur nouum, vel in ipso, vel in passo, vel habitudo noua eorum, quia omnibus istis, vniformiter se habentibus, vniformis erit actio, cùm tale agens agat necessitate naturæ: vnde si aliquod agens naturale habet aliquam actionem nouam, vel erit aliqua forma absoluta ante istam actionem nouam in agente, vel alia noua in passo, vel habitudo noua agentis ad passum; sed nec primum, nec secundum est necessarium; potest enim ignis de nouo agere in lignum absque hoc, quòd ante istam actionem ignis recipiat nouam formam, vel lignum; quia prima forma absoluta, quam recipit lignum, est per istam actionem, & proinde est noua habitudo ignis ad lignum, absque omni nouitate formæ absolutæ.4.D.6.Q.10.§. *Hic dicitur*. ℣. *Præterea agens*. C. 4.

Agens naturale non intendit corpus vnum expellere, nisi inducat aliud corpus: vnde si non esset repugnantia, duo corpora esse simul, tunc mouendo hoc corpus ad illud *Vbi*, non expelleretur aliud corpus; & sic natura posset facere duo corpora simul, quod includit manifestum inconueniens.4. D.10.Q.2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad rationes per me*. O.21.

Agens omne naturale, ex quo agit secundùm vltimum suæ potentiæ, quando impeditur agere secundùm illam lineam quæ est maximè conueniens actioni naturali, puta rectam, quæ est breuissima, agit secundùm eam, secundùm quam potest, scilicet secundùm lineam reflexam: & hæc est ratio, quare non videtur in speculo imago ipsa corporis, multiplicata vsque ad speculum; sed ipsum corpus, cuius est imago. 4. D. 10. Q.9. *Ad secundum principale*. D.7.

Agentia merè naturalia ita se habent, quòd in illis, cessantibus impedimentis, reditur ad dispositionem naturalem, non prohibente actione violenta.2.D.7. Q.Vn. *Ad quartum principale*. V. 26.

Agens naturale statim induceret, si posset, illud, quod principaliter intendit. *ibidem*.

Agens naturaliter sicut non dominatur actui, sic nec modo agendi: & per oppositum sicut agens liberum dominatur suæ actioni, sic & modo agendi; & per consequens in potestate eius est intensè, vel remissè agere.2.D.7.Q.Vn.§. *Contra conclusionem*.℣. *Contra secundam viam*.C.9.

Agens nullum naturale per se intendit corrumpere aliquid, sed per accidens corrumpit illud, quod est incompossibile generato, quod per se intendit.2.D.1.Q.3. *Ad tertium principale*. L.21.

Agens naturaliter, & totale semper vniformiter ageret, si tale esset respectu effectus.2.D.1.Q.2. *Ad primum principale*. C.7.

Agens ex necessitate, seù necessariò.

Agens primum naturale impeditur per contractionem eius. Exemplum in generatiuo vnius, & alteratiuo in contrarium.4.D.44.Q.2.§. *De secundo*.℣. *Respondeo, in habentibus*. O.16.

Agens quodcunque non impeditum, quod necessitatur ad agendum, de necessitate remouet omne prohibens actionem, si potest.1.D.1.Q.4 §. *Contra primum actiuum*.℣. *Quia quodcunque agens*. n.4.

Agens impedibile non simpliciter necessariò agit, sed conditionaliter, scilicet, si non sit impeditum, & tamen necessariò remouet impedimentum, si potest. 1. D.1.Q.4.§. *Si tenendo*.℣. *Contra; agens*.n.6. *Addit*.

Agens principale principaliter nullo necessario agit, nisi quo principaliter agit: alioquin necessariò ageret, quo impossibile est ipsum agere: non autem principaliter ageret, nisi illo, quod est sibi ratio formalis agendi. *ibidem*. ℣. *Probatur minor*.n.7. *Addit*.

Agente

Agens ex necessitate, seu necessariò.

Agente in principali; siue; In agente principali simpliciter necessariò agente nihil est, quo necessariò agit, nec etiam requisitum ad necessariò agere, nisi tantùm illud, quo principaliter agit; quia si in simpliciter necessariò agente tota ratio necessitatis est in ipso per illud, secundùm quod est agens: sed in agente principaliter necessariò secundùm quid, siue conditionaliter non est illud sufficiens ratio necessariò agendi, quòd est ratio agendi; sed requiritur aliud, à quo dependet ista necessitas, quia non est à sola ratione agentis. 1. D.1. Q.4. §. *Si tenendo*. ℣. *Ideò ad probationem*. n.8. *Addit*.

Agens habens principium elicitiuum, quando non necessariò elicit, non necessariò agit. *ibidem*. ℣. *Contra tertium articulum*. n.13.

Agens principale (quocunque posito in secundario) necessariò agens ex principio actiuo principali; necessitatur. 1. D.1. Q.4. §. *Si tenendo*. ℣. *Agens principale*. n. 10. *Addit*.

Agens omne necessariò de necessitate agit secundùm vltimum suæ potentiæ; quia sicut non est in potestate eius actio, ita nec intensio eius, & consequenter, nec modus agendi, scilicet intensè, vel non intensè agere. *ibidem*. ℣. *Contra, quòd, quando*. n.9.

Agens omne, agens ex necessitate naturæ, necessariò agit, nisi impediatur, vel ab alio dependeat in agendo. 1. D. 2. Q.7. §. *Quia, sicut dixi*. ℣. *Vlterius consequenter*. B. *Addit*. n.3

Agens necessariò producit effectum suum in susceptiuo, quantùm potest produci in eo. 1. D.8. Q.5. §. *Contra igitur*. ℣. *Probo consequentiam*. S.19.

Agens liberum voluntariè, & à proposito.

Agens liberum potest eadem volitione antiqua effectum nouum producere pro tunc, quando vult effectum nouum esse; non enim est necesse, si sempiternaliter vult, & non potest de nouo velle, igitur vult pro sempiterno. 2. D.1. Q.2. *Ad primum principale*. D. 7.

Agens voluntariè potest cessare ab agendo, licèt non fatigetur: vnde hæc esset concedenda, quòd omne agens, quod in agendo fatigatur, quandoque deficiet; sed si non fatigatur, non oportet; quòd non deficiat, quia est alia causa deficiendi, vel cessandi, quàm fatigatio. 4. D.48 Q.2. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Per idem*. N. 15.

Agens ex intentione, quod dicitur agens à proposito *ex 2. Phys. Tex.9.* distinguitur contra agens naturale. 4. D.6. Q.5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Dico ergo*. A.2.

Agenti à proposito, manifestum est, quòd aliquid euenit præter intentionem; & illud dicitur fortuitum, siue effectus fortuitus: vnde eius, vt sic euenientis, fortuna est causa. *Quodl.* Q.21. §. *Quantùm ad primum*. ℣. *Prima est affirmatiua*. A.3

Agenti alicui à proposito, manifestum est, quòd euenit præter intentionem aliquod bonum. *ibidem*. ℣. *Conclusio, quæ etiam*. D. 5.

Agens naturale oppositum supernaturali.

Agens quodcunque causatum dicitur naturale, quod habet naturalem ordinem actiui ad passum; & solùm increatum dicitur supernaturale; quia ipsum solùm in agendo excedit talem ordinem. 4. D.43. Q. 4. §. *Intelligendum*. B. 2

Agens naturale non potest ponere effectum in esse sine causa materiali, nisi posset creare, quod repugnat naturali agenti. 1. D.57. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Præterea, quæro*. Sf. 8.

Agens naturale si habet aliquem effectum totalem in virtute sua actiua necessariò ponet ipsum, si non fuerit impeditum, nec impeditur, nisi per contrarium corrumpendum: si autem in corrumpendo non sit aliquid non contrarium, quod de se sit pars compositi, sed totum est contrarium, agens non indiget opposito in producendo, nec oportet, quòd corrumpat; quia non corrumpit, nisi vt aliquid, quod est in corrupto, sit ipsius geniti; quia etiam ex eius præsentia magis impediretur, quàm promoueretur in actione sua; ideò enim agens non po-

test producere, nisi corrumpendo, quia non habet totum effectum in virtute sua; & ideò oportet corrumpere aliquid, vt quod fuit aliquid alterius, scilicet corrupti, sit ipsius geniti. 2. D.52. Q.1. §. *Positio ista*. ℣. *Et ex hoc*. A.5.

Agens naturale non agit, nisi in quanto; & per consequens simpliciter, & immediatè non potest attingere ad nudam essentiam materiæ. 2. D.12. Q.2. *Ad tertium principale*. F.6.

Agens nullum naturale potest attingere essentiam materiæ: Deus tamen potest, vt dicunt periti Doctores in 4. Sentent. & hoc necessariò habent dicere sui sequaces. 2. D.12. Q.2. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Ad aliud, quòd ipsi*. G.8.

Agens naturale attingit materiam, vt est *quid*: ex quo sequeretur, si ista propositio vera esset, quòd agens eam respiciens vt *quid*, potest eamdem formam in quamcunque materiam imprimere: & tunc si agens supernaturale transsubstantiare potest, sequeretur etiam, quòd agens naturale hoc posset, quod est manifestè falsum. 4. Dist. 11. Quæst.3. §. *De secundo articulo principali*. ℣. *Præterea; etiam*. K.21.

Agens naturale, quod habet in virtute sua actiua effectum suum partialiter, quantùm ad formam, si potest in plura possibilia, multò magis agens illud, quod in virtute sua habet effectum totalem, nullam materiam præsupponendo, potest in eadem, vel tot producibilia; quia perfectio virtutis actiuæ in habendo effectum totaliter, non limitat ipsum respectu producibilium. *Quodl.* Q.2. §. *De tertia ratione*. ℣. *Hoc non obstat*. F.10.

Agens naturale non potest esse per se causa contrariorum circa idem passum (vt excludatur per hoc instantia de dissolutione glaciei, & constrictionem luti.) 2. D.25. Q.Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Agens naturale*. A.6.

Agens naturale si potest incipere agere in instanti, ita quòd in illo instanti fuerit in *esse* quieto sub vno contrario, & in tempore habito est sub forma contraria in fieri; & quandocunque agens naturale potest agere, Deus potest agere, sequitur, quòd potest, & in tempore habito absque instanti, causare gratiam. 3. D.3. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Secundum patet*. A.X.

Agens naturale si potest subitò inducere formam, inducit per mutationem; & si non potest, necesse est, vt agat in tempore, & ita per motum. 3. D.3. Q.1. §. *Contra secundum*. ℣. *Sed quare*. B.13.

Agens naturale, necesse est, procedere per media determinata, quia subest illi ordini; nam ille præfixus est ab agente superiori; sed agens supremum, quia non subest isti ordini in agendo, quia istum præfixit voluntati, non est necesse procedere in agendo per ista media. 3. D.4. Q. Vn. §. *Potest dici*. ℣. *Secunda causa*. C.10.

Agens physicum non est actiuum nisi in passum sibi localiter præsens. *Quodl.* Q.13. §. *Nunc tertio*. ℣. *Ad secundum*. T. 21.

Agens naturale [cùm intendit qualitatem] inducit aliquam qualitatem, quæ nata est esse pars cum realitate præexistente, & vnit eam realitati præxistenti, vt partem parti; & ita non inducit formam omnino aliam; non esset tamen repugnantia, quòd ipsa esset alia, subiecto non propter hoc diuersificato. 3. D.8. Q.Vn. §. *Contra istam rationem*. ℣. *Respondeo, quod cùm*. B.7.

Agens naturale sine cuius actione nihil potest esse nouum, non potest [secundùm Philosophum] quantum aliquod maiorare, nisi accipiat ab aliquo quanto aliquam particulam apponendam illi quanto: sed secundùm Theologos (loquendo de potentia Diuina) potest esse aliquod quantum maius in potentia, quàm sit in actu; quia Deus potest maiorare aliquod quantum, non apponendo partes ablatas ab aliquo quanto. 3. D.13. Q.4. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Dico ergo*. D.3.

Agens naturale potest informare suum passum per formam mixtionis absque actione speciali Dei; & per consequens nulla contradictio est, quòd forma mixtionis informet absque anima intellectiua; & ideo non est miraculum. 4. D.11. Q.3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Contra secundum additum*. S.39.

Agens naturale potest omnem transmutationem illam, & solam causare circa species Eucharisticas, quæ transmutatio

Agens naturale oppositum supernaturali.

tatio potest hic habere subiectum transmutabile. *Quodl.* Q. 10. *Ad argumentum in oppositum.* Q. 25.

Agentis naturalis sola virtus non sufficit, etiam æqualis illi, quam habuit ante conuersionem, vt agat in accidentia Eucharistica, sicut prius; sed oportet, quòd habeat passum proportionatum. 4. D. 12. Q. 5. §. *Dico ergo.* ℣. *Hæc ratio.* A. 4.

Agenti naturali, Deus ex hoc, quod se solo produceret quantitatem nouam in Eucharistia, quando rarefiunt illæ species, præsente agente naturali, non aufert actionem illam, quæ potest sibi competere, scilicet, vt transmutaret subiectum præsens à forma in formam; sed negat sibi illam, quæ non potest sibi competere, scilicet transmutare, & non aliquod subiectum. 4. D. 12. Q. 4. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Respondeo, non aufert.* G. 21.

Agens naturale æquè posset in species consecratas eas alterando vsque ad vltimum instans corruptionis, si non rediret panis, secundùm sic opinantes, ac si rediret: vnde non assignant sufficientem rationem reditionis panis per hoc, quòd rediret non ad corruptionem omnimodam specierum, sed quando alteratur sic, quòd non conueniat nutrimento; vel per hoc, quòd oporteat, eum redire propter generationem, quæ sequitur illam alterationem; & quòd non potest redire tunc, quando erit corruptio, quia tunc esset, & non esset. 4. D. 12. Q. 6. §. *Hic est vna.* ℣. *Sed ista,* n. 4.

Agens naturale in transmutationibus, in quibus manet Eucharistia, potest in totum motum, & susceptiuum non plùs repugnat termino, quàm motui; quia susceptiuum non potest hic poni, nisi quantitas: sed quantitati non magis repugnat vnus gradus qualitatis, ad quem potest esse transmutatio, quam alius gradus imperfectior, secundùm quem, & alios gradus sibi similes potest esse motus alterationis; nam quantitas secundùm rationem sui, non determinat sibi aliquem gradum qualitatis. 4. D. 12. Q. 6. §. *Dico ergo.* ℣. *Prima probatur.* B. 11.

Agens naturale, vt agat in species consecratas inducendo in eas qualitates contrarias corruptiuas Eucharistiæ, non necessariò requirit, quòd redeat substantia; haberet enim quantitatem pro subiecto, in quam posset inducere illas qualitates, vt ignis calorem igneum: & tunc esset ibi quantum calidum calore igneo; & tamen non esset ignis, *ibidem.* ℣. *Per oppositum.* F. 13.

Agens naturale non impeditum, necessariò agit quantum potest: non autem potest in instanti corruptionis Eucharistiæ actione generatiua substantiæ ad formam substantialem, nisi sit ibi aliud receptibile à quantitate; ideo necessariò requiritur actio Diuina, vt illud agens habeat passum proportionatum hic. 4. D. 12. Q. 6. *Ad tertium principale.* H. 15.

Agens naturale agit ad hoc, quòd substantia rediens in corruptione Eucharistiæ actione Diuina, sit quanta, vel qualis illa qualitate, quam inducit in quantitatem; quia cùm posterius natura agat, quàm Deus in reducendo substantiam; & in illo posteriori habet passum receptiuum illius termini formalis, in quem potest; & per consequens potest illud passum afficere illo termino formali. 4. D. 12. Q. 6. *Ad tertium principale.* ℣. *Et si quæras.* H. 15.

Agens naturale, vel creatum ad hoc, vt informet subiectum aliquo accidente, non est necessarium, quòd prius passum habuerit aliquid repugnans, quòd tollatur per actionem agentis huiusmodi; quia si hic [idest in subiecto] non præcedit ordine durationi contrarium, vel priuatio, non proptec hoc tollitur actio agentis naturalis; quia bene potest agens naturale habere effectum sibi coæuum, & in se ipso, vt de propria passione consequente subiectum, vel in alio: vtpotè si simul crearetur Sol, & aer, simul fieret aer lucidus à Sole; & tamen non præcessisset in aere oppositum luminis. *ibidem.*

Agens naturale potest de eo, quod fuit corpus vsque ad instans generationis, & hoc quantitate inhærente sibi, aliud quantum alia quantitate generare in illo instanti; quia sicut potest producere substantiam, quæ non præfuit, ita potest producere omnia accidentia consequentia eam. 2. D. 3. Q. 4. §. *Ad primam rationem.* ℣. *Ad Auerroem.* M. 17.

Agens naturale oppositum supernaturali.

Agens naturale fortè non posset generare de non corpore corpus, sicut de corrupto, quia materia non corrumpitur, sed totum. *ibidem.*

Agens naturale, vt ignis, si causaret aliquid primum motu, pari ratione posset causare æquale illi simul cum eo immediatum; & ita aut necesse esset fingere, quòd inter primum causatum simul, & secundum æquale illi, oporteret quiescere agens; & ita motus componeretur ex motibus, & quietibus intermediis: aut oporteret, agens post primum inductum inducere totum habitum successiuè, quod videtur valde irrationabile; quia cùm sic æqualis virtutis, & æquè approximatum passo, sicut potest aliquem gradum simul causatum primum inducere: ita, illo inducto, potest inducere ipsum totum simul. 2. D. 2. Q. 9. *Ad secundum principale.* ℣. *Ad aliud de secundo de Anima.* N. 31.

Agens naturale quantò magis continuat actionem in contrarium, tantò magis debilitatur eius virtus; quia omne tale agens repatitur in agendo; & ita, quia agit in contrarium, patitur ab ipso; quam actionem vocat Philosophus corruptiuam. 4. D. 44. Q. 1. §. *Quantum ergo.* ℣. *Tertia conclusio.* D. 8.

Agens naturale licèt nõ possit principaliter reducere ad actũ potentiam passiuam, tamen potest tale agens inducere dispositionem ad ipsum; & potest aliquod aliud agens in natura, idest in tota coordinatione entium, puta agens supernaturale illam completè educere ad actum. *Prolog.* Quæst. 1. §. *Ad argumenta pro opinione.* Q. 25.

Agens naturale non potest immediatè transire de quocunque in quodlibet. 4. D. 43. Q. 1. §. *Aliter ponitur.* ℣. *Probatio autem.* E. 9.

Agens creatum causatum &c.

Agens creatum naturale non agit, inquantùm est imperfectum; quia agere sibi competit, inquantùm est in actu; & agere summè competit Deo; & tamen agens tale, inquantum sic agens, ponitur habere relationem realem ad creaturam. 1. D. 30. Q. 2. §. *Contra illud.* ℣. *Præterea, agens.* D. 7.

Agens creatum licèt ad aliquid dependeat: non tamen videtur dependere ad aliquid, quòd causat, nec inquantùm potentiale, & mutabile, & imperfectum causat, sed inquantùm est in actu. *ibidem.*

Agens omne creatum tale est, quod posito aliquo effectu per ipsum, ad ipsum, vt ad fundamentum, & ad productum, vt ad terminum, consequitur habitudo eorum, cuius alia ratio non est, nisi quia hoc est hoc, & illud est illud. 1. D. 30. Q. 2. *Ad tertium principale.* ℣. *Ideo breuiter.* Q. 19.

Agentis creati ad suum effectum quare possit esse habitudo, ratio vniuersalis erit, quia limitata sunt, quia limitata omnia nata sunt esse partes totius vniuersi. *ibidem.* ℣. *Sed tamen ratio potentialis.* Q. 19.

Agens quodcunque creatum producens effectum potentiale est, quia ad ipsum, & ad effectum productum potest consequi ordo inter ea: non sic inter agens illimitatum, & eius effectum; quia illud agens, non est potentiale, nec ad formam absolutam, nec ad relationem propter eius infinitatem. *ibidem.* R. 19.

Agens creatum, vt de nouo agat, non oportet, quòd mutetur, sed de nouo appropinquetur sibi passum, in quod agat. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. *Ad tertium principale tertiæ quæstionis.* S. 30.

Agens creatum, seu causa secunda nihil poterit causare, si causa prima necessariò agit. 1. D. 42. Q. Vn. §. *Hic responderi posset.* ℣. *Preterea si Philosophi.* B. 3.

Agens quodlibet creatum requirit aliquid in agendo, vt concausam efficientem, vel saltem vt principium materiale, & consequenter eius actio non est creatio. 2. D. 18. Q. Vn. §. *Contra illud.* ℣. *Præterea pars.* A. 4.

Agens materiale, quod est inferius, & agens materiale, quod est superius, possunt inueniri in ordine agentium naturaliter: non tamen sequitur, quòd agens materiale præsupponat effectum immaterialis agentis creati: nec sequitur, si materiale præsupponat effectum Dei immediatè,

Agens creatum causatum.

diatè, in quod agit, ergo agens immateriale, quod est superius, nihil præsupponit; & per consequens ratio ex ordine agentium non valet, distinguendo plures ordines agentium, ad probandum, quòd creatura non potest creare. 4. D. 1. Q. 1. §. *Tertia ratio*. K. 14.

Agens creatum, ad hoc, quòd transmutet corpus, requirit ipsum localiter approximatum; & ideo corpus existens sacramentaliter alicubi, non potest, etiam concomitanter, ab alio agente, quàm à Deo, localiter, motu corporali propriè dicto, moueri. 4. D. 10. Q. 6. *Ad quartum principale*. K. 12.

Agens creatum potest inducere formam substantialem in materiam per generationem; & illa inducitur in materiam, vt est *quid*, quia sic est per se receptiua formæ substantialis. 4. D. 11. Q. 3. §. *De secundo articulo*. ℣. *Præterea etiam ista*. K. 21.

Agens creatum, siue causatum, si requirit passum, vt concausam, & hoc in ratione recipientis formam; sequitur, quòd non potest agere sine tali passo sine nouo miraculo; & ita erit nouum miraculum, quòd agat, posito aliquo tali, quod suppleat vicem subiecti; sed in actione miraculosa, agens creatum non agit totum ex se; & consequenter oportet redire in hoc, quòd illa actio, non sit ab agente creato. 4. D. 12. Q. 4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Item agens*. H. 24.

Agens creatum, & si per principium spirituale sit in loco, non tamen requiritur, quòd ibi sit localiter, ad hoc, quòd agat. 4. D. 10. Q. 7. §. *Respondeo*. ℣. *Secunda conclusio*. B. 3.

Agens creatum non potest causare accidens sine subiecto in esse quieto; & per consequens à simili, vel à maiori, non potest causare accidens in fluxu sine subiecto. 4. D. 12. Q. 4. §. *Quantùm ad istam*. ℣. *Contra tertiam responsionem*. D. 17.

Agens creatum posse agere sine passo, in quod agat, videtur destruere fundamenta Philosophiæ naturalis 1. *Phys. Tex.* 82. & 1. *Generat. Tex.* 24. *& alibi sæpè*; quia non oporteret, aliquid idem subesse termino transmutationis: videtur etiam illa destruere, quæ apparent ad sensum; nam agens, quod habet in virtute sua actiua completè terminum, potest ponere illum in *esse*, si non impediatur; & consequenter agens creatum posset ponere terminum in *esse* sine quocunque passo, & sic posset facere accidens sine subiecto, & formam substantialem sine materia, quod patet manifestè contra sensum. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Et primò arguitur*. H. 23.

Agens creatum propter duo requirit passum, scilicet propter se; quia passum est concausa cum agente creato, quia habet virtutem limitatam in agendo; & ideo requirit causam aliam, scilicet materialem concurrentem in *fieri*: propter effectum etiam, quod est compositum ex materia, tanquam parte præexistente, & forma tanquam aduenіente; & per consequens, non poneretur agens creatum agere omnino sine materia, vel in se, vel in æquiualente. *ibidem*.

Agens creatum habet respectum ad terminum primum, siue totalem, qui dicitur productum; & ad terminum, qui dicitur forma educta, vel inducta; & ad subiectum illius formæ, quod est passum, vel transmutatum: qui respectus sunt alij, & alij; tum quia sunt ad alios terminos; tum quia respectus correspondentes è conuerso sunt omnino alij, & alij. 4. D. 13. Q. 1. § *Ad huius*. ℣. *Vlteriùs in speciali*. F. 10.

Agens creatum dispositiuum ad conuersionem panis in Corpus Christi in Eucharistia, nempe Sacerdos, dicitur instumeutum. 4. D. 13. Q. 1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Quantum ergo*. E c. 40.

Agens nullum potest in conuersionem panis in Corpus Christi, nisi cuius virtuti actiuæ totaliter subest *esse*, & non *esse* vtriusque extremi: nullum autem agens creatum est huiusmodi; quia quodlibet præsupponit aliquam partem ipsius termini à *quo*, & ad *quem*. 4. D. 13. Q. 1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Dico tamen*. Y. 31.

Agens supernaturale.

Agens supernaturale est sufficienter inclinatiuum intellectus ad veritatem reuelatam, causando in ipso assensum, quo proportionatur huic veritati; ita quod, non oportet intellectum per aliud proportionari tali agenti, nec formæ ab ipso impressæ: sicut oportet, ipsum proportionari tali obiecto per aliud in ratione mouentis, & in ratione formæ. *Prolog.* Quæst. 1. *Ad tertium principale*. Z. 34.

Agens supernaturale, in vnione hypostatica, non præsupponebat Verbum tanquam potentiale ad istum terminum: neque terminum induxit sicut actum, vel formam per inhærentiam; sed tantùm vniuit illum Verbo sine inhærentia; & consequenter ibi nullus fuit transitus à potentia ad actum; æqualiter autem saluatur ratio factionis in agente naturali, præsupponente passum effectum, quod est in potentia ad terminum, quod per actionem mutatur; quia vtrobique per actionem facientis, aliquod est tale, quale priùs non fuit, & ita fit tale. 3. D. 7. Q. 2. §. *Sed tantam*. ℣. *Respondeo, faciens*. A. B. 4.

Agens principale, & minus principale.

Agens principale omne, vtens instrumento in agendo, non potest per illud instrumentum in aliquam actionem, quæ excedit naturam illius instrumenti. *Prolog.* Q. 1. §. *Quintò arguitur*. K. 19.

Agens principale vbi non potest habere instrumentum, quod attingat terminum, vel passum, ibi immediatè attingit terminum: & consequenter tunc non vtitur eo; & propterea saltem tunc immediatè attingit passum, scilicet materiam primam. 2. D. 16. Q. Vn. §. *Dico igitur*. ℣. *Præterea principale*. G. 16.

Agens principale non oportet esse dispositum proportionaliter ad instrumentum, vt possit vti illo instrumento: sicut in instrumento artificiali sufficit acuties, ad hoc quòd virtus motiua moueat ipsum ad scindendum, nec requiritur similis dispositio in principali mouente vel dispositio illi proportionata, scilicet in virtute motiua. 3. Dist. 25. Quæst. 2. later. *Ad secundum principale*. A. 2.

Ageute eodem principali existente, & instrumento sufficienter, sequitur eadem actio. 4. D. 1. Q. 5. § *Contra opinionem istam*. ℣. *Exemplo*. B. 10.

Agens potens vti instrumento, non positiuè perfectius agit, si non vtatur instrumento: tamen actio sine instrumento, possibile est, quòd sit perfectior actione, quæ est cum instrumento. 4. D. 45. Q. 1. §. *Alia opinio*. ℣. *Ad secundum*. E. 6.

Agens principale in aliqua specie oportet esse determinatum ad quantitatrm perfectam illius speciei, vt illam solam producat, & non vltra illam. 2. D. 2. Q. 9. §. *Ad secundum principale*. ℣. *Ad aliud de secundo*. N. 31.

Agens dependens ab alio dicitur agere in virtute alterius, quia virtus agentis dependentis non sufficit sine illa virtute, à qua dependet. 4. D. 1. Q. 1. *Ad vltimum principale*. R r. 34.

Agens principale, si est vniuocum, non necessariò requirit aliquod agens medium inter formam suam, & effectum: agens autem æquiuocum est perfectius æquiuoco; & consequenter non necessariò requirit tale medium. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ista ergo ratione*. ℣. *Contra hoc*. O. 19.

Agens superius, & inferius.

Agens superius ordinat non se, sed effectum suum ad finem vniuersaliorem, & superiorem: & ille finis superior est agentis, non vt finis eius, sed ad quem ordinat illud, quod agit. 1. D. 1. Q. 5. *Ad primum principale primæ quæstionis*. ℣. *Similiter secundum dictum*. I. 6.

Agent superins, in cuius potestate est actio inferioris, non potest necessitari ab inferiori agente. 3. D. 33. Q. Vn. *Ad sextum principale*. ℣. *Contra alia*. O. 23.

Agens superius, priùs naturaliter agit, quàm inferius; & si est naturale agens, agit quicquid, vel quantum potest. 4. Dist. 12. Q. 3. §. *Dico ergo*. ℣. *Concedo primam*. D. 10.

Agens inferius tenetur in agendo conformare se agenti superiori; quia si in potestate eius sit se conformare illi, & non conformare, non conformari illi est peccatum. 2. D. 37. Q. Vn. §. *Istæ quæstiones*. n. 3.

Agens superius, & inferius.

Agens inferius perfectiùs agit, [quàm se solo] concurrente agente superiori, licèt non necessariò requisito. 2. Dist. 42. Quæst. 4. §. *Respondeo ergo*. ✝. *Præterea; agens*. G. 10.

Agens inferius præsupponit in agendo effectum superioris agentis: ex hoc non concluditur, quòd creatura, quæ est agens secundarium, & inferius ad Deum, non possit creare, scilicet aliquid producere, nisi ex præsupposita materia creata à Deo, qui est agens superius ad omne agens creatum; si enim intelligitur in illa propositione, quòd agens secundarium præsupponit effectum primi agentis, vt passum, in quod agat, tunc petit principium: si autem intelligit absolutè, quòd scilicet præsupponit effectum primi agentis, conceditur, quia scilicet præsupponit se ipsum, sicut agere præsupponit *esse*, & ipsum est effectus primi agentis. 4. D. 1. Q. 1. §. *Tertia ratio*. I. 14.

Agens, in actu primo, extrinsecum.

Agens existens in actu primo mouendi se ipso, & non alio, exit in actum secundum: sicut habens scientiam in actu primo, non indiget aliquo effectiuo, vel motiuo ducente ipsum ad actum considerandi, nisi habens actum primum deficiat in aliquo, quod necessariò requiritur ad hoc, quòd possit exire ad actum secundum. 2. D. 25. Q. Vn. § *Ad primam rationem*. ✝. *Dico tertio*. P. 20.

Agens extra, licèt detur, quòd non sit aliquod, quod possit Cœlum corrumpere, quia non haberet contrarium; hòc non tolleret, quin intra se haberet principium corruptionis, scilicet materiam, qua res potest esse, & non esse, sicut ignis. 2. D. 14. Q. 1. §. *Respondeo, alia videtur*. n. 2.

Agens extrinsecum priùs agit, & priùs excitat vim actiuam, quæ ponitur ab aliquibus in materia præfuisse inductioni materiæ, tanquam ratio seminalis; & in illo instanti, in quo prius agens agit extrinsecum, est actio naturalis: aliter nunquam esset naturalis; quia non est transmutatio, nisi causata ab illo. 2. D. 18. Q. Vn. §. *Contra primum*. ✝. *Præterea; illa vis*. A. 5.

Agens, quod est diuersarum operationum, & actionum, si circa vnum, & idem agit, fortiùs agit, & perfectiùs, quàm si simul agat circa disparata; virtus enim vnita fortior est, & perfectior. 2. D. 42. Q. 4. §. *Respondeo ergo*. ✝. *Tertia propositio*. G. 10.

Agens recipiens ordinem formarum in transmutatione, ita potest habere aliquid præcedens formam inducendam ab ipso, sicut si immediatè ageret sine tali ordine; & per consequens, si absolutè sit sibi possibile reducere ad *esse* idem numero, non impeditur per hoc, quòd determinatur ad talem ordinem formarum in agendo. 4. D. 43. Q. 1. §. *Aliter ponitur*. ✝. *Probatio autem*. E. 9.

Agens quatenus ex potentia obiectiua trahit ad actum illud, quod est in tali potentia, non largitur multitudinem, sed perfectionem solùm; sicut enim totus ignis est factus in actu, sic totus fuit in potentia; & hæc est prima extractio eius, quod fuit in potentia obiectiua. 2. D. 12. Q. 1. § *Sequitur secundò*. ✝. *Respondeo; in generationibus*. G. 17.

Agens aliquod idem luminosum datur, cuius radius luminis non procedit rectè, quasi motu locali; & tamen quandoque obliquatur frangendo, vel reflectendo: sed quando virtus actiua non est totaliter exhausta, idest non tantùm causauit, quantùm potest causare; tunc vlteriùs, si non potest secundùm lineam rectam, secundùm quam natura maximè agit (quia illa est breuissima, & efficacissima ad operandum) agit secundùm aliam lineam isti propinquiorem; & hoc fractam, vel reflexam, reagendo in idem passum, in quod priùs egit, causando tamen ibi cùm illo priùs causato aliquid simpliciter imperfectius. 2. D. 13. Q. Vn. *Ad tertium principale*. G. 7.

Agens in distans.

Agens creatum potest agere, vbi non est; tamen communiter oportet, quòd sit immediatum cuilibet sibi proximo passo, in quod agat; licèt quandoque non agat in illud passum actione eiusdem rationis, qua agit in remotum, vt piscis mortificans manum piscatoris, non mortificat rete. 1. Dist. 37. Quæst. Vn. §. *Respondeo agens*. n. 2.

Agens in proximum passum non agit quandoque eadem potentia actiua, qua agit in remotum; sicut corpus cæleste generans mineram in visceribus terræ, vel aliquod mixtum animatum, vel inanimatum hic inferius, agit sua forma substantiali. *ibidem*.

Agens, quando habet duplicem potentiam actiuam, & secundùm vnam agit in remotum, & secundùm alteram in propinquum; hoc accidit, vel propter coniunctionem istarum duarum potentiarum actiuarum in eodem, quarum vtraque est actiua, & vna habet proximum pro passo proportionato, & alia potentia actiua habet reliquum passum remotum proportionatum; vel accidit propter imperfectionem ipsius agentis, in quo est defectus virtutis actiuæ, propter quem defectum priùs agit secundùm formam imperfectiorem, quàm secundùm perfectiorem. *ibidem*.

Agens creatum, si primò tollamus ab eo supradictum duarum potentiarum concursum [quarum vna agit in proximum passum, alia in remotum] & secundò istam imperfectionem, quòd non oporteat, eum priùs producere imperfectius, non videtur aliqua ratio, quare non erit præsens remoto secundùm potentiam, secundùm quam est modò præsens sibi in ratione potentiæ actiuæ; & tamen non agat in propinquum, nec illa potentia, sicut nec modo, nec alia; & hoc maximè, si illa potentia, secundùm quam agit in remotum, sit simpliciter potentia actiua perfecta. 1. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Respondeo; agens*. ✝. *Si igitur primò*. n. 3.

Agens est præsens passo, secundùm Philosophum 7. Phys. Tex. 4. hoc est verum de agentibus naturalibus, quæ agunt per qualitates naturales, vel formas naturales actiuas, quæ non sunt principia agendi in remotum, nisi sint aliæ formæ concurrentes, quæ sunt principia agendi in propinquum. 1. D. 37. Q. Vnic. *Ad argumentum principale*. C. 14.

Agens intellectiuum, & volitiuum.

Agens omne proximè per intellectum, & voluntatem est in actu tam notitia, quàm volitione necessarijs ad talem actum. 2. Dist. 1. Quæst. 1. §. *Contra istud*. ✝. *Et si dicar*. A. 5.

Agens intellectiuum, vt intellectiuum, vt determinatè agat, vltra intellectum, requiritur aliquod determinans, vt appetitus, & prohæresis, alioquin simul faceret contraria. *Quodl.* Quæst. 16. § *Contra istud*. ✝. *Ista diuisio*. S. 14.

Agens intellectiuum talem actum elicit, qualem habet in sua potestate: habet autem in sua potestate tale actum, qualem cognoscit, & elicit; quia potestas liberi arbitrij, vel formaliter, vel concomitanter existit in cognitione, & electione. *Quodl.* Q. 18. §. *De primo*. ✝. *Consimiliter*. E. 5.

Agens morale.

Agente in omni, per intellectum, & voluntatem, potente conformiter agere legi rectæ, & tamen non necessariò agere conformiter legi rectæ, est distinguere potentiam ordinatam à potentia absoluta. 1. D. 44. Q. Vn. §. *Respondeo*. A. 1.

Agente in omni liberè, quod potest agere secundùm dictamen rectæ rationis, vel rectæ legis, & præter talem legem, est distinguere potentiam ordinatam, & absolutam. *ibidem*.

Agens, in cuius potestate est lex recta, secundùm quam ordinatè agendum est; tenetur agere secundùm illam rectam rationem. *ibidem*. B. 1.

Agens, in cuius potestate est lex, & rectitudo eius, ita quòd non est recta, nisi quia ab illo statuta, potest rectè agere agendo aliter, quàm lex illa dictet; quia potest statuere aliam legem rectam, secundùm quam agat ordinatè. 1. D. 44. Q. Vn. §. *Respondeo*. ✝. *Sed quando in potestate*. B. 1.

Agens aliquod de eo, quod conuenit actui suo, non iudicat, nec illud in potestate sua habet, sicut est agens sine intellectu, & voluntate; & ibi vel ex solis causis merè naturalibus determinatur, quid conueniat actui, & ex eis incli-

Agens morale.

inclinatur agens ad agendum; vel si vltra illud sit iudicium alicuius intellectus, & motio alicuius voluntatis; hoc non est, nisi ipsius Dei, inquantùm est vniuersalis director, & motor totius naturæ; & ista bonitas in actu agentis sine intellectu non erit, nisi merè naturalis. *Quodl.* Q.18. § *De primo*. ℣. *Vlterius*. D. 4.

Agens aliquod est, quod de conuenientia sui actus iudicat, & illum in potestate sua habet, sicut agens per intellectum, & voluntatem; & bonitas secundaria talis actus integra, dicitur bonitas moralis. *ibidem*.

Agentia aliqua sunt, quæ secundùm iudicium speciale agunt ex cognitione intrinseca sibi; & quædam cum cognitione sensitiua tantùm, quæ aliquo modo apprehendunt conuenientiam obiecti, siue iudicent de conuenientia actus, siue non, saltem non transcendunt bonitatem naturalem. *ibidem*. E. 4.

Agentia aliqua agunt ex cognitione intellectiua, quæ propriè sola est iudicatiua de tali conuenientia; & talia nata sunt habere regulam intrinsecam rectitudinis in suo actu; & in solis istis potest esse actus bonus habens bonitatem moralem. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. ℣. *Vlterius*. E. 4.

Agens secundùm rectam rationem principalius intendit perfectionem, quàm carentiam defectus, siuè imperfectionis; quia non intendit illam carentiam, nisi propter perfectionem; Vnde Deus in instituendo circumcisionem, cùm sit agens secundùm rectam rationem, principalius intendit perfectionem positiuam, puta gratiam, quàm carentiam imperfectionis, idest peccati originalis. 4. D. 1. Q. 6. §. *De potentia verò*. ℣. *Addo etiam*. H. 9.

Agens ex liberalitate.

Agens perfectum agit ex liberalitate, hoc est non expectans perfectionem à producto. 1. D.8. Qu.5. §. *Contra istam Conclusionem*. ℣. *Sed ad istud*. H. 13.

Agens nullum agit liberaliter propter hoc, quod ex actione sua expectat perfici. 1. D.2. Q.7. §. *Quia sicut dixi*. ℣. *Ex hoc patet*. E.4.

Agens nullum est simpliciter perfectum, quod non agit liberaliter. *ibidem*. F.4.

Agentium in omni ordine; siue in omni ordine agentium, præcipuè, vbi principium actuum de se non est imperfectum, est status ad aliquod principium actiuum simpliciter perfectum, quod scilicet agens agit ea plenitudine perfectionis, & dicitur agens ex liberalitate secundùm *Auicennam 6. Metaphy. cap. vlt.* 1. D.2. Q.7 §. *Quia sicut dixi*. ℣. *Ex hoc patet*. F. 4.

Agens primum, increatum, infinitum &c.

Agens a quo dependet tota natura in agendo, non videtur esse, nisi primum efficiens. 1. D.2. Q.2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Ex hoc arguitur*. R. 20.

Agens primum est per se agens, & ideo est agens propter finem. *ibidem*. ℣. *Quod autem*. R. 20.

Agens primum non amat naturaliter altum finem à se, vt graue centrum, & materia formam; tunc enim esset aliquo modo ad finem, quia inclinatus ad illum. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Secunda principaliter*. R. 20.

Agens primum si non agat, nisi propter finem vltimum; tamen non oportet, omne agens inferius in quacunque actione agere propter finem inferiorē vltimò. 4. D.1. Q1. §. *Ideo dici potest*. ℣. *Sed istæ rationes*. Nn. 32.

Agens primum est intelligens, & volens, quia per se agens, & quia agit propter finem à se intentum, & quia agit contingenter. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Primum ostendo*. R 20.

Agens primum si tantùm amat naturaliter finem, qui est ipse, hoc nihil est, nisi ipsum esse ipsum: nec hoc videtur saluare rationem causæ in ipso. *ibidem*. ℣. *Secundo principaliter*. R. 20.

Agens primum in nullius virtute dirigit, sicut nec causat; tunc enim non esset primum. *ibidem*. ℣. *Item arguitur*. R. 20.

Agens quodcunque habens virtutem, quæ quantum est ex se, posset in infinita simul, licèt impossibilitas effectuum impediat ista simul poni; tale agens est infinitæ virtutis, & huiusmodi est agens primum. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur*. ℣. *Vltima probabilitas*. X. 26.

Agens primum, increatum, infinitum &c.

Agens primum habet omnem causalitatem cuiuscunque rei secundùm totum, quod est in ipsa; & hoc eminentiùs, quàm si esset in ipso formaliter: & ideo est infinitæ potentiæ intensiuè, & magis, quàm si solum formaliter haberet eiusmodi causalitatem. *ibidem*. X. 27.

Agens primum non producit [ad extra] secundùm totam suam potentiam; non enim oportet, agens secundùm totam suam virtutem producere, quantum posset secundùm illam producere, quando est agens liberè, non necessitate naturæ. 4. D.1. Q.1. *Ad tertium principale*. Oo. 32

Agens diuinum potest naturæ imprimere quodcunque, cuius est capax, & hoc sine quocunque, quod non includitur in ratione illius impressi; & maximè, si id non inclusum sit posterius ipsa forma impressa. 4. D. 1. Q.6. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Item qualemcunque*. B. 5.

Agens increatum per se agit in generationem hominis, quia infundit animam intellectiuam: & agens creatum per se agit ad eius generationem alterando, corrumpendo, & transmutando; alioquin non magis bos esset pater bouis, quàm asinus, nisi quia per actionem bouis de semine bouis generatur bos, & ita in homine. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Secunda conclusio*. Q. 35.

Agens illimitatæ potentiæ videtur posse agere in quantumcunque distans; sed illud, quod est limitatæ, & determinatæ virtutis, requirit determinatam approximationem passi ad hoc, quòd agat in ipsum; nullum enim videtur agens virtutis limitatæ, & determinatæ, cuius actio non possit impediri per nimiam distantiam ad passum. 2. D. 2. Q.5. §. *Alijs autem*. ℣. *Confirmatur*. n. 3.

Agens immutabile [non creans] non potest aliquod nouum producere secundùm Philosophum, nisi propter nouitatem passi receptiui. 4 D.43. Q.2. §. *Potest dici*. ℣. *Respondo, nullo modo*. R. 20.

Agens omnino immutabile non habens causas medias actiuas, vel receptiuas diuersæ dispositionis, non potest, secundùm Aristotelem, causare aliquid nouum alterius rationis, sed aliqua istarum rationum deficiente, non habemus, secundum Aristotelem, vnde concludamus, aliquam nouitatem in Deo. *Quodl.* Q.21. §. *Sed quomodo hoc potest*. ℣. *Dicemus ergo*. Q. 15.

Agentis immutabilitas (excludendo causas actiuas intermedias, vel receptiuas) concluditur secundùm Aristotelem, quòd non possit fieri aliquid nouum alterius rationis; sed si vna conditio defecerit, scilicet quando causæ intermediæ actiuæ, vel passiuæ diuersimodè se habent in causando, posset causare de nouo aliquid alterius rationis. *Quodl.* Q.21. § *Dicendum* ℣. *Sed quomodo est hoc*. R. 15.

Agens vnius speciei sicut potest generare multa simul, ita Deus creare; vnde non solùm per hoc est possibilitas respectu plurium possibilium ab eodem productiuo ad eadem producenda, quia producit, vel producere potest de pluribus principijs passiuis; sed propter rationem ipsius potentiæ actiuæ, & propter communitatem, siue pluralitatem termini producibilis; & per consequens oportet ad probandum, vnicum esse terminum productionis, vel etiam vnicam productionem eiusdem rationis, probare, quod terminus productionis non potest competere pluribus productionibus eiusdem rationis, siue productio fuerit de aliquo, siue de nullo; siue principium sit natura, siue non. *Quodl.* Q.2. §. *De tertia ratione*. ℣. *Quæro ergo*. F. 10.

Agens vnum agens omnia entia sine medio ponebant aliqui apud *Commentatorem 9. Meta. Comment.* 7. contra quos ipse arguit: ponebant autem illud vnum agens omnia entia sine medio, sed non sicut Christiani; quia secundum *Augustinum 7. Ciuit. cap. 30. Sic Deus res, quas condidit, administrat, vt eas agere proprios motus sinat*. *Quodl.* Q. 7. §. *Scilicet*. ℣. *Ad primam*. O. 24.

Agens infinitum, & finitum, sic intellexit Aristoteles, esse agentia ordinata respectu eiusdem effectus, quòd secundum esset à primo; & tunc primum mouet mediatè, & dat *esse*, & virtutem proximo mouenti; & quia perpetuò dat illud esse, & virtutem; ideo est causa perpetuitatis in motu Cœli: finitas autem virtutis, quæ non est aliud à natura Angeli, est causa successionis motus, quia illi virtuti potest esse aliqua resistentia in mobili, quæ non posset esse virtuti infinitæ. *Quodl.* Q. 7. *Ad secundum in oppositum*. §. *Secundum scilicet*. ℣. *Quæro ergo*. Ii. 41.

Agere quoad principium, & rationem agendi.

Agendi principium non necessariò requirit coexistentiam actionis; quia omnia principia naturalium possunt impediri ab actionibus suis, vt propter indispositionem subiecti, instrumenti, vel organi: & tamen stabunt principia. 1. D.3. Q.6. §. *Secundo, quæro*. ✝. *Secundo sic*. Q. 26.

Agere formaliter aliqua actione nihil dicitur, nisi principium illius actionis sit forma agentis. 1. Dist. 17. Quæst. 2. vel 3. §. *Contra istam*. ✝. *Ex secunda ratione*. E c. 20.

Agendi plures rationes vnica res potest in se includere. 1. D. 12. Q. 1. *Ad secundum*. B b. 17.

Agendi ratio est prius in supposito, si est forma actiua, quàm ratio æqualitatis, vel similitudinis; non enim posterius consequitur ipsum ratio actiui, quàm *esse* rationem identitatis, quæ prius est in eo, quàm ratio æqualitatis, & similitudinis. 1. D.26. Q. Vn. *Ad secundum principale*. ✝. *Ad istud potest*. C c. 53.

Agit nihil formaliter; vel sic; Nihil agit formaliter, quod non est in actu secundùm istud, quod est proxima ratio agendi. 2. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud primo*. A. 5.

Agendi ratio formalis communiter non agit illa ratione, respectu cuius dicitur formalis ratio agendi. 2. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud primo*. ✝. *Videtur etiam vltra*. A. 5.

Agendi ratio alicui actione non permanente in agente non perficitur illa actione, sicut calidum in quantum calidum non perficitur calefactione, quæ recipitur in passo. *ibidem*. ✝. *Præterea, quod dicitur*. B. 7.

Agendi ratio, sicut potest esse aliquid alicui, ita aliquid potest esse ratio recipiendi: & illud respectu receptionis accidentis potest esse quandoque propria forma recipientis, sicut subiectum per propriam formam, vt per rationem propriam recipiendi, recipit primo propriam passionem. 3. D.2. Q.2. §. *Ideo quantum ad istum*. A. 5.

Agendi ratio in elementa ex parte causæ particularis nunc non est, nisi quia habet formam sufficienter actiuam, & passum approximatum; vel si dicas cum hoc aliud agens vniuersale, scilicet Cælum volo; non inquantum motum localiter, quia motus localis non est sibi ratio agendi in suo ordine. 4. D.48. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad secundum*. L. 13.

Agere per essentiam est dupliciter; vno modo idem est, ac in agendo non dependere ab alio, & non habere essentiam per participationem; & secundùm hoc verum est, quòd agens per essentiam suam, vel semper agit, vel semper potest agere; & falsum, quòd anima sit agens per essentiam: alio modo idem est, quòd non per accidens, siue per additum, licèt dependeat; & secundùm hoc falsa est illa propositio, quòd *agens per essentiam suam*; &c. Et hoc patet per *Auicennam 6. Meta. cap.* 2. quòd virtutes aliquæ sunt agentes non per additum. 2. D.16. Q. Vn. §. *Rationes istæ*. ✝. *Ad aliud dico*. E. 10.

Agit nihil, vel, nihil agit in virtute non entis eo modo, quo est non ens. 2. D. 18. Q. Vn. §. *Restat igitur*. ✝. *Ad quid est semen*. H. 9.

Agere nihil potest in quocunque ordine agendi, nisi propria virtute; sicut enim aliquid, nisi habet formam actiuam, & intrinsecam, non potest omnino agere: ita etiam nisi habeat propriam virtutem intrinsecam, quia illa forma est virtus. 4. D.1. Q.1. *Ad vltimum principale*. R r. 34.

Agere est formæ maximè per se entis; sed recipi, vel produci non est formæ, nisi in aliquo suscepriuo. 4. D. 12. Q. 3. *Ad tertium principale*. ✝. *Sed hoc non soluit*. D d. 38.

Agere quo ad suppositum.

Agere in creaturis, vel *produci*, primò conuenit supposito toti, scilicet non sibi, quia parti. 1. D. 19. Q. 2. §. *Quantum ergo*. ✝. *Ad propositum*. B. 7.

Agere quoad esse, & in actu.

Agere *omne præsupponit esse* [si accipiatur in Diuinis ad intra] *agere* præsupponit *esse* simpliciter, quod est esse ad se, est verum: si autem accipiatur, quod *agere* præsupponit *esse* hypostaticum, quod in Diuinis non est, nisi *esse* ad alterum, falsum est, quia ipsum *agere* est primum *esse* ad alterum, sicut ipsa actio productiua est prima habitudo ad alterum. *Quodl.* Q.4. *Ad argumentum principale*. ✝. *Respondeo, esse*. A a. 31.

Agere posse nullomodo à parte rei in Diuinis [ad intra] præsupponitur ipsi *agere*; imo agens est primò potens ipso *agere*; sed præsupponit illud, quo, vt principio formali, aliquid est potens agere. *ibidem*. ✝. *Respondeo, hic posse*. A a. 31.

Agere quicquid est potens, est aliquod ens habens actum primum, & prior est ibi secundùm naturam ratio actus primi secundùm se, quàm in comparatione ad actum secundum, cuius potest esse principium; ita quòd licèt illud, quo tale ens est principium actus secundi, non sit aliud à natura sua: Non tamen prima entitas sua est natura sua, vt est principium talis actus secundi, sed natura sua, vt in se est hæc; & ita prima distinctio entis non est per naturam suam, inquantùm est principium talis operationis; sed per naturam suam, vt hæc natura, licèt per identitatem sit principium talis actus secundi. 2. D.1. Q.5. *alias* 6. §. *Dico tunc ad quæstionem*. B. 4.

Agere competit agenti creato naturali, inquantùm est in actu, & summè competit Deo. 3. D.30. Q.2. §. *Contra illud*. ✝. *Præterea, agens creatum*. D. 7.

Agere quo ad modum agendi.

Agere, & modus agendi, sicut *esse* formæ, & modus essendi, sunt immediata; ideo sicut non est alia ratio, quare hoc habet talem modum essendi, nisi quia est tale ens: sic non est aliqua ratio, quare hoc habet talem modum agendi, puta liberè, vel naturaliter, nisi quia est tale principium actiuum, scilicet liberum, vel naturale. *Quodl.* Q. 16. §. *Contra istud*. ✝. *Breuiter igitur*. V. 16.

Agere principaliter.

Agere principaliter potest intelligi dupliciter: vno modo excludendo omnem causam superiorem agentem, vt sic agere principaliter, sit agere independenter à superiori causa agente: alio modo potest intelligi agere principaliter, idest per formam propriam, & intrinsecam agenti, licèt in agendo per eam sit subordinata causæ superiori agenti. 4. D.1. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. D d. 26.

Agere principaliter nihil aliud à Deo potest in quacunque actione, sumendo *agere principaliter* pro agere independenter à causa superiori: & hoc planum est secundùm Theologos, qui dicunt, Deum principaliter agere in omni actione. *ibidem*. ✝. *Ad propositum*. F f. 27.

Agere aliquid principaliter nihil dicitur, quòd in agendo est causa subordinata alicui alteri principali. 4. D.48. Q.1. §. *Ad quæstionem*. D. 7.

Agere in tempore.

Agere in tempore non est imperfectionis in agente, licèt necessitas agendi in tempore sit imperfectio. 3. D.3. Q.1. §. *Contra secundum*. ✝. *Sed quare*. C. 13.

Agere moraliter.

Agere potest agens intellectiuum conformiter legi rectæ; & tunc agit secundum potentiam ordinatam. 1. D. 44. Q. Vn. §. *Respondeo; in omni*. A. 1.

Agere potest agens intellectiuum præter legem rectam, vel contra eam, & in hoc est potentia absoluta, excedens potentiam ordinatam; & ideo non tantùm in Deo, sed in omni agente liberè, quod potest agere secundùm dictamen rectæ rationis vel rectæ legis, & præter talem legem, & contra eam, est distinguere potentiam ordinatam, & absolutam; ideo dicunt Iuristæ, quod quis potest facere *de facto*, hoc est de potentia sua absoluta, vel de Iure, hoc est de potentia ordinata secundùm iura. *ibidem*.

Agere moraliter.

Agere impossibile est eumdem; vel sic; Impossibile est eumdem agere simul eumdem actum humanè, superhumanè, & inhumanè: vnde acquisito, vel infuso dono supernaturali, euacuabitur virtus prius acquisita, vel infusa in Baptismo; vel si maneat, non erit possibile exire in actum suum, vel non erit necessaria, quia ex perfectiori dono poterit exire in actum suum. 3. D.34.Q.Vn. §.*Sed contra*. ¶.*Præterea, impossibile*. n.3.

Agere nullus vitiosè, vel virtuosè absolutè potest, nisi agat ex deliberatione; sicut enim non humanè agit, nisi agat intelligendo: ita circa illud, quod est ad finem, non humanè bene agit, nisi intelligendo illud, propter quod agit; & illud intelligere, est deliberare. 2. Dist.23. Quæst. Vn. *Ad primum principale*. ¶.*Consimiliter*. O. 23.

Agere vitiosè, & errare contingit circa multa; sed circa tantùm vnum, scilicet perfectè circumstantionatum, contingit rectè agere, rectiùs, & rectissimè. 3. D.34. Q.Vn. *Ad argumentum in oppositum*. ¶.*Ad illud*. Q.23.

Agere potest aliquis non cum circumstantia debita; & tamen non cum circumstantia indebita; puta quando non ordinat actum ad finem debitum, nec tamen ipsum ordinat ad finem indebitum: tunc ille actus est malus priuatiuè, non contrariè, sicut qui ordinatur ad finem indebitum; & ex multis talibus actibus generatur habitus consimilis in malitia, scilicet priuatiua, non contraria. *Quodl.* Q.18. §. *De primo*. ¶.*Per rationem*. I.7.

A G G

Aggeneratio.

Aggeneratio in nutritione est momentanea; augmentatio non est in instanti, cùm sit motus: illa autem potest fieri sine augmentatione, vt manifestum est secundùm Philosophum 1.*Generat.T ex*.41. 4.D.44.Q.1.§ *Per hoc ad fundamentum*. ¶.*Sed ex istis*. L.14.

Aggregans.

Aggregans res diuersorum generum est ens per accidens secundùm Philosophum 5. *Meta. cap.De vno*. 2. D.3. Q.4. §.*Contra istam conclusionem*. ¶.*Præterea; tertiò*. D.7.

A G I

Agibile.

Agibilium, *vt* respiciuntur ab vno habitu, non est maior connexio, quàm factibilium. 3. D.36.Q.Vn. §.*Quantum ergo*. L.22.

Agilitas.

Agilitas est habilitas in aliquo ad promptè mouendum se, eo motu, cuius principium est anima. 4.D.49.Q.14. §. *Respondeo, hic sunt*. ¶.*Secundò videnda*. B. 3.

Agilitas non potest esse in aliquo toto ad faciliter mouendum se, nisi concurrente virtute motiua, & mobili; & ideo ad rationem agilitatis in speciali requiritur perfectio virtutis motiuæ in anima, & congrua dispositio, non repugnans isti motui ex parte corporis: est ergo in speciali agilitas, *habilitas in aliquo toto ad promptè mouendum se secundùm locum ex perfectione virtutis motiuæ animæ, & congrua dispositione corporis*. *ibidem*.

Agilitas proportionata, quæ requiritur ad motum Beati potest esse sine supernaturali quocunque addito corpori, vel animæ; non enim oportet ex parte animæ, nisi quòd virtus motiua sit perfectior, & quòd resistentia accidentalis ex parte corporis tollatur; & vtrumque potest fieri sine supernaturali addito. 4. D.49. Q.14. §.*Respondeo ergo*. H.11.

Aquilitas corporis gloriosi non est per aliquam qualitatem supernaturalem corpori superadditam, defluentem ab anima; sed est propter intensionem virtutis motiuæ ex parte animæ, & propter amotionem duplicis impedimenti ex parte corporis [scilicet illius, quod est in neruis, & iuncturis, & alterius, quod est in toto corpore humorum, & spirituum grossorum:] & collocationem bonorum spirituum subtilium in corpore. *ibidem*. ¶. *Quintò ex dictis*. L.11.

Agilitas.

Agilitas, si est in corporibus gloriosis qualitas proportionis, posset esse æqualis in omnibus Beatis: si verò est secundùm quòd proportionantur virtuti animæ qualitates, & illa erit inæqualis. 4. D.50. Q.6. §. *Ad tertiam quæstionem*. M.11.

Albedo.

Albedo potest intelligi quantùm ad quodlibet, quod per se primo modo includitur in ratione albedinis, omnino nihil intelligendo de respectu inhærentiæ ad subiectum; & sic posset definiri per essentialia, ita quòd possit bene assignari aliqua ratio per essentialia, indicans totam essentiam; sed illa non esset diffinitio, quia non esset expressiua perfecti conceptus; semper enim intellectus habens illum conceptum dependeret ad aliquid aliud determinans dependentiam illius conceptus. 4. D.12. Q.1. §.*Ad quæstionem*. ¶. *Ad tertium dubium*. N. 20.

Albedo est vna species per se, sed non primò; quia per aliquid intrinsecum sibi, vt per illam differentiam. 2. D.3. Q.6. §.*Ad quæstionem*. ¶.*Respondeo, sicut*. E. 10.

Albedo, si poneretur composita ex partibus essentialibus, secundùm quòd Philosophus videtur ponere 12.*Meta.T ex*. 19. principia proportionabilia in omni genere, tunc esset compositum ex pluribus eiusdem generis. 2. D.12. Q. 1. §.*Dico igitur*. ¶.*Ad aliud*. D.15.

Albedo 7.*Meta.T ex*.2. non generatur, sed lignum album: tamen lignum album non est verè totum, nisi *secundum quid*; sicut nec aceruus lapidum est propriè totum, sed partes, vel lapides. 2. D.12. Q.1. §.*Positio ista*. ¶.*Et tunc respondeo*. A. 7.

Albedo quando de potentia obiectiua redit ad actum, non propter hoc fit in albedine realis compositio: sic cùm ex igne in potentia fit ignis in actu, nulla erit ibi compositio. 2. D. 12. Q.1. §. *Est igitur videndum*. ¶.*Similiter etiam*. B. 10.

Albedo non potest constituere album, vel aliquid in esse albo, nisi etiam constituat in esse qualitatiuo; quia vt species includit essentialiter rationem qualitatis. 1. Dist. 28. Quæst. 3. §. *Hic communiter*. ¶. *Contra istud*. B.2.

Albedo non potest manere in superficie, nisi ipsa superficies sit alba, & maximè si superficies sit vltimatè alba albedine. 3. D.8. Q.Vn. §. *Contra istam rationem*. ¶. *Præterea, quando*. B.8.

Albedo vna potest esse in tribus corporibus, si vna superficies, in qua est, esset in eis. 3. D.1. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ¶. *Si verò intelligatur*. B.6.

Albedo sicut est eiusdem rationis in lapide, & ligno, ita ista, vt comparantur ad albedinem, non sunt alterius rationis; imo accidit eis esse alterius rationis. 3. Dist. 13. Quæst.4. §.*Ad primam quæstionem*. ¶. *Præterea; Angelus*. G.6.

Albedo, si esset in tribus superficiebus, disgregaret, & haberet omnes perfectiones albedini competentes; sed non vt primò est in illa, vel in illa superficie, sed secundùm se, licèt illas haberet existens in illis superficiebus, non tamen primò. 1. D.4. Q.2. *Ad secundum principale*. E.4.

Albedo vna si esset in pluribus superficiebus, vna immutatione immutaret. 1. D.12. Q. 1. *Ad secundum principale*. Aa.16.

Albedo intensa aliquid habet, quod accidit naturæ speciei, quatenus ille modus intensionis est extra rationem quidditatiuam speciei: gradus tamen intensionis additus secundùm se naturæ, facit vnum per se cum natura. 1. D.17. Q.3. §.*Ad istam quæstionem*. ¶. *Ad rationem aliam*. Yy. 9.

Albedo, quæ vno anno manet, non est perfectior, quàm si tantùm vno die maneret. 1. Dist.2. Quæst.2. §.*Ostensis igitur*. ¶. *Contra istas*. X.25. & 2.Dist.27. Quæst.1. §.*Ideo istis rationibus*. ¶. *Vltimum dubium*. H. 18. & 4. ex 5. *Ethic. cap.* 6. Dist.49. Quæst.6. §. *De tertio*. ¶. *De hoc*. M. 18.

Albedo dicitur, quod est mensura omnium colorum; & sic de primo in quolibet genere respectu posteriorum; licet quandoque non sit actualis mensuratio propter defectum termini. *Quodl.* Q.13. *Ad argumentum principale*. ¶.*Consimiliter*. Mm.33.

Albe-

Albedo.

Albedo ita est obiectum formale visus, sicut color. 2. D.24.Q. Vn. *Ad secundum principale*. E. 6.

Albedo non est causa totalis intellectionis suæ, sed tantùm partialis. 4.D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Dico ergo, quod* I. 16.

Albedines si essent infinitæ, super istam naturam albedinis fundarentur infinitæ similitudines; quia vnitas ipsa naturæ, quæ est proxima ratio fundandi similitudinem, quantùm est de se, posset esse in infinitis. 3.D.14.Q.2. §. *Contra istud*. ℣. *Illud etiam*. H. 15.

Albedo potest esse vna, licèt similitudines diuersæ sint; sed non nisi per vnam similitudinem constituitur formaliter in specie similis: si autem species similis non possit plurificari in eodem, nec similitudo. 4.D.10.Q.2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliud alterius*. N. 18.

Albedo illa, quæ nunc est in illo subiecto, & nigredo, quæ est in illo, nunquam succedunt sibi, & consequenter nec hic; alioquin alterum eorum migraret: sed circa istud, aliqua albedo, & aliqua nigredo possunt sibi succedere, non tamen circa omne subiectum; quia tunc nullum subiectum determinaretur sibi alterum contrariorum. 4. D. 49. Qu. 13. §. *Respondeo, patet*. ℣. *Nec valet ista*. B. 3.

Albedo, quæ magis mouetur per accidens, moto quanto, quàm aliquod, quod est pars, vel terminus quanti; si secundum quantitatem suam, quam habet per accidens, comparetur ad spatium, adhuc eius quantitas accidentalis commensuraretur spatio. 2.D.2. Q. 9. *Ad tertium principale*. ℣. *Sed contra*. T. 36.

Albedo potest considerari in maxima abstractione, & potest dici albedeneitas; & sic nihil denominat: alio modo prout non abstrahit ab indiuiduo proprio, & tunc aliquo modo concernit, & dicitur albedo: tertio modo potest considerari, & concernit alienum suppositum, & dicitur album: tunc quamuis albedo denominet hanc albedinem, quia hæc albedo est albedo; tamen non denominat aliquid *esse* album, nisi cum albedine concurrat proprium subiectum. 3. D. 22. Quæst. Vn. *Ad tertium principale*. Q. 21.

Albedo est color: ista est vera; quia licèt extrema sint abstracta, non tamen fit abstractio, nisi à subiecto alterius naturæ; & illud subiectum non fuit præcisa ratio identitatis eorum extremorum; & consequenter manet ratio identitatis naturæ ad naturam, illo subiecto excluso; albedo autem, & musica non habent identitatem, nisi per accidens ratione subiecti; vnde licèt hæc sit vera: *album est musicum* pro tanto, quod idem subiectum denominatur ab vtroque accidente: tamen abstractione facta ab illo subiecto, quod fuit ratio identitatis eorum, hæc est falsa, *albedo est musica*: ex quo patet, quòd prædicatio in abstracto vera est, quando extremorum est talis identitas, quòd per abstractionem non tollitur ratio identitatis eorum. *Quodl.* Q. 5. §. *Tertiò arguitur*. ℣. *Secunda pars maioris*. P. 16.

Albedinem habere, non propriè dicitur, qui haberet eam clausam in bursa; quia ille non est modus perfectus [habendi eam] quia albedo nata est haberi, vt forma informans. *Quodl.* Q. 2. §. *Ad primum triplex*. ℣. *Quantùm ad secundum*. Q. 28.

Albedo quo ad inhærentiam.

Albedo est quædam res absoluta, & ideo non est idem habitudini suæ ad subiectum, nec se ipsa accidit illi; sed habitudo, & accidentalitas eius potest poni quædam res alia ab ea. *Quodl.* Q. 3. §. *Respondeo ad primum*. ℣. *Si quæras*. P. 16.

Albedinem esse sine comparatione ad superficiem, non est contradictio: est autem contradictio, similitudinem esse sine comparatione ad fundamentum; & ideo illa comparatio non est eadem albedini, ista autem est eadem similitudini: nihil autem aliud est, similitudinem esse, quàm habitudinem huius ad hoc. *ibidem*. ℣. *Et ex hoc*. P. 16.

Albedo si habet aliquam propriã passionem, illa immediatiùs inhæret sibi, quàm inhærentia actualis ad subiectum; illa enim necessariò inest albedini, & hoc siue coniũctæ subiecto, siue separatæ: inhærentia autẽ actualis tantùm contingenter inest, & non est ea natura albedinis, sed ea causa extrinseca; non enim facit albedo se inhærere, sed agens;

Albedo quo ad inhærentiam.

vniuersaliter enim forma non generatur effectiuè, sed compositum: & sicut in composito per se vno, ita in composito per accidens; quod autem facit albedinem inhærere subiecto, facit compositum per accidens, scilicet subiectum album. 4.D.12.Q.1.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad quartum dubium*. O. 22.

Albedo potest esse sine inhærentia actuali, sicut scilicet fundamentum sine respectu extrinsecùs adueniente; vel quia terminus respectus non est, sicut in Eucharistia; vel, quia, si est, separatus est. *ibidem*. ℣. *Ad quartum dubium*. N. 21.

Albedo separata.

Albedo separata à quantitate esset sensibilis, accipiendo sensibile in potentia remota: quia esset forma, quæ secundùm se esset motiua sensus, licèt non sub illo modo essendi quantitatiuo; propter hoc non esset sensibilis potentia propinqua: nec propter hoc est aliqua contradictio [quin sit à quantitate separata conseruabilis.] sicut nec esset, si argueres de diuisibili, & indiuisibili; illa enim albedo separata esset diuisibilis, quia posset esse in quanto: & tunc esset in potentia propinqua ad diuidendum: sed non esset in potentia, quamdiu esset sine quantitate. 4. D. 12. Qu. 2. §. *Hic sunt*. ℣. *Secunda ratio*. B. 7.

Albedo [separata à quantitate] si esset sensibilis alicui sensui in potentia propinqua, sensus ille esset perfectior omni alio sensu secundùm illam proportionem, secundùm quam illud sensibile deficeret ab alijs sensibilibus; sed licèt concederetur, quòd sit sensibilis potentia remota; tamen nullo modo esset sensibilis alicui sensui potentia propinqua; & ideo non oportet, aliquem sensum posse ipsum sentire sub isto modo essendi; nec per consequens excedere proportionaliter alios sensus; hoc enim tantùm sequeretur, si esset sensibile in potentia propinqua, quia sic *de sensu, & sensato cap.* 7. arguit Philosophus de obiecto sensibili. *ibidem*.

Album.

Album, & album dicuntur similia secundùm albedinem; & hoc prout ly *secundùm* notat suum determinabile esse fundamentum proximum relationis similitudinis: dicuntur etiam similitudine esse similia formaliter. 1.D.31. Qu. Vn. *Ad primum principale*. H. 8.

Album simile est compositius, quàm album tantùm; quia habet in se actum, & potentiam distincta realiter. 2. D. 1. Q. 4. §. *Ad primum alterius opinionis*. F. 15.

Album quantumcunque simile sit alteri albo, non est ratio repræsentandi illud; species autem, quæ multò minùs est in entitate naturali similis huic albo, est illius repræsentatiua. 2. D. 3. Q. 9. §. *Dico igitur*. ℣. *Ad illam probationem*. L. 13.

Album idem potest fundare plures simimilitudines, licèt sit finitum. 3. D. 1. Qu. 2. §. *Contra hoc*. ℣. *Secunda ratio*. n. 4.

Album non potest esse nigrum in sensu compositionis; quia tunc idem simul esset album, & nigrum. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *Et primo videndum*. G 14.

Album non potest esse nigrum, & è conuerso, propter eorum repugnantiam formalem. 3. D. 1. Qu. 1. *Ad tertium principale*. L. 16.

Album esse per se, & nigrum esse per se sicut idem non potest esse: ita nec per accidens album, & per accidens nigrum. 3. D. 1. Q. 4. §. *Potest ergo dici*. ℣. *Sed primum istorum*. B. 3.

Album, & nigrum in pluribus conueniunt, quàm album, & homo: & tamen magis repugnant album, & nigrum, quàm album, & homo. 3. D. 7. Q. 1. *Ad primum principale*. F. 9.

Album pro A, & non album pro B. non contradicunt inter se, nec ad quodcunque comparantur; & hoc intelligendo per A, & B siue signa durationis, siue naturæ, vel originis; sed si ista comparantur ab aliquid, cui conueniunt, vel conuenire possunt, non oportet, quòd si album conueniret ipsi C, pro A, quòd non album conueniret ipsi C, pro A, nihil enim est, quod non omnino primo ipsum sit ipsum. *Quodl.* Q. 4. §. *Contra istum modum*. ℣. *Ad rationem*. E. 9.

Album esse, si non *esse* est nisi qualitatem; producere

Album.

in *esse* albo, non est producere in *esse* substantiæ, siue simpliciter. 1. D. 36. Q. Vn. §. *Concedo conclusionem*. C. 6.

Album potest intelligi vno modo, vt importat formam, talem sub tali modo significandi, & hoc per se significat: vnde secundùm Philosophum *in Prædicamentis cap. de substantia*, album solam qualitatem significat, quod verum est; tamen sub alio modo significandi, quàm albedo. De hoc modo loquendo, dicendum, quòd de virtute sermonis non oportet concedere, si albedo est, quòd album sit; quia, & si forma sit, quæ apta nata est inhærere subiecto, non oportet, quòd ipsa sit sub tali modo essendi, scilicet sub actuali inhærentia ad subiectum; album autem significat sub ratione actualiter inhærentis; sed alio modo sumendo album, vt communiter accipimus per album, & huiusmodi concreta totum compositum ex subiecto, & forma, patet, quòd non oportet, si albedo est, quòd album sit. 4. D. 12. Q. 1. *Ad quartum principale*. T. 27.

Album si dicatur, quòd sumptum, vel vt adiectiuum, vel vt substantiuum abstrahat à tempore, & consequenter quòd album non significat inhærentiam actualem formæ ad subiectum, quia tunc consignificaret tempus præsens; tunc concederetur, quòd sicut albedo est, ita & album: nec sequeretur, ergo aliquid tanquam subiectum est album; quia nec in antecedente hoc ponitur, neque per significatum, neque per modum significandi: istud faciliùs concederetur de quantitate; sicut enim conceditur in Eucharistia quantitatem esse, ita & quantum esse: nec tamen conceditur; hic aliquam substantiam perfici quantitate. *ibidem*.

Album est coloratum; cùm ista propositio, in qua prædicatur concretum de concreto, sit per se primò, & per consequens non ratione subiecti, sed ratione formæ; ideo hæc, *albedo est color*, in qua prædicatur abstractum de abstracto, est vera. *Quodl*. Q. 13. §. *De secundo*. ℣. *Ex hoc arguitur*. G. 7.

Album esse sicut est habere albedinem, tanquam formam; sic sentire, vel esse sentientem est habere sensationem, sicut formam. *ibidem*. §. *Ad ista*. ℣. *Ad secundum*. E e. 28.

Alchimia.

Alchimiæ artifices sciant, inquit Auicenna, & habetur *cap. fin. in Auicenna*, species per artem permutari non posse. 4. D. 3. Q. 3. *In secundo argumento in oppositum*. n. 1.

ALE

Alea.

Alearum in ludis, & huiusmodi fit iniusta commutatio, iuxta illud *ff. de Aleatoribus l. vlt. & Extra de vita, & honestate Cler. in glossa*. 4. D. 15. Q. 2. §. *De tertio articulo*. ℣. *In permutatione*. Y. 25.

Alexander.

Alexander Alensis dicens in ista propositione, *essentia est Pater Filij*, si sumatur ly *Pater* substantiuè, eam esse veram: si adiectiuè, falsam, defenditur à Doctore subtili ab impugnationibus Henrici, & Præpositiui. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta logica*. ℣. *Ideo teneo*. K. 12.

ALI

Alienum.

Alienum potest quis auferre, vel vt causa superior, scilicet præcipiendo; vel vt proxima, immediatè auferendo; vel vt causa coadiuuans, vt socius in auferendo; vel vt inducens, si consulit, vel fauet, vel adulatur tali consilio, fauore, vel adulatione, propter quam fit ablatio, & sine qua non fieret: consimiliter de detinente, qui immediatè detinet positiuè, vel priuatiuè, siue interpretatiuè, vt scilicet, quia non facit restitui, cùm ei ex officio hoc cõpeteret, vel auxilium, vel fauorem præbendo. 4. D. 15. Q. 2. §. *De quarto sunt*. ℣. *De secundo ponuntur*. B b. 30.

Alienum quicunque abstulit, vel detinet, tenetur restituere. *ibidem*.

Alienum auferre, sicut est peccatum mortale contra præceptum Diuinum negatiuum, *non furtum facies*: ita tenere alienum; & ideo sicut necessarium est, seruare præcepta negatiua, ita necessarium est non tenere alienum Domino inuito; & per consequens vel actu statim reddere, vel saltem velle reddere, cùm fuerit opportunitas. 4. D. 15. Q. 2. §. *De quarto sunt*. ℣. *De primo*. A a. 28.

Alienum tenere iniustè, idest, inuito Domino, est semper prohibitum; & ideo semper, & pro semper oportet non tenere isto modo: sed quando aliquis habet voluntatem restituendi tempore opportuno; ex tunc tenet, Domino volente, & si non actu elicito, tamen actu debito; quia Dominus debet velle, quòd qui suum habeat, teneat, quousque possit reddere tempore opportuno. *ibidem*. ℣. *Respondeo tenere*. F f. 34.

Alienum tenens, quando est impotens, pro tunc non tenetur restituere; tenetur tamen post, cùm venerit ad pinguiorem fortunam. 4. D. 15. Q. 2. §. *De quarto sunt*. ℣. *Alius etiam*. G g. 34.

Alietas.

Alietas includit non identitatem. 1. D. 4. Q. 1. §. *Respondeo ad quæstionem*. A. 2.

Alietas in ista propositione, *Deus genuit alium Deum*, notat suum determinabile distingui in extremis: vnde licèt hæc sit vera, *Deus Pater genuit Deum Filium*, sicut hæc; *Deus genuit Deum*; tamen consequentia ista non valet, ergo *genuit alium Deum*; non enim significat in antecedente determinabile alietatis distingui in extremis: vnde sicut propositio est falsa, vbi alietas additur determinabili, quod non est commune suis extremis; sicut hæc est falsa, *Sol est alius mus*; & ideo non sequitur, si *Sol generat murem*, igitur *se murem*, aut *alium murem*, sed *alium, qui est mus*: ita in proposito, illa propositio est falsa, in qua alietas additur determinabili, quod non distinguitur in extremis: sicut hæc est falsa, *Pater in Deitate est alius à Filio*; & ideo non sequitur, *Deus Pater genuit Deum*, *aut igitur se Deum*, *aut alium Deum*; sed sequitur, quòd genuit alium, qui est Deus. 1. D. 4. Q. 1. *Ad primum principale*. D. 3.

Alietas sicut ponit suum significatum circa suum determinabile, denotans ipsum disponi alietate, & distingui in extremis: ita per oppositum identitas ponit suum significatum circa suum determinabile commune extremis, denotans ipsum non distingui, nec diuidi in eis; & ideo hæc est vera, *Deus Pater genuit eundem Deum*; sed non sequitur, ergo *genuit se Deum*; quia pronomen reciprocum denotat actum determinari ad idem suppositum, à quo procedit ille actus; aliter non esset reciprocum; Antecedens non est reciprocum, vnde consequens non solùm refert eundem in essentia Deitatis, sed eundem in ratione suppositi: non tantùm autem ponitur per antecedens, sed solùm quòd genuit eundem Deum; & ideo est; fallacia consequentis, & figuræ dictionis. *ibidem*.

Alimentum.

Alimento ex puriori, & meliori generatur melior sanguis, & ex sanguine meliori generatur caro solidior, & permanentior; vnde ex alimento corrupto, & impuro generatur caro valdè fluida: Vnde impuritas alimenti Iesu Christi, respectu alimenti Adæ, fuisset in Iesu Christo, sicut in nobis, causa extrinseca corruptiua; quia non fuisset ex parte alimenti ita perfecta restauratio, sicut deperditio. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo, quamuis*. B. 6.

Alimentum idem numero si poneretur in diuersis locis sumi à duobus stomachis, idem fieret de tali alimento sumpto à diuersis, in diuersis *Vbi*, quod fieret, si illi duo stomachi fierent in eodem loco, & cibus ille esset in vtroque; tunc enim, aut totaliter virtus vna vinceret aliam, & totum conuerteret in suum corpus: vel essent virtutes æquales, & tunc æqualiter conuerterent de alimento hæc in suum corpus, & illa in suum: vel essent inæquales, non tamen vna omnino vinceret; & tunc fortior plus conuerteret in suum corpus, & alia debilior minùs conuerteret: eodem modo, sicut si haberes dicere ibi de stomachis animalium simul existentibus, & cibo recepto in vtroque: ita dico hic iuxta illam propositionem, sicut passuum

Alimentum.

existens in vno *Vbi* reciperet formam à duobus agentibus sibi ibidem approximatis; sic ipsum in duobus locis existens patietur ab eisdem in illis duobus *Vbi* sibi approximatis; & hoc intelligo de passione, quæ est ad formam absolutam. 4. D.10. Q.2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad secundum dico*. P.22.

Aliqualis.

Aliquale quicquid est ex se, est necessariò tale. 1. D.3. Q.5. §. *Quantum ad istum*. H.12.

Aliquid.

Aliquid, & res conuertuntur secundùm Auicennam 1. *Metaph. cap. 6.* vnde cuius est aliqua aliquitas, illud formaliter est res; & per consequens si panis post conuersionem in Corpus Christi esset aliquid [ita quòd aliquitas corporis sit eius, quod fuit panis, vt aliqui volunt;] sequeretur, quòd illud, quod fuit panis, nunc esset res, quod est contra eosdem; nam si accipitur res pro re opinabili, vt res dicitur à *Reor, reris* (pro vt ipsi explicant,) & ista aliquitate, hoc, quod fuit panis, erit res; tunc sequitur, quòd non magis sit res, quàm chimera, quia chimera est res isto modo secundum eos; & tunc optimè stat cum tali aliquitate annihilatio: sicut si aliquid conuerteretur in chimeram, verè esset annihilatum: si autem res acciperetur, prout dicitur à ratitudine [vt etiam ipsi explicant] tunc vt priùs, aut res est quidditate panis; & tunc panis non est quidditatiuè conuersus: aut quidditate corporis; & hoc est impossibile propter quidditatiuam distinctionem eius, quod fuit panis, & corporis. 4. D.11. Q.4. §. *Hic dicitur*. ℣. *Item aliquid*. A.4.

Aliquitas.

Aliquitatem, non ratitudinem rei fundare respectum vestigialem in creatura, docet Henricus. 1. D.3. Q.5. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Hoc intellecto*. F.7.

Aliquitas, si per eam intelligatur realitas opinabilis, cùm hæc sit communis alicui, & nihilo, de se nihil erit; & ideò si ratitudo fundatur in aliquitate sic sumpta, sicut quidditas, vel essentia in supposito, fundatur in nihilo; & quod fundatur in nihilo, nihil est; quia quod nihil est ad se, nihil est ad aliud 7. *de Trin. cap. 3.* ergo ratitudo nihil est; & consequenter tota res composita ex ratitudine, & aliquitate erunt duo nihila: si verò aliquitas dicatur realitas quidditatiua, & per ratitudinem intelligatur realitas quidditatiua; igitur dicere ratitudinem fundari in aliquitate, est dicere, realitatem quidditatiuam fundari in realitate quidditatiua, quod nihil est: si autem per ratitudinem intelligatur realitas existentiæ; sequitur, quòd illi realitati existentiæ præsupponitur ratitudo; quia res secundùm istam opinionem habet verè *esse ratum* ante *esse* existentiæ; & ita non potest esse prima ratitudo eius *esse* existentiæ: si verò dicatur, quòd aliquitas, quæ est realitas opinabilis, est quid commune alicui, & nihilo, sed est alia aliquitas, quæ est propria figmentis, & alia, quæ est propria rei possibili esse, quæ non competit figmentis, ex qua componitur res habens aliquitatem, & ex ipso *esse*, sicut ex ratitudine sua; Contra hoc est dicere, quòd duplex est aliquitas, alia alicuius, & nihili; alia verò alicuius tantùm: hoc est dicere, sicut si diceretur, duplex est albedo, alia albi, & nigri, & alia albi tantùm: & propterea si illa aliquitas propria entitati possibili est respectus tantùm, & fundatur in aliquitate communi, quia illa sola præcedit eam; tunc fundabitur in nihilo, & erit nihili: si autem aliquitas propria est absolutum, & per eam res habens eam distinguitur à figmentis per se; ista igitur erit prima ratitudo rei, & absoluta, & ita respectus non erit prima ratitudo rei. 1. Dist.3. Quæst.5. §. *Contra ista*. F.8. 9.

Aliquitas cuius est; vel sic; Cuius est aliquitas, illud ea formaliter est aliquid: vnde si aliquitas corporis Christi nunc in Eucharistia sit eius, quod fuit substantia panis; ergo illud, quod fuit substantia panis ante conuersionem, est nunc formaliter aliquid illa aliquitate: non autem aliquitate panis, quia panis non est; & contradictio videtur, quòd aliquitate corporis sit formaliter aliquid illud, quod est substantia panis: nec ista aliquitate est illud, quod fuit panis, corpus; quia quod fuit substantia panis, simpliciter desinit esse, & corpus simpliciter manet in eodem *esse*: nec potest dici, quòd ista aliquitate est aliquid aliud, nisi panis, vel corpus. 4. D.11. Q.4. §. *Hic dicitur*. ℣. *Item cuius*. A.4.

Aliter.

Aliter se habere nunc, quàm priùs in definitione mutationis, non videtur, quòd oporteat, vt accipiatur positiuè; quia planum est, quòd non refertur ad obiectum, sed ad terminum *à quo*: terminus autem *à quo* mutationis propriè non est aliquid positiuum, sed priuatio secundùm Philosophum 5. *Phys. Tex. 7. & 8.* 2. D.1. Q.4. *Ad quintum principale*. V.30.

Aliter se habere 4. *Meta.* est conditio entis. 2. D.12. Q.1. §. *Positio ista*. ℣. *Et si dicas*. A.6.

Aliter nihil se habet in mutatione substantiali [supposito, quòd materia sit in potentia obiectiua tantùm] quòd enim se habet aliter nunc, quàm priùs, oportet manere, & esse. 2. Dist.12. Quæst.1. §. *Est igitur*. ℣. *Similiter etiam*. B.10.

Aliter, & aliter se habere præsupponit entitatem. 4. D.43. Q.5. §. *De tertio*. ℣. *Respondeo, sicut*. I.9.

Aliter in descriptione mutationis accipitur generaliter ad entitatem positiuam contrariorum, vel priuationis, & formæ; & ideo ex ly *aliter* ibi posito, non arguitur, quòd sit entitas communis vtriusque termini ipsius mutationis; sed aliter arguitur ex eo quod dicitur *aliter se habere*; nam istud includit, aliquid commune manere & ei, quod est *aliter se habere nunc*, & *aliter se habere priùs*: quia *se habere aliter* affirmatur æqualiter ex parte vtriusque. 4. D.11. Q.1. §. *Quantùm ad tertium*. ℣. *Secunda responsio*. C.6.

Alius.

Alius est à Deo; vel sic; A, [intelligendo per A, personam aliquam Diuinam] *est alius à Deo*: in ista negatur identitas Deitatis cum qualibet Persona Diuina: sicut in ista, *Sortes est alius ab homine*, negatur identitas sortis cum quolibet indiuiduo hominis, & sic facit hunc sensum, *Filius est alius à Deo*, ergo est alius à qualibet Persona Diuina: Item *Filius est alius à Patre Deitate*, est falsa; quia notat Deitatem esse rationem formalem distinguendi Filium à Patre: Item ista; *Filius est alius à Patre in Deitate*, quia ly *alius* aliquam denotat non identitatem Filij ad Patrem secundùm ipsam Deitatem. 1. D.4. Q.1. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Quantum ad logicam*. A.2.

ALL

Alligatus.

Alligatus vni matrimonialiter non potest dare potestatem sui corporis alteri ad vsum coniugalem, nec alligari illi matrimonialiter; quia iam corpus suum non est suum, sed coniugis. 4. D.42. Q.Vn. §. *Si primò*. ℣. *Ex parte autem*. H.6.

ALT

Altare.

Altare debet esse ornatum toballijs duabus, (vbi est mos Ecclesiæ) consecratis, & quod magis præcisum est, corporali de syndone munda. 4. D.13. Q.2. §. *Sequitur secundum*. ℣. *Respondeo, verum est*. L.16.

Altare siue sit fixum, sicut est communiter in Ecclesijs, siue portabile, non est magna differentia, quia in Altari portabili, siue alio sacro conuenit missas celebrare, vt habetur extra de priuilegijs, & excessibu priuilegiatorum: *In his, quæ ad cultum cum Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus duximus indulgendum, vt vbicunque fuerint, sine parochialis præiudicio valeant cum Altari viatico celebrare: quidam nimis stultè, interpretando nostram indulgentiam, nituntur asserere, quod prædicti Fratres, præter Prælatorum assensum facere hoc non possunt*: Et paulò post: *Cùm*

Altare.

autem nihil conferret indulgentia memorata, sine qua, ijsdem Prælatis annuentibus, liceret eisdem; mandamus, quod interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab alijs, quæ iuri parochiali conueniunt, abstineant, datam eis licentiam celebrandi, etiam authoritate nostra, non differat publicare; ita quòd dicti Fratres ex indulgentia nostra gratiam videantur consecuti: Ait Honorius tertius, 4. D. 13. Q. 2. §. *Sequitur secundum.* ℣. *De loco autem.* L. 15.

Altari viatico, quantùm ad vsum eius indifferenter in quocunque loco consecrato, vel non consecrato, non licet vti, nisi ex priuilegio: sed quantùm ad vsum eius in loco consecrato videtur satis esse ius commune; quia ante dedicationem Altaris in Ecclesijs quibuscunque communiter celebratur in Altari paruo. *ibidem.* ℣. *Respondeo, verum est.* L. 16.

Altare siue fixum, siue mobile, & portabile oportet esse non enormiter fractum; *Extra. De Consec. Eccle., vel Alt. cap. Ad hæc si Altare*, vbi dicitur, quòd *si lapis benedictus fuerit immunitus, debet iterum benedici; & cap. quod in dubijs. ibidem.*

Alterabile.

Alterabile, secundùm intentionem Philosophi, non oportet, quòd sicut est diuisibile in infinitum, ita tempus infinitum correspondeat alterationi alterabilis; siue semper, dum alterabile est, quòd pars eius post partem continuè alteretur, sicut posset esse successio ex ratione partium alterabilis; sed frequenter alteratio est velox, siue subito, idest, quiescente priùs vsque tunc illo alterabili. 2. D. 2. Q. 9. *Ad secundum principale.* ℣. *Quæ expositio.* Q. 33.

Alterabile aliquod contingit simul totum alterari, ex Philosopho, *de sensu, & sensato cap. 7. & non dimidium prius, velut aquam simul totam coagulari: attamen si fuerit multum, quod calefit, aut coagulatur, habitum ab habito patitur*; hoc vltimum potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd pars posterior à parte priori, priùs naturaliter perfecta, perficitur naturaliter posteriùs; ita tamen, quòd sit tantùm ordo naturæ inter mutationem prioris partis, & posterioris: alio modo, quòd sit ordo durationis, puta quòd pars posterior mouetur successiuè à parte priore; & tamen pars prior mutata est præcisè ab ipso agente extrinseco: Iste secundus modus videtur improbabilior, nisi poneretur, partem priorem transmutatam, esse perfectiorem transmutante ipsam; & ita non potest subitò transmutare, sicut ipsa transmutatur subito ab Agente extrinseco. 2. D. 2. Q. 12. *Ad secundum principale.* ℣. *Ex isto apparet.* G. 6.

Alterabile corpus, & corruptibile omne per approximationem actiui dominantis potest corrumpi. 3. D. 16. Qu. 2. §. *Ad secundam quæstionem.* ℣. *Nec fuit.* F. 11.

Alterans.

Alterans in fine alterationis generat: non autem illa qualitas, qua alterauit. 2. D. 13. Q. Vn. *Ad secundum principale.* G. 7.

Alterans, inducens aliquid repugnans qualitati, ideo præcisè corrumpit formam substantialem, quia ipsam necessariò concomitatur qualitas talis: vnde quod est præcisè corruptiuum alicuius contingenter concomitantis, non potest corrumpere illud, quod contingenter concomitatur. 2. D. 37. Q. Vn. §. *Istæ quæstiones.* ℣. *Præterea, quod repugnat.* n. 4.

Alterans nunquam potest inducere gradum incompossibilem alterabili; quia non potest mouens inducere gradum incompossibilem suo mobili. 4. D. 12. Q. 2. §. *Dico ergo ad quæstionem.* ℣. *Respondeo, nunquam.* O. 21.

Alterans nunquam per alterationem corrumpit subiectum, quia priùs naturaliter non corrumpitur per aliquid posterius naturaliter: & quidquid est inductum ab alterante, vt alterans, est posterius naturaliter forma substantiali rei alteratæ; & consequenter per nihil tale inductum ab alterante, corrumpitur substantia alterabilis. *ibidem.*

Alterare.

Alterari propriè, & mutari illud dicitur, quod de non tali fit tale, puta de non albo album, de non noscente, noscens. 1. D. 3. Q. 6. *Ad secundum tertiæ breuis quæstionis.* Y. 34.

Alteratio.

Alterationis, & mutationis terminus est forma, non tamen productionis. 1. D. 3. Q. 6. *Ad secundum principale tertiæ breuis quæstionis.* Y. 34.

Alteratio est per se alterabilis, & mutatio per se mutabilis, & per motus se mobilis. *ibidem.*

Alteratione, idest, in alteratione est productio saltem alicuius, quantùm ad esse absolutum. 1. D. 36. Q. Vn. §. *Contra ista.* n. 3.

Alteratio vniformis videtur necessariò præuia, si deberet eadem forma induci, & ab eodem agente; sed formam corporis mortui, quantumcunque difformis alteratio præcedat, & ab ipso, & ab alio agente, semper sequitur idem terminus. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alij concedentes.* ℣. *Item manifestus.* R. 38.

Alterationem vult Aristoteles 7. *Phys. Tex.* 15. non esse in qualitatibus illis, quæ fiunt, cùm quædam alterantur, hoc est cùm alteratio fit in alijs, *densata enim, & rarefacta &c.* & potest; *sicut sanitas frigidorum, & calidorum commensuratio quædam est:* & ideo sanitas non est proprius terminus alterationis, sed aliqua alia alteratio terminatur ad aliquem gradum calidi, vel frigidi; & tunc ipsum est commensuratum alijs qualitatibus corporis, & sic est sanitas. *Quodl.* Q. 13. §. *Nunc tertio.* ℣. *Ad secundum.* S. 19.

Alterationem esse ad aliquam qualitatem, Aristoteles non concedit, nisi quæ potest primo acquiri sic, quòd ipsa non tantùm consequatur per accidens ad formam inductam, sicut relatio, sed nec eius inductio necessariò sequatur inductionem alicuius formæ prioris: & tunc ista conclusio eius non est vera, nisi de alteratione immediata primo alteranti in illo ordine: & sic ad scientiam, vel considerationem non est alteratio immediata primo alteranti in illo ordine. *ibidem.* S. 20.

Alteratio non est in intellectiua parte animæ 7. *Phys. Tex.* 20. istud dictum Aristotelis est intelligendum de alteratione, quæ est motus; vel si est indiuisibilis, est mutatio terminatiua, vel continuatiua motus; vel saltem, quæ est subiecti mobilis, vel mutabilis, & ab aliquo agente naturali, quorum nullum reperitur in parte intellectiua, quia ipsa est indiuisibilis, & ita non susceptiua motus, qui requirit subiectum diuisibile: ipsa etiam, quia indiuisibilis, non est localiter præsens alicui agenti naturali, quia non replet locum: agens autem physicum non est actiuum, nisi in passiuum sibi localiter præsens; sensus autem per oppositum potest dici alterari, & quia ibi compositum quantum recipit, & quia ab agente naturali, cui est localiter præsens. *Quodl.* Q. 13. §. *Nunc tertio.* ℣. *Ad secundum.* T. 21.

Alteratio, & augmentatio sunt generationes *secundùm quid*; & ibi generatum non est per se vnum secundùm Philosophum 7. *Meta. cap. 6. Tex. 32. Non fit*, inquit, *quale, sed quale lignum, nec quantum, sed quantum lignum*; & ideo ibi genitum non est verè vnum. *Quodl.* Q. 10. §. *De primo.* A. 3.

Alterationem præuiam ad productionem substantiæ non habere terminum, non est inconueniens de termino per se eiusdem generis; quia habet terminum extrinsecum, formam substantialem geniti. 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo ad quæstionem.* ℣. *Et si arguas.* T. 26.

Alteratione proportionata posita ex vno alimento, nata est [in nutritione] caro purior generari, quàm ex alio. 4. D. 44. Q. 1. §. *Quantum ergo.* ℣. *Quarta conclusio.* F. 9.

Alterationes quædam sunt, de quibus satis patet, quòd constituunt alteratum extra speciem aquæ, puta de humoribus naturaliter resolutis per digestionem, vt saliua, vrina, & huiusmodi; iuxta illud *Extra de Baptismo, & eius effectu: Non vt apponere*: De alijs non est ita manifestum, puta de decoctionibus, & admixtionibus secundùm sensum, in quibus non apparet euidenter, quòd sit alterata species, vt patet de brodio carnium, & farinata, & huiusmodi, & ceruisia, & medone; non enim manifestum est, quòd sit ibi aliquod actiuum corrumpens speciem aquæ. 4. Dist. 3. Quæst. 3. §. *Quod additur.* ℣. *In secundo modo.* F. 5.

Alteratio quo ad successionem.

Alteratio si ponatur motus, vel successio secundum formam, licèt non ita immediatè concedatur, quòd in ea non detur minimum indiuisibile, siue quod non componatur ex talibus minimis; tamen sequitur per locum à maiori negatiuè, quòd si motus localis ex talibus minimis non componitur, nec motus alterationis; nullus enim motus velocior est latione; & ita nullus potest habere partes indiuisibiles, si iste necessariò habeat partes diuisibiles. 2.D.2. Q.9. *Ad secundum principale.* ℣. *Ex hoc destruitur.* H.21.

Alteratio non est necesse, secundùm Philosophum, quod sit tota infinita propter successionem *ibidem*. ℣. Cum ergo. P.32.

Alteratio velox fit, sicut multoties densatio 8. *Phys.T ex.32.* Commentator exponit *velox* hic *subitò*, idest in instanti, & non in tempore inferendo; quæ expositio est Litteræ contraria; quod patet ex translatione nostra, & ex translatione sua in multis locis; quia *lib.4.Phys.T ex.*12. vbi translatio nostra habet *repente*, sua translatio habet *subitò*; & notificatur ibi, quòd illud dicitur fieri subitò, quod fit in tempore imperceptibili; & ita exponit ipse ibi: igitur exponere *velox*, vel *subitò* per instans, est exponere tempus per instans. 2.D.2.Q.9. *Ad secundum principale.* ℣. *Quæ expositio.* Q.33.

Alteratio frequenter est velox, siue subitò, idest quiescente priùs vsque tunc illo alterabili; & tunc non sunt simul partes, nec secundùm primam mutationem, nec secundùm primam partem motus, sed successiuè. *ibidem.*

Alterationem totam esse simul, non est inconueniens, quando scilicet agens respicit totum passum, tanquam terminum indiuisibilem, & formam secundùm vltimum gradum, secundùm quem ipsam totam inducit, tanquam indiuisibilem: tunc mutatione indiuisibili inducitur forma perfectè in passo diuisibili: sed secundùm talem formam non est motus, sed tantùm mutatio vna, vel fortè plures habitæ, aut ordine durationis, aut naturæ. 2.D. 2. Q.12. *Ad secundum principale.* ℣. *Ex isto apparet.* FG.6.

Alteratio in incarnatione.

Alteratio præcedens incarnationem Verbi, si concederetur, quòd præcesserit tempore incarnationem, posset dici, quòd cum illa alteratione fuit occupatio minoris loci [in condensatione purissimi sanguinis B. M. V. ex quo formatum est corpus Christi Domini] sicut vniuersaliter est circa quamcunque condensationem; & ita poneretur ibi vnus motus localis per se, quo deportabatur materia ad locum conuenientem generationi, & alius per accidens concomitans generationem corporis densioris, quo occuparetur minor locus, & in vltimo instanti condensationis inducerentur omnes formæ partiales, & forma totalis corporis organizati, & in illo instanti totum assumeretur: si autem poneretur, alterationem non præcessisse tempore, tunc potest dici, quòd occupatio minoris loci erat subita, & hoc per potentiam Diuinam, si tamen ad hoc non posset cooperari virtus creata. 3. D. 2. Q. 3. *Ad secundum principale.* CD. 7.

Alteratio circa species consecratas.

Alteratio quælibet, per quam non inducitur aliquod incompossibile pani, si maneret, potest fieri circa Eucharistiam, ea manente. 4.D.12.Q.6.§. *Dico ergo.* ℣. *Quarta conclusio.* D.12.

AMA

Amans.

Amans in attingendo, vel acceptando, vel appretiando, & quiescendo in amato verius est amatum, quàm ipsummet [amans]: & hunc intellectum planè dicit Hugo super illud, *calidum acutum, & semper feruidum: Qui solum,* inquit, *appetit, quod amat, se ipsum despicit in comparatione illius, quod amat*; & hoc est, quod dicit Augustinus *4. de Ciuit. Dei cap. vlt. Ciuitatem Dei fecit amor Dei vsque ad contemptum sui*, scilicet, amantis: vnde pro tanto amans exit extra se, quia suum esse paruipendit in comparatione amati: sed ex hoc non sequitur aliqua circumincessio, vel illapsus [distinctus ab operatione], vt aliqui arguebant. 4. D.49.Q.2.§. *Ad istam secundam quæstionem.* ℣. *Præterea, creatura.* A. 7. 8.

Amans aliquod bonum immoderatè, vult, illud bonum immoderatè esse magnum bonum, imo maximum; & ideo immoderatè, quia absque eo, quòd velit aliquod aduenire, per quod crescat, vult illud maius esse in se, quàm sit; & quando non potest ad hoc attingere, vt illud in se sit maius, quàm est, quia hoc est impossibile, vult ex consequenti, illud esse maximum, sicut potest esse maximum, vel in comparatione, vt scilicet præsit bonis aliorum; vel in opinione, vt scilicet opinentur, bonum suum esse maximum. 2. D. 6. Q. 2. §. *Quantùm ad secundum articulum.* ℣. *Ad argumenta, vel ad ista.* N.14.

Amantem ordinatè illud, quod est ad finem, fortè necessarium est, vtendo eo, simul frui fine. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Ad primum horum.* ℣. *Ad quartum concedo.* L. 21.

Amare.

Amandi actum ratio formaliter terminandi; vel sic; Ratio formaliter terminandi actum amandi, vt propter quam, est essentiale, sed personæ terminant, vt quæ amantur. *Prolog.* Q.4. §. *Si obijciantur contra hoc.* ℣. *Respondeo, essentiale.* P 32.

Amare, vel desiderare obiectum cognitum, & hoc sic, vel sic circumstantionabile, est verè praxis, nec naturaliter consequens apprehensionem, sed liberè, rectè, vel non rectè, elicibilis. *Prolog.* Q.4. §. *Contra hanc conclusionem.* ℣. *Quod additur.* M. 24.

Amandi actus elicitus quandoque est intensior, & magis meritorius, licèt ipsum sequatur minor delectatio, vel quasi nulla. 1. D.17. Q. 2.§. *Ad argumenta pro opinione.* ℣. *Quod igitur dicitur.* Q q. 34.

Amare, & odire, vtrumque in nobis potest distingui, vt *velle* distinguitur in *velle* efficax, & in *velle* remissum, vt dicatur *velle* efficax, quo voluntati non tantùm complacet esse voliti, sed si posset, statim ponere volitum in esse, statim poneret: ita etiam nolitio efficax est, qua non tantùm volens impedit aliquid, sed si possit, omnino destruit illud; voluntas autem remissa est, qua ita placet volitum, quod tamen voluntas non ponit illud in *esse*, licet possit ponere illud in *esse*: nolitio autem remissa est, qua ita displicet nolitum, quòd non prohibeat illud esse, licèt possit. 1. D. 47. Q. Vn. §. *Respondeo.* A. 2.

Amare aliquid in se est actus liberior, & magis communicatiuus, quàm desiderare illud sibi, & magis conueniens voluntati, inquantum habet affectionem iustitiæ saltem innatæ: amare autem aliquid in ordine ad se, idest in ordine ad ipsum amantem, habet affectionem commodi. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Hoc etiam.* C.17.

Amo eodem amore, quo concupisco; vel sic; eodem amore, quo amo, concupisco bonum amato, sed non concupisco quodcunque bonum, sed bonum commodi, quod principaliter terminatur ad illud bonum, quod ex charitate diligo in se. 3. D. 26. Q. Vn. §. *Ad primum horum.* ℣. *Ad secundum dico.* K. 21.

Amare Deum sine alijs circumstantijs ex obiecto solo, est simpliciter bonum. *Prolog.* Q. 4 §. *Ad rationes pro opinione.* ℣. *Ad aliud de bonitate.* Ff. 44.

Amare Deum (si odium non potest esse respectu Dei in se, sed comparatiue) non habebit actum directè contrarium, sed tantùm contrarium dilectioni effectus. 2.D.6.Q.2.§. *Ad videndum.* ℣. *Et si hoc est verum.* N.13.

Amare Deum est actus voluntatis creatæ ex nihilo: & tamen, stante actu, impossibile est, ipsum deficere à rectitudine, ita quòd posset non esse rectus, dum est. 2. D.23. Q.Vn.§. *Dico, quod ista.* ℣. *Ad aliud.* B.5.

Amare summè Deum, & odire peccatum, non sunt opposita. 3. D.15.Q.Vn. *Ad primum principale.* V.33.

Amat quis se priùs amore amicitiæ, quàm aliquod bonum sibi, & in isto priori potest, vel potuit esse inordinata volitio amicitiæ, plùs scilicet amando se, quàm instè debuisset

Amare.

set amare secundùm rectam rationem. 2.D.5. Q.2.§.*Respondeo primò*. ℣. *Hoc potèst solui*. F 10.

Amando alium immoderatè nullus dicitur superbus, vel præsumptuosus, sed magis luxuriosus. 2 D.6. Q.2. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Item secundo*. N.14.

Amatur in nobis primò aliquis propter bonum honestum; secundò, quia scitur redamans illa redamatio in eo est vna specialis ratio amabilitatis in eo; alliciens ad amandum alia, quàm propter bonum honestum. 3.D.27. Q.Vn. §. *Quantùm ad istud*. ℣. *Secunda ratio*. D.8.

Amatur simpliciter magis illud, pro cuius salute volo aliud non esse, vel cui, ne malè sit, volo aliud non esse, quàm illud aliud, quod volo propter ipsum non esse. 3.D.27.Q. Vn. §. *Istis igitur rationibus*. ℣. *Contra hoc*. H 14.

Amatur magis illud, quod amatur amore amicitiæ, quàm quod amatur amore commodi, vt dicit Aristoteles 1. *Poster. Tex.* 5. propter quod vnumquodque &c. 2. D.21.Q.2.§. *De primo*. A.2.

Amator.

Amatorem esse sui immoderatum est vituperabile: quo sensu exponit se Philosophus, quando ab eo 9. *Ethic. cap.* 9. Vituperatur amator sui. 3. D.29. Q. Vn. *Ad primum principale*. A.4.

Amatus.

Amato in fine, siue in fine amato nulla videtur esse comparatio per voluntatem. 1.D.35.Q.Vn.§. *Potest dici ad quæstionem*. ℣. *Præterea; voluntas*. F.9.

Amatum est respectu concupitt quasi finis, cui volo bonum; nam propter amatum concupisco sibi bonum, quòd sibi volo. 2.D.6 Q.2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Istorum autem actuum*. A.3.

Amatum omne affectione commodi, si non ordinetur, & moderetur affectione iustitiæ, est demeritum, quia est immoderatus appetitus proprij boni; vel indifferens, si posset esse indifferens (de quo nunc modo); fortè enim potest secundùm quòd præuenit affectionem iustitiæ. 3 D.18.Q.Vn.§. *In ista quæstione*. ℣. *Tunc ad propositum*. B.5.

A M I

Amicabile.

Amicabilia ad alterum mensurantur ex his, quæ sunt ad ipsum 9. *Ethic. cap.* 4. hoc dictum Philosophi debet intelligi quantùm ad innotescentiam; innotescit quippe amicitia ad alterum, quando appeto alteri similia his, quæ mihi. 3. D.27. Q. Vn. *Ad secundum principale*. Q. 21.

Amicitia.

Amicitiæ actum habet iustus, volendo Deo in se bene esse, præter actum desiderij, qui est respectu non habiti, quo viator iustus appetit Deum actu concupiscentiæ; vel sic, Præter actum desiderij, qui est respectu non habiti, quo viator iustus appetit Deum actu concupiscentiæ, habet iustus alium actum amicitiæ, volendo in se *bene esse*: & hic actus amicitiæ est fruitio: non autem ille, qui est desiderij; & iste secundus propriè est charitatis: non autem primus, qui est desiderij. 1. D.1. Q.5.§. *Ad argumentum secundæ quæstionis*. n.6.

Amicitiæ actus respectu Dei, ratione sui, & obiecti, est bonus; saltem non potest esse immoderatus excedendo, sed fortè deficiendo. 4. D.49.Q.5.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Secundò non*. B.3.

Amicitiæ actus inest voluntati, secundùm quòd habet affectionem iustitiæ; quia si solam affectionem commodi habet, non posset, nisi summè commoda velle, secundùm Anselmum. 14. *de Casu Diaboli, ibidem*. C.7.

Amicitiæ actus tendit in obiectum, vt est in se bonum: actus autem concupiscentiæ tendit in illud, vt est bonum mihi. *ibidem*.

Amicitia excellentiùs potest esse ad Deum, ita vt dicatur super amicitia. 3.D.27.Q.Vn. *Ad primum principale*. P.20.

Amicitia est perfectissima virtus sub iustitia. 8. *Ethic. cap.* 1. *& infra*. 2.D.6.Q.3. *In primo argumento in oppositum*. n. 2.

Amicitia est species iustitiæ, & est virtus, qua quis dat se ipsum proximo, quantum potest se dare, & inquantum proximus potest habere eum vnde est inclinans ad rectè communicandum se alteri, quantùm potest; & hæc est perfectissima virtus moralis. 3. D.34.Q.Vn.§. *His suppositis*. ℣. *Et hæc*. L. 17.

Amicitia ad alterum innotescit, quando appeto alteri similia his, quæ mihi; sed non quantum ad per se rationem, quasi non sit alia amicitia: in amicitia tamen strictè accepta, quæ est inter æquales, ibi siquidem amicitia ad se est mensura amicitiæ ad alterum. 3.D.27.Q.Vn. *Ad secundum principale*. Q. 21.

Amicitia licèt fundetur in vnitate, & impossibile sit, esse æquè vnum amanti, sicut ipsemet sibi; tamen quia duæ conditiones concurrunt in obiecto amabili, scilicet vnitas, & bonitas, licèt vnitas quandoque superet vnitatem; tamen bonitas ex alia parte recompensat. *ibidem*.

Amicitia respicit bonum virtutis in amato, & hoc conueniés actui virtutis in amante. 3.D.30.Q.Vn. §. *Respondeo*. A. 2.

Amicitia. 8. *Ethic. cap.* 6. non simul intensa est ad quotcumque, sicut esset ad vnum. *Quodl.* Q.20.§. *Potest dici*. ℣. *Item sicut*. D.7.

Amicitia acquisita, & infusa est alius, & alius habitus formaliter. 3.D.26.Q.Vn.§. *Ad argumenta pro prima via*. L.22.

Amicitiæ actus, qui imperaret aliquam punitionem amati, vt amati, non imperaret illam, nisi præcisè propter correptionem amati; & licèt illa esset via corrigendi: tamen si alia esset via faciliùs corrigendi, amicitia, vt amicitia, magis imperaret illam aliam viam. 4. D.14.Q.2.§. *Primus articulus*. ℣. *Respondeo, vindicare*. E.7.

Amicitia Ciuium, vt plurimum, est ex determinata propinquitate in certo gradu: vbi autem non est coniunctio determinatarum personarum ad producendam prolem, ibi nulla est propinquitas noua certa, quæ esset causa amicitiæ; & proinde vaga coniunctio maris, & fœminæ esset contra bonum commune Ciuitatis. 4. D.26. Q.Vn.§. *Ad solutionem*. ℣. *Sequitur secunda*. D. 6.

Amicitia manet vsque ad quartum gradum ratione consanguinitatis, & ex tunc incipiunt esse consanguinei, quasi extranei; & amore contepescere; & ideo congruum est tunc per vinculum coniugale repræsentem amicitiam reuocare. 4.D.40.Q.Vn.§. *De secundo*. ℣. *In lege*. E. 5.

Amicitia consanguineorum, maximè in linea recta, est reuerentiæ, quantùm ad descendentes, respectu superiorum, & cuiusdam tegiminis, seu præsidentiæ: è conuerso amicitia coniugum est sine reuerentia; imo est cum irreuerentia, in tantum, vt sincerius diligens consanguineam magis in ea odiat illam irreuerentiam, non solùm a se, sed à quocunque alio exhiberi; & ideo concedo, quòd amicitia disponit ad coniugium, sed alterius rationis omnino ab illa, quæ est inter consanguineos. 4 D. 40.Q.Vn. *Ad secundum principale*. F.6.

Amicus.

Amicum inter, & inimicum est dare medium, idest, non amicus, nec inimicus positiuè, non autem negatiuè, idest, qui non sit amicus. 1.D.17.Q.2.§. *De secundo*. ℣. *Ad secundum*. Mm.29. *Addit*.

Amidum.

Amidum videtur, quòd sit totaliter alterius speciei à pane triticeo, quia qualitas, & operatio propria alia est in tota specie in amido, & alia in pane triticeo, sicut apparet cernentibus eas, & assignantibus proprietates tales, & tales, quantùm ad effectum. 4. D. 11.Q.6.§. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Sed si credatur*. n.2.

Amidum, seu panis factus ex farina purgata, eo modo, quo requiritur ad amidum conficiendum, si in veritate non est panis consecrabilis, in consecrando [vtens eo] nihil facit: nec tamen est idolatria, nec occasio idolatriæ Populo; quia quantùm in se est, supponit materiam esse idoneam, & à se, & ab alijs adorandam. 4 D. 11. Q. 6.§. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Hic breuiter*. A. 2.

A M O

Amor.

Amoris ad actum necesse est, amatum esse præcognitum, sed non oportet, ipsam dilectionem esse præcognitam. 1.D.10. Q.Vn. *Ad vltimum principale*. Q. 14.

Amor.

Amor in nobis, vt productus, habet ad voluntatem producentem relationem secundi modi, & illa fortè est mutua: habet etiam aliam relationem ad obiectum, pertinentem ad tertium modum relatiuorum, & illa non est mutua. 1. D.32.Q.1.§.*Ad aliam quæstionem*. E.11.

Amor licet habet formaliter habitudinem aliquam ad obiectum: ita illud, quod prodocit amorem, posset denominari ab illa habitudine, si esset verbum impositum, hoc significans actiuè. *ibidem*.

Amore nimio potest quis tendere in aliquod diligibile, & nimis remissè, licèt non in nimis bonum, nec in nimis verum possit aliquis amando, & credendo tendere in Deum. 3. Dist.26. Quæst. Vn. *Ad secundum principale*. M.24.

Amor ipse, vt concludit Augustinus 11. *Ciuit.*28. in hominibus, qui rectè amant, magis amatur, quàm scientia amoris. 4. D.49. Q.4. *later*. §. *Iuxta hoc*. ✠ *Contra, ex eodem*. M.17.

Amor eius, quem primò dans dat amato, qui est ratio cuiuscunque alterius doni, est inter omnia dona donantis primum donum, quoddat, & quisque dare potest. 1. Dist.18. Quæst.1. §. *Respondeo*. ✠. *Tamen propter authoritatem*. G.7.

Amor mutuus.

Amor mutuus requiritur ad perfectam fœcunditatem voluntatis [secundùm Henricum.] 1. D.12. Q.1. §. *Sed est difficultas*. B.C.D.3.4. *Impugnatur ibidem*.

Amor mutuus in nobis est iucundior, quia per talem mutuitatem habetur in dilecto amplior ratio diligibilitatis; quicunque enim dilectus potens diligere, si rediligat, amabilior est; quia non tantùm bonitas, quæcunque sit in eo, est ratio diligibilitatis; sed redamatio est aliqua ratio diligibilitatis; & propter hoc ipse habens illam bonitatem; quæ est prima ratio diligibilitatis, & similiter redamationem, est amabilior. 1. D.12. Q.1. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Item secundo*. K.10.

Amor mutuus in nobis non est iucundior nisi sciatur; sicut enim non amatur bonitas, nisi cognita; sic non amatur redamans, in quantùm redamans, nisi cognoscatur eius redamatio. *ibidem*. ✠. *Præterea; amor*. L.10.

Amor concupiscentiæ, & amicitiæ.

Amor omnis concupiscentiæ præsupponit amorem amicitiæ: sanitatem, vel fœlicitatem amatur amore concupiscentiæ. *Prolog*. Q.3. §. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ✠. *Secundò sic*. S.19.

Amor omnis concupiscentiæ fundatur in amore amicitiæ; & ita illum amorem amicitiæ necessariò sequitur tristitia de opposito illius, quod naturaliter summè appetit persona, cuius est appetitus intellectiuus, qui summè appetit illud bonum. 3. D.15. Q.Vn. §. *Quantum ad secundum articulum*. ✠. *Quod etiam*. 1.19.

Amor amicitiæ est simpliciter perfectior amore concupiscentiæ. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ✠. *De charitate*. G.17.

Amore eodem, quo amo, concupisco bonum amato; sed non concupisco quodcunque bonum, sed bonum commodi, quod principaliter terminatur ad illud bonum, quod ex charitate diligo in se. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad primum horum*. ✠. *Ad secundum dico*. K.21.

Amor inordinatus, & ordinatus.

Amore inordinato bene potest quis frui aliquo, quo non vult alium frui, sed tantùm vti; vel illud nullo modo amare, sicut patet de zelotypia inordinata; licèt amore ordinato nullus fruatur aliquo, nisi quo non vult aliquem vti, sed frui. 1. D.1. Q.5. *Ad secundum tertiæ quæstionis*. n.6.

Amor sui immoderatus non videtur esse prælatio sui alijs, vel in bonis, quæ habet verè, vel in his, quæ reputat habere de se; quia eiusdem rationis videtur esse in malitia immoderatè se amare amore amicitiæ, & alium vt proximum; sed amando alium immoderatè, nullus dicitur superbus, vel præsumptuosus, sed magis luxuriosus; & proinde nec sic amando se. 2. D.6. Q.2. §. *Quantùm ad secundum*. ✠. *Item secundo*. R.14.

Amor amicitiæ sui inordinatus fuit prima radix Ciuitatis Diaboli, quæ radix germinauit vsque ad contemptum Dei, in quo est consumata ista malitia; sicut patet de inordinatione simpliciter prima, quæ fuit simpliciter in primo *velle* inordinato. 2. D.6. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Ex isto probato*. C.4.

Amore tanto, probabiliter opinando, aliquis Sanctus potest ferri in summum bonum diligendo, quanta inordinatione intensiùs auertebatur; & quantùm vnum abduxit à termino *à quo*, tantùm aliud coniungit ei; & maximè hoc verum est de amore Christi. 3. D.19. Q.Vn. *Ad secundum principale*. G.13.

Amor commodi præsentis non pertinet ad beatitudinem essentialiter, sed amor boni honesti, vel boni in se. 4. D.49. Q.6. §. *De secundo principali*. ✠. *Propter argumenta*. S.24.

Amoris species.

Amor, quo aliquid amatur, est triplex, scilicet honesti, vel vtilis, vel delectabilis. 2. D.6. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Secundò probatur*. D.5.

Amor vtilis non est primus amor; ex quo enim vtile est ad aliquod vtile, nullus priùs concupiscit vtile, quàm illud, quod est ad vtile. *ibidem*.

Amor Dei.

Amores duo ex Augustino 14. *Ciuit. cap. vlt.* fecerunt duas Ciuitates; Ciuitatem Dei amor Dei, vsque ad contemptum sui; & Ciuitatem Diaboli, amor sui vsque ad contemptum Dei. 2. D.6. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Ex isto probatur*. C.4.

Amor Dei inclinans ad bonum commune, nempe Deum, vt ad bonum proprium non condiligendum, nec habendum ab alio, esset inordinatus; quia secundùm rectam rationem non debet aliquis sibi appropriare istud bonum commune: esset etiam imperfectus; quia perfectè diligens vult dilectum diligi, sicut patet per Richardum 2. *de Trinitate*. 3. Dist.28. Quæst. Vnic. §. *De primo dico*. A.2.

Amor, & præcipuè finis (si ille quæratur in omnibus) facit omnia onera leuia, vt verum sit, quod dicit Saluator Matth. 11. *Venite ad me &c.* & sequitur; *iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*. 3. D.40. Q.Vn. *Ad secundum principale*. I.18.

Amor satisfactorius.

Amor, quem offerre debet peccator satisfaciendo, debet excedere amorem cuiuscunque creaturæ, & diligere magis debet obiectum nobilius satisfaciendo, quam dilexerit ignobilius peccando. 3. Dist.20. Quæst. Vn. §. *Contra ea*. A.8.

Amor Christi.

Amor Christi creatus, quo dilexit Deum, in sua formali ratione non fuit maior omni creatura. 3. D.20. Q.Vn. §. *Contra ea*. ✠. *Dico igitur*. B.8.

Amor notionalis.

Amor productus in Diuinis proportionatur tàm potentiæ infinitæ [scilicet voluntati] quàm obiecto infinito [scilicet essentiæ Diuinæ.] 1. D.10. Q.Vn. §. *Contra idem*. ✠. *Item istam ratio*. O.11.

Amor adæquatus obiecti infiniti, si est spirabilis, vt credimus, maximè competit voluntati Diuinæ esse principium spirandi illum. *Quodl*. Q.16. §. *De primo*. A.2.

Amorem spiratum, scilicet Spiritum Sanctum, non oportet esse præcognitum Patri, & Filio in illo instanti originis, in quo non intelligitur productus; sed tantùm oportet, essentiam Diuinam, cuius amor spiratur, esse pro illo instanti præcognitam. 1. D.10. Q.Vn. *Ad vltimum principale*. R.14.

Amorem producere Patrem, & Filium, significatur per hoc, quod dicitur, Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto: sicut Patrem dicere se Verbo, est producere Verbum, quod sit declarans ipsum Patrem. 1. D.32. Q.1. §. *Ad aliam quæstionem*. ✠. *Ita dico*. E.11.

Amorem, qui ex vi productionis suæ sit amor creaturæ, non producit Pater. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. G.14.

Analogia.

Analogia, seu attributio includit essentialiter comparationem vnius ad alterum. 1. D.8. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ¶. *Item breuius*. n.7. *Additio, quæ est in æditione recentiori*.

Analogia sic se habet, quòd quæ analogantur in aliquo primo, illud est realiter in vno primo, & non in alijs, vt exemplificatur de sanitate, quæ est realiter in animali, & in vrina, non nisi per attributionem ad illud aliud: hoc est falsum; quia si ita est in vno exemplo, in centum alijs est falsum. 2. D.12. Q.2. §. *Ad primam rationem*. ¶. *Ad aliud de analogia*. G.8.

Analogia nulla maior est, quàm quæ fit creaturæ ad Deum ratione essendi: & tamen sic esse primò, & principaliter conuenit Deo, quod tamen realiter, & vniuocè conuenit creaturæ: simile est de sapientia, bonitate, & huiusmodi. *ibidem*.

Anaxagoras.

Anaxagoras dicebat, sicut imponebat sibi Philosophus 1. *Phys. Tex.*38. & 39. quòd facta segregatione à carne cuiuscunque generabilis de carne, adhuc remaneret caro tanta, vt ex ea posset vlterius segregari, seu generari quodcunque generabile; quod tamen est impossibile. 2. D.2. Q.9. *Ad secundum principale*. ¶. *Respondeo ad primam*. M.30.

ANG

Angelus quo ad quidditatem, & perfectionem.

Angelus est ens per se simpliciter subsistens. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ¶. *Prima ratio*. A.3.

Angelo nihil alterius generis est superius, quia nullum genus est superius genere substantiæ; sed alia genera sunt inferiora. 2. D.12. Q.2. *Ad secundum principale*. E.6.

Angelum non habere materiam, siue non participare materiam, prout materia dicit alteram partem compositi, id est materiam primam, est verum: sed prout materia dicit quidditatem materialem, quæ dicitur materialis respectu quidditatis contractæ, prout quidditas dicitur forma, est falsum; & sic natura Angelica est participabilis à pluribus Indiuiduis habentibus quidditates materiales. 2. D.3. Q.7. *Ad tertium principale*. F.10.

Angeli, secundùm communiorem doctrinam, simplicem habent entitatem, non causatam ea usalitate intrinseca ex diuersis causis materiali, & formali realiter distinctis. 3. D.22. Q.Vn. §. *Quantùm ergo*. D.13.

Angeli propria ratio quidditatiua, si esset nota, per illam *propter quid*, posset ostendi, quòd sibi repugnet informare materiam. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ¶. *Secunda ratio*. B.5.

Angelus est perfectus in specie perfecta, imo perfectiori, quàm sit species substantiæ materialis; ordo enim specierum 8. *Meta. Tex.*10. est vt ordo numerorum. *ibidem*. ¶. *Prima ratio*. A.4.

Angeli supremi essentia non est perfectio simpliciter: & tamen nulla res nobilior illa videtur esse in tota creatura. 1. D.17. Q.2. *Ad secundum principale*. ¶. *Sed contra istam*. Oo.32.

Angelus superior licèt habeat perfectiorem entitatem, quàm inferior: non tamen includit totam entitatem inferioris, ita quòd inferior non differat ab eo, nisi per negationem. 2. Dist.3. Quæst.10. *Ad primum principale*. H.17.

Angelus quo ad multiplicationem numericam in eadem specie.

Angelos plures esse in eadem specie, est possibile. 2. D.3. Q.7. §. *Qui dicunt*. ¶. *Tenenda est conclusio*. A.3.

Angelum hunc in hac specie si potest Deus annihilare, & isto annihilato, potest istam speciem de nouo producere in aliquo alio indiuiduo, non autem in isto, secundùm negantes multiplicationem numericam Angelorum in eadem specie; quia homo secundùm istos non potest resurgere idem numero, nisi anima intellectiua maneret eadem numero. *ibidem*. ¶. *Præterea, si Deus*. A.4.

Angelus quo ad multiplicationem numericam in eadem specie.

Angelos distingui numero in eadem specie, non est impossibilitas à parte formarum, quæ distinguuntur numero in eadem specie; sicut animæ intellectiuæ distinguuntur numero in eadem specie: & tamen sunt formæ puræ, licèt perfectiuæ materiæ: quidquid enim concluderet istam impossibilitatem ratione formæ in Angelis, concluderet in animabus. 2. D.3. Q.7. §. *Qui dicunt*. ¶. *Item animæ intellectiuæ*. A.4.

Angelorum multæ essent species, in quibus nulla esset saluata, posita immultiplicitate Angelorum in eadem specie. *ibidem*.

Angelorum totalitas non perdita, & partialitas sine remedio perdita in æternum, significata per Augustinum *in Enchirid. cap.*28. non videtur esse rationabilis, nisi ponatur, quòd nulla species Angelica, quantùm ad omnia indiuidua, totaliter periret, & ita aliqui quacunque specie corruerunt, & alij perstiterunt. 2. D.3. Q.7. §. *Qui dicunt*. ¶. *Et persuadetur*. A.4.

Angeli quidditas si concedatur, quòd ex se in plura sit diuisibilis, vel pluribus communicabilis, & per consequens, quantùm est de se, in infinitum; quia non est ratio finitatis ex parte multitudinis numeralis: si per hoc, quòd ipsa natura producta est in indiuiduo ipso, aufertur possibilitas eius essendi in pluribus; est ergo in hoc indiuiduo secundùm totam communicabilitatem suam, & per consequens infinitè, quia est infinitè communicabilis secundùm quidditatem suam; igitur ille vnus Angelus esset formaliter infinitus. *ibidem*. ¶. *Præterea, si concedatur*. A.4.

Angelus differt ab Angelo, qui est forma; ergo habent differentiam formalem: hoc includit fallaciam consequentis; non enim sequitur, formæ differunt, ergo formaliter differunt, vel differunt in forma: sicut non sequitur, homines plures differunt, ergo in humanitate differunt. 2. D.3. Q.7. *Ad secundum principale*. D.7.

Angelos plures non posse esse in eadem specie, dicunt consequenter illi, qui dicunt, principium indiuiduationis esse quantitatem, vel materiam; quia non potest in Angelis ratio propria talis differentiæ inueniri; & habent dicere, quòd non tantùm hoc est impossibile ex proprietate intrinseca, sed etiam ex proprietate extrinseca. 2. D. 3. Q.7. §. *Qui dicunt*. n.3.

Angeli plures sunt eiusdem speciei: nec cecidit aliqua species tota, licèt fortè de qualibet specie ceciderit aliquis: & tunc tenendum, quòd quia tota species humana cecidit, ideo magis debuit reparari. 3. D.20. Q.Vn. *Ad primum principale*. E.11.

Angelus quo ad creationem passiuam.

Angelo creato nihil inest potentiale, recipiens aliquod actuale, sub cuius opposito præfuerit. 2. D.1. Q.4. *Ad tertium principale*. T.30.

Angelum esse ens à se, cùm sit non tantùm falsum, sed etiam valde absurdum, quia oppositum eius potest demonstrari; necessarium istud legatur expressè ex littera Aristot. vel sequatur euidenter ex dictis eius, non videtur hoc sibi rationabiliter imponi. *Quodl.* Q.7. *Ad argumentum principale*. ¶. *Sed quia*. Ff.38.

Angelus est causabilis, ista propositio est demonstrabilis, secundùm quòd hoc fuit ab Aristotele concessum. *ibidem*. ¶. *Primum, quòd illa*. Ff.38.

Angelum esse creabilem, siue causabilem concessit Aristoteles, vt patet 12. *Metaph. Tex.*52. vbi concedit, omnia habere ordinem essentialem inter se, & magis ordinem essentialem ad vnum primum. *ibidem*. §. *Secundum scilicet*. Gg.40.

Angelus quo ad esse, & non esse.

Angelum esse pro hoc *nunc* si Deus vellet, & non esse pro hoc *nunc*, primò quærenda est possibilitas quomodo vellet, Angelum esse, & non esse. 2. D.2. Q.1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ¶. *Et si arguatur*. E.22.

Angelus quo ad differentias essendi.

Angelum esse, fuisse, & fore, non est aliud ex parte ipsius Angeli: tamen aliam habitudinem ipsius *esse* ad tempus notant

Angelus quoad differentias essendi.

notanti ista. 2. D. 2. Q. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione.* ✝. *Ad secundum dicitur.* E. 21.

Angelum non fuisse, non potest facere Deus, negatur ista propositio, vt est nota rei significatæ per *fuisse*; quia illa res significata per *fuisse*, est illud idem *esse*, quod nunc habet Angelus. *ibidem.*

Angeli præteritum, non posse non fuisse, negatur, quia hoc non est præteritum in se. *ibidem.*

Angelus quoad conseruari, & annihilari.

Angelum conseruari, & annihilari, sicut non stant simul in sensu compositionis, ita nec creari, & conseruari stant simul in sensu compositionis; sed in sensu diuisionis stat circa Angelum esse quandoque creationem, siue conseruationem: & tamen quòd quandoque possit non esse, & sic posset esse annihilatio. 2. D. 2. Q. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione.* ✝. *Respondeo, sicut.* E. 20.

Angelus in primo instanti creationis.

Angelus, (secundùm S. Thomam) non potuit in primo instanti creationis peccasse. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo, primò.* ✝. *De miseria culpæ.* B. 4. *Impugnatur.*

Angelos, qui dicunt, à principio fuisse malos, non sentiunt cum Manichæis, qui ponebant, vnum Deum malum immediatè esse causam mali, ex August. 11. *Ciuit.* 13. quare secundùm Augustinum non sequitur; ipsi fuerunt mali à principio, ergo eorum malitia fuit causata à Deo. *ibidem.* ✝. *Sed hæc ratio.* B. 4.

Angelus imaginatus (vt eum finxit Anselmus *de Casu Diaboli cap.* 13., qui priùs esset vna essentia nuda non habens formaliter potentiam volitiuam, quam ipse vocauit instrumentum) non potest habere, secundùm Anselmum, primum *velle* à se; quia oportet ipsum reduci ad actum primum, scilicet, quòd habeat voluntatem, antequam eliciat volitionem; & hoc non potest esse à se, & sic nec volens, nec nolens habet primum *velle. ibidem.* ✝. *Ad Anselmum.* B. 5.

Angelum in primo instanti suæ creationis, ponunt, potuisse mereri, qui ponunt eum in eodem instanti non potuisse peccare: & tamen ratio eorum pro hoc posteriori militat contra eos in priori; maior enim primæ rationis eorum ad illam opinionem fuit ista: *Prima operatio rei simul existent cum re, est à producente illam rem*; tunc subdit minorem sub ista sic: sed operatio Angeli non sua, non potest esse sibi meritoria, ergo non potuit mereri in primo instanti. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primò.* ✝. *Rationes etiam.* D. 8.

Angelus si sine deliberatione posset meritoriè agere in primo instanti suæ creationis, multò fortiùs malè; quia bona operatio non potest esse, nisi concurrentibus circumstantijs debitis omnibus; sed mala, quacunque deficiente. *ibidem.* ✝. *Item alia ratio.* D. 8.

Angeli natura in primo instanti creationis fuit rectissima: & tamen potuit fuisse obliquitas in actu elicito à voluntate libera; quia rectitudo naturæ stat cum voluntate non rectà. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primò.* ✝. *Nec illa ratio.* E. 9.

Angelus sicut non posset peccare in primo instanti creationis, ita nec in secundo, vel tertio; sicut enim peccatum nihil naturæ adimit, alioquin tota posset consumi: sic etiam nihil inclinationis naturalis adimit. *ibidem.*

Angelus potuit inordinatè amare se in primo instanti creationis: priùs etiam natura potest obiectum bonum esse cognitum in se, quàm vt relucet in habitu aliquo, quia non quietat amantem, nisi vt in se. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primò.* ✝. *Nec potest solui.* F. 10.

Angelus si in primo instanti suæ creationis non fuit debitor iustitiæ infusæ, quia non accepit eam; sequitur, quòd semper existens in peccato mortali nunquam esset debitor iustitiæ, quia nunquam accepit eam; ideo de iustitia non valet arguere, quòd Angelus non potuit peccare in primo instanti, quia in eo non accepit eam. *ibidem.* ✝. *Item manifestum.* G. 11.

Angelus iustitiam naturalem, scilicet potentiam, qua potuit conseruare iustitiam infusam sibi, recepit [supple in primo instanti creationis] & per consequens potuit peccare in primo instanti, & ideo debitor iustitiæ fuit. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primò.* ✝. *Dico igitur.* H. 11.

Angelus potuit in primo instanti habere potentiam volitiuam perfectam, & non limitatam ad rectam operationem; non enim habuit in secundo instanti magis determinans, quàm in primo: & hoc potuit esse; quia in primo instanti potuit se amare amore amicitiæ vltra rectam rationem. 2. D. 5. Q. 2. §. *Teneo igitur.* L. 13.

Angelus potuit in primo instanti esse miser miseria culpæ. *ibidem. Additio, quæ deest in æditione recentiori Hibernorum.*

Angelus in primo instanti habuit potentiam volitiuam perfectam; & ideo volitionem perfectam potuit habere & non limitabatur ad operationem perfectam; & ideo in primo instanti potuit non rectè operari, & ita peccare; quia illa bonitas intelligibilis potuit immoderatè amari. *ibidem.*

Angeli mali non fuerunt beati in primo instanti creationis, quia tunc non fuerunt certi de beatitudine sua; sic enim postea non cecidissent: sed si non fuerunt certi de beatitudine, non fuerunt beati. 2. D. 5. Q. 2. §. *De secundo articulo.* M. 13.

Angeli omnes fuerunt creati vniformes boni, & mali, nec erant in primo instanti miseri, vel mali, & maximè, quia vt dicit Augustinus 2 *super Genes. Deus non est priùs vltor, quàm aliquis peccator. ibidem.*

Angelos bonos non priùs Deus discernebat à malis, secundùm Augustinum 4. *super Genes. quàm essent discreti inter se*; & ideo qui mali modo sunt, non fuerunt in primo instanti beati. *ibidem.*

Angelus imago Dei.

Angelus est imago D. [accipiendo imaginem pro imitante aliquid, quod est aliquid aliud à se, & repræsentat, quia cognitum:] & ad istam imaginem pertinet similitudo aliquo modo naturali, in existendo, & consistit aliqualiter in hoc, quòd Angelus, vel anima habet trinitatem, & vnitatem aliquo modo, sicut essentia Diuina habet, & illa similitudo concurrit ad rationem beatificabilis. 2. D. 3. Q. 9. §. *Dico igitur.* ✝. *Ad tertium dico.* N. 15.

Angelus non est talis imago, quæ est præcisè ratio cognoscendi non vt cognita; sed est imago habens similitudinem naturalem aliquo modo in cognoscendo, & in ratione cognoscendi, vt cognita; & præter omnem talem cognoscendi rationem, quæ est ratio, inquantùm cognita, oportet ponere aliam præsuppositam discursui ab ipsa. *ibidem.* ✝. *aliud pro opinione.* O. 17.

Angelus quoad informationem corporis.

Angelum informare, idest formam informantem materiam, non potest facere Deus. *Quodl.* Q. 9. ∫. *De secundo.* A. 2.

Angeli de essentia non est habere aptitudinem ad per se informandum materiam; quia aptitudo non est sine actualitate, quin sit imperfectio aliqua; & per consequens ex sua ratione propria quidditatiua repugnat sibi talis aptitudo; cuilibet enim actui simpliciter per rationem propriam, vel conuenit aptitudo ad per se informandum, vel repugnat informare. *Quodl.* Q. 9. ∫. *De secundo.* ✝. *Ista ratio.* C. 5.

Angelum posse vniri materiæ poneret aliqua vniri, quorum vnum est ratio repugnantiæ. *ibidem. Ad argumentum principale.* P. 21.

Angelus quoad terminationem dependentiæ.

Angelus respectu ignis terminat dependentiam, quæ est minus nobilis ad magis nobile in ordine essentiali naturarum. *Quodl.* Q. 19. ∫. *De secundo articulo.* ✝. *Respondeo illam.* H. 8.

Angelus terminat dependentiam cuiuscunque naturæ inferioris, & hoc mediatè, vel immediatè; illam quidem, quæ est secundùm ordinem essentialem quidditatum; & illa est quodammodo prior dependentia illa, quæ est effectus à causa efficiente; imo hæc videtur omnino prima: & hæc potest assignari communiter conuenire cuilibet independenti respectu illius, respectu cuius dicitur independens. *ibidem.*

Angelus quoad formam corporalem.

Angelus non potest esse albus, quia nullo modo est susceptiuus formæ huius, sine ista forma poneretur diuisibilis, siue non: vnde duplex est ratio, quare non potest esse albus; vna est extensio in ipsa forma, & inextensio Angeli; alia

Angelus quoad formam corporalem.

alia ratio, quia hæc forma est hæc forma, & Angelus est Angelus; & secunda ratio est essentialis ratio impossibilitatis, prima non; ego prima ablata, est possibilitas, nulla est consequentia. 4. D.12.Q.2. §. *Hic sunt*. ℣. *Ad quartum non habet*. C. 8.

Angelus est non albus, quia sibi repugnat albedo. *Quodl.* Q. 19. §. *De tertio*. ℣. *Potest igitur*. V. 19.

Angelus in puris naturalibus.

Angelum vnum Deus non posset ita nudum in naturalibus create, quin ille suis naturalibus relictus posset suam essentiam intelligere; & sic idem esset mouens, & motum indistinctum subiecto. 2.D.25.Q.Vn. §. *Ad primam rationem*. D. 12.

Angelus si esset creatus in puris naturalibus, non habens in voluntate virtutes morales, potest concedi, quòd possent generari in eo ex multis rectis electionibus: non quidem circa passiones in appetitu sensitiuo sibi inexistentes: nec etiam quæ infuerunt, vel inerunt, vel possunt inesse; sed solùm circa tales passiones in vniuersali ostensas per intellectum, qua ostensione posita, & dictato, quid esset eligendum, si possibile esset, eas haberi ab eis; voluntas eius, consona tali dictamini, ex multis electionibus, posset habere habitum moralem rectum. 3.D.33.Q.Vn. §. *Ad primum concedi*. I. 16.

Angelus applicans actiua passiuis.

Angelum bonum, & malum, possibile est, applicare aliqua actiua mixto, vt passo, per quæ resolueretur ab eo aqua elementaris; non enim negatur aquam artificialem esse aquam elementarem, quia ars ibi non concurrit producens terminum, sed vt adhibens actiuum passiuo. 4. D. 3. Q. 3. *Ad tertium principale*. G. 6.

Angelus quoad virtutem creatiuam.

Angelus nullus potest substantiam creare, nec accidens, quia accidens à creatura creari non potest, nec substantia materialis potest aliquid creare, nec forma materialis, nec materia, nec substantia immaterialis; & per consequens nulla creatura potest aliquid creare. 4.D.1.Q.1. §. *Ideo dici potest*. ℣. *Ex his concluditur*. Hh. 29.

Angelus si elicit actum beatificum, non elicit propter finem inferiorem vltimo: ita ergo posset gratia immediatè creati propter finem vltimum, & ab agente inferiori, [si nimirum alia ratio, quàm illa de fine vltimo, non obstaret.] 4. D 1, Q.1. §. *Ideo dici potest*. ℣. *Secunda etiam non valet*. Nn. 31.

Angelus quoad agere in distans.

Angelus etiam distans potest causare conceptum in Angelo distante. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad ista*. B. 16.

Angelus, cùm actio eius in terminum non dependeat à sua actione in medium, potest agere in terminum distantem, non agendo in medium. *ibidem*.

Angelos, non oportet, esse immediatos sibi localiter, ad hoc, vt superior intelligat inferiorem intuitiuè; & ideo dato, quòd distent localiter, superior intuitiuè cognoscit inferiorem. *ibidem*. ℣. *Secundo principaliter*. C. 19.

Angelus bene potest habere aliquem effectum, ordinatè deriuatum in passo secundùm partes passi, licèt ipse Angelus, vt agens, non habeat alicubi esse localiter. 4.D.10.Qu.9. §. *Hic dicitur*. ℣. *Ad tertiam de deriuari*. A. 4.

Angelus quoad agere in corpus.

Angelus si agat circa corpus realiter, transmutando illud realiter, sibi approximatur localiter, vel saltem habet localem existentiam; quia virtus eius non potest esse ad aliquem motum in corpore nisi præsupposito *vbi* illius corporis. 4. D. 10. Q.6. §. *Ad intellectum*. ℣. *Prima conclusio*. C. 3.

Angelus non potest mouere corpus in instanti. 4.D.43. Q.5. §. *De primo*. A. 3.

Angelus non potest formã substantialẽ mixti, seu corporeitatis inducere in materiam [collectam ministerio Angelorum quoad eius partes ante resurrectionem.] 4. D.43. Q.5. §. *De secundo*. B. 4.

Angelus quoad assumptionem corporis, & eius operationes in assumpto.

Angelos apparuisse in corpore humano assumpto, patet *Genes.* 18. de tribus Angelis apparentibus Abrahæ: & in libro Tobiæ de Raphaele, & in pluribus alijs locis Scripturæ. 2. D.8 Q Vn. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Angelum assumere corpus, hoc quidem non est informare corpus, nec etiam hypostaticè sibi vnire, sed tantùm esse intrinsecus motor corporis. 2. D.8. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. n. 2 & *Quodl.* Q. 9. §. *De tertio*. ℣. *Ad primum*. O. 20. *Additio*.

Angelus corpus assumit, idest ad se sumit, quia ad operationes proprias ibi explendas vtitur illo, sicut instrumento: nec dicitur ista assumptio fieri, quando corpus assumptum mouetur motu progressiuo, quia talis motus non congruit fini, propter quem assumit tale corpus. 2 D.8. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Nam tunc*. n. 2.

Angelus non assumit corpus cæleste, nec corpus elementare, in quibus appareat, quia in elementari non visibiliter appareret, nec corpus elementare est susceptiuum illorum accidentium, in quibus apparet. *ibidem*. ℣. *Secundo dico*. A. 2.

Angelus potest assumere corpora mixta iam à natura generata, sicut est cadauer mortui, vel lapis, vel aliquid tale. 2. D. 8.Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secundo dico*. A. 2.

Angelus quando assumit aliquod corpus, quod non videtur priùs causatum, vel formatum à causis naturalibus, sed quasi formari tunc, & subito, completa operatione, disparere, sicut fuit de Raphaele, & Samuele, tunc videtur probabile, quòd illud sit corpus mixtum propter accidentia, quæ apparent in corpore, sed non mixtum plena mixtione. *ibidem*.

Angelus si appareat in corpore hominis non priùs geniti per naturam, & illud corpus esset mixtum plena mixtione, non esset natum, vel aptum generari, nisi in matrice; nec potest dici, quòd Angelus subitò inducat illam formam in materiam, quia non potest naturalem formam inducere, sed tantùm elementa actiua, & passiua potest conuenienter simul adhibere, & corporibus cælestibus in situ conuenienti approximare, vt inducatur forma particularis, qualis nata est à talibus agentibus particularibus induci. 2. D. 8.Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secundo. dico*. B. 3. & *Ad secundum principale*. I. 5.

Angelus motum localem potest causare in corpore assumpto, & ita motum, qui videtur esse progressiuus; motum etiam, qui esset inspirationis, & respirationis; motionem palpebrarum, manuum, & similium. *ibidem*. ℣. *De tertio dico*. C. 4.

Angelus in assumpto corpore non potest in operationes naturales, quæ consistunt in *agere*, & *pati*, cuiusmodi sunt operationes sensuales. *ibidem*. ℣. *Sed operationum*. C. 4.

Angelus, assumpto corpore, potest semen humanum ab aliquo succumbendo recipere, & seruare illud in naturali qualitate conueniente suæ generationi naturali, quousque illud transfundat: & ipse nihil facit ibi, nisi quia primò recipit in corpore illo assumpto illud, quod postea mouet localiter in aliquam, cui est incubus: & si illud semen, antequam sit receptum in matrice, non amittat suam qualitatem naturalem, potest per ipsum fieri generatio, sicut si immediatè transfunderetur à primo decidente in eandem matricem: & hoc modo attribuitur, non quidem Angelo bono (quia absit; quòd talibus vilibus se immisceat;) sed Dæmoni generare, quia idem primò succubus, & postea incubus semen à decidente primum transfusum recipit, & deinde transfundit illud in matricem. 2. D.8. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed quantum*. G. 5.

Angelus non dicitur assumere Cœlum, quia ad nullam specialem assumptionem, vel formam, & maximè in qua Angelus intendat apparere visibiliter nobis ad se assumit Cœlum. 2. D.8.Q.Vn. §. *Ad primum principale*. I. 5.

Angelus, qui mouet Cœlum, perpetuò mouet; & ita non temporaliter assumit corpus cæleste; assumptio enim corporis ab Angelo apparente visibiliter nobis, appropriata est corpori, quod ad tempus mouetur, & mouetur propter aliquem effectum visibiliter apparitutum hominibus. *ibidem*. *Ad primum principale*. I. 5.

Angelo in corpore, vel etiam corpore assumpto, nullus actus vegetatiuæ, vel cognitiuæ competit propriè, sed tantùm actus potentiæ motiuæ; non quidem actus potentiæ motiuæ or-

Angelus quo ad assumptionem corporis, & eius operationes in assumpto.

uæ organicæ, qualis est potentia motiua animati, quia eius actus est actus compositi, sicut & actus cognitiuæ, sensitiuæ, & vegetatiuæ, sed potentiæ motiuæ superioris, qua Angelus potest corpus mouere de loco ad locum, quod non improportionabiliter excedit ipsius virtutem motiuam. 2. D.8. Q.Vn. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad tertium*. I.5.

Angelus quo ad intellectum.

Angeli intellectus non est potentialis ad actum primum, scilicet habitum intelligendi, qui sit res alia distincta à specie, sicut intellectus noster, licet non sit inconueniens, quod possit in se generare talem habitum, quia actus primus in intellectu est ille, qui præsupponitur actui secundo, qui est intellectio; habitus autem ille, qui est habilitas quædam ad intelligendum, & distinguitur à specie, non præcedit actum naturaliter, sed sequitur, propterea est posterior actu secundo, & ita non est actus primus: & propter hoc potentia ad istud non est potentia essentialis, imo quasi posterior potentia; quia potentia essentialis propriè est ad actum primum. 2. D. 3. Q.10. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✠. *Ad secundum*. I.18.

Angelus habet intellectum agentem, & possibilem, & consequenter potest habere notitiam à rebus. 2. D.3. Q. 11. §. *Contra ex eisdem*. A.4. & D.9. Q.2. *Ad tertium secundæ quæstionis*. O.30.

Angelus est superior homine in intellectualitate. *ibidem*.

Angelus habet intellectum possibilem, quia in omni, quod formam recipit, necesse est dare potentiam receptiuam ipsius formæ, etiam si recipiens non præcedat duratione receptionem formæ ipsius: Angelus autem recipit speciem aliam à se, ergo habet potentiam intellectualem receptiuam illius, dato, quòd non præcesserit duratione receptionem eius: & hinc sequitur, quòd in Angelis est intellectus possibilis. *ibidem*. ✠. *Item habet*. B.5.

Angeli intellectus cum obiecto potest causare perfectam cognitionem obiecti, ex quo cùm possibile sit Angelum recipere cognitionem à rebus, non est necesse, Deum causare istam cognitionem. 2. D.3. Q.11. §. *Contra ex eisdem*. ✠. *Ad argumentum*. C.6.

Angelus quo ad habitum intelligendi.

Angelus non cognoscit se per essentiam suam secundùm aliquos, sed per habitum scientialem, in quo intellectui suo repræsentatur essentia sua, sicut essentiæ aliorum; ita quòd si per se in nuda substantia sua per impossibile ponatur absque omni habitu scientiali, à nullo omnino immutaretur ad actum intelligendi, neque à sua essentia propria, neque ab alia. 2. D.3. Q.8. §. *Contra hæc*. ✠. *Ideo dicit*. A.5. *Additio*.

Angelus, si nihil possit intelligere, nisi per habitum repræsentantē omnia intelligibilia, vt volunt aliqui, sequeretur, quòd intellectus suus perfectus, ex toto ordine causarum naturalium non possit in actum intelligendi sibi proportionatum, quia ille habitus secundùm eius authores à solo Deo est; & ita omnes causæ naturales actiuæ, & passiuæ non possunt eum causare: consequens autem est absurdum, quia hoc potest intellectus imperfectior, vt humanus cum ordine causarum naturalium, vt cum phantasmatibus, & cum intellectu agente. 2. D.3. Q.8. §. *Contra istam opinionem*. A 6. *Additio*.

Angelus si non potest intelligere, nisi per habitum scientialem omnia repræsentantem, sequitur, quod non potest cognoscere existentiam rei, quia talis habitus, si ponatur indifferenter, se habet ad repræsentandum existentiam, & non existentiam, quia quidquid repræsentat, naturaliter repræsentat. *ibidem*. ✠. *Præterea, si Angelus*. A.7. *Additio*.

Angelus omnes quidditates cognoscit per habitum scientialem secundùm aliquos. 2. D.3. Q. 10. §. *Hic dicitur*. n.3. *Impugnatur ibidem*.

Angelus si in puris naturalibus crearetur sine aliquo habitu repræsentante omnia intelligibilia, (quod est possibile, quia nullam contradictionem includit, cùm ille habitus differat, sicut qualitas ab essentia Angeli,) ille Angelus non posset se cognoscere [posito scilicet, quòd sine tali habitu nihil posset intelligere, vt volunt eius authores,] & ita esset imperfectior in intellectualitate natura Angeli de se, quàm natura hominis; quia natura hominis quantumcunque nuda facta, habet vnde acquirat cognitionem intellectualem aliquorum obiectorum; Angelus autem non posset acquirere talem habitum, nec sine isto posset aliquid intelligere secundùm eos. 2. D.3. Q.10. §. *Ista opinio*. ✠. *Tertio contra hoc*. D. 13.

Angelus [posito, quòd sit summè determinatus ad actum intelligendi] non potest in se generare habitum ex actibus, habitum dico, qui sit alia res à specie, qui habitus non generatur in naturaliter inclinatis, siuè in summè determinatis ad vnum. 2. D.3. Q.10 §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✠. *Ad secundum dico*. I.18.

Angelus si caret habitu, qui sit habilitas quædam ad considerandum intelligibile, & intellectus erit capax [si scilicet non sit summè determinatus ad suum actum] tunc dico, quòd non est inconueniens, quod possit in se generare habitum, qui sit alia res à specie. *ibidem*.

Angelo repugnat perfectio habitus scientiæ supplens imperfectionem, sicut in nobis, quia non potest in eo esse imperfectio, quæ suppleatur per istam perfectionem. *ibidem*. ✠. *Per hoc patet*. L.19.

Angelo ad negandum habitum alium à specie, si alia ratiò non esset, nisi quòd species, quando est perfecta, sufficit ad perfectam intellectionem sine aliquo alio habitu à se: & in Angelo fortè necessariò sufficit sine aliquo habitu, quia habitus in eo, vel est impossibilis, vt distinguitur à specie; vel si est ibi possibilis, non sufficit sine specie: hoc solùm sufficit ad eum illi negandum tanquam principium necessarium ad actum intelligendi. 2. D.3. Q.10 §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✠. *Ad quartum dico*. L.19.

Angelus, secundùm aliquos, si non haberet habitum concreatum, nihil intelligeret, nec singulare, nec vniuersale, sed per habitum, qui repræsentat quidditatem, intelligit primò ipsum vniuersale, secundò singulare, quia singulare non addit, secundùm eos, super vniuersale in essendo, nisi duplicem negationem, & ideo etiam nec in cognoscendo; non tamen sicut nos, scilicet secundum lineam reflexam. 2. D.3. Q.11. §. *Alij dicunt*. C.8. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam viam*. C.9.

Angelus, secundùm aliquos, cognoscit singulare non primò, nec per aliquam rationem propriam, sed per vniuersale [scilicet habitum omnia repræsentantem] concreatum suo intellectui. 2. D.9. Q.2. §. *Circa istas quæstiones*. ✠. *Quantùm ad primum*. n.4. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra ista*. n.10.

Angelus per vnum habitum vniuersalem concreatum sibi non potest cognoscere singulare reuelatum. 2. D.9. Q.2. §. *Contra ista*. ✠. *Præterea quartò*. n.11.

Angelus quo ad species intelligibiles.

Angelus si potest habere rationem vnam cognoscendi infinita, siue non tot, quin plura, illud erit infinitum, quod est impossibile. 2. D.3. Q.10. §. *Ista opinio*. ✠. *Probo*. A.7.

Angelus inferior licèt per plures rationes cognoscendi cognoscat plures quidditates: superior tamen (secundùm aliquos) potest per aliquam vnam rationem [scilicet speciem] cognoscere; & ideo non oportet ponere, (secundùm eos,) in Angelo proprias rationes respectu quidditatum creaturarum singularum. 2. Dist. 3. Quæst. 10. §. *Alia opinio*. n.6. *Impugnatur ibidem*. §. *Ista opinio*. n.7.

Angelum cognoscere alias omnes quidditates à se per vnam speciem (vt volunt aliqui) coincidit cum opinione aliorum de cognitione earumdem per vnum habitum scientialem, in hoc; quia sicut hæc ponit quòd infinitæ quidditates possunt cognosci per illum vnum habitum, quantum est ex se; ita illa habet ponere quòd in tali aliquo vno Angelo erit aliqua ratio vna repræsentandi non tot quidditates, quin plures. *ibidem*. §. *Ista opinio*. n.7.

Angelus ad cognoscendas distinctas quidditates habet distinctas rationes cognoscendi alias, ab essentia cognitæ repræsentantes eas, quæ rationes propriè, & verè dicuntur

Angelus quo ad ſpecies intelligibiles.

tur ſpecies intelligibiles : & ſi abaliquibus dicantur habitus, per hoc exprimuntut accidentaliter, vt pet accidens ſpeciei, & in vniuerſali. 2. D.3. Q.10. *ſ. Ad quæſtionem igitur*. F.15.

Angelus habet tationem cognoſcendi aliam ab eſſentia ſua reſpectu aliarum quidditatum à ſe. *ibidem*. F.16.

Angelus cognoſcit per aliquid quidditates alias a ſe, pet quod illas quidditates cognoſceret, etiamſi illæ quidditates non eſſent in ſe exiſtentes: hoc enim perfectionis eſt in intellectu noſtro, quòd habemus cognitionem actualem de re ipſa non exiſteote, igitur multò magis conuenit intellectui Angelico. *ibidem*. G.16.

Angelus quamlibet quidditatem à ſe, & ſuam, & ſe ipſum poteſt cognoſcere per eſſentiam, quando cognoſcit cognitione intuitiua; ſcilicet ſub ratione, qua præſens eſt in exiſtentia actuali: & poteſt cognoſcere per ſpeciem, quando cognoſcit eam cognitione abſtractiua. 2. D.3.Q. 10. *ſ. Ad quæſtionem igitur*. G.16.

Angelus recipit ſpeciem aliam à ſe, & ideo habet potentiam receptiuam intellectualem illius, dato, quod non præceſſerit duratione receptionem eius; & proinde in Angelo eſt intellectus poſſibilis. 2. D. 3. Q.11. §. *Contra ex eiſdem*. ℣. *Item habet*. B.5.

Angelus, poſito, quòd ſpecies omnium receperit ab inſtanti ſuæ creationis, & non poſſit non eſſe in actu, cùm ſit præuentus ab agente ſuperioti; tamen eſt perfectionis naturalis ſuæ, quòd habeat potentiam, qua poſſit in operationem ſuam, ſi oon eſſet præuentus à ſuperiori agente. 2.D.3.Q.11. *ſ. Contra ex eiſdem*. ℣. *Conſimiliter etiam*. B.5.

Angeli ſpecies vniuerſales poſſent accipere à rebus, ſi non eſſent ſibi concreatæ: habent enim intellectum agentem, & poſſibilem, & vtrumque perſectiorem habet quàm habemus nos, ſicut etiam eſt perfectioris naturæ. 2. D.3.Q.11. *ſ. Reſpondeo ergo ad quæſtionem*. ℣. *Quartò dico*. G.12.

Angelus poteſt accipere ſpecies à ſenſibili, quia ſenſibile æquæ repræſentat vniuerſale, ſicut imaginabile. *ibidem*.

Angelum poſſe accipere ſpecies vniuerſales à rebus ſenſibilibus, ſi nulla eſſet alia ratio, adhuc ſufficeret hoc concedere pet hoc, quod non oportet remouere ab aliqua natura nobiliori, quod poſſit recipere perfectionem ſuam, ſi non habet eam, ergo nec ab Aogelo, cùm hoc poſſit ſenſitiua. *ibidem*.

Angelus non denudatur à ſpeciebus omnibus vniuerſalibus, imo eſt plenus formis. 2. D.3.Q.11. *Ad primum principale*. G.13. *Et in primo principali*. n.1.

Angelus, dato etiam, quòd tàm ſpecies ſingularium, quàm quidditatum communicauerit Deus intellectui Angeli, adhuc non poteſt habere omoem cognitionem ſibi poſſibilem per eas, quia non intuitiuam, iſta enim non poteſt haberi per ſpeciem obiecti, quæ manere poteſt, obiecto abſente. 2. D. 9. Q. 2. *Ad tertium principale ſecundæ quæſtionis*. ℣. *Dato etiam*. N. 29.

Angelum nihil cognoſcere, niſi per ſpeciem inoatam, negandum eſt. *ibidem*.

Angelus, dato, quod oon indigeret abſtrahete aliquas ſpecies, ſed haberet omnes tales concreatas, non minus haberet potentiam abſtrahendi. *ibidem*. ℣. *Cùm etiam improbatur*. O.30.

Angelus haber vnde cum aliis cauſis naturalibus cooperantibus poſſit acquirere omnium rerum cognitionem: & ideo, dato, quòd ſibi non eſſent concreatæ ſpecies, poſſet cuiuſque obiecti, ex naturali virtute intellectus, & obiecti, habere intellectionem; nam actione intellectus, & obiecti, vt cauſarum partialium, poteſt habere ſpeciem quidditatis cuiuſcunque obiecti, & poſtea vti illa ſpecie ad cognitionem abſtractiuam. 2.D. 9. Q.2. *Ad tertium principale ſecundæ quæſtionis*. ℣. *Ad quartam dico*. P. 31.

Angelus ſuperior poteſt habere de inferiori cognitionem per ſpeciem, & per eſſeotiam; & conſequenter Angelus inferior poteſt habere de ſe cognitionem, etiam pet ſpeciem. 2. D. 3. Q. 10. *ſ. Ad quæſtionem igitur*. G.16.

Angeli ſuperiores, inquit Dioniſius cap. 17. Angel. Hierarch. *habent vniuerſaliorem ſcientiam, quàm inferiores*: vnde inferr S. Thomas, quòd Angelus ſuperiot poteſt cognoſcere plura obiecta per aliquam rationem. 2. D. 3. Q.10. *ſ. Alia opinio*. n.6. Sed ſoluitur per aliam tranſlationem, quæ adducit *totalem &c.* Quære Lincon. qui exponit vniuerſalitatem ſpeciei, ideſt, ſcientiæ per totalitatem: iſta autem totalitas eſt perfectionis, vt limpiditatis, & intenſionis; non autem, quòd vna ratio ſit vni ratio cognoſcendi plura, quàm alij, quia hoc eſt æquale in omni intellectu finito, quia quælibet reſpectu plurium cognoſcendorum requirit proprias rationes. 2. D.3. Q. 10. §. *Ad argumenta alterius opinionis*. L. 21.

Angelus non poteſt ſimul plures intellectiones habere; & ideo ſi Deus immediatè in eius intellectu cauſaret intellectionem; vel illa intellectio ſemper ineſſet ſibi realiter; & per conſequens non intelligeret aliud: vel oporteret, quòd Deus de nouo cauſaret iſtam, poſtquam Angelus intellexit aliud, & vtrumque eſt inconueniens: melius igitur ponitur ſpecies cauſari, vt ſit habitus, & cognitio per ſpeciem, & ſic poteſt reducere ad actum, quando placet. 2 D. 3. Q. 9. §. *Dico igitur*. ℣. *ſi obijcitur*. H. 11. *Additio, quæ deeſt in æditione recentiori*.

Angelus quo ad intellectionem.

Angeli eſſentia cùm ſit vnita intellectui ſuo, poteſt eſſe principium adæquatum intellectionis eius, quæ eſt operatio immanens, ſecundùm aliquos. 2. D. 3. Q. 8. §. *Hic dicitur*. n. 3. *Impugnatur ibidem*. *ſ. Contra hæc*. num. 4.

Angeli in poteſtate ſicut eſt, quantùm ad primam intellectionem vti hac ſpecie in memoria, vel illa ad illam intellectionem actualem iſtius, vel illius, ita, ſi haberet plures intelligentias, eſſet in poteſtate eius, quòd notitia gigneretur in iſta intelligentia, vel in illa. 2. D. 9. Q. 2. §. *De ſecundo declarando*. I.24.

Angeli eſſentia non eſt ſibi primum obiectum, & prima ratio intelligendi quodcunque, quod poteſt intelligi ab ipſo: tum quia, aliquod ens infinitum eſt intelligibile ab iſto intellectu, & nullum finitum poteſt eſſe prima ratio intelligendi infinitum obiectum perfectè: tum quia, nihil poteſt eſſe ratio cognoſcendi plura alterius rationis, niſi eminenter contineat in ſe omnia illa ſecundùm cognoſcibilitatem, & per conſequens ſecundùm entitatem, & nihil poteſt eſſe principium cognoſcendi infinita diſparata, ſi eſſent, niſi eminenter contineat in ſe illa: & propterea eſſentia Angeli cùm ſit finita, non poteſt eſſe ratio cognoſcendi infinita omnia. 4 D. 1. Q.1. §. *Secunda propoſitio*. ℣. *Tertio probatur*. Y. 23.

Angeli eſſeotia in intellectione ſui eſt primum obiectum, & prima ratio intelligendi: & ſi non ſit ſimiliter in intellectione cuiuſcunque alterius, dabis plura prima obiecta, & per conſequens oporter concedere plures intellectiones, vel oporter ponere, quòd eſſentia eius ſit primum obiectum, & formalis ratio intelligendi quodcunque, quod poteſt intelligi ab ipſo, quod eſt falſum. 4. D.1 Q.1. §. *Secunda propoſitio*. ℣. *Tertiò probatur*. X.23.

Angeli ſuppoſita tam intellectionis, quàm intellectus eiuſdem, & eſſentiæ finitate, ſequitur, quòd in eo poteſt eſſe aliud, & aliud *intelligere* realiter, & non niſi vna ſubſtantia, & per conſequens non eſt idem ſuæ eſſentiæ, & ideo eſt accidens. *ibidem*.

Angelus, ſecundùm aliquos, naturaliter habet principia cognoſcendi omnes ſpecies entium. 4. D. 10. Q.8. §. *Reſpondeo*. ℣. *Contra rationem*. G.9.

Angelus poteſt habere cognitionem tam abſtractiuam, quàm intuitiuam de ſingulari ſecuodùm rationem propriam. 2. D. 9. Q. 2. *Ad tertium principale ſecundæ quæſtionis*. ℣. *Ad vltimum*. S.34.

Angelus non ſemper habet omnem intellectionem, quam poteſt habere, quia cùm poſſit intelligere quodcunque intelligibile; vel haberet vnicam, quæ eſt ſimul omnium intelligibilium; vel haberet tot diſtinctas, quot correſpõderent omnibus intelligibilibus; quorum vtrumque videtur eſſe impoſſibile, quia primum poneret nimiam

Angelus quoad intellectionem.

miam perfectionem illius intellectionis ; imo videtur ; quòd infinitam , quia nec intellectio Diuina excederet eam quantùm ad multitudinem obiectorum : secundum videtur ponere nimiam perfectionem intellectus, quia ita distinctè cognosceret omnia per distinctos actus simul, sicut vnum obiectum per vnum actum; vnde sequitur, quòd cùm possit quodcumque intelligibile intelligere , quòd possit habere aliquam intellectionem nouam ; & consequenter videtur sibi attribuendum quicquid perfectius est in intellectu potente habere aliquam nouam intellectionem . *Quodl.* Q. 15. §. *De primo* . ℣. *Secundum scilicet* . B. 3.

Angelus habet aliquam intellectionem , seu cognitionem , quam non recipit à rebus, vt est cognitio vniuersalium, in qua differt ab anima; & aliquam in qua conuenit cum anima, vt istam, quam accipit à rebus : & sic Angelus tenet medium modum intelligendi inter Deum , & animam , secundum modum arguendi Philosophi, 1. *Poster. Tex.* 8. 11. 53. 82. & Richardi 1. *Trinit.* 2. D. 3. Q. 11. *Ad quartum principale* . I. 13

Angelus cognoscit singulare per similitudinem singularis; esse enim, quod cognoscitur, cognoscitur per similitudinem ipsius . 2. D. 3. Q. 11. *In argumento in oppositum* . n. 1.

Angelus habuit primum actum intelligendi, & volendi à se , sicut secundum, licèt voluntatem habuit à Deo ; ad actum enim volendi non requiritur nisi voluntas , & intellectus præuius ostendens obiectum. *Quodl.* Q. 21. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Sed credo* . L. 13.

Angelus quo ad discursum.

Angeli licèt sine discursu statim haberent beatitudinem naturalem; non tamen oportet, quòd statim habeant, habita gratia gratum faciente, supernaturalem , quia diceretur , quòd est quædam dispositio in fieri tantum , non in facto esse remanens requisita ad beatitudinem supernaturalem ; & huiusmodi dispositio est actus meritorius respectu beatitudinis simpliciter ; ideo non simul insunt Angelo : in naturali autem beatitudine non est huiusmodi dispositio requisita . 2. D. 5. Q. 2. *Ad secundum principale.* ℣. *Et ad auctoritatem* . P. 17.

Angelum assequi omnem suam perfectionem naturalem sine discursu, potest negari ; non est enim necesse, quòd simul cognoscat principium , & omnes conclusiones virtualiter contentas in principio, licèt non ponat annum, vel diem , vel non tantùm , sicut intellectus noster pro statu isto . 2. D. 5. Q. 2. *Ad secundum principale* . ℣. *Ad rationem factam.* P. 18.

Angelus esto non discurrat , si vnus actus meritorius sufficeit in vno tantùm instanti ad hoc , quòd Angelus consequatur suam beatitudinem supernaturalem; quare ergo Angeli mali non habuerunt beatitudinem , ex quo omnes in illo primo instanti eliciebant vnum actum meritorium , secundùm ponentes Angelorum duas tantùm fuisse moras, scilicet, viæ, & termini, *ibidem* . ℣. *Vel esto* . P. 18.

Angelus, & si intelligat sine discursu, (vt volunt aliqui) quòd homo (secundùm eosdem) intelligit per discursum; tamen intellectus hominis non mobiliter adhæret illi , ad quod discurrit ; ita enim certitudinaliter, hoc est, non dubitando, tenet conclusionem, ad quam discurrit, sicut Angelus tenet eam, videndo eam in principio sine discursu . 2. D. 7. Q. Vn. §. *Contra conclusionem* . ℣. *Præterea , differentia*. C. 8.

Angelus quo ad recordari.

Angeli , quia non omnes intellectiones habent perpetuas, possunt absoluiè recordari ; fatuum est enim dicere , quòd Lucifer non recordatur , se peccasse, nec boni Angeli recordantur tales actus intelligibiles se habuisse , Vel etiam aliquos exteriores circa corpus . 4 D. 45. Q. 3. *Ad primum principale* . O. 21.

Angelus quo ad cognitionem sui.

Angelus , non potest dici , non posse intelligere essentiam suam, nisi vt relucet in habitu, ex hoc, quòd obiectum non sit intelligibile, nisi sit relucens in habitu : hoc, inquam, non potest dici , quia tunc Deus non posset illam cognoscere, nisi per habitum, vel nisi in habitu , quia non potest cognoscere aliquid , nisi sit intelligibile : nec potest dici hoc , ex eo , quòd huic intellectui essentia non est aliter intelligibilis, quia huic intellectui , nempe Angelico , est summè proportionata, & non est obiectum magis adæquatum , & proportionatum alicui intellectui , quàm suo : nec potest dici idem ex hoc, quia requiritur præsentia per informationem, quia non requiritur præsentia per informationem ad hoc, vt aliquod intelligibile sit præsens intellectui, quia tunc Deus non cognosceret essentiam suam . 2. D. 3. Q. 8. §. *Contra istam opinionem* . ℣. *Præterea, si non potest*. A. 6. *Additio* .

Angeli essentia est immaterialis secundum se , quare si eadem est ratio immaterialitatis, & intelligibilitatis (vt dicent tenentes Angelum cognoscere essentiam suam in habitu) sequitur , quòd secundùm se est intelligibilis . *ibidem* . ℣. *Præterea , secundùm sic opinantem* . A. 7. *Additio* .

Angelus potest intelligere se per essentiam suam, ita quòd essentia sua sit ratio cognoscendi sine aliquo repræsentante præcedente actum naturaliter. 2. D. 3. Q. 8. §. *Ad quæstionem* . C. 8.

Angeli essentia est de se in actu primo correspondente obiecto, quia de se est actu intelligibilis, & etiam de se est vnita intellectui , sicut obiectum in coniunctione vtriusque causæ partialis ; & ita potest immediatè cum alia causa partiali vnita habere actum perfectum intellectionis respectu suæ essentiæ . *ibidem* . ℣. *Ex hoc arguitur sic* . C. 8.

Angeli essentia, vt in se, est præsens intellectui suo , quæ quidem essentia est simpliciter tale , scilicet actu intelligibilis in se, qualia ipsa est secundum *quid* in specie intelligibili ; vnde si in specie intelligibili , vbi habet esse tale secundùm *quid* , potest causare intellectionem ; multò magis hoc potest , vt est in se secundum esse simpliciter , & absolutum . *ibidem* ,

Angelus intelligit se ipsum immediatè per essentiam suam nulla interueniente specie intelligibili ; anima autem intellectiua non sic pro statu isto, quia licèt causa, quæ est ex parte Angeli sufficiens ad hoc , quòd essentia Angeli sit ratio sufficiens intelligendi se ipsam , etiam ipsa talis sit ex parte animæ, tamen in anima sunt impedimenta, in Angelo non ; non enim intellectus Angeli habet talem ordinem ad imaginabilia , sicut habet intellectus noster pro statu isto. 2. D. 3. Q. 8. *Ad primum principale.* ℣. *Ad formam argumenti* . I. 14.

Angelum intelligere se per speciem , & per essentiam , sicut quæcunque alia à se, simul stant; & hoc naturaliter, excepta essentia Diuina . 2. D 3. Q. 10. *Ad vltimum principale* . I. 18.

Angelus inferior cognoscit se intuitiuè per essentiam, & consequenter superior cognoscit inferiorem illum per essentiam suam intuitiuè. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quæstionem istam* . ℣. *Secundò principaliter* . C. 19.

Angelus habet actum cognitionis de se existente, vt existens, & præsens est ; non tantùm enim intelligit Michael se eo modo, quo intelligeret Gabrielem , si Gabriel annihilaretur, intellectione scilicet abstractiua, sed intelligit se, vt existentē & vt existentē eundem sibi, sic etiam suam intellectionē, intelligit si reflectatur super eam, non solùm considerando intellectionem , sicut quoddam obiectum abstractum ab existentia, & non existentia, quia sic intelligit intellectionem alterius Angeli, si nulla intellectio eius esset; sed intelligit se intelligere , hoc est , intellectionem sibi existentem . *Quodl.* Q. 6. §. *Et statim* . ℣. *Secundò arguitur* . H. 8.

Angelus viator quo ad cognitionem essentiæ Diuinæ.

Angelos, non cognoscere essentiā Diuinā naturaliter distinctè , neque eam cognoscere naturaliter per speciem aliquam, aut superiorem, dicunt aliqui ; sed Angelum eam cognoscere per essentiam suam propriam concedunt, quia ipsa essentia Angeli est imago Dei, & similitudo : vnumquodque autem cognoscitur per suam similitudinem ; & ideo Angelus per essentiam suam cognoscit essentiam Diuinam, est enim Angelica natura speculum quoddam Diuinam similitudinem repræsentans &c. 2. D. 3. Qu. 9. §. Hic

Angelus viator quo ad cognitionem essentiæ Diuinæ.

§. Hic concordant. n.2. 3. *Impugnatur ibidem, &c.*

Angelus, si per speciem creatam, ex hoc, quòd sit finita, non posset distinctè cognoscere essentiam Diuinam, nec consequenter per vllum repræsentatiuum creatum cognoscit naturaliter essentiam illam; & per ipsam essentiam non cognoscit secundum sic asserentem, quia nulla creatura potest naturaliter videre illam essentiam: Ex quo etiam videtur sequi Angelum nullam notitiam naturalem distinctam, vel confusam potuisse habere de illa essentia. 2. D.3. Q.9. §. *Contra primum.* n.4.

Angeli essentia tantùm potest poni imago essentiæ Diuinæ, vt species cognita, & ratio cognoscendi per discursum, non vt ratio cognoscendi, quatenus non cognita, & immediatè sine discursu; & ideò Angelus per essentiam suam, vt per imaginem non potest cognoscere essentiam Diuinam, nisi per discursum, quod est inconueniens apud ponentes Angelum per suam essentiam, vt per imaginem, cognoscere essentiam Diuinam, quia, secundùm eos, Angelicus intellectus non discurrit. 2. Dist.3. Quæst.9. §. *Contra secundum.* n.5.

Angelus, si per essentiam suam, vt cognitam, habet notitiam de essentia Diuina, & consequenter per discursum, debebit habere conceptum simplicem de essentia Diuina, & tunc illius quærenda est ratio alia prior. *ibidem.* ℣. *Præterea, omnis.* n 5.

Angeli essentia non includit virtualiter essentiam Diuinam sub ratione vlla distincta; & ideo non est ratio cognoscendi eam distinctè sub aliqua ratione. *ibidem.*

Angelus licèt, secundùm communiter loquentes, non posset habere ex puris naturalibus cognitionem Dei intuitiuam; tamen non videtur negandum, quin possit naturaliter habere cognitionem eius abstractiuam; hoc modo intelligendo, quòd species aliqua distinctè repræsentet istam essentiam, licèt non repræsentet eam, vt in se præsentialiter existentem. 2. D.3. Q.9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Hac distinctione.* D.7.

Angelus aliquo modo naturaliter cognoscit quicquid virtute speciei impressæ distinctè repræsentantis essentiam Diuinam cognoscit, & aliquo modo non naturaliter; naturaliter inquantùm ista non est principium gratuiti actus, nec gloriosi; non naturaliter autem, inquantùm ad istam non posset pertingere ex naturalibus, neque aliqua actione naturali. *ibidem.*

Angeli intellectui (de quo non habemus certam regulam) non possumus attribuere omnem perfectionem, quæ est in intellectu simpliciter, neque tantam imperfectionem, quantam experimur in intellectu nostro, quia rationabile est illi attribuere omnem perfectionem, quia conuenit intellectui creato, & nulla repugnantia occurrit, quòd intellectus creatus habeat talem cognitionem per speciem distinctè repræsentantem essentiam Diuinam, dum tamen non intuitiuè; ideò hoc videtur rationabile concedere. 2. D.3. Q.9. §. *Dico igitur.* H.11.

Angelus si nullam notitiam haberet essentiæ Diuinæ, frustra esset illi datum illud præceptum *Exod.20. & Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c.* Frustra enim præcipitur illius dilectio, quod omnino ignoratur: Si autem haberet notitiam confusam istius essentiæ, tunc videtur intellectus iste esse possibilis, sicut noster, qui potest procedere à confuso ad distinctum, quod videtur inconueniens. 2. Dist.3. Quæst.9. *In argumento ad oppositum.* n.1.

Angelus beatus videns speciem distinctè repræsentantem essentiam Diuinam in intellectu Angeli beati, non videt per eam supernaturalia, si teneatur, quòd Angelus beatus non videt per istam speciem: Si autem ponatur, quòd ista sit ratio ipsi intellectui, vt in quo, videndi Trinitatem, potest concedi, quòd etiam alij videndi sit ratio, quia etiam, & alius habet in se similem speciem videndi: & tunc oportet dicere, quòd visio est naturalis vno modo, & non alio modo. 2. D.3. Q.9. §. *Dico igitur.* ℣. *Ad vltimum.* O.16.

Angelus quo ad cognitionem creaturarum in verbo.

Angelus priùs naturaliter nouit creaturam in Verbo, secundò in proprio genere: & non stando ibi, redijt in Verbum laudans ipsum ex opere suo, & in illo iterum vidit rationem sequentis creaturæ naturaliter, ita quòd, quando Deus dixit, *fiat lux*, vidit Angelus se in Verbo Æterno, cùm facta est lux; & cùm factum est *vesperè*, vidit se in genere proprio; & cùm factum est *vesperè, & manè dies vnus*, ex se exurrexit in laudem Dei, in quo vidit secundam creaturam; ita quòd ista visio erat terminus præcedentis diei, in quantùm ex cognitione creaturæ primæ in Verbo surrexit in cognitionem Verbi) imo requies omnium creaturarum in primo artifice, & opifice: ita distinguit Augustinus singulos dies vsque ad diem septimum, cui erat manè vltimæ creaturæ in Verbo, & non sequebatur vesperè; & erat principium sequentis diei, in quantùm vidit illam creaturam in genere proprio. 2. D.3. Q.9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Tertiò persuadetur.* F.9.

Angelorum cognitionem rerum in Verbo, licèt Augustinus posuerit cognitionem beatificam, sicut apparet 4. *super Genes. in principio cap.22.* potest tamen probari (ex dictis eius) quòd hæc cognitio, quæ vocatur communissimè cognitio matutina, sit naturalis, & non præcisè beatifica. *ibidem.* ℣. *Et licèt.* & ℣. *Potest tamen.* F.9.

Angeli, quando res omnes simul productæ erant ab ijs in Verbo cognitæ cognitione communiter vocata matutina, erant in statu innocentiæ, & non beati, quia aliqua morula fuit inter creationem, & lapsum eorum; & proinde erat aliqua cognitio Angelorum matutina, scilicet creaturarum in Verbo existentium in naturalibus, aut saltem non beatorum. *ibidem.* ℣. *Potest tamen.* F. 10.

Angelus quo ad cognitionem rerum in proprio genere.

Angelus, secundùm vnam opinionem, non accipit cognitionem à rebus, nec proficit in accipiendo, vel recipiendo cognitionem ab eis. 2. D.3. Q.11. §. *Vna opinio dicit.* n. 2. *Impugnatur ibidem.* §. *Contra eisdem.* A.4.

Angelus non habet obiectum in se cuiuscunque corporis, vel rei corporalis; & proinde dependet ab eo in intellectione, vnde non sequitur, Angelus non dependet à corpore, sicut anima, vt actus corporis, ergo non dependet à corpore, vt ab obiecto: anima autem dependet à corpore, vt actus eius: & si enim concludat modus essendi animæ in corpore, quod recipiat à corpore, non tamen incorporeitas Angeli concludit, quòd non recipiat, nisi concederes, quod Angelus esset infinitus, sicut quidam Deus, habens in se omnium singularium rationes. 2. D.3. Q.11. §. *Contra ex eisdem.* ℣. *Ex tertia ratione.* C.6.

Angelus est sine corpore, quòd sit pars eius, vel organum eius in operando: & sic ex hoc concluditur, quòd non dependet à corpore, vel à parte, vel ab organo eius, mediante quo operetur; sed non sequitur, quòd non dependet à corpore, sicut ab obiecto. 2. D. 9. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis.* ℣. *Ad secundam si arguitur.* O. 30.

Angelus potest proficere in cognitione rerum, & hoc accipiendo notitiam aliquam actualem à rebus. 2. D.3. Q.11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem.* E. 11.

Angelus potest cognoscere hoc singulare, vt hoc, quia hæc cognitio non est improportionata, nec repugnat intellectui creato: nec potest cognoscere singulare, vt hoc, sub ratione vniuersali. *ibidem.* ℣. *Prima notitia.* E.11.

Angelus, si cognoscat singulare hoc, vt hoc, est per propriam speciem. *ibidem.*

Angelus, si haberet notitiam singularis, vt singulare est, non acceptam à rebus, adhuc necessariò habetur accipere notitiam existentiæ actualis, rei, vel non existentiæ; & etiam accidentium notitiam, quæ requiruntur ad existentiam, vel non existentiam à rebus. 2. D.3. Q.11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem.* ℣. *Præterea secundò dico.* E.11.

Angelus, si habet rationes terminorum complexionis contingentis sibi concreatas, & istæ rationes, istorum scilicet terminorum, *me sedere cras*, repræsentant determinatè hanc veritatem, *me sedere cras*; tunc impossibile est per ipsos terminos ipsum habere notitiam, quod hoc sit contingens;

Angelus quo ad cognitionem rerum in proprio genere.

gens; si vero indeterminatè repræsentant istam veritatem, nunquam per hos terminos habebit, quòd determinatè sedeam; vnde oportet, quòd aliunde accipiat notitiam huius. *ibidem.* ℣. *Confirmatur.* E. 11.

Angelus quantumcunque haberet concreatam sibi notitiam singularis, & notitiam existentiæ contingentis; tamen cognitionem intuitiuam singularium necessariò recipit à rebus. *ibidem.* ℣. *Tertio dico.* F. 12.

Angelus necessariò cognitionem intuitiuam accipit à re ipsa singulari, si habet eam, vel ad hoc, vt possit eam habere. 2.D.3.Q.11.§. *Respondeo ergo ad quæstionem.* ℣. *Item impossibile.* F. 12.

Angeli nouerunt omnia in genere proprio, ergo multò magis anima Christi. 3.D.14.Q.3. *In secundo argumento ad oppositum.* n. 1.

Angelus naturaliter videret futura contingentia, si ideo Deus ea videret, quia æternitas toti tempori simul coexisteret; nam (secundùm opinantes futura coexistere æternitati) etiam æuum Angeli est omnino simplex coexistens toti tempori. 1.D.39.Q.1.2.3.&c.§. *Contra istud.* ℣. *Præterea isti ponunt.* B. 10.

Angelorum locutio, & auditio inter se.

Angelus loquens alteri Angelo, secundùm aliquos, cognoscit singulare quatenus intellectus eius apprehendit formam per rationem vniuersalis à suo habitu: & posito vniuersali in suo singulari, cui accidentaliter est coniuncta ratio vniuersalis, & quòd solam negationem addit vniuersali, cognoscit eadem cognitione, quia cognoscit vniuersale non designatum, iam in singulari designatum; cognoscit, inquam, eadem cognitione, addita ei sola negatione, & sic cognoscit primò vniuersale, & secundariò, & per accidens singulare. 2.D.9.Q.2.§. *Circa istas.* ℣. *Quantum ad istum.* n. 6. *Impugnatur ibidem.* §. *Contra secundum articulum.* n. 12.

Angelus vnus cùm videt aliquod obiectum in habitu, obiectum illud non potest latere alium Angelum naturaliter cognoscentem talem habitum in intellectu primi, in quo est talis habitus, si habitus sit ratio naturaliter cognoscendi illa obiecta, scilicet talia obiecta, vt ponunt illius auctores, sicut ijdem ipsi improbant speciem in beatitudine per hoc, quòd vnus Beatus videret eam naturaliter in intellectu alterius Beati; & per consequens videret naturaliter obiectum illud, quod repræsentat illa species: ita hic. 2. D. 9.Q.2.§. *Contra secundum articulum.* n. 12.

Angelum loqui alteri Angelo, & alium ipsum audire, sic explicant aliqui, quòd sicut signata singularia à nobis cognita, nos alteri loquendo exprimere non possumus, nisi exprimendo singularia vaga cum quibuscunque proprietatibus, & accidentibus designantur, sic nec potest vnus Angelus sub eadem signatione, sub qua ei reuelatum est, alteri loquendo, manifestare; sed format alteri conceptum nouum realiter alium de singulari vago, quem quidem conceptum alius intellectus Angelicus videt in intellectu ipsius Angeli, quasi legens in libro, quo immutatur intellectus Angeli videntis ad percipiendum illud; non tamen vt est aliquid in se, sed vt est aliquid latens, sicut est in sermone nostro: Vnde & Angelus format similem conceptum vagum in suo intellectu de illo particulari sub ratione vniuersalis, & per hoc illud dicitur audire, quia in Angelo videre, & audire non differunt: Et quia ille secundus conceptus non ordinatur, nisi ad videndum conceptum occultum mentis, ideo non dicitur propriè intelligere, sed loqui, licèt *intelligere* in se sit quoddam *loqui*. 2. D. 9. Q. 2. §. *De tertio dicitur.* n. 8. *Impugnatur ibidem.* §. *Contra tertium.* n. 13.

Angelus, si loquitur alteri Angelo per hoc, quòd per singulare vagum notificaret determinatum, sequeretur, quòd in intellectu loquentis essent duo conceptus de eodem, vnus vagus signans, alius signatus determinatus; tunc enim est determinatus signatus, quando est ratio gignendi illum vagum signantem. 2.D.9.Q.2.§. *Contra tertium.* n. 13.

Angelus est sufficiens causa in actu primo ad causandum, etiam vt causa totalis, intellectionem in intellectu disposito non impedito, vt in intellectu alterius Angeli. 2.D. 11. Q. Vn. §. *Ad quæstionem.* ℣. *De primo dico.* n. 4.

Angelus cùm possit immediatè facere conceptum distinctum singularis sibi distinctè notum in intellectu alterius, frustra ponitur ab aliquibus facere in eodem intellectu conceptum vagum indeterminatum. 2.D.9.Q.2.§. *Contra tertium.* ℣. *Præterea, superfluum.* n. 13.

Angelus loquitur Angelo, causando in eo conceptum immediatè illius obiecti, de quo loquitur. 2.D.9.Q.2.§. *Ad quæstionem.* n. 15.

Angelus potest immediatè causare in intellectu alterius Angeli conceptum illius rei, de qua loquitur. *ibidem.*

Angelus habens notitiam habitualem alicuius obiecti, quod sit A, est sufficienter in actu primo causandum intellectionem actualem illius A; & consequenter potest illum effectum causare in quocunque intellectu receptiuo illius effectus, cuiusmodi est intellectus alterius Angeli non concipientis A: ergo in illo intellectu potest Angelus talis causare talem conceptum. *ibidem.* ℣. *Probatio minoris.* num. 15.

Angelus in se habet actum primum cognoscendi A, & speciem, & quæcunque ponuntur necessaria ad cognitionem, & per consequens per illud, quod habet, potest facere intellectum suum in actu secundo, causando in se intellectionem A, sicut effectum; sequitur igitur, quòd intellectu alterius passiuo, qui est eiusdem rationis cum intellectu suo, potest hoc causare. 2.D.9.Q.2.§. *Ad quæstionem.* ℣. *Probatio minoris.* n. 15.

Angelus loquens alteri Angelo non habet formam aliquam virtualiter, nec formaliter actiuam actionis in medium prioris ad illam, quæ est locutio. 2. D.9 Q.2.§. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad ista.* B. 16.

Angelus superior agit intuitiuè in Angelo inferiori cognitionem intuitiuam, licèt isti Angeli non sint immediati sibi localiter: ista autem cognitio non est per aliquam speciem, vel habitum, qui posset esse de re non existente: & tamen illa existentia cognita, nihil eiusdem rationis, vel alterius rationis, gignit in medio, quia non est capax intellectionis, nec speciei merè intelligibilis. 2. D.9.Q.2.§. *Ad quæstionem.* ℣. *Secundò principaliter.* D. 19.

Angelum nihil cognoscere nisi per speciem innatam, & proinde habere concreatas species omnium ab eo intelligibilium, si daretur, adhuc posset esse locutio in Angelis de complexis, quorum incomplexorum habet species innatas, quia illæ species non essent causæ sufficientes cognoscendi complexionem vnionis contingentis de illis extremis; quia talis contingens non cognoscitur esse vera ex terminis. 2.D.9.Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis.* ℣. *Dato etiam.* N. 29.

Angelus loquens potest causare in intellectu audientis actū tantum, ita quòd non speciem: & potest causare simul actum, & speciem: & potest causare tantùm speciem. 2.D.9. Q.2.§. *Ad vlteriorem.* ℣. *De primo dico.* E. 20.

Angelus superior, si consideret aliquid in genere proprio, puta A, inferior sibi loquens de B. non potest impedire suam intellectionem actualem de A; & ita tunc non causabit intellectionem ipsius B; quia non possunt duæ inesse sibi: & tunc inferior aliquid causabit quantum poterit, quia vult conceptum suum alij communicare, vnde causabit speciem ipsius B, si non præhabeatur in intellectu superioris. *ibidem.* ℣. *Tertium probo.* E. 20.

Angelus superior, & inferior possunt simul loqui eidem Angelo, & tunc superior faciet istum actu intelligere illud, de quo vult loqui; inferior autem non, sed tantùm faciet aliquid compossibile cum intellectione sua, scilicet speciem illius, de quo vult loqui. *ibidem.*

Angelus non potest loqui simul infinitis, quia agens finitum, vel limitatum non potest habere actionem, vel actiones infinitas: si autem loqueretur infinitis, cùm cuilibet correspondere propria intellectio, causaret infinitas intellectiones: nec potest sciri quot Angelis potest simul loqui; hoc enim solus Deus scit; & posset probabiliter sustineri, quòd vni tantùm. 2.D.9.Q.2.§. *De secundo declarando.* ℣. *potest dici.* I. 24. *Additio.*

Angelum posse intellectionem suam occultare, & non occultare,

Angelorum locutio, & auditio inter se.

cultare,& istud non occultare esse *loqui* licet alij dicant; tamen non videtur, quare aliquid actu intelligibile esset præsens intellectui passiuo,& non posset ipsum immutare: nec videtur maior ratio, quare per voluntatem suam possit occultare magis intellectionem suam, quàm essentiam; quare etiam alius Angelus, cui vult occultare intellectionem suam, non potest videre illam volitionem, si ponatur illa occultari, ergo per aliam volitionem, & sic in infinitum. 2. D.9.Q.2. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. M. 27.

Angelus audiens, si non habet speciem illius singularis, de quo loquens loquitur, intellectus ipsius est receptiuus, tam speciei, quàm actus, & carens vtroque; & intellectus Angeli loquentis est in actu primo sufficienti ad gignitionem vtriusque. 2.D.9.Q.2.§. *Ad vlteriorem*. ℣. *Secundum probo*. E.20.

Angelus audiens, licèt nullum impedimentum ex parte sua haberet, quo minùs possit, & speciem, & actum recipere; tamen loquens, ex quo voluntariè causat, potest causare vnum,& non alterum, scilicet prius non causando posterius, ex quo se non necessariò concomitantur: & in isto casu loquens loquitur, & tamen audiens non audit perfectè, quæ auditio non est aliqua intellectio actualis illius, quod exprimitur à loquente. *ibidem. Tertium probo*. E.21.

Angelus quadrupliciter potest intelligere A, præter visionem ipsius in Verbo, videlicet intuitiuè in se, intuitiuè in intellectu alterius Angeli cognoscentis illud, & abstractiuè per speciem habitualem concreatam, vel acquisitam; & nulla istarum intellectionum est auditio, quia nulla est per se expressa ab intelligente, inquantùm intelligens est; imo accidit, quòd obiectum mouens sit intelligens, æquè enim moueret, si non esset intelligens: & in omnibus istis, si aliquis intellectus causet, est intellectus ipsius intelligentis, non alterius; & ipsum obiectum concurrit ibi cum intellectu, vt causa partialis: quarto modo iste potest cognoscere A, ita quòd intellectio fiat in eo per intellectum alium exprimentem, & intellectus istius nullam habeat causalitatem respectu actus, sed tantùm sit passiuus: ista autem sola cognitio est auditio, & est expressa ab intelligente, inquantùm intelligens est. 2.D.9.Q.2.§. *Ad vlteriorem*. ℣. *Sed qualis*. F. 22.

Angelus, vt Gabriel v.g. quando nouit aliquid in genere proprio, vel reuelatum, quod non nouit Michael in particulari, potest iste in intellectu ipsius causare conceptum, qui propriè dicitur auditio; quo causato, potest Michael conuertere se ad intellectum Gabrielis videndum, & in eo videbitur illa intellectio, quam Gabriel habet; & etiam in ista intellectione videbitur aliquo modo obiectum ipsius intellectionis, & si illud obiectum non possit vlterius videri, nec in se, nec in Verbo, vltima perfectio, quam potest Michael de hoc cognito habere, est videre illud in intellectu Gabrielis. *ibidem*. ℣. *Patet etiam tertio*. H. 23.

Angelus superior, cui secundùm communem cursum reuelatur primò aliquid particulare, causat in inferiori conceptum quemdam de illo reuelato, qui dicitur auditio; & hoc causare, quod est speciale quoddam *loqui*, est illuminare. 2. D.9.Q.2.§. *Ad aliam quæstionem*. K.25.

Angelus licèt priùs videret intellectionem alterius Angeli, quàm haberet auditionem ab eo; non tamen frustra esset auditio, quia esset perfectio per se communicata Angelo ab alio Angelo liberaliter. 2.D.9.Q.2. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis*. ℣. *Dico, quod licèt*. M. 27.

Angelorum locutio cum Deo,

Angeli conceduntur loqui Deo; & tamen non possunt sibi aliquid facere manifestius, quam priùs: nec etiam aliud, vel alio modo manifestum, quàm priùs, & tamen hæc possunt esse in Angelo: sed tantum ex liberalitate velle hoc esse patens Deo, appetunt omnino quantum possunt; ita quòd, si possent causare in Deo conceptum, illum causarent; & hoc est loqui Deo. 2 D.9.Q.2. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. ℣. *Confirmatur*. M.27.

Angelorum locutio cum hominibus.

Angelus nullam intellectionem actualem, nec speciem intelligibilem potest causare in intellectu nostro, vt totalis causa. 2.D.11.Q.Vn.§. *Ad quæstionem*. ℣. *De primo dico*. A.4.

Angelorum locutio cum hominibus.

Angelus non potest aliquem intellectum rapere ad intellectualem vnionem. *ibidem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. B.4.

Angelum citiùs posse immutare multis sensibilibus, vel visibilibus, à quibus abstraherentur species necessariæ ad vnam magnam argumentationem hominis, quàm possit ipse, vel homo vti signis ad placitum institutis repræsentantibus illa obiecta, mirum videtur. 2.D.11.Q.Vn.§. *De secundo*. ℣. *Dubium autem*. C.5.

Angelum non posse phantasma nouum effectiuè causare in virtute phantastica hominis sine causa naturali, puta obiecto nato causare tale phantasma, conceditur communiter. *ibidem*. ℣. *Sed de alijs*. C.6.

Angelus non potest aliter transferre phantasma ab organo vnius ad organum alterius hominis, nisi transferat subiectum. 2.D.11Q.Vn.§. *De secundo*. ℣. *De translatione*. C.6.

Angelum posse transferre phantasma in eodem, dicitur ab aliquibus, inquantum potest facere motum localem humorum, & spirituum, ad quem motum sequitur transpositio phantasmatum, & ordinata immutatio intellectus possibilis ab eis; quod tamen videtur difficile. 2.D.11.Q.Vn.§. *De secundo*. ℣. *Tertio modo*. D.7.

Angelus in virtute phantastica potest amouere impedimentum operationis, puta si impedimentum ordinatæ immutationis à phantasmatibus erat perduratio spirituum, vel humorum, Angelus potest illam sedare, qua sedata, occurrent ordinatè. *ibidem*. ℣. *Hoc tandem quarto*. D.7.

Angelus, docendo hominem, potest dici aliquid operari circa intellectum possibilem, non immediatè causando speciem intelligibilem, vt totalis causa, sed vt causa partialis per intellectum suum agentem, coagens intellectui agenti hominis; ita quòd illi duo intellectus agentes Angeli, & hominis, qui sunt eiusdem rationis, possent cum phantasmate efficaciùs operari, quàm solus intellectus agens hominis, & ita producere speciem intelligibilem perfectiorem, & distinctiùs repræsentantem quidditatem. *ibidem*. ℣. *Posset etiam dici*. D.7.

Angelus potest docere hominem, sicut homo facit, sed perfectiùs, quia homo docet proponendo quædam signa nota audienti, quibus propositis, audiens circa illa sola quamplurimum occupatus est, & ita in se vnitus, qualis vnio non est in adinueniente scientiam, quia inueniens scientiam circa multa distrahitur: similiter ex illis signis ordinatè componit adinuicem conceptus simplices, sicut componit loquens, & docens, & conceptus complexos ordinatè coniungens, sicut sunt signa ordinatæ coniunctionis apud loquentem, & ex talibus signis percipit veritatem complexorum ex terminis, & habitudinem complexi ad complexum, à quo habet veritatem suam, & ita addiscit; quam veritatem, vel complexionem per se non haberet, nec disceret sine omni docente, licèt haberet species omnium incomplexorum. 2.D.11.Q.Vn.§. *De secundo*. C.5.

Angelum posse docere hominem, certum est, vel vtendo signis ad placitum institutis, & hoc in corpore assumpto, vel modo alio formando talia signa, vel vtendo signis naturalibus, scilicet ipsis rebus, adhibendo eas præsentes sensibus, à quibus sensus ordinatè immutantur, & ex eis phantasmata ordinatè generantur; & sic vlterius ex eis species intelligibiles ordinatè abstrahuntur. *ibidem*.

Angelus in beatitudine loquetur homini beato, & homo beatus alij homini beato, sicut Angelus loquitur intellectualiter Angelo, quia tunc secundùm ptomissum saluatoris Matth.22. *Erimus sicut Angeli Dei*. 2.D. 11.Q.Vn.§. *De secundo*. ℣. *Ad vltimum principale*. F.8.

Angelus quo ad illuminationem.

Angelus superior, secundùm aliquos, non potest illuminare Angelum inferiorem, lumen aliquod infundendo in inferiorem, quia hoc modo solus Deus potest illuminare; & hoc siue causando lumen naturale, siue imprimendo lumen supernaturale creatum gratiæ, vel gloriæ, vel increatum, siue dicat rationem videndi, siue obiectum visum; sed bene; vel luminosum ei ostendendo, vel obstaculum illuminationis amouendo vel denique aliquid faciendo in mente Angeli inferioris, quo facto, causetur lumen intellectuale in eius mente. 2.D.9.Q.1.2.§. *De quarto articulo*. n.9. *Impugnatur ibidem*.§. *Contra quartum articulum*. n.14.

Angelus non videtur, quomodo loquatur illi, in quo nihil causat, sed tantùm in se: nulla enim videtur ratio,

quare

Angelus quo ad illuminationem.

quare alius nunc magis intelligat, quàm prius, si nihil aliud fiat in eo, & specialiter videtur absurdum hoc in illuminatione; nam constat primum Angelum illuminari à Deo immediatè, & Deus illuminans nihil facit in se, sed primum, quod facit, est in intellectu, vel in Angelo illuminato, ergo ita verisimile est in aliis illuminantibus inferiores, quod illuminans non causat aliquid in se per hoc, quod est illuminans, sed primum causatum est in illuminato. 2. D.9. Q.2. *§. Contra quartum.* *ỿ. Aliud est.* n. 14.

Angelus illuminans probabiliter causat aliquid in illuminato, & non in se, quia ipse Deus illuminans primum Angelum, nihil causat in se ipso, sed in Angelo illuminato. 2. D.9. Q.3. §. *Ad aliam quaestionem.* K.25.

Angelus superior illuminando inferiorem potest dispositiuè agere, vt videat aliquid in Verbo; nam auditio causata ab Angelo superiori in inferiori, causando conceptum in eo de sibi primo secundùm communem cursum reuelato particulari disponit, vt audiens conuertat se ad intellectum loquentis, & ibi videat illud, de quo loquitur loquens; & illa visio est aliquo modo perfectior illa auditione; & vlterius disponit ad hoc, vt Angelus videns prius in Angelo, videat idem in Verbo, quia si desideret illud, quod ibi videt sicut in speculo imperfecto, videre in speculo perfecto, videbit gaudens, & tunc perfectè illuminatur, perfectiuè quidem à Verbo; dispositiuè autem ab Angelo superiore. *ibidem.* *ỿ. Ad primum videtur.* K.25.

Angelo inferiori potest Deus de potentia absoluta aliquid reuelare, quod non esset reuelatum, vel notum superiori; & tunc ille inferior posset loqui aliquo modo superiori de hoc, quod superior ignorat; & illa locutio esset aliquo modo illuminatio. *ibidem.* *ỿ. Ad secundum.* K.25.

Angelus inferior aliquo modo illuminans superiorem, non potest habere tantam efficaciam super intellectum superioris, sicut super intellectum inferioris, quem illuminaret; & ideo non posset iste necessariò facere superiorem audire, sicut è conuerso; quia si superior consideret aliquid in genere proprio, iste inferior non faceret ipsum audire simpliciter: simpliciter autem superior posset facere inferiorem audire, & potest impedire intellectionem eiusde aliquo intelligibili. 2. D.9. Q.2. §. *Ad aliam quaestionem.* *ỿ. Ad secundum.* K.25.

Angelus superior potest causare in intellectu Angeli inferioris illam auditionem, quae dicitur illuminatio, idest visionem perfectiuam in esse secundo; & tunc illam visionem non creabit Angelus illam causans. *ibidem.* *Ad primum principale primae quaestionis.* L.26.

Angeli potest concedi, quòd sicut; vel sic; Potest concedi, quòd sicut Angeli in potentia sunt ad aliquid, quod est lumen, ita sunt in potentia ad aliquid, quod est tenebrosum. *ibidem.* *Ad secundum principale.* M.26.

Angelum potest anima illuminare, sicut è conuerso, quia in Patria animae Beatorum habebunt eundem modum loquendi, quem Angeli; & ideo si alicui animae reueletur prius aliqua veritas in Verbo, quàm Angelo, poterit illuminare Angelum de illa veritate, sicut Angelus posset illuminare animam, si prius esset reuelata Angelo. 3. Dist.14. Quaest.2. *Ad secundum principale secundae quaestionis.* P. 21.

Angeli illuminantur ab anima Christi, quamuis enim illuminationes bonorum Angelorum fiant ordinatè, secundùm Dionysium *De Angelica Hierarchia*, non tamen secundùm ordinem naturarum, sed gratiarum; & ideo primò illuminatio fuit facta animae Christi, & ab hac illuminantur Angeli. *ibidem.*

Angeli quamuis communiter prius illuminentur, quàm homines de fiendia, hoc tamen non est necessarium, sed potest Deus aliter ordinare, vt prius reuelet aliquid hominibus per infusionem fidei, & credendorum reuelationem, quàm Angelis; ideo non valet consequentia, Angeli non cognouerunt incarnationem ante Christi aduentum, igitur nec homines crediderunt eam: nec refert, quòd Angelus est perspicacioris intellectus, quàm homo, quia procedit de cognitis naturaliter. 3. D.25. Q. 1. *Ad secundum principale.* K.12.

Angeli Diuinas illuminationes, vel notitiam Diuinam (quia illam à solo Deo habent) non congregant ex sensibilibus (iuxta Dionysium 7. *Angelicae hierarchiae*:) bene tamen aliam notitiam possunt habere ex sensibilibus. 2. D.3. Q.11. *Ad tertium principale.* H. 13.

Angelus, qui annuntiauit incarnationem, nouit ipsam antequam esset completa, licet concedatur, quòd aliis Angelis non fuerit reuelatum hoc mysterium antequam esset completum, iuxta Apostolum ad Ephes.3. vbi dicitur, quòd Sacramentum incarnationis fuit *absconditum Principibus, Potestatibus in Caelestibus*; & per Ecclesiam innotuit, vt *innotescat*, inquit, *Principibus, & Potestatibus in caelestibus per Ecclesiam*; & Isai.63. quaerunt Angeli, *Quis est iste, qui venit de edom tinctis vestibus de Bosra.* 3. D.25. Q.1. *Ad secundum principale.* K. 12.

Angelus aliquali esset praesens Christo in Eucharistia, posset anima Christi illum Angelum illuminare, & illi loqui locutione mentali, eo modo, quo Angelus existens, vbi Christus est, posset alium Angelum illuminare, vel illi loqui. 4. D.10. Q.7. *§. Respondeo.* *ỿ. Hanc autem conclusionem.* C.3.

Angelus quo ad cognitionem mysteriorum fidei, & secretorum cordis.

Angeli intuitiuè potuerunt naturaliter cognoscere Christum pati, & mori, sicut poterant naturaliter cognoscere ipsum viuere vita humana: Nos autem de illa morte habemus cognitionem fidei; illa autem cognitio intuitiua multò perfectior est nostra aenigmatica, & de eodem subiecto: ita dico de existentia corporis Christi in Eucharistia. 4. D.10. Q.8. *Ad secundum principale.* L.12.

Angelus malus quicumque, si permittatur vti sua potentia cognitiua naturali, potest intelligere quodcunque intelligibile causatum, & per consequens posset intelligere cogitationes cordium, & mysteria gratiae, ex quo posita sunt in effectu; sed sicut dicit Magister lib.2. Dist.7. multa possent ex natura sua, quae non permittuntur eis, & ita supponitur, quòd non permittitur Angelo malo videre secretum cordis: & hoc modo, & non alio posset videre corpus Christi in Eucharistia, & sic supponitur, quòd non permittitur videre mysteria gratiae. *ibidem.* *Ad tertium principale.* M.12.

Angeli mali multos cordis motus internos etiam praesentes proportionaliter non nouerunt, Deo impediente; propter cuius impedimentum non possunt multa, quae tamen non impediti naturaliter possent. 4. D.45. Q.4. *Ad secundum principale.* I.17.

Angelus quo ad voluntatem, & velle.

Angelus si dicatur habere instrumentum, scilicet potentiam volitiuam, tamen fingitur sine affectione commodi, vel incommodi, vel iusti, vel iniusti: tunc non posset habere *velle* à se, sed à Deo secundùm primam affectionem commodi, vel incommodi, quae superadditur naturae suae; sed habita affectione commodi, prima volitio elicita est à se: & isto modo intelligitur Anselmus *de Casu Diaboli cap.7.* dicens, Angelum non habere primum velle à se. 2. Dist.5. Quaest.2. §. *Respondeo primò.* *ỿ. Vel si.* B. 5.

Angeli boni in eliciendo actum non vtebantur voluntate secundùm eius rationem imperfectam, in quantùm scilicet est tantùm appetitus intellectiuus, agendo scilicet tali modo, quo competeret appetitui intellectiuo agere, sed vtebantur voluntate secundùm eius perfectam rationem, quae est libertas, agendo scilicet secundùm voluntatem, eo modo, quo congruit agere liberè, in quantùm liberum agit: hoc autem erat secundùm regulam superioris voluntatis determinantis, & hoc iustè. 2. D.6. Q.2. §. *Ad videndum.* *ỿ. Ad tertium dico.* L. 12.

Angeli voluntas, quia non est coniuncta appetitui sensitiuo, non est nata condelectari sibi, & ita sine difficultate tendit ad bonum morale, idest rectè circumstantionatum. 3. D.33. Q.Vn. §. *Ad primum concedi.* *ỿ. Si obijcitur.* K.17.

Angeli voluntas potest appetere bonum delectabile, licet non habeat appetitum sensitiuum coniunctum. 3. D.34. Q.Vn. *§. His suppositis.* *ỿ. Vlterius.* K. 15.

Angelus non potuit à se habere primum velle, ex Anselmo *de casu Diaboli c.12.* ipse videtur fingere vnum Angelum factum in affectione commodi, nō tn affectione iustitiae, ita

quòd deficiat sibi *esse* primum affectionis iustitiæ; & tunc dicit, quòd non potest habere primum *velle* de se, vocando primum *velle*, *esse* primum affectionis iustitiæ: & quid mirum? nec talis Angelus, si fieret, posset mereri plùs, quàm bos; sequeretur enim effrænatè apprehensionem intellectus, sicut nec appetitus sensitiuus. 3. D.18. Q.Vn. *Ad sextum principale*. K. 19.

Angelus habuit primum actum volendi habendo intellectum ostendentem obiectum, & habendo voluntatem prius natura; simul tamen tempore habuit *velle*. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum*. *℣. Respondeo, dico*. L.14.

Angelus si haberet primum *velle* à se, aut hoc esset volendo, aut non volendo, inquit Anselmus *de Casu Diaboli cap.*12. Dicendum, quòd si intelligat, volendo actu elicito, ita quòd non potest habere actum elicitum volendi, nisi præuia volitione sua, qua mouet se ad volendum, falsissimum est, imo iretur in infinitum, & non esset dare aliquod *velle*, sicùt nec primum *velle*, sed dum vult aliquid actu elicito, saltem priùs natura vult habitualiter sic se velle, idest, priùs habet principium volendi in esse primo, quo vult actu elicito; & iste sensus est verus. 3. D. 18. Q.Vn. *Ad sextum principale*. L.19.

Angelus, quia à Deo factus non habet à se principium volendi in *esse* primo; ideo Anselmus dicit, & bene, quòd non potest habere primum *velle* à se, accipiendo *velle* pro perfecta voluntate in *esse* primo, quod concedatur. *ibidem*. M. 20.

Angeli voluntas potest mihi velle bonum temperantiæ, inquantùm est tale bonum, quod *velle* est proprius actus temperantiæ: vnde ex habitu temperantiæ potest habere illud *velle*, & ita erit in eo temperantia, & non in parte sensitiua, & consequenter in alia. 3. D.33. Q.Vn. *§. Ad primum concedi*. *℣. Hoc modo* K. 16.

Angelus supremus per solum imperium voluntatis suæ non potest impedire actionem alicuius causæ naturalis: causæ enim corporales non obediunt Angelis ad nutum, quantùm ad actionem, & alterationem earum. 4. D.49. Q.13. *§. Respondeo*. *℣. Hoc non videtur*. C. 6.

Angelus malus non potest habere volitionem bonam bonitate meritoria in sensu compositionis, quia non stant simul, quòd sit malus, & habeat volitionem sic bonam; sicut nec album potest esse nigrum in sensu compositionis, quia tunc idem simul esset album, & nigrum. 2.D.7. Q. Vn. *§. De secundo*. *℣. Et primo*. G.14.

Angelus malus habet principium passiuum ad recipiendum volitionem bonam bonitate meritoria in sensu diuisionis, quia voluntas est quoddam receptiuum rectæ volitionis: Quod enim de se est receptiuum alicuius rectæ volitionis, quamdiu idem in se manet, non est non receptiuum illius, illa autem voluntas fuit aliquando receptiua bonæ volitionis, quia ante damnationem potuit meruisse, & fuisse beatus. *ibidem*. *℣. De potentia*. G. 14.

Angelus malus voluntatem habet integram (secundùm Dionysium) & eamdem, quam habuit in statu innocentiæ; & per consequens non est verum negare ab eo potentiam, hoc est principium actiuum partiale volitionis meritoriæ, sed istud principium non est totale. 2. D.7. Q.Vn. *§. De secundo*. *℣. De principio*. G.15.

Angelus malus non habet totale principium actiuum ad agendum actum meritorium: nec est principale partiale principium actiuum, in cuius potestate sit producere reliquum principium actiuum partiale in *esse*, & amouere impedimentum vsus sui, & sui comprincipij ad eliciendum actum, & effectum communem eorum. *ibidem*. H.15.

Angeli mali in potestate non est meritoriè velle, quia non est in potestate eius habere gratiam, nec per consequens vti gratia, nec etiam vti voluntate sua cum gratia ista ad actum illum eliciendum: & omnes hæ negatiuæ sunt veræ, quia non est in potestate eius habere formam, qua vtatur, nec amouere impedimenta. *ibidem*. *℣. Exemplum istius*. I. 15.

Angelum malum, vel voluntatem eius esse capacem, vel participem Dei sonat impotentiam remotam, loquendo de potentia ad actum: vel loquendo de potentia, quod est principium, sonat in principium passiuum, vel actiuum partiale diminutum. 2. D.7. Q.Vn. *Ad secundum principale*. S.25.

Angelis malis inest liberum arbitrium. *ibidem*. *Ad tertium principale*. S.25.

Angelus quo ad mensuram durationis.

Angeli in existentia actuali est successio formaliter, secundùm aliquos. 2.D.2. Q.1. §. *Hic dicitur*. n.3.

Angeli *esse*, secundùm aliquos, quantùm est ex se, habet terminari; & æuum potest, quantùm est ex se, in quolibet instanti deficere. 2. D 2.Q.1. §. *Contra hunc modum*. n.12.

Angelum non posse esse priorem alio Angelo, vel non posse esse post suum *esse*, si hæc sunt incompossibilia, sunt incompossibilia ex se ex parte æuiterni, in quantùm æuiternum est. *ibidem*. *℣. Etsi hoc ponatur*. n.13.

Angeli duo, quorum vnus crearetur, & statim annihilaretur; & alius tunc crearetur, sibi inuicem succederent, ita quòd vnus esset prior alio; & ideo in ipsis concederetur priùs, & posteriùs, & quòd vnus maneret post alium: si tamen tertius coexisteret ambobus in esse illius tertij nullum esset prius, & posterius. 2. D.2. Q.1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. *℣. Et per hoc patet ad omnia*. F.24.

Angeli creati non peccatoris, & postea potentis peccare, vel non peccare, circumscripto omni tempore, conceditur, quòd prius est eius existentia, quàm eius culpa; ita quòd ipsa essentia sub innocentia esset cum opposito illius existentiæ; & ex illa secunda existentia sequeretur oppositum sui, & oppositum primi; non tamen existentia Angeli in sua natura haberet aliquam successionem, nec vt sub innocentia existens, nec vt existens sub culpa, sed tantùm esset successio in actibus, hoc est, quod existentia vnius actus est post alterius existentiam, siue cum diuersitate alterius in se. *ibidem*. *℣. Similiter conceditur*. F.24.

Angelus vnus conceditur creari posse priùs alio; sed non propter hoc sequitur, quod in *esse* Angeli priùs creati, sit priùs, & posteriùs. 2. D.2. Q.1. *Ad primum principale*. G.25.

Angelus potest annihilari in eodem *nunc* negatiuè, si habet *nunc*, idest, quòd suum *nunc* deficiat secum: si autem *nunc* non differat à sua existentia, tunc potest annihilari cum æternitate, & esse cum æternitate, sed non cum tota ratione præsentialitatis æternitatis. *ibidem*. *Ad secundum principale*. G.25.

Angelus aliquis potest esse creatus, & post annihilati, & iterum reparari: tunc *esse* reparati sequitur non *esse* annihilati: & illud non esse præcessit *esse* creati, & illud esse præcessit non *esse* creabilis; & ita idem *esse* sequitur se ipsum; mediante non *esse* interrumpente; nec sequitur ex hoc aliqua continuatio in ipso esse, si non fuisset annihilatum, quia modò non est successio in aliquo vno, sed vnius oppositi ad alterum. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. G.25.

Angelus aliquis si annihilaretur, & postea crearetur, si tunc non esset ibi successio oppositi ad oppositum, scilicet *esse* reparati ad non *esse* annihilati, & ipsius non *esse* annihilati ad *esse* creati, quod oppositum, scilicet non *esse*, mediat inter hoc *esse* reparatum, & se creatum, sequeretur, quòd esset tanta simultas, sicut si oppositum non interueniret: nunc autem oppositum, scilicet non *esse* annihilati, quasi mediat inter *esse* creatum, & *esse* reparatum, & hoc oppositum est aliquod medium, vel aliquam habitudinem habet ad vtrumque extremum, scilicet esse creatum, & esse reparatum; & ideo non sunt ita simul, sicut si *non esse* non interuenisset: si tamen modo sit idem *nunc* reparatum, vel si eadem existentia nullum requirit *nunc* verè idem, & in eodem est existentia reparata, & creata sine omni successione in illo in se, licèt ipsum, vt in *esse* positum succedit sibi ipsi, vt priùs positum in *esse*, ita fuisset in eodem *nunc*, si non fuisset interruptum, & absque omni successione vtroque modo. 2. D.2. Q.1. *Ad vltimum principale*. *℣. Respondeo, si non esset*. G.25.

Angelum esse sine aliquo extrinseco, quod sit mensura actualis existentiæ eius, si est impossibile, cùm illud, si esset aliud, esset posterius naturaliter ipsa actuali existentia Angeli, sequitur, quòd non est aliud ab existentia eius: aut si est aliud, & per consequens posterius, poterit actualis existentia eius absque contradictione esse sine eo, & ita non est necessarium ponere illud. 2. D.2. Q.2. *§. Contra istud*. A.3.

Angelum inter se, & æuum non est (secundùm aliquos distinguentes realiter) aliqua separatio actualis, vel potentialis,

Angelus quo ad mensuram durationis.

tialis, nec ista se habent ad inuicem, sicut aliqua distincta inseparabilia; quia nihil distinctum ab alio realiter, sine quo non potest esse sine contradictione, est prius eo, sed vel est posterius eo naturaliter, vel simul natura cum eo: istud autem, quod ponitur distinctum realiter ab Angelo, si esset, esset posterius naturaliter, ergo &c. *ibidem*. ℣. *Accipio ergo*. B.3.

Angeli in existentia actuali non oportet quærere aliquam mensuram intrinsecam aliam à natura rei ipsius mensuratæ, quia nihil est aliud realiter à natura rei mensuratæ: mensura autem ex natura rei est aliud à mensurato. 2.D.2. Q.2.§. *Ad secunda partem*. H.11.

Angelo, si tribuatur aliqua mensura, non poneretur, nisi quatenus accipitur mensura pro quantitate nota, & distincta, & æquali mensurato; existentia enim Angeli non est excedens, vel excessa; sed qualis suæ naturæ. *ibidem*.

Angeli existentia non potest esse mensura sui ipsius, sicut in alijs; quantitas enim, distinctè cognita, potest esse mensura sui ipsius secundùm partes suas confusè cognitas: non est ita hic, cùm ista existentia sit indiuisibilis, in qua non possunt concipi partes confusè, quia non habent in se partes simpliciter. *ibidem*.

Angelo actu existenti non solùm non est necessarium aliquod absolutum aliud ab eius existentia, quod est mensura illius existentiæ actualis, ne ponatur pluralitas sine necessitate, sed nec relationem aliquam ponere, quàm illam, quæ est ad causam efficientem, vel conseruantem, & illa non est aliud à fundamento. 2.D.2.Q.2.§ *Ad secundam partem*. H.11.

Angelus licèt habeat durare in infinitum cum toto tempore futuro, & ita quòd habeat coexistere in infinito tempore, & consequenter æuum (posito, quòd non sit successiuum, sed indiuisibile permanens) non tamen ob hoc, aut æuum, aut existentia ipsius Angeli est formaliter infinitum, quia licèt habeat, vnde possit coexistere infinitis partibus temporis, non tamen habet formaliter vnde necessariò illic coexistat. 2.D.2.Q.1.§. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad tertium*. E.23.

Angelus, si haberet vnde esset præsens omni loco, licèt esset infinitus formaliter secundùm locum; non tamen esset infinitus secundùm durationem, quamuis haberet vnde possit coexistere omni tempori, quia illud, per quod posset esse præsens omni loco, esset in eo simul, & non per aliquam conseruationem causæ extrinsecæ. quo ad durationem autem habet vnde coexistat partibus temporis; sed nihil haberet, per quod coexisteret, nisi idem causaretur quasi continuè ab aliqua causa extrinseca, licèt non alia causatione, ita quòd simile huius magis esset de isto si causaretur continuè coexistentia eius cum alio, & alio loco, & si hoc posset eadem causatione, nunquam tamen, vt simul coexistens haberet infinitam præsentiam loco, & ita illud nunquam esset immensum; ita in proposito de duratione. *ibidem*. ℣. *Ad aliud*. E.23.

Angeli vnius existentia (dato, quòd vnius existentia non sit inuariabilior existentia alterius secundum durationem) non potest esse æuum respectu existentiæ alterius Angeli, quia æuum ponitur mensura alicuius, inquantùm durans est inuariabiliter: vnde in hypotesi vna non potest esse maior altera secundùm inuariabilitatem; & ideo nec mensura eius secundùm durationem. 2.D.2.Q.3.§. *Sed ista propositio*. A.2.

Angelus quo ad durationem.

Angeli supremi existentia (dato, quòd quælibet existentia superior sit æuum respectu inferioris) est tantùm æuum respectu aliorum inferiorum, quia existentia eius inuariabiliter mensurat omnes alios: & non habet æuum aliquod isto modo, quia nullam existentiam habet superiorem se, & nullum æuum habet in se distinctum à sua propria existentia, nec in alio ex natura rei nata est certificari, quia quælibet alia est minus certa. 2.D.2.Q.3.§. *Sed ista positio*. ℣. *Vel alio modo*. A.3.

Angeli operationes, docet Henricus, mensurari tempore discreto. 2.D.2.Q.4.§. *Hic dicitur*. n.2.3. *Impugnatur ibidem*.

Angeli cognitio habet mensuram eiusdem rationis cum sua existentia, & ita mensuratur æuo sua operatio, & non tempore. 2.D.2.Q.4.§. *Contra conclusionem*. n.4.& Q.11.§. *Contra primum*. ℣. *Sed contra*. n.4.

Angelus quo ad durationem.

Angeli existentiæ formali rationi, seu formali rationi existentiæ Angeli (secundùm ponentes eorum operationes intrinsecas mensurari tempore discreto) secundùm vniformitatem, vel difformitatem eorumdem correspondet propria ratio mensuræ (secundùm eos,) distinguentes tres modos mensuræ rerum, secundùm triplex *esse* rerum. *ibidem*.

Angeli existentia, sicut est indiuisibilis, & tamen defectibilis, ita & cognitio eius (secundùm aliquos,) & illa Angeli existentia mensuratur mensura media, quæ scilicet, (secundùm eos) correspondet illi, quod habet moram indiuisibilem, & tamen defectibilem, ita quòd potest ex se non esse, quam mensuram ponunt æuum; vnde & eadem mensura, scilicet æuo, mensurabitur eius cognitio. *ibidem*.

Angelus, si foret statim annihilandus, non propter hoc non mensuraretur æuo, dum manet. 2.D.2.Q.4.§. *Contra conclusionem*. ℣. *Istud non videtur*. n.5.

Angeli actum beatificum mensurari æuo, omnes concedunt, ex Augustino *De fide ad Petrum cap.* 18. *ibidem*. ℣. *Præterea omnes*. n.5.

Angeli operationes si mensurarentur tempore discreto, sequeretur magna multitudo temporum sine necessitate; sequeretur enim, quòd quilibet Angelus haberet suum tempus discretum, quia vnus potest continuare cognitionem suam cum die nostro, & Angelus alius potest continuare cum dimidio, tertius cum hora; & ita vnus Angelus habebit quatuor instantia sui temporis discreti, dum alius habet vnum instans: imo sequeretur, quòd in quolibet Angelo erunt duo tempora discreta, quia quilibet poterit continuare intellectionem suam, non continuando volitionem; & ita habebit duo instantia intellectionis, & tantùm vnum instans volitionis. *ibidem*. ℣. *Contra modum ponendi*. n.5.

Angelis diuersarum specierum, tribuunt aliqui æua diuersarum specierum, quia, secundùm eos, æua in diuersis æuiternis sunt alterius rationis; vnde similiter intellectionum alterius speciei erunt, secundùm eos, *nunc* temporis discreti alterius speciei. 2.D.2.Q.4.§. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea, æua*. n.5.

Angelus, dum fluit dies nostra, posset intelligere quæcunque intelligibilia naturalia distinctarum rationum, puta lapidem, lignum &c. & quodcunque aliud post quodcunque aliud; & ideo tempus suum componeretur ex instantibus diuersarum rationum correspondentibus illis intellectionibus diuersarum specierum; posset etiam non cogitare ista, vel intelligere, sed alia plura, vel tot aliarum specierum: Posset etiam per consequens tempus suum correspondens isti, dici esse compositum ex omnibus istis alijs partibus, & in nulla determinata positione se habentibus ad istud tempus; vnde sequitur, si operationes Angeli mensurarentur tempore discreto,) nimiam esse pluralitatem temporum sine necessitate. *ibidem*. ℣. *Ex hoc arguo*. n.6.

Angulus, quotcunque intelligibilia possum ego intelligere in aliquo tempore, tot intelligibilia, vel plura potest intelligere in eodem tempore distinctè, quia in intellectu creato, qui non potest omnia simul intelligere, videtur esse perfectionis posse multa intelligere sine aliqua mora; nam hoc magis attribuitur ingeniosioribus. *ibidem*. ℣. *Præterea; quod ponitur*. n.7.

Angeli intellectum, si intelligat A cum aliquo instanti nostro, non est necesse sistere in intellectione ipsius A per aliquod tempus, & per instantia illius temporis, in quorum aliquo posset intellectus meus habere aliam intellectionem. 2.D.2.Q.4.§. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea, quod ponitur*. n.7.

Angelus, si aliquid intelligat cum instanti nostro, non oportet illam intellectionem manere per tempus habitum; sed si statim habeat aliam intellectionem, illa coexistit tempori habito post instans, cum quo fuit prima intellectio: & tunc nihil erit temporis nostri primum coexistens illi secundæ intellectioni. *ibidem*. ℣. *Si autem intellectio*. n.7.

Angeli intellectiones mensurantur æuo. 2.D.2.Q.4.§. *Concedo Conclusionem*. A.9.

Angeli substantiam mensurari æternitate, vel æuo, & eius actionem mensurari tempore, est doctrina erronea

Angelus quo ad durationem.

auctotis de causis tradita doctrinam Auicennæ erroneam, ac si intelligerer ille auctor intelligentias esse Deosquosdam, & eorum operationes mensurari *nunc* temporis, non quidem intrinsecam operationem, quis ad hoc non ponetet potentialitatem, nec successionem, sed extrinsecam circa corpus esse verè in momento temporis. 2. D.2.Q.4.§.*Ad primum principale*. G.13.

Angelus posset habere operationem, non existente motu Cæli (quo motu non existente, non esset tempus) vnde operatio Angeli non mensuratur tempore; sed nec mensuratut æternitate, vt patet, ergo mensuratur æuo, quia non ponuntur plures mensuræ in mora essendi. 2. D.2.Q.4. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Angelus, si annihilaretur cras, non haberet alium modum intrinsecum in natura sua, quàm si maneat in æternum, sicut manebit, & secundùm aliquos sine successione, quia illam negat de æuo. *Quodl*. Q.6. §. *Contra istud*. ✝. *Hæc conclusio*. S. 15.

Angelus quo ad locum.

Angelum esse in loco per operationem opinantur aliqui. 2. Dist.2. Quæst.5.6. §. *Ad primam quæstionem*. n.1. Istud damnatum refertur ab Episcopo Parisien. *ibidem*. §. *Contra hoc*. n. 1.

Angelum esse in loco non per operationem, dicunt aliqui, sed per applicationem eius ad locum: sed isti videntur idem dicendo sub alio vocabulo occultare, quia illa applicatio ad locum non potest esse aliud, quàm operatio transiens in corpus, & ita erit in loco per operationem eius circa corpus in loco. 2. D.2.Q.5.6. §. *Alij autem*. n. 2.

Agelum concludere, quòd sit in loco per operationem, ex illo Philos. quòd mouens est simul cum moto; & per hoc, quòd Deus, qui est primum efficiens, & ideo potens mouere omne mobile, & per hoc sit præsens omni loco, est petitio principij, quia eadem est præmissa, & conclusio: si autem præsentia in loco colligatur à posteriori ex operatione, hinc sequitur, quòd priùs naturaliter Angelus est præsens alicui loco secundùm essentiam, quàm sit præsens secundùm suam operationem. *ibidem*. ✝. *Contra conclusionem*. n.2.

Angelus aliquando, imo frequenter nusquam erit (si non est in loco, nisi per operationem) nihil enim operatur in Cælo empyreo, quia illud non est mutabile, nec mobile, & sic nunquam Angelus est in Cœlo empyreo, vbi tamen est vt plurimum: item si transiret de Cælo ad terram, potest operari in locis extremis, nihil agendo in omnibus locis intermedijs, quia potest esse aliquis Angelus, qui non est motor alicuius orbis intermedij; ille itaque non erit in Cœlo, nec in terra, nec in medio. *ibidem*. ✝. *Præterea secundo*. n.3.

Angelus, si est in loco per operationem, ibi primò est, vbi primo operatur, & consequenter esset in toto primo Cælo; quod totum, vt suæ virtuti proportionatum mouet: consequens autem est falsum. *ibidem*. ✝. *Præterea tertio*. n.4.

Angelus in nulla parte Cœli potest primò poni ex hoc, quòd illam partem primò moueat, quia nulla Cœli pars est magis capax motus, quàm alia. 2. D.2.Q.5.6. §. *Alij autem*. ✝. *Contra hoc*. A.4.

Angelo quod est ratio existendi in loco; siue; Quod est Angelo ratio existendi in loco, est in eo formaliter, alioquin Angelus nullo modo erit formaliter in loco: operatio autem transiens in corpus non est formaliter in Angelo; & ideo per operationem non est formaliter in loco. 2. Dist.2. Quæst.5.6. §. *Alij autem*. ✝. *Præterea illud*. A.5.

Angeli, secundum Damascenum *cap*.20. dicentem, quòd *Cælum est continentia visibilium, & inuisibilium creaturarum, & infra ipsum Angelorum virtutes includuntur*: ita igitur, secundùm ipsum, sunt modò Angeli in Cœlo, quod includuntur intra Cœlum; non sic autem includebantur in principio suæ creationis, quia ipse *cap*.17. videtur assentire Gregorio Theologo, quòd conditi fuerunt ante corporalem creaturam; tunc enim non erant in loco, sicut modò sunt, quia modò continentur in loco; tunc autem non continebantur, & tamen tunc potuerunt intelligere creaturam corporalem, secundùm Augustinum *super Genes*. quia priùs habuerunt cognitionem matutinam, quàm vespertinam, & potuerunt intelligere obiectum ex parte obiecti sub eadem ratione, qua modo intelligunt illud: & consequenter per solam intellectionem obiecti non ponit eos Damascenus esse præsentes obiecto. *ibidem*. ✝. *Præterea Damascenus*. A. B. 5.

Angelus non necessariò est in loco, quia multò magis posset fieri Angelus sine creatione creaturæ corporalis; vel facta creatura corporali, posset fieri, & esse extra omnem creaturam corporalem: & tamen in Angelo est potentia passiua, qua posset esse in loco. 2. D.2.Q.5.6.§. *Ad propositum*. I.11.

Angeli potentia passiua, qua potest esse in loco, vel fundatur immediatè in eius substantia, qua posset esse in loco, vel in ipsa, inquantum est natura limitata actualiter existens, vel in aliquo extrinseco ipsi Angelo, quicquid sit illud; & ideo non oportet quærere aliquam intrinsecam rationem essendi Angelum in loco necessariò, quia ibi nulla est, sed tantummodo est in ipso potentialitas passiua, qua potest esse in loco, quia non repugnat sibi. *ibidem*.

Angelus, supposito, quòd posset esse in loco, licèt non necessario, non oportet quòd sit in loco actu, quia non oportet quòd sit in aliquo continente indiuisibili actualiter existente: non enim facit latera continentis distare, & ideo non facit superficiem continentem in actu. 2. D. 2.Q.5.6. §. *Ad propositum*. I.11.

Angelus, vt communiter conceditur, non potest esse in loco quantumcunque magno, quia hoc est proprium Dei. *ibidem*. ✝. *De tertio*. I.11.

Angelus, vt videtur, non potest esse in loco quantumcunque paruo ex 35. *primi Euclidis*; vbi vult, quòd quicquid potest esse in vno æquali, potest esse in altero, si sibi figuratio non repugnat, figuratio scilicet aliqua, secundùm quam vnum distinguitur ab alio; sed Angelo nulla figuratio loci, in quo est, repugnat, igitur potest esse in vno æquali, & in altero; & per consequens si potest esse in quadrato quantumcunque paruo, vel stricto (quod oportet ponere, dicendo, quòd non repugnat sibi esse in quantocunque loco) sequitur, quòd non repugnat, sibi esse in loco quantumcunque longo, quia quadrangulus est æqualis isti quadrato paruo, in quo potest esse: vnde si Angelus non determinat sibi quantumcunque locum in minus, tunc potest esse in loco quantumcunque strictiori, & strictiori, quod est falsum. 2. D.2.Q.5.6.§. *Ad propositum*. ✝. *De tertio*, & ✝. *Ex hoc*. I.12.

Angelus, si posset esse in infinitum in maiori, & maiori loco, sicut ex hoc concluderetur infinitas virtutis suæ; ita concluderetur infinitas virtutis suæ si posset esse in infinitum in minori, & minori. *ibidem*. ✝. *Præterea si quantitas*. I. 12.

Angelum posse esse in puncto, vel non, non videtur ratio necessaria, nec ad vnam partem, nec ad aliam, quia licèt Angelus sit indiuisibilis, non habet tamen indiuisibilitatem limitatam, sicut punctus; & ideo non oportet ipsum esse in puncto, sicut in loco. 2. D.2.Q.5.6. §. *Ad propositum*. ✝. *Si tamen*. K.13.

Angelo fortè non repugnat esse in puncto, sicut in loco, quia nullum inconueniens videtur ex hoc inferri; quia si esse in puncto, sicut in loco, hoc infertur, quòd non posset moueri localiter, nisi spacium esset ex punctis, non sequitur, posset enim immediatè ex loco punctali ferre se in continuum, cuius continui punctus est terminus. *ibidem*. ✝. *Nec fortè*. K.13.

Angelus videtur habere locum determinatum indeterminatè tamen, hoc modo, quia aliquis locus est, quo maiorem non posset habere, & aliquis, quo non posset habere minorem, loquendo de loco continuo, licèt fortè posset esse in puncto. *ibidem*. ✝. *De isto igitur*. L 13. *Additio*.

Angelus vtrum determinatum locum requirat, & determinatè, ita quod habens tantam virtutem, si est præsens loco, de necessitate est præsens tanto loco, nec in potestate sua est, quòd sit præsens maiori, & minori loco, est dubium, quia videtur, nec posse faciliter probari vna pars, nec alia. 2. D.2.Q.5 6. §. *Ad propositum*. ✝. *Vtrum autem*. L.14.

Angelum requirere locum determinatum, & determinatè, non videtur inconueniens, si quantitas sua virtualis, per quam potest esse præsens alicui loco, sit naturalis ratio essen-

essendi tanto loco suo modo, sicut quantitas corporis est naturalis ratio essendi in tanto loco suo modo; ita quòd licèt in potestate mea sit, me esse in hoc loco, vel in illo loco; non tamen est in potestate mea esse in tanto loco, vel in tanto, quia iste effectus est naturaliter consequens quantitatem, quæ non subest potestati meæ, & sicut nec in se, ita nec quantum ad istum effectum esse, scilicet, in tanto loco, vel tanto. *ibidem*.

Angelorum quantitas virtutis essendi in loco, si ponatur, quòd habeat aliquem locum adæquatum, quo maiorem non posset habere secundùm conditiones suæ virtutis, & essentiæ, licèt tamen ipsa subsit voluntati Angeli, vt possit non semper habere illum locum, sed maiorem, vel minorem, non sequitur inconueniens. *ibidem*.

Angelus non est in loco commensuratiuè, quia non habet partem, & partem cum partibus loci. 2. D.2.Q.5.6.§.*Ad propositum*. ℣. *De quarto*. M.15.

Angelus est determinatè in hoc loco, vel illo, quia non est vbique; licèt itaque sit in potentia passiua ad *vbi* in communi, & non ex se determinatus ad hoc *vbi*, vel illud; tamen ab eodem agente reducitur ad hoc, vt sit actualiter in loco, & in hoc loco, vel in illo: Illud autem quo primò potest esse in loco, est à Deo producente ipsum super creaturam corporalem continentem; sed ex tunc potest reducere se ipsum ad actum istum. *ibidem*. ℣. *De quinto*. M.N.15

Angelus non est in aliquo loco naturaliter, quia tunc esset in aliquo loco violenter; tunc etiam aliquod corpus haberet naturalem aptitudinem ad ipsum conseruandum in loco, & aliquod corpus ad ipsum corrumpendum. *ibidem*. ℣. *De sexto*. O.16.

Angelum negantes esse in loco, auctoritates omnes; Vel sic; Auctoritates omnes, quæ negant, Angelum esse in loco, sunt exponendæ, quòd verum dicunt, ipsum non esse in loco circumscriptiuè: circumscriptio autem includit in loco esse actu, & æquali, & commensuratiuè, quæ conditionea essendi in loco non conueniunt Angelo. 2. D.2.Q.5.6. *Ad argumenta*. P.17.

Angelum licèt superficies aliqua corporis contineat, non tamen propter hoc superficies est agens influens, vel continens respectu eius, quia continentia loci est alterius rationis à continentia formæ, vel speciei: talis enim continentia nihil aliud est, nisi contentum esse infra hanc superficiem continentem, & nihil eius esse extra locum ambientem. 2. D.2.Q.5.6. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud Philosophi*. P.17.

Angelus habet intellectionem, quæ est perfectio potentiæ intellectiuæ & tamen intellectio est simpliciter ignobilior, siue imperfectior natura Angelica; & ita potest concedi de *vbi*, vel præsentia corporali cum Angelo, quod sit aliqua perfectio Angeli, sicut aliquis actus dicitur perfectio, sed longè imperfectior illa natura, cui inest. 2. D. 2.Q.9. *Ad primum principale*. B.9.

Angelus quamuis sit in se indiuisibilis, tamen occupat locum diuisibilem; & ideo respectu loci habet se, ac si esset diuisibilis, & ideo moueri potest in loco diuisibili continuè, licet concedatur, quod indiuisibile non potest sic moueri, aut si occupet locum punctalem, & ita vt punctaliter existens, non potest continuè moueri, vt semper habeat esse punctale: tamen quia non videtur ratio, quare negatur indiuisibile moueri, etiamsi esset indiuisibile quantitatis per se existens; ideo potest concedi, quòd Angelus habens *vbi* punctale, potest continuè moueri, vt in puncto semper existens. 2. D.2.Q.9. *Ad tertium principale*. S.36.

Angelus, qui non est quantus, est in aliquo loco diffinitiuè, non circumscriptiuè, supposito, quòd sit in vniuerso: tamen si fieret extra Vniuersum, vbi locus non est, non esset in loco diffinitiuè. 2. D.12. Q.2. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Et si quæras*. D.5.

Angelus, si ponitur de nouo præsens alicui corpori, dicitur quidem esse in loco diffinitiuè eo modo, quo sibi potest conuenire esse in loco, & sic dicitur mutari, licèt illa mutatio multùm distet à vera mutatione secundùm *vbi*. 4. D.10. Q.1. §. *Quantum ergo*. ℣. *Et si quæras*. H.11.

Angelus nunquam est præsens localiter, nisi diffinitiuè: mouet tamen corpus sibi proportionaliter præsens: & si haberet virtutem alterandi ipsum, alteraret corpus, vt ibi præsens: & ideo non requiritur ex parte mouentis existentia corporalis, ad hoc, quòd alteret organum ad sensationem. 4. Dist.10. Quæst.9. §. *Hic dicitur*. ℣. *Ponitur*. n.3.

Angelus, si habet aliquam quantitatem virtualem, per quam potest esse præsens alicui loco diffinitiuè, ita per eam est præsens huic loco, quod non potest esse præsens simul alij loco, nisi aliqua mutatione facta circa ipsam quantitatem per respectum ad alium locum, vel quòd ipsa fiat maior formaliter, vel quòd ipsa transferatur de loco ad locum, vel quòd per potentiam Diuinam sit in alio loco non derelinquendo istum. 2. D.2. Q.1. §. *Qui vult tenere*. n.14.

Angelus, secundùm Damascenum lib.2. cap.33. vel 26., de facto non est simul in duobus locis, quia secundùm eum cùm sint in Cælo, non sunt in terra, nec è conuerso. 2. D.2. Q.7. §. *In ista quæstione*. n.2.

Angelus vnus probabiliter non potest naturaliter simul esse in duobus locis, quorum vterque sibi sit adæquatus secundùm vltimum potentiæ suæ, puta si secundùm vltimum potentiæ suæ posset esse in loco vnius milliaria, non posset virtute sua esse in duobus locis talibus, quia tunc iste locus non videretur sibi adæquatus secundùm virtutem suam naturalem. *ibidem*. A.2.

Angelus vtrum in duobus locis discontinuis naturaliter posset esse, quorum nec vnus, nec alius est sibi adæquatus, dubium est; nec videtur ratio necessaria pro, nec contra. *ibidem*. ℣. *Sed vtrum*. A.2.

Angelus, quòd in duobus locis, siue adæquatis, siue non, posset esse per Diuinam potentiam, certum puto, quia nullam contradictionem includit. 2. D.2.Q.7. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed quod*. B.2.

Angelus, si esset simul in duobus locis supernaturaliter, non propter hoc tunc distaret à se, sicut locus a loco, quia est illimitatus ad illa loca, secundùm illud, secundùm quod comparantur ad ipsum. 2 D.2. Q.7. *Ad primum principale*. C.2.

Angelus ex se est limitatus ad naturam, & proprietates naturales; sed ad passionem accidentalem, siue ad respectum, qualem dicit *vbi* (vel saltem non esse sine respectu) non oportet, ipsum limitatum esse ad vnum adæquatum omnino, ita quòd impossibile sit eum habere duo talia, licèt fortè virtute naturali sit limitatus ad vnum adæquatum. *ibidem*. *Ad secundum principale*. C.2.

Angelus, si diuinitùs ponatur in duobus locis, non est inconueniens, quòd hic possit quiescere, & ibi moueri, quia sicut moueri est aliter se habere nunc, quam priùs, ita quiescere est nunc se habere, sicut priùs: non est autem inconueniens respectu huius *vbi* aliquid se habere nunc, vt priùs, & respectu alterius *vbi* aliter se habere nunc, quàm priùs: & ex hoc conceditur absolutè, quòd quiescit simul, & mouetur. 2. D.2. Q.7. *Ad quartum principale*. C.3.

Angelus potest esse simul diffinitiuè in pluribus locis, ergo & corpus circumscriptiuè, bene sequitur: nam similis habitudo est in vtroque, & per consequens similis determinatio ad locum sibi suo modo conuenientem: vnde communiter negantes consequens, negant & antecedens. 4. D.10. Q.2. §. *Alius sic arguit*. ℣. *Quarto arguo*. E.10. Et quantum ad existentiam Angeli diffinitiuè in pluribus locis. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliud de Angelis*. N.18.

Angeli duo an possent esse simul in eodem loco? Huius veritas non est ita clara, & certa de facto, sicut an vnus Angelus posset esse simul in duobus locis. 2. D.2. Q.8. §. *In ista quæstione*. n.2.

Angelus vnus mouens Cælum, si sit in meridie, & alius bonus Angelus missus de Cælo ad terram debeat transire per illum locum: non videtur necessitas, quòd non transeat quasi per lineam rectam, vel quòd Angelus existens in meridie cedat sibi. *ibidem*.

Angeli omnes si fuissent creati ante creaturam corporalem, sicut videtur secundùm Damascenum *cap.17. vel 20.* non videtur facilè assignare, quomodo tunc non fuissent simul: Et si tunc non fuisset inconueniens, eos esse simul, nec modò. *ibidem*.

Angelus quo ad locum.

Angelos duos posse esse simul in eodem loco, respectu potentiæ Diuinæ non videtur impossibile, quicquid fide factor & de possibili de potentia naturali cotum. 2.D.2.Q.8.§. *In ista quæstione*. n.2.

Angelus vnus (dato etiam quòd Angelus sit in loco per operationem,) posset operari circa corpus vna operatione, & alius alia operatione, & vterque (in hypotesi de existentia Angeli in loco per operationem) posset poni per suam operationem in loco, videlicet illius corporis vbi operaretur, & sic est eos esse simul in loco. 2.D.2.Q.8. *Ad primum principale*. A. 3.

Angelus quo ad motum, & quietem.

Angelus potest à se localiter moueri. 2.D.2.Q.10. *Concedo, quòd potest*. A.2.

Angelo cùm insit potentia ad *Vbi* quod potest acquirere per motum, non est imperfectionis in eo, si habeat potentiam actiuam respectu eiusdem: imo videtur imperfectionis in eo, si non habeat potentiam actiuam respectu eiusdem, ex quo non repugnat aliis entibus minùs perfectis habere talem potentiam actiuam. *ibidem*. ℣. *Similiter animati*. A. 2.

Angelus sicut mouet liberè, ita potest mouere secundùm vltimum potentiæ suæ, vel citra vltimum potentiæ suæ: & si moueat citra vltimum potentiæ suæ, alius potest mouere illud mobile secum, sicut apparet in homine, qui secundum vltimum potentiæ suæ potest portare quatuor lapides, potest citra terminum potentiæ suæ tantùm portare duos, ita quòd potentia sua motiua non habeat actum suum, nisi circa duos, & tunc potest habere alium cooperantem portantem secum idem; Cùm ergo Angelus sit substantia agens liberè, potest alias mouere secum. 2.D.2.Q.8. *Ad primum principale*. A.3.

Angelus potest moueri de loco in locum motu continuo, quia omne receptiuum formarum alicuius generis, quod non est ex se determinatum ad aliquam vnam earum, nec est illimitatum ad illas, po est moueri, siue mutari ab vna illarum formarum in aliam. 2.D.2.Q.9.§. *Ad quæstionem dico*. n.8.

Angelus est receptiuus alicuius *Vbi* diffinitiuè, licèt non circumscriptiuè: nec est illimitatus ad omnia *Vbi*, quia non est immensus, & ideo potest mutari ab vno loco in alium. *ibidem*. ℣. *Ista propositio*. n.8.

Angelus potest transire per omnia media inter duo *Vbi*, ita quòd in nullo illorum *Vbi* sit, nisi indiuisibiliter; & per consequens non potest omnia illa pertransire, nisi continuè moueatur. *ibidem*.

Angelus mouens se, ex quo agit non ex infinitate virtutis actiuæ, quando est in Cælo, inter quod *Vbi*, & suum *Vbi* in terra nata sunt esse multa media, quæ etiam virtutis suæ motiuæ sunt media, ita quòd nec virtus sua motiua potest omnia illa media facere simul, & terminum: nec etiam potest statim terminum facere, nisi priùs faciendo illa media: ideo hic habet resistentiam totam, quæ requiritur ad successionem in motu. 2.D.2.Q.9. *Ad quartum principale*. ℣. *Tunc ad illa*. Z. 41.

Angelus mobilis est continuè, inquantùm habet quantitatem virtualem, secundùm quam potest coexistere loco quanto; sicut corpus per quantitatem suam formalem potest coexistere loco quanto. *ibidem*. ℣. *Et si accipiat*. Aa. 42.

Angelum, & corpus in æquali tempore moueri ex hoc, quòd motus fieret in æquali tempore in pleno, & in vacuo, consequens non est impossibile, licèt ibi sit impossibilitas ex parte mediorum. *ibidem*.

Angelum posse moueri in instanti, sed non temporis continui, sed discreti, dicitur ab aliquibus. 2 D.2. Q.11.§. *Hic dicitur*. n.2. *Impugnatur ibidem*.

Angelum videntur ponere aliqui in loco per operationem: & si intelligant de operatione transeunte in corpus, illa operatio erit in tempore communi, vel in instanti temporis communis: si autem intelligant de operatione immanente, scilicet intellectione, & volitione, non est in tempore nostro communi, nec alio, sed in æuo (secundùm eos) quare sibi ipsi videntur contradicere, dum dicunt Angelos moueri in instanti temporis discreti. 2.D.2.Q.11. §. *Contra primam positionem*. n. 2.

Angelum, si oportet in quocunque tempore quiescentem in vltimo instanti illius temporis immutatum esse in eodem *Vbi*; nunquam mutabitur, nec in tempore continuo, nec in tempore discreto. *ibidem*. ℣. *Præterea si oportet*. n. 3.

Angelum post transitum subitum quiescere à sua operatione tempore medio vsque ad aliud instans (vt volunt aliqui,) non videtur aliqua ratio, sed tantùm fuga, ne ponatur tempus nostrum discretum ex hoc, quòd ponitur talis transitus eius in discreto tempore. *ibidem*. ℣. *Sed contra*. n.4.

Angelum virtute sua naturali habere in vno instanti temporis nostri, & sui plura *Vbi* sibi æqualia, inter quæ non erit ordo, nisi tantùm naturæ, vel imaginatione, non autem duratione (vt volunt aliqui) videtur impossibile. 2. D 2. Q. 11. §. *Contra primam positionem*. ℣. *Præterea, quod ponit*. n. 4.

Angeli motum mensurans ponere tempus discretum: vel sic: Ponere tempus discretum mensurans motum Angeli, non est vlla necessitas, nam quicquid saluatur per illud tempus discretum, saluabitur etiam per tempus continuum in communi. 2.D.2.Q.11.§. *Dico ergo*. A.5.

Angelum, inquantùm participat conditionem corporalem, idest, quæ potest esse eiusdem rationis aliquo modo in ipso, & etiam in corpore, non est inconueniens etiam participare mensuram corporis aliquo modo: inquantùm autem mouetur localiter, participat *Vbi*, quod est conditio, & passio corporalis, aliquo modo eiusdem rationis in ipso, & in corpore. *ibidem*

Angelus, stante Cælo, posset moueri, & tamen non in tempore aliquo discreto, distincto à nostro continuo, sicut Petrus poterit post Resurrectionem ambulare: & tamen ista ambulatio non fingetur esse in tempore quodam alio à communi tempore nostro. *ibidem*.

Angelus, si esset in aliqua parte Cæli, quasi quiescens per se, motus tamen per accidens, sicut natura in noui, ita quòd semper circumferretur cum illo motu, videtur inconueniens talem motum attribuere Angelo mouenti Orbem. 2.D. 2. Q. 5. §. *Alij autem*. ℣. *Hoc etiam*. A. 4.

Angelus non potest poni quasi per se quiescens, & quòd iuxta ipsum sit fluens pars, & pars ipsius Cæli, & quòd partem magis illi præsentem semper primò moueat; non enim est assignare, in quo quiescat ille Angelus, cùm continuè moueat partem præsentem, & existendo in aliquo, inquantùm est motum, non est quiescens in eo, vt videtur. *ibidem*.

Angelus virtute naturali non potest mutari in instanti mutatione includente totam realitatem motus, quia non videtur, quòd virtute sua naturali potest habere plura vbi æqualia. 2. D.2.Q.11. §. *Dico ergo*. ℣. *Hoc ergo*. C 6. & Q.12.§. *Hic dicunt*. ℣. *Si autem*. B. 3.

Angelum posse mutari in instanti mutatione, qua præcisè habetur vltimum *Vbi*, quæ scilicet est vltimus terminus motus, non videtur inconueniens, quia quòd terminus motus non statim inducatur, hoc est ex imperfectione virtutis ipsius mouentis, quæ imperfectio non est attribuenda Angelo, nisi aliqua necessitas appareret, quia dignificanda est natura, quantùm apparentia permittunt. *ibidem*. C.6.

Angelus potest mouere se in instanti, ergo maior virtus potest mouere in minori, quàm in instanti, sicut arguit Philosophus 6. *Phys. Tex* 29. & 90. quòd si maior virtus mouet in tempore, & maxima virtus mouet in instanti: consequentia non sequitur, quia in antecedente Philosophi includitur mensuram esse diuisibilem; vnde sequitur, quod si virtus minor potest aliquid in tali mensura, virtus maior potest in minori, & maxima in instanti; sed in primo antecedente, scilicet *Angelus potest mouere se in instanti*, includitur mensura indiuisibilis, & ideo non sequitur, quòd aliqua virtus maior posset mouere in minori mensura, quàm in indiuisibili, quo non est dabilis mensura minor. *ibidem*. *Ad argumentum principale*. D.7.

Angelus non potest transire continuè ab vno extremo in aliud extremum, nisi pertranseundo per tale medium, quod est aliquid vtriusque extremi, quia tale medium est ratio continuitatis inter extrema transita, sicut apparet ex diffinitione medij 10. *Meta. Tex*. 22. 2. D.2.Q.12.§. *Hic dicunt*. A.2.

Angelus quo ad motum, & quietem.

Angelus si mouetur continuè, non est totaliter in altero termino, & ideo partim in vno, & partim in alio, vel in medio inter ambo, loquendo de medio, quod nihil est extremotum: non enim potest dici, vt videtur, quod sit in parte vnius extremi, & in parte alterius; & tamen omnino, quod non sit in tali medio inter talia extrema, quia tunc esset in duobus locis discontinuis, & nullo modo in loco medio, quod non videtur sibi posse competere virtute naturali. *ibidem*. ✠. *Similiter*. A. 2.

Angelus in motu indiuisibili potest transire ab extremo in extremum immediatum, non transeundo per medium, quod est aliquid vtriusque extremi; imo necesse est hoc, quia si transiret per tale medium, continuè transiret, & non instantaneè. 2. D. 2. Q. 12. §. *Hic dicunt*. ✠. *Si autem*. B. 3.

Angelum posse facere se in extremo distante mutatione præcisè includente realitatem termini motus, ita quòd in aliquo toto tempore sit in A *vbi*, & in instanti illius temporis præcisè sit in B *vbi*; ita quòd B *vbi* sit distans ab A *vbi* per aliquod medium, in quo medio nunquam fuerit nec in tempore, nec in instanti, videtur probabile. 2. D. 2. Q. 12. §. *Hic dicunt*. ✠. *Sed nunquid*. B. 3.

Angelus quando mouet se per corpora, quorum ordo præfixus est à Deo, non potest absque omni ordine de quocunque *vbi* facere se in quodcunque *vbi* immediatè: tunc enim nulla distantia videretur impedire actionem eius. *ibidem*. C. 3.

Angelus pertranseundo ab vno *vbi* immediatè ad aliud *vbi*, habet omnia ista *vbi* ordine quoddam naturæ, inter quæ est ordo quiddam potentialis ex natura rei: sed non oportet, quòd habeat ea ordine durationis: si autem transiret à distanti in distans absque ordine omnimodo, tunc nec ordine naturæ, nec durationis haberet illa, quorum est ordo naturalis, circa quæ tamen operatur præsupponens necessariò ordinem eorum. 2. D. 2. Q. 12. §. *Hic dicunt*. ✠. *Et si obijcies*. D. 4.

Angelus si voluntariè faceret se esse præsentem lapidi; si moueo lapidem, non propter hoc moueo Angelum, quia nec est mobile per se à virtute mea, nec per accidens in proposito, quia nec est forma, nec pars alicuius mobilis per se à me; vnde si Angelus esset præsens lapidi moto à me in termino motus, hoc non esset per actum meum, sed per actionem suam propriam, qua faceret se præsentem ibi. 4. D. 10. Q. 6. §. *Ad intellectum*. ✠. *Sed vt contra*. E. 5.

Angelus si determinasset per voluntatem, quòd semper simul esset cum isto lapide, non diceretur miraculū, quia transfertur, translato lapide, non tamen transferens lapidem per actionem suam transferret Angelum, sed Angelus voluntate propria. *ibidem*. ✠. *Ad secundum dico*. I. 6.

Angelus habet potentiam motiuam secundum locum non organicam, quia non potest habere aliquam potentiam organicam: & illa potest esse principium mouendi corpus secundùm totum, non secundùm partes, quomodo corpus nostrum mouetur organicè. 4. D. 10. Q. 7. §. *Respondeo*. ✠. *Hanc autem conclusionem*. C. 4.

Angeli, secundùm scripturam, quandoque mittuntur cum corpore assumpto; & si tunc cum corpore mouebantur videtur, quòd tunc fuerit aliqua motio passiua ipsorum, alia formaliter ab ipsa motione passiua ipsius corporis, quia non erant aliquid formaliter ipsius corporis: similiter credibile est quòd frequenter missi sunt sine corpore, sicut de illo misso ad Ioseph, de conceptu Beatæ Mariæ dubitantem. 2. D. 2. Q. 9. *Ad quæstionem*. ✠. *Ista propositio*. n. 8.

Angelus quo ad distinctionem ab Anima.

Angelus, & anima differunt specie, quia formæ eiusdem rationis habent eandem rationem perficiendi, & non perficiendi: anima autem naturaliter est perfectiua corporis organici, vt forma; Angelus autem est non perfectio alicuius materiæ. 2. D. 1. Q. 5. *alias* 6. §. *Conclusio*. n. 2.

Angelus, secundùm aliquos, intelligit sine discursu, & anima intelligit cum discursu, & iste, secundùm eosdem, est distinctus modus intelligendi, per quem Angelus, & anima primò distinguuntur specie. 2. D. 1. Q. 5. *alias* 6. §. *Aliter dicitur*. n. 2. *Impugnatur ibidem*.

Angelus licèt non sit tota causa visionis suæ, nec anima suæ:

Angelus quo ad distinctionem ab anima.

tamen vtraque visio essentialiter dependet ab intellectualitate naturæ, cuius est. 2. D. 1. Q. 5. *alias* 6. §. *Contra: Anima*. ✠. *Item tertiò*. A. 3.

Angelus non omnia à principio actu, & distinctè cognoscit, & intelligit: Vnde non ideo non potest discurrere, quia omnes conclusiones sunt sibi actualiter notæ à principio, & ita non potest eas cognoscere, discurrendo. *ibidem*. ✠. *Item quæritur*. A. 3.

Angelo, si omnia sunt habitualiter nota à principio, & ita nō potest habitualem notitiam illorum acquirere ex principijs, hoc non ponit differentiam essentialem intellectualitatis Angeli à Nobis; quia sic esset in anima mea; quia si omnes conclusiones essent sibi notæ à principio à Deo imprimente simul notitiam principiorum, & conclusionum, ipsa non posset discurrere, non propter impotentiam naturæ, sed quia iam præhabet cognitionem, & non potest acquirere de nouo id, quod præhabet. 2. D. 1. Qu. 5. *aliàs* 6. §. *Contra: anima*. ✠. *Item quæritur*. A. 3.

Angelus quia est talis natura ad se, & anima talis natura ad se, ideo primò distinguuntur specie, non quidem sicut duæ species, sed sicut species, & pars speciei; quia anima non est propriè species, sed pars speciei: & tamen ipsa est prima ratio distinguendi suam speciem, (cuius pars est) ab Angelo; & ideo prima ratio distinctionis speciei suæ est in ipsa. *ibidem*. §. *Dico tunc*. C. 5.

Angelus, & anima distinguuntur specie primò per talem, & talem intellectualitatem, imo nec primò, nec non primò, si talis intellectualitas in eis non distinguitur specie: aut si istud non sit verum (sed relinquamus illud modò sicut dubium) saltem videtur satis clarum, quòd per istud non est prima distinctio eorum. 2. D. 1. Qu. 5. *aliàs* 6. §. *Potest etiam*. ✠. *Hoc etiam*. E. 5.

Angeli, & animæ essentiæ, potest concedi, quòd possunt differre specie, & non tamen potentiæ, si verum est quòd intellectualitas in eis non distinguitur specie. 2. D. 1. Q. 5 *aliàs* 6. *Ad primum principale*. E. 6.

Angelus quo ad prædestinationem.

Angelus non præuidet Deus bene vsurum libero arbitrio, nisi quia vult, vel præordinat ipsum bene vsurum eo, quia certa præuisio futurorum contingentium est ex determinatione voluntatis Diuinæ; si ergo offerantur voluntati Diuinæ duo æquales in naturalibus, quæro quare istum prædestinat bene vsurum libero arbitrio, & illum non? non est huius (vt videtur) assignare rationem, nisi voluntatem Diuinam, & hæc est prima distinctio inter eos, quam, secundùm aliquos, sequitur electio, vel reprobatio; & consequenter in prima distinctione ad prædestinationem, & reprobationem (in horum sententia) sola ratio est Diuina voluntas. 1. D. 41. Q. Vn. §. *Sed contra*. n. 10.

Angelus quo ad statum viæ.

Angelus tam bonus, quàm malus habuit tempus viæ, ita quod non tantùm per instans fuit viator, sed habuit malus diuersa peccata ordinata, puta, ex actu amandi se eliciebat actum concupiscendi sibi summum commodum, & ex illo actum excellentiæ, quo voluit habere illud commodum, non sub regula voluntatis superioris, sed contra eam; & tandem actum odiendi Deum, qui resistit sibi in illud appetendo: & non habuit omnes istos actus distinctos simul: & ideo quando demerebatur secundo peccato, adhuc fuit in via, & tamen peccauerat iam primo peccato ea prima electione. 2. D. 7. Q. Vn. § *Contra conclusionem*. ✠. *Præterea; sicut*. C. & D. 5. Q. 2. §. *De tertio articulo*. ✠. *In via ergo*. M. 15. & Q. 1. §. *De secundo articulo*. ✠. *Sed quasi*: & ✠ *Secundo, quia Angelus*. C. 8. & D. 6. Q. 2. *Ad quartum principale*. R. 17.

Angelus quo ad statum innocentiæ.

Angelo, in statu innocentiæ, non inerat aliqua indispositio maior, vel minor ad charitatem: vnde si charitas esset maior, vel minor in subiecto, secundùm maiorem, vel minorem amotionem oppositi indisponentis, sequeretur, quòd omnes Angeli in statu innocentiæ recepissent charitatem æqualem, quod non tenetur. 1. D. 17. Q. 3. *aliàs* 5. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Al a via*. Vu 5.

Angeli, in statu innocentiæ, non fuerunt non recti, quia tunc

Angelus quo ad statum innocentiæ.

tunc non potuerunt habere actum non rectum: potuerunt autem habere aliquem actum electum (& supponendum est quòd habuerunt) & hoc rectum , & non potuit esse aliquis actus rectus, diligendo se super omnia.3.D.27.Q.Vn. §. *Istis igitur*. G.13.

Angelus quo ad adoptionem.

Angeli non fuissent filij Dei adoptiui , si intelligatur extraneitas requisita ad adoptionem tantùm in habendo peccatum,quia semper fuerunt innocentes.3.D.10.Q.Vn.§. *Respondeo.ỿ.Si dicatur*. A 3.

Angelus, si fuisset creatus in gratia, non fuisset adoptatus, nec filius Dei adoptiuus , si in filio adoptato requiratur talis tantùm extraneitas , quòd in instanti generationis naturalis non habeat ius in hæreditatem ; ita quòd prius habeat esse naturale , secundùm quod sit extraneus , antequam adopteiur.*ibidem*. ỿ.*Qui istam*.& ỿ. *Sed hæc ratio*. B.4.

Angelus quo ad moras , seu morulas.

Angeli omnes probabiliter creati sunt vniformes.2.D.5.Q.1. §. *Ad inquirendum*.ỿ.*Quinta propositio*. F.6.

Angeli vsque ad instans meriti , & demeriti erant omnes vniformes: & si tunc primò gratia apponebatur bonis, videtur etiam tunc , quòd debuerit apponi alijs ; nam ante illud instans non demeruerunt ; quare igitur non debuit eis apponi gratia , sicut alijs , qui meruerunt? si autem illam fuissent demeriti,prius eam habuerunt, quia gratia,& culpa non sunt simul.*ibidem*. ỿ.*Sed ad inquirendum*. G. 7.

Angeli,si in primo instanti erant vniformes in naturalibus, ita quòd nunquam fuerunt vniformes in gratia , in secundo instanti dabatur gratia non ponentibus obicem ; & tunc fuisset data malis , si non apposuissent obicem . 2 D. 5. Q. 2. §. *De tertio articulo* . ỿ. *Nec valet* . O. 16.

Angelorum via longior fuit , quàm mora vnius instanti ; & fortè per duo , vel tria sequentia non debebant habere beatitudinem:& ideo non valet dicere, quòd si stetissent , in secundo instanti debebant recepisse beatitudinem. 2. D.5.Q.2.§.*De tertio*.ỿ.*Nec valet*.O.16.

Angeli merentes vsque ad *nunc* præmiationis probabiliter in illo *nunc* præmiati sunt , quia in isto *nunc* non sunt in via, quia illud *nunc* est *nunc* præmij , & ita in illo *nunc* nullus potest demereri ,quia illud non potest impedire,quin reddatur sibi præmium debitum pro meritis pro tota duratione meriti protracta vsque ad illud *nunc* . 2. D. 5. Q. 1. §. *Ad inquirendum* . ỿ. *Quarum prima* . D. 6. Q. 2. §. *De tertio articulo* . ỿ. *Contra istud* .M.14.

Angeli boni ,quando vltimatè meruerunt in eodem instanti , tunc mali demeruerunt ; nam si non demeruerunt , aut tunc meruerunt , & per consequens cum bonis præmiati fuissent ; aut tunc fuissent in termino , quando boni erant in via : aut tunc fuissent in puris naturalibus , & ita adhuc in mora sequente fuissent in via, in qua tamen boni erant in termino . *ibidem* . ỿ.*Et ex istis* . E. 6.

Angelus quilibet fuit in gratia , siue in instanti creationis, siue postea ; nam & si non sit necesse , quòd ad hoc , quòd aliquis peccet , priùs habuerit gratiam : tamen congruum est, quòd Angeli non solum non fuerint iniusti , quia acceperunt libertatem , per quam potuerunt saluare iustitiam naturalem , sed quòd acceperunt iustitiam gratuitam secundùm Anselmum *de casu Diaboli cap.12.& 16. ibidem.ỿ.Sed ad inquirendum*. F. 7.

Angelus quilibet peccans, aliquando fuit in gratia. 2. D. 5. Q. 1. §. *Ad inquirendum* . ỿ. *Sed ad inquirendum* . F. 7.

Angelum primò peccasse in instanti , vel instanti temporis nostri videtur quibusdam , quia inter priuatiuè opposita circa subiectum aptum natum non est medium ; & quando est subiectum indiuisibile , nulla est causa successionis de termino in terminum , neque ex parte terminorum , neque ex parte mobilis: alijs autem videtur, quòd necessariò oporteat , ipsum peccasse cum tempore nostro, quia nulla virtus creata agit in instanti , quia tunc maior virtus ageret in minori, quàm in instanti : neutræ

Angelus quo ad moras , seu morulas.

tamen rationes concludunt.2.D.5.Q.1.§. *De secundo articulo*. ỿ.*Sed quibus*. H.8.

Angelorum moræ in existentia,& suis operationibus (quæ quidem moræ non sunt diuersa instantia temporis discreti , vt aliqui volunt , quia nihil in Angelis oportet ponere tempus discretum,sed diuersa *nunc æui*) partibus , & instantibus temporis nostri continui ita correspondebant , quòd vltima mora , scilicet existendi in termino , correspondet toti tempori post instans primum beatitudinis bonorum , & damnationis malorum ; & mora tamen prima , in qua erant vniformes, potest poni coexistisse instanti nostro , vel parti temporis nostri ; & secundùm hoc consequenter oportet ponere de secunda mora , si enim prima mora coexstitit tempori , & vltimo instanti eius ; igitur secunda mora non habuit aliquod primum instans in tempore nostro correspondens sibi . *ibidem* .

Angelus duobus modis(quo ad correspondentiam morarum , in quibus peccauit, tempori nostro) potuit peccare: primo modo sic , quòd prima mora innocentiæ coexisteret tempori , & non vltimo eius instanti,& tunc secunda mora habuit primum instans temporis correspondens sibi : secundo modo sic , quòd prima mora coexstitit tempori , & vltimo instanti eius , aut soli instanti vnius temporis ; & tunc secunda mora non habuit aliquod primum instans sibi correspondens , sicut non est dare primam mutationem in motu continuo *ex.2. Physic. ibidem*.

Angeli mali peccauerunt pluribus peccatis diuersæ speciei , & non habuerunt simul omnes actus illos : vnde habuerunt vnum post alium,& in tota mora , in qua habuerunt actus istos,erant in via , alioquin actus eorum posteriores non fuissent eis demeritorij , sed quasi pœnæ existentium in termino.2.D.5.Q.1.*De secundo articulo*. ỿ.*Sed qualis* . I.9.& Q.2.§.*De tertio*.ỿ.*In via*.M.14.

Angeli mali non simul erant mali demeritoriè, & culpabiliter damnati , quia non simul erant ipsi in via,& in termino,sicut nec boni:& licèt modo sint in culpa, non tamen demerentur,vt viatores, eliciendo actum , quem elicere imputetur eis ad demeritum.2.D.5.Q.1. *Ad secundum principale* . L.10.

Angeli,si ex hoc, quòd intelligunt sine discursu, habuissent duas moras tantùm,vnam,in qua fuerunt creati in gratia , & simul meruerunt,& alteram , in qua fuerunt mali damnati , & boni præmiati , ita quod hi fuissent ex hoc statim beati post vnum actum ,sequeretur , quòd mali,qui(secundùm sic ponentem) meruerunt in primo instanti , fuissent beati,& nunquam peccassent.*ibidem*. ỿ.*Respondeo* ,*si ex hoc* . L. 10. *Additio*.

Angelos habuisse sine mora perfectionem naturalem , est falsum ; & multò falsius , quòd sic habuerunt perfectionem supernaturalem , quam acquirunt meritoriè . 2. D. 5. Q. 1. *Ad secundum principale*.ỿ.*Respondeo* , si ex hoc. L.10. *Additio*.

Angeli Sancti ex Augustino de correptione , & gratia , *qui perstiterunt,meruerunt illius vitæ mercedem recipere* : non meruerunt autem postquam illam receperunt,ergo priùs . 2. D.5.Q.1.*In argumento ad oppositum*.n.1.

Angelus ex Augustino *lib.1.super Genes. cap.2.* primo est factus informis,secundò lux.2. D.4.Q.Vn. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Angeli boni in primo instanti creationis potuerunt esse beati.2.D.5.Q.2.§.*Respondeo primo*.A.3.

Angelo de malo dicitur Isa.14. *Quomodo cecidisti Lucifer,qui manè oriebaris?* & ponitur *Dist.6.cap.1*.ergo priùs oriebatur,& luxit,quàm caderet:Item Ezech. 28.*In delicijs Paradisi fuisti*,ergo non statim cecidit:ideo concluditur , quòd mora fuit inter principium creationis , & damnationis ; & eodem modo patet de bonis in littera Magistri.2.D.5.Q. 2.§. *De secundo articulo*. M.13.

Angelos tam bonos, quàm malos non simul præmiatos fuisse & meruisse ponitur.2.D.5.Q.2.§.*De tertio*. M.14.

Angelus in vltimo instanti viæ , in quo debuit recipere beatitudinem , non potuit ponere obicem , aliter illud instans non fuisset terminus: vnde si pro mora viæ boni , & mali fuerunt æquales in merito (vt aliqui ponunt) similiter in præmio erunt æquales. *ibidem*. ỿ.*Contra illud*. M. 14.

Angelus quo ad moras, seu morulas.

Angeli boni, & mali fuerunt ad inuicem discreti in via, aliter non fuissent discreti finali discretione in termino. 2. D.5.Q.2. *§. De tertio. ℣. Dico ergo.* M.55.

Angelus bonus non fuit præscius futurorum, & propterea fuit prius elicitum peccatum à malo Angelo, antequam per se ipsum esset tentatio boni; & ideo in secunda mora fuerunt multæ morulæ elicitæ à malis. *ibidem. ℣. In via ergo.* N.15.

Angeli probabiliter in primo instanti fuerunt vniformes in statu naturæ creati sine gratia; postea in secundo instanti erant in gratia vniformes: & postea in tertio instanti viæ mali multipliciter demeruerunt, & boni multipliciter meruerunt: Et in quarto fuerunt in termino: & hoc videtur rationabile, quia sic experti erant de omni statu: & maiorem occasionem habebant intensiùs eliciendi actum meritorium postea, cùm simul habeant gratiam, ex hoc, quòd experti erant, quòd ex naturalibus in primo instanti, hoc non poterant. 2.D.5.Q.2.§. *De tertio. ℣. In via ergo.* N. 55. & Q.1. *§. Ad inquirendum. ℣. Sed ad inquirendum.* & *℣. Ista vltima.* G.7.

Angeli probabiliter primò erant vniformes creati in gratia: Et in secundo instanti boni meruerunt, & mali demeruerunt ante terminum, quia Deus non discernit eos, antequam fuissent inter se discreti. 2.D.5. Q.2.§. *De tertio articulo. ℣. In via ergo.* N.15. & Q.1.§. *Ad primam quæstionem. ℣. Tertio modo.* C.5.

Angeli bene potuerunt ponere obicem respectû gratiæ recipiendæ in instanti, in quo debuit recipi, licèt non respectu præmij recipiendi in instanti, in quo debuit recipi, quia tunc non est recipiens in via, sed in termino; & tunc mali demeruerunt, & boni meruerunt, omnes adhuc in statu viæ existentes: Et in termino illi erant beati, mali verò obstinati; ita quòd non credo, quòd omnino pares in via, fuissent dispares in termino. 2.D.5.Q.2.§. *De tertio articulo. ℣. Nec valet.* P.16.

Angelus quo ad iustitiam originalem.

Angelus, vel non est capax iustitiæ originalis, vel si sic est, habet eam; si enim non respicit per se, nisi voluntatem, & non appetitum sensitiuum; & si respiciat finem sub ratione conuenientis, & delectabilis, non est inconueniens ponere aliquod tale donum in Angelo. 2.D.32.Q.Vn. *Ad secundum principale secundæ quæstionis.* I.56.

Angelus quoad gratiam.

Angelus, & anima comparantur ad gratiam secundùm eandem rationem receptiui, quia ipsa, vt recipitur, est forma eiusdem rationis; & ista recipientia, in quantùm recipiunt, sunt eiusdem rationis. 3.D.13.Q.4.§. *Ad primam quæstionem. ℣. Præterea Angelus.* G.6.

Angeli boni non habuerunt in merendo aliquam indispositionem, & tamen non habuerunt æqualem charitatem: vnde non sequitur, quilibet Angelus in eadem specie æqualiter disponitur ad gratiam, ergo quilibet æqualem habet gratiam. 3.D.17.Q.3. *aliàs 5.§. Contra istam opinionem. ℣. Item Angeli boni.* Vu. 5. *Additio.*

Angelus aliquis potest recipere summam gratiam, & consequenter anima intellectiua, & proinde anima Christi. 3. D.13.Q.4. *§. Ad primam quæstionem. ℣. Præterea; Angelus.* G.6.

Angelus, si fuisset assumptus à Verbo, habuisset ex vi assumptionis maiorem capacitatem, quàm nunc habet (secundùm aliquos opinantes, quòd ex vnione ampliaretur capacitas naturæ assumptæ, vt possit recipere summam gratiam, quam non posset recipere, si non esset assumpta;) & ita tantùm aucta esset natura Angeli assumpti vltra capacitatem eius naturalem per assumptionem, quantùm modò natura assumpta aucta est per vnionem ex parte animæ vltra suam capacitatem habitualem, vel plus: & ita illa natura posset capere plus de gratia, quàm modò anima Christi. 3.D.13.Q.4. *Ad primum principale primæ quæstionis. ℣. Præterea si Angelus.* H 10.

Angelus quo ad terminum.

Angelus cadens sicut est in termino, non in via, sic homo in morte; & quo ad hoc est similitudo inter Angeli casum, & hominis mortem, iuxta illud Damasceni *lib. 2. cap. 4. aliàs 22. Quod est Angelis casus, hoc est hominibus mors*: Sed non oportet similitudinem esse quantum ad stabilem permanentiam in quocunque, sed in illo, quod est principale in illo, qui iam attingit terminum, cuiusmodi est vita spiritualis per gratiam, vel mors spiritualis per peccatum mortale: Et sic qui moritur in vita gratiæ, semper viuet; qui verò moritur in peccato mortali, semper permanebit; sed de peccato veniali non oportet esse talem stabilitatem. 4. D.21.Q.1. *Ad tertium principale.* H.13.

Angelus quo ad meritum, & beatitudinem.

Angeli, secundùm Magistrum, fuerunt beati antequam ipsi etiam meruerunt; sed merentur eam modò per obsequia impensa electis, sicut miles meretur Equum bene militaturus per eum, sed non tenetur in hoc Magister. 2. D.5. Q.1.§. *In ista quæstione.* n.2.

Angelus non habuisset beatitudinem, si homo non fuisset creatus (supposito, quòd beatitudinem modò mereatur per obsequia impensa electis, quia tunc non habuisset actum extrinsecum, per quem mereretur sibi, (secundùm sic opinantes:) hoc autem est inconueniens, quia Angelus non dependet ab homine in merendo. *ibidem.*

Angelus non meruit beatitudinem, si tantùm habuit eam propter bonum præuisum ipsius in obsequendo circa electos. 2. D. 5. Q.1.§. *In ista quæstione. ℣. Præterea; per hoc.* n.2.

Angeli meruerunt beatitudinem suam, & priùs quàm receperunt eam. *ibidem. §. Ideo tenetur.* n.3.

Angelus, sicut & homo, meruit suam beatitudinem. *ibidem.*

Angelus per obsequia præstita homini meretur aliquam beatitudinem accidentalem; imo obsequia sunt aliqua opera redundantia ex perfectione beatitudinis, & non sunt ordinata ad vlteriorem perfectionem, sicut est de actibus generatis, & procedentibus ab habitu generato perfecto. 2. D.5.Q.1. *Ad primum principale.* B.4.

Angeli, eo modo, quo habent beatitudinem accidentalem, non habent illam quando merentur: nec ex hoc est afflictio, quia habent beatitudinem essentialem, quam maximè volunt. *ibidem.*

Angelorum fuit maximum meritum, volendo finem vltimum motu intrinseco, quando mali auersi erant a fine isto superbiendo. 2. D.5. Qu.1. *Ad secundum principale.* C. 4.

Angeli habuerunt motum meriti valde intensum pro ista morula, qua merebantur, in tantùm fortè, quòd nullus homo, secundùm communem legem, posset habere ita intensum actum meriti, sicut ipsi habuerunt. *ibidem.*

Angeli licet habeant bonas operationes circa nos, vel alij Beati; quia tamen illi actus sunt inclusi in beatitudine illorum, hoc est in ratione beatitudinis, & ex illius plenitudine, & collatione obligantur nobis à Deo, potest dici, quòd non mereantur. 3. D.18.Q.Vn.§. *In ista quæstione. ℣. Tunc ad propositum.* B.6.

Angeli beatitudo naturalis excedit naturalem beatitudinem hominis, etiam si fuisset in statu innocentiæ tam Angelus, quàm homo per quantumcunque tempus. 2. D.3.Q.9.§. *Ad quæstionem. ℣. Quod autem talis.* D.8.

Angeli boni nec potuerunt, nec voluerunt nolle sibi beatitudinem, etiam sibi concupiscendo: sed illam non voluerunt plus sibi, quàm Deo bene esse in se, sed minus; quia illud velle ita potuerunt moderari per libertatem. 2. D.6. Q.2. *§ Ad videndum. ℣. Respondeo; boni.* L. 12.

Angeli boni potuerunt appetere sibi beatitudinem, vt habentes illam, perfectiùs amarent summum bonum; & iste actus concupiscendi beatitudinem esset meritorius, quia non vtitur fruendo, sed fruitur eo, quia bonum, quod concupisco mihi, ad hoc concupisco, vt plus amen illud bonum in se. *ibidem. ℣. Respondeo; appetere.* L. 12.

Angeli boni in primo instanti creationis potuerunt esse beati. 2. D.5.Q.2.§ *Respondeo primò.* A.3.

Angelus bonus pro quocunque instãti fuit capax beatitudinis, quia per naturam est imago Dei, quæ est capax Dei; & etiam plenam habuit naturam, & perfectam in naturalibus. *ibidem.*

Angeli mali non fuerunt beati in primo instanti creationis, quia tunc non fuerunt certi de beatitudine sua; sic enim

postea

Angelus quo ad meritum, & beatitudinem.

postea non cecidissent; sed si non fuerunt certi de beatitudine, non fuerunt beati. 2. D. 5. Q. 2. §. *De secundo articulo*. M. 13.

Agelus quo ad missionem.

Angelos omnes mitti absolutè concedendum est, propter authoritatem Apostoli ad Hebræos 1. *Omnes sunt administratores spiritus*. 2. D. 10. Q. Vn. §. *Respondeo*. A. 2.

Angeli superiores mittuntur ad inferiores, loquendo eis, & illuminando eos interius: & alij inferiores mittuntur externis ad illa reuelata nuncianda hominibus, vel explenda: & ita non omnes communiter mittuntur extra: & sic possunt exponi omnes authoritates, dicendo, quòd omnes mittuntur extra, vel intra. *ibidem*.

Angeli supremi, saltem aliqui videntur mitti quandoque ad extra; nam Incarnationem nesciebant multi Angeli ante tempus Incarnationis, vel passionis Christi: constat autem, quòd illum, qui missus est ad B. Virginem ad hoc nunciandum, non latuit, quare ille, cui hoc patuit, erat de superioribus, & non de infimis, quos latuit hoc sacrum mysterium. *ibidem*. ℣. *Videtur tamen*. A. 2.

Angelorum millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei, Daniel. 7. Distinguendum hoc est de communiter assistentibus, & de communiter ministrantibus. *ibidem*.

Angelus quo ad custodiam hominum.

Angelus non frustra custodit hominem, quia potest circa intellectum eius docendo per signa sensibilia efficacius aliquid facere, quàm homo, & fortè aliquid operando circa phantasiam, & fortè circa intellectum possibilem: dato etiam, quòd nullum istorum possit esse, adhuc non frustra esset custodia eorum, quia custodiunt nos à multis impugnationibus Dæmonum, secundùm quòd dicit Hieronymus super illud Matthæi cap. 18. *Angeli eorum semper vident &c.* 2. D. 11. Q. Vn. *Ad primum principale*. D. 8.

Angelus quo ad affectionem commodi.

Angelum imaginari possumus, sicut fingit Anselmus *de casu Diaboli*; quòd primò esset quædam natura, & deinde daretur sibi affectio commodi sine ratione, sed tunc voluntas non esset capax peccati, nisi daretur sibi plus. 2. D. 23. Q. Vn. *Ad primum principale*. ℣. *Et per simile*. E. 8.

Angelus, si secundùm imaginationem Anselmi *de casu Diaboli*, esset creatus secundùm affectionem commodi tantùm, & non iustitiæ, secundùm quam attenditur libertas, posset adhuc intellectus discurrere, vnde talis voluntas esset rationalis, quia cognoscitiua sua esset rationalis, & in potentia ad considerandum diuersa: & tamen ista voluntas non esset libera, nec posset peccare; & proinde illa indifferentia cognoscendi non esset ratio libertatis. 2 D. 25. Q. Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Quod etiam*. B. 10. *Additio*.

Angelus, qui secundùm fictionem Anselmi *de casu Diaboli cap.* 12. si haberet intellectum, & appetitum tantùm secundùm affectionem commodi, cui non data esset affectio iustitiæ, non posset appetere, nisi tantùm intelligibilia, & hoc per modum naturæ, sicut appetitus sensitiuus appetit conuenientia secundùm sensum. *ibidem*. §. *Dico ergo*. ℣. *Item sine omni*. T. 23.

Angelus quo ad impeccabilitatem.

Angelus, si fuit creatus in gratia (vt volunt tenentes immobilitatem voluntatis esse ex immobilitate intellectus) tunc habuit aliquem actum in gratia, quia non est verisimile quòd in primo instanti fuerit otiosus, quia non fuit impeditus; si fuisset tunc otiosus, peccasset fortè peccato omissionis; nec simul cum gratia peccauit: planum est; & ita aliquando secundum gratiam habuit bonam electionem plenam, quia sequentem perfectam apprehensionem intellectus, quia (secundùm eos) non est, nisi talis apprehensio in eis, & hoc immobiliter, & non per discursum; vnde quilibet in illa electione bona firmauit se, & factus est impeccabilis, quod non videtur verum. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea, ex illa via*. C. 8.

Angeli beati, vel homines, licèt sint, vel concedantur impeccabiles per gratiam, negatur tamen propter hoc creari posse voluntatem impeccabilem ex natura sua. 2. D. 23. Q. Vn. *Ad quintum principale*. F. 9.

Angelus quo ad tentationem.

Angelis bonis pro magno merito adscribitur, quòd vicerunt prælium tentationis: Apocal. 13. *Factum est prælium magnum in Cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone &c.* Si autem præcisè esset vnum instans, in quo mali demeruerunt, & boni meruerunt, in illo non fuisset ista pugna, vel victoria tentationis; & ita non adscriberetur ista victoria eis in laudem, & excellens meritum eorum. 2 D. 5. Q. 1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Secundò, quia Angelis*. I. 9.

Angelorum malorum peccatum non tentauit bonos in instanti naturæ, in quo mali peccauerunt; nec enim tentauit eos, nisi posteriùs natura, quàm fuit commissum à malis: Posterius igitur vicerunt boni tentationem, quàm mali peccauerunt. *ibidem*. K. 9.

Angelus quo ad peccatum.

Angelus malus potest inordinatè velle, nec oportet quòd possit illud, quod sic vult. 2. D. 2. Q. 12. *Ad primum principale*. E. 4.

Angelus, si fingeretur secundùm fictionem Anselmi *de casu Diaboli*, quòd scilicet Angelus tantùm habens affectionem commodi, & non iustitiæ, hoc est habens appetitum intellectiuum merè, vt appetitum talem, & non vt liberum, talis Angelus non posset non velle commoda, nec etiam non summè velle talia; nec imputaretur sibi in peccatum, quia iste appetitus se haberet ad suam cognitiuam, sicut modo appetitus visiuus ad visum necessariò consequendo ostensionem ipsius cognitiuæ, & inclinationem ad optimum ostensum à tali potentia, quia non haberet vnde se refrænaret. 2. D. 6. Q. 2. §. *Ad videndum*. G. 8.

Angelorum intellectus ante primum peccatum fuit rectus in apprehendendo; non enim pœna præcessit culpam. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea, contra primam*. C. 7.

Angelus potuit peccare in primo instanti, & liberè, & voluntariè, vt voluntas est prior natura actu elicito, quia habuit primum *esse* perfectum, & obiectum approximatum, & non fuit impeditus, & actus est permanens. 2. D. 18. Q. Vn. §. *Ad primum principale*. ℣. *Ad aliud cùm dicitur*. I. 18.

Angelum malum, qui sentiunt peccasse à principio, hoc est, quòd semper fuerit sub peccato, non ex hoc cum Manichæis sentiunt secundùm Augustinum 11. *Ciuit.* 13. ponentibus vnum Deum malum; & ita Deus non esset auctor illius mali; & sic per consequens, secundùm tenentes, quòd potuit peccare in primo instanti, diceretur, quòd peccasset, non inquantùm effectiuè à Deo, sed vt est de nihilo, aliàs eius peccatum redundaret in Deum. *ibidem*.

Angeli peccantis simpliciter actus primus inordinatus fuit primum velle amicitiæ respectu eius, cui voluit bonum 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ex isto*. B. 4.

Angelum malum aliquid aliud à se dilexisse nimis intensè actu amicitiæ non est verisimile, tum quia inclinatio naturalis magis inclinauit ad se, quàm ad aliquid aliud creatum sic amandum: tum quia non videtur, quòd aliquid aliud creatum à se sic intellexerit, sicut se. *ibidem*. E. 4.

Angeli mali primus actus inordinatus fuit actus amicitiæ respectu sui ipsius: & hoc est quod dicit Augustinus 14. *Ciuit. cap. vltimo*, quòd *duo amores fecerunt duas Ciuitates: Ciuitatem Dei amor Dei, vsque ad contemptum sui; & Ciuitatem Diaboli amor sui, vsque ad contemptum Dei*. *ibidem*. C. 4.

Angeli mali primò concupierunt sibi beatitudinem. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Et videtur*. *ibidem*. C. 5.

Angelus quo ad peccatum.

Angelorum primum demereri fuit inordinatus motus, & desiderium beatitudinis circa Deum. 3. D. 18.Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ✝. *Tunc ad propositum*. B. 5.

Angelus concupiuit primò concupitum à se inordinatè amore honesti, vel vtilis, vel delectabilis, quia non est, nisi iste triplex amor, quo aliquid amatur; non amore honesti, quia tunc non peccasset; nec amore vtilis, quia ille non est primus amor; ex quo enim vtile est ad aliquid vtile, nullus priùs concupiscit vtile, quàm illud, ad quod est vtile.2. D.6. Q.2.§. *In ista quæstione*. ✝. *Secundò probatur*. D. 5.

Angeli primum peccatum in concupiscendo fuit aliquod *velle*; nihil enim refugit à se, hoc est, ne aliquid sibi contingat, nisi quia concupiscit oppositum sibi. *ibidem*. C. 5.

Angelus primò peccauit amando aliquid excessiuè tanquam delectabile summum. *ibidem*.

Angeli primum peccatum ex appetitu, & velle concupiscentiæ fuit immoderata concupiscentia beatitudinis, quia beatitudo est obiectum voluntatis.2. D.6.Q.2. §. *In ista quæstione*. ✝. *Quantum igitur*. E.6.& 4. D.49.Q.5.§. *Ad quæstionem*. ✝. *Secundo non*. B.3.

Angeli voluntatem probabile est excessisse, vel plus appetendo sibi beatitudinem, inquantum est bonum sibi, quàm amando illud bonum in se: vel plus appetendo illud bonum, vt obiectum beatificum esse bonum *suum*, tanquam sibi bonum, quàm appetendo inesse alij, vt Deo suo: & in hoc est summa peruersitas voluntatis, quæ *est vti fruendis, & frui vtendis* secundùm Augustinum 83. QQ. Quæst. 9. 30. vel secundo modo potuit appetere, statim habere eam, cùm tamen Deus velit eum illam habere post motulam viæ: vel tertio modo, appetendo eam ex naturalibus haberi, non habendo eam gratiosè, cùm tamen Deus velit eam haberi ex meritis.2.D.6.Q.2.§.*Ad videndum*. ✝. *Secundùm hoc*. H.9.

Angeli voluntas libera debuit moderati affectionem, quantùm ad illas circumstantias, quas recta ratio habuit ostendere, quia beatitudo debuit minùs appeti sibi, quàm Deo: & debuit appeti pro tempore, pro quo Deus vult: & ex meritis, pro quibus Deus voluit eam debere appeti: si aliquo istorum modorum sequebatur affectionem commodi (non moderando eam per iustitiam, hoc est per infusam, si habuit, vel acquisitum, vel innatam, siue naturalem, quæ est ipsamet libertas) peccauit.*ibidem*.

Angelus malus postquam sibi inordinatè voluit beatitudinem, concupiuit vlterius inordinatè sibi aliquod bonum, scilicet excellentiam aliorum.2. D.6.Q.2. §. *Ad videndum*. ✝. *Viso igitur*. L. 13.

Angelus habuit inordinata *nolle*, nolendo scilicet opposita eorum, quæ concupiuit, puta, nolendo beatitudinem sibi minùs inesse, quàm Deo in se, siue, quàm Deum esse: vel nolendo expectare beatitudinem vsque ad terminum viæ: vel nolendo habere eam ex meritis, sed ex se; & ex consequenti nolendo subesse Deo, & tandem nolendo Deum esse, in quo, tanquam in summo malo consumata videtur malitia. *ibidem*.

Angelus non peccauit primò in appetendo excellentiam respectu aliorum, vt tanquam Dominus, quia bonum sibi, & ad se est præcedens: nec in appetendo excellentiam in opinione aliorum, quia tunc falsam excellentiam appetiuisset.2.D.6.Q.2.§.*Quantum ad secundum*. ✝. *Item non peccauit*. N. 14.

Angeli primum peccatum non fuit superbia propriè dicta, sed propter delectationem, quam importabat, magis videtur reduci ad luxuriam, sicut peccatum, quo inordinatè delectatur quis in speculatione conclusionis geometricæ ad luxuriam reducitur. *ibidem*. ✝. *Ideo dico*. N.14.

Angelus quando peccauit secundo peccato, adhuc fuit in via; & per consequens quando peccauit secundo peccato, potuit pœnitere de primo peccato; & ita primum peccatum ex se non fuit irremediabile.2.D.6.Q.2. *Ad quartum principale*. ✝. *Et cùm tu*. S. 17.

Angelus non primò appetebat aliquid in ordine ad alios, quia sicut nihil est ad alterum, quod priùs non est ad se, ita nullus appeteret aliquid in ordine ad aliud, nisi quia primò appetit sibi; & per consequens Angelus primò appetebat sibi excellentiam supra alios. 2. D.6. Q. 2. *In tertio argumento ad oppositum*. T. 18. *in fine*.

Angeli primum peccatum non fuit maximum, sicut enim in bonis proceditur à magis bonis ad minùs bona, scilicet à dilectione finis ad dilectionem eorum, quæ sunt ad finem: ita è contra, in malis à minùs malo proceditur ad magis malum; iuxta illud Augustini 14. *Ciuit.cap. vlt. Amor sui vsque ad contemptum Dei.ibidem. Ad primum argumentum ad oppositum*. T. 18.

Angeli mali peccauerunt primò immoderatè concupiscendo sibi obiectum beatitudinis, sicut vult Anselmus *de casu Diaboli*, vbi vult, quòd aliquid appetebant, quod habuissent, si stetissent; nihil autem priùs, vel magis appetebant, quàm beatitudinem, quia ad illam primò etiam summè inclinat affectio commodi. 4.D.49.Q.5.§. *Ad quæstionem* ✝. *Secundò non*. B 3.

Angelus (ex Augustino 11. super Genes. cap.32.) cecidit non ab eo, quod accepit, sed ab eo, quod accepisset, si Deo subdi voluisset. *Quodl.* Q.18.§ *Ex isto*. ✝. *Respondeo malitia*. B b.18.

Angelus quo ad appetere æqualitatem Dei.

Angelus potest appetere æqualitatem Dei.2.D.6.Q.1.§. *Quia tamen*. A. 2.

Angelus potest amare se amore amicitiæ, & ideo potuit sibi concupiscere omne bonum concupiscibile: & ita cùm æqualitas Dei sit bonum quoddam concupiscibile secundùm se, sibi potuit illud bonum concupiscere. *ibidem*.

Angelus volitione complacentiæ potuit sibi appetere æqualitatem Diuinam, sed non volitione efficaci: simplici tamen volitione complacentiæ potuit sibi concupiscere tantùm bonum, & tanto desiderio, quanto concupisceret, si esset sibi possibile.2.D.6.Q.1.§. *Respondeo ad quæstionem*. B.C. 3. *Additio*.

Angelus voluit fortè æqualitatem Dei, non absolutè, appetendo hoc, tanquam possibile, sed *velle* conditionato, in quo sufficienter est ratio meriti, & etiam peccati, & etiam ratio gaudij, & tristitiæ de opposito.3. D.26. Q. Vn. §. *Ad primum horum* I.20.& D.33.Q. Vn.§. *Ad primum concedi*. ✝. *Alio modo*. L.17.

Angelus malus quo ad obstinationem, & gratiam.

Angelos malos immobiliter, & immutabiliter continuare malitiam peccati commissi, docent aliqui: vnus ex hoc, quia voluntas eius cùm sit separata à materia, & per se habeat plenam libertatem, ita profundè immergit se obiecto, quòd resilire nequit: alius autem ex hoc, quia non potest mutare intellectionem, cui proportionatur appetitus Angelicus, ex eo, quod apprehendit immobiliter, sine discursu, quod intelligit.2.D.7.Q.Vn.§. *Hic ponitur duplex ratio*.n.3. *Impugnatur vterque modus*. *ibidem*. §. *Contra conclusionem*.o.4.& *deinceps*.

Angeli mali omnes non videntur ex summo conatu peccasse, sicut nec omnes boni ex summo conatu meruisse: aut saltem possibile fuit non secundùm totam facultatem naturæ suæ elicere actum.2.D.7.Q.Vn. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Hoc etiam*. D.9

Angelos malos habere potentiam non peccandi potest concedi, quia habent potentiam, quæ non est formaliter peccatum, licet non habeant potentiam non peccandi, hoc est non esse in peccato, quomodo peccator dicitur esse in peccato, postquam transiuit actus, quem commisit, & priuatus gratia, remanet reatus vsque scilicet ad pœnitentiam de peccato commisso: hoc modo non possunt ex se non peccare, idest non esse in peccato; nec oportet liberum arbitrium esse potentiam ad non peccandum, hoc est ad non esse in peccato.2.D.7.Q.Vn. *Ad tertium principale*. V. 26.

Angelo lapso videtur Augustinus *de Fide ad Petrum* magis concedere potestatem redeundi ad bonum ex puris naturalibus, quàm homini lapso; quare si homo viator potest ex naturalibus suis habere potentiam dispositiuam ad gratiam, multò magis Angelus. 2.D.7.Q.Vn.§. *De secundo, dico*. ✝. *Verum autem*. I.16.

Angelo-

Angelus malus quo ad obstinationem, & gratiam.

Angelo malo non videtur negandum posse meritoriè velle quantùm ad omnia membra de potentia, vt est principium, nisi quia non habet principium merendi totale, nec principale partiale respectu volitionis bonæ, nec respectu gratiæ specialis, quæ requiritur ad bonam volitionem: nec tamen eodem modo ipse potest bene velle, quo viator peccator. *ibidem*. ℣. *Secundum hoc ergo*. I. 17.

Angelus malus potest meritoriè velle, loquendo de potentia, quæ est differentia entis, quæ scilicet ordinatur ad actum, quæ scilicet consequitur rationem potentiæ actiuæ, & passiuæ, licèt partialis secundariò, & diminutè: non tamen potest concedi de potentia propinqua ad actum illum, quia illa non est in actum, nisi amotis omnibus impedimentis, qualis non est ex illa potentia passius sola quã habet Angelus, nec ex illa causa partiali, quæ est voluntas; deficit enim vna causa partialis [scilicet gratia specialis,] quæ requiritur ad agendum. *ibidem*. K. 17.

Angelum malum bene velle, vel habere gratiam, est impossibile, quia impossibile est, Deum sibi gratiam dare. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *Ad propositum*. L. 18.

Angeli mali naturæ Deum dare gratiam non est impossibile de potentia absoluta; eùm enim illa natura sit capax gratiæ, sequitur, quòd nulla sit contradictio in hoc, quod est gratiam actu informare illam naturam. *ibidem*.

Angelis malis Deum nunquam daturum gratiam certum esse concludit Augustinus 21. *Ciuit. cap. 23. 24.* ex regulis scripturæ, inter quas est illa auctoritas Eccles. 11. *Vbicunque ceciderit lignum, ibi erit*, hoc est, In cuiuscunque creatura rationalis amore permanserit, in illo permanebit: & Isai. 66. *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur*: & Matth. 25. *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam*: secundùm hoc ergo impossibile est, eos bene velle, quia impossibile est Deo, de potentia dico ordinaria, eis gratiam dare. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *Ad propositum*. L. 18.

Angelis malis ad habendum volitionem bonam videtur, quòd non sit negatio potentiæ, hoc est, principij actiui, nisi accipiatur principium actiuum totale, vel partiale principale: nec potentiæ, quæ est ordo ad actum, nisi propinquæ: nec potentiæ logicæ, nisi ex extrinseco, ex cuius parte non est impossibilitas ad vniendum extrema, loquendo de potentia eius absoluta; sed de potentia ordinata, quæ colligitur ex Scriptura: nec est aliqua causa permanentiæ eorum in malo, nisi derelictio Diuina, siue quòd disposuit eis, non dare gratiam, cùm sint in termino, quomodo non disposuit de viatoribus malis: Et videtur hoc etiam posse probari per auctoritates Sanctorum, vt per Damascenum *lib. 2. cap. 3. vel 18. Quod est Angelis Casus, hoc est hominibus mors*: & per Augustinum 21. *Ciuit. cap. 13. In Scriptura nihil est certius, quàm sententia Scripturæ de damnatione æterna*. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo articulo*. ℣. *Ex dictis*. O. 21. *Additio*.

Angelorum malorum obstinatio, vt dicit malitiam peccati in voluntate, potest dici esse à Deo, non positiuè volente eam, sed deserente, & nolente dare gratiam, ita illum non gratificat, quem dereliquit, hoc est, respectu gratificationis eius habet nolle. *ibidem*. *Hæc etiam*. N. 20.

Angelus quo ad operationes bonas, & malas.

Angelus malus potest habere, & habet multas volitiones transeuntes super obiectum conueniens tali actui, puta amando se, odiendo pœnam, & sic de alijs multis, & ideo bonas ex genere. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo dico*. G. 14.

Angeli mali, secundùm aliquos, non possunt habere volitionem moraliter bonam quia omnem volitionem deformant ea aliqua circumstantia inordinata, referendo illud inordinatè ad amorem sui. 2. D. 7. Quæst. Vn. §. *Restat nunc*. O. 22.

Angeli mali habent naturalia integra secundùm Dionysium *De Diuinis nominibus*; vnde in eis est inclinatio naturalis ad bonum, & ideo, secundùm illam inclinationem, possunt aliquid conformiter velle, quia potentia, vt in natura sua merè consideratur, potest aliquem actum elicere consonum inclinationi naturali, & consequenter possunt habere actum non malum. *ibidem*. ℣. *Contra primum*. P. 22.

Angeli mali habent vermem, qui est remorsus de peccato eorum: remorsus iste est aliqua displicentia; hæc displicentia non est actus moraliter malus, quia licèt posset deformari per circumstantiam inordinatam, tamen sistendo in hoc, quod est nolle se peccasse, non videtur esse formaliter malitia moralis. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Restat nunc*. ℣. *Præterea habent*. P. 22.

Angelus malus quo ad operationes morales.

Angeli mali si nolunt pœnam, inquantum est læsiua naturæ, sistendo tantùm in hoc absque aliqua circumstantia, non videtur actus malus moraliter; quia sicut potest amare naturam suam non malè moraliter, ita potest odire contrarium sibi. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Restat nunc*. ℣. *Præterea; si nolunt*. P. 22.

Angelos malos potest dici non necessariò habere aliquem actum malum moraliter, nec loquendo de aliquo actu determinato, vel indeterminato, siue vago. 2. D. 7. Qu. Vn. §. *Quantum ergo*. P. 24.

Angeli mali, si tantùm habeant habitum determinatum, ille inclinat ad certum actum vnum in specie: & patet, quòd Angelus malus potest habere aliquem alium actum ab illo in specie, & pro tunc non habere illum; & per consequens non habere quemcunque alium, ad quem non est talis habitus inclinans: si etiam habeat plures habitus inclinantes ad diuersos actus in specie; aliquis tamen habitus non vehementissimè inclinat, & potest non habere actum illius habitus non maximè inclinantis; vnde potest non habere actum cuiuscunque alterius. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Quantum ergo*. & §. *Restat nunc*. ℣. *Contra secundum*. P. 23.

Angelus malus aliquando potest habere volitionem non malam malitia contraria bonitati morali, licèt non habeat bonam bonitatem morali completa, quæ est ea omnibus circumstantijs, licèt in hoc non appareat impossibilitas, quin possit habere completè bonum moraliter; saltem hoc videtur probabile, quòd actum bonum ex genere potest habere, hoc est sistendo ibi, non deformando per circumstantias contrarias circumstantijs bonæ volitionis. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Quantum ergo*. Q. 24.

Angelus malus si habeat actum circumstantionatum quibusdam bonis, & deordinatum quibusdam malis; non tamen oportet, quòd ille sit semper malus. *ibidem*. R. 24.

Angelo malo mirum videtur negare potentiam naturalem in naturatam excellente, vbi non apparet aliquid, propter quid sit neganda. *ibidem*.

Angelos malos probabile est, secundùm potentiam naturalem suam, non exire in actum propter vehementem malitiam, secundùm quam, magis probabile est, quòd agunt, quàm secundùm potestatem naturalem, secundùm quam possent in actus aliquo modo oppositos. *ibidem*.

Angelus quo ad miseriam, & pœnam.

Angeli, loquendo de miseria pœnæ, quantùm ad illud quod est, scilicet quantùm ad illud incommodum, quod nunc infligitur pro culpa, potuerunt esse miseri in primo instanti suæ creationis. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primo*. ℣. *Vtrum autem*. B. 3.

Angelus damnatus in primo instanti suæ damnationis determinatur ad certam pœnam, quæ non crescit intensiuè. 2. D. 7. Q. Vn. *Ad sextum principale*. ℣. *Per idem*. Y. 28.

Angelus malus habet *nolle* perpetuò detineri ab igne infernali, & specialiter ex sententia Diuina, & ad istud inclinat affectio commodi, secundùm quam appetit liberum vsum potentiæ, vt sicut natura sua est indifferens ad quodcunque corpus, sic posset facere se præsentem cuicunque corpori: promouet autem superbia, propter quam appetit vti propria potestate; consumat inuidia, propter quam nunquam vellet determinatè esse propter sententiam, vel actionem Diuinam: istud *nolle* præcedit detentio, & apprehensio detentionis: Isto autem nolle, licèt ordinatè posito in voluntate eius, sequitur apprehensio certa de euentu istius noliti: & ex hoc tertio, vel quinto, computando ista duo, quæ præcedunt *nolle*, sequitur tristitia. 4. D. 44. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *De primo*. C. 7.

Angelum non potest aliquis locus corporalis detinere effectiuè,

Angelus quo ad miseriam, & pœnam.

ctiuè, nec determinando ipsum ad locum illum, nec prohibendo ab illo loco moueri ad alium locum; & consequenter tantummodo ignis infernalis formaliter detinet Angelum malum. *ibidem*. ℣. *Respondeo; ignis*. D.8.

Angelum malum detinens actiuè in igne infernali, siue determinando ipsum ad locum illum, siue prohibendo ab illo loco ad alium locum moueri, Deus est immediatè, quia contra voluntatem Angeli non habentis saltem Angelum superiorem, non posset fieri sic detentio, nisi à Deo immediatè. *ibidem*. E.8.

Angelus malus non tantùm odit detentionem actiuam Dei, & suam passiuam à Deo in igne infernali, sed odit detentionem formalem perpetuam ab illo igne; nec tantùm apprehendit illam detentionem actiuam, vel passiuam, vt positam, vel continuandam, sed illam detentionem formalem, & per consequens de illa detentione formali tristatur. 4. D.44. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo; ignis*. E.9.

Angelum malum, detentio eius formalis in igne infernali, vel ignis ille detinens formaliter effectiuè, contristat. *ibidem*. F.9.

Angelus malus principaliùs odit detentionem actiuam Dei, & suam passionem à Deo in igne infernali, quàm detentionem formalem ipsius ignis, quia secundam non odit, nisi in ordine ad primam; & ita quod affligit obiectiuè in secundo, affligit in virtute primi, & ita instrumentaliter. 4. D.44. Q.2. ſ. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo; ignis*. G.9.

Angelum malum tristari propter detentionem suam in igne infernali non tantùm, quia hoc est effectiuè à Deo, sed etiam quia obiectum, idest illa detentio, est secundùm se disconueniens, quia scilicet spiritui conuenit libertas, ac indifferentia ad quemcunque locum corporalem, est falsum, vt patet de Michaele, si apprehenderet se perpetuò determinari ad certum locum vnum à sententia Diuina, non tristaretur, quia etsi in eo sit libertas, vel indifferentia ad loca, non tamen ad illa, vt in actu, tanquam perfectio naturalis; quia sicut nec vnus locus, ita nec indifferentia ad quæcunque loca naturaliter perficit Angelum; & ideo determinatio ad vnum non est contra naturalem inclinationem Angeli. *ibidem*. ℣. *Si dicas*. G.10.

Angeli mali intellectus primi determinatur perpetuò ad intensè considerandum ignem infernalem in ratione obiecti; secundò apprehendit istam determinationem ad talem considerationem; tertiò odit, & istud odium oritur ex affectione commodi, ex qua vult quodcunque obiectum, prout sibi delectabile fuerit, considerare nunc hoc, & nunc illud, & promouetur ex superbia, ex qua vult vti intellectiua sua secundùm imperium voluntatis propriè, & consummatur ex inuidia, propter quam odit determinari à Deo ad aliquam considerationem vnicam: Quartò sequitur apprehensio non tantùm nuda istius considerationis, sicut in secundò; sed apprehensio certa de euentu illius considerationis intensæ, & perpetuæ; Quintò ex hoc sequitur tristitia: quoad aliquid autem est dissimile hic, & in igne, quoad detentionem in loco determinato, quia ignis hic habet rationem agentis effectiuè detinentis intellectum Angeli in intensa consideratione sui, & non ex imperio voluntatis Angeli. 4. D. 44. Q.2. ſ. *De secundo*. G.H.11. & D.46. Q.4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *De primo*. A.4.

Angelus malus multò magis odit perpetuam detentionem intelligentiæ suæ in intensa consideratione ignis infernalis, quam detentionem formalem sui localiter diffinitiuè ab illo igne, quia in opposito primi, scilicet libero vsu intelligentiæ suæ pro imperio voluntatis circa quodcunque obiectum, multò magis consistit perfectio eius, & multò magis desideratur, quam in libero vsu potestatis suæ motiuæ, quantùm ad *vbi* diffinitiuè; ista autem detentio in consideratione intensissima ignis impedit primam libertatem, quia per hoc impeditur intellectus eius perfectè considerare alia considerabilia, sed detentio diffinitiua ab igne non impedit, nisi secundum, scilicet liberum vsum potentiæ motiuæ, vt non possit se facere præsentem cuicunque corpori. 4. D 44. Q.2. ſ. *De secundo*. ℣. *Et si quæras*. L.13.

Angeli mali detentio in perpetua consideratione ignis, non conuenit igni virtute propria, quia tota virtute actiua ignis posita, Angelus sibi dimissus posset ignem, vel aliud corpus indifferenter considerare pro imperio voluntatis suæ: ideo oportet dicere, quòd illa detentio in consideratione ignis intensa, & perpetua, & contra voluntatem Angeli, sit effectiuè à Deo principaliter, & ab igne actiuè, sed minùs principaliter. 4. D.44. Q.2. §. *De secundo*. ℣. *Et si quæras*. I.12.

Angelus quo ad beatitudinem.

Angeli mali non fuerunt beati in primo instanti creationis, quia tunc non fuerunt certi de beatitudine sua, sic enim postea non cecidissent; sed si non fuerunt certi de beatitudine, non fuerunt beati. 2. D.5. Q.2. §. *De secundo articulo*. M.13.

Angelus malus quo ad naturalia.

Angelus malus voluntatem habet integram secundùm Dionysium, & eandem, quam habuit in statu innocentiæ. 2. D.7. Q.Vn. §. *De secundo*. ℣. *De principio*. G.15.

Angelo malo mirum videtur negare potentiam naturalem in natura tam excellente, vbi non apparet aliquid, propter quod sit neganda. *ibidem*. §. *Quantùm ergo*. R.24.

Angeli mali naturalia sunt splendidissima secundùm Dionysium de Diuinis nominibus. 4. D.44. Q.2. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra hoc*. n.3.

Angelus quo ad satisfactionem.

Angelus aliquis bonus, si placuisset Deo, potuit pro nobis satisfecisse, offerendo aliquid placitum Deo pro nobis, quod ipse acceptasset pro omnibus peccatis. 3. D.20. Q.Vn. §. *Contra illud*. B.9.

Angelus quo ad reparari.

Angelorum tot species, scilicet quot sunt Angelorum indiuidua (in hypothesi, quòd non possent multiplicari numero sub vna specie) maius inconueniens est non reparari, sed perire in æternum, quàm vnam speciem infimam, cuiusmodi est tota species humana, respectu cuiuscunque Angeli, & maximè respectu tot cadentium. 3. D.20. Q. Vn. *Ad primum principale*. E.11.

Angelus quo ad Baptismum.

Angelus bonus si baptizaret in corpore assumpto cum virtute motiua ad abluendum, potentia loquendi ad proferendum formam, & vsu rationis ad habendum intentionem; tunc supponendum esset, verum esse eius Baptismum, quia non fieret, nisi de præcepto Dei; nec esset ille baptizatus ab Angelo, iterum rebaptizandus; sicut Michael prohibuit Episcopo dedicare Ecclesiam suam in Monte Gargano, asserens à se dedicatam fuisse. 4. D.6. Q.1. §. *Respondeo*. ℣. *Simpliciter ergo*. B.2.

Angelus malus in corpore assumpto si baptizaret, & constaret, quòd esset de præcepto Dei, talis habendus esset pro baptizato, quia oportet, malum Angelum etiam inuitum obedire Deo: sed non esset, sine certa reuelatione super hoc habita, credendum quòd malus Angelus verè baptizaret; tum quia Deus non ministrat Sacramenta per exclusos finaliter à salute; tum quia, si non esset arctatus præcepto Diuino ad oppositum, supponendum esset semper, ipsum fraudulenter facere ea, quæ essent necessaria ad salutem baptizati propter inimicitiam, quam habet ad salutem hominum ex inuidia procedentem. *ibidem*.

Angulus.

Anguli duo recti quicunque *ex 3. petit. 1. Euclidis* sunt æquales quibuscunque duobus rectis. 2. D.2. Q.9. *Ad secundum principale*. ℣. *Si autem duæ rectæ*. B.11.

Angulo communi subtracto à duobus singulis, quorum quilibet cum illo angulo communi faciebat duos angulos æquales duobus rectis, & aliis duobus, anguli relicti erunt æquales inter se. *ibidem*.

Angulum negare, vbi duæ lineæ concurrunt, quæ expanduntur super superficiem, & applicantur non directè, est absurdum, & in hoc contradicitur diffinitioni anguli 1. *Euclidis*. 2. D.2. Q.9. §. *Ad secundum principale*. ℣. *Ista responsio*. B.12.

A N I

Anima quo ad esse.

Anima, & animæ *esse*, sunt idem 8. *Metaph. Tex.* 8. 2.D.3.Q. 6.§. *Ad argumenta.* ℣. *Ad aliud*. O.19.

Anima intellectiua, quia est hæc omnia, ideo habet hanc inclinationem ad corpus, & non è contra: & propterea hæc inclinatio non est ratio essendi hanc animam, sed præsupponit eam. 2. D. 3. Qu. 7. *§. Qui dicunt.* ℣. *Contra; inclinatio.* A. 4.

Animæ *esse* manet idẽ, dũ anima manet in illo *esse*, & hoc siue sit coniũcta siue separata: & consimiliter videtur, quòd *esse* totius nõ manet idem, nisi dum totũ manet idem in illo *esse*, quia nullius *esse* actuale videtur manere, nisi manente illo actualiter habẽte illud *esse*: vnde videtur ista negãds, quòd *esse* animæ, est idem, quod *esse* totius; quia anima habens *esse*, videtur pars totius habentis *esse*: consimiliter videtur *esse* se habere ad *esse*: *Quodl.* Q. 9. §. *De tertio*. ℣. *Ad aliud habens*. K. 15.

Anima intellectiua extra corpus ideo manet in suo *esse*, totius esse destructo, quia *esse* ipsius est omnino incorruptibile, & per se, & per accidens: videretur autem corruptibile, si esset idem cum *esse* compositi; compositum enim vere corrumpitur. *ibidem*. K. 16.

Animæ *esse* potentiale, videtur esse aliud intellegibile, & aliud intellegibile *esse* actuale; quia vtrumque potest intelligi cum opposito alterius. 1. D. 30. Q. 2. §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Præterea non potest*. B. 6.

Anima quando dicitur habere idem *esse* in toto, & extra totum, si hoc intelligatur pro vt *per se esse* distinguitur contra *inesse* accidentis, hoc modo forma ignis, si esset sine materia, haberet *per se esse*; si ex hoc, quòd in isto sensu anima intellectiua haberet idem *per se esse* in toto, & extra totum, concluderetur ipsam esse incorruptibilem; concluderetur etiam, quòd forma ignis esset incorruptibilis: Si intelligitur de *esse per se*, quod conuenit composito in genere substantiæ, sic est falsum, quòd anima sine corpore habet *per se esse*, quia tunc *esse* eius non esset communicabile alteri, quia in Diuinis etiam *per se esse*, illo modo acceptum, est incommunicabile: vnde isto modo deficit illa consequentia, anima habet *esse* sine corpore, ergo modò indiget corpore, quia in secundo intellectu, antecedens falsum est, in primo, consequentia non valet, nisi addatur ibi, quòd naturaliter, sine sine miraculo habet *per se esse* primo modo: Sed hæc propositio credita est, non per rationem naturalem nota. 4. D. 43. Q. 2. §. *Potest dici.* ℣. *Ad rationes*. P. 23.

Anima intellectiua manet æquè perfectè in *esse* suo proprio, siue coniuncta, siue separata: tamen in hoc habet differentiam, quia separata non communicat suum *esse* alteri. 4. D. 43. Qu. 2. §. *De tertia propositione*. ℣. *Prima non*. R. 24.

Animam intellectiuam potest dici, quòd ponat Phylosophus accipere *esse*, & nouum *esse* a Deo, quia, quòd accipiat *esse*, satis sequitur ex principijs eius, cùm non ponat eam perpetuò præexistisse sine corpore, nec priùs in alio corpore: & non est probabile secundùm rationem, à quo possit recipere totale *esse*, nullo præsupposito, nisi à Deo: nec ex hoc sequitur, quòd concederet creationem animæ, quia non dixit esse aliam productionem compositi, & animæ intellectiuæ, sicut nec in igne, & forma ignis, sed illam animationem corporis organici ponit esse productionem per accidens ipsius animæ. 4. D. 43. Q. 2. §. *Potest dici.* ℣. *Ad aliud valde*. M. 19.

Anima quo ad quidditatem.

Animam intellectiuam Aristoteles definit. 2. *Anim. Tex.* 6. quòd *est actus corporis physici organici potentia vitam habentis*: & in principio tertij Tex. 1. De parte autem animæ, qua cognoscit, & sapit, vbi videtur ponere animam intellectiuam, partem saltem subiectiuam animæ priùs diffinitæ in communi. 4. D. 43. Quæst. 2. §. *Respondeo.* ℣. *De prima*. A. 5.

Animam definiens Philosophus 2. *Anim. Tex.* 6. *& inde*, statim ponit corpus, quod est perfectibile ipsius, vel totum compositum, cuius ipsa est pars, nec aliquid ponit pertinens ad essentiam animæ, sed tantùm hoc, quod est actus, quod significat respectum animæ ad illud, cuius est forma. 4. D. 12. Qu. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo vtrobique*. L. 19.

Anima, inquit Philosophus, est animali *esse*; sed loquitur contra Platonem. 3. D. 22. Q. Vn. *§. Ad primum argumentum alterius opinionis.* ℣. *Ad aliud*. K. 17.

Anima, si secundùm terminos suos quidditatiuos (terminum enim quantitatiuum non habet,) sit simul cum terminis digiti, non propter hoc sequitur, quòd quicquid est extra terminum digiti, sit extra terminos animæ. 4. D. 10. Qu. 2. §. *Dico ergo.* ℣. *Ad rationem primam alterius*. N. 18.

Anima esse totam quidditatem hominis, non est verum, quia quidditas dicit totum, quod est homo, & homo includit corpus, vt patet, & per consequens etiam quidditas. 3. D. 22. Q. Vn. §. *Contra ista*. n. 4.

Animam non est tota quidditas hominis, nec habens illam quidditatem est homo, nec etiam ambæ partes dicunt quidditatem, sed quidditas est entitas absoluta alia à partibus, etiam vnitis. *ibidem*. *Ad secundum principale*. N. 20.

Anima quo ad indiuisibilitatem.

Anima, quæ de se est indiuisibilis, ita quòd repugnet sibi diuidi in partes, non potest recipere quantitatem, sicut nec partes. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ista positio.* ℣. *Secundus intellectus*. B. 8.

Anima quo ad perfectionem.

Anima humana, & si in quocunque statu, siue scilicet naturæ institutæ, siue destitutæ, siue restitutæ, habuerit eandem perfectionem naturalem, intelligendo de illa, quam ex necessitate naturæ requirit: tamen perfectionem naturalem supremam in solo tertio statu attingit, in quo non solùm habebit supernaturalem perfectionem gloriæ, sed etiam perfectionem supremam ipsius naturæ. *Quodl.* Q. 14. §. *Ad intellectum.* ℣. *Primo de perfectione*. A. 2.

Anima non recipit aliquam perfectionem in toto, sed communicat. 4. D 43. Q. 2. *§. De tertia propositione*. ℣. *Prima non*. R. 24.

Anima quo ad originem.

Animam intellectiuam esse de substantia Dei productam, fuit error aliquorum. 2. D. 17. Q. 1. §. *Responsio circa istam*. n. 2.

Anima, si est de substantia Dei, est tota substantia Dei, & sic erit Deus, & ita non est forma corporis. 2. D. 17. Q. 1. §. *Hic error*. n. 2.

Anima Adæ potest per se esse, & ideo producitur productione propria, vel potest sic produci. 2. D. 17. Q. 1. §. *Dimissa*. ℣. *Quicquid sit*. A. 3.

Animam intellectiuam esse per se productam, non potest demonstrari; non enim potest demonstrari, quòd sit immortalis, & ideo nec quòd sit per se producta propria productione. *ibidem*. ℣. *Sed quid de facto*. A. 3.

Animæ hominum (vt loquitur Augustinus de Ecclesiasticis dogmatibus) *non sunt ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatæ, sicut fingit Origenes*. *ibidem*. ℣. *Sed contrarium*. B. 4.

Anima est pars imperfecta, dum actu non informat, & consequenter non debuit creari ante corpus. 2. D. 17. Q. 1. §. *Dimissa.* ℣. *Ponitur ad hoc*. B. 4.

Anima, si fuisset creata ante corpus, non fuisset rationabile, quin habuisset aliquem actum, vel operationem propriam ante corpus; & ideo similiter potuit mereri, & demereri, quod est contra *Apostol. Roman.* 9. loquens enim ibi de Iacob, & Esau dicit, *Cùm nondum nati essent, aut aliquid egissent, vt secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus* &c. *ibidem.* ℣. *Præterea non fuisset*. B. 4.

Anima Adæ, cùm sit pars eius, non habuit *esse*, nisi in materia, scilicet in corpore, & consequenter in Corpore fuit facta, quia sicut res se habet ad *esse*, ita & ad fieri, & pars alicuius totius non habet esse, nisi *esse* totius: Hic discursus currit de forma, quæ accipit *esse*, quia compositum accipit *esse*; in hac enim productione *fieri* totius est via, & ratio ad *esse* partis: anima autem intellectiua non accipit *esse*, quia compositum accipit *esse*. 2. D. 17. Q. 1. *Ad secundum principale*. C. 5.

Animã intellectiuam effectiuè induci ab agente naturali ha-

li ha-

li habetur communiter pro inconuenienti. 1. D.17. Qu.3. alias 4. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Præterea secundum*. Ss.8.

Animam intellectiuam, quòd Deus in eodem instanti creet, quo agens naturale producit formam mixtionis, hoc non est prius naturaliter, quàm propagans inducat formam mixtionis; imo est posterius naturaliter, sicut forma, ad quam est dispositio, sequitur dispositionem. 4. D.11. Qu.3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Contra secundum additum*. S.39.

Anima intellectiua quomodo incipiat, seu de inceptione animæ intellectiuæ, valde dubium est quid senserit Aristoteles: Si enim non ponit Deum aliquid immediatè de nouo agere, sed tantummodo motu sempiterno mouere Cœlum, & hoc vt agens remotum, à quo agente separato poneret ipse intellectiuam de nouo produci? Si enim dicas, quòd ab aliqua intelligentia, duplex est inconueniens; vnum quòd illa non potest creare substantiam; aliud quod illa non potest magis aliquid nouum producere immediatè, quàm Deus, secundum principia Philosophi de immutabilitate agentis, & de sempiternitate in agendo. 4. D.43. Q.2. §. *Potest dici*. ℣. *Ad aliud valde*. M.19.

Animam intellectiuam non potest Philosophus (vt videtur secundum principia sua) ponere esse terminum agentis naturalis, quia (vt videtur ex 12. *Meta. Tex. 17.*) ponit eam incorruptibilem, & nulla forma, quæ est terminus agentis naturalis, est simpliciter incorruptibilis. *ibidem*.

Animam intellectiuam immediatè creari à Deo, est tantùm creditum. 1. D.1. Qu.1. §. *Contra istud*. ℣. *Sed huius rationis*. B.4.

Animam intellectiuam esse à Deo immediatè, certum est Aristotelem posuisse secundum suam principia, & hoc attingere potest ratio naturalis, cùm sit immortalis. *Quodl.* Q. 20. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Dicendum ergo*. Q.16.

Anima intellectiua, secundùm aliquos, est ex materia, & tamen creatur, quia non ex materia præcedente, vel præexistente, sicut videtur dicere Augustinus 2. *super Genes.* sed retractat illud primò: & ideo quia anima, & eius materia simul non de aliquo producitur, anima creari dicitur. 2. D.17. Q.1. §. *Dimissa ergo*. n.2.

Animam creari sine corpore, est possibile. *ibidem*. ℣. *Quicquid sit*. A.3.

Animam, etiam supposito, quòd sit immortalis, & quòd non subsistit agenti naturali, nec quantùm ad *esse*, nec quantùm ad *non esse*, adhuc Philosophi non ponerent creari. 2. D.17. Q.1. §. *Dimissa opinione*. ℣. *Supposito etiam*. A.3.

Anima intellectiua non potest creari ab Angelo, quia nulla natura merè intellectualis creata potest creare substantiam, nec per idem à quacunque natura merè intellectuali creata, nec ab aliqua corporali substantia, siue per formam substantialem, siue per accidentalem, quia ipsa anima est nobilior quacunque forma substantiali, vel accidentali; forma autem ignobilior non est principium actiuum ad producendum nobiliorem. 4. D 1 Qu.1. §. *Ideo dici potest*. ℣. *Si quæras*. Kk.30.

Animam intellectiuam, non necessariò simpliciter Deus creat, imo merè contingenter. 4. D.11. Q.3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Contra secundum additum*. S.39.

Anima quo ad distinctionem à potentiis.

Animæ essentiam esse immediatum principium, & proximum receptiuum suarum potentiarum, ponit vnus Doctor in tertio suo, quantumcunque sint accidentia, secundùm ipsum, non sunt in eodem genere cum essentia animæ; & consequenter receptiuum non semper est eiusdem generis cum recepto: vel receptiuum actus, & ipse actus. 2. D.16. Q.Vn. §. *Rationes istæ*. ℣. *Similiter*. A.5.

Animæ potentiæ non sunt accidentia distincta realiter ab ipsa substantia animæ. 1. D.26. Q. Vn. *Ad secundum principale*. ℣. *Ad ista: ad primum*. Cc.55.

Anima non multiplicatur, licet multiplicentur potentiæ. 1. D.26. Q.Vn. §. *Ad rationes pro secunda opinione*. ℣. *Tertia ratio habet*. P.38.

Anima, si vna potentia esset ab alia perfectibilis, vt intellectus à voluntate, non posset informare corpus, quia suæ parti essentiali, scilicet potentiæ illi, quæ ab alia perficeretur, repugnat informare, sicut materiæ ignis; vel ipsi igni

repugnat informare aliud: & idem dicendum, si dicatur, vnam potentiam non perficere aliam, sed omnes perficere naturam animæ, tunc videtur idem, quòd priùs, scilicet, quod toti animæ repugnat esse actum primum alicuius, & informare primò, quia parti suæ essentiali, scilicet suæ materiæ, repugnat informare: homo etiã non esset vnũ per se primò. 2. D.16. Q.Vn. §. *Alia opinio*. ℣. *Præterea si sunt*. F.11.

Animæ potentiæ si ponantur differre ex parte rei, & cum hoc tamen esse idem realiter essentiæ animæ, de necessitate vna erit in alia, quia in alia est essẽtia animæ, cui illa potẽtia est eadem, & ideo distincta aliquo modo realiter erunt indistincta: sed si vtrumque istorũ esset per se subsistens, subsistẽs distinctum erit in subsistente præsentialiter: & hoc modo erit perfectũ exẽplũ circumincessionis in Diuinis. 1. D.19. Q.2. §. *Quantum ad tertium argumentũ*. ℣. *Aliud etiã*. F.10.

Anima non esset beata, nisi per accidens, si eius potentiæ essent accidentia ab ea realiter distincta. 2. D.16. Q.Vn. §. *Dico igitur*. ℣. *Et præterea*. H.15.

Anima quasi in primo instanti naturæ est naturalis: in secundo instanti est operatiua, siue potens operari secundùm hanc operationem, vel illam, & potentiæ, quæ sunt principia istarum operationum, continentur vnitiuè in essentia: & secundùm hanc viam possunt saluari omnes authoritates illæ, quæ dicunt, quòd huiusmodi potentiæ egrediuntur ab essentia animæ, vt quædam virtutes. 2. D. 16. Q.Vn. §. *Ideo dico*. ℣. *Præterea accipio*. L.19.

Anima est immaterialis intrinsecè, & per essentiam; & consequenter per essentiam est intelligibilis, & intellectualis, siue intelligens secundùm illam propositionem Proculi formosam: *Omne immateriale est supra se conuersiuum*; & sic intelligens, & intellectum sunt idem realiter in anima, ergo potentia non differt ab essentia realiter, (& sic erit de alijs) quare nec inter se. 2 D.16. Q.Vn. §. *In secundo argumento ad oppositum*. n.2.

Anima vt imago Dei.

Anima habet in se aliquam perfectionem, secundùm quam formaliter est actus primus respectu notitiæ genitæ; & habet in se aliam perfectionem, secundùm quam recipit formaliter notitiam genitam; & habet in se aliam perfectionem, secundùm quam recipit formaliter volitionem: Istæ tres perfectiones dicuntur memoria, intelligentia, & voluntas, vel anima inquantùm habet ipsas. 1. D.3. Q.9. §. *De tertio*. ℣. *Ex his sequitur*. D.3.

Anima, inquantùm habens actum primum totalem respectu intellectionis, scilicet anima, vel aliquid animæ, & obiectum sibi præsens in ratione intelligibilis, dicitur memoria, & hoc memoria perfecta includendo, tam intellectum, quam illud, quo obiectum est sibi præsens. 1. D.3. Q.9. §. *De tertio*. ℣. *Ex his sequitur*. D.3.

Anima, inquantùm recipit notitiam genitam, dicitur intelligentia, & intelligentia perfecta, vt est sub illa notitia genita: Voluntas etiam perfecta dicitur, inquantùm est sub illo actu perfecto volendi. *ibidem*.

Anima non est fœcunda potentia propinqua ad habendum actum volendi, nisi sit in actuali intellectione, licèt actuali intellectione nõ formaliter producat actum amandi, sed voluntate, vt est actus primus, qui præexistit in anima ante intellectionẽ, licèt non in potentia propinqua omnino ad agendũ. 1. D.12. Q.1. §. *Quantũ ad istu*. ℣. *Sed propter*. M.12.

Anima producens intellectionem, si communicaret sibi fœcunditatem voluntatis, non esset voluntas in potentia propinqua omnino ad producendum amorem, nisi prius esset productum Verbum, & ita communicata sibi voluntate fœcunda: & sic nunquam esset voluntas proximè fœcunda, nisi in duobus; non tamen ita, quòd illa voluntas requirat de ratione sua esse in duobus, quasi ipsa non posset esse in vno: imo ipsa eadem iam existeret in ipsa mente, sed propter ordinem fœcunditatum in producendo, necessariò oportet secundam fœcunditatem, quando est in potentia proxima, esse in duobus. *ibidem*. ℣. *Exemplum istius*. M.13.

Anima repræsentat totam Trinitatem; inquantùm enim est vna essentia, habens intellectum, & voluntatem, repræsentat Diuinam essentiam; non sic autẽ tres personas, quia essentia, & intellectus, & voluntas sunt in qualibet persona: repræsentat autem tres personas, vt potentiæ suæ

Anima in monstro.

Animas duas in monstro esse absque dubitatione tenendum est, si quo modo posset deprehendi in eo diuersitas intellectuum in intelligendo, puta, quòd per aliquod signum deprehenderetur idem ab eo simul sciri, & nesciri: vel posset deprehendi diuersitas voluntatum, puta quòd ibi esset simul *velle*, & *nolle* de eodem 4.D.6.Q.2 *§. De quarta. ℣. Breuiter*. K. 7.

Anima quoad substantiam, & personalitatem.

Anima separata licèt habeat incommunicabilitatem vniuersalis suis inferioribus, non incommunicabilitatem formæ materiæ, & ideo non est persona. 1. D.23.Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. C.4.

Anima non informans corpus, præsens tamen corpori, sicut in instanti mortis, si in hoc *esse in* est subsistentis, & præsentis, non per informationem, nec per modum partis, & si addatur vnitas naturæ, quæ de necessitate naturæ exigat præsentiam, esset exemplum circumincessionis. 1. D. 19. Q.2. *§. Quantum ad tertium. ℣. Aliud exemplum*. F. 10.

Anima separata ideo non est persona, quia licet non sit nata inhærere, & ideo sit ens per se, capiendo *ens per se* pro illo, quòd non inhæret, nec actualiter, nec aptitudinaliter; & licèt posset esse ens per se solitariè, prout accipitur 1. *Poster. Tex.9.* ens per se pro illo, quod non est in subiecto; nam anima potest esse sine subiecto, non tamen virtute causæ extrinsecæ, sicut potest accidens, vel forma materialis, sed virtute naturæ suæ sibi derelictæ, & hoc, quia non necessariò dependet à materia; tamen non potest esse ens per se, capiendo *ens per se* pro illo, quod habet actualitatem vltimatam. *Quodl. Q.9. §. De secundo. ℣. Hinc etiam*. B 4.

Anima separata, vt anima Petri, habet negationem actualis dependentiæ ad personam Diuinam, & tamen non est persona. *Quodl.* Q.19.§. *De tertio. ℣. Potest igitur*. X.19.

Anima intellectiua non est per se subsistens, loquendo propriè de subsistente, quod scilicet ita habet vltimam actualitatem, quod non est ordinabile ad compositionem alterius entis per se; sed nec vnita est per se subsistens, idest solitariè, sicut accidens in altari dicitur per se ens, quia tunc vnita non informaret corpus, separata enim, quia sic est per se ens, non informat: vnde si vnita esset sic per se ens, eundem modum essendi haberet informans, & non informans. *Quodl.* Q.9. *§. De tertio. ℣. Ad secundum*. I. 14.

Anima intellectiua non dicitur subsistens, nisi impropriè, & *secundum quid*, licèt dicatur ens, & per se ens, accipiendo *esse* pro illo, quo primò formaliter aliquid recedit à non esse. *ibidem. ℣. Potest igitur*. L.17.

Anima quo ad immortalitatem, & incorruptibilitatem.

Animam esse immortalem in multis locis dubitat Philosophus, & magis videtur declinare ad partem negatiuam. 3.D.27.Q.Vn. *§ Istis igitur rationibus. ℣. Præterea*. G.13.

Animam intellectiuam esse immortalem videtur haberi ex Philosopho 2. *Anim. Tex.*21. Vbi dicitur, quod *intellectus separatur à cæteris, sicut perpetuum à corruptibili*: Et si dicatur, quòd separatur quantùm ad operationem; ex hoc sequitur propositum, quia si potest separari quantùm ad operationem, ergo secundum *esse* per ipsum, 1. *Anim. Tex.* 12.4.D.43.Q.2.§. *De secunda. ℣. Primo adducendo*. H.13.

Animam non esse immortalem videtur Philosophus sensisse, quia *in fine* 7. *Meta. Tex.6.* ex intentione vult, quod omnes partes, quæ possunt manere separatæ à toto, sunt elementa, idest partes materiales, sicut ipse accipit elementa, & præter tales, necesse est ponere in toto aliquam formam, qua totum est illud, quod est, quæ non posset manere separata à parte materiali, toto non manente; vnde si concessit animam intellectiuam esse formam hominis, non ponit eam separatam à materia, toto non manente: Et vlterius principium videtur apud eum, *quod incipit esse, desinit esse*: Vnde 1. *de Cælo Tex* 102. contra Platonem, videtur habere pro impossibili quòd aliquid inceperit, & sit perpetuum: & 3. *Physic. cap. de infinito: Cuius est principium, eius finis est. ibidem. ℣. Sed oppositum*. H. 15.

Anima quo ad immortalitatem, & incorruptibilitatem.

Animæ incorruptibilitatem pertractando potest dici, quòd dubium est quid Philosophus circa hoc sensit: variè enim loquitur in diuersis locis, & habuit diuersa principia, ex quorum aliquibus videtur sequi vnum oppositum, ex alijs aliud: vnde probabile est quod in illa conclusione semper fuerit dubius, & nunc magis accedere ad vnam partem, nunc ad aliam, iuxta hoc, quod tractabat materiam consonam vni parti, quàm alteri. 4. D.43.Q.2.§. *Potest dici. ℣. Et quod adducitur*. I.16.

Anima, si non esset immortalis, moriens accipere non *esse* totaliter. 4.D.43.Q.2.§. *De secunda propositione. ℣. Præterea* 3. *Eth.* H.14.

Animæ ad probandam immortalitatem, vel ad probandam hanc propositionem, *Anima est incorruptibilis*, potest dici, quòd sint rationes probabiles, non tamen demonstratiuæ, imo nec necessariæ. 4.D.43.Q.2.§. *Potest dici*. I.16.

Animam intellectiuam esse immortalem, sicut dicit Augustinus 13. *Trin.9.* non tenetur per rationem, sed per Euangelium, dicente Christo *Lucæ* 13. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. 4.D.43. Q.2. *§. Dico ergo. ℣. Breuiter ergo*. X.28.

Anima intellectiua est forma hominis specifica, estque incorruptibilis. 4.D. 43.Q.2.§. *Respondeo. ℣. Primo modo*. A .4.

Anima intellectiua, secundum aliquos, est incorruptibilis propter istam rationem, videlicet: *esse* per se conuenit formæ, quæ est actus, quod autem secundùm se conuenit alicui, inseparabile est ab illo; ergo sicut impossibile est, quòd forma separetur à se ipsa, sic impossibile est, quòd forma subsistens desinat esse: si ista sit ratio incorruptibilitatis animæ intellectiuæ, sequitur, quòd non est incorruptibilis propter hoc, quod idem est *esse* eius, & totius; est enim separabilis à toto, manens tamen inseparabilis à se ipsa. *Quodl.* Q.9.§ *De tertio. ℣. Dico ergo* K.16.

Animæ immortali non repugnat perpetuo perficere suum perfectibile: vnde sicut ex immortalitate animæ concluditur resurrectio, ita probabiliter concluditur ex eadem immortalitas hominis, & per consequens corporis; & ita impassibilitas, loquendo de passione reali, vt distinguitur contra passionem intentionalem. 4. D.49.Q.13.§. *Respondeo*. A. 2.

Anima quatenus tabula rasa.

Anima liceat habeat sufficiens actiuum, & passiuum intra se, pro quanto actio respectu cognitionis conuenit animæ: non tamen habet in se sufficiens actiuum pro quanto actio conuenit obiecto, quia sic, vt dicitur 3. *Anim. Tex.*14. est vt tabula rasa. *Prolog.* Q.1. *§. Ad argumenta pro prima opinione. ℣: Ad primum*. P.25.

Anima quo ad species intelligibiles.

Anima est quodammodo omnia 3. *Anim. Tex.* 37. *quia est per sensus sensibilia, & per intellectum, vel scientiam scibilia*: non sic autem, quod sit omnia realiter, vt omnia cognosceret, sicut posuerunt antiqui, sed per quamdam similitudinem, scilicet per species intelligibiles. 1. D.3.Q.6.§. *Ad quæstionem*. G.13.

Anima format in se imaginem, hoc est sensationem, & *de sa*. *August.* 10. *Trin.*5. hoc est, ipsa est in potentia naturali ad sensationem, & non in potentia neutra, sicut superficies ad albedinem est in potentia neutra, & non naturali. 1.D.3.Q. 7.§. *Ad argumenta opinionum. ℣. Istam conclusionem*. P.25.

Anima est locus specierum non tota, sed intellectus 3. *Anim. Tex.6.* loci autem est saluare locatum, & per consequens intellectus saluat species. 4.D.45. Q.1. *In primo argumento ad oppositum*. n.1.

Anima recipiens species intelligibiles, est corruptibilis, & per consequens recipit eas incorruptibiliter secundùm illud Boetij 5. *Consolat. pros.*5. 4.D.45.Q.1. *In secundo argumento ad oppositum*. n.1.

Anima ipsa secundùm se, & non vt perficit corpus, est subiectum totale speciei intelligibilis, quia aliter Angelus non posset esse subiectum talium specierum. 4.D.45.Q.1.§. *Alia opinio. ℣. Ex his*. B.3.

Anima separata per speciem intelligibilem retentam cuiuscunque, cuius prius, poterit habere actualem intellectionem. *ibidem*. B.4.

Anima quo ad operationes vitales.

Anima coniuncta non potest vti specie intelligibili sine phantasmate, separata autem poterit, non propter nouam perfectionem, sed quia non est ibi ille ordo potentiarum, intellectiuæ, scilicet, & sensitiuæ in operando, qui nunc est. 4. D.45. Q.3. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Responsum*. M.20.

Anima quo ad operationes vitales.

Anima potest esse, & est quandoque in potentia accidentali respectu obiecti temporalis intelligibilis, habens notitiam habitualem, siue habitum scientiæ, vel conclusionis alicuius, & hoc respicit memoriam: aliquando est in actu secundo intelligendi illud, & hoc respicit intelligentiam: Ex hoc autem, quod actu intelligit, sequitur volitio, quæ respicit voluntatem, quia cum ista tria non possunt esse vna potentia, portio inferior non erit tantum vna potentia. 2. D.24. Q.Vn. §. *Dico, quod potest*. A.2.

Anima non est fœcunda potentia propinqua ad habendum actum volendi, nisi sit in actuali intellectione, licèt actuali intellectione non formaliter producat actum amandi, sed voluntate, vt est actus primus, qui præexistit in anima ante intellectionem, licèt non in potentia propinqua omnino ad agendum: si tunc anima producens intellectionem, communicaret sibi fœcunditatem voluntatis, non esset voluntas in potentia propinqua ad producendum amorem, nisi prius esset productum Verbum, & ita communicata sibi voluntate fœcunda, & ita nonquam esset voluntas proximè fœcunda, nisi in duobus, non quasi ipsa non posset esse in vno, imo ipsa eadem iam existeret in ipsa mente; sed propter ordinem fœcunditatum in producendo necessariò, oportet secundam fœcunditatem, quando est in potentia proxima, esse in duobus. 1. D.12. Q.1. §. *Quantum ad istum*. ℣. *Sed propter verba*. M. 12.

Anima intellectualis non posset discurrere propter impotentiam naturæ, si omnes conclusiones essent sibi notæ à principio à Deo imprimente simul notitiam principiorum, & conclusionum, quia iam præhabet cognitionem, & non potest acquirere de nouo id, quod præhabet. 2. D. 1. Q.5. vel 6. §. *Contra Anima*. ℣. *Item quæritur*. A.3.

Anima mouetur ad effectum suum, hoc est ad intellectionem, non inquantum actiua, sed inquantum receptiua illius effectus: & licet sit mota, non tamen est mouens mota, quia non mouetur ad mouere actiuè, sed ad recipere. 2. D.3. Q.8. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad propositum*. F.12.

Anima de se actu intelligibilis est, & præsens sibi, & ex hoc sequitur, quòd possit intelligere se, si non esset impedita, nihil enim deficit actui primo, neque ex parte vnius causæ, neque ex parte ambarum, neque à parte vnionis earum, & ita totus actus primus de se perfectus est, ad quem debet sequi iste actus secundus, qui est intellectio. *ibidem*. ℣. *Ad primum principale*. G.13.

Anima nouit semper se ex Augustino frequenter, scilicet propter propinquitatem essentialem sui sibi ipsi in actu primo ad actum noscendi, vbi nulla est imperfectio in ipso actu primo. *ibidem*.

Anima non semper nouit lapidem, etiam in actu primo, proximè, quia etsi semper habeat talem actum perfectum intelligendi lapidem ratione suæ propriè causalitatis partialis; non tamen semper habet etiam causam partialem in actu præsentem. 2. D.3. Q.8. *Ad primum principale*. G.13.

Anima potest dici quandoque in potentia essentiali ad intelligendum lapidem, quando caret forma (scilicet specie intelligibili), qua tanquam alia partiali causa nata est esse in actu, & in actu vniti sibi. 2. D. 3. Q.8. *Ad primum principale*. G.13.

Anima in actu primo perfecto, cum præsentia, scilicet obiecti, nempè propriæ substantiæ in esse intelligibili positis, non exit in actum secundum pro statu isto, quamuis sit per se principium sufficiens eliciendi actum secundum, quia est impedimentum, quod ista causa vincere non potest, sicut quantumcunque poneretur causa naturalis perfecta, si haberet aliquod impedimentum, nunquam posset agere propter tale impedimentum vincens [si semper adesset istud impedimentum;] sed hoc impedimentum est in anima, pro statu isto, intelligendi, seu cognoscendi substantiam propriam; nec ista causa est absolutè naturalis, sed ex peccato, & non solùm ex peccato, sed etiam ex natura potentiarum pro statu isto, quicquid dicat Augustinus 15. *Trin. cap. vlt.* dicens, *Hoc sibi* fecit infirmitas, & quæ causa infirmitatis, nisi iniquitas. *ibidem*. ℣. *Sed quære*. & ℣. *Respondeo*. l.13. *Additio*.

Anima cognoscit se sicut alia 3. *Anim. Tex.* 8.13. hoc modo: mouetur ab obiectis imaginabilibus, &, eis cognitis, potest ex eis cognoscere rationes communes materialibus, & immaterialibus; & ita reflectendo cognoscit se sub ratione communi sibi, & imaginabilibus; non autem potest statim intelligere se, nullo alio intellecto, quia non potest statim moueri à se propter ordinem potentiarum eius necessarium, pro statu isto, ad imaginabilia. 2. D.3. Q.8. *Ad primum principale*. ℣. *Ad formam arguendi*. K.14.

Anima, secundùm aliquos, intelligit inquantùm est supra corpus, & ideo non conuenit sibi intelligere inquantùm vnitur corpori, & consequenter nec vnitur per se propter aliquam perfectionem, quæ sit quasi necessaria propter operationem eius, vt propter *intelligere*. 2. D.11. Q.Vn. §. *Ista ratio*. ℣. *Præterea secundum*. n.3.

Anima intellectiua, & voluntas amore fertur, quocunque fertur, sicut corpus pondere, August. 11 *Ciuit.* 28. 1. D.1. Q.5. §. *Ad solutionem*. ℣. *Ad propositum*. n.2.

Anima intellectiua non est actiua respectu intellectionis secundum Goffredum. 1. D.3. Q.7. §. *Alia est opinio*. C.5. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam*. n.7.

Anima intellectiua ex perfectione sua ordinatur ad habendam aliquam operationem circa totum ens; quia verò non est simpliciter perfecta, quia non est infinita; & ideo non potest habere in se totum ens: Ex eius ergo perfectione cum sua imperfectione concluditur, quod aliquam actiuitatem habeat, non tamen sufficientem, quia non posset habere totalem causalitatem cognitionis respectu totius entis, nisi haberet in se totum ens. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta opinionum*. ℣. *Respondeo, quod ista*. P.26.

Anima intellectiua non potest poni habere totalem causalitatem respectu cognitionis totius entis; tunc enim in ea poneretur virtus actiua illimitata; sed tamen potest poni causalitas partialis in ea, & partialis in obiecto, vt sic ipsa possit cooperari perfectioni suæ circa quodcunque obiectum, & obiectum etiam quodcunque cooperari sibi, magnum obiectum ad magnam perfectionem eius, & paruum ad paruam. *ibidem*.

Anima intellectiua, quia immaterialis est, est receptiua cuiuslibet intellectionis; ipsa etiam est actiua cuiuscunque intellectionis obiecti alteriùs à se, vt causa partialis; & actiua intellectionis de se, vt totalis causa; quia vt cognoscens, & vt cognitum, secundùm Augustinum 9. *Trin. cap. vlt.* Sed talem intellectionem non habemus pro statu isto; sed ex immaterialitate eius non sequitur, quòd ipsa sit totalis causa cuiuscunque intellectionis obiecti alterius ab ipsa. *ibidem*. *Ad primum in oppositum*. Dd.41.

Anima quia non semper est in actu respectu cuiuscunque intellectionis, cùm tamen ipsa sit receptiua respectu cuiuscunque intellectionis, & ipsa sit sibi ipsi approximata, & non semper impeditur, concluditur, ipsam non esse causam actiuam totalem, sed aliquid aliud requiritur: illud autem aliud concluditur essere obiectum, quia, eo præsente, sequitur effectus; eo non præsente, non potest haberi effectus. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ℣. *Ad propositum*. X.31.

Anima nostra dependet à materia in operando, saltem aliqua operatione; sed natura merè intellectualis nullo modo dependet à materia in operando, nec per consequens in essendo. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ℣ *Quarta ratio*. C.7.

Anima sola, inter omnes alias formas, propter sui perfectionem vltra formas inferiores, potest esse principium plurium operationum per ipsam conuenientium suo toti; & ideo requirit pro suo perfectibili adæquato corpus, habens partes maioris dissimilitudinis, quæ conueniunt pluribus operationibus dissimilibus, quarum potest esse principium. *ibidem*. ℣. *Sed ex isto*. E.10.

Anima ipsa non est immediatè receptiua visionis sensitiuè, sed ipsum organum (quod est compositum ex anima, & determinata parte corporis) est proxima ratio recipiendi visionem: nec illa forma mixtionis, quæ est in determinata parte corporis, sed forma totius organi, eo modo, quo humanitas est forma totius hominis, est proxima

ma

Anima quo ad operationes vitales.

ma ratio recipiendi visionem. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ℣. *Alio modo*. G.11.

Anima eadem, siue idem ens re sub vna ratione est essentia, & habet perfectiones, quæ sunt actus primi; sub alia ratione est potentia, & habet perfectiones, quæ sunt actus secundi: nec dico illas rationes alias esse causaras tantùm per actus intellectus, sed ex natura rei. 4. D.49. Q.2. *Ad secundum prinoipale*. P.18.

Anima secundùm suam essentiam est actus, ergo habens ipsam semper operatur, vel potest operari semper; non sequitur; sed bene sequitur, ergo semper est in actu. 2. Dist. 16. Quæst. Vn. §. *Rationes istæ*. ℣. *Secunda ratio*. A.6.

Anima est principium formale, quo viuum est viuum, quia ipsa formaliter dat *esse* viuum; sed anima est principium operationis, secundùm quòd reducta ad genus causæ efficientis, & sicut ars se habet ad effectum, scilicet, in genere principij effectiui: & ideo non est simili de dare vitam, & operari, quod, scilicet, sicut est principium viuendi per essentiam, ita est principium operandi per essentiam. *ibidem*.

Anima est principium immediatum formale essendi, & immediatum principium operandi: sed non similiter se habet ad causam formalem, & ad effectiuam; non enim oportet, quòd habens formam sit semper in actu secundo. 2. D.16. Q.Vn. §. *Rationes istæ*. ℣. *Secunda ratio*. A.6.

Anima non secundum idem mouet, & mouetur ad intellectionem, si intellectus agens actiuè se habet ad intellectionem, & possibilis passiuè; nec tamen secundùm distincta subiecto: Si autem dicatur, quòd possibilis actiuè se habeat ad intellectionem, idem secundum idem mouet ad eam, & mouetur. *Quodl.* Q.15 *Ad argumentum principale*. Y.24.

Anima quo ad agere circa diuersa.

Anima, si est indeterminata ad plures actus conuenientes sibi secundùm plures potentias, sapientia, vel quicunque alius habitus intellectualis non perficit animam, inquantùm indeterminata, sed præcisè inquantum intellectus. 2. D.26. Q.Vn. §. *Contra istam*. ℣. *Præterea secundo*. A.6.

Anima, si secundùm omnes suas potentias agit circa idem, fortiùs, & perfectiùs agit, quàm si circa diuersa secundùm diuersas potentias ageret. 2. D.42. Q.4. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Tertia propositio*. G.10.

Anima pluribus actibus non potest simul æquè perfectè esse intenta. 4. D.4. Q.7. §. *Sic ergo*. ℣. *Respondeo peccatum*. F.5. in fine.

Anima quo ad motum.

Anima in nobis non mouet, sed est ratio mouendi tantùm, ideo mouetur pet accidens, quia est forma moti. 2. D.14. Q.1. §. *Respondeo alia*. ℣. *Pro hoc*. C.3.

Anima quælibet intellectiua habet potentiam motiuam secundùm locum organicam: & ideò potest esse principium motus, & per consequens illa est merè spiritualis ex parte principij, quia nullo modo organica, & tamen corporalis ex parte termini, quia eius terminus est motus localis corporis. 4. D.10. Q.7. §. *Respondeo*. ℣. *Hanc autem*. C.4

Anima, sicut quantùm ad multa alia similis est Angelo, ita etiam quantùm ad potentiam motiuam corporis non organicam: non enim est ratio, quare ista substantia non habet huiusmodi potentiam motiuam corporis. 4. D.10. Q.7. §. *Respondeo*. ℣. *Respondeo, sicut*. D.4.

Anima in aliquo loco existens sine corpore, est inconueniens, quòd non posset se mouere de illo, quia sic, quantùm ad hoc, esset imperfectior, quàm corpus, quòd potest moueri de loco, quamuis non liberè, nec progressiuè. 4. D.49. Q.14. §. *Respondeo, hic sunt*. ℣. *Tertio videndum*. B.4.

Anima, cùm sit susceptiua sui termini localis, scilicet *vbi*, & per consequens sibi competat *vbi* diffinitiuè, oportet, quòd habeat in virture sua actiua istum terminum: & proinde anima separata potest se, & aliud corpus mouere de loco ad locum, non tamen organicè, quia anima non habet organa, vnde mouebit se non organicè. *ibidem*.

Animæ separatæ ex intellectualitate non repugnat mouere se, quia mouere se, & ad aliud corpus conuenit naturæ intellectuali, vt Angelo, qui mouet se, & Cœlum: nec propter imperfectionem hoc ei repugnat, quia id conuenit corpori, quod est imperfectum; similitar anima habet in virtute sua formam perfectiorem, quàm *vbi*, scilicet *intelligere*, & *velle*, non ergo sibi repugnat ratione imperfectionis. 4. D.49. Q.14 §. *Respondeo hic sunt*. ℣. *Tertiò videndum*. B.5.

Anima pro aliquo statu, in quo pars propinqua corporis est magis disposita, quàm remotior, non potest causare motum in remotiori parte, nisi priùs in propinquiori causet motum. *ibidem*. ℣. *Assumptum declaro*. C.6.

Anima separata potest mouere corpus suum immediatè, vt potè cadauer, quia non excedit virtutem suam motiuam, & similiter quando est in corpore, potest mouere organicè, ideo ex parte sui habet virtutem organicè, & non organicè. 4. D.49. Q.14. §. *Respondeo hic sunt*. ℣. *Ad primum respondeo*. E.9.

Anima quando perficiet corpus post resurrectionem, poterit mouere se, & primò totum corpus, & partem eius, vnde cum actio non possit esse æquè primo totius, & partis, necesse est dicere, quòd totum compositum ex organo, & potentia motiua animæ non primò mouet, sed per se non primò; ipsa autem anima primò. *ibidem*. ℣. *Ad secundum dicendum &c.* F.9.

Anima cùm non sit maior ratio, quare in vna parte cordis moueat aliam partem, quàm in alia parte, cùm totum cor sit vniforme secundùm partes: videtur, quòd primò moueat non organicè aliquam partem: & concedo, quod accidit animæ, quòd per vnam partem quiescentem moueat aliam; & ideo dico, quòd primò, & per se non est organica; potest tamen denominari quæcunque pars alia composita à motu, & dici principium motus denominatiuè; vt cor ex anima, & illa parte cordis dicitur per se mouere aliam partem. 4. D.49. Q.14. §. *Respondeo hic sunt*. ℣. *Ad secundum dicendum*. F.9.

Anima quo ad mutationem, & mutabilitatem.

Anima potest mutari, & mutatur ab ignorantia ad scientiam, à vitijs ad virtutes, & è conuerso. 2. D.17. Q.1. §. *Hic error*. ℣. *Præterea*. n.2.

Animæ duplex est mutabilitas: vna ab affirmatione ad negationem, & è conuerso; puta ab ignorantia ad scientiam, vel à non intellectione ad intellectionem: alia quasi à contrario in contrarium, puta à rectitudine ad deceptionem; & è conuerso. 1. D.3. Q.4. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ad secundam dico*. L.14.

Anima, quo ad quæcunque obiecta, est mutabilis ab affirmatione in negationem, & è conuerso, puta ab ignorantia ad scientiam: & per nihil formaliter in ea existens tollitur ab ea talis mutabilitas. *ibidem*.

Anima non est mutabilis quasi de contrario in contrarium, puta à rectitudine ad deceptionem, nisi circa illa complexa, quæ non habent euidentiam ex terminis: circa illa verò, quæ sunt ex terminis euidentia, mutari non potest, quia ipsi termini apprehensi sunt causa necessaria conformitatis compositionis ad ipsos terminos. *ibidem*.

Anima, si est mutabilis à rectitudine in errorem, absolutè non sequitur, quòd per nihil aliud à se potest rectificari, quia saltem rectificari potest per illa obiecta, circa quæ non potest intellectus errare, apprehensis terminis. 1. D.3. Q.4. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ad secundum dico*. L.14.

Anima mutabilis est ab vno actu disparato ad alium secundùm diuersitatem obiectorum, propter suam illimitationem, & immaterialitatem, quia est respectu cuiuslibet entis: similiter ab actu in non actum, quia non semper ast in actu; sed respectu primorum principiorum, quorum veritas nota est ex terminis, & conclusionibus euidenter deductarum ex terminis non est mutabilis ita à contrario in contrarium, scilicet, à vero in falsum. 1. D.3. Q.4. §. *De sexto*. ℣. *Ad secundam rationem*. X.24.

Anima intellectiua, cùm inducatur simul cum *esse* corporis etiam in nobis, ad animam propriè non est mutatio, sed tantùm ad *esse* corporis organici, & illius mutationis subiectum est materia, quæ fuit in incarnatione sub forma sanguinis B. V. Mariæ. 3. D.2. Q.3. *Ad tertium principale*. E.7.

Animæ inductio in corpus non est cum aliqua mutatione,

Anima quo ad mutationem, & mutabilitatem.

quæ fit ad animam, vel animationem, vt ad terminum, quia susceptiuum animæ, vel animationis, non est materia prima, sed corpus; illud autem non habebit priuationem ipsius animæ, à qua transeat ad formam. 4.D.43.Q.5.§.*De tertio*. ℣. *Dico, quod non*. G.8.

Anima quo ad pati, & dolere.

Anima non dicetur dolere secundùm portionem superiorem, si tantum alicui accidenti, accidentaliter coniuncto, portioni superiori insit dolor 3. D.15.Q.Vn. ʃ. *Contra illam distinctionem*. A.3.

Anima, si diceretur dolere secundùm portionem superiorem, vt est natura, posset etiam dici intelligere secundùm voluntatem, vt natura, non vt voluntas; quia ipsa anima, vel natura, quæ est voluntas, vel in qua est voluntas intelligit. *ibidem*.

Animæ, vt distinguitur à potentia, vel potentijs, non conuenit dolere, sicut nec respicere obiectum, de quo doleat: sed ipsa est tàtùm vna secundùm se in portione inferiori, & superiori, vt non respicit aliquod obiectum, & vt est tantùm actus primus: vnde vt est vna in illis duobus portionibus, non potest esse ratio, propter quam altera earum doleat, & consequenter propter animam, quæ est eadem portioni inferiori dolenti, non videtur dolere portio superior. 3.D.15.Q.Vn.ʃ.*Contra illam distinctionem*.℣. *Præterea, animæ*, A. 3.

Anima non solùm videndo, inquit Gregorius 4. Dialog. *sed etiam experiendo* incendium patitur.4.D.44.Q.2.§. *Hic dicitur*.℣.*Præterea Gregorius*. n.3.

Animæ est dolere, non corporis, etiam quando ei dolendi causa est à corpore: vnde si à *dolere* argumentum sumeretur ad mortem, magis ad animam pertinet mori, ad quem magis pertinet dolere.4.D.44.Q.3.§.*Ad quæstionem*. ℣.*Respondeo, nullus*. E.5.

Anima quo ad finem.

Animæ essentia ordinatur ad finem, & ideo quanto immediatiori modo attingit finem, tantò erit nobilior. 2.D.16. Q.Vn.§.*Dico igitur*.℣.*Præterea, quantò*. G.15.

Anima quo ad coniunctionem cum corpore.

Animæ coniunctio ad corpus requiritur ad existentiam substantiæ compositæ.4.D.10.Q.4.*Ad quintum principale*. ℣. *Pro hoc est*. N.15.

Anima rationalis mediat inter substantias intelligibiles, & res corporales; si hoc intelligatur de medio in essendo, verum est, quia quodammodo anima coniuncta habet *esse* medium inter substantiam separatam, & *esse* corporeum: Ex quo concluditur, quòd anima separata, quando recedit à corpore in essendo, magis accedit ad substantiam separatam in modo essendi; sed hoc nihil ad B., scilicet ad hoc, quod magis accedat ad recipiendum influxum eius pertinentem ad operationem: & si ad hoc deduceretur ratio, manifestum est, quòd non concludit, tunc enim anima separata magis esset capax talis influentiæ, quàm ipsa coniuncta corpori glorioso, quia coniuncta corpori glorioso magis accedit ad corpus secundùm *esse*, quàm ipsa separata: imo magis hoc est perfectius, quàm ipsa coniuncta corpori corruptibili.4.D.45.Q.2.§.*Hic tenetur*.℣.*si intelligas*. A. 9.

Anima quo ad materiam, & quatenus forma.

Anima naturaliter est perfectiua corporis organici, vt forma 2.D.1.Q.5.*aliàs* 6 §.*Conclusio*.n.2.

Animam esse actum, & formam corporis concludit Aristoteles 2.*Anim*.6.& 18. quia est principium, quo conueniunt ei operationes corporis animati. *Quodl*.Q.8.§. *De primo*.℣. *Ex hoc*. B.4.

Anima intellectiua necessariò est in loco totius corporis animati, ita quòd non est in potestate eius esse in loco maiori, vel minori.2.D.2.Q.5.6.§.*Ad propositum*.℣.*Verum autem*. L. 14.

Anima est in manu dextera, & sinistra, quæ anima non distat à se, & tamen manus distat à manu.2.D.2.Q.7. *Ad primum principale*. C. 2.

Anima dependet à corpore, vt actos eius: Et ita, & si concludat modus essendi animæ in corpore, quòd recipit à corpore; non tamen in corpore eius Angeli concludit, quod nō recipiat.2.D.3.Q.11.§.*Contra ex eisdem*.℣.*Ex tertia*.C.7.

Anima quo ad materiam, & quatenus forma.

Anima non tantùm vnitur corpori, vt operetur circa corpus vt obiectum, sed vnitur vt totum compositum sit, cuius ipsa est pars, ita quòd totum operans habet corpus non tantùm pro obiecto, sed pro parte operationis: non sic autem Angelus. 2.D.9.Q.2.*Ad quartum principale secundæ quæstionis*.℣.*Ad secundam, si arguitur* P.30.

Anima, si ex hoc, quòd naturale esset ei conuerti ad intelligentiam separatam, ad hoc vt intelligat, frustra vniretur corpori, quia scilicet propter nullam perfectionem ipsius animæ vnitæ, nec propter perfectionem ipsius in operando, quia scilicet non vnita posset habere speciem ab intelligentia, sicut vnita. si, inquam, ex hoc capite frustrà anima vniretur corpori, sequeretur, quòd frustra etiam anima beata vniretur corpori, qua non propter perfectionem aliquam necessariam ad suam operationem habet, in qua nihil recipit à corpore.2.D.11.Q.Vn.§. *Ista ratio*. n.3.

Anima, inquit Augustinus 7. super Genes. ad litteram *illustrat*, aliàs *ministrat corpus per lucem, & aerem*; vbi accipit lucem pro corpore subtili, puta fortè pro igne, qui est corpus subtilius in mixto; vel pro aliquo corpore subtili multum conueniente cum igne in natura; sicut & scriptura dicit Genes.1.lucem factam fuisse prima die, non quod tunc fieret accidens sine subiecto, sed tunc fiebat corpus luminosum, cuius forma notior erat lux; & ideo describitur subiectum ignotum per terminum notiorem.2.D.13.Q.Vn. *Ad primum principale*. G.7.

Anima sicut est illimitata ad perficiendum plures partes corporis substantialis, ita scientia est accidens illimitatum respectu plurium partium corporis.3.D.1. Q.2. ʃ. *Contra hoc*.℣.*Contra istud*. n.4.

Animam vnam numero *esse* in diuersis partibus corporis, & vnum numero corpus esse in pluribus locis, non sunt exempla apta ad ostendendum quòd vna numero natura dependeat à pluribus personis Diuinis in *esse* personali immediatè, quia non includitur in anima sic informante, vel in corpore locato aliquid eis incompossibile. 3. D.1.Q. 2.*Ad secundum pro prima opinione*. F.9.

Anima intellectiua, quæ non est limitata ad perficiendam hanc partem corporis organici sine sui diuisione, & extensione qualicunque, vel per se, vel per accidens, potest perficere aliam partem corporis organici.1.D.2.Q.7.§. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Hoc propositum*. Ec.40.

Anima quòd non distinguatur, & tamen quòd perficiat plures partes corporis, vel materiæ, non competit ei ratione imperfectionis. *ibidem*.

Anima intellectiua ponitur forma perfectissima inter omnes formas naturales.1.D.2.Q.7.§.*Ad primam quæstionem*. ℣. *Hoc propositum*. Ec. 40.

Anima, quòd perficiat materiam, hoc est imperfectionis in ea, quòd etiam illa plura perfecta sint partes eiusdem totius, hoc est imperfectionis. *ibidem*.

Animæ intellectiuæ primum perfectibile primitate adæquationis est totum corpus organicum, sed primitate immediationis est cor, quòd immediatè perficit, & eo mediante, alias partes, ita quòd non omnes partes æquè immediatè perficit, quem eundem ordinem seruaret, si esset tota essentia cordis, & aliarum partium per identitatem perfectam, dato, quod partes illæ ordinem inter se haberent habendi animam.1.D.28.Q.3.ʃ.*Sed tunc est*.℣.*Ad hoc dico*. H.11.

Anima intellectiua comparatur ad partes, quia quodammodo illae est illimitata eo modo, quo partes sunt illimitatæ; non enim oportet animam distingui in distinctis partibus.1.D.26.Q.Vn.ʃ. *Ad rationes pro secunda opinione*. ℣.*Tertia ratio*. P.38.

Animæ principalis sedes est in corde 16. *De animalibus*; & ideo ab ea, mediante corde, deriuantur virtutes eius ad cætera membra.4.D.13.Q.2.*Ad quintum principale*. R.20.

Anima non perficit animare partem remotiorem à corde, nec date sibi vitam organicè, nisi det cordi vitam, quo mediante influat vitam in cæteras partes magis distàtes, sicut patet per Philosophū *in lib. de animalibus*: Et hoc est, quia cor est magis dispositum ad susceptionem vitæ, quàm alia pars.4. D. 49.Q. 14.ʃ. *Respondeo hic sunt*. ℣.*Assumptum declaro*. C. 6.

Anima humana non perficit corpus quocunque modo dispositum; si enim esset corpus hominis ita densum, sicut aurum, non esset perfectibile ab anima.*ibidem*. ℣. *Istam opinionem*. F. 10.

Animæ

Anima quo ad materiam, & quatenus forma.

Animæ inclinatio ad corpus eſt perfecti ad perfectionem communicandam, quæ inclinatio concomitatur potentiam accidentalem; & ideo licèt illa inclinatio perpetuò ſuſpendatur in anima, non tamen propterea eſſet propriè violentum aliquid in ipſa, quia nec imperfectio. 4. D. 43. Q. 2. §. *De tertia.* ✠. *Per hoc.* S. 25.

Anima intellectiua eſt forma hominis ſpecifica; anima eſt incorruptibilis: ex quibus ſequitur, quòd forma hominis ſpecifica ſit incorruptibilis: forma ſpecifica hominis non manebit perpetuò extra corpus: iſtæ ſunt propoſitiones, ex quibus formatur ratio ad reſurrectionem probandam quodammodo à priori, quia ſumptæ ſunt à forma hominis reſuſcitandi, quarum prima eſt naturaliter nota: ſed aliæ duæ non ſunt ſufficienter notæ ratione naturali, licèt ad eas ſint quædam perſuaſiones probabiles; ad ſecundam quidem probabiliores plures: vnde & illam magis expreſsè videtur ſenſiſſe Philoſophus: ad tertiam autem pauciores; & per conſequens concluſio ſequens ex illis non eſt per illam viam ſufficienter nota ratione naturali. 4. D. 43. Q. 2. §. *Dico ergo.* ✠. *Prima eſt.* & ✠. *Sed aliæ duæ.* T. 26.

Anima intellectiua eſt forma hominis ſpecifica: iſta propoſitio eſt naturaliter nota, & error ei oppoſitus (qui proprius eſt, & ſolius Auerrois) peſſimus eſt, non tantùm contra veritatem Theologicam, ſed etiam contra veritatem Philoſophiæ; deſtruit enim ſcientiam, quia omnes actus intelligendi, vt diſtinctos ab actibus ſentiendi; & omnes actus electionis, vt diſtinctos ab actibus appetitus ſenſitiui; & ita omnes virtutes, quæ non generantur ſine electionibus factis ſecundùm *rectam* rationem, & per conſequens talis errans eſſet à communitate hominum, & naturali ratione vtentium exterminandus. 4. D. 43. Q. 2. §. *Dico ergo.* ✠. *Prima eſt.* T. 26.

Anima, quæ eſt cauſa formalis hominis, non eſt cauſa effectiua eiuſdem: forma enim, & efficiens non coincidunt in eodem numero. 4. D. 43. Q. 3. §. *De tertio.* ✠. *Præterea 2. Phyſic.* O. 21.

Anima intellectiua modo inextenſibili reſpicit materiam, & ideo nullam partem nouam habet per hoc, quod perficit nouam partem materiæ [quæ de nouo aduenit homini per nutritionem] ſed oppoſitum ſequitur de forma extenſibili in materia. 4. D. 44. Q. 1. §. *Per hoc ad fundamenta.* H. 11.

Anima ſecundùm ſupremum gradum perfectionis ſuæ eſſentialis informat materiam; alioquin homo non eſſet ſupremum ens corporale, nec per conſequens proximum Angelo in ordine ſpecierum, quia non eſſet actu formaliter per illud, quod eſt ſupremum in anima intellectiua, quæ eſt forma proxima Angelo. *Quodl.* Q. 9. §. *De ſecundo.* ✠. *Item ſecundo.* C. 9.

Anima intellectiua, quæ eſt forma perfectior, quàm forma Cœli, non tollit à materia priuationem aliarum formarum; imo nec conſtituit, incorruptibile reſpectu agentis naturalis, pro quanto aliquam formam concomitantem requirit ad ſui *eſſe*, ad quam poteſt agens naturale attingere corrumpendo. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo.* ✠. *Ad ſecundum.* C. 7.

Anima non perficit niſi corpus diſpoſitum, & proportionatum ei. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad ſecundam quæſtionem.* ✠. *Nec fuit.* F. 11.

Anima primò perficit ſuum primum perfectibile, ſcilicet totum corpus organicum, partes autem non perficit, niſi quia ſunt aliquid primi perfectibilis, & forma totius corporis organici ceſſante, nihil eſt formatum ab anima. 4. D. 10. Q. 6. §. *Ad intellectum.* ✠. *Vbi ſciendum.* G. 8.

Anima intellectiua (etiam ſecundùm aliquos ex aſſerentibus eam dare homini *eſſe* corporeum) vt dat *eſſe* corporeum diſtinguendo contra *eſſe* intellectiuum, non eſt aliquid reale, ſed tantùm quid abſtractum per actum intellectus, ſicut commune eſt aliquid præter ſingularia, ſiue inferiora (ſecundùm eos) & ideo conuerſio panis in corpus Chriſti, quæ eſt realis, non poteſt eſſe in animam ſub tali ratione, vt in per ſe terminum conuerſionis. 4. D. 11. Q. 3. §. *De ſecundo articulo.* ✠. *Item terminus.* P. 28.

Anima intellectiua, vt animet corpus, ſiue ad animationem corporis per animam requiritur cor, & hepar determinatè calida, cerebrum determinatè frigidum; & ſic de ſingulis partibus organicis: tali autem diſpoſitione ceſſante, poteſt adhuc manere qualitas aliqua, quæ ſtat cum forma mixti, licèt non illa, quæ requiritur ad *eſſe*, & ad operationem intellectiuæ in materia. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationes.* ✠. *Reſpondeo; aliquæ.* I. 56.

Animam intellectiuam eſſe formam hominis ſpecificam deducitur ex ratione naturali nota, & hoc per auctoritatem Philoſophorum, qui hoc aſſeruerunt, & non niſi tanquam ratione naturali notum, & adducendo rationes naturales, ex quibus iſtud concluditur. 4. D. 43. Q. 2. §. *Reſpondeo.* ✠. *De prima.* A. 5.

Anima intellectiua licèt non habeat propriam repugnantiam ad aliquam formam naturalem; tamen informando materiam, requirit qualitates aliquas, & in gradu aliquo perfecto, in quo ſi non maneant, ipſa non informabit materiam; iſtæ autem ſunt qualitates conſequentes formam priorem mixtionis, ſed non neceſſariò requiſitæ ad *eſſe* formæ prioris in tanto gradu, in quanto requiruntur ad *eſſe* intellectiuæ in materia. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationes.* ✠. *Reſpondeo; aliquæ.* I. 56.

Animam intellectiuam eſſe formam hominis ſpecificam, non inuenitur faciliter ad hanc veritatem probandam ratio à priori S. Thom. 1. part. quæſt. 75. art. 2., neque à poſteriori propria; ſiquidem forma innoteſcit ex operatione intelligendi, arguitur ab aliquibus propoſitum ſic: Intelligere eſt propria operatio hominis, ergo eſt à propria forma; ſed eſt ab intellectiua, ergo intellectiua eſt propria forma hominis: ſed iſta ratio patitur inſtantiam, quia intellectus, & *intelligere* (ſecundùm eos) ſe habent paſſiuè, & non actiuè, ergo illa propoſitio: *propria operatio eſt à propria forma*, non probat intellectiuam eſſe propriam formam, ſiquidem ab ipſa non eſt propria operatio (ſecundùm eos) ſed ab obiecto intelligibili, vel à phantaſmate. 4. D. 43. Q. 2. §. *Reſpondeo.* ✠. *De ſecundo.* B. 6.

Anima intellectiua, & nihil aliud eſt in homine proprium receptiuum actus propriè intelligendi; & per conſequens eſt forma, cuius talis actus eſt proprius. *ibidem.* ✠. *Conſequentia.* G. 12.

Anima intellectiua fortè non æquè viuificaret corpus quantumcunque creſceret, ſed paſſo proportionato æquè communicatur. *Quodl.* Q. 20. §. *De primo.* ✠ *Reſponſio Auguſtini.* E. 9.

Anima quo ad dominium ſupra corpus.

Anima humana non plus dominatur corpori quantùm ad omnem potentiam, quæ ſe tenet cum corpore, quàm dominetur appetitui ſenſitiuo; imo minus; quia quantùm ad potentias animæ vegetatiuæ non dominatur ſupra corpus, quamuis quantùm ad potentiam motiuam dominetur, vt anima poſſit mouere corpus hinc inde localiter; & ad hoc opus, & ad illud, ſicut placet; ſed non ſic de vegetatiuis, quæ ſunt omnino irrationabiles non obedientes animæ in actibus ſuis. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad primum principale ſecundæ quæſtionis.* H. 15.

Anima quo ad peccatum originale.

Anima Adam ſi cauſabit infectionem in carne, & ex carne cauſatur in anima, vtraque cauſa eſt æquiuoca ſuo effectui, & videtur, quòd totalis. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Circa tertium.* A. 6.

Anima contrahit peccatum originale mediante carne, non ita quòd caro (quaſi per qualitatem quandam cauſatam in ea) cauſet illud peccatum originale, ſed ex hoc, quòd caro concupiſcibiliter ſeminatur, & ex illa formatur corpus organicum, cui infunditur anima conſtituens perſonam, quæ eſt filius Adæ: iſta ergo perſona, quia naturalis filius Adæ, ideo debitrix eſt iuſtitiæ originalis datæ à Deo ipſi Adæ pro omnibus filijs, & caret ea, ergo habet peccatum originale; contrahitur igitur illud peccatum in carne, inquantùm eſt naturalis ratio, & ex hoc debet iuſtitiam, qua, per peccatum Adæ, caret. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Quantùm ad tertium.* E. 12.

Anima, in auctoritates dicentes, infici à carne, ſunt intelligendæ, inquantùm anima eſt forma carnis, ex quarum vnione reſultat filius Adæ, qui eſt debitor habendi iuſtitiam originalem, qua caret. *ibidem.* *Ad primum principale ad oppoſitum tertiæ quæſtionis.* I. 18.

Anima paruuli ſtatim cùm informat carnem eius, inficitur corruptione peccati originalis. 4. D. 4. Q. 3. §. *Dicitur.* n. 2.

Anima quo ad fomitem.

Anima, si resuscitatur murtuus, sicut fuit de Lazaro, reunita corpori, inueniret carnem rebellem spiritui; vnde tunc erit fomes in corpore illo, non ab anima, quia ipsa fuit purgata à peccato originali (ponamus per Baptismum, vel Circumcisionem) non oportet fingere, quód a Deo: & ideo si fomes est aliqua qualitas morbida in carne, remansit fomes in cadauere mortuo. 2. D. 32. Q. Vn. *§. Circa secundum.* ✠. *Contra ergo.* u. 5.

Anima quo ad peccatum actuale, & habituale.

Anima eadem manente per actum culpæ, & Deo, seu pœna eodem modo se habente, non propter hoc anima eodem modo est obligata ad pœnam, quia non ante peccatum obligata fuit. 4. D. 14. Q. 1. *§. Hic sunt.* ✠. *Primum probatur.* B. 5.

Anima quo ad reformari, & sanari.

Animam quando Deus sanat, perfectè sanat, sicut quando sanat aliquem secundùm corpus, perfectè sanat pro statu, in quo est: & quia in anima est imago Dei secundùm tres potentias, quæ deformatæ erant per peccatum; ideo Christus reformando, sicut perficit voluntatem per charitatem, sic intellectum per fidem. 3. D. 23. Q. Vn. §. *Ad quæstionem.* F. 14.

Anima infecta peccato originali de immunda potest fieri munda munditia opposita, si restituatur iustitia originalis, quam priuat peccatum, siue illud sit donum superadditum naturæ, siue sit rectitudo naturalis, idest, præscindens omnem deformitatem peccati. 4. D. 1. Q. 6. *§. Ad argumenta pro opinione.* D. 7.

Animam absoluere à peccato, possibile est Deo, iuxta illud Symboli, *remissionem peccatorum*; & per consequens possibile est restituere aliquod signum illius absolutionis, & hoc signum efficax: & pari ratione verba quæcunque à quocunque ministro prolata. 4. D. 14. Q. 4. *§. Quoad secundum.* ✠. *Primum ostenditur.* A. 3.

Anima quo ad bona temporalia, & acquisita.

Anima non potest esse immediatum subiectum rectitudinis debitæ in esse actui, sed tantùm actus in anima. 4. D. 14. Q. 1. *§. Hic sunt.* ✠. *Ita cum.* B. 4.

Animæ bona naturalia cùm sint incorruptibilia, nullus in illis potest alium damnificare. 4 D. 15. Q. 3. §. *Respondeo hic primo.* ✠. *De primo.* A. 3.

Animam alterius in bonis morum, vel acquisitis, quæ corrumpuntur, vel acquirendis, quorum acquisitio impeditur, vt scilicet de peccatis, & vitijs, quibus virtutes acquisitæ corrumpuntur, vel tandem vitia generantur, & quæ deberent generari ex actibos bonis, impediuntur; in istis, inquam, non potest quis alium, scilicet eius animam directè damnificare, quia peccatum, & omnis actus vitiosus ideo est peccatum, quia voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum, secundùm Augustinum *de vera religione*; vnde sola voluntate propria potest aliquis sic damnificari. *ibidem.*

Anima quo ad gratiam.

Animam aliquam habere tantam gratiam in via, quantam habet in patria, est possibile, licèt modò non possit habere tam perfectum vsum eius, sicut habebit in patria: vnde idem habitus manebit, & posset æqualis manere, sed non idem actus. 2. D. 5. Q. 1. §. *Ideo tenetur.* ✠. *Sed ista ratio.* B. 3.

Anima sine gratia aliquo peccato maculatur, vel originali, vel actuali, à quo non liberatur, nisi per gratiam. 2. D. 28. Q. Vn. §. *Ad quæstionem.* A. 7.

Animam non posse esse sine aliquo peccato, vel gratia, non est propter immediatam oppositionem culpæ, & gratiæ. *ibidem.* ✠. *Sed si quæras.* A. 7.

Anima est susceptiua gratiæ sibi conuenientis habentis gradus, quæ non determinatur ex se ad aliquem gradum, & consequenter potest ex se recipere quemcunque gradum gratiæ. 3 D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem.* ✠. *Secundum.* F. 5

Anima est susceptiua gratiæ habentis gradus, illique nullus

Anima quo ad gratiam.

gradus gratiæ repugnat. *ibidem.* ✠. *Vel sic potest.* F. 6.

Anima, si esset tantùm intellectus, non posset perfici gratia, quia nec habere actum gratum, & si haberet actum: si autem per impossibile esset tantùm voluntas, posset perfici gratia, quia si per impossibile haberet actum, haberet illum gratum. 4 D. 49. Q. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem.* ✠. *Si instatur.* G. 11.

Anima quo ad cognitionem Dei.

Anima ex perfectione naturali etiam, quam habet in isto statu [naturæ destitutæ, seu lapsæ] qui est inter tres status [naturæ scilicet institutæ, destitutæ, & reparatæ,] infimus potest habere intellectionem imperfectam istorum terminorum, *Deus est Trinus*, non autem perfectam; potest enim ex cognitione huius entis, abstrahendo, cognoscere ens secundùm se, & sic de bono, & hoc isto modo, quem tangit Augustinus 8. Trinit. 3. *Bonum hoc, & bonum illud, tolle hoc, & illud, & vide ipsum bonum, si potes, & ita Deum videbis*: & ibidem inferius satis patet, quomodo non solùm potest cognosci Deus in isto (quasi confuso) conceptu boni; sed in conceptu quodammodo proprio, si intelligitur bonum per essentiam, vel bonum summum: vnde ait inferiùs, *si poteris sine illis, quæ participatione bona sunt, percipere ipsum bonum, cuius participatione sunt bona, ipsum perspexeris Deum.* *Quodl.* Quæst. 14. *§. De primo.* ✠. *Primò igitur.* C. 3.

Anima non potest modò ex naturalibus attingere ad sciendum *propter quid* Deum, quia notitia eius, quod est proprissimum subiecto, non continetur actualiter primò, & euidenter, nisi in per se, & proprio conceptu subiecti, vel in ipso subiecto sic concepto: esse trinum est huiusmodi respectu Dei, & consequenter non potest sciri *propter quid* de Deo, nisi habito tali conceptu Dei; talis autem non habetur in statu isto de lege communi. *ibidem.* ✠. *De scientia verò.* M. 9.

Anima non potest attingere ad notitiam Dei propriam, & immediatam, siue intuitiuam, siue abstractiuam ex perfectione sua naturali, etiam pro quocunque statu naturæ, concurrentibus etiam quibuscunque causis naturaliter motiuis ipsius animæ ad cognoscendum, & idem diceretur de Angelo. *Quodl.* Q. 14. *§. De secundo.* N. 10.

Anima ex naturalibus, in quocunque statu, vel Angelus, non potest cognoscere essentiam Diuinam sub ratione propria mediatè, sic intelligendo, quòd per obiectum cognitum medium, vel in obiecto cognito medio, cognoscatur ratio eius, quia nihil potest per se distinctè intelligi hoc modo mediatè, nisi in illo medio contineatur essentialiter, & virtualiter, & hoc perfectè (scilicet, secundum totam rationem cognoscibilitatis suæ:) Essentia Diuina in nullo alio sic continetur. *Quodl.* Q. 14. §. *De tertio.* Dd. 21.

Anima, & Angelus; siue tam Anima, quàm Angelus, licèt posset naturaliter noscere se quantùm ad illud absolutum, quod ipsum est, quia hoc videtur contineri sub obiecto proprio huius, & illius, & hoc sub primo obiecto naturaliter attingibili, scilicet sub ente limitato: tamen non potest cognoscere se inquantùm est imago Dei, quia non potest naturaliter cognosci relatio, nisi naturaliter possit cognosci vtrumque extremum. *Quodl.* Q. 14. §. *Ad ista.* ✠. *Ad duo.* Ee. 22.

Animæ, vel Angelo, naturaliter, siue ex causis naturaliter motiuis, non præsupponitur obiectum, siue terminus esse naturaliter cognoscibilis: & ideo fundamentum, licèt sit huic naturaliter cognoscibile, non sequitur, relationem huic esse naturaliter cognoscibilem. *ibidem.* ✠. *Respondeo; non.* Ff. 23.

Anima licèt sit imago Dei: tamen non est nata esse medium cognoscendi Deum, vt ratio cognoscendi, sed tantùm vt obiectum cognitum: medium autem cognoscendi, vt ratio cognoscendi, respectu medij, vt cogniti, est aliquod proprium formale repræsentatiuum ipsius animæ, & per illud cognoscitur anima sub propria ratione, tanquam perfectissimum repræsentabile per illud; & per consequens per illud non potest intelligi Deus sub ratione suæ intelligibilitatis, sed tantùm in aliquo diminu-

diminu-

minuto intelligibili imitante, & participante intelligibilitatem eius. *Quodl.* Qu. 14. §. *Ad ista aliquid*. Hh. 11.26.

Anima quo ad fidem.

Anima intelligit cum phantasmate, & credibilium, fide infusa, non sunt phantasmata in se. 3. D. 23. Qu. Vn. ∫. *Sed quid.* ℣. *Ad argumentum*. I. 17.

Anima sicut non est accepta Deo, nisi ornetur, & perficiatur per charitatem, quo ad voluntatem; sic non acceptatur à Deo, nisi perficiatur habitu supernaturali quo ad intellectum. 3. D. 25. Q. Vn. §. *De primo*. A. 2.

Anima quo ad beatitudinem.

Anima fore tunc beatam, licèt minùs, quàm in Patria, concluditur ex hoc, quòd gratia in essentia sit eiusdem rationis in via, & in Patria, si beatitudo primò esset in essentia: non autem hoc concluditur, si ponatur beatitudo in actu secundo etiam diligendi, quia iste non est eiusdem rationis in via, & in Patria. 2. D. 26. Q. Vn. ∫. *Contra istam opinionem*. ℣. *Dico, quòd argumentum*. A. 5.

Animam hominis continet virtualiter rationem fælicitatis naturalis, sicut patet ex 1. Ethic. vbi ex ratione animæ concluditur ratio fælicitatis naturalis hominis. *Prolog.* Q. 3. ∫. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ℣. *Ad tertium dico*. S. 19.

Anima quòd falsa opinione sit beata, stultius nihil potest dici: August. 11. Ciuit. 4. 1. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud*. ℣. *Item intelligentia*. B 3.

Anima non quietatur in intelligentia. *ibidem*.

Animaidearum visione sit beatissima: August. 83. qq. Quæst. 46. Si ideæ ponantur quidditates, vt cognitæ, tunc hæc est exponenda de beatitudine, quæ potest haberi in creaturis, vt in obiectis; quia certum est, quòd non est perfectissima beatitudo in creatura absolutè, secundùm ipsum 5. *Confess.* *Beatus est, qui te, & illa nouit, nec propter illa beatior*: sed est intelligendum *beatissima*, hoc est totali beatitudine possibili Beato, non quidem in eis formaliter, sed in obiecto, cuius cognitio præsupponitur istis, & quasi concomitanter in istis, in quibus aliqua beatitudo est, licèt non optima. 1. D. 35. Quæst. Vn. §. *Ad ista*. ℣. *Similiter alia*. K. 13.

Anima intellectiua Beati non repugnat qualitatibus corporis humani viuentis, etiam inquantùm sunt Contrariæ, & non reductæ ad medium, in quo sunt actiuæ, quia supponit eas sic in suo susceptiuo: & nihil repugnat ei, quod exigit in suo susceptiuo: nec etiam repugnat effectibus illarum, quia si illæ agunt mutuò, non agunt, nisi actione vniuoca, saltem effectus illi non repugnant animæ ad magnam intensionem, quia stant cum anima nunc, licèt intendantur ad magnum gradum; & per consequens nec tunc repugnabunt animæ, vt est forma informans. 4. D. 49. Q. 13. §. *Respondeo*. ℣. *Contra hoc anima*. B. 6.

Animam prohibere in statu glorioso actionem qualitatum corporis, quod informat, non propter repugnantiam sui ad actionem illam, sed propter imperium sui per actum voluntatis suæ, quia ex dominio pleno super corpus; non videtur probabile, quia supremus Angelus per solum imperium voluntatis suæ, non potest impedire actionem alicuius causæ naturalis. *ibidem*. ℣. *Hoc non videtur*. C. 6.

Anima cùm non potest esse perfectè beata coniuncta corpori mortali, appetit perfectè beatificari, & per consequens appetit esse coniuncta corpori, sed immortali, quia tunc perfectè erit beata; non tamen corpus erit beatum simpliciter, sed fruens, & intelligens, sicut loquitur August. *Ad Dioscorum* de beatitudine animæ, & beatitudine secundùm quid, quæ consistit in actu secundo. 4. D. 49. Q. 12. *Ad tertium principale*. ℣. *Ex hoc sequitur*. G. 8.

Anima, inquit August. ad Dioscorum, *tam potentem fecit Deus, vt eius plena fælicitate redundet in corpus sanitas perpetua, & vigor incorruptibilis*: quod sit intelligendum, quod illa sanitas, & vigor deriuatur ab anima in corpus, quia est quædam ordinabilitas, vt conseruetur vigor, & sanitas à Deo: & ille ordo est corporis, vt præsentetur ex hoc, quod est animatum tali anima, quæ anima fuit principium merendi talem sanitatem conseruari à Deo, suo corpori; ita quod nihil aliud est dicere illam incorruptionem deriuari ab anima in corpus, quàm quod istud præmium, (idest sanitas conseruata) est præmium incorruptibilis corporis, mediante anima, quæ sicut erat principalior in merendo, ita principalius in natura præmiatur. 4. D. 49. Q. 13. ∫. *Dico ergo*. ℣. *Ad allud patet*. E. 10.

Animæ beatæ voluntatem post resurrectionem Deus non faciet omnipotentem, & ideo nec potentem facere quicquid volet fieri, sed sufficit sibi, quòd quicquid volet fieri, fiet: & sic corpus suum perfectè subdetur voluntati suæ, hoc est, erit sicut volet, sicut ipsa subditur Deo, sed ipsa subditio corporis sui erit effectiuè à voluntate Diuina. *ibidem*. ℣. *Ad rationes pro tribus*. F. 11.

Anima beata non fatigaretur continuò mouendo suum corpus gloriosum, quamuis esset graue, & non leue, quia non vincitur, nec est contraria actio à corpore, quæ esset cum fatigatione. 4. D 49. Q. 14. §. *Ad illud*. ℣. *Quando etiam dicitur*. K. 12.

Animæ perfectio, sicut est debitus ordo ad gloriam, sic erit perfectio corporis, quod erit cum alio corpore pro libito voluntatis animæ beatæ ad coagendum illi alteri. 4. D. 49. Q. 16. §. *Respondeo ergo*. ℣. *De secundo dico*. H. 18.

Anima Beati cognitione naturali poterit cognoscere narrationes, quas illis offerimus, si tamen immoderata distantia non impediat. 4. D. 45. Qu. 4. ∫. *Hæc tria*. ℣. *De primo*. A. 2.

Animæ potest esse magis bonum beatitudo si sit in potentia, quàm si esset in essentia immediatè, sicut maius bonum est animæ videre Deum per intellectum, quàm per essentiam, vt essentia, quia videre non est natum esse bonum eius, nisi per intellectum: sic non est natum esse eius bonum habere obiectum beatificum, vt beatificum, nisi per potentiam attingentem ipsum per operationem. 4. D. 49. Qu. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ℣. *Quarta ratio*. G. 12.

Anima sicut nunquam vult infœlicitatem, semper habet nolle habitualiter, ita in Patria nunquam volet: & sic est simile hinc inde de facto. 4. D. 49. Q. 6. ∫. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliam*. H. 12.

Anima nunc non potest velle infœlicitatem, ergo tunc [scilicet in Patria] non poterit velle iniquitatem: consequentia non valet, quia bene potest esse similitudo quantùm ad non esse hinc inde, licèt non quantùm ad posse. *ibidem*. ℣. *Et si arguas*. H. 12.

Anima est pars hominis beatificabilis, & immediatè susceptiuum beatitudinis; & per consequens tota natura est susceptiuum mediatum, non immediatum, quia anima est aliquid hominis. 4. D. 49 Quæst. 8. *Ad primum principale*. E. 7.

Anima, inquit Augustinus 14. Trin. 18. *eo ipso imago Dei est, quo ipsius capax potest esse*: & per hoc probat, quòd homo possit beatificari, sed quod ipse sit infimum beatificabile. 4. D. 49 Quæst. 8. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Anima humana in puris naturalibus est immediatum susceptiuum beatitudinis, & non est sufficienter actiua ex puris naturalibus ad consequendum actum visionis beatificæ, quia impossibile est intellectum esse causam visionis, nisi intellectus habeat in se obiectum cognitum, vel aliud, in quo eminentius continetur. 4. D. 49. Q. 11. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Ideo dico*. E. F. 9.

Anima non est coniungibilis Deo in ratione obiecti, nisi per potentiam. 4. D. 6. Q. 11. §. *Hic est opinio*. ℣. *Hec concludit*. n. 3.

Animæ cuilibet beatæ ab anima Christi Verbum est speculū repræsentans determinata, vltra quæ non potest velle ordinatè videre alia. 3. D. 14. Q. 2. ∫. *Sed ista via*. ℣. *Dico, quòd verbum*. O. 20.

Anima, ex natura sua, potest reflecti super actum beatificum, vt beatificus est: ista propositio posset negari: verum quidem est, quòd reflecti potest, sed non nisi virtute illius, virtute cuius habet actum rectum; nec plus probat auctoritas Augustini. 5. Trin. 11. Qui dicit, *scio me viuere, vnum aliquid se scire dicit: proinde si dicat, scio, me scire, me viuere, duo sunt*: Et sequitur: *Sic potest addere tertium, & quartum, & innumerabilia si sufficiat*; quia non dicit, quod potest semper ex sola natura: sed si habet actum rectum, potest reflecti super illum, vel ex virtute naturæ, vel ex virtute

illius,

Anima quo ad miseriam, & infœlicitatem.

illius, per quod habet actum illum: & non sequitur illud inconueniens de processu in infinitum, quia idem supernaturale sufficit ad actum rectum, & ad omnes reflexos. *Quodl.* Q.14. §. *Ad ista; aliquid*. ℣. *Ad aliud*. Kk.26. in fine.

Anima quo ad miseriam, & infœlicitatem.

Anima nostra, inquit Augustinus de Anima Beata in Enchirid. cap.86. vel 73. *Sicut habet nolle infælicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est: nunc autem sic habet nolle infælicitatem, quod non potest eam velle*: vnde subdit idem, *miseri esse non solum nolumus, sed nequaquam velle possumus*. Hic non dicit Augustinus, quòd sicut nunc habet necessariò nolle infœlicitatem, ita tunc necessariò nolle iniquitatem; neutrum est enim verum, loquendo de nolle, vt est actus elicitus, sed sicut nunc habet perpetuò nolle habitualiter infœlicitatem, ita tunc habebit nolle iniquitatem. 4. D.49. Q.6. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliam*. H.12.

Anima nostra ideo non potest velle infœlicitatem, non quia necessariò habet nolle eam, sed quia infœlicitas non potest esse obiectum actus volendi: ex alia parte non sequitur, quòd sic nunquam possit velle iniquitatem, quia iniquitas, loquendo de illo, quod substernitur in peccatu, potest esse obiectum voluntatis creatæ. *ibidem*.

Anima in instanti mortis.

Anima in instanti mortis est separata à corpore; & per consequens non est in via, sed in termino, nec per consequens tunc exposita tentationibus: vnde non oportet assignare pro ratione, quòd reseruatio remissionis peccati venialis respectu illius, qui moritur cum peccato veniali in charitate vsque ad istum articulum sit rationabilis, quia homo tunc maximè indiget propter maximas tentationes tunc imminentes: hoc enim non est verum. 4. Dist.21. Quæst.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ex hoc sequuntur*. F.10.

Anima quo ad obstinationem.

Anima peccatoris in instanti separationis est obstinata, quia est in termino, & non per actum, quem tunc elicit, quia in eodem instanti, in quo separatur, totum compositum corrumpitur, & in illo non intelligit, nec etiam per actum præcedentem illud instans est obstinata, quia tunc fuit viator. 2. Dist.7. Quæst. Vnic. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Vel sic ostenditur*. n.4. *Additio*.

Anima coniuncta non habet cognitiuam immobiliter apprehendentem, sicut Angelus: nec se immergit in volitum, & immobiliter secundum perfectam libertatem: vnde oportet assignare causam istius obstinationis in anima quando est separata. *ibidem*. ℣. *Præterea; contra conclusionem*. n.4.

Anima separata, si est obstinata ante omnem actum elicitum, causa obstinationis non est immobilitas suæ potentiæ cognitiuæ, nec immersio propter plenam libertatem suam in obiectum, quia antequam velit aliquid secundum actum intellectus immobiliter apprehendentis, vel ex plena libertate, quam habet separata, est obstinata: Si autem dicatur fieri obstinata per aliquem actum, quem elicit separata, vel quia sequitur apprehensionem intellectus separati immobilem; vel quia sua libertate immergit se in volitum; hoc secundum videtur inconueniens, quia separata non demeretur, sed tantùm per actus, quos habuit in via, recipit quod meruit, vel demeruit: & ita nullum habet actum præcedentem obstinationem, per quem reddatur obstinata. *ibidem*.

Anima separata.

Animam separatam, vel Angelum nullo modo posse se mouere, sed stare immobiliter, vbicunque ponerentur, ac si essent in carcere, non est probabile. 2. D.25. Q.Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Item sequeretur*. B.9.

Anima separata habet potentiam mouendi se ipsam ad aliud, & ad aliud *vbi*; nam sic moueri competit enti im-

Anima separata.

perfectissimo. 2.D.25. Q.Vn. §. *Ad primam*. ℣. *Item ostensam*. F.14.

Anima separata esset persona, si negatio formaliter, constituens personalitatem creatam, non posset poni, nisi independentia actualis ad personam extrinsecam, quod tamen consequens ex Richardo 10. *Trin. cap.*23. est falsum. 3. Dist.1. Quæst.1. §. *Contra secundam viam*. ℣. *Primo, quia*. D.8.

Anima separata ideo non potest sentire, quia non habet receptiuum sensationis, quod est organum, nec formalem rationem recipiendi, quæ est forma totalis ipsius organi. *Quodl.* Quæst. 9. §. *De secundo*. ℣. *Patet etiam*. G.12

Anima dicitur per se intelligere tanquam proximum receptiuum intellectionis, sed non primum, quando est vnita, quia quando est vnita, est ratio, secundùm quam intellectio conuenit homini, tanquam toti per formam. *Quodl.* Q.9. §. *De tertio*. ℣. *Ad rationem*. I.14.

Anima separata dicitur imperfecta in essendo, quia eo modo, quo ipsa est vnita, potest dici perfecta in essendo, non essentialiter, & primariè, sed participatiuè, suo quidem proprio *esse* est æquè perfecta separata, & coniuncta; sed coniuncta perfecta est *esse* totius participatiuè, licèt non primariè: & quantùm ad hoc separata est imperfecta, quia caret ipso *esse* totius: & posset dici, quòd ista imperfectio est imperfectio simpliciter, quia caret illo *esse*, quod est perfectio simpliciter, licèt non propria; imo ipsa est maior perfectio, quàm *esse* eius proprium, quia includens illud *esse*: non igitur dicitur forma imperfecta ex hoc solo, quòd non communicat suam perfectionem alteri, sicut nec ipsa perficitur in hoc, quod communicat; sed dicitur imperfecta ex carentia perfectionis *esse* totius, quæ carentia concomitatur illud non communicare. *ibidem*. ℣. *Ex hoc patet*. M.18.

Anima separata conceditur, quòd non est tantùm inclinabilis ad corpus, sed quòd inclinatur ad corpus; & tamen non est ibi actualis inclinatio, sed pro tanto actualiter denominat, quia quantùm est ex parte animæ actualiter inesset. *Quodl.* Q. 13. *Ad argumentum principale*. ℣. *Respondeo*. Mm. 33.

Anima ex Philos. 1. Anim. Tex.12. *Si non potest habere operationem separatam, nec esse*: ponit etiam scientiam propriè in intellectu 3. *Anim. Tex.*37. quod, *sicut anima per sensus est sensibilis, ita per scientiam est scibilis*. 4. D.45. Q.1. §. *Alia opinio*. ℣. *Huic consonat*. B.4.

Anima separata, secundùm Auicennam 6. *Natural.* 1. *par. cap.*6. clariùs videbit veritatem, quàm coniuncta; & concordat cum illo Sap.9. *Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam*. 4. D.45. Q.1. *In tertio ad oppositum*. n.1.

Anima separata (secundùm ponentes species sibi à Deo, vel Angelis datas, & infusas ex intrinsecis etiam cum obiectis extrinsecis concurrentibus) non potest in operationem sibi conuenientem, nisi Deus, vel Angelus dent sibi tales species: lapis autem ex intrinsecis sibi, sine influxu tali mendicato, potest in operationem sibi proportionatam, quia descendere in centrum, & ibi quiescere, & per consequens magis vilificatur anima secundùm proportionem ad suam nobilitatem, ex illa positione, quàm natura lapidis. 4. D.45. Qu.2. §. *Hic tenetur*. ℣. *Hæc etiam*. n.5.

Anima separata est in potentia accidentali ad intelligendum obiecta priùs habitualiter sibi nota, & per consequens potest ex se exire in actum. 4. D.45. Q.1. §. *Alia opinio*. ℣. *Huic consonat*. B.4.

Anima separata ita potest cognoscere corpus, sicut coniuncta; & ideo non sequitur ex hoc, quod mediat in essendo inter substantias intelligibiles, & res corporeas, quod magis, vt separata, accedit ad substantiam separatam, vt ad obiectum cognoscibile, vel vt à quo recipiat obiectum cognoscibile. 4. D.45. Q.2. §. *Hic tenetur*. ℣. *Secunda ratio*. A.10.

Anima separata potest acquirere cognitionem obiecti priùs ignoti: & hoc tam de cognitione intuitiua, quàm abstractiua. 4. D.45. Q.2. §. *Ad quæstionem*. C.12.

Animæ separatæ, secundùm Augustinum, *de Cura pro mortuis agenda*, nesciunt, quæ hic aguntur, nisi ab Angelis discant, vel alijs animabus de nouo ad eas venientibus, qui illa, quæ hic nouerunt, possunt illis dicere, sicut Ioannes Baptista prædixit animabus sanctis in limbo Christum esse

se

Anima separata.

se descensurum, sicut exponit Gregorius illam quæstionem eius in Matth. 2. *Tu es, qui venturus es?* nunc autem si per species influxas cognoscerent conditiones existentiæ rerum, non oporteret talia nunciari eis à Sanctis ea scientibus, scilicet Angelis, vel animabus. *ibidem.* ℣. *Per istam.* D. 13.

Anima separata etiam si posset acquirere cognitionem rei priùs ignotæ: non tamen propterea frustra vnitur corpori: esto enim, quòd propter perfectionem animæ fieret ista vnio, vt scilicet acquireret perfectionem suam ex tali vnione, non sequitur, quòd frustra vniatur, si per aliam viam posset eam acquirere. 4. D. 45. Q. 2. *Ad primum principale.* E. 14.

Anima humana est perfectissima forma, & eius propria operatio secundùm intellectum possibilem est intelligere, secundùm agentem abstrahere, & secundùm voluntatem velle, & consequenter nullus modus essendi potest conuenire animæ secundùm naturam suam, in quo non possit in istas operationes; secundùm autem naturam suam talis est, quòd potest habere *esse* separatum, & hoc est ex perfectione naturæ suæ: vnde hoc non conuenit alijs formis imperfectis, & per consequens in illo *esse* potest in illas operationes: sed possibile est eam non acquisisse priùs species obiectorum, sicut patet de anima paruuli defuncti, & ideo poterit tunc eas acquirere. *ibidem. In argumento ad oppositum.* n. 2.

Anima separata habet aliquam memoriam intellectiuam in ipsa manentem, quam habuit coniuncta, & per consequens notitiam habitualem omnium illorum, quæ vsque ad separationem in ea manserunt, & per consequens potest vti illis remanentibus ad actum memorandi, sicut posset vti coniuncta. 4. D. 45. Quæst. 3. §. *Ad quæstionem.* M. 20.

Anima separata omnium eorum, quorum recordatur coniuncta, potest recordari separata, quia quorumcunque fuit memoria sensitiua, eorum fuit intellectiua propter cognitionem intuitiuam concomitantem omnem perfectam sensitiuam perceptam; sed non omni recordatione potest recordari separata, qua potuit coniuncta. *ibidem.*

Anima coniuncta non potest vti specie intelligibili sine phantasmate: separata autem poterit, non propter nouam perfectionem, sed quia non erit ibi ille ordo potentiarum intellectiuæ scilicet, & sensitiuæ in operando, quæ nunc est. 4. D. 45 Q. 3. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Responsum est.* M. 20.

Animam separatam recordari præteritorum, quæ ipsa nouit coniuncta, patet ex *Luca* 16. ait Abraham ad diuitem: *Fili recordare, quia recipisti bona in vita tua:* & ex Augustino super illud *Psal.* 108. *Fiant filij eius orphani*, dicente, *mortui habent memoriam* nostri. 4. D. 45. Q. 3. *In primo, & secundo argumento in oppositum.* n. 2.

Animæ separatæ si non haberent memoriam peccatorum in vita mortali commissorum, non haberent materiam, gratias referendi Deo de eius misericordia, & est argumentum Gregorij 4. *Moral. ad finem* supra illud Iob 3. *paruus, & magnus*, fundantis se super illud Psal. 88. *Misericordias Domini in æternum cantabo:* Quomodo in æternum misericordiam canit, qui miseriæ non meminerit? *ibidem. In tertio argumento ad oppositum.* n. 2.

Anima separata non est per se in seruis ad substantiam, sed tantùm per reductionem. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationes.* ℣. *Ad quartam dico.* Hh. 54.

Anima, secundùm asserentes, quòd eius status in corpore est perfectior, quam eius status extra corpus, ex hoc, quod est pars compositi, & omnis pars materia est respectu totius: secundùm hos, inquam, anima totaliter habet idem *esse* separata, quod coniuncta, imo *esse*, quod est totale esse hominis, quandoque communicatur corpori, & consequenter ipsa in nullo est imperfectior pro eo quòd non communicat idem *esse* corpori; & ita isti contradicunt sibi. 4. D. 43. Quæst. 1. §. *De primo.* ℣. *Præterea, iste.* B. 6.

Anima quo ad illuminationem.

Anima quantùm ad illam actionem, qua creatura dicitur illuminare creaturam, potest illuminare Angelum, sicut è conuerso, quia in Patria animæ Beatorum habebunt eundem modum loquendi, quem Angeli, & ideo si alicui animæ reueletur priùs aliqua veritas in Verbo, quàm Angelo, poterit illuminare Angelum de illa veritate, sicut Angelus posset illuminare animam, si priùs veritas esset reuelata Angelo. 3. D. 14. Q. 2. *Ad secundum principale secundæ quæstionis.* P. 21.

Animæ defunctorum.

Animæ Defunctorum per hoc poterunt releuari, quòd offerens potest applicare illis sacrificium, & iuuari, per hoc, quòd Sacerdos applicat pro eis virtutem Sacrificij. *Quodl.* Q. 20. §. *De secundo articulo.* ℣. *Dico tamen.* H. 13.

Anima quoad resurrectionem mortuorum.

Anima in resurrectione an possit se vnire corpori, cùm fuerit summè dispositum, dubium est, sicut, & an generans hominem vniat animam intellectiuam necessitando vnionem per organizationem corporis, & dispositionem conuenientem vltimatè perfectibili ab anima intellectiua. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem.* ℣. *Ad primum istorum.* F. 12.

Anima intellectiua, licèt à solo Deo possit vniri corpori, non tamen inde sequitur, quòd à solo Deo potest separari; vnde non valet, solus Deus potest vnire, ergo solus potest separare; quia agens creatum potest inducere qualitatem in corpore, ad quam necessario sequitur necessitate absoluta exanimatio corporis: nulla tamen qualitas, vel dispositio creata in corpore ab agente naturali est causa necessaria simpliciter animationis passiuæ corporis. *ibidem.*

Anima intellectiua hominis non remanebit perpetuò extra corpus, & per consequens redibit idem: & ita reditio iterata, resurrectio vocatur secundùm Damascenum *lib.* 4. *cap.* 19. Resurrectio est secunda eius, quod dissolutum est, surrectio. 4. D. 43. Qu. 2. §. *Respondeo.* ℣. *Primo modo.* A. 4.

Anima intellectiua non potest ab aliqua creatura alia à se reuniri corpori, sed nec à se ipsa tanquam à principio effectiuo illius vnitionis, quia causa æquiuoca est simpliciter nobilior effectu: homo autem est simpliciter perfectior anima sua, sicut totum parte, & quacunque alia substantia corporea, & consequenter nec anima, nec aliqua alia substantia corporea alia ab homine potest esse causa effectiua hominis. 4. D. 43. Q. 3. §. *De tertio.* ℣. *Sed contra.* O. 21.

Anima comparata Angelo.

Anima par est Angelo quo ad rationem obiecti, in quo quiescit, quia nulla natura intellectualis potest quietari, nisi in obiecto infinito: Et ita intelligenda est illa authoritas Augustini, in qua dicit lib. 3. De liber. arbitr. *Angelus, & Anima sunt natura pares*, scilicet, quoad obiectum quietatiuum vtriusque, omnesque similes authoritates eiusdem ita intelligendæ sunt ex illa alia eiusdem: *Anima* sola veritate prima formatur. 2. D. 1. Qu. 5. *alias 6. Ad secundum principale.* G. 6.

Anima beata æquabitur Angelis iuxta promissum Saluatoris Matth. 22. *Erunt sicut Angeli Dei:* anima autem beata mouetur; imo anima Christi beatissima mouebatur localiter, quia descendit ad Inferos, sicut dicit articulus fidei. 2. D. 2. Quæst. 9 §. *Ad quæstionem dico.* ℣. *Ista propositio.* n. 8.

Anima sensitiua, & vegetatiua.

Anima sensitiua, & vegetatiua dicũtur manere in intellectiua, sicut elementa in mixto. 2. D. 15. Q. Vn. §. *Dico ergo ad quæstionem.* ℣. *Item Aristoteles.* C. 6.

Animæ vegetatiuæ maris, & fœminæ, si mas respectu prolis se haberet actiuè, & fœmina passiuè, differrent, sicut actiua, & passiua: & ita essent potentiæ omnino alterius rationis. 3. D. 4. Quæst. Vn. §. *Sed contra istud.* ℣. *Confirmatur.* A. 3.

Anima, & si sit illud, quod est formale in potentia sensitiua, tamen potentia sensitiua, loquendo de totali, formaliter includit formam quandam totius compositi ex corpore sic mixto, & anima perficiente proportionaliter ad actum correspondentem tali toti. 4. D. 45. Q. 3. §. *Ad quæstionem.* M. 20.

Anima Christi Domini.

Anima Christi Domini.

Anima Chtisti Domini non discurrebat, sed ipsa nouit habirualiter omnia principia, & conclusiones in principijs a principio: & tamen ipsa non fuit natura Angelica .2. D.1.Q.5.*aliàs 6.§.Contra: anima.✝.Item quæro*. A. 3.

Anima Christi Domini non necessariò immuratur ab obiecto beatifico [ex vi vnionis hypostaticæ formaliter] tum quia nec ad actum intelligendi, quia obiectum illud non necessariò immutat aliquem intellectum, nisi Diuinum; nihil enim extra causat, nisi voluntariè, & contingenter: tum quia nec ad actum fruendi, quia voluntas ex pluris naturalibus non necessariò fruitur fine; & consequenter ipsa non necessariò fruetur fine, nisi aliquid addatur suæ naturæ, per quod fit necessitas ad fruendum: nihil autem hic ponitur superadditum formaliter in voluntate per vnionem hypostaticam, sed tantùm ponitur quædam dependentia ad Verbum 3.D.2.Q.1.*§.Contra istam opinionem.✝. Præterea; rationem*. A. 3.

Anima Christi, si concedetetur posse se habere ad fruitionem sine habitu, sicut alia anima cum habitu, videtur omnino superfluum, in Christo ponere habitus infusos, qui tamen ab omnibus ponuntur. *ibidem.✝. Præterea, si concederetur*. B. 4.

Anima nata frui, non mediat necessariò in assumptione naturæ humanæ ad Verbum, inter carnem, & Verbum, quia natura non intellectualis posset immediatè assumi.3.D.2.Q.1.*Ad secundum principale.✝.Ex ista*.K.16. *in fine*.

Anima Christi potest concedi esse medium *quo* in assumptione naturæ humanæ à Verbo, & hoc respectu totius, quia est formalis ratio huius naturæ, qua hæc natura est vnibilis, sicut ipsa est, qua formaliter homo est risibilis, non tantùm vt principium effectiuum, sed vt subiectum proximum; & sicut est forma ipsius subiecti, ita potest esse forma constituens hanc naturam: & tamen est toti naturæ ratio propria recipiendi istam vnionem, quia ratio propria constituens ipsum totum receptiuum huius vnionis: nec propter hoc oportet, animam primò assumi, vt *quod*, sicut nec ipsa est risibilis, vt *quod*, licèt ipsa sit *quo* homo est risibilis. 3.D.2.Q.2.*§.Ideo quantùm.✝.Ad propositum*. B. 5.

Anima Christi potest concedi mediare in assumptione naturæ humanæ à Verbo, vt medium *quo* inter carnem, & Verbum, quia anima est forma naturæ totaliter primò assumptæ, cuius naturæ caro est pars, & ideo illud, quo tota natura est assumptibilis, & assumpta, est quo caro suo modo, est assumptibilis, & assumpta. *ibidem*. ✝. *Et propter istam*. B. 6.

Anima, & corpus Christi in morte, secundùm Damascenum *lib. 3. cap.* 23. non erant in propria hypostasi, sed in hypostasi Verbi. 3. Dist.2. Quæst. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad aliud dico, quòd*. I. 15.

Anima Christi creabatur, & creatio terminatur ad naturaliter existens; vnde fuit aliqua existentia actualis animæ, inquantùm terminauit istam actionem, non increata, ergo creata. 3.D.6.Q.1.*§.Contra conclusionem*.✝ *Præterea; anima*. A. 3.

Anima Christi priùs naturaliter perficit corpus, quàm tota natura esset nata assumi; & in illo priori forma fuit actus materiæ, & per consequens dabat *esse* sibi, quod non corrumpebatur per assumptionem. *ibidem.✝.Præterea fundamentum*. A. 3.

Anima Christi Domini licèt non habeat summam inclinationem ad summam gratiam, quantùm est ex parte fundamenti inclinationis; tamen habet inclinationem ad summam gratiam, quæ posset summè coniungi obiecto: & ita licèt posset quietari per quamcunque gratiam, sicut quæcunque anima; non tamen summè quietaretur sine summa gratia, quia nec summè coniungeretur obiecto, in quo est perfecta quies, nisi haberet summam gratiam. 3. Dist. 13. Quæst. 4. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. N. 17.

Anima nulla actiuè se potest habere ad fruitionem secundùm ordinem causarum iam positum, nisi ipsa haberet gratiam vt causam secundam: vnde ex vi vnionis non posset competere animæ Christi fruitio magis, quàm alteri animæ. 3. Distinct. 13. Quæst. 4. *Ad argumentum ad oppositum*. ✝. *Respondeo*. R. 20.

Animas alias ab anima Christi verisimile est visuras in Verbo, ipsum posse creare aliquid, quod non creat, etiam distinctè; & ita multò magis hæc anima potest videre aliquod possibile in Verbo. 3. Distinct. 14. Quæst. 2. *§. Contra rationem*. ✝. *Contra distinctionem*. H. 12.

Anima Christi Domini, ex Damasceno *67. cap. aliàs lib.* 2. *cap.* 20. habuit præscientiam futurorum. 3. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Tertio modo*.✝. *Præterea; sicut*. L. 17.

Anima Christi Domini, si actualiter videret infinita, perfectio illius animæ in infinitum excederet perfectionem alterius animæ, quod videtur inconueniens. 3. D. 14. Q. 2. §. *Sed si ista via*.✝. *Præterea si actualiter*. O. 20.

Animæ Christi Domini, Verbum est speculum repræsentans omnia: & ideo ipsa potest ordinarè velle videre omnia quotcunque infinitorum, ad quæ est in potentia propinqua ad videndum, sicut si essent sibi præsentia per proprium habitum, vel per aliquem actum primum cognitiuum, qui posset dici habitus. *ibidem*. ✝. *Dico, quòd verbum*. O. 20.

Animæ Christi prius fiunt illuminationes in Verbo, & ab hac illuminantur Angeli.3.D.14.Q.2.*Ad secundùm principale secundæ quæstionis*. P. 21.

Anima Christi probabiliter nouit omnia vniuersalia, siue quidditates in proprio genere abstractiuè habitualiter per species infusas.3. D.14.Q.3.§. *Ad quæstionem*. ✝. *De cognitione*. A. 4.

Anima Christi abstractiuè, & habitualiter vel non nouit in proprio genere omnia singularia sub proprijs rationibus, puta si non habet species infusas, nisi quidditatum, quia illæ non sunt rationes cognoscendi singularia sub proprijs rationibus; sicut enim vniuersale non dicit totam entitatem singularium, sic nec cognoscibilitatem: & ita quod est propria ratio cognoscendi vniuersale, non est propria ratio cognoscendi propriè, & distinctè singulare: vel si ponitur cognoscere habitualiter, & abstractiuè singularia, quantùm sunt cognoscibilia ab intellectu creato, concedendum est cuiuslibet singularis propriam esse speciem in intellectu illo; & ita plures species eiusdem speciei; & etiam infinitas species infinitorum singularium possibilium. *ibidem*. A. 5.

Animæ, vt natura, si conuenit dolere, hoc maximè conuenit sibi propter separationem eius à corpore, quia sibi, vt natura, conuenit perficere corpus, & naturaliter inclinari ad corpus: hoc autem consequens est falsum in anima Christi Domini, quia in separatione eius à carne fuit facta impassibilis. 3. D. 15. Q. Vn. §. *Contra illam distinctionem.✝.Præterea. si anima*. A. 3.

Anima tota Christi probabiliter, secundùm voluntatem secundum vtramque portionem tristabatur, & vt natura, & vt libera ex nolitione conditionata, quantum, scilicet, in ipso fuit: & quantùm ad intellectum secundum vtramque portionem apprehendebat disconueniens voluntati naturaliter, & conditionaliter: sicque saluatur glossa Augustini super illud Psalm. 87. *Repleta est malis anima mea, non vitijs, sed pœnis*. 3. D.15.Q.Vn.§. *Vltimò videndum*. ✝. *Sicque saluatur*. T. 30.

Anima Christi non communicauit se materiæ post resurrectionem, nisi sicut ante. 3.D.16.Q.2.*§.Rationes istæ*. ✝. *Prima non*. n. 4.

Animæ nec Christi, manente anima, nec Angelo, potest conferri potentia, secundùm quam perfectè contineret omnem formam, & omne ens possibile fieri, quia anima manens anima, vel Angelus manens Angelus non potest infrigidare, & ideo repugnat sibi talis forma virtualiter continens omnia. *ibidem. Ad secundum principale primæ quæstionis*. E. 9.

Anima Christi Domini.

Anima Christi si fuisset sibi absolutè dimissa, ex quo fuit gloriosa, gloria animæ redundasset in corpus, & per consequenа in postate animæ fuisset non mori ex quacunque passione; sed quia in tertio instanti fuit corpus sine redundantia gloriæ in ipsum, ideo in quarto istanti illud corpus necessariò fuit corruptibile. 3. D.16.Qu.2. §. *Ad secundam quæstionem*. F. 11.

Animæ Christi, cùm gloria non redundauit in corpus in tertio instanti, in potestate non fuit à passione præseruari, quia ex prima institutione naturæ est quòd aliqua actiua sint nata dominari ab aliquibus passiuis. *ibidem*. ✠. *Nec fuit*. F. 11.

Anima Christi non sic dominabatur appetitui sensitiuo, quòd ipse appetitus fuerit impassibilis, sed verè doluit; & consequenter nec corpori, vt non posset pati ex dominio animæ: vnde falsum est, quòd anima dominatur appetitui sensitiuo, vt non patiatur, & ita plus corpori. 3.D.17.Q.2. *Ad principale secundæ quæstionis*. H. 15.

Animæ Christi coniunctio cum Deo, per actum fruitionis, fuit tanta, & tam excellens, quòd ipsam non potuit præcedere meritum. 3. D. 18. Quæst. Vn. § *Hoc viso*. ✠. *Ad primum*. F. 13.

Anima Christi non fuit ingloriosior ex hoc, quòd beatitudo ipsius (posito, quòd potuisset cadere sub merito) fuisset illi data sine omni merito præcedente, quia si actus potuisset cadere sub merito, anima illa potuisset mereri illum, nisi fuisset præuenta actu beatifico; & sic præueniri ex liberalitate dantis est maioris nobilitatis. *ibidem*. ✠. *Aliter dicitur*. G. 13.

Anima Christi, si intelligeret præcisè secundùm modum intelligendi animæ viatoris, non haberet intellectionem intuitiuam obiecti sine sensatione concomitante eiusdem; vnde cùm illam intellectionem haberet eandem in Cœlo, & in Eucharistia, sequitur, quòd etiam sensationem requisitam haberet hic, sicut ibi. 4.D.10.Q.5.§. *Respondeo*. ✠. *Secundò probatur*. C. 4.

Anima Christi nunc beata intelligit sicut Angelus, quo ad hoc, quòd non dependet à sensibus, nec ex sensibilibus in intelligendo: vnde sicut Angelus alicubi existens posset intuitiuè intelligere obiectum sibi proportionaliter præsens, ita anima Christi *ibidem* existens potest illud obiectum intueri, & consequenter anima Christi, vt hic, scilicet in Eucharistia, potest intuitiuè intelligere illa intelligibilia, quæ sunt sibi, vt hic præsentia, sicut Angelus posset vtpote intuitiuè videre Angelum hic præsentem, & animam Sacerdotis: hæc autem intuitio inest animæ Christi primò, vt hic, quia non inest illi animæ primo, vt in Cœlo, (supposito, quòd immoderata distantia impediat intellectionem intuitiuam creatam) sic enim Angelus existens in Cœlo intuitiuè non videt quidquid præsens hic videt intuitiuè. *ibidem*. ✠. *Tertia conclusio*. E. 5.

Anima Christi in Eucharistia poterit vti potentia motiua secundùm locum non organica ex parte principij, & corporea ex parte termini mouendo species illas, vel hostiam: Et fortè sic aliquando mota est hostia à Christo immediatè: nec tunc esset necessarium quòd prius moueret corpus suum per istam potentiam motiuam, quàm hostiam; sicut nec oportet, Angelum priùs mouere se localiter ad hoc, vt corpus sibi approximatum moueat localiter. 4. D.10.Q. 7. §. *Respondeo*. ✠. *Respondeo; sicut anima*. E. F. 5.

Anima Christi nouit naturaliter se esse vbicunque est; & per consequens nouit se esse in Eucharistia; & ita naturaliter potest nosse existentiam, quæ ratione sui, & corporis ibi est. 4. D.10. Quæst. 8. *In primo argumento ad oppositum*. n. 3.

Animæ Christi aliam iudicandi authoritatem tribuere, quàm supremam commissariã, & subauthenticam, videtur blasphæmia, attribuendo naturæ creatæ, quod est proprium Creatori. 4.D.48. Qu.1. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Alio modo* F. 9.

Animæ Christi sententia, siue via concedens in iudicando supremam tantùm authoritatem commissariam, & subauthenticam, non verò omnino principalem, sicut non concedit illi omnipotentiam; ita non negat ab ea summam excellentiam, quæ potest competere creaturæ: nec auctoritates, quæ declarant potestatem iudicatiuam Christi, vt illud ad Rom. 14. *vt viuorum, & mortuorum dominetur*, & Act. 10. *Iudex viuorum, & mortuorum*: & Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas*; intelligendæ sunt de dominio, & authoritate iudiciaria, vel potestate principali, sed subordinata, tamen eminentissima, quæ potest esse sub principali. 4. D.48. Qu. 1. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Ista autem*. F. 9.

Animæ Christi volitas in iudicãdo determinat subauthẽticè siue cõmissariè tali cõmissione, quòd licèt illa voluntas nõ imperet principaliter sicut nec pricipaliter dominatur; tamẽ bene imperat, sicut habens dominiu respectu imperati, sed commissariè imperat, quia vt habens dominium respectu imperati, sed commissariè imperat, quia vt habens dominium subordinatum supremo dominio Dei, & adhuc sic imperat, quod imperium eius efficaciam completam habet ab eadem persona. 4. D.48.Q.1. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Alio modo*. F. 9.

Anima Beatæ Virginis.

Animæ B. Virginis in primo eius instanti potuit Deus infundere gratiam tantam, quantam alij animæ in Circumcisione, vel Baptismo: vnde cùm gratia æquiualeat iustitiæ originali quantũ ad acceptationẽ Diuinam, vt propter hanc animæ habenti gratiam non insit peccatum originale fit, quòd in illo instanti anima illa non habuisset peccatum originale, sicut nec habuisset, si postea fuisset baptizata: & si etiam infectio carnis fuit ibi in primo instanti, non fuit tamen necessaria causa infectionis animæ, sicut nec post baptismum, quando manet, secundum multos, & infectio animæ non manet; aut potuit caro mundari ante infusionem animæ, vt in illo instanti non esset infecta. 3.D.3.Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Primum declaro*. A. 9.

Anima, quando est in peccato, potest per potentiam Diuinam esse in gratia; Sed in tempore illo, quo fuit concepta B. Virgo, potuit esse in peccato, & secundùm aliquos fuit, igitur similiter potuit esse in gratia: nec necesse fuit tunc, quòd fuisset in gratia in primo instanti illius temporis, sicut nec de mutatione, & motu. *ibidem*. ✠. *Secundum patet*. A. 10.

Anima; siue; In anima B. Virginis in primo instanti potuit Deus creare gratiam, ergo in illo instanti potuit esse sine peccato. *ibidem*. ✠. *Præterea in primo*. A. 10.

Animabile.

Animabili primo aliquid est proportionatum, ita quòd nihil eius potest animari, nisi totum simul animetur; licèt fortè de multis partibus corporis, quæ non sunt simpliciter necessariæ ad animationem, vt sunt manus, pes, & cæteræ partes, vna possit priùs animari, quàm alia. 4.D.43.Qu.5. §. *De tertio*. F. 7.

Animal.

Animalium multa genera ait Augustinus *in Epist. ad Deo gratias*, sine parentibus ex terra procreantur, quæ tamen pariunt coeundo ipsa etiam sibi similia: nec propter diuersitatem natiuitatis interfit aliud ad naturam eorum, quæ procreata sunt ex terra, & eorum, quæ ex illis coeuntibus orta sunt; similiter enim viuunt, & moriuntur, quamuis dissimiliter nata sunt. 1. D.2. Q.7. *Ad primum principale quartæ quæstionis*. ✠. *Contradicis*. S. 27.

Animalia multa generantur æquiuocè. 12. *Meta. Comment.* 18. Vespæ videntur fieri de corporibus equorum mortuorum; & apes de corporibus vaccarum. *ibidem*. ✠. *Item patet*. S. 28.

Animalia, sicut & omnia alia generata æquiuocè sunt eiusdem speciei cum generatis vniuocè [vt mus v. g. ex putri generatus, est eiusdem speciei cum mure, qui generaretur vniuocè per propagationem ex alio mure,] quia habent operationes easdem, & circa eadem obiecta, & ab eisdem conseruantur, & ab eisdem corrumpuntur: eosdem enim habent motus, siue quantùm ad sursum, siue quantùm ad deorsum, siue quantum ad motum progressiuum, & eadem organa motus progressiui: ex vnitate autem motus concludit Arist. 1. *De Cælo, & Mundo*, vnitatem naturæ. *ibidem*. ✠. *Quod autem omnia*. S. 28.

Animal, inquantum oculos habet, videt, non inquantum habet manus: sed ex hoc non sequitur, quòd animali simpliciter non conueniat videre. 2. D.2. Qu.9. *Ad secundum principale*. ✠ *Dico igitur*. E. 18.

Animalia habent partes multas organicas, & in istis partibus organi-

Animal.

organicis diuersis nihil prohibet esse qualitates cõtrarias alterantes se inuicem: est enim cor calidum, & cerebrum est frigidum, & hepar etiam: vnde calor in corde potest alterare frigiditatem hepatis, siue cerebri: Quando autem vltra debitam proportionẽ augetur qualitas actiua vnius organi supra qualitatem, & virtutem alterius, accidit infirmitas in animali, si sit pars minus principalis, & mors si sit principalis, nisi ei apponatur medicina iuuans partem debiliorem. 2. D.15.Q.Vn. *Ad quartum principale*. ♆. *Dico vno modo*. G.H.9.

Animal est de ratione quidditatiua hominis, & tamen non sequitur, quòd vnum abstractiuè prædicetur de alio; hæc enim est falsa: *humanitas est animalitas*: accipiendo autem concretiuè, sic vnum prædicatur de alio; *vt homo est animal*. 2. D.16.Q.Vn. *Ad tertium principale*. O.21.

Animal positum diuinitùs in diuersis locis simul, & existens in aliquo *vbi* sine nutrimento, nutriretur ibidem, dum tamen idem animal susciperet alimentum conueniens in alio *vbi*; quia & si motus localis nutrimenti ad stomachum non sit idem hic, qui ibi (nec mirum, quia ex quo *vbi* est aliud, & motus localis ad *vbi* potest esse alius) tamen conuersio nutrimenti in substantiam alendi est eadem hic, & ibi, quia illa conuersio est generatio partis substantiæ istius nutriti, & tota substantia nutrita, & quælibet pars prior est ipso *vbi*; vnde non variabitur ad variationem eius, scilicet *vbi*. 4.D.10.Q.2. §. *Dico ergo*. ♆. *Dico, quod*. P.Q.23.

Animal positũ in diuersis *vbi*, si simul vtrobiq; haberet alimẽtum sufficiens, & vtrobique sumeret totum illud alimentum; tunc superflueret, quia eius medietas sufficeret ad nutritionem eius: si verò in vno loco susciperet partem, & in alio aliam, tunc vtrobique sufficienter nutriretur. *ibidem*. ♆. *Et cùm additur*. Q.23.

Animal perfectum non potest produci æquiuocè, sicut Commentator arguit contra Auicennam 8. *Phys. Comm. 46.* cuius textus incipit, *vtrum vnumquodque mouetur*. 4.D.43.Q.3. *In secundo argumento ad oppositum*. n.1.

Animal est perfectius musca permissiuè, quia ratio animalis permittit, quòd animal saluetur in homine. 4.D.45.Qu.1. §. *Alia opinio*. ♆. *Ad secundum*. E.6.

Animalia, in motu progressiuo, cuius anima est principium, possunt se sistere per intrinsecum: Brutum enim, quamuis non moueatur liberè, potest tamen cum alio occorrente apprehenso se sistere; sed in motu secundùm exigentiam elementi prædominantis non potest se sistere, sicut nec elementum prædominans in ipso potest se sistere in motu suo. 4.D.49.Q.14. §. *Respondeo hic sunt*. ♆. *Tertio differunt*. A.2.

Animal, si esset tantùm constitutum per formam animalis, & non per formam specificam sub animali, illud non esset distinctum specie ab aliqua specie sub animali, quia esset proprium potentiale respectu formæ specificæ; & ita est de natura actus comparata ad illas conditiones, quas importat meritorium. *Quodl.* Q.17. §. *De tertio*. ♆. *Contra hoc*. G.7.

Animatio.

Animatio corporis organici non præcessit tempore incarnationem, quia tunc natura assumpta à Verbo fuisset aliquando in se personata, & non in Verbo, quia scilicet fuisset caro animata. 3.D.2.Q.3. §. *Quantum ad primum*. A.3.

Animatio corporis humani requirit duas productiones, quas nos Theologi in ea ponimus: vnam à non *esse* animæ ad *esse* eius, & illa est creatio; aliam à non animatione corporis ad animationem eius, & illa est productio corporis animati; vnde, qui poneret tantùm secundam, scilicet animationem, nullam creationem poneret. 4.D.43.Q.2. §. *Potest dici*. ♆. *Ad aliud, valde dubium*. N 20.

Animatio corporis in resurrectione non est tantùm in instanti, ex hoc, quòd illa animatio fit à solo Deo immediatè, cuius virtuti actiuæ nihil resistit, sed necesse est eam esse in instanti, quia non potest esse successio in receptione formæ; nisi vel propter partes formæ inducendæ, vel propter partes corporis, quarum vna prius recipit formam, quàm alia, quorum neutrum potest poni in animatione. 4.D.43.Q.5. §. *De tertio*. F.7.

Animatum.

Animatis est potentia actiua respectu quantitatis perfectæ, ad quam sunt in potentia, quando generantur. 2.D.2. Quæst. 10. §. *Concedo, quod potest*. ♆. *Quod apparet*. A.2.

Animata habent potentiam actiuam respectu sensationis, ad quam sunt in potentia passiua: totalem tamen habere non possunt, quia potentia non potest habere omnia obiecta. *ibidem*. ♆. *Similiter animata*. A.2.

Annihilare.

Annihilare est desinere creaturam conseruare, & hoc potest Deus. 4.D.11.Q.4. *Ad tertium argumentum ad oppositum*. N.18. in fine.

Annihilari non posset creatura, si haberet verum *esse* essentiæ ab æterno: sicut enim in hac hypothesi producitur de ente secundùm essentiam, ita videtur, quòd rediret in ens secundùm essentiam, & non in nihil. 1.D.36.Q.Vn. §. *Contra ista*. n.3.

Annihilare potest Deus hunc Angelum in hac specie, & isto annihilato potest istam speciem de nouo producere in aliquo alio indiuiduo, non autem in isto, secundùm tenentes multiplicationem numeralem Angelorum in eadem specie esse impossibilem. 2.D.3.Q.7. §. *Qui dicunt*. ♆. *Prætereà; si Deus*. A.4.

Annihilare est solius Dei, quia annihilare non est agere positiuè, sed non agere, idest, non conseruare; solius autem Dei est conseruare totam creaturam, & totaliter. 4.D.1.Q.1. *Ad quartum principale*. Pp.33.

Annihilatum est illud, quod omni eodem modo se habet secundùm *esse*, & non *esse*, sicut si esset annihilatum: vel sic: *Omni eodem modo se habet secundùm esse, & non esse, sicut si esset annihilatum, illud est annihilatum*: neganda est ista propositio, sed oportet addere in subiecto istud, & omnino idem succedit sibi, quia antequam res creatur, est ita nihil, sicut si prius fuisset creata, & post annihilata, & tamen antequam creetur, non est annihilata: Et quare hoc? quia non succedit nihileitas eius esse suo. 4.D.11. Quæst. 4. §. *Ad quæstionem*. ♆. *istarum rationum*. F.12.

Annihilari se à Deo non nolendo, non transgreditur quis præceptum Diuinum, sed inclinationem naturalem. 4.D.50. Quæst. 2. *Respondeo ergo*. ♆. *Ratio ad hoc*. D.9.

Annihilari se non nolle potius debet, quam culpam suam, vel peccatum esse. *ibidem*. ♆. *Præterea, quando*. E.10.

Annihilari debet quis eligere potiùs, quàm facere contra voluntatem Dei, iuxta illud Anselmi lib. 1. *Cur Deus homo cap.20. Fateri me necesse est, quia pro tota creatura nihil deberet facere contra voluntatem Dei, sed annihilari eligendum esset.* Anselmus hic arguit de miseria culpæ: & hoc concedo: Potest etiam concedi, quòd est verbum discipuli, tamen Anselmo sapprobauit 4.D.50.Q.2. *Ad tertium principale*. E.13.

Annihilatio.

Annihilatio optimè stat cum aliquitate rei, sumendo rem pro opinabili, vt res dicitur à *Reor, reris*, vt explicant aliqui, quia res in hoc sensu non est res magis, quàm chimera. 4.D.11.Q.4. §. *Hic dicitur*. ♆. *Item aliquid*. A.4.

Annihilationis terminus *ad quem* est purum nihil; sicut enim terminus *à quo* creationis est purum nihil, ita terminus *ad quem* annichilationis debet esse purum nihil. 4.D.11.Q.4. §. *Ad quæstionem*. ♆. *secundum probatur*. B.6.

Annihilationis terminus est purum nihil, hoc est, quod nihil termini *à quo* manet in termino *ad quem*, nec negatio in aliquo apto nato, quæ dicitur priuatio, terminat eam. *ibidem*. ♆. *Hic potest dici*. D.8.

Annihilatio rei creatæ, quæ non manet nisi per instans, non est in instanti, sed in tempore habito instanti creationis; siquidem post instans non est in tempore indiuisibiliter immediatum, sed diuisibiliter, tali scilicet immediatione, qua continuum terminatum est immediatum suo termino: vnde annihilatio neganda est esse in instanti, & hoc semper referendo intentionem ad instans temporis, siue in illo dicatur propriè esse creatio, & annihila-

Anniuerſarium.

annihilario, ſiue magia cum illo. *Quodl.* Q.12. *§. De tertio.* ✝. *Ad hoc dico.* l. 13.

Anniuerſarium.

Anniuerſarium in tali Eccleſia fieri abſolutè, rationabile eſſet, ſi poſſet cum ordinatione iſtius Eccleſiæ ſtare, quòd ita fieret, ſicut ipſe intendit, qui procurat, ſic videlicet, quòd habeat propriam Miſſam; ſed quando non poteſt, ſicut quando eſt in iſta Eccleſia conſuetudo approbata, quòd vna tantùm Miſſa eodem die celebrabitur pro mortuis, vbi rationabile eſt anniuerſarium non in iſta Eccleſia celebrari: vel ſi omnino Sacerdos iſte velit iſtud anniuerſarium recipere, & tamen conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ ſeruare, procuret Miſſam propriam pro iſto dici ab alio Sacerdote. *Quodl.* Q.20. *§. De tertio.* ✝. *Dico ergò.* V.22.

Annus.

Annum magnum conſtantem triginta ſex millibus annorum ſolarium, poſt quem, ſcilicet annum magnum per circuitum temporum dicebant antiqui Philoſophi omnia redire eadem, quia redeunte cauſa eadem, redibit idem effectus: & tunc omnia corpora cœleſtia redibunt ad eundem ſitum, quia ſupponendo illud Ptolomæi *in Almegeſto*, quòd Cœlum ſtellatum moueatur in centum annis vno gradu contra motum diurnum, ſequitur, quòd complebitur motus ille eius ab occidente in Orientem in triginta ſex millibus annorum: hunc, inquam, annum magnum, quoad hoc maximè, quòd poſt eum, vt per circuitum temporum omnia redire habebant eadem, & conſequenter iidem homines, qui nunc eodem modo, & cum iiſdem circumſtantijs, & accidentibus nunc eis competentibus, improbat Auguſtinus 12. Ciuit. 13. per auctoritatem ſcripturæ Rom. 6. *Chriſtus reſurgens ex mortuis &c.* ſecundò per illud 1. *Theſſalon.* 4. *Semper cum Domino erimus:* Item per illud Pſalmiſtæ Pſal. 11. *Tu autem Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternum:* Vnde de ſic opinantibus bene ſubdit Pſalmiſta: *In circuitu impij ambulant*, ideſt dicunt redditiones circulares. 4. D.43. Q.3. *§. Hic ſciendum.* ✝. *De primo.* & ✝. *Sed illam opinionem.* A.2.3.

ANT

Ante tempus,

Ante tempus eſſe tempus non concluditur ex hoc, quòd aliàs tempus eſſet ſine principio; quia hoc non concludir, niſi de *ante* imaginato, & priuato, ſicut æternitas eſt ante quod nihil eſt: vel ſicut extra Vniuerſum nihil eſt, ibi vel negatur *extra*, vel non affirmatur, niſi imaginatum extra. 2. Diſt. 1. Quæſt. 3. *Ad ſecundum principale.* K.21.

Antecedens.

Antecedente, hoc eſt, ex antecedente includente incompoſſibilia, ſequitur concluſio includens incompoſſibilia. 1. D.2. Q.2. *Ad primum argumentum primæ quæſtionis.* ✝. *Ad vltimum.* & ✝. *Ex hoc igitur.* Ee.36.

Antiquus.

Antiqui ante aduentum Chriſti crediderunt Chriſtum naſciturum, nos Chriſtum natum: & vna eſt modo falſa, & alia vera: vno modo neceſſaria de præterito, alia tunc contingens de futuro. 3. Diſt. 25. Quæſt. 1. *§. Vltimò videndum.* H.10.

APO

Apoſtolus.

Apoſtoli, homines ignoti, ignobiles, infirmi, pauciſſimi, imperiti, rem tam incredibilem, (vt aliqui putauerunt) ſcilicet myſteria noſtræ fidei, tam efficaciter Mundo, & in illo etiam doctis, ſine miraculo, perſuadere non potuiſſent. *Prolog.* Quæſt. 2. *§. De octauo.* ✝. *Nota valdè.* B.10.

Apoſtoli (vt videtur dicere quædam gloſſa ſuper illud Ioan. 13. *Qui lotus eſt &c.*) fuerunt baptizati; quod probabile eſt, quia Chriſtus fecit eos Sacerdotes, conferens eis in Cœna poteſtatem conficiendi corpus Chriſti, dicens, *quotieſcunque &c.* & conferens eis poſt reſurrectionem poteſtatem abſoluendi Ioan. 20. *Quorum remiſeritis &c.* contulit eis etiam officium baptizandi ſolemniter Matth. vlt. *Euntes baptizate &c.* Ordo autem Sacerdotij ſupponit Baptiſmum, ſaltem de congruo. 4. D.4. Q.6. *Ad primum principale.* B.3.

Apoſtolus 1. Corin. cap. 11. diffusè determinat de modo perceptionis, & conſecrationis Sacramenti Euchariſtiæ, *Panis*, inquit, *quem frangimus*, nos Sacerdotes, *nonne participatio corporis Domini eſt?* & quòd iſtud ſit perpetuo in Eccleſia, ibi ait: *Quotieſcunque*, inquit, *panem hunc manducabitis, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat*, ſupple ad iudicandum: vnde vſque ad tunc durabit Eccleſia militans, & Euchariſtia in ea, ſicut tenent omnes Sancti. 4. D.8. Q.1. § *His tria.* ✝. *De ſecundo dico.* A.2.

Apoſtolus 1. Corin. 11. ſecundùm Auguſtinum, reprehendit eos, qui pranſi, Euchariſtiam ſuſceperunt: & ideo illud verbum, *Si quis eſurit, domi manducet*, non debet intelligi *Domi* antequam veniat ad Eccleſiam, ſed poſt receſſum ab Eccleſia, ita quòd non ſatisfaciat fami ſuæ de Euchariſtia, ſicut ait, *alter ebrius eſt*, ſed expectans, quod ſibi neceſſarium fuit, in domo ſua percipiat: Et ideo laudabilis eſt conſuetudo Eccleſiæ latinæ, quòd nulli diſpenſat Euchariſtiam, niſi in modica quantitate, quæ non poſſet ſuſcipi ad crapulam: & ſufficit valde benè ad reuerentiam debitam Euchariſtiæ. 4. D.8. Q.3. *Ad ſecundum principale.* H.8.

Apoſtoli vſque ad diem Pentecoſtes non prædicauerunt publicè, iuxta illud verbum Chriſti, Luc. 24. *Vos autem ſedete in Ciuitate, donec induamini virtute ex alto:* ſed in die Pentecoſtes, miſſo Spiritu Sancto, ſolemniter prædicauerunt, *& appoſitæ ſunt, in die illa, animæ circiter tria millia, & baptizati ſunt.* Act. 2. Inde autem ad alias Ciuitates, ſecundùm ordinem, cuilibet loco, vel genti. 4. D.3. Q.4. §. *Quantùm ergo.* H.11.

Apoſtoli, licet in actibus, vel verbis, quæ dixerunt, vt homines potuerunt errare: tamen nullus Apoſtolus, vel Propheta, inquantùm Scriptor alicuius partis ſcripturæ, aliquo modo errauit. *ibidem.* ✝. *Reſpondeo, quòd de iſto.* K.14.

Apoſtolis, vt habetur, *Diſt.* 20. *cap. In nouo teſtamento*, ſuccedunt Epiſcopi, diſcipulis præsbyteri. 4. D.13. Q.2. *§. Ad quæſtionem.* B.4.

Apoſtolis, & in eis omnibus Sacerdotibus Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c* data eſt poteſtas remittendi peccata, non principaliter, quia hoc eſt proprium Dei, ergo miniſterialiter, & arbitratiuè; ſed non poſſunt arbitrari in cauſa ignota; & conſequenter eſt eis manifeſtanda cauſa, in qua debent arbitrari: Hæc manifeſtatio eſt confeſſio, ergo ex iſta collatione poteſtatis arbitrariæ Sacerdotibus in cauſa peccati, obligatur peccator ad accuſandum ſe eis, tanquam arbitris, quod eſt confiteri. 4. D.17. Q.Vn. *§. In iſta quæſtione.* ✝. *Ex hoc arguitur.* F.11.

Apoſtoli, publicantes præceptum Domini, in Scripturis ſuis vtebantur modo loquendi, per quem potuit innoteſcere, quòd erant præcones Chriſti, vt patet per illud Pauli 1. Corin. 7. vt quando vult publicare illud præceptum Domini, de non dimittenda vxore, dicit, *Præcipio, non ego, ſed Dominus*: Quando autem vult facere propriam perſuaſionem, dicit de cohabitatione viri conuerſi ad fidem cum ſua vxore infideli, vel è conuerſo; (quia licèt hoc ſit ſine contumelia Chriſti, non tamen eſt neceſſarium) *Dico ego, non Dominus:* alioquin non poſſet Eccleſiæ conſtare quòd ipſe, vt præco, publicaret præceptum, niſi ex præcedentibus, vel ſequentibus manifeſtaret ſe eſſe in illa publicatione præconem. *ibidem.* ✝. *Sed nec per hoc.* H.15.

Apparens.

Apparentia omnia esse vera, est minus inconueniens apud Philosophum, quàm omnia esse *ad aliquid*. 1. D.3. Q.5. §. *Contra ista*. ℣. *Præterea Philosophus*. G.9.

Appellatio.

Appellatio relatiua Domini, quæ inest Deo tantùm subiectiuè, sicut logicè quodcunque prædicatum dicitur inesse subiecto, non significat aliquid idem Deo, itaquòd necessariò sit idem Deo, vel idem, quod ipse Deus, quia tunc non esset ex tempore. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. *Ad secundum principale quartæ quæstionis*. X.32.

Appetere.

Appetere quis potest Episcopatum, non volendo Sacerdotium. 2. D.6. Q.1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Tamen ad formam*. H.7.

Appetere se non esse, quod est consequens ad hoc antecedens, scilicet ad appetere æqualitatem Dei in Angelo, non est de per se intellectu illius antecedentis: nec si esset, esset per se ista habitudo cognita, vel volita, & ita voluntas potest non velle consequens. *ibidem*.

Appetere nullus debet, vel potest omnino non *esse* suum propter quodcunque bonum virtutis, vel in se, vel in alio, vel communitatis, quia secundùm Augustinum 3. *de liber. arbitr.* non *esse*, non potest appeti. 4. Dist.43. Quæst.2. §. *De secunda propositione*. ℣. *Præterea tertio Ethic*. H.14.

Appetere non esse propter fugam mali pœnæ, nullus secundùm rectam rationem potest, vel debet, quia nullus secundùm rectam rationem, debet appetere non esse ad fugiendum iustum, & bonum, quia nihil potest appeti simpliciter, nisi *esse*: malum autem pœnæ est iustum, & bonum, quia pœna est iustum, & bonum, quia positiuum, & punitiuum peccati, & culpæ. 4. D.50. Q.2. §. *Respondeo ergo*. B.7.

Appetere aliquid nullus potest secunndum rectam rationem contra inclinationem naturalem, quando illa consonat voluntati Diuinæ. *ibidem*. ℣. *Præterea nullus*. B.7.

Appetere non esse, non debet quis, absolutè loquendo, ita quòd voluntas sit causa ipsius non *esse* quantùm est in se: potest tamen appetere non *esse*, scilicet permissiuè, scilicet, quòd si infligeretur sibi, voluntariè acciperet: & secundùm hoc procedunt rationes Augustini *lib.3. de liber. arbitr. ante medium*, vbi probat hominem ad fugiendam miseriam non debere appetere non esse. 4. Dist. 50. Quæst. 2. *Ad argumentum in oppositum primæ quæstionis*. E.13.

Appetere actum perfectum, vt per illum magis ametur obiectum in se, est ex affectione iustitiæ, quia vnde amo aliquid in se, inde volo aliquid in se. 2. D.6. Q.2. §. *Ad videndum*. ℣. *Respondeo appetere*. L.12.

Appetit nullus aliquid in ordine ad aliud, nisi quia primò appetit sibi; sicut nihil est ad alterum, nisi quòd priùs est ad se, *ibidem*. *In tertio argumento ad oppositum*. num.2.

Appetere commodum, & rectè appetere, in nulla voluntate creata possunt coniungi necessariò; & ita vnum potest ab alio separari. 2. Dist.23. Quæst. Vn. §. *Dico igitur*. C.6.

Appetere bonum, vt huic, pertinet ad affectionem commodi, secundùm quam voluntas non perficitur à charitate. 3. Dist.27. Quæst. Vn. §. *Contra primam*. ℣. *Præterea si*. B.5.

Appeteremos multa secundùm Philosophum 10. *Ethic.3.* etiamsi delectationem non haberemus, vt scire, recordari, & virtutes. 4. D.49. Q.7. §. *Respondeo*. ℣. *Præterea 10. Ethic. dicit*. n.3.

Appetere naturale volontatis ad suam perfectionem, scilicet beatitudinem, non est actus sequens cognitionem, quia tunc esset liber; vniuersale autem non est, nisi obiectum intellectus, vel consequens actum intellectus; & per consequens ille appetitus non erit, nisi beatitudinis in particulari. 4. D.49. Q.10. §. *Respondeo ad primam*. ℣. *Præterea illud*. B.3.

Appetibile.

Appetibilium ad se ipsum, quædam sunt appetibilia ex se, quæ scilicet nata sunt ex se statim conuenire: & quædam sunt etiam primò fugibilia, quæ scilicet nata sunt ex se statim disconoenire: alia sunt appetibilia noo primò; & alia non primò fugibilia, sed secundariò propter illa primò appetibilia, & primò fugibilia: virtus in communi, quæ disponit circa prima, vocatur temperantia: quæ circa secunda, fortitudo, & prima pertinet ad concupiscibilem, & secunda ad irascibilem. 3. D.34. Q.Vn. §. *Notandum vlterius*. E.9.

Appetibilia inter omnia naturæ intellectualis, aliquid essentialiter, & simpliciter est supremum. 4. D.49. Q.1. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *De re*. Q.19.

Appetibilium, vel in appetibilibus, si est ordo essentialis inter appetibilia, est aliquid simpliciter, & essentialiter supremum: & si non est ibi ordo essentialis, habetur idem; quia quodcunque datum est essentialiter sopremum, sic, quòd nihil eo est essentialiter superius: sed ista hypothesis est falsa, quia nullus processus io ordinatis accidentaliter potest procedere in infinitum, vel per continuam diuersitatem, nisi in virtute alicuius essentialiter superioris tota illa diuersitate. *ibidem*. ℣. *Hoc probatur*. Q.19.

Appetibile supremum est infinitum, qoia cuicunque non repugnat infinitas, illud non est supremum, nisi sit formaliter iofinitum: appetibili autem, vel volibili non repugnat infinitas, cùm illud, vel sit perfectio simpliciter, vel coneomitetur conuertibiliter aliqoam perfectionem simpliciter, quia competit toti enti; & quodcunque tale est perfectio simpliciter. *ibidem*. ℣. *Et sequitur*. Q.19.

Appetibile, vel volibile aliquid, si potest esse infioitum, & infinitum non potest excedi, sequitur, quòd potest esse aliquid volibile simpliciter supremum, & si potest esse, ergo est; quia si non esset, & posset esse, non potest esse nisi ab alio in essentia, & ita non esset simpliciter supremum in aliqua perfectione simpliciter. 4. D.49. Q.1. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Ex isto autem*. Q.19.

Appetibile, vel volibile supremum est solùm illud, quod cuilibet naturæ intellectuali simpliciter propter se est volendum: simpliciter autem propter se volendum est illud; cui repugnat ex natura eius, quòd sit propter aliud volendum: cuicunque etiam naturæ intellectuali esse volendum, & cuicunque voluntati ad propositom, conuertuntur, quia habere voluntatem, & esse naturam intellectualem, conuertuntur *ibidem*. ℣. *Secunda conclusio*. & ℣. *Aliud expono*. R. 20.

Appetibile in se primum est causa omnium appetibilium; non tamen in ordioe ad potentiam, nisi sit potentia talis, quæ non potest, nisi ordinatè velle: talis aotem non est voluntas, vt est libera, & ideo non valet ex hoc, quòd beatitudo sit inter omnia appetibilia primum, inferre, quòd voluntas non posset aliquid appetere non in ordine ad illam. 4. D.49. Q.10. §. *Et tunc ad argumentum*. ℣. *Ad aliud, quod primum*. O.16.

Appetibilitas.

Appetibilitas in obiecto, si intelligatur aptitudinaliter, quia scilicet aptum natum est sic appeti: hoc maximè pertinet ad obiectum charitatis, quia charitas respicit Deom, vel obiectum soum sub ratiooe infiniti in se: si iotelligatur actualiter, hoc est, quia voluntas sic appretiatur, tunc malè assignatur appretiatio ista esse ratio obiecti potentiæ, vel vis, quia ipsa appretiatio actualis est, quia voluntas per actum soum appretiatur tantùm obiectum. 3. D.26. Q.Vn. §. *Contra illam opinionem*. ℣. *Præterea, aut intelligitur*. C.7.

Appetitiuus.

Appetitiua potentia correspondens cognitiuæ, maximè perficitur in eo, in quo maximè perficitur illa cognitiua. 2. Dist.6. Quæst.2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Quantùm igitur*. E.6.

Appetitus.

Appetitum quemcunque in habentibus: vel sic: In habētibus quemcunque appetitum, siue animalem, siue etiam naturalem, non habetur vltimata perfectio, nisi habito eo, quod à tali appetitu propter se appetitur: vnde imperfectionem aliquam graue habet extra centrum, & appetitus sensitiuus carena summo conueniente. 4. Dist. 49. Quæst. 1. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Tertio probatur*. T. 22.

Appetitus, cuius est: vel sic: Cuius appetitus est respectu ignobilioris, quàm sit natura ipsa, illud non perficitur in extrinseco, nisi secundùm *quid*: In nobiliori etiam licèt sit aliqua perfectio appetentis ignobilioris, non tamen suprema extrinseca: si autem in aliqua natura perficiatur in nobiliori se non supremo, necesse est dare aliquam naturam, quæ immediatè perficiatur non nisi in supremo perfectiuo extrinseco, quia non est processus in infinitum in perfectibilibus, & perfectionibus. *ibidem*. ℣. *Hæc etiam perfectio*. V. 23.

Appetitus quicunque alius à voluntate appetit extrinsecum propter naturam, cuius est appetitus, ideo non coniungit alicui simpliciter appetibiliori, quàm sit *esse* naturæ, cuius est. *ibidem*. V. 24.

Appetitus non est talis quasi omne quod vult, velit propter beatitudinem, potest tamen velle aliquid, non tamen propter beatitudinem negatiuè, scilicet non volendo ipsum propter beatitudinem: potest etiam ipsum contrariè velle. 4. D. 49. Q. 10. §. *Ex his sequitur*. N. 15.

Appetitus potest non velle negatiuè quod est ad beatitudinem, quia intellectus aliud potest intelligere, vel cogitare quàm beatitudinem, quando voluntas illud vult; & per consequens tunc non vult ipsum propter beatitudinem. *ibidem*.

Appetitus omnis affectione commodi sibi concupiscit. 4. D. 50. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo de minori*. F. 15.

Appetitus naturalis.

Appetitus naturalis licèt alicui inhæreat propter se negatiuè, non tamen contrariè, vt in pluribus; & si quandoque contrariè, non tamen amore inhæret; sed nec etiam propriè inhæret, sed ab ipso dante naturam quasi infigitur illi obiecto, non quidem per actum elicitum alium à natura, sicut est in appetitu etiam sensitiuo, sed per inclinationem habitualem naturæ: vnde minus conuenit sibi frui, quàm appetitui sensitiuo, qui per actum elicitum quasi obiecto iam cognito inhæret, licèt non liberè. 1. Dist. 1. Quæst. 5. §. *Ad argumentum quæstionis vltimæ*. n. 6.

Appetitus naturalis sine omni cognitione, vel actu elicito perpetuo, inclinatur ad obiectum. 1. D. 1. Q. 5. *ibidem*.

Appetitui vnicuique naturale est ferri in suum appetibile: & si est appetitus non liber, naturale est summè ferri, quantum potest, quia sicut talis appetitus, secundùm Damascenum *lib. 2. cap. 40.* ducitur, & non est in potestate sua eius actus, ita non est in potestate eius intensio actus, quin agat quantum potest. 2. D. 29. Q. Vn. §. *Contra istud*. ℣. *Præterea illa rebellio*. n. 3.

Appetitus naturalis cuiuscunque voluntatis est ad summam gloriam; hoc est, ista voluntas posset naturaliter perfici tanta gloria; nec tamen est ibi tanta inclinatio naturalis ad summam, quòd oppositum formæ, idest non summa gloria potentiæ isti violenter insit, sicut graue inclinatur naturaliter ad deorsum, ita quòd oppositum eius, scilicet esse sursum, vel non esse deorsum, non possit inesse, nisi violenter; quia ista inclinatio non habet principium intrinsecum, necessitans ad illud, ad quod ipsa est, ita quòd oppositum eius non possit inesse, nisi violenter: inclinatur enim ad habendum gratiam summam, & tamen in minima quietatur. 3. Distinct. 13. Quæst. 4. §. *Ad argumenta alterius quæstionis*. M. 15.

Appetitus naturalis in quolibet, generali nomine, accipitur pro inclinatione rei naturalis ad propriam perfectionem, sicut lapis naturaliter inclinatur ad centrum. 3. Dist. 17. Q. Vn. §. *Istam quæstionem*. ℣. *Sed quid*. C. 3.

Appetitus naturalis solùm dicitur potentia voluntatis absolutè, sed non aliquid superadditum voluntati; sicut enim qualibet natura habet inclinationem naturalem ad suam perfectionem, sic etiam natura intellectualis, scilicet voluntas, habet naturalem inclinationem ad suam perfectionem. 4. D. 49. Q. 10. §. *Respondeo ad primam*. A. 2.

Appetitus naturalis non est aliquis actus elicitus à voluntate, sed tantùm inclinatio quædam; quia sicut se habet appetitus naturalis intellectus ad actum suum, sic appetitus voluntatis ad actum suum; appetitus autem naturalis intellectus non est actus elicitus ab eo, & per consequens sic erit de voluntate. *ibidem*. ℣. *De primo*. A. 2.

Appetitum naturalem voluntatis non experimur in nobis, cùm tamen ex Philosopho 2. *Phys. in fine*, inconueniens sit nobilissimos habitus naturaliter esse in nobis, & latere nos, quod etiam verum est de operationibus *ibidem*. ℣. *Præterea non experimur*. A. 2.

Appetitus naturalis voluntatis si esset actus elicitus, tunc quandoque actus oppositi simul essent in eodem: potest enim aliquis appetitu naturali refugere mortem, quia *volumus expoliari* secundùm Apostolum 2. *Corint.* 5., & actu liberè elicito eligere mortem, sicut Martyres: vnde dicit Apostolus, *cupio dissolui* Philipp. 1. E consequenter sequitur quòd appetitus naturalis non sit nisi inclinatio quædam ad perfectionem suam, nec est magis actus elicitus in voluntate, quam in lapide. 4. D. 49. Q. 10. §. *Respondeo ad primam*. ℣. *Præterea tunc*. A. 2.

Appetitus naturalis voluntatis est inclinatio ad propriam perfectionem suam, sicut in alijs non habentibus appetitum liberum: & de illo appetitu loquitur Philosophus 1. *Phys. Tex.* 81. quòd materia appetit formam, & vniuersaliter imperfectum suam perfectionem. *ibidem*.

Appetitus naturalis voluntatis est ad perfectionem intrinsecam realem, qua voluntas perficitur. *ibidem*. ℣. *Et quod in particulari*. B. 3.

Appetitus naturalis non addit aliquam perfectionem super naturam absolutam, sed solùm inclinationem ipsius naturæ ad suam perfectionem, & ideo, manente natura, manet ille appetitus. 4. D. 49. Q. 10. §. *Respondeo ad primam*. ℣. *Ad secundum principale*. H. 11.

Appetitus naturalis ad beatitudinem, si dicatur in damnatis frustra, ita dicatur, quòd damnati frustra sunt homines, vel Angeli, cùm appetitus naturalis non addat absolutum aliquod super naturam suam: vnde dico, quòd licèt illud est frustra, quod caret perfectione sua, & frustratur ea secundùm totam speciem, non tamen est frustra, si caret illa in aliquo indiuiduo, vt patet in orbatis, & monstruosis: sic autem non est in proposito, quia aliqui sunt Beati, qui perficiuntur secundùm appetitum eorum naturalem, alij autem non, & ideo non frustratur secundùm totam speciem. *ibidem*.

Appetitum naturalem secundùm speciem esse frustra in Angelis damnatis habent ponere, qui ponunt omnes Angelos differre specie, quia impossibile est eis consequi perfectionem suam. *ibidem*.

Appetitus naturalis ad quæcunque est in ordine ad perfectionem ipsius appetentis; propter hoc enim est datus appetitus animalibus, vt ad perfectionem suam inclinentur 4. D. 49. Q. 10. §. *Ex his sequitur*. N. 15.

Appetitus naturalis est ad *esse*, vt patet 2. *Generat. Tex.* 59. & 2. *Anim. Tex.* 33., & est voluntati Diuinæ consonus: quod patet ex hoc, quod ipsum causat immediatè in creatura rationali, & in perpetuum conseruat. 4. D. 50. Q. 2. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Præterea, nullus*. B. 7.

Appetitus naturalis non oportet quòd habeat omnem perfectionem, cuius est summè capax, vt patet de graui, quòd est capax esse summè deorsum, scilicet in centro; & tamen omne graue potest *esse* in centro, sed facit se deorsum, quantùm potest, & ibi quiescit. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo, & primo*. ℣. *Respondeo, quod inæqualitas*. A. 3.

Appetitus naturalis.

Appetitus naturalis licèt naturaliter inclinet ad suam perfectionem, iustitia tamen distributiua in Deo, quæ ordinat omnia propter se ipsam, ordinat sic homines ad beatitudinem, vt hæc perfectio detur propter meritum, non propter appetitum naturalem: & quia inæqualia possunt esse merita in eadem specie hominum, per consequens & perfectio potest esse inæqualis. *ibidem*. ℣. *Sic est etiam*. A. 3.

Appetitus naturalis Beati quietatur, vt est consonus voluntati, siue regulæ superiori, non quòd tantum accipiat, quantum capere posset; nihilominus tamen quietatur, quantum natus est attingere per dispositionem illam mediam, sine qua non erit coniunctio ad illam causam: huius autem dispositio est per merita. *ibidem*. ℣. *Ad primum argumentum*. A. 4.

Appetitus naturalis Beati non est malus ex hoc, quòd summam appetat beatitudinem, quam tamen Deus non vult eum habere; appetitus enim naturalis est ad hoc, ad quod datus est, nec propter hoc malus est; appetitus enim naturalis tactiuus non est propter hoc malus, quòd non potest non delectari in tangibili conuenienti, quia hoc non est in potestate sua: sed hoc in appetitu libero esset malum, quia est in potestate sua non delectari; & ideo appetitus naturalis in hoc non est rectus; quia appetit illud quod Deus vult ipsum appetere; non enim potest absolutè appetere quod Deus vult, sicut liber, nec tamen appetit contra Deum, quia Deus ordinat eum sic appetere. *ibidem*. ℣ *Et quando dicis*. B. 4.

Appetitus intellectiuus.

Appetitum, & rationem esse duo principia motiua, concludit Philosophus 3. *Anim. Tex.* 50. & subdit, *intellectus non mouet sine appetitu, voluntas autem appetitus est*, *Prol.* Q. 4. §. *Dico igitur*. ℣. *Secundò hoc idem*. B. 5.

Appetitus intellectiuus sine omni contradictione posset intelligi non posse se determinare, si appeteret per modum naturæ. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Dico ergo*, ℣. *Item sine*. T. 23.

Appetitus superius hominis, scilicet voluntas, dicitur appetitus hominis, vt homo: vnde naturaliter summè appetit bonum personæ, cuius est, tanquam eius, quod diligitur amore amicitiæ, in quo fundatur omnis amor concupiscentiæ; & ita illum amorem amicitiæ necessariò sequitur tristitia de opposito boni summè appetiti; & ita corruptio personæ necessariò erit tristis voluntati. 3. D. 15. Q. Vn. §. *Quantùm ad secundum*. ℣. *Quod etiam*. I. 19.

Appetitus inhiantis, inquit Augustinus 9. *Trinit. cap. vlt.* fit amor fruentis. 3. D. 26. Q. Vn §. *In ista quæstione*. n. 2. & 4. D. 49. Q. 4. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem*. E. 6.

Appetitus viatoris circa creaturam perfectissimè perficitur tribus virtutibus moralibus, scilicet fortitudine, iustitia, & temperantia, si sint perfectissimæ, quia tam circa alium, & appetibile alteri, quàm circa se, & appetibile sibi. 3. D. 34. Q. Vn. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ex istis*. C. 7.

Appetitus, siue desiderium voluntatis circa obiectum absens non est tantùm passio, tum *quia passionibus non meremur, nec laudamur, nec vituperamur*; 2. *Ethic.* 5. In Sanctis autem desiderijs consistit maxima pars meriti, & laudabilitatis iustorum in via, tum quia obiecto eodem præsentato, quandoque voluntas elicit desiderium intensius, quandoque remissius, secundùm quod ex maiori conatu, & ex minori elicit. 4. D. 49. Q. 4. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem*. E. 6.

Appetitus concupiscentiæ viatoris, respectu boni habendi, fit amor complacentiæ boni habiti in beatitudine, & ita amor fruentis, non tamen quo fruitur formaliter, sed eius, qui fruitur alio amore illo eodem obiecto in se, quod amat sibi illo amore: Appetitus autem amicitiæ, scilicet imperfectus amor in via fit in Patria amor perfectus fruentis, idest quo fruitur. 4. D 49. Q. 5. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo; viator*. B. 2.

Appetitus liber.

Appetitus liber est velle liberum. 4. D. 49. Q. 10. §. *Respondeo ad primam*. A. 2.

Appetitus liber tunc est rectus, quando est consonus regulæ Diuinæ, & huic appetitui naturali huius suppositi. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo, & primo*. ℣. *Ad secundum dico*. A. 4.

Appetitus liber Beati respectu beatitudinis in tantum est rectus, inquantum non vult habere maiorem beatitudinem, quam Deus vult eum habere, & hoc actu elicito, non autem inquantum inclinat naturalis appetitus: Et si conformaretur sibi in hoc, non Diuinæ regulæ, iam esset simpliciter malus, idest, secundùm quid rectus. *ibidem*. B. 4.

Appetitus sensitiuus, & materialis.

Appetitus sensitiuus, licèt aliqualiter alicui obiecto inhæreat propter se, idest non propter alterum negatiuè, quia non est eius referre ad aliud; non tamen contrariè, quia non apprehendit obiectum, vt non referibile ad aliud, vnde abusiuè dicitur frui propter non relationem, non tamen propriè, quia non irreferibiliter inhæret. Similiter nec amore inhæret, quia eius propriè non est amare, similiter nec propriè inhæret, quia non se applicat obiecto, sed quasi infigitur vi obiecti, quia secundùm Damascenum *lib.* 2. *cap.* 24. non ducit se, sed ducitur. 1. D. 1. Q. 5. §. *Ad quæstionem*. n. 5. & *ad argumentum principale*. n. 6.

Appetitus sensitiuus magis conuenit cum voluntate, cuius propriè est frui, quàm appetitus naturalis, quia actus appetitus sensitiui sequitur actum cognoscendi, sicut actus voluntatis, actum intelligendi: non sic autem actus appetitus naturalis, si quis sit actus eius: & ideo si ab appetitu sensitiuo negatur *frui* propriè, sequitur, quòd habenti solum appetitum naturalem, non conuenit frui propriè, imo nec sic abusiuè, sicut competit appetitui sensitiuo. 1. D. 1. Q. 5. §. *Ex his patet*. n. 5.

Appetitus sensitiuus habet rationem principij actiui aliquo modo, licèt non actiui liberè. 1. D. 17. Q. 2. §. *Hanc viam*. ℣. *Ad aliud*. T. 8.

Appetitus sensitiui principium appetendi non est aliquid animæ tantùm, sed est compositum. 1. D. 3. Q. 9. §. *Sed hic occurrunt*. ℣. *Ex istis*. K. 8.

Appetitus sensitiuus naturaliter appetit, sicut sensus naturaliter sentit: vnde Damascenus *lib.* 2. *cap.* 29. *Bruta in suis actionibus non agunt, sed aguntur*. *ibidem*.

Appetitus sensitiuus sicut habet rationem principij motiui cum sensu, & phantasia, ita voluntas habet rationem principij motiui cum intellectu, & ratione. *Prolog.* Q. 4. §. *Dico igitur*, ℣. *Secundò hoc idem*. B. 5.

Appetitus sensitiui actus, sicut sine quocunque transitu ad extra, est vera praxis quando sequitur actum intellectus, ita & actus voluntatis, qui ponitur æquè principium motiuum est verè praxis, quia semper sequitur actum intellectus: & hoc etiam si sit solus, sine actu imperato, imo cum actu in appetitu sensitiuo opposito illi, quem imperaret, quia ipsa vt habens appetitum sensitiuum, quandoque contrarium est principium motiuum, & operatiuum, cuius operatio sit praxis. *ibidem*.

Appetitus sensitiuus mouetur effectiuè ab appetibili sensibili, sed non propter hoc appetitus intellectiuus sic mouetur ab appetibili intelligibili, quia ex hoc mouetur appetitus sensitiuus sic, quia non est liber, sed aliud est liber. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Ad aliud de appetitu*. R. 21.

Appetitus sensitiuus secundùm Damascenum *lib.* 2. *cap.* 23. 24. ducitur, & non ducit; intellectiuus ducit, & non ducitur, *ibidem*.

Appetitui sensitiuo quando delectatur voluntas, illa delectatio, si est de obiecto illicito, licèt sit in voluntate tanquam primus motus, est peccatum, quia illa non est sine actu rationis, & voluntatis præcedente. 2. D. 42. Q. 4. *Ad primum principale tertiæ quæstionis*. R. 19.

Appetitus sensitiuus, si aliquid appetit propter se, ita quòd non propter aliud, hoc est secundùm quid, quia ex imperfectione potentiæ non potentis illud appetere propter aliud, non autem ex perfectione obiecti, cui repugnet

appeti

appeti propter aliud. 4. D.49. Q. 1. §. *Ad primam quæstionem.* ℣. *Secunda conclusio.* R. 20.

Appetitus sensitiuus existens in puris naturalibus, cum habeat proprium appetibile, & delectabile, summè haberet tendere in illud quantùm est ex se, & illud tendere impediret actum rationis, quia adhuc essent istæ potentiæ in eadem essentia, sicut modò, propter quam vnitatem impediunt se mutuò in actibus suis intensis, secundùm Auicennam 6. *Naturalium*; & ita deberet conari ratio ad impediendum istam delectationem summam partis sensitiuæ: & non posset inferior potentia cohiberi sine aliqua tristitia, & difficultate in illa existente, quia sicut ipsa summè inclinatur ad hoc, ita ex parte sui summè renititur ad oppositum. 2. D.29. Q. Vn. §. *Contra istud.* ℣. *Præterea; illa rebellio.* n. 3.

Appetitus sensitiui, qui non est liber, sicut in potestate non est eius actus (secundùm Damascenum enim ducitur) ita non est in potestate eius intensio actus, quin agat, quantùm potest, quia naturale est ei summè ferri quantùm potest. 2. D.29. Q. Vn. §. *Contra istud.* ℣. *Præterea, illa rebellio.* n. 3.

Appetitus sensitiui quasdam delectationes præuenire, bene vel habitis, auertere ab habendis delectabilibus, ex puris naturalibus suis, non potest voluntas: & si ex se haberet aliquod donum, cui hæc omnia conuenirent, nec propter hoc esset delectata, licèt totus homo delectaretur, cuius ista erat principalis potentia delectandi. 2. D 29. Qu. Vn. §. *Potest dici.* ℣. *Respondeo si voluntas.* B. 5.

Appetitus sensitiui nullum sensum potuisse tristari in statu innocentiæ fortè non est necesse ponere; potuit enim visus tunc videre turpe visibile, & auditus audire turpe audibile, & vtrumque potuit offendere appetitum sensitiuum, sicut & conueniens sensibile delectare: sed voluntas tunc benè vsa fuisset istis tristitijs, & delectabiliter, appetituum inferiorum, ita quòd non contristata fuisset immoderatè ab appetitibus inferioribus, sicut bene vsa fuisset delectabilibus eorum, non immoderatè condelectando. *ibidem.*

Appetitus sensitiui in potestate sicut non est delectari, quia non ducit, sed ducitur, ita nec modus delectandi; & consequenter summè quantùm potest delectatur in summo delectabili sensibili præsente; vnde quid addit libido supra hoc, quod est summè delectari delectabili sensibili præsente, non facile videtur. 2. D 32. Q. Vn. §. *Contra istam viam.* ℣. *Contra; sicut.* n. 4.

Appetitum sensitiuum propter nihil aliud ponimus, quàm propter inclinationem potentiæ ad conueniens sibi, & eius terminationem, sioe delectationem consequentem apprehensionem, & ita cùm eiusdem potentiæ sit forma terminans, cuius erat inclinari, delectatio erit in appetitu, qui inclinabatur. 3. D.15. Q. Vn. §. *Aliter potest dici.* ℣. *Respondeo possumus.* D. 10.

Appetitui sensitiuo est aliquid ex natura sua conueniens, vt perfectiuum extrinsecum, & aliquid disconueniens, vt corruptiuum extrinsecum, & quantum ad hoc similiter in voluntate, sed quantum ad aliud pro eo quod ille appetitus naturaliter se habeat ad obiectum (vnde secundùm Damascenum ducitur, & non ducit) non sic obiectum comparatum à voluntate, quæ libera est. *ibidem.* ℣. *Vlterius de tristitia.* D. 12.

Appetitus sensitiuus est, qui sequitur virtutem imaginatiuam: & sicut illa virtus imaginatiua imaginatur obiectum omnium sensuum, & in præsentia illorum, & in absentia, ita suo appetitu delectatur in illis, si sint conuenientia, vel dolet de illis, si sint disconuenientia. 3. D.17. Q. Vn. §. *Istam quæstionem* ℣. *Sed quia voluntas.* B. 2.

Appetitus sensitiuos ponendi distinctos est eadem necessitas, vel sic, est eadem necessitas ponendi appetitus distinctos in homine, sicut virtutes, vel potentias sensitiuas apprehensiuas distinctas. *ibidem.* B. 3.

Appetitus sensitiuus nō est persuasibilis à ratione, sed obedibilis rationi: & hæc verba bene possunt ponderari, quia liberum bene est persuasibile, non tamen propriè obedibile: appetitus autem sensitiuus, quia non est liber, non est persuasibilis, sed obedibilis (quia propriè sensibilis) imperio voluntatis. 3. D.33. Q. Vn. §. *Hæc opinio.* ℣. *Præterea; ante.* A. 4.

Appetitus sensitiuus habet pro obiecto bonum, vt nunc, idest bonum singulare cum conditionibus indiuiduantibus: voluntas autem habet pro obiecto bonum ostensum ab intellectu, quod est bonum vniuersale, quod est bonum simpliciter. 3. D. 33. Quæst. Vn. §. *Ad rationem.* C. 6.

Appetitui, vel cuicunque sensui conuenire propriè non conceditur *conferre*, sicut intellectui, & voluntati. *ibidem.* ℣. *Præterea moderatio.* G. 10.

Appetitum sensitiuum ratio, non videtur attingere, nisi mediante voluntate, quæ est propriè appetitus rationalis. 3. D. 33. Quæst. Vn. §. *Ad quæstionem.* H. 13.

Appetitum sensitiuum non videtur posse saluari delectabiliter moueri ad actus virtutis, quantumcunque voluntas dominaretur super eum, nisi in ipso appetitu esset aliquis habitus inclinans ad realem actum eliciendum; sicut ergo volens, te rectè eligere circa passionem aliquam, possem in me generare virtutem moralem ex hoc. *ibidem.* *Ad sextum principale.* N. 22.

Appetitus sensitiuus in homine mortali cùm naturaliter inclinetur ad delectabile, & appetitus sensitiuus natus est appetitum intellectiuum inclinare, beatitudo autem non compatitur in appetitu intellectiuo aliquam deordinationem, nec in sensitiuo, quia summa delectatio amouet omnem tristitiam, non solùm oppositam, sed contingentem, & per consequens non sinitur appetitus sensitiuus habere tristitiam circa passionem; & sic mortalitas impeditur ab effectu, qui naturaliter natus est consequi; & pèr consequens repugnat mortalitati beatitudo, ratione repugnantiæ effectuum naturaliter consequentium. 4. Distin. 49. Quæst. 12. §. *Respondeo* ℣. *De impassibilitate.* C. 4.

Appetitus quilibet organicus, vel materialis determinatur ad certum genus appetibilium sibi conueniens, ita quòd illud apprehensum non potest non conuenire, nec appetitus non approbare. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo.* ℣. *Ex secunda operatione.* H. 12.

Appetitus consequens apprehensionem gustus, vel auditus, vel tactus, maximè appetit obiectum conuenientissimum potentiæ cognitiuæ, cuius actum sequitur in appetendo. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista quæstione.* ℣. *Tertiò hoc persuadetur.* D. 5.

Appetitus visui primum peccatum esset in appetendo pulcherrimum visibile conuenientissimum suæ cognitiuæ, & sibi, in quo perfectissimè delectaretur. *ibidem.* ℣. *Quantum igitur.* E. 6.

Appetitus immoderati alicuius visibilis pulchri, sicut in nobis ad concupiscentiam oculorum spectant, ita & in Angelis ad concupiscentiam oculorum reductiuè debet spectare appetitus delectabilis. 2. D. 6. Q. 2. *Ad secundum, & tertium principale.* R. 17.

Appetitus bruti esset liber, si per hoc, quòd in diuersos, & oppositos actus posset intellectus, esset voluntas libera; quia visus bruti potest moueri ad opposita videnda. 2. D. 25. Qu. Vn. §. *Contra conclusionem.* ℣. *Item secundò.* B. 10.

Appetitus noster, in quo conuenimus cum brutis, est liber, & rationalis per participationem, non autem per actum suum, sed per actum alterius potentiæ, scilicet voluntatis, cui subest; & ideo potest conuerti ad bonum, & auerti à bono; in brutis autem, licèt sit appetitus sensitiuus, non tamen est particeps rationis in eis, sicut in nobis. 2. D. 42. Q. 4. *Ad secundum principale tertiæ quæstionis.* R. 19.

Appetitus duo quandoque sunt sibi contrarij: ideo est ponere quasi vnum mouens speciei, quia duobus appetitibus communis est ratio speciei intermediæ, videlicet ratio appetitus. *Prolog.* Q. 4. §. *Dico igitur.* ℣. *Secundò hoc idem.* B. 5.

Appetitus materiæ ad formam.

Appetitum materiæ non quæcunque forma satiat totaliter extensiuè; tot enim sunt appetitus materiæ ad formas, quot sunt formæ receptibiles in materia: nulla igitur vna forma potest per se satiare omnes appetitus materiæ ad formas, sed vna satiat perfectissimè, scilicet forma perfectissima; illa tamen non satiat omnes appetitus materiæ, nisi in illa vna forma omnes formæ includerentur. 1. D. 1. Q. 1. *Ad quartum principale*. G. 6.

Appetitus animæ ad corpus.

Appetitus animæ, secundùm Auicennam, satiatus est per hoc, quòd semel perfecit corpus, quia illa coniunctio est ad hoc, vt anima, mediante corpore, acquirat suas perfectiones per sensus, quas non posset acquirere sine sensibus, & per consequens sine corpore: semel autem coniuncta acquisiuit quantum ipsa simpliciter appetit acquirere illo modo. 4. D. 43. Q. 2. §. *De tertia propositione*. ℣. *Vel potest dici*. S. 25.

Appetitus aliquis est in anima ad corpus tanquam ad proprium perfectibile, vel saltem è conuerso in materia, sicut in proprio perfectibili ad formam, scilicet animam. 4. D. 49. Quæst. 3. *Ad tertium pro prima opinione*. F. 9.

Appetitus creaturæ ad Deum.

Appetitus creaturæ licèt sit finitus subiectiuè, non tamen obiectiuè, quia est ad infinitum. 1. D. 1. Quæst. 1. *Ad secundum principale*. ℣. *Vel aliter*. G. 6. *Addit*.

Appetitus immaginarius Christi.

Appetitus potentiæ, imaginatiuæ Christi, quæ potuit mortem, & quid terribile imaginari, & apprehendere, potuit ex illa apprehensione terreri: & ille est appetitus, qui communiter dicitur sensitiuus, quando fit sermo de vitijs, & virtutibus. 3. D. 15. Qu. Vn. §. *Quantùm ad secundum*. ℣. *Respondeo, portio*. I. 19.

Applicatio.

Applicatio, per quam aliqui dicunt Angelum esse in loco, non potest esse actus primus, vt patet: nec etiam actus secundus, quia si intelligitur actus secundus, ergo operatio, & non immanens, vt intellectio, vel volitio, quia operatio eius immanens ita abstrahit à loco, sicut essentia Angeli; igitur applicatio est operatio transiens in corpus, & ita erit in loco per operationem eius circa corpus in loco [quod ipsi negant] 2. D. 2. Q. 5. 6. §. *Alij autem*. ℣. *Sed isti*. n. 2.

Applicatio Missæ, & orationum Ecclesiæ specialis, medio scilicet inter applicationem specialissimam, & generalem potest habere multos gradus, v. g. ponantur tres, & semper illa plus valet illi, cui fit in priori gradu, puta, si quis sic intendat, quòd quantum potest valere oblatio alicui alij ab offerente, tantùm valeat ipsi A & tunc post ipsum A quantum valere potest alicui alteri, valeat ipsi B & post ipsi B, C & hoc siue per A intelligatur vna sola persona, siue multæ pro quibus vult in eodem gradu orare. *Quodl.* Q. 20. ∫. *De secundo autem*. ℣. *Isti verò*. K. 17.

Applicatio sacrificij facta in gradu posteriori applicationis specialis, nunquam subtrahit aliquid illi, cui facta est in gradu priori. *ibidem*.

Apprehe nsio.

Apprehensio simplex sola sufficit ad hoc, quòd appetitus appetat illud apprehensum alteri. 2. D. 6. Quæst. 1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad tertium dico*. F. 6.

Apprehensio terminorum principiorum distinctè, & sub proprijs rationibus est necessaria ad hoc, quòd conclusio sequens ex ipsis principijs sciatur. 3. D. 24. Quæst. Vn. ∫. *Contra ista*. ℣. *Præterea comparando*. B. 11.

Apprehensione in præuia, siue præuia, In apprehensione, quādo nulla est determinatio formalis, vel virtualis de rectitudine praxis, licet ibi sit prioritas, tamen tunc deficit conformitas, quia ipsa non est, cui debeat praxis conformari; vt sit recta, quia nihil determinatè ostendit de rectitudine praxis. *Prolog*. Q. 4. §. *Ex hoc patet*. ℣. *Sed de alia*. H. 14.

Apprehensio.

Apprehensione in præuia, quando est determinatio de rectitudine praxis, sed potentia, cuius est praxis, non est aliquo modo determinabilis aliunde, tunc ista cognitio, licèt determinatiua, non est conformatiua praxis; & ideo non habet conformitatem priorem in ratione regulæ dirigentis, nec sic est plenè pratica. *ibidem*.

Apprehensio praxis perfectissima includit notitiam conformitatis, quando ipsa necessariò conuenit praxi. *Prolog*. Q. 4. §. *Si obijciatur, quia* ℣. *Cum verò*. Q. 34.

Apprehensionem, ad quam sequitur actus elicitus desiderij secundùm inclinationem naturalem oportet esse secundùm rectam rationem, alioquin si ad apprehensionem erroneam statim omnes appetant actu elicito, non sequitur, illud esse consonum inclinationi naturali, imo magis oppositum: Non est autem manifestum per rationem naturalem, quod ratio ostendens homini semper *esse* tanquam appetibile sit ratio non erronea, quia priùs opporteret ostendere, quòd illud posset competere homini. 4. D. 43. Q. 2. *Ad primum principale*. ℣. *Hoc vno modo*. Y. 30.

Apprehensione cum præuia, sicut vniuersaliter stat libertas, vel sic, sicut cum præuia apprehensione stat libertas, ita summa libertas stat cum summa apprehensione præuia. *Prolog*. Q 4 §. *Si obijciatur*. ℣. *Cum verò*. Q. 34.

Apprehensio obiecti, in quo est tota perfectio obiecti, etiam quando est in vniuersali apprehensum, non determinat saltem voluntatem viatoris ad necessariò volendum illud, nec ipsa voluntas necessariò se determinat, illo posito, sicut nec necessariò continuat illud positum. *Quodl*. Qu. 16. §. *De primo*. ℣. *Secundum scilicet*. E. 5.

Apprehensio sensitiua per imperium voluntatis potest in diuersos actus, & oppositos, quia aliquando videtur sibi aliquid dulce, & aliquando amarum: & secundùm hoc quandoque fertur in vnum, quandoque in aliud: vnde si propter hoc, quòd sic potest in diuersos actus intellectua, esset voluntas libera, tunc appetitus bruti esset liber, quia visus eius potest moueri ad opposita videnda. 2. D. 25. Qu. Vn. ∫. *Contra conclusionem*. ℣. *Item secundo*. B. 10. *Additio*.

Apprehensio sicut alia est gustus, & visus, & tactus, & odoratus; ita est alia inclinatio, & delectatio consequens hanc apprehensionem, & illam: communiter tamen loquimur de appetitu sensitiuo, sicut de vno, & ille est, qui sequitur virtutem imaginatiuam. 3. D. 17. Q. Vn. ∫. *Istam quæstionem*. ℣. *Sed quia*. B. 2.

Apprehensio dicitur idem actus sensus, vt imperfectus, qui, vt perfectus, dicitur perceptio: Apprehensio, inquam, dicitur, quando scilicet propter distinctionem sentientis intus occupati intentionaliter propter operationem, vel circa actionem aliarum potentiarum, operatio sensus est imperfecta; & quando potentia superior concurrit copulans potentiam inferiorem cum obiecto, facit attentionem, & per consequens actus est intensior, qui dicitur intentionalis perceptio. 3. D. 15. Qu. Vn. §. *Contra ista*. ℣. *Contra illud*. A. 7.

Apprehensio immutationis offensiuæ, vel dispositionis corruptiuæ, sufficit sine ipsa reali immutatione, ad causandum dolorem. 3. D. 15. Qu. Vn. §. *Contra ista*. ℣. *Præterea, quod secunda*. A. 6.

Apprehensio qualiscunque immobilis intellectus Angeli mali, vel plenæ immersio voluntatis eius in obiectum, non facit ipsum impœnitentem; quandoque enim aliquo priorum peccatorum peccauit, sistebat in via, & non fuit idem peccatum cum præcedenti. 2. D. 7. Q. Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea, sicut*. C. 6.

Apprehensio, qua ab aliquibus dicitur malignus spiritus cruciari ab igne infernali, quatenus apprensio ab ipso malo Angelo sub ratione sibi disconuenientis, vel est vera, vel falsa; si vera, oporteret ponere modum illius disconuenientiæ, qui non apparet possibilis, quia tanquam contrarium realiter corruptiuum nullo modo potest esse disconueniens, nec à ratione, nec à voluntate, quia obiectum, vt obiectum, est conueniens potentiæ; si autem dicatur falsa, sequitur primò, quòd non ab igne, sed à sua falsa æstimatione cruciatur, quod est inconueniens; quia sicut nullus falsa opinione est beatus, ita nullus est falsa opinione miser.

Apprehensio.

miser: secundò si illa falsa æstimatio est à Deo, Deus erit immediatè causa deceptionis: si autem ab ipso Angelo malo, non videtur probabile, quia, secundùm Dionysium *De Diuinis nominibus*: *naturalia in eis sunt splendidissima*, & per consequens possunt apprehendere, quòd ignis non est eis disconueniens. 4. D.44. Q.2. §. *Hic dicitur*. ¥. *Contra hoc*. n.3.

Apprehensio prima Angeli mali ignis infernalis, quæ est ad intellectionem ignis, vt in primo instanti posita, non causabit delectationem in appetitu eius, quia appetitus ille in eodem instanti habet tristitiam vehementem, & illa, *ex 7. Ethic. cap.*18., excludit omne gaudium, non tantùm contrarium, sed impertinens. 4. D.44. Q.2. §. *Desecundo*. ¥. *Respondeo non potest*. N.16.

Apprehensio certa in intellectu Beati de perpetuanda sua beatitudine, sequitur ordine naturæ totam beatitudinem intensiuè acceptam, cùm sit actus non tendens in obiectum beatificum, sed reflexus super actum. 4. D.49. Q.6. §. *De secundo principali*. ¥. *Ex dictis*. Q.23.

Appretiatio.

Appretiatio passiua actualis sequitur in obiecto rationem formalem obiecti: & cùm formalis ratio obiecti alicuius potentiæ, vel vis, præcedat naturaliter actum illius potentiæ, vel vis, sequitur, quòd talis appretiatio non potest esse ratio formalis obiecti talis, vel vis. 3. D. 26. Q.Vn. §. *Contra illam opinionem*. ¥. *Præterea, vt intelligitur*. C.7.

Approbare.

Approbare vera pro falsis, secundùm Augustinum 3. *de liber. arbitr.* est naturæ lapsæ, non institutæ. 2. D.22. Q. Vn. §. *Respondeo*. ¥. *Item distinguitur*. B 2.

Appropriatio.

Appropriatio, si non fit, nisi per conuenientiam cum proprio, non sequitur ex hoc, quòd appropriatum sit proprium, sed oppositum. 1. D.27. Q.3. §. *Ad tertiam quæstionem*. ¥. *Cùm additur*. K.24.

Appropriatum.

Appropriatum Personæ in Trinitate, in quantum appropriatum, est ibi quasi pars eiusdem, quia accipitur pro illo, cui appropriatur; nec tantùm hoc, sed etiam appropriabile, licèt non acceptum vt appropriatum, adhuc est ibi quasi pars eiusdem, quia eius ratio, vt est, & vt concipitur, completè saluatur in vna Persona; & per consequens ratio eius non ponit Trinitatem, sed ponit concomitanter vnitatem alicuius Personæ, in qua fit. 1. D.3. Q. 5. §. *Quantum ergo*. ¥. *Respondeo*. F.6.

Appropriatum est Verbo Diuino, non proprium, nec includitur in eius proprio declarare formaliter omne declarabile, quia generaliter istud verbum *declarare* dicit relationem rationis, & nulla talis est proprium alicui Personæ, nec includitur in proprio alicuius Personæ: Et insuper Verbum ex vi productionis suæ habet notitiam actualem sibi communicatam; Pater autem licèt habeat eandem notitiam, tamen ex ea vi, qua producit, est memoria, & non producit in quantum actualis notitia; notitiæ enim actuali, vt actualis, conuenit declarare; & ideo declarare magis conuenit cum proprio Filij, quàm cum proprio aliarum Personarum; & ideo magis sibi appropriatur: verè tamen est in omni alia Persona, quia quælibet habet actualem declarationem, inquantum est actualis notitia, & æquè declaratiua realiter, sicut est illa notitia realis, quæ est Verbum. 1. D.32. Q.2. §. *Ad istam quæstionem*. ¥. *Dicunt aliqui*. B.8.

Approximatio.

Approximatio diuersa passi ad agens non causat necessitatem, sed tantùm intensiorem actionem, sicut patet de calido, respectu calefactibilium, plus, & minus approximatorum. 1. D.1. Q.4. §. *Negatiua istius*. ¥. *Item, aut finis*. n.14.

Approximatio causarum secundarum si sit tantùm ens rationis, non poterunt sub ista approximatione causare aliquid reale, quod sine ista approximatione non possunt causare: & si ista approximatio, quæ est relatio, nulla res est, causæ nihil confert ad posse causare. 2. D.1. Q.4. § *Et quia*. ¥. *Tertium probatur*. C.12.

Approximatio albi ad visum, tunc est maxima, quando album in se præsens, & vt præsens videtur à visu, vel percipitur: Ex hac autem approximatione [absoluti sensibilis ad absolutum, vt absolutum, vt albi ad visum,] sequitur quòd illud, quod inclinatur, recipiat à perfectiuo illo, ad quod inclinatur, aliquam perfectionem, quæ perfectio dicitur delectatio. 3. D.15. Q.Vn. §. *Aliter potest dici*. B.8.9.

Aptitudo.

Aptitudo extensiua ad praxim conuenit considerationi, siue sit finis amatus, siue non; potest enim in intellectu esse talis cognitio, qualitercunque voluntas se habeat; imo etiam si voluntas non esset coniuncta intellectui. *Prol.* Quæst. 4. §. *Contra istam*. ¥. *Contra finis non est*. E.11.

Aptitudo non conuenit vni naturæ, quæ repugnat alteri, nisi propter aliquod absolutum in tali natura, quia enim hæc natura est talis, ideo conuenit illi hæc aptitudo. *Prolog.* Q.4. §. *Contra istam*. D.10.

Aptitudo hæc, ad hoc corpus, conuenit huic animæ intellectiuæ, & repugnat illi animæ, & ideo necessariò præexigit distinctionem huius ab illo, & per consequens prima distinctio animarum non est per aptitudinem, nec propria singularitas huius, & illius. *Quodl.* Q.2. §. *Prima ratio*. ¥. *Si dicatur*. C.6.

Aptitudinis animæ intellectiuæ ad corpus ratio, formaliter loquendo, non est ad se; quia si intelligeretur ad se, posset intelligi & non ad aliud, vt ad terminum: nec est ratio entis in actu, quia aptitudo posset esse ad terminum non existentem; quod autem necessariò exigit aliquid non existens, ipsum est non existens in actu. *ibidem*.

Aptitudo vniuersaliter non est perfectio, sed necessariò complicat secum naturam, cui inest. 3. D.27. Q.Vn. §. *Contra primam*. ¥. *Præterea, si*. B.5.

Aptitudo nihil aliud est absolutum à natura illius, cuius est aptitudo: nec aliud, vt respectus aliquis realis actualis, nihil enim dicit, nisi, quòd naturæ congruat tale quid: ideo autem competit isti naturæ, seu non repugnat, quia hæc natura, est hæc natura. 4. D.12. Q.1. *Ad primum principale*. ¥. *Ad primum*. Q.24.

Aptitudine, & potentia ad actum, idest in aptitudine, & potentia ad actum aliquem, imperfectionis est separari ab actu. *Quodl.* Q.4. §. *Dico tamen*. ¥. *Secundo autem*. Q.26.

Aptitudo ad aliquem actum non est sine actualitate, quin sit imperfectius aliqua. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ¥. *Ista ratio*. C.5.

Aptitudo propriè non est in susceptiuo, nisi ad formam naturaliter perfectiuam. *Quodl.* Q.19. §. *De tertio*. ¥. *Ad propositum*. X.19.

Aptitudo suscipiendi formam, non potest tolli, manente natura susceptiui. 4. D.49. Q.13. §. *Respondeo*. ¥. *Si dicatur*. B.3.

Aptitudo ad agendum non videtur incommunicabilis, nisi vel per fundamentum cuius est, vel per terminum ad quem; si enim aptitudo, vt aptitudo, non est primum, sed est alicuius entis, cui aptitudo conuenit; nec eius vnitas, siue incommunicabilitas erit omnino prima, sed reducetur ad aliquam entitatem, quæ si sit communicabilis, etiam aptitudo consequens est communicabilis: si enim natura humana communicabilis est, ita aptitudo risibilis consequens erit communicabilis: & communiter responsiones per aptitudinem videntur minùs efficaces, nisi detur aliquod, per quod sit illa aptitudo; alioquin facile esset soluere omnia, dicendo, hoc sic est, quia talis aptitudo est: non sufficit hoc. *Quodl.* Q.4. §. *Contra ista*. ¥. *Contra primam*. H.15.

Aptus.

Aptum quantò est aliquid: vel sic: Quantò aliquid est aptum ad maiorem perfectionem, si ea careat, tantò est imperfectius. 4. D.49. Q.11. §. *Ad quartum principale*. L.12. in fine.

Aqua.

Aqua, quæ potest esse in quadrato, ideo non potest esse in quadrangulo quantumcunque longo, quia non potest esse in loco quantumcunque stricto: & ideo non potest quantumcunque protendi secundùm magnitudinem; non enim potest protendi secundùm longitudinem, nisi constringatur secundùm latitudinem: & si non potest in infinitum constringi secuudùm latitudinem, non potest in infinitum protendi secuudùm longitudinem. 2. D. 2. Quæst. 5. 6. *§. Ad propositum. ℣. Ex hoc arguo*, I. 12.

Aqua sola si detur esse in Vniuerso, tunc, circumscripto omni continenti, & omni corruptiuo, quacunque aqua data, diuidatur: ista, in quæ fit diuisio, non erunt nihila, quia hoc est coutra rationem diuisionis, nec erunt non aqua ex sola ratione diuisionis, quia tunc aqua componeretur ex non aquis: non etiam repugnabit formæ aquæ ista paruitas, quæ iam est in actu, quia ita parua præfuit, licet in toto; nec per ipsam diuisionem corrumpetur aqua, quia circumscriptum est omne corruptiuum ex hypotheli. 2. D.2.Q.9. *Ad secundum principale. ℣. Et si dicas*. G. 20.

Aquæ successiuè calefaciendæ aliquid caloris inesse, manente frigiditate hac, & non adhuc totaliter corrupta, videtur manifestum ad sensum. *ibidem. ℣. Hoc etiam*, O. 32.

Aqua calefacta cùm redit ad propriam naturalitatem, & frigiditatem, manifestum est, quòd tota aqua agit, & tota patitur. 2. D.25.Q.Vn. §. *Ad primam rationem. ℣. Ad aliam de materia*. I. 16.

Aqua ideo non potest quemcunque gradum caloris recipere, quia calor est accidens disconueniens aquæ in aliquo gradu, & aliquis eius gradus non potest esse in aqua, manente aqua in sui natura, sed oportet aquam corrumpi. 3. D. 13. Qu. 4. *§. Ad primam quæstionem. ℣. Secundum*. F. 5.

Aqua maris,

Aqua maris, super quamcunque regionem eleuatur Luna, ascendit directè tanquam versus causam suam; ita quòd aqua maris in illo loco, qui directè supponitur centro Lunæ, est altior, quàm in quocunque alio loco: iste autem locus habetur per lineam ductam à centro terræ ad Orbem Lunæ: illa enim linea necessariò transibit per locum illum, qui est eminentior in aqua, & vocatur tumor aquæ. 2.D.14.Q.3. §. *Dico ad quæstionem. ℣. Præterea: corpora*, A. 2.

Aqua in statu violento,

Aquarum ascensus in diluuio non fuit naturalis ex hoc, quòd fuit factus per congregationem stellarum humidarum in aliquo signo, vt aliqui arguebant; per Scripturas enim, & Sanctos patet oppositum. 2.D.17.Q.2. *§. Si ratio ista. ℣. Nec ratio*. B. 4.

Aquæ si sit violentum vt per se consideratur calefieri ab igne, vel moueri sursum; non tamen considerando aquam vt est pars Vniuersi: vnde & aqua ascendit propter vacuum fugiendum, & ignis circulariter mouetur ad motum spheræ, cuius tamen motus est rectus, vt secundùm se consideratur. 2.D 19.Q.Vn. *Ad tertium principale*. G. 7.

Aqua se mouere ad sursum est impossibile propter quodcunque bonum Vniuersi; quia ex quo habet formam naturalem, quæ determinata est ad vnam actionem, illa forma manens eadem numero, nunquam potest esse ratio formalis agendi opposita actione: vnde ipsa aqua non se mouet sursum, sed solùm mouetur ab aliquo mouente extrinseco, cui etiam nihil confert, quantùm est ex natura sua: violenter igitur mouetur comparando ad propriam naturam aquæ: vnde illa pars vniuersi, scilicet aqua, non amat bonum totius plusquam suum, nec ex amore saluat totum; sed totum, siue virtus negatiua in toto, cui attribuuntur partes Vniuersi, mouet quamlibet partem Vniuersi, sicut congruit bene *esse* totius: Ex hoc igitur non habetur nisi, quòd totum Vniuersum magis diligit bene *esse* totius, quàm bene esse proprium huius partis. 3 D.27.Q.Vn.§. *Istæ rationes. ℣. Prima non*. F. 12.

uam esse sursum (vt saluetur plenum in Vniuerso) non

Aqua in ordine ad baptismum.

est simpliciter violentum; imo si tunc descenderet, relicto vacuo superiùs, esset simpliciter violentum, & secundùm quid naturale, quia natura totius Vniuersi est magis principium naturalitatis, quàm natura ista particularis; & magis naturale est quod tali toti conuenit, quam quod propriè huic parti. 4. D.49.Qu.13. *Ad tertium principale*. H. 13.

Aqua in ordine ad baptismum.

Aqua abluit cor, idest, animam, non quidem causando dispositionem mediam inter ipsam, & gratiam abluentem, sed abluit tanquam dispositio proxima, & immediata ad gratiam, eo modo, quo dicitur, quòd meritum inducit beatitudinem, vel quòd sectio, siue alia huiusmodi præparatio inducit sanitatem: si enim causaret dispositionem ad gratiam (& sic diceretur abluere) adhuc oporteret illam dispositionem immediatiùs abluere. 4.D.1. Q.5. *Ad primum principale*. H. 17

Aqua elementaris, seu naturalis pura est materia remota, conueniens Baptismi. 4. D. 3. Quæst. 3. *§. Hic dicendum, & inde per totam quæstionem, vbi explicantur omnes particulæ*. A. B. &c. 2, 3.

Aqua est materia remota Sacramenti Baptismi. 4. D.3.Qu.3. §. *Hic dicendum*. B. 2.

Aqua quòd sit instituta materia Sacramenti Baptismi, sunt apertæ congruentiæ, quia aqua est frigida, fluida, lucida, necessaria, & communis: Et hæ omnes proprietates conueniunt illi humori, in quo debet fieri Baptismus, qui est ad reprimendum æstum concupiscentiæ, ad flectendum rigorem inobedientiæ, ad illustrandum claritatem fidei, ad introducendum in viam salutis: Et hoc est commune omnibus, sicut lex ista; cuius hoc Sacramentum est initiatiuum, communis est omnibus ad salutem. 4.D.3.Q.3. §. *Hic dicendum*. C. 2.

Aquæ illæ, quæ communiter dicuntur artificiales, sunt corpora quædam mixta, & non dicuntur aquæ, nisi æquiuocè, quia habent à tota specie aliquam qualitatem dissimilem elementari. 4. D. 3. Q. 3. §. *Quod autem. ℣. Respondeo*. D. 3.

Aqua, quæ est attracta in stipite vitis, tandem in vua conuertitur in vinum. *ibidem*.

Aquæ artificiales, ex quocunque sint, fiunt, non seruato processu naturæ, per media determinata ordinata; & vniuersaliter fiunt per actionem ignis decoquentis, & resoluentis, qui non videtur esse sufficiens in virtute actiua ad corrumpendum, vel conuertendum quæcunque mixta in aquam elementarem. *ibidem*.

Aquæ illæ, quæ dicuutur artificiales, vniuersaliter concedi potest quòd non sunt conueniens materia Baptismi. 4. D. 3. Quæst. 3. *§. Quod autem. ℣. Respondeo*. D. 3.

Aqua imbibita farinæ in pasta, vel in spongia, dùm ibi est, vel imbibita in spisso luto, & sic de aliis, si contingant carnem, non sunt materia conueniens Baptismi tales aquæ, quia talis contactus non est lotio, sed tantùm contactus aquæ fluidæ libere coniungentis se cuti, vel separantis inter cutem, & aliud corpus. 4. D. 3. Q. 3. §. *Quod additur*. F. 4.

Aqua impura propter mixtionem alterantem à specie, si propter istam alterationem iam sit extra speciem aquæ, omnino non est materia Baptismi. *ibidem*.

Aquæ alteratio talis, vel talis, non constituat aquam extra speciem aquæ, discutere non pertinet ad Theologum determinantem materiam Baptismi, in quantùm haberi potest ex canone Bibliæ: neque ad Canonistam determinantem conditiones materiæ, prout determinantur ab ordinatione Ecclesiæ; sed pertinent ad Philosophum naturalem; cuius est inquirere quæ alteratio transferat aquam à specie sua, & quæ non. *ibidem*. F. 5.

Aqua artificialis, & si habeat aliqua accidentia similia accidentibus aquæ naturalis, tamen aliquod, vel aliqua dissimilia habet à tota specie, ex quibus sequitur distinctio substantiæ. 4. D. 3. Quæst. 3. *Ad primum principale*. F. 6.

Aqua artificialis aliqua & si videatur subtilior, quàm elemen-

Aqua in ordine ad Baptismum.

elementaris, quia magis penetratiua, ista tamen subtilitas non est subtilitas simplicitatis, sed virtutis actiuæ: & hoc modo vinum est subtile, vel subtilius aqua: subtilitas autem conueniens aquæ elementari est subtilitas simplicitatis eo modo, quo elementum est simplicius mixto. *ibidem. Ad secundum principale*. G.6.

Aqua artificialis non negatur esse aqua elementaris, quia ars ibi concurrit (quia non concurrit producens terminum, sed vt adhibens actiuum passiuo) sed dicitur, quòd nulla ars potest adhibere eidem actiuum, puta ignem quantumcunque diuersis mixtis; ita quod per illud agens fiat immediatè resolutio in aquam, scilicet elementarem, quia illud eidem agens non potest habere virtutem sine formis intermedijs mutandi, neque etiam ita taliter diuersa in eundem terminum corrumpendi. *ibidem. Ad tertium principale*. H.6.

Aqua illa, quæ fluxit ex latere Saluatoris, & in qua institutus est Baptismus, secundùm Innocentium *Extra De celebrat. Miss. cap. In quodam*: Secundùm eundem, ibi non fuit phlegma, sed vera aqua, quod probat ex verbis Euangelistæ: *Et qui vidit testimonium perhibuit veritati: profectò non aquam, sed phlegma dixisset, si non fuisset aqua, sed phlegma*. Probat etiam à posteriori per materiam Sacramenti Baptismi: *Nec in hoc*, inquit, *verum regenerationis Sacramentum fuisset ostensum, cùm per Sacramentum Baptismi non regeneremur in phlegmate; sed in aqua*: probat etiam per aquam miscendam in Sacramento Eucharistiæ: probat etiam quartò per figuram, quæ præcessit super hoc in veteri testamento, quando Moyses *Num*.20. percussit silicem, & ex ea non phlegma, sed aqua manauit. Ad probationem aliorum in contrarium dicentium phlegma fluxisse ex latere Christi, per hoc, quòd in corpore mortuo non statim fit aliquis humor, qui fit aqua elementaris &c. Respondet, quòd, vel illa aqua fuit ibi de nouo creata miraculosè, vel de componentibus resoluta. 4. D. 3. Q. 3. *Ad quintum principale*. H.7.

Aqua, quæ fluxit ex vulnere laterali Christi, qualitercunque de ea dicatur, vel quòd fuerit aqua elementaris, vel phlegma, quia fluxit sicut sibi placuit: non propter hoc Sacramenta ibi susceperunt efficaciam, sed propter quandam similitudinem perfectiorem ad Baptismum, & Eucharistiam; certum est tamen, quòd Baptismus non potest fieri nisi in aqua vsuali, quia Christus hoc instituit. *ibidem*. I.7. & D.2.Q.1. *Ad vltimum principale*. M.11.

Aquam Christus, (quando baptizabatur à Ioanne) dedicauit tanquam materiam idoneam suo Baptismo ex contactu suæ mundissimæ carnis, quia in Legislatore confirmatus est vsus aquæ, idest vt ministerium. 4. D. 3. Q. 4. §. *Ista quæstio*. A. 2. & D. 23. Q. Vn. §. *Dico secundò*. ✝. *Exponendo*. D. 5.

Aqua neque ante prolationem verborum Baptismi, nec in prolatione, nec in vltimo instanti, neque, breuiter, vnquam, neque sine verbis, neque cum verbis, est Sacramentum, sed ipsa absolutio in aqua, & ad bibendum illam ablutionem non potest venire aliquis asinus, ita quòd sunt subtilitates Bernardicæ, & asininæ, ponere, quòd in vltimo tantùm instanti prolationis verborum aqua sit Sacramentum, ne scilicet, si pro aliquo tempore esset Sacramentum, asinus bibat Sacramentum. 4. D.6. Q.2. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Sed qualis*. A.2.

Aqua elementaris fluida requiritur ad Baptismum: per hoc, quòd dicitur *elementaris*, excluditur quicunque humor mixtus, qui dicitur æquiuocè aqua, vt aqua rosacea: per hoc, quod dicitur *fluida*, excluditur aqua congelata, si manet aqua, vel qualitercunque mixta per iuxta positionem corporum grossorum, vt non possit abluere. 4. D.6. Q.11. §. *Dico ergo*. ✝. *Particulæ*. D.5.

Aqua in ordine ad Eucharistiam.

Aqua mixta vino, vinum priùs conuertit aquam in se: toties autem potest apponi aqua quo deficeret virtus vini in conuertendo: vnde secunda vice minùs fortiter operatur, quàm prima. 2. D.19. Q. Vn. §. *Concedo*. ✝. *Sed contra*. B. 4.

Aqua apposita vino consecrando non conuertitur in Sanguinem, nisi priùs sit conuersa in vinum; & ita modica est apponenda, & ita tempestiuè, quòd ante consecrationem possit esse conuersa in vinum. 4. Dist. 11. Quæst. 6. *aliàs* 7. §. *Ad secundam quæstionem*. ✝. *Huic autem*. B. 2.

Aquam vino consecrando Græci non apponunt, vt dicit Innocentius *De Officio Missæ par. 3. cap. 4. vel* 5. *ibidem*.

Aquam vino consecrando apponere non est simpliciter necessarium, de necessitate Sacramenti; est tamen de necessitate Ministri propter præceptum Ecclesiæ; & etiam Christus vinum, cum quo fuit aqua mixta, consecrauit iuxta illud Damasceni *lib.4.cap.*5. *Christus calicem ex vino, & aqua tradidit Discipulis suis dicens, bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus*. 4. D.11. Q.6. *aliàs* 7. §. *Ad secundam quæstionem*. ✝. *Huic autem*. B.2.

Aquæ appositionis in vinum consecrandum congruentia est propter mysterium, vt significetur Populus vniri cum Christo, iuxta illud *De Consecrat. Dist.2. Omne: Cum in Calice aqua vino miscetur, Populus Christo vnitur*, idest copulandus significatur per fidem, & dignam Sacramenti perceptionem. *ibidem*.

Aqua, si ab accidentibus separatis alteraretur ad gradum, qui alias esset proximus corruptioni, sicut est dare ibi proximum (& dico *sicut*, quia in diuisibilibus nihil indiuisibile est proximum indiuisibili) tunc quidem statim sequeretur ab ipso alterante corruptio aquæ, sed non nisi ab extrinseco. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo*. ✝. *Ad secundum*. Q.23.

Aquila.

Aquilæ visio de Sole est simpliciter perfectior visione mea de candela. 3. D.23. Q. Vn. *Ad quartum principale*. M. 19.

Aquila clariùs, & perfectiùs videt Solem, quàm homo: tamen immediatè vtrumque videt Solem. 4. D.49. Q.8. *Ad secundum principale*. E.7

Aquilæ, alis si alligaretur lapillus, & cresceret virtus motiua aquilæ, licèt non minueretur grauitas lapilli, quia opposita non sunt, nec in eodem: tamen grauitas lapilli diminuitur quantum ad effectum, quantò enim maior est virtus in ala, tantò lapillus minùs impedit ascensum, vel volatum. 4. D.4. Q.7. §. *Respondeo, aliqui*. ✝. *Sed istud*. n. 2.

ARB

Arbiter.

Arbiter in causa peccati [scilicet Sacerdos in Sacramento pœnitentiæ] non tantum habet vt possit dictare ius in causa ista; sed ex quo alius submittit se sibi, sua dictatio ligat, vel soluit istum: non sic autem dictatio scientis ius, & non habentis potestatem iudiciariam. 4. D.17. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ✝. *Sed nec istud*. F.12.

Arbiter inter partes nullus constituitur sub hac conditione, quod præcisè arbitretur ad voluntatem vnius partis; & hoc maximè quando non potest nosse determinatè voluntatem illius partis. 4. Dist. 18 Quæst. Vnic. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Item nullus*. B. 25.

Arbor.

Arborem florere non significat formaliter arborem producere florem; si enim ponatur verbum actiuum, quòd sic significet, puta *florificare* (si esset in vsu) hæc esset falsa, *arbor florificat floribus*: hæc autem esset vera, *arbor floret floribus*. 1. D.32. Q.1. §. *Contra, sicut*. ✝. *Præterea, exemplum* n. 5.

Arborem ex charitate possum velle esse: vel sic: possum ex charitate velle arborem esse, & arborem mihi seruire ad talem actum, in quantum talis actus iuuat me vlterius ad diligendum Deum in se. 3. D. 32. Q. Vn. *Ad secundum principale*. I.6.

Arbor bona non potest malos fructus facere, Matth.7. Saluator intelligit per *arborem* actum interiorem, & per *fructum* actum exteriorem: & increpat hypocritas, idest phari-

Arduum.

phsrisæos monens eos, vt conforment actus exteriores cum interioribus, & è conuerso, vt scilicet appareant quales sunt, & è conuerso. 2. D.37. Q.Vn. *Ad primum principale primæ quæstionis*. A a. 19.

Arduum.

Arduum bonum, si sumatur pro bono appetibili, idest amabili excedente omnia alia sibi contraria, male ponitur obiectum spei distinctum contra obiectum charitatis, quia charitas inter omnes virtutes maximè respicit Deum sub ratione appetibilis. 3.D.26.Q.Vn.§. *Contra illam opinionem*. ℣. *Si tertio modo*. C. 7.

Arduum bonum respicitur ab irascibili pro obiecto, nec vt bonum arduum dicitur bonum absens: nec vt dicit aliquid excedens facultatem potentiæ: nec vt bonum appetibile, idest amabile excedens omnia alia sibi contraria 3.D.26.Q.Vn.§. *Contra illam opinionem*, ℣. *Præterea; actus adæquatus*, C. 7.

ARG

Arguere.

Arguendo via compositiua est ante resolutiuam, & sic est in intelligibilibus, & vtrobique proceditur ab includente ad inclusum, ita in simplicibus, sicut in complexis; sed in simplicibus includens est inferius, in complexis verò est primum respectu conclusionis. 1.D.3. Q.2.§. *Contra istud*. ℣. *Ad tertium*. P. 27.

Arguens quandoque, propter defectum argumentorum, vtitur cautela quadam, diuertendo à parte opponentis ad partem respondentis, quia induunt tales formam respondentium, vt respondentes faciant argumenta ad probandum vnum necessarium, scilicet, quòd lignum non calefaciat se, 1.D.3.Q 7.§. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ℣. *Ad propositum*. X. 31.

Arguendo cum distinctione ab antecedente ad consequens semper est fallacia consequentis, ex forma: tenet tamen gratia materiæ, quando consequens illud non potest esse nisi numeretur in pluribus: & per hoc tenet illa forma arguendi August. 7. *Trinit. si duo homines, ergo duo animalia*: Sed hoc est ex imperfectione, & limitatione consequentis, & antecedentis. Vnde non sequitur, *si Pater, ergo Deus: Si Filius, igitur Deus: igitur si Pater, & Filius sunt duo, igitur sunt duo Dij*. 1.D 35.Q.Vn.§. *Et quod arguitur*. ℣. *Respondeo semper*. O. 16.

Arguendo ex opposito conclusionis: vel sic: si ex opposito conclusionis arguatur cum illa de possibili, non infertur oppositum, nisi alicuius de necessario: & ita oporteret maiorem esse realiter eandem cum illo de necessario, ad hoc vt inferat conclusionem: non enim sequitur, *Deus non potest decipi*, *& A. potest non fore*, *ergo Deus non scit A. fore*, sed sequitur, ergo non necessario scit A. fore. 1. D.39. Q.1.2.3. &c. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. Q. 27.

Argumentum.

Argumento, hoc est, in argumento ducente ad impossibile, conclusio debet æquè, vel magis esse impossibilis, quàm præmissa. 1 D 3.Q.5.§. *Contra ista*. ℣. *Contra in argumento*. G. 10.

Argumentum est de aliqua re faciens fidem de ea, quæ *aliàs* erat dubia: vnde in argumento propriè dicto creditur, & consentitur conclusioni propter argumentum, & eius euidentiam. 3.D.24.Q.Vn.§. *Ad propositum*. ℣. *Respondeo, quod*. E. 15.

Argumentum rusticorum est, secundum aliquos, fugere ad sensum, quia ratio debet iudicare de eodem, & de diuerso. 4. D. 12. Q. 4. §. *Quantum ad istam*. ℣. *Et si dicatur*. n. 9.

Argumentum à permutata proportione vniuersaliter valet quantùm ad contradicere, & conuerti: si autem fiat quantùm ad sequi, & antecedere, non valet, sed facit fallaciam consequentis: non enim valet hæc, sicut homo ad non hominem, sic animal ad non animal; ergo permutando, sicut homo ad animal, ita non homo ad non animal secundum consequentiam. 4. D 43. Q. 3. §. *Quantum ad istum*. ℣. *Ad aliud de motu*. F. 14.

Arist oteles.

Aristoteles improbat politias dispositas à multis alijs 2. *Polit.* sed nec illa Aristotelis est irreprehensibilis 7. *Polit.* vbi docet, Deos esse honorandos: *Decet*, inquit, *cultum exhibere Dijs*; & *ibidem*: *Lex nullum orbatum tradit nutriri*; & *cap.* 5. dicit, *quod oportet fieri abortum in Casu*. *Prolog.* Q. 1. §. *Tres rationes*. ℣. *Improbat enim*. R. 23.

Aristoteles simul, & Auicenna posuerunt Deum necessariò se habere ad alia extra se: Et ex hoc sequitur, quòd quodlibet aliud necessariò se habet ad ipsum, vel non, sed mediante motu. 1. D.8.Q.5.§. *De intentione*. ℣. *Respondeo*. D. 8.

Aristoteles 3. *Anim.* *T ex.* 54. ponens ordinem mouentium, & motorum dicendo, quod appetibile est mouens, non motum: appetitus mouens, & motum: ac denique motum non mouens, potest explicari, quòd ibi assignat ordinem causarum qualitercunque mouentium [siue physicè, siue metaphoricè]. Et non est mirandum, si glossatur authoritas Aristotelis sic, quando authoritas vna dignior, & superior, scilicet scripturæ, glossatur mirabilius, vtpote, quod vna pars illius authoritatis refertur ad quemlibet Sanctum, & altera solùm ad Christum, quæ tamen videtur apparentius loqui de vno, & eodem, sicut ista, *qui potuit transgredi, & non est transgressus* Eccles. 31. *Qui potuit transgredi* ad quemlibet Sanctum refertur; *& non est transgressus* ad solum Christum. 2. D. 25. Q. Vn. *Ad primum principale*. V. 24.

ARR

Arrius.

Arrius dicit Filium Dei aliquando non fuisse: contra quem arguit Augustinus ad Felicianum. 2. D. t. Q. 3. *Ad primum ad oppositum*. M. 22.

Arrogare.

Arrogare dicimus illum, qui sui iuris est, & per arrogationem [quæ scilicet est principalis adoptio] arrogatus transit in arrogantis potestatem. 4.D.42.Q.Vn.§. *Respondeo*. ℣. *Iuxta quod*. B. 3.

Arrogatio.

Arrogatio fit auctoritate Principis: Adoptio fit per quemlibet Magistratum: nec Adoptatus transit in potestatem Adoptantis, sed remanet in potestate sui Patris: & tam arrogati, quàm adoptati dicuntur Filij adoptiui. 4. D 42. Q.Vn. §. *Respondeo*. ℣. *Iuxta quod*. B. 3.

ARS

Ars.

Ars est habitus cum vera ratione factiuus 6. Ethic. 5. & prout completè accipitur dissinitio artis, intelligitur ratio recta, hoc est directiua, siue rectificans potentiam aliam, cuius est operari secundùm artem. 1. D.38. Q. Vn. §. *Ad auctoritatem Augustini*. F. 5. & *Quodl.* Q. 8. §. *Ad ista*. ℣. *Istud etiam*. C. 10.

Ars, & ædificator 5. *Meta. T ex.* 23. ad idem genus causæ, & principij pertinent. 1. D. 7. Q.Vn.§. *Contra istud*. ℣. *Item secundò*. B. 2. & D. 25. Q. 5. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Si dicas*. P 2.

Ars potest dici speculatiua respectu habitus experti, quia ars tanquam habitus vniuersalior non ita immediatè est directiua, sicut habitus experti. *Prolog.* 4. §. *Rationes pro opinione*. ℣. *Ideo aliter*. F f. 44.

Ars in vniuersali, quòd sit speculatiua, & ars particularis practica, non videtur verum, quia secundum diffinitionem artis 6. *Ethic. cap.* 5. *Ars est habitus cum recta ratione factiuus*: vnde patet, quòd omnis ars est habitus practicus, quia omnis habitus factiuus est practicus. *Quodl.* Q. 8. §. *Ad ista*. ℣. *Illud etiam*. E. 11.

Ars vni-

Ars.

Ars vniuersalis quòd sit speculatiua, & particularis practica, si quandoque inueniatur dictum ab aliquo auctore, hoc indiget explicatione; & potest sic intelligi, quàtò aliquod medium recedit magis ab aliquo extremo, tantò non solùm accedit ad alterum, sed dicitur habere rationem alterius: patet ex 5. *Phys. Tex.* 52. quòd rubeum respectu albi dicitur nigrum: cognitio verò merè practica est illa, *quæ immediatè est directiua in opus*: vnde quæcunque cognitio media, pro quanto magis recedit ab vno extremo, tantò magis potest dici contineri sub altero: nunc autem cognitio artis vniuersalis non est immediatè directiua in opus, quia operationes sunt circa singularia 1. *Meta.*; notitia autem artis particularis est immediatè directiua: vnde pro tanto, notitia artis vniuersalis potest dici speculatiua, pro quanto non est immediatè directiua in opus, sicut est particularis: nec tamen est simpliciter speculatiua, sed directiua, licèt mediatè, quia particularis virtute eius est directiua. *ibidem*.

Ars, dato, quòd non præsupponat in actione sua ens in actu; non inde sequitur ex virtute argumenti, quòd potest producere aliquid omnino nouum secundùm *esse* in actu. 2. D. 1. Q. 2. *§. Respondeo, creare.* ℣. *Istam rationem*. A. 5.

Ars, vel voluntas, vel propositum est principium, quo habens illud potest sic & aliter agere, sicut placet sibi. 2. D. 18. Q. Vn. *§. Contra primum.* ℣. *Respondetur*. B. 5.

Ars non reducitur ad actum, nisi à se respectu artificiati. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primam rationem.* ℣. *Si dicas*. P. 20.

Ars, sicut respicit factibilia, ita prudentia agibilia. 3 D. 36. Q. Vn. §. *Quantum ergo*. L. 22.

Ars si potest in aliquam formam, non tamen nisi in accidentalem tantùm: accidentalis autem requirit necessariò substantiam pro subiecto: non sequitur ergo, quod artifex, quia est agens subordinatum, requirat, vel præsupponat effectum naturæ, vt passum, sed quia agit ad talem terminum, qui requirit substantiam, in quam substantiam producendam non potest ars: Quod autem hoc non sit ex ordine agentium, patet manifestè, quia natura in actione sua præsupponit effectum naturæ, vt passum, sicut in alteratione præsupponit substantiam; est ergo causa communis ex parte naturæ, & artis in præsupponendo substantiam, quando scilicet agunt ad accidēs, quod non potest produci, nisi in substantia. 4. D. 1. Q. 1. §. *Tertia ratio*. I. K. 14.

Ars nulla potest adhibere idem actiuum, puta ignem, quantumcunque diuersis mixtis; ita quòd per illud agens fiat immediatè resolutio in aquam scilicet elementarem, quia illud agens non potest adhibere virtutem sine formis intermediis mutandi, neque etiam ita taliter diuersa in eundem terminū corrūpēdi. 4. D. 3. Q. 3. *Ad tertium principale*. H. 6.

Ars aliqua si posset inueniri ita excellens, cuius finis proprius non esset naturaliter cognoscibilis, oporteret de fine eius habere cognitionem per reuelationem. 4. D. 14. Q. 3. §. *Hic dicitur.* ℣. *Ad propositum*. E. 4.

Artis respectus ad creaturas, vt ad artificiata in Diuinis, est communis tribus, licèt approprietur Filio, sicut sibi appropriatur sapientia propter conuenientiam cum productione sua. 1. D. 27. Q. 3. *§. Ad tertiam quæstionem.* ℣. *Ad Augustinum*. K. 23.

Ars diminutè sumpta, scilicet, vt est habitus cum vera ratione non directiuus, siue non rectificatiuus in agendis, sed apprehensiuus tantùm rectitudinis in agendo, potest concedi in Deo, quia, posita determinatione voluntatis eius respectu quorumcunque operandorum, intellectus eius cognoscit istum ordinem operandorum; & tunc est ibi recta ratio, hoc est, cognoscens rectitudinem: non tamen recta ratio, hoc est, directiua ipsius potentiæ operantis. 1. D. 38. Q. Vn. §. *Ad auctoritatem*. F. 5.

Ars, hoc est, recta ratio, vt directiua, licèt non possit concedi in Deo ponendo potentiam operantem ad extra esse voluntatem solam: potest tamen ponendo aliquam potentiam executiuam aliam à voluntate, in eo saluari recta ratio directiua alio modò se habens, respectu illius potentiæ operantis se secundùm eam, quam possit modo saluari respectu voluntatis. *ibidem*.

Artem omnem de syllogismo apparenti informi, & defectuoso, sicut intellectus in naturalibus tradidit: sic posset soluere per illam artem omnem talem syllogismum, applicando talem artem ad talem paralogismum. 1. D. 42. Q. Vn. §. *Ad secundum principale.* ℣. *Sed contra*. D. 5.

Articulus.

Articuli fidei aliqui, & multa pertinentia ad fidem de Sacramentis, non sunt expressa in Euangelio: Et tamen Ecclesia tenet illa esse tradita certitudinaliter ab Apostolis. 1. D. 11. Q. 1 *Ad secundum principale*. D. 5.

Articuli aliqui distincti fidei respiciunt distinctas Personas. 1. D. 24. Q. Vn. §. *Respondeo.* ℣. *Si tamen*. A. 2.

Articulum fidei restringere ad intellectum specialem, qui tamen traditus est in generali, quasi non possit esse intellectus generalis verus, nisi specialis sit verus: hoc videtur reducere articulum ad incertitudinem; videtur enim incertum, quod sine incerto non potest teneri. 1. D. 26. Qu. Vn. §. *Ad primum forsan.* ℣. *Ad secundum*. K. 30.

Articulo vniuersaliter tradito videtur fieri maior reuerentia, si dicatur intellectum eius vniuersalem posse esse verum, quocunque speciali posito, vel negato, quod non est traditum, vel tenendum, quàm quod non possit esse verus, nisi aliquod determinatum speciale sit verum. *ibidem*.

Articulus condemnatus in vna Diœcesi sicut articulus hæreticus, vbique est damnatus, sicut hæreticus, non auctoritate tantùm Diœcesani, sed etiam auctoritate Papæ; *Extra de hæreticis. cap. Ad abolendam*; vel saltem sententia est suspecta, quando in aliqua Vniuersitate solemniter est damnata. 2. D. 2. Q. 5 6. *§. Contra hoc*. n. 1.

Articulis de omnibus fidei habere solum actum implicitum, quatenus scilicet habent habitus, non sufficit, sed in habente vsum rationis requiritur actus distinctior, & explicitus; sed non requiritur necessariò in quolibet pro isto statu, scilicet quòd omnes illos articulos explicitè, & distinctè credat, quia Deus nullum obligat ad impossibile: Et ideo si sit aliquis rudis, qui non possit concipere quòd est natura, & quid persona, non est necesse, quòd habeat actum explicitum de articulo pertinente ad essentiæ vnitatem, & Personarum Trinitatem distinctè, sicut habent Clerici litterati, sed sufficit quòd si non potest talia intelligere, quia nec terminos, quòd credat, sicut Ecclesia credit. 3. D. 25. Q. Vn. §. *Sed posito.* ℣. *Harum articulorum*. D. 6.

Articulorum fidei ad aliquem actum: sine sic: Ad aliquem actum de articulis fidei explicitum pro aliquando, & ad alios in generali, vt scilicet credat, quod Ecclesia credit, omnes tenentur. *ibidem*.

Articulus aliquis fidei non est arctandus ad intellectum difficilem, nisi ille intellectus sit verus: sed si verus est, & probatur euidenter esse verum, oportet secundùm illum intellectum tenere articulum, quando inquiritur in speciali, quia nullus alius intellectus specialis verus est: sic autem supponitur de intellectu articuli transubstantiationis. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad argumenta pro opinione.* ℣. *Ad secundum*. F. 15.

Articuli cùm sint tres respicientes distinctè tres Personas, possibile est, aliquem errare in vno articulo, & non in alio, & per consequens peccare actualiter in vnam Personam, & non in aliam; quia habita actuali consideratione, de vna non oportet, quod habeatur de alia. 2 D. 43. Q. 1. *§. Respondeo hic primò.* ℣. *Videtur tamen*. A. 2.

Articulum fidei, scire esse verum impossibile est pro statu isto de lege communi; ideo sicut credo, Deum esse Trinum, & Vnum, & non scio, nec scire possum illud pro statu isto. Sic credo, me habere fidem infusam, inclinantem in illud, sicut in verum, quod est in se verum. 3. D. 23. Q. Vn. §. *Sed quid.* ℣. *Respondeo*. I. 17.

Articuli fidei si distinguantur quantum ad ipsa credita, sunt quatuordecim: Si autem distinguantur secundùm numerum illorum, qui primò articulos distinxerunt, sic sunt duodecim secundùm numerum duodecim Apostolorum. 3. D. 25. Q. 1. §. *Sed posito.* ℣. *Sed habito*. C. 4.

Articuli fidei, si distinguantur quantum ad ipsa credita, quatenus sunt de Deo tantùm ratione naturæ, vel essentiæ, habetur hic articulus: *Credo in Deum*. Quatenus ratione Personæ, sunt tres articuli, secundùm quod sunt tres Personæ: Primus, *Patrem omnipotentem*: Secundus, *Et in Iesum Filium eius, Dominum nostrum*: Tertius, *Credo in Spiritum Sanctum*. *ibidem.* ℣. *Circa quod*. & ℣. *Si primò*. C. 4.

Articuli fidei quatenus sunt de Deo tantùm ratione effectus Dei, sunt tres articuli de Deo: Primus quantùm ad creationem, *Creatorem Cœli, & terræ* Secundus quantùm ad gratifi-

Articulus.

gratificationem, *Remissionem peccatorum*: Tertius quantùm ad glorificationem, *Carnis resurrectionem, & vitam æternam*: Et sic habentur septem de Deo in ratione Dei tantùm: & hæc distinctio est melior, quàm illa, qua aliqui includunt opus creationis in primo articulo, quod pertinet ad vnitatem essentiæ: & vltimum opus diuidunt in duos articulos, *Carnis resurrectionem* dicentes vnum articulum, & *Vitam æternam*, alium: Distinctio, inquam posita, est melior, quia Apostolus ponit vnum articulum de creatione per se, Hebr. 11. *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent*: Sic autem habentur septem articuli de Deo in ratione Dei tantùm. *ibidem*.

Articuli pertinentes ad Deum ratione naturæ assumptæ sunt septem. Primus pertinet ad conceptionem, *Qui conceptus est de Spiritu Sancto*: Secundus ad natiuitatem, *Natus est ex Maria Virgine*: Tertius ad passionem, *Passus sub Pontio Pilato*: Quartus ad descensionem ad Inferos, *Descendit ad inferos*: Quintus ad Resurrectionem, *Tertia die resurrexit à mortuis*: Sextus ad ascensionem, *Ascendit ad Cælos &c.* Septimus ad iudicium, *Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos*. *ibidem*.

Articulorum fidei, prout distinguuntur quantum ad ipsa credita, Petrus tres in vnum complexus est, dicens, *Credo in vnum Deum* quantum ad vnitatem essentiæ: *Patrem Omnipotentem* quantum ad Omnipotentiam: *Creatorem Cæli, & terræ* quantum ad opus creationis: Ioannes posuit articulum de Persona Filij: Articulos autem de Conceptione, & Natiuitate Iacobus Zebedæi in vnum articulum: De Passione posuit Andræas: De descensu ad inferos Philippus: Resurrectionem Thomas: Ascensionem Bartholomæus: Aduentum ad iudicium Matthæus: De Persona Spiritus Sancti Iacobus Alphæi: Opus gratiæ dixerunt duo Apostoli; nam Simon posuit effectum gratiæ quoad collationem homini, scilicet, *Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem*: Iudas Iacobi quoad mali remissionem, *Remissionem peccatorum*: Effectum gloriæ posuit Mathias, vel secundùm alios Thomas. 3. D.25. Q.1. §. *Sed posito*. ℣. *Horum articulorum*. C.5.

Artifex.

Artifex eget virtute, idest arte, *ad rectè agendum* ex 6. Ethic. non autem indiget virtute respectu illius, quod non est in potestate sua. *Prolog.* Q.4. §. *Dico igitur*. ℣. *Hoc patet secundo*. B.4.

Artifex in potestate sua habet factionem, & multò magis prudens habet in sua potestate actionem, qua est formaliter virtuosus. *ibidem*.

Artifex frequenter errabit, expertus autem non ita frequenter. *Prolog.* Q.4. §. *Ad rationes pro opinione*. ℣. *Ideo aliter*. Ff. 44.

Artificis in actione est contrarius processus in exequendo ei, qui est in intendendo. 3. D.7. Q.3. ∫. *Secundum dubium*. ℣. *Potest dici*. B.5.

Artifex in citharizando perfectus, ex 3. *Ethic.* 10. non discurrit in percutiendo chordas, nec syllogizat; aliàs videretur imperfectus. 3. D.18. Q.Vn. §. *Est igitur videndum*. ℣. *Respondeo, huiusmodi*. E.11.

Artifex differt ab experto, quia artifex sit *propter quid*; expertus tantùm, *quia* 1. *Metaph.* artifex non est promptus in agendo, expertus autem promptus est, vt habetur ibidem. 3. D.36. Q.Vn. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Etsi quæritur*. H.17.

Artifex quandoque per instrumentum inducit terminum principaliter intentum, sicut monetarius per instrumentum inducit formam in monetam, & sigillator in ceram. 4. D.1. Q.1. ∫. *Sed istæ rationes*. ℣. *Hoc non soluit*. D.9.

Artifex ex Augustino lib. 83. qq. q. 78. *ideo de nihilo non potest aliquid fabricare, quia per corpus operatur*: ista conceditur esse aliqua causa, & manifestior, sed non præcisa. *ibidem*. *Ad secundum principale*. Nn. 32.

Artificiale.

Artificialia distinguuntur à naturalibus ex parte principij actiui, quia natura est principium intrinsecum, sic determinatum, quo agens naturale agit sic, & non aliter: sed ars, vel voluntas, vel propositum est principium, quo habens illud potest sic, & aliter agere, sicut placet sibi. 2. Dist. 18. Quæst. Vn. ∫. *Contra primum*. ℣. *Respondetur*. B.5.

Artificialia distinguuntur contra naturalia ex parte principij passiui, quia naturalia habent in se principium passiuum inclinans, & tendens in hoc ad hoc, vt sic agantur; artificialia autem non habent huiusmodi principium sic inclinatiuum, vel inclinans ad talem incisionem, vel erectionem, vt patet in ædificijs, imo inclinantur in contrarium: vnde artificialia, vel mouentur ad formam talem contra inclinationem naturalem, & per consequens violenter; vel diceretur, quòd sunt in potentia neutra, si talis forma artificialis non insit eis contra inclinationem principij receptiui. *ibidem*. & ℣. *Ad aliud de differentia*. B.5.

Artificialibus, idest in artificialibus 7. *Meta.* *Tex.* 29. 31. sicut non fit aliquid nisi ab extra, ita in naturalibus fit aliquid tantùm ab extra, vt ignis ab igne. 2. D.18. Q.Vn. ∫. *Restat igitur*. ℣. *Prætereà, Aristoteles*. E.7.

Asinus.

Asinus, si concedatur, quòd potuit fuisse productus ab æterno, & potuit generare, & per consequens ab ipso potuissent fuisse omnes asini geniti vsque ad istum, non essent infiniti, sed potiùs finiti: & cùm contra hoc infertur, igitur tota duratio à productione illius asini vsque ad istum fuisset finita, negatur consequentia; ille enim & si productus fuisset ab infinito, non tamen potuit generasse ab infinito. 2. D.1. Q.3. §. *Tenenter autem*. ℣. *Ad tertiam*. F.17.

Asinus, si fuisset productus ab æterno, & perfectus ad generandum, tamen non oportet concedere, quòd generasset ab æterno, sed potius concedendum, quòd quieuisset, quia tunc non fuisset factus perfectior ab æterno ad generandum, quàm Deus ad creandum; & tamen per negantes creationem ab æterno, oportuisset Deum quieuisse à creando A, per infinitum quasi imaginatum; ita quòd contradictio esset, ipsum aliquid creasse, quin infinitum quasi præteritum imaginatum præcessisset: & tamen in creatione eius, scilicet in dando totum *esse* ei, quod habet in *esse*, non videtur ita necessariò includi nouitas, sicut in generatione, quæ est à priuatione ad formam: non igitur est inconueniens, si oportuit asinum generasse, quòd quieuisset per infinitum imaginatum à parte ante ab illa actione, quæ necessariò includit quòd sit noua, cùm ponas Deum necessariò quieuisse ab illa actione, quam non extendis formaliter includere nouitatem. *ibidem*. ℣. *Respondeo, asinus*. F.17.

ASS

Assensus.

Assensus duo intellectus, vnus scilicet, quo assentitur vero complexo propter se, sicut principio; alius verò, quo assentitur vero non propter se, sed propter aliud, sicut conclusioni propter principium, distinguuntur ex natura obiectorum; sunt enim alteri propter euidentiam alteram huius, & illius; & ideo habent diuersa obiecta sibi correspondentia, & ipsos causantia. 1. D.1. Q.3. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Est tamen*. A.2.

Assensus, siue actus assentiendi bono in voluntate, sunt duo: vnus quo assentitur alicui bono propter se; alius quo assentitur bono propter aliud bonum, ad quod illud bonum refertur; qui duo actus non sunt distincti ex distinctione obiectorum, sed ex distincto actu potentiæ liberæ sic, vel sic acceptantis obiectum eius, quia in potestate eius est sic, vel sic agere referendo, vel non referendo; & ideò non correspondent istis actibus propria obiecta distincta, sed quodcunque bonum volibile potest voluntas habere obiectum secundum hunc actum, vel illum. *ibidem*.

Assensus duo in intellectu, principio scilicet propter se, & conclusioni propter principium, sufficienter diuidunt assensum intellectus in communi, nec inter ipsos

est

Assensus.

est aliquod medium, quia nulla est euidentia media ex parte obiecti, à qua possit accipi aliqua veritas, quàm veritas principij, vel conclusionis. *ibidem*. ỿ. *Secunda differentia*. A.2.

Assensus aliquis medius est in voluntate præter duos assensus, bono propter se, & bono propter aliud bonum, quia voluntati potest ostendi aliquod obiectum bonum absolutè apprehensum, non sub ratione propter se boni, nec propter aliud bonum: voluntas autem circa tale sic ostensum potest habere aliquem actum, & non necessariò inordinatum, & consequenter potest habere aliquem actum volendi illud absolutè, absque relatione ad aliud, aut absque fruitione propter se. 1. D.1. Q.3. §. *Quantum ad primum*. ỿ. *Secunda differentia*. A.2.

Assensus imperfectus huic propositioni, *Deus est Trinus, & Vnus* potest per aliquid causari in nobis supplens causalitatem terminorum imperfectè cognitorum, sicut ex frequentia actuum cognoscendi terminos illos cognitione imperfecta causaretur habitus causans assensum propositionibus complexis ex illis terminis sic imperfectè cognitis. 3. D.23. Q.Vn. §. *Aliter potest poni*. E.9.

Assensus, quem causat in nobis fides infusa à Deo de credibilibus, non est ita perfectus, sicut erit quando videbimus eum sicuti est, scilicet Deum; sed est imperfectus. *ibidem*. E.10.

Assensus totus de credibilibus si sit ex habitu fidei, tunc, habitis omnibus, quæ concurrunt ad actum credendi in *esse* primo, sequitur necessariò actus credendi. 3. D.23. Q.Vn. §. *Contra, quia sic*. ỿ. *Contra, & est*. E.13.

Assensus de credibilibus fidei non est totaliter à voluntate; aliqui enim sunt, qui vellent magis assentire, & tamen minùs assentiunt; & ideo petebant Apostoli Luc. 17. *Domine adauge nobis fidem*: & in quadam collecta, *Dominica 13. post Pentecost* petitur augmentum eius: *Omnipotens sempiterne Deus da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum*: istud non oporteret petere, si totus assensus esset à voluntate, 3. D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. G.15.

Assensus firmus de credibilibus non potest esse à fide acquisita. *ibidem*. ỿ. *Quod autem*. G.15.

Assentire.

Assentire potest aliquis ex puris naturalibus, includendo habitum acquisitum, omnibus assertis, & reuelatis ab aliquo; quia ex puris naturalibus assentire potest illum esse veracem, qui talia asserit, & reuelat. 3. D.23. Q.Vn. §. *Contra, si fides*. ỿ. *Præterea in primo*. E.8.

Assentire nemo perfectè potest dictis eius, quem nouit posse falli, & fallere in his, quæ dicit. 3. D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ỿ. *Quod autem*. G.15.

Assentire aliquis potest per syllogismum falsigraphum opposito conclusionis demonstrabilis propter apparentem syllogismum, sed nunquam firmiter: & tunc causa adhæsionis est apparentia syllogismi, & causa prima deceptionis est defectus in forma, non in materia; quia tunc nunquam staret ad aliquod principium verum, sed iretur in infinitum in principijs. *ibidem*. *Ad secundum principale*. L.18.

Assentire nos complexionibus sine possibilitate contradicendi, vel errandi, vtpote primis principijs, experimur in nobis. 4. D.43. Q.2. §. *Respondeo*. ỿ. *Præterea habemus*. E.10.

Assimilans, assimilare.

Assimilare conuenit generationi, inquantum est à forma absolutè; distinguere, inquantum à forma, vt hæc. 1. D 7. Q.Vn. §. *Nota, quod*. ỿ. *Ad aliud &c.* V.24.

Assimilans, & assimilatum dicunt relationem actiui ad passiuum, fundatam super hanc relationem communem, quæ est similitudo; nam assimilans est causans similitudinem, sicut dealbans est causans albedinem, & assimilatum est causatum secundùm similitudinem, sicut dealbatum est causatum secundùm albedinem. 1. D.19. Q.1. *Ad tertium principale*. M.9.

Assimilans, sicut est dans similitudinem, ita declarans, actiuè sumptum, est efficiens ipsam declarationem formalem in ipso actu animæ, siue in subiecto illius actus. 1. D.32. Q.2. §. *Ad istam quæstionem*. A.6.

Assimilatio.

Assimilationis, vel similitudinis geniti cum generante, principalis ratio est ipsa forma, & hoc non secundùm vnitatem, vel identitatem indiuidualem, inquantùm forma hæc, sed secundùm vnitatem, & identitatem minorem, inquantùm forma est, & secundum hoc, est ratio gignendi. 2. D.3. Q.6. §. *Ad quæstionem quintam*. ỿ. *Ad illud*. S.22.

Assistentia.

Assistentia alicuius in memoria, & voluntate perfecta ad gignendum, & spirandum, si intelligatur esse, vt obiecti ad potentiam, fortè illa requiritur tam in memoria, quàm in voluntate, & magis fortè ad hoc, vt per actum communicetur natura, quàm ad hoc, vt actus sit necessarius, quia principium illorum, scilicet obiecti, & potentiæ, vtrumque per se est ratio propriæ necessitatis in eliciendo actum suum, vt suus est; sed fortè non vtrumque per se est ratio perfecta consubstantialitatis termini ad ipsum producens: Et tunc verum est, quòd non requiritur talis assistentia ad actum essentialem, quia licèt ibi requiratur obiectum, non tamen vt principium communicandi suam propriam perfectionem. *Quodl.* Q.16. §. *Contra istud*. ỿ. *Si autem*. Q.12.

Assumptio.

Assumptionis alterius naturæ, quàm humanæ à Verbo nulla est causa impossibilitatis, vel incompossibilitatis, etiam natura humana iam assumpta ab ipso manente vnita. 3. D.1. Q.3. §. *Respondeo*. A.2.

Assumptio noua partis in se, quæ priùs non fuit vnita Verbo Diuino, videtur quòd fuit in morte Christi Domini. 3 Dist.2. Quæst.2. *Ad quartum principale*. ỿ. *Sed restat*. I.15.

Assumptum.

Assumptum semel à Verbo *nunquam dimissum*; verùm est de principalibus partibus corporis, quæ concurrunt ad perfectionem hominis, cuiusmodi sunt partes heterogeneæ, cor, caput, manus, & huiusmodi: tamen aliquæ partes dimissæ sunt, vt si incidit sibi vngues, vel rasit sibi capillos, & sic de partibus carnis, & alijs: imo totum sub ratione totius fuit dimissum, quia totum integrum ex partibus non semper fuit vnitum. 3. D.16. Q.Vn. §. *Sed contra*. ỿ. *Ad primum*. D.8.

AST

Astrologus.

Astrologi, ideo non iudicant determinatè de effectibus planetarum, & stellarum, orbiumque cælestium in ordine ad mixta, quamuis illorum causalitas respectu horum sit determinata, & necessaria, quia non sciunt perfectè qualitates, & virtutes Cœlorum, & stellarum concurrentium ad talem effectum, quas si cognoscerent, possent de his iudicare; & ideò creditur, quòd Angeli habent harum perfectam notitiam, ita quòd possunt de his benè iudicare, & quo ad tempus, quando venturi sunt illi effectus, & quo ad qualitatem eorum, vel quantitatem; & etiam si talis effectus sit impedibilis per aliam stellam: Poterunt enim scire quòd non eleuabitur, nisi tantùm de materia, vel sic: & possunt scire, si erunt venti dissipantes, & in quo situ, & vbi dissipabuntur, & cadent: Hæc verò omnia, quia non plenè nouerunt Astrologi, ideo non plenè, nec perfectè, nec securè de his possunt iudicare; tot enim causas oportet ibi concurrere, quòd nimis est difficile iudicare de talibus. 2. Dist. 14. Quæst.3. §. *Secundò dico*. ỿ. *Sed dices*. & ỿ. *Dico, quòd causa*. F.5.

Astrologos frequenter contingit verè pronosticare de moribus hominum, puta, quòd erunt luxuriosi propter pronitatem voluntatis rationalis ad sequendum appetitum sensitiuum, quam causant corpora cælestia, vel per huius-

Astrologus.

huiusmodi constellationes, non quòd ita eueniat necessariò, quod non posset esse aliter de his, quæ dependent à voluntate rationali, si homo vellet magis sequi per voluntatem legem rationis, quam sensus: *Sed cogitationes hominum pronæ sunt ad malum*: Genes 8. *Et peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus*: *Ecclesiast.* 1. *ibidem*. ✝. *Quarto dico*. I.6.

Attentio.

Attentio maior, vel conatus tam in sensu, quàm in intellectu facit actum perfectiorem, posito eodem repugnante: idem enim habens eamdem speciem intelligibilem, vel phantasma, perfectius intelligit illud, ad cuius intellectionem magis conatur; & minùs, quando minùs. 1. D.3. Qu.7. §. *Conclusio istarum*. ✝. *Similiter habitus*. H. 17.

Attentio circa plura obiecta est minus perfecta, vt experimur: & ideo videtur, quòd impossibile sit potentiam finitam perfecta attentione videre infinita simul. 3. D.14. Q.2. §. *Sed si ista via*. O.20.

Attentio actualis celebrantis pro pluribus, non considerando actu singulos in particulari, propter multitudinem, minuitur, quia non est ad eos, nisi in communi, sed deuotionem, quæ est motus mentis in Deum, non oportet minui. *Quodl.* Q.20. §. *De primo*. ✝. *Contra, distractio*. D.7.

Attingentia.

Attingentia actualis actus ad obiectum est relatio rationis in actu abstractiuo. *Quodl* Q.13. *Ad argumentum principale*. ✝. *Istud, quod*. Nn.33.

Attributalis.

Attributalis proprietas se habet quasi passio naturæ Diuinæ secundùm Damascenum *lib* 1 *cap*.5. *Prolog*. Q.3. §. *Contra istas*. ✝. *Sed adhuc*. H. 10.

Attributali nulli proprietati repugnat communicabilitas ad plura ad extra, nisi quatenus est essentiæ Diuinæ, vel idem illi essentiæ inquantum infinitæ. *ibidem*. ✝. *Tertio quia*. H. 10.

Attributalis perfectio in Deo est perfectè; in creaturis imperfectè. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam*. A.6.

Attributales omnes perfectiones, sapientiam scilicet, bonitatem &c. habet essentia Diuina ante omnem considerationem intellectus, & hoc absque omni distinctione præsupposita in essentia, quia illæ perfectiones attributales non requirunt oppositum modum principiandi, nec distinctionem in principijs; ita enim essentia naturaliter est intellectus, sicut est voluntas. 1. D.13 Q. Vn. *Ad argumenta pro opinione*. N. 16.

Attributio.

Attributionem essentialem ad substantiam habet totum illud, quod est accidens: & tamen ab hoc, & illo potest conceptus communis vnus abstrahi; cum attributione enim stat vnitas conceptus abstrahibilis ab ijs, in quibus est attributio vnius ad aliud. 1. D. 3. Q. 3. §. *Contra istam*. ✝. *Consimiliter*. Q. 17.

Attributio, seu analogia includit essentialiter comparationem vnius ad alterum. 1. D.8. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Item breuius*. n.7. *Additio, quæ deest in hibernica æditione*.

Attributionem habentes, si sint duo conceptus, non possunt concipi, inquantum habent vnitatem attributionis, nisi priùs natura, vel saltem simul concipiatur iste, & ille, inquantum distincti, puta iste sub propria ratione, & ille sub propria ratione, quia isti sub proprijs rationibus sunt fundamenta ordinis, & attributionis, *ibidem*.

Attributio sola non ponit vnitatem vniuocationis, quia vnitas attributionis minor est vnitate vniuocationis, & minor vnitas, non concludit maiorem. 1. Dist. 8. Qu. 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad aliud*. E. 12.

Attributum.

Attributa propriè sunt illa sola, quæ quasi qualitates perficiunt in *esse* secundo rem præsuppositam in perfecto *esse* primo, scilicet quantùm ad omnem perfectionem, quæ competit rei, vt est substantia. 1. D.26. Q. Vn. *Ad secundum principale*. ✝. *Ad ista*. Dd. 55.

Attributa omnia pertinent ad intellectum, & voluntatem, quæ sunt principia emanationum. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam*. ✝. *Item contra*. E.8.

Attributa propriè essentiæ Diuinæ, sunt sapientia, & charitas, & alio modo transcendentia, scilicet veritas, & bonitas. 1. D. 26. Q. Vn. *Ad secundum principale*. ✝. *Istud patet*. Dd. 55.

Attributa non sunt quasi passiones essentiæ Diuinæ, vt naturaliter concipitur à nobis, quia consideratio attributorum à nobis naturaliter intelligibilium, est consideratio metaphysica, nisi sint quædam attributa per se tantùm conuenientia huic essentiæ, vt hæc, & non, vt à nobis nunc naturaliter intelligitur confusè. *Prolog*. Q. 3. §. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ✝. *Quod autem*. R. 18.

Attributum est simpliciter perfectionis in creatura, ita quòd simpliciter melius est ipsum, quàm non ipsum. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam positionem*. A.6.

Attributum in Deo non notat perfectionem primam, sed quasi accidentalem in bene esse. *ibidem*.

Attributum quodlibet continet essentiam Diuinam secundùm omnem rationem perfectionis idealis, quia ratio idealis correspondet perfectioni creaturæ, inquantum ea perficitur in *esse* quidditatiuo; & per consequens sub ratione illa, qua essentia illa est limitata: vnde & secundum diuersos gradus limitationis creaturarum distinguuntur ideæ, non autem inquantum ista essentia est perfecta simpliciter, quia sic correspondet omnibus vnum attributum; vt bonitas, aut perfectio simpliciter. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Item secundò sic*. C.6.

Attributum quodlibet, quia est perfectio simpliciter, sequitur quòd quodlibet est imitabile ab omni gradu limitato. *ibidem*.

Attributum sapientiæ non magis respicit ideata, quàm colorem ideatum, quia vtrumque æquè est limitatum, nec ab vno magis sumitur attributum, quàm ab alio. *ibidem*.

Attributa sunt perfectiones simpliciter dictæ de Deo formaliter. 1. D. 8. Q. 3. §. *Respondetur*. ✝. *Hoc non respondet*. n. 10.

Attributum nullum sumitur ab *esse* quidditatiuo in creatis, quia tale *esse* est limitatum, & quælibet perfectio eius sibi essentialis, sed ab illo, quod est perfectio accidentalis creaturæ, siue in bene *esse* eius sumitur attributum, quod dicit perfectionem simpliciter in subiecta substantia. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam positionem*. A.6.

Attributum in creatura, licèt vt natura quædam habeat gradum limitatum; tamen vt perficiens aliud in bene *esse* eius, nullam limitationem importat, *ibidem*.

Attributa omnia Diuina se se mutuo respiciunt in perficiendo actus intellectus, & voluntatis, in quibus consistit beatitudo *ibidem*. ✝. *Item quinto*. D.8.

Attributa inter se; Inter attributa, hoc est inter perfectiones essentiales Diuinas non est tantùm differentia rationis, hoc est, diuersorum modorum concipiendi idem obiectum formale; talis enim distinctio est inter sapiens, & sapientiam, & vtique maior inter sapientiam, & veritatem: nec est ibi distinctio obiectorum formalium in intellectu, quia illa nunquam est in cognitione intuitiua, nisi sit in obiecto intuitiuè cognito: Est ergo ibi distinctio tertia præcedens intellectum omni modo; & est ista, quòd sapientia est in re ex natura rei, sapientia autem in re formaliter, non est bonitas in re. 1. D.8. Q.4. §. *Ad quæstionem*. Q. 17. 18.

Attributorum Diuinorum distinctio non est tantùm rationis, sed aliquo modo ex natura rei. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Primò per tertiam*. E. 10.

Attributa, si realiter differrent ab essentia Diuina, hæc esset realiter causa ipsorum: & licèt per identitatem cum essentia sint incausata, non tamen secundùm suam rationem formalem, primò includuntur in causationem sui. *Prolog*. Q.3. §. *Contra istas*. ✝. *Secundò, quia si*. H.10.

Attributum.

Attributa Diuina sunt infinita per se, & in se, sed non omninò à se, tanquam prima radix, & fundamentum omnis infinitatis, quia secundùm Damascenum *lib. 1. cap. 5.* dicunt aliquid quasi circa essentiam: & bene possunt esse talia infinita, & in se, & per se, sed radicaliter in essentia, sicut in fundamento, cui sunt eadem. 1. D. 13. Q. Vn. §. *Alia est opinio*. ℣. *Respondeo, potest dici*. N. 16.

Attributa non sunt propriè principiata ab essentia Diuina, licèt essentia Diuina concedatur aliquo modo habere rationem perfectionis radicalis, & fundamentalis respectu eorum. 1. D. 13. Q. Vn. §. *Ad argumenta pro opinione*. N. 17.

Attributi Diuini, vt sapientiæ v.g., ratio est infinita, & similiter ratio bonitatis: & ideo hæc ratio est illa per identitatem, quia oppositum non stat cum infinitate alterius extremi; tamen hæc ratio non est formaliter illa; non enim sequitur, est verè idem alteri, ergo formaliter idem eidem; est enim vera identitas A. & B. absque hoc, quòd A. includat formaliter rationem ipsius B. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam solutionem*. ℣. *Ad tertium*. Y. 24.

Attributa, etiam in abstracto, prædicantur de se inuicem, & etiam de Deitate in abstracto sumpta per identitatem, quia sic in abstracto nunquam vmeunque abstrahantur, semper retinent infinitatem, quæ virtualiter continet identitatem realem. *ibidem*. *Ad argumentum principale*. Z. 25.

Attributa omnia sunt quasi proprietates naturæ Diuinæ, sicut dicit Damascenus *lib. 1. cap. 5. Non naturam, sed quæ circa naturam sunt, dicunt*. 1. Dist. 31. Quæst. Vn. §. *Quantum ad tertiam*. ℣. *Consimiliter*. D. 4.

Attributorum distinctio in Diuinis est fundamentum respectu distinctionis emanationum Personalium, quia Filius procedit naturaliter nascendo, tanquam Verbum conceptum in intellectu; Spiritus Sanctus procedit liberè spirando, tanquam amor conceptus in voluntate, & non vt Verbum; quod non potest esse, nisi esset aliqua distinctio intellectus, & voluntatis ad intra; sed productio Personarum ad nihil extra necessariò comparatur. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Item tertio*. D. 7.

Attributum, vt attributum dicit, intentionem secundam, & relationem aliquam rationis circa illud, de quo dicitur, vnde etiam numeratur, & verum est dicere, quòd bonitas, & sapientia sunt duo attributa, & consequenter secundùm illud, secundum quod est numeratio, non est verum dicere, *hoc est hoc*, quia illud est rationis; sed non propter hoc negatur ista, *Sapientia est bonitas*, vbi non includitur illud rationis, quod numeratur in eis; & per consequens à simili non includendo, nisi illud, quod reiicit, si omninò idem esset in re Paternitas, & Spiratio, hæc esset vera, *Paternitas est Spiratio*. licèt non ista, *Notio, vel proprietas Paternitatis, est notio, vel proprietas spirationis*. *Quodl.* Q. 5. §. *Circa tamen*. ℣. *Sed hoc*. Q. 18.

Attritio.

Attritio est dispositio, siue meritum de congruo ad deletionem peccati mortalis, quæ sequitur in vltimo instanti alicuius temporis, in quo tempore ista attritio durauit; nec est tamen si Deus talem attritionem velit esse dispositionem ad iustificationem, nisi sit perfectè moraliter circumstantionata, saltem si est aliqua circumstantia inordinatè circumstantionata, non est dispositio ad iustitiam, quia tunc est actualiter offendens: sed si est tantummodo carens aliqua circumstantia debita ex inconsideratione intellectus, vel omissione voluntatis, quantùm ad illam circumstantiam, tunc dubium est, si dispona sufficienter ad iustitiam. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *De secundo principali*. ℣. *Ad huius intellectum*. N. 14.

Attritio si est perfectè circumstantionata in genere motis, videtur omninò dispositio sufficiens ad iustitiam in termino illius attritionis acquirendam, in termino, inquam, quem Deus præfixit debere esse terminum illius motus attritionis, quam vsque tunc vult continuati: vel enim oportet dicere, quòd sufficienter iustificetur peccator sine omni dispositione sufficiente de congruo ex parte eius, & per consequens, difficile est saluare quòd apud Deum non sit acceptatio personarum, vel nulla potest esse sufficienter dispositio ad istam iustificationem, quàm ista attritio perfectè circumstantionata in genere motis, vt tunc in vltimo instanti, vel aliquo vsque ad quod Deus determinauit attritionem debere durare, ad hoc, vt sit meritum de congruo ad iustificationem, infunditur gratia, & tunc simpliciter deletur peccatum. *ibidem*.

Attritio fit contritio sine omni mutatione reali ipsius actus, si manet idem motus contra peccatum in *esse* naturæ, & moris, qui priùs erat: hoc enim posito, idem motus, qui priùs fuit attritio, in illo instanti fit contritio, quia in illo instanti fuit concomitans gratia, & ita actus formatus, quia habens secum charitatem, quæ est forma actus: vbi tamen oportet distinguere signa naturæ inter actum, vt est talis in esse naturæ, & moris, & inter charitatem, & inter actum, vt est formatus, quia in primo signo naturæ est ibi actus talis, in secundo charitas, in tertio actus formatus à charitate iam inclinante, & inhærente, & sic attritio fit contritio sine omni mutatione reali ipsius actus. *ibidem*. O. 15.

Attritio fit contritio in Sacramento pœnitentiæ, in hoc, quod peccator suscitatur secundùm *quid*, scilicet, vt habeat aliqualem displicentiam de peccatis, & propositum cauendi de cætero, & velit suscipere Sacramentum pœnitentiæ, in quo attritio fit contritio, & tunc suscitatur simpliciter per Sacramentum. 4. D. 14. Q. 4. *Ad secundum principale*. H. 9.

Attritus.

Attritus meretur iustificari de congruo. 1. D. 17. Q. 2. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ℣. *Contra saltem*. L. 26.

Attritus non solùm per aliquod tempus vsque ad certum instans in vltimo instanti recipit gratiam delentem peccatum, tanquam per virtutem meriti de congruo; sed non habens talem actum, qui sufficiat ad meritum de congruo, sed tantum habens voluntatem recipiendi Sacramentum Ecclesiæ, & sine obice peccati mortalis actualiter sibi facto, vel in voluntate inhærentis, recipit, non ex merito, sed ex pacto Diuino, effectum istius Sacramenti, vt sic parùm attritus, etiam attritione, quæ non habet rationem meriti ad remissionem peccati, volens tamen recipere Sacramentum pœnitentiæ, sicut dispensatur in Ecclesia, & sine obice in voluntate peccati mortalis in actu, in vltimo instanti illius prolationis verborum, in quo scilicet est vis Sacramenti istius, recipiat effectum, scilicet gratiam pœnitentialem, non quidem ex merito, quia dispositio interior non erat sufficiens per modum meriti, sed ex pacto Dei assistentis Sacramento suo ad effectum illum, ad quem instituit Sacramentum. 4. Dist. 14. Quæst. 4. §. *Quantùm ad tertium*. ℣. *Dicitur ergo*. E. 7.

AVA

Auaritia.

Auaritiæ peccatum non videtur esse, nisi circa appetibile vtile, quod ordinatur secundùm se vel ad voluptatem, vel ad honorem. 2. D. 42. Q. 5. T.

AVC

Auctoritas.

Auctoritas certa est via tuta, facilis, & communis, quæ non potest fallere, nec falli, ad credendum veritati Dei, licèt alias fit demonstrabilis. 1. D. 2. Q. 3. §. *Ad illa*. B. 7.

Auctoritas negatiua non tenet: siue locus ab auctoritate non tenet negatiuè. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad auctoritatem Philosophi*. Y. 37.

Auctoritates multæ Sanctorum, quæ non sunt veræ de virtute sermonis, exponendæ sunt. 1. Dist. 12. Qu. 1. §. *Iuxta quæstionem*. ℣. *Assigno aliam rationem*. M. 14.

Auctoritas Doctorum in docendo, & vtilitas populi audientis;

Auctoritas.

dientis; & consimiliter auctoritas Prælati in iudicio solemni peribit per mendacium officiosum, & iocosum, hoc sic intelligendo, quòd illud mendacium non percipiatur dictum seorsum ab actu docendi, vel iudicandi; dum enim aliquis sedet ad iudicandum, potest aliquam trufam miscere, quæ ex modo loquendi, scitur non esse de iudicio. 3 D 38. Q. Vn. §. *Secundum videndum*. ℣. *Hic potest dici*. D. 10.

Auctoritas paterna iusta est ex lege naturæ, quia omnes filij tenentur parentibus obedire: nec ista per legem aliquam Mosaicam, vel Euangelicam est reuocata, sed magis confirmata. 4. D. 15. Q. 2. §. *Hic sunt*. ℣. *Prima scilicet*. E. 7.

Auctoritas politica, quæ est super extraneos, siue in vna persona resideat, siue in communitate, potest esse iusta, ex communi consensu, & electione ipsius communitatis. *ibidem*. ℣. *Auctoritas vero*. E. 7.

Auctoritas paterna respicit consensum naturalem, quanquam non cohabitantes ciuiliter: Politica respicit cohabitantes quantumcunque nulla consanguinitate, vel propinquitate coniunctos, vt pote si ad Ciuitatem aliquam ædificandam, vel habitandam occurrerent extranei aliqui, videntes se non posse bene regi sine aliqua auctoritate, poterant concorditer consentire vt vel vni personæ, vel Communitati committerent illam Communitatem: & vni vel pro se tantùm, & successor eligeretur sicut ipse; vel pro se, & tota sua posteritate: Et ista auctoritas politica, vt patet, est iusta, quia iustè potest se submittere vni personæ, vel Communitati in his, quæ non sunt contra legem Dei, in quibus melius potest dirigi per illum, cui se submittit, quàm per se ipsum. *ibidem*.

Auctoritas iudiciaria simpliciter principalis sententiandi Cœlum huic aperiendum, vel apertum esse, soli Deo conuenit, quia ipse solus ex se est iustus, imo ipsa iustitia. 4. D. 19. Q. Vn. §. *Hæc secunda*. ℣. *De re*. & ℣. *Prima soli*. A. 4.

Auctoritas iudicandi rectè est potestas, cùm iudicare sit præsidentis. *ibidem*. ℣. *Tertiò dico*. D. 6.

Auctoritas cognoscendi in causa peccatoris, sine qua cognitione non rectè quis sententiat Cœlum huic aperiendum, vel claudendum, potest dici clauis Regni Cœlorum. *ibidem*. §. *De secundo articulo*. D. 7.

Auctoritatem habens diffinitiuè sententiandi in causa, habet auctoritatem cognoscendi in causa illa, nisi alicui committeretur quod sine causæ cognitione sententiaret in causa ad suum libitum; quæ commissio nnn videtur alicui rationabiliter facienda, qui posset in sententiando ettare, cuiusmodi est omnis viator. Deus ergo rectè committens Ecclesiæ auctoritatem primam, quæ est clauis potestatis, commisit sibi etiam secundam, quæ est clauis scientiæ. 4. D. 19. Q. Vn. §. *De secundo articulo*. E. 7.

Auctoritas cognoscendi, & si requirat scientiam, vel discretionem concomitantem rectum vsum eius, quemadmodum requirit clauis potestatis aliquam iustitiam ad rectum vsum sui; tamen sicut potestas iudicandi non est iustitia, imo potest esse sine iustitia, ita potestas, vel auctoritas cognoscendi in aliqua causa potest esse sine discretione cognoscendi. *ibidem*. ℣. *Nec est ista clauis*. E. 8.

Auctoritatem sine iustitia habens, & aliquid sententians, facit quod est potestatis, licèt indebitè fiat: & ita habens auctoritatem cognoscendi in causa, si attentet aliquid, facit, licèt indebitè: illud tamen, quod primus facit, semper est potestatis, & ideo semper dicitur clauis potestatis: hoc autem, quod iste facit, semper est scientiæ, idest, cognitionis in causa, licèt non scientiæ habitualis. 4. D. 19 Q Vn. §. *De secundo articulo*. ℣. *Respondeo, sine iustitia*. E. 8.

Auctoritatem cognoscendi in causa, sicut potest nunc præsidens committere alteri, non committendo sibi auctoritatem sententiandi in ea, vt si diceret committo tibi auctoritatem examinandi causam istam, & referas mihi, vt sententiem; posset etiam conferre auctoritatem sententiandi, sine auctoritate cognoscendi, vt si diceret committo tibi quòd sine omni cognitione causæ sententies, sicut placet: talis autem commissio non esset ordinata

Auctoritas.

alicui, cuius voluntas esset obliquabilis: ita etiam posset Deus committere auctoritatem cognoscendi, sine auctoritate sententiandi, & esset ista commissio ordinata simpliciter, si esset etiam in homanis: Posset etiam Deus de potentia absoluta alicui habenti voluntatem obliquabilem committere auctoritatem sententiandi sine cognitione in causa. 4. D. 19. Q. Vn. §. *De tertio articulo*. ℣. *Dico ergo*. F. 10.

Auctoritatem habet Ecclesia cognoscendi delicta publica, & ibi requiritur duplex auctoritas, cognoscendi scilicet causam, & sententiandi, sicut ad quodlibet iudicium rectum requiritur cognitio in causa illa, & sententiatio; istæ auctoritates pertinentes ad forum publicum, possunt dici claues: De hac potestate data Ecclesiæ, habetur, Matth. cap. 18. dicente Christo Petro, *Si peccauerit in te frater tuus*, & sequitur tandem, *dic Ecclesiæ; si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus*: & sequitur; *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælis; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælis*. 4. D. 19. Q. Vn. §. *De quinto articulo*. K. 15.

Auctoritas nulla præceptiua in scriptura auctoritatem habebit, si aliquod præceptum ibi datum non esset necessariò obseruandum; & consimiliter de consilijs, si aliquod consilium datum in scriptura non esset salubre, vel vtilius ad seruandum, nulla essee auctoritas obseruationis in Scriptura, ergo à simili, si sit aliqua concessio in scriptura de aliquo illicito, sicut est repudiatio vxoris legitimæ, sequitur quòd nulla concessio simpliciter auctoritatem habeat, quòd concessum sit licitum. 4. D. 33. Q. 3. §. *Alia opinio*. ℣. *Præterea, secundum*. n. 4.

Auctoritatem nullam videtur ille habere applicandi, vel assignandi aliquod bonum alteri, cuius applicatio nunquam tenebit, nisi fiat secundùm voluntatem alterius, de qoa iste regulariter non potest habere cerei-titudinem. *Quodl.* Q. 20. §. *De secundo autem*. ℣. *Contra hoc*. I. 15.

A V D

Auditio.

Auditio Angeli audientis alium Angelum sibi loquentem est solla illa cognitio, seu intellectio, quæ fit in audiente per intellectum loquentis exprimentem, ita quòd intellectus audientis nullam habeat causalitatem respectu actus, sed tantùm sit passiuus, & ista intellectio est expressa ab intelligente, inquantùm intelligens est. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad vlteriorem*. ℣. *Sed qualis*. F. 22.

Auditione, hoc est, in auditione audientis intellectus tantùm est passiuus, & quicquid est in eo, ita quòd si habet speciem habitualem ipsius auditi, illa species etiam non agit ad auditionem: quicquid etiam est sibi præsens, vt est sibi præsens, nihil agit ad eam; nam si intuitiuè esset idem singulare sibi præsens, quod est præsens loquenti, illud, vt est præsens sibi, non gigneret in eo auditionem, sed solùm gigneret in eo visionem, ergo intellectus loquentis, vel quæ sunt in ipso, vt in ipso, vel præsentia sibi, vt sibi, sunt actiua respectu auditionis; & hoc non vt proximi effectus; nam priùs causant ista præsentia loquenti intellectionem actualem in loquente, quàm causent illam auditionem in audiente. *ibidem*. ℣. *Patet ergo*. F. 22.

Auditio inquantùm ordinatur ad cognitionem habendam alicuius incogniti, ipsa præcedit omnem visionem, tam rei in se, quàm rei in intellectu alterius videntis, quàm etiam rei per speciem habitualem, quæ triplex visio distinguitur ab auditione: dicitur etiam auditio differre ab omni visione, quantùm ad certitudinem; quæ differentia fortè potest concludi ex ratione effectuum ordinatorum, quorum posterior est perfectior. *ibidem*. ℣. *Patet etiam ratio*. H. 23.

Auditio Angeli audientis, quando præcedit intellectionem, vel visionem propriam de cogitatione, vel visione Angeli loquentis, excitat ad intellectionem visionis Angeli loquentis, ita quòd licèt illa visio posset esse sine excitatione, non tamen est sine. *ibidem*. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. ℣. *Dico, quòd licèt*. M. 27.

Audi-

Auditus.

Auditus sine dubio erit in Beato post resurrectionem sub actu suo, si ibi [idest in vita beata] est sonus, & possibilis multiplicare, & immutare auditum. 4. D.49. Q.13. *Ad secundum principale*. G.12.

AVE

Auerroes.

Auerroes quamuis dicat, quòd *vnius naturæ videtur esse vnus modus communicandi* 8. *Physic. Comment.*26. tamen ibidem non loquitur expressè, nisi de homine; & quo ad hoc contradicit Auicennæ, sicut ipse dicit ibidem; imposuit enim Auicennæ, quòd posuerit, quod homo potuerit generari æquiuocè, & tunc conclusio Auerrois vera est: tamen Auerrois rationes videntur concludere non tantùm de homine, sed de quacunque specie naturalium generabilium: & si hoc intendat, conclusio ipsius est falsa, vt patet per Augustinum 3. *Trinit.*4. *&* 9. & etiam ei contradicit *Epistola ad Deogratias*: sed & ipsemet contradicit sibi ipsi in alijs locis de hac conclusione; nam de generatione accidentium æquiuoca patet per ipsum 2. *de Cælo, & Mundo, Comment.*42. vbi concedit, quòd in accidentibus non semper est generatio ab vniuoco, & ponit exemplum de calore: in substantijs etiam patet, quòd ignis generatur æquiuocè, & vniuocè; quòd æquiuocè, patet per ipsum 3. *de Cælo, & Mundo, Comment.*56. & alibi: item patet de animalibus, quòd multa generantur æquiuocè 12. *Metaph. Comment.*18. *Vespæ videntur fieri de corporibus æquorum mortuorum; & Aper de corporibus vaccarum*. 1. D.2. Q.7. *Ad primum principale*. R.S.27. 28.

Auerrois illius maledicti secundùm fictionem licèt: vel sic: Licèt secundùm fictionem illius maledicti Auerrois de vnitate intellectus omnibus hominibus 3. *de Anima*, *Comment.* 5. possit sic fingi de corporibus tuo, & meo, quòd scilicet in ijs sit vna numero anima, sicut de lapidibus illo, & isto [iuxta fictionem ponentium in ijs vnam substantiam, & aliam, & aliam per quantitatem:] tamen, non tantùm secundùm fidem, sed secundùm philosophiam veram, necessariò tenendo aliam, & aliam animam intellectiuam, non potest poni natura humana esse de se athoma, & tamen aliam, & aliam per quantitatem, quia in isto, & in illo homine est alia, & alia forma substantialis præcedens naturaliter quantitatem. 2. Dist.3. Quæst. 6. §. *Ista positio*. ꝟ. *Tertio, in scientia*. A.7.

Auerroes, *in tractatu de substantia orbis*, videtur materiam Cœli negando, melius habere intentionem Philosophi, quàm alij ponentes in Cœlo materiam. 2 D.14.Q.1. §. *Respondeo* n.2.

Auerroes ille maledictus in fictione sua 3. *Anim. Comment.*5. quæ tamen non est intelligibilis nec sibi, nec alijs, ponit intellectum esse quandam substantiam separatam, mediantibus phantasmatibus nobis coniungibilem, quam coniunctionem, nec ipse, nec alius sequax eius adhuc potuit explicare; nec per illam coniunctionem saluare hominem intelligere. 4. D.43.Q.2. §. *Respondeo*. ꝟ. *Præterea, omnes*. A.5.

Auersio.

Auersionem voluntatis in malum Angeli obstinati quamuis videatur *Augustin. de fide ad Petrum* dicere semper manere, & obstinatio sit signum voluntatis malæ: tamen quia actus, dum manet, habet quasi continuè causam, quia eius *esse* est quasi in continuo causari, sicut Deus non potest esse causa mali, inquantùm malum, in prima electione sui, ita nec in esse suo continuato; & consequenter sola voluntas erit causa; à Deo tamen est illa pœna ignis, quod est malum puniens. 2. D.7. Q.Vn. §. *De secundo*. ꝟ. *De isto*. N.20.

Auersio ab vltimo fine formaliter contrariè, vel negatiuè intelligitur sic, quòd voluntas nolit illum finem, & tale *nolle* est odire: vel non velit, cum deberet velle, & tale *non velle* est omittere illud præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum*. 2. D.37.Q.Vn. §. *Ex ista solutione*. ꝟ. *Ad primum*. D.8.

Auersio.

Auersio virtualiter ab vltimo fine intelligitur sic, quòd quando aliquid est necessarium ad consequendum finem vltimum, voluntas auersa ab illo, in hoc virtualiter à fine auertitur, sicut intellectus negans conclusionem virtualiter, negat principium: & sic infirmus dicitur auerti à sanitate, quando auertit se à potu amaro, sine quo non potest haberi sanitas. *ibidem*.

Auersio ab vltimo fine formaliter contrariè, vel negatiuè secundùm se est eiusdem rationis, nec includitur formaliter in quolibet peccato: est enim odium Dei speciale peccatum, & omissio illius præcepti, *Diliges Dominum* &c. est aliud speciale peccatum. *ibidem*.

Auersio virtualiter ab vltimo fine est communis omni peccato mortali, quia in omni peccato mortali voluntas inordinatè se habet respectu alicuius necessarij ad finem. 2. D. 37. Q.Vn. §. *Ex ista solutione*. ꝟ *Ad primum*. D.8.

Auersio hominis à Deo est essentialis ratio peccati cuiuscunque; sicut enim formalis ratio rectitudinis est propria virtus in actu finis circa ens ad finem, sic & carentia rectitudinis talis, est carentia propriæ virtutis à fine, quia propria auersio formalis ab eo, quod est necessarium ad finem: & hoc modo nihil aliud est auersio, nisi deordinatio voluntatis circa aliquid ordinatum ad finem ex præcepto Diuino, circa quod deberet ordinari. *ibidem*.

Auersio actualis posset fieri ab vna Persona Diuina, non ab alia. 2. D.43. Q.1. §. *Respondeo hic primo*. ꝟ. *Videtur tamen*. A.2.

Auersio à Deo circa vitam hominis, qui est Christus, odiendo scilicet illam vitam in eo, quem Deus noluit odire, erat pessima auersio, & ita occisio hominis illius, erat grauissimum peccatum, quantùm erat ex parte obiecti. 3. D. 9. Q. Vn. §. *Quantum ad istum*. ꝟ. *Ad aliud*. H. 13.

Auersio a fine potest intelligi actualis nolitio ipsius finis, & patet, quòd non omnis peccans auertitur isto modo, cum forte frequenter peccans non actualiter consideret finem, vel si considerat, non illum in se ex malitia respuit. *Quodl.* Q.18. §. *Ex isto*. ꝟ. *Ad aliud*. Cc. 19.

Auersio à fine potest intelligi non formalis (hoc est actualis nolitio) ipsius finis, sed quasi virtualis, quæ potest poni acceptatio aliqua voluntatis incompossibilis volitioni finis, saltem efficaci, vel consecutioni finis, sicut quando voluntas vult omnino aliquid inordinatum, & deordinans à consecutione finis, puta aliquid contra præceptum Diuinum, sine cuius obseruatione possibile non est consequi finem: & isto modo intelligendo, auersio est solius voluntatis. *Quodl.* Quæst. 18. §. *Ex isto*. ꝟ. *Ad aliud*. Cc.19.

Auersio largè potest dici quæcunque malitia separans à fine efficaciter volendo, vel consequendo: & talis malitia potest esse in actu voluntatis imperato, quia cùm imperare actum sit malum, non stat voluntatem efficaciter velle finem vltimum, nec etiam consequi ipsum; sicut igitur referibilitas, vel quasi ordinabilitas ad finem potest dici conuersio, sic inordinabilitas potest dici auersio. *Quodl.* Quæst. 18. §. *Ex isto*. ꝟ. *Ad aliud*. Cc. 19.

Auersio quando dicitur quòd non est nisi vna in actu interiori, & exteriori, verum est, intelligendo de actuali, & quasi virtuali nolitione finis; imo non est talis auersio nisi in actu interiori: & si sic intelligatur quòd auersio sit formalis ratio in peccato, negandum est; imò sufficit inordinabilitas actus imperati ad finem, quæ posset dici largius auersio, scilicet quæcunque malitia separans a fine efficaciter volendo, vel consequendo. *Quodl.* Q.18. §. *Ex isto*. ꝟ. *Ad aliud*. Cc.19.

Auerto.

Auerti à Deo in vno est grauius, quàm in alio, & tantò grauius, quantò conuersio ad illum esset melior, cæteris paribus: diligendo autem naturam humanam in Christo, quæ erat optima creatura, quantùm ad plenitudinem gratiæ, summa conuersio potuit esse in Deum, quæ fit per actum vtendi creatura, quia illa creatura erat maximè coniuncta fini, & maximè referibilis in Deum, vt in finem, ergo auersio à Deo circa istud obiectum, odiendo scilicet illam vitam in eo, quem Deus noluit odire, erat pessima auersio. 3. D.9. Q.Vn. §. *Quantum ad istum*. ꝟ. *Ad aliud*. G.13.

Auertere intellectum à consideratione recta, non est cum

excæ-

Auerto.

excæcare, quia sic posset auertere, stante prudentia; possibile est enim, prudentem non semper considerare ea, quæ sunt prudentiæ, sed voluntariè quandoque alia. 3. D.36. Q.Vn. *§. Contra hoc arguitur*. *ỽ. Contra, quia sic*. E. 13.

Auertere velle intellectum à consideratione recta, (contra tenentes ad peccatum requiri aversionem intellectus, à consideratione recta, per voluntatem) requirit aliquid intelligere simul tempore, & prius natura: illud autem est dictamen rectum rectæ rationis stans, à quo voluntas vult eam auertere; & tunc sequitur, quòd velle auertere non est peccatum per se, quia stat cum recto dictamine: aut ille actus præuius ipsi velle auertere est alius à dictamine recto; & si sit rectus, sequitur idem, quod prius, scilicet, quòd velle auertere non sit peccatum; & ita nec ad ipsum sequitur excæcatio: si autem ille actus præuius ipsi velle auertere non sit rectus, tunc non erit excæcatio sequens ipsum velle auertere, quia præcedit illud velle, *ibidem*. *ỽ. Præterea, velle*. E.13.

AVG

Augmentabile.

Augmentabile, licèt semper dum augmentatur sit quantum, tamen ex quo variatur secundùm quantitatem, sicut alterabile secundùm qualitatem, quantitas non est ratio, nec per se conditio subiecti augmentationis. 4 Dist.11. Quæst.3. *§. Ad rationes*. *ỽ. Et præterea ista*. Ff. 51.

Augmentatio.

Augmentationem charitatis fieri per hoc, quòd nihil charitatis præexistentis manet idem numero in charitate aucta, sed quòd totum, quod præfuit, corrumpitur, & aliud indiuiduum perfectius illo generatur, fuit opinio aliquorum. 1. D.17. Q.3. *alias* 4. §. *Hic dicitur*. n.2. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam*. n.3.

Augmentationem charitatis fieri per extractionem, est ponere eam fieri per appositionem: saltem hoc probat sequi Doctor ex concedendis ab aduersariis. 1. D.17. Q.3. *alias* 6. §. *Sexto propter*. *ỽ. Contra istam*. Yy.3.

Augmentationem charitatis fieri per extractionem minùs rationabiliter dicitur, quàm fieri per appositionem. *ibidem*. *ỽ. Item sic opinans*. Yy.3.

Augmentatio aliquando dicitur de subiecto augmentationis, quandoque de forma, vt proximo, & formali termino augmentationis. *ibidem*, *ỽ. Ad secundum*. Zz.4.

Augmentatio nulla est in corpore imperfectè mixto assumpto ab Angelo, potest tamen esse vera iuxtapositio, si ipse velit subitò alia elementa, quæ possunt imperfectè misceri ad talem imperfectam mixtionem, apponere corpori suo, vt videatur crescere. 2. D.8. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. *ỽ. Quantùm etiam*. F. 4.

Augmentationis totus terminus *à quo* positiuus, qui est concomitans priuationem, qui est per se terminus *à quo*, manet, si ponatur in augmentatione tota quantitas præexistens manere. 4. D.10. Qu.2. §. *Dico ergo*. *ỽ. Ad aliud eiusdem*. O. 20.

Augmentationis terminatio, si est species generis quantitatis, est quantitas; si non, motus ille non erit per se ad quantitatem. 4. D.11. Qu.3. *Ad secundum pro prima opinione*. *ỽ. Et præterea illa*. Ee. 51.

Augmentationis per se subiectum est aliquod ens in actu secundùm aliquam formam priorem quantitate: forma autem prior non est, nisi substantialis, ergo per se subiectum augmentationis, & diminutionis non est, nisi substantia tantùm. *ibidem*. *ỽ. Quid ergo est*. Ff.51.

Augmentationem, si in nutritione nihil de nutrimento transit in veritatem naturæ humanæ, vt voluerunt aliqui, non possemus ponere possibilem in homine, nisi per miraculum; sicut patet de multiplicatione panum Euangelicorum: quare ergo magis deficeret natura illa, quàm natura bouis quo ad hoc, quod est acquirere quantitatem perfectam post imperfectam. 4. D. 44. Q. 1. *§. Circa istam quæstionem*. *ỽ. Præterea, secundùm, istam*. n. 4

Augmentatio est per se necessaria, vt genitum pertingat ad debitam quantitatem naturæ suæ. *ibidem*. §. *De secundo*. *ỽ. Alia via*. N. 16.

Augmentationum, & multarum alterationum, & communiter motus localis termini non sunt formæ actiuæ. *Quodl.* Q.15. *Ad argumentum principale*. *ỽ. Respondeo; omnis*. Y.24.

Augustinus.

Augustinus ostenditur tenere, quòd cuilibet potest esse naturaliter scita quæcunque conclusio demonstrabilis ex præmissis per se notis; nam 2. *soliloq.* vbi ait, *quòd spectamina disciplinarum quisque verissima esse nulla dubitatione concedit*: & Boetius *De hebdomadibus*; *communis animi cōceptio est, quā quisq; probat auditā*: & Philosophus 2. *Meta. Tex.* 1. *Prima principia sūt omnibus nota, sicut ianua in domo quia ianua nemini latet, licèt interiora domus lateant*: Ex quibus patet prima principia esse cuilibet nota; & consequenter conclusionem ex iis illatam in forma syllogistica in prima figura, quæ est naturaliter euidens: ostenditur etiam, Augustinum concessisse certitudinem eorum, quæ cognoscuntur per experientiam sensuum ex 15. *Trinit. cap.* 12. ibi: *absit à nobis* &c. Et denique, quòd concedit certitudinem de actibus nostris ibidem, *siue dormiat, siue vigilet, viuit, quia etiam dormire, & in somnis videre, viuentis est* &c. 1. D.3. Q.4. §. *Primò istæ rationes*. *ỽ. Quòd autem*. &c. A. 5. & 6.

Augustinus 8. *Trinit. cap.* 7. sic arguit; *Qui diligit proximum, consequens est, vt ipsam præcipue dilectionem diligat: Dilectio autem est Deus, consequens igitur est, vt diligat Deum*: Hoc argumentum Augustini sic tenet: omnis diligens proximum diligit dilectionem suam formaliter, si conuertit se super illam: omnis autem diligens dilectionem suam formaliter diligit Spiritum Sanctum, qui est dilectio per essentiam, quia diligens minus bonum, magis debet diligere aliud maius bonum, præcipuè quando in minori non est alia ratio diligibilitatis, nisi à maiori bono: Dilectio autem mea formaliter est minùs bona, quàm dilectio illa bona per essentiam, quæ est Spiritus Sanctus; & præcisè ab ista dilectione, illa habet rationem diligibilitatis: Illud ergo argumentū Augustini probat Deum esse diligendum, non tamen, quod sit dilectio mea formaliter; nec quòd non sit in me alia dilectio formaliter: debent quippe intelligi duo syllogismi in argumento Augustini, quorum vnus est iste, diligens fratrem, diligit dilectionem, quæ formaliter diligit: ista autem est dilectio participans, ergo diligit dilectionem participatam: vlterius alius syllogismus: diligens dilectionem participantem, debet diligere dilectionem per essentiam: Deus est dilectio per essentiam, ergo &c. 1. D.17. Quæst. 2. *alias* 3. *Ad primum principale*. Nn. 31.

Augustinus aliquando sensit quòd & si bona opera in præscientia Dei non sit ratio prædestinandi, fides tamen in præscientia Dei est ratio prædestinandi, sicut per eum patet *super Epistol. ad Romanos*, vbi vult, quòd propter fidem, quam præsciuit in Iacob, qua sibi esset crediturus, & infidelitatem in Esau hunc prælegit, & illum non: sed illud retractat ipse 1. *Retract.* 22. innuens contra se rationem, quia fides est donum Dei; sicut & ad alia bona opera, quod probat per Apostolum 1. *ad Corinth.* vbi dicit [scilicet Augustinus] *Illud non dixissem, si fidem inter dona Spiritus Sancti connumerare sciuissem*. 1. D.41. Q.Vn. *§. Circa istam quæstionem*. n. 2.

Augustinus non videtur retractare verba sua lib. 83. QQ. q. 68. quibus videtur significare prædestinationis, & reprobationis occultissima esse merita, quia non inuenitur in Augustino, vbi illa verba retractet; quia sicut ipsemet confitetur (& verum est) post illa verba, quæ adducit, sequuntur alia verba, quæ retractat de illa quæstione 68. 1. *Retractat. cap.* 26. & ista verba non retractat: videtur autem, quòd si intelligeret ea esse retractanda, non inciperet à verbis sequentibus ista. *Ibidem*. *ỽ. Sed contra*. n. 3.

Augustinus, & Anselmus crediderunt meritoriè laborare, vt intelligerent, quod crediderunt secundùm illud Isai. 7. secundum aliam translationem, *nisi credideritis, non intelligentis*: credentes enim inquirebant, vt intelligerent ea, quæ crediderunt, per rationes. 2. D.1. Q.3. *§. Tenentes istam*. *ỽ. Ad secundum*. A. 10.

Augustinus.

Augustinus arguens contra Arrium, quod Filius sit coæternus Patri, per exemplum ignis, qui si esset ab æterno, haberet splendorem ab æterno diffusum, arguit ad propositum, hoc est, exemplum est ad propositum, quia si ignem esse ab æterno inferat splendorem diffusum esse ab æterno per rationem producentis naturaliter, licèt antecedens hoc fuerit impossibile, & incompossiblile, & consequens similiter: consequentia tamen est necessaria, & bona quomodocunque sit de antecedente, & consequente; & consequenter vbicunque est illa ratio illationis, erit consequentia bona, & necessaria; sed ita est hic de Patre, & Filio, quia Pater est producens naturaliter respectu Filij, igitur ibi erit similis consequentia bona, & necessaria. 2. D.1. Q.3. §. *Tenenter positionem.* ℣. *Ad tertium*. B.12.

Augustini auctoritas 10. Ciuit. Dei dicentis, quòd *si pes ab æterno, vel in æternitate fuisset in puluere, semper ei subesset vestigium, quod tamen vestigium à calcante esse factum, nemo dubitaret, nec alterum alio prius esset:* Hæc, inquam, Augustini auctoritas non est secundum intellectum suum ibi posita, sed ponit eam secundùm intellectum Philosophorum: vnde præmisit ibi de Philosophis: *Sic enim*, inquiunt, *si pes esset in puluere ab æterno &c.* vnde, secundùm veritatem, pedem semper fuisse, & causas se vestigium in puluere, includit contradictionem. *ibidem*. ℣. *Ad auctoritates*. C.13.

Augustinus de animatione corporum cælestium *in Enchirid. cap.42. vel 43.* loquitur dubitatiuè: *nec illud certum habes, vtrum ad Ciuitatem supernam pertineat Sol, & Luna, & alia sydera, quamuis nonnulla corpora lucentia, non tamen intelligentia videantur*. Similiter 2 *super Genes. & 1. Retractation. cap. 18.* vbi facit mentionem de eo, quod dicitur *cap. 5.* viderut dicere Cœlum habere animam, quod *cap.10. & 11.* dicit non esse retractarum tanquam falsum, vbi dicit, *animal esse Mundum istum, nec auctoritate, nec ratione indagare potui:* non tamen propter hoc negat: vnde videtur manifestè, quòd in nullo libro scripto ante librum retractationum asseruit, quòd in libro retractationum retractet. 2. Dist.14. Quæst.1. §. *Secundùm Theologos*. ℣. *Quantum ad animationem*, & ℣. *Similiter*. D.5.

Augustinus translatione 70. interpretum communiter vtitur. 4. D.47. Q.1. *In argumento ad oppositum*. n.2.

Auicenna.

Auicennæ dictum, quod scilicet sit naturaliter cognoscibile primum obiectum intellectui esse ens, non includit quòd sit naturaliter notum ens esse primum obiectum intellectus nostri, & hoc secundùm totam differentiam entis ad sensibile, & insensibile; miscuit enim sectam suam (quæ fuit secta Mahometi) cum Physicis, & quædam dixit vt physica, & ratione probata, & alia vt consona suæ sectæ: vnde ipse ponit 9. Metaph. suæ, animam separatam cognoscere substantiam immaterialem in se; & ideo sub obiecto primo intellectus habet ponere substantiam immaterialem contineri. *Prolog.* Q.1. § *Ad primum*. ℣. *Ad aliud*. D.12.

Auicenna (cui contradicit Comment. 1. Phys.) ponens metaphysicam probare primam causam esse, bene dixit, & Commentator malè; tum quia si aliquas substantias separatas esse, esset suppositum in scientia metaphysicæ, & conclusum in naturali scientia, ergo scientia naturalis esset simpliciter prior tota metaphysica; quia philosophia naturalis ostenderet de subiecto metaphysicæ, *si esset*, quod supponitur toti cognitioni scientiæ metaphysicæ: tum quia per omnem cognitionem effectus potest demonstrari de causa, *quia est*, quam impossibile est inesse effectui, nisi causa sit, sed multæ passiones considerantur in metaphysica, quas impossibile est inesse, nisi ab aliqua causa prima talium entium, quia multitudo entium, dependentia, & compositio, & huiusmodi, quæ sunt passiones metaphysicæ ostendunt aliquid esse actu simplex, independens, & *necesse esse*, ergo ea illis passionibus metaphysicis potest demonstrari, aliquam primam causam istorum entium esse. *Proleg.* Q.3. §. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis*. ℣. *Ad Commentatorem*, & ℣. *Secundo, quia*. T.21.

Auicenna excusatur ab opinione sibi imposita 6. *Natural. p.5. cap.6. vel 7.* quod ipse senserit speciem intelligibilem non habere esse mansiuum in anima post actualem considerationem; excusatur, inquam, per hoc, quod ipse posuerit duplicem speciem in intellectu: vnam, quæ abstrahitur à sensibilibus, & hæc manet actu intellectus transeunte: aliam, quæ habetur ex influxu intelligentiæ, ad quam conuertitur: & hæc non manet, actu intellectus non manente. 1. D.3. Q.6. § *Secundo quæro*. ℣. *Qui ergo*. P.25.

A V R

Aureola.

Aureola Virginis est gaudium accidentale de sua innocentia, idest de nunquam cecidisse in illud peccatum, ad quod communiter natura prona est, maximè in adolescentia. 4. Dist.1. Q.6. § *Contra istam*. ℣. *Si obijciatur*. C.6.

Aurora.

Auroræ principium est ab illa hora, ex qua radij illuminant hemiphertum nostrum, & incipit, secundùm auctores in libro de Crepusculis, quando Sol est sub horizonte ad decem, vel octo gradus, quorum ascensus non continet spatium vltra medietatem horæ æqualis, & quintam vnius horæ. 4. D.13. Q.2. § *Tertium principale*. N.18.

Aurum.

Auro sic considerato, vt habet naturam auri; vel supposito considerato, vt subsistens in natura auri, non est melius non aurum, quàm aurum, quia incompossibile, vt incompossibile, non est alicui melius; destruit enim entitatem ipsius, imo melius sic est aurum esse aurum, quàm quodcunque incompossibile naturæ auri. *Quodl.* Q.5. §. *Secunda ratio*. M.13.

A V X

Auxilium.

Auxiliorum multitudo, & efficacia ex parte nouæ legis plus alleuiat, quàm grauat aliquid aliud præ lege veteri; ita quòd modica grauitas, si qua sit maior in moralibus [in lege noua, quàm in veteri] non præponderat grauitati in alijs, & hoc, pensatis auxilijs hinc inde. 3. D.40. Q.Vn. *Ad primum principale*. H.8.

A Z I

Azimus.

Azimus neque quod sit, neque fermentatus, non est de necessitate simpliciter panis consecrabilis. 4. D.11. Q.6. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Hoc ergo*. C.6.

B

Baculus.

Baculus in fluuio fixus; quia non habet vnde posset esse præsens omnibus partibus aquæ, ideo non est immensus respectu earum. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. *Ad primum argumentum pro opinione secunda*. Y.34.

BAL

Balneum.

Balneum intra mouere: vt efficiens, & extra vt finis, potest sustineri, si sustineatur quòd obiectum moueat potentiam effectiuè, licèt non sit causa totalis, sustinendo tamen, quòd sit tantùm causa sine qua non, & nullo modo mouens effectiuè, tunc potest glossari, quòd non mouet effectiuè per se, sed per accidens. 2. D.25. Q.Vn. *§. Ad primam. ✠. Ad aliud*. Q.21. & *Quodl*. Q.7. *Ad secundum in oppositum*. §. *Secundum scilicet*. ✠. *Contra omnis*. Hh.41.

Balsamum.

Balsamum; quod babet bonum odorem, significat bonam famam, iuxta illud 2. *Cor. cap.2. Christi bonus odor sumus Deo*. Balsamo etiam corpora mortuorum condiuntur, ne putrefiant; ideo significat incorruptionem 4. D.7. Q. 1. § *Circa istam*. ✠. *Quartus modus*. F.8.

BAP

Baptismus quo ad institutionem.

Baptismus fuit institutus à Christo viuente, quia discipuli baptizabant, vt patet *Ioan.3*. & præceptum fuit, vt publicè prædicaretur, Math. vltimo. *Docete omnes gentes baptizantes eos*. 4. D.2. Q.1. §. *Secunda Conclusio*. ✠. *De baptismo*. D.4.

Baptismus fuit institutus in lege noua; vt patet ex multis authoritatibus noui testamenti Christi, & Apostolorum, in quibus probatur necessitas baptismi, quod non esset, nisi esset institutus in illa lege legitimè. 4. D.3. Q. 4. §. *Ista quæstio*. A.2.

Baptismus non fuit primo institutus, quando Christus baptizabatur à Ioanne, quia ille non fuit baptismus Christi, idest, in forma Christi, sed in forma Ioannis; tamen Christus dedicauit tunc aquam materiam idoneam suo baptismo ex contactu suæ mundissimæ carnis, quia in legislatore confirmatus est vsus aquæ, idest, vt ministerium: nec etiam in illo verbo *Ioannis 3*. dicto Nicodemo, *Nisi quis renatus fuerit &c*. quia non est verisimile, tam necessarium sacramentum in conclaui coram persona priuata institui, quæ non debuit esse præco institutionis illius: Neque etiam differebatur institui vsque ad tempus Ascensionis *Math. vltimo*; nam Discipuli Christi ante passionem baptizabant baptismo Christi. *Ioan.3. Dicunt discipuli Ioannis ad ipsum, Rabbi, cui testimonium perhibuisti, ecce ipse baptizat, & omnes veniunt ad eum*, & sequitur cap. sequenti, *quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius*: conuincitur ergo, tempus institutionis fuisse ante illud tempus, quo discipuli Christi baptizabant, licèt præcisè hora institutionis non legatur in Euangelio. *ibidem*.

Baptismum fuisse institutum in lege noua fuit rationabile, quia sacramentum principale legis Euangelicæ, per quod scilicet intratur in eius obseruantiam, debuit esse nouum, & proprium illi legi: debuit etiam illud Sacramentum esse euidens in significatione, quia ista est lex veritatis euacuans vmbram: & debuit esse copiosum in gratiæ collatione, quia hæc est lex gratiæ Ioan.1. *Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*: Debuit etiam esse facile, quia *iugum Christi suaue est, & onus eius leue* Math.8. Item debuit esse commune, quia Deus ad legem Moysi elegit vnum populum, sed ad nouam legem totum mundum: *In omnem terram exiuit &c*. Hæc quatuor inueniuntur in vno, scilicet in ablutione cum verbis. *ibidem*. ✠. *Istud autem*. B.3.

Baptismus quatenus signum.

Baptismus, vel Sacramentum baptismi (si relatio signi importa per baptismum fundetur in ablutione similiter, & verbis, tanquam in vno fundamento) non esset ablutio, sed ablutio, & verba simul: sicut è conuerso ablutio non esset baptismus; quia ablutio sola non est subiectum, vel fundamentum huius relationis, sed ambo simul, scilicet ablutio, & verba, & consequenter nec alterum eorum denominatur per se ab alio. 4. D.3. Q.1. §. *In solutionem*. ✠. *Vbi notandum*. C.2.

Baptismi diffinitio (si ponatur, quòd relationis signi importatæ per ipsum fundamentum, sit sola ablutio, licèt cum habitudine ad verba concomitantia, ministrum sic intendentem, & ad personam suscipientem aliqualiter consentientem Baptismi, inquam, diffinitio tunc sicut de ablutione denominatiuè prædicaretur (licèt illa ablutio intelligatur circumstantionata multis relationibus talibus, ad hoc, vt sibi conueniat talis relatio) sic è conuerso in difinitione huius relationis in concreto acceptæ posset poni ablutio solummodo in recto, & omnia alia in obliquo cum quibusdam determinationibus significantibus illa determinare, siue circumstantionare ipsam ablutionem. *ibidem*.

Baptismi relationis in fundamento; siuè sic: in fundamento relationis baptismi [scilicet signi ad eius signatum] concurrunt ablutio, & verba, siue tanquam partes fundamenti secundùm vnam opinionem; siue tanquam fundamentum, & circumstantiæ fundamenti secundùm aliam. 4. Dist.3. Quæst.2. *§. Hic primo*. ✠. *Ad propositum*. A.4.

Baptismi non solum materiam, scilicet ablutionem, sed etiam forma, nempe verba, fundare relationem signi ad signatum videtur verius; quia verba non viderentur simpliciter necessaria, nisi essent signum, vel pars signi. 4. D.3. Q.1. *§. In solutione*. ✠. *Istorum*. C.34.

Baptismus quo ad significationem nominis.

Baptismus (supponendo ex vsu loquentium significatum nominis baptismi scilicet quòd significat quoddam speciale Sacramentum, vt si baptismus significet ablutionem, sicut apud Iudeos erant baptismata corporum, & vasorum, scilicet, ablutiones) tunc hoc, quod erit Sacramentum baptismi intelligendo ibi constructionem intransitiuam, significat Sacramentum speciale; & hoc tam specificando significationem, & effectum significatum, puta purificationem animæ à peccato originali, quàm specificando fundamentum talis significationis, & relationis: ex hoc, inquam supposito, apparet qualiter baptismus potest habere diffinitionem. 4. D.3. Q.1. §. *In solutione*. u.t.

Baptismus quoad diffinitionem.

Baptismus non est purè non ens, sicut impossibile; quia ratio eius non est in se falsa: neq. purum non ens, sicut negatio, & priuatio; sed est per se vnum, quantum ad illud, quod principaliter significat, quod est talis relatio signi ad tale significatum: & sola tertia conditio diffinitionis, scilicet, quòd oportet diffinibile esse ens reale, excludit à sacramento baptismi, quòd non habeat omnino perfectam diffinitionem. habet tamen eo modo, quo secundæ intentiones, vel quæcunq; relationes rationis diffiniuntur, quod sufficit, quantum ad intellectum, habentem scientiam per diffinitionem. 4. D.3. Q.1. §. *In solutione*. A. B. t.

Baptismi, si diceretur, quòd verba essent quædam determinatio ipsius ablutionis, quæ est signum; & sufficiat illud ponere signum magis, quàm duo, quando in vno potest inueniri ratio sufficiens significandi, & ablutio exterior, satis potest poni significare ablutionem interiorem: baptismi, inquam, hoc ponendo, talis ratio posset poni, quòd baptismus *est ablutio*

tio

Baptismus quo ad diffinitionem.

tio hominis aliqualiter consentientis, facta ab alio in aqua simul verba certa, cum intentione debita proferente, significaus efficaciter, ex institutione diuina, ablutionem animæ à peccato.ibidem. ¶ *.Istorum*. D.E. 3.

Baptismi, si teneatur, quòd verba sint pars fundamenti, posset poni talis ratio, quòd *baptismus est Sacramentum ablutionis à peccato, consistens in ablutione hominis aliqualiter consentientis, facta in aqua ab alio abluente, & in verbis certis simul ab eodem abluente cum debita intentione prolatis. ibidem* ¶ *.Quod si*. E. 3

Baptismi talis ratio (potest assignari, si ponamus illā relationē signi, quā importat, fundari in ablutione, vt in fundamēto totali, habente tamen habitudinem ad verba, & alia concomitantia) baptismus est *ablutio hominis viatoris, aliquater consentientis, vel libero arbitrio nunquam vsi, facta in aqua elementari fluida ab alio simul abluente, & certa verba (actum, & suscipientem cum inuocatione Trinitatis designantia) proferente, tam in abluendo, quàm in proferendo intendente facere, quod Christus instituit faciendum, vel quod intendit facere Ecclesia Christiana, efficaciter signans ex institutione diuina ablutionem animæ à peccato.* 4.D.6.Q.11.§*.Dico ergo*. ¶. *Ex dictis*. C.5.

Baptismi in diffinitione habemus tam suscipientem, quàm conditiones necessarias in suscipiente, *quia hominem viatorem aliqualiter consentientem*. habemus conferentem, & conditiones ex parte eius, scilicet, *quòd sit abluens, & verba proferens, & hoc simul, & debitè intendens*: habemus materiam; *quia est ablutio in aqua elementari*: habemus formam, *quia verba certa exprimentia actum, & suscipientem cum inuocatione Sātissimæ Trinitatis*: habemus id, quod pertinet ad rationem formalem baptismi, scilicet *quia ex institutione diuina efficaciter signans*: habemus correlatiuum, *quia ablutionem animæ à peccato.ibidem*. ¶ *.Et sic habemus*. D.6.

Baptismi ratio (si ponatur, relationem, quam importat, non fundari in ablutione, vt in fundamento totali, sed in ablutione, & verbis, tanquam in vno fundamento instituto ad signandum effectum vnum) baptismi, inquam, ratio talis completa potest poni: baptismus est *Sacramentum ablutionis animæ à peccato, consistens in ablutione hominis viatoris aliqualiter consentientis, vel libero arbitrio nunquam vsi, facta in aqua elementari fluida, cum prolatione verborum actum, & suscipientem, & ministrum cum inuocatione Trinitatis designantum, ab alio simul abluente, & verba ista proferente, & intendente facere, quod facit Ecclesia Christiana*: tunc eadem est ibi expositio particularum istius rationis, quæ fuit & alterius incipientis: *ablutio hominis &c.* nisi, quòd in ista ponitur primò istud, quod pertinet ad formalem rationem baptismi, cùm dicitur *Sacramentum*, & correlatiuum eius, cum dicitur *ablutionis*, & postea illa, quæ pertinent ad fundamentum, cum dicitur *consistens &c.* nec est differentia, nisi quia non ponitur totale fundamentum istius relationis vtroque modo idem: vtroque tamen modo idem principale importatur; quia siue per solam ablutionē, siue per ambo, scilicet ablutionē, & verba, aūt tamen ambo vnum signum integrum institutum quidem principaliter ad signandum principale signatum istius signi, scilicet vt abluatur anima à peccato, & hoc à Deo Trino, & vno, in cuius nomine baptizamur. *ibidem*. ¶. *Si autem*. & ¶. *Baptismus*. E.F.6.

Baptismus quatenus Sacramentum.

Baptismo aliqua conueniunt tanquam intrinseca, & aliqua vt extrinseca, & nihil intrinsecè pertinet ad ipsum, vel ad fundamentum eius, nisi sensibile: tamen sicut causa efficiens requiritur necessariò ad ipsum, tanquam causa extrinseca; ita illud, quod est quasi principium agendi tali causæ effectiuæ: principium autem vltimatum determinans agens intellectuale ad agendum, est intentio; quia tale Agens per imperium voluntatis est causa actiua motiua aliarum potentiarum, quæ subiacent imperio voluntatis: quando ergo dicitur, quòd nihil pertinet ad Sacramentum, nisi sit aliquid Sacramenti, vel res eius; verum est de eo, quod est intrinsecum ipsius Sacramenti; sed intentio neutro modo est intrinsecum; requiritur tamen ex parte Agentis. 4.D.6.Q.5.§*.Ad istam quæstionem*. ¶ *.Ad secundum*. G. 9.

Baptismi forma.

Baptismi forma necessaria simpliciter, scilicet ex parte Sacramenti, quo scilicet non existente omnino non est Sacramentum, non est ista, *Ego te baptizo*, *&c.* quantum ad omnia verba; quia Greci verè baptizabant, non tamen sub eadem forma. 4.D.3.Q.2.§*.De secundo*. & §*.Tertio de forma*. D. 7.

Baptismi eadem forma manet, si varietur tantùm secundùm aliquam vocem, vel voces idem omnino significantes, puta secundùm aliquam linguam diuersam à latina; quia in qualibet lingua potest fieri baptismus: fortè tamen non licet baptizanti ex officio, & solemniter, vti verbis cuiuslibet linguæ. *ibidem*. ¶ *.De istis quinque*. H. 9.

Baptismi forma non obseruatur, si voces substitutæ sint impertinentes, scilicet, si significent aliud omnino disparatum ab illo, quod significant illæ, quæ nunc sunt. *ibidem* ¶. *De omnino*.

Baptismi forma non seruatur in nominibus significantibus proprietates personarum diuinarum, & non personas, vt *genitor, genitus, spiratus*; quia Christus voluit personas vocari sub nominibus personarum: & rationabiliter, quia sicut Iudæis datum erat aliquod nomen significans essentiam diuinam sub propria ratione, quod ipsi vocabant nomen Dei *Tetagramaton*, ita Christus dedit Ecclesiæ nomina significantia personas sub proprijs nominibus. *ibidem*. ¶. *De nominibus*. H. 9.

Baptismi forma non seruatur, si ponatur ly *Trinitatis* loco Patris, & Filij &c. quia Christus intellexit diuinas personas explicandas: in hoc autem nomine *Trinitatis* importantur implicitè; & ideo quod dicit capitulum illud *à quodam de consecrat. Si in nomine Trinitatis vel in nomine Christi baptizati sunt, non debent rebaptizari, quia sic Apostoli baptizabāt, vt habetur Act.2.10.19. Trinitas* debet intelligi explicitè pro tribus, personis. *ibidem*. ¶. *De nomine*. H. 9.

Baptismi forma impedit variatio quantùm ad *vbi* (quæ consistit in transpositione verborum) si transpositio omnino variat sententiam, vt si dicatur, *Ego patris baptizo te in nomine Filij &c.* quia talis transpositio aufert conceptum orationis, vt instituta est: si verò transpositio permittit, vt transposita teneant quasi eamdem virtutem in ipsa, vt si diceretur *In nomine Filij, & Patris &c.* non impedit; quia & si congruum sit seruare ordinem proferendo personas, qui est secundùm originem, & necessarium hoc sit, quantum ad ministrum: tamen non videtur omnino necessarium ex parte Sacramenti; quia personæ quocunque ordine nominatæ, sunt vnum efficiens principale in baptismo, & vt sic inuocantur *ibidem*. §. *De quarta*. P.13.

Baptismi forma, qua nos vtimur, scilicet: *Ego te baptizo &c.* importat ablutionem fieri per ipsum ministrum formam proferentem; nam per verba illa proferens ea significat, se abluere: non autem debet oratio esse falsa, quæ est forma Sacramentorū versorum: consimiliter etiam debet intelligi verbum græcorum dicentium, *baptizetur &c.* quia non est tantùm deprecatio, sed etiam quædam efficax operatio, vt sit sensus: *Per istum actum meum circa istum baptizetur ille*. 4.D.6.Q.2.§. *De secundo*. E 5.

Baptismo, hoc est, in baptismo dicitur aliquid materiale, vt ablutio, & aliquid formale, scilicet verba, licèt ambo sint materialia simpliciter respectu eius, quod est simpliciter formale, vt est significatio: tamen hoc dicitur, eo quod verba sunt aliquo modo formalia respectu ablutionis. 4. D.11.Q.1.§. *Dico ergo*. E. 10.

Baptismus quo ad materiam.

Baptismus solus, communiter in Sacramentis consistentibus in vsu non requirit materiam specialiter consecratā, quia Christus tactu mundissimæ carnis suæ, quando voluit à Ioanne baptizari, totam aquā consecrauit, hoc est in vsum istum dedicauit 4.D.23.Q.*Vnica*.§. *De secunda*. ¶. *Exponendo ergo*. D.5.

Baptismi excellentiæ variæ.

Baptismus est ad reprimendum æstum concupiscentiæ, ad flectendum rigorem inobedientiæ; ad illustrandum claritatem fidei; ad introducendum in viam salutis; & hoc est commune omnibus: sicut lex ista, cuius hoc Sacramentum & initiatiuum, communis est omnibus ad salutem. 4.D.3. Quæst.3.§. *Hic dicendum*. ¶ *.Quare autem*. C.2.

Baptismus quo ad gratiam.

Baptismus in lege Euangelica pertinet ad generationem spiritualem. 4. D. 2. Qu. 1. §. *Respondeo*. ℣. *Conditio ista*. C. 3.

Baptismus à prima institutione contulit gratiam. 4. Dist. 3. Quæst. 4. §. *De secundo principali*. ℣. *Contra primum*. F. 8.

Baptismum nullus recipit frustra; quia gratia ibi augetur, nisi peruenerit ad terminum: & si fortè priùs peruenerit, additur ibi meritum obediendo præcepto diuino: nec etiam est frustra post plenitudinem gratiæ, si quis eam haberet, addere opera meritoria. 4. D. 4. Q. 6. *Ad tertium principale*. C. 4.

Baptismus, quantùm ad actum exteriorem, non significat, nisi quamdam deletionem immunditiæ corporalis: & tamen nullus negat, aliquid esse eius effectum positiuum. 4. D. 1. Q. 6. *Ad vltimum principale*. N. 13.

Baptismum suscipiens tam iustificatus non iniuratur, nec facit, quòd sit falsum signum; quia vel ibi confertur gratia aliqua, & tunc est signum verum practicum, vel nulla, si priùs erat gratia perfecta: & tunc est signum verum practicum non respectu eius, quod est gratia in fieri, sed in *esse*: & ablutio à peccato significatur vel tunc in fieri, vel tanquam nunc tusir, vel tanquam infienda, quantùm est ex parte Sacramenti, si scilicet aliquid inesset, à quo anima esset abluenda. 4. Dist. 4. Quæst. 6. *Ad quartum principale* C. 4.

Baptismus, secundùm aliquos, quantum ad effectum, qui est res Sacramenti, habet plures effectus, ordine tamen quodam, quia causat gratiam, & remittit fomitem, & huiusmodi: patet autem, quòd non in omnibus baptizatis æquè remittitur fomes. 4. D. 4. Q. 7. §. *Respondeo aliqui*. n. 2. Impugnatur quantum ad illud de fomite. *ibidem*. ℣. *Sed istud*.

Baptismi ad effectum, scilicet gratiam, concurrit causa principalis, scilicet Deus, & causa meritoria, vt passio Christi, & ipse suscipiens baptismum. *ibidem*. §. *Sic ergo*. ℣. *Respondeo*. A. 3.

Baptismus fluminis non habenti prius gratiam confert, & habenti auget, & frequenter in adultis præcedit baptismus flaminis baptismum fluminis: Si tamen non præcederet, vt in paruulis, conferretur per baptismum prima gratia. 4. D. 18. Quæst. *Vnic. quæ mota Distinct. 18. resoluitur*. D. 19. *post quæstionem ibi motam. Ad secundum principale*. H. 32.

Baptismus quo ad peccatum.

Baptismus tempore legis Euangelicæ institutus est in remedium contra culpam originalem. 4. D. 4. Q. 1. §. *Hic fuit*. ℣. *Teneo ergo*. A. 2.

Baptismus expellit omne peccatum: non quia in eodem instanti insit gratia, & peccatum; sed gratia baptismalis expellit omne peccatum, quod infuit vsque tunc: culpam autem, quæ tunc inest actu, vel quæ actu committitur, vel quia de illa nulla contritio inest, non expellit, quia inuenit obicem contrariæ voluntatis. 4. D. 4. Q. 5. *Ad tertium principale*. H. 9.

Baptismus quo ad vnitatem, & pluralitatem.

Baptismos conceditur magis esse plures, quàm vnum, quando vnus simul baptizet plures, tenendo, quòd Sacramentum baptismi sit baptizatio passiua: nec oportet ad plurificationem alicuius, omnia quæ sunt in illo plurificari ad hoc quòd totum plurificetur; forma in illo casu, scilicet, *Ego baptizo vos*, non esset simpliciter vna, quia *Vos* includit in se singulare pluries geminatum. 4. D. 6. Q. 3. §. *De tertio*. ℣. *Posset tamen*. G. 6.

Baptismus quo ad ministrum.

Baptismus plus dependet à Ministro ad hoc, vt sit Sacramentum, quàm à suscipiente, quia in eo simpliciter requiritur intentio: non sic in suscipiente, quia non potest vti ratione, [si sit infans:] sed quo ad hoc, vt hic effectus maior, vel minor recipiatur, magis dependet à baptizato. 4. Dist. 4. Quæst. 7. *Ad argumentum principale*. G. 5. *in fine*.

Baptismi ministrum, cum oporteat proferre verba, in quibus

Baptismus quo ad ministrum.

est forma, necesse est ipsum posse loqui; cum etiam requiratur intentio in Ministro, necesse est ipsum habere vsum rationis. 4. D. 6. Q. 1. §. *Respondeo*. A. 2.

Baptismum conferri ab homine viatore, & non ab Angelo aliquo, congruum est; tum quia Christus, qui instituit, homo fuit; tum quia in Sacramento est aliquid sensibile, & aliquod spirituale, & per consequens magis congruit ministro, & vtenti sensu, & intellectu, quàm purè intellectuali; & tertio quia per susceptionē baptismi ascribitur aliquis vt sit membrum Ecclesiæ militantis; vnde congruum est hoc fieri per aliquem in illa Ecclesia. 4. D. 6. Q. 1. §. *Respondeo*: ℣. *Generaliter etiam*. C. 3.

Baptismum suscipiens à pluribus ministris simul [ita quòd vterque minister totum faciat, & ablutionem scilicet, & prolationem formæ] est baptizatus, quia non est verisimile, quòd vnus faciens annullet factum alterius: sed si tantùm vnus eorum faceret quod facit, factum esset, ergo nihil minus quod facit, factum esset, alio similiter faciente. 4. Dist. 6. Quæst. 2. §. *De primo dico*. A. 2.

Baptismum suscipiente vno à pluribus [ita quòd vterque abluat] neuter in abluendo est causa totalis: & hoc siue ablutio fiat immergendo, (tunc enim ambo mouent corpus immersi vno motu causato à virtute motiua amborum; & licèt alter posset illum motum causare, quando simul moueant, neuter vtitur tota sua virtute motiua, qua posset ea vti: sicut apparet, cùm duo portant idem pondus, quod alter solus posset portare) siue fiat perfundendo, vel aspergendo; licèt vterque madefaciat aqua à se perfusa, vel aspersa: neuter tamen madefacit tota illa madefactione, quæ est per aspersionem amborum. *ibidem*. ℣. *Respondeo, si vterque*. C. 3.

Baptismum conferentibus duobus, quorum vterque facit totum, difficile est, quia alterius verba superfluant, ita quòd non sint per se pars vnius Sacramenti; quia ponere duo eiusdem rationis esse partes vnius, quod simpliciter esset perfectum habendo alterum eorum pro parte, videtur superfluum; quæ autem superfluunt, & cuius proferentis, difficile est assignare; quia qua ratione illa, & ista, & ita vtraque vel neutra; quia vterque æquè completè, & consimili intentione profert. *ibidem*. ℣. *Respondeo difficile*. C. 3.

Baptismus est Sacramentum necessitatis, & ideo potest à quocunque ministro conferri: & rationabile est quòd in aqua non consecrata; alioquin materia conueniens non posset esse communis, & impediretur salus multorum. 4. D. 1. Q. 1. §. *Circa istam*. ℣. *Ad secundum*. D. 2.

Baptismus non posset conferri, nisi à bono, non esset in magnum remediū viatoris, sed quasi communiter in detrimētum; cum enim quasi nullus possit esse certus de bonitate propria multò magis nec de bonitate alterius: ergo si ex bonitate ministri dependeret baptismus, nunquam posset aliquis esse certus se verè recepisse baptismum, quod est inconueniens. 4. D. 5. Q. 1. §. *Veritas quæstionis*. ℣. *Secunda congruentia*. A. 5.

Baptismi ministri talem actum [puta baptizandi] exercentes probabiliter præsumi potest, quòd intendant facere illud, ad quod actus secundùm se ordinatus est: sed non ita posset haberi certitudo de bonitate, vel sanctitate Ministri. *ibidem*. ℣. *Si dicas*.

Baptismum esse Sacramentum nouæ legis necessarium ad salutem statim erat de veritate fidei Christianæ, quia expressè habitum est in Euangelijs: sed quod ab hæretico posset conferri, non sic statim expressum fuit, immò nec tempore Cypriani declaratum: propter quod circa illam veritatem baptismi declarandam multum laborauit Augustinus in libris suis, vt de vnico baptismo, & contra Donatistas. *ibidem*. *Ad quintum principale*. D. 6.

Baptismum teneri quemlibet non recipere à præciso, vel excommunicato, & recipiendo peccare mortaliter, aliqui opinantur. 4. D. 5. Q. 2. §. *Hic distinguitur*. ℣. *De primo*. n. 2.

Baptismum Deus præcipit suscipi, nec determinauit, à quibus tempore necessitatis: Ecclesia prohibet communicare cum illo, quem præscindit; ergo magis obediendum est præcepto Diuino, quàm Ecclesiæ in casu; quòd tempore necessitatis recipiendi baptismum non possit haberi alius minister, quàm præcisus, vel excommunicatus. *ibidem*. ℣. *Contra illud*. A. 3.

Baptismus quo ad ministrum.

Baptismum recipere à præciso licet adulto, si alius minister haberi non potest. *ibidem.* ℣. *Potest ergo.* B. 4.

Baptismum adultus fortè, si alius minister haberi non potest, potest non recipere à præciso; quia baptismus flaminis sibi sufficeret, si propter reuerentiam Ecclesiæ talem vitet: pensatis tamen omnibus, melius videtur, quòd à tali recipiat, quàm quòd de vita hac sine baptismo decedat. *ibidem.* ℣. *Potest etiam.* B. C. 4.

Baptismum potest quis, immo debet recipere ab occultè malo Sacerdote non præciso, cuius vita non est scandalosa populo, si aliàs debeat eum recipere; quia propter peccatum, quod non est notorium, non debet aliquis in actibus notorijs vitare proximum: Si autem est publicè, vel notoriè malus, vtpote publicè fornicarius, aut huiusmodi; aut incumbit sibi ea officio dispensare Sacramentum baptismi, vtpote quia est Sacerdos, vel Curatus parochialis; aut non incumbit, tamen congrueret ratione officij, quia est sacerdos alioquin datus, vel vocatus in adiutorium curati: si primo modo, non peccat, qui recipit baptismum pro se, vel pro paruulo suo; quia non peccat, qui à malo debitum petit, vel accipit: ille autem Curatus debitor est parochiæ suæ in Sacramentis istis ministrandis: si secundo modo, si posset habere alium, cui non incumbit ex officio baptizare, aut æque malum, aut meliorem: si meliorem, peccat, qui ab illo recipit, quia non incumbit sibi Sacramenta ministrare, & si æque malum, debet recipere à suo: Sed si nullus alius possit haberi Curatus, vel Sacerdos, nisi æque malus isti, possit tamen haberi aliquis bonus laicus: dubium est, qui sit præferendus in isto actu, aut bonus laicus Sacerdote publicè malo, an Sacerdos malus bono laico. Et breuiter, quia officium ministrandi Sacramenta in Ecclesia competit Sacerdotibus, videtur dicendum, quòd quo ad illum actum magis eligendus est malus Sacerdos. *ibidem.* §. *Quantum autem.* D. E. 5.

Baptismum suscipiens extra Ecclesiam, vt fiat discipulus baptizantis [scilicet hæretici] mortaliter peccat, & non mundatur, sed polluitur, iuxta illud Ambrosij *de catechizandis rudibus, Qui faciunt, & quibus faciunt, nihil prodest, sed ad iudicium est. ibidem. Ad primum principale.* F. 6.

Baptismum petens à malo Sacerdote non cooperatur illi directè ad peccatum mortale, petit enim ab eo actum debitum, & in hoc non delinquit, quia nullius malitia excusat eum à soluendo debitum, quo tenetur alteri: ille etiam actus petitus posset solui sine peccato, si baptizaturus conteretur: vnde quantum est ex actu petentis, petens magis necessitat Sacerdotem ad pœnitentiam, quam ad actum peccandi: Si autem ille non pœniteat, nihil imputandum est ei, qui petit illum actum, quia non in quantum est peccatum petit, sed inquantum debitum est. *ibidem. Ad secundum principale.* G. 6.

Baptismum non posse haberi, quin committatur simonia ex parte baptizandi, vel offerentis paruulum baptizandum, est casus, qui de difficili, vel nunquam contingit; si enim sacerdos nolens baptizare, nisi mediante pecunia, vellet vendere aquam suam, & nullo modo aliter concederet eam, potest ista emi esto etiam quòd sit consecrata; sed nullo modo habendo oculum ad consecrationem, quia tantum valeret, quantum non consecrata; sic enim licet vendere calicem consecratum, nullo modo oculum habendo ad emendum, vel vendendum consecrationem. *ibidem. Ad tertium principale.* ℣. *Respondeo.* I. K. 7.

Baptismus quo ad suscipientem.

Baptismum suscipiens ascribitur per hoc familiæ Christi. 4. D. 4. Q. 4. §. *Hic distinguo.* ℣. *De tertio.* D. 3.

Baptismum suscipiens inuitus, vel negans consensum, vel ponens dissensum, non recipit Sacramentum, quia Deus per sapientem dicit Prouerb. 23. *filij præbe mihi cor tuum*, nolens aliquem omnino inuitum adscribere familiæ suæ: nec hic est distinguere de reclamante, seu protestante signo exteriori suum dissensum, & de non reclamante, quia in rei veritate, si est dissensus, omnino idem est quo ad Deum: tamen quantum ad iudicium Ecclesiæ iudicantis de manifestis, & eum, qui tacet, præsumentis consentire, non cogetur reclamans ad obseruantiã Religionis Christianæ, cogetur autem non reclamans. *ibidem.*

Baptismus quo ad suscipientem.

Baptismi capax non esset aliquis vtens ratione, omnino non consentiens, nec dissentiens tam actualiter, quàm habitualiter; quia ex quo vtitur ratione, oportet quòd habeat deuotionem aliquam ad Sacramentum, si debet sibi valere, aliter enim videretur contemnere. *ibidem.* ℣. *De secundo.* H. 5.

Baptismum suscipiens satis potest nosse certitudinaliter, sicut requiritur certitudo, quod ipsemet intendit recipere baptismum, & hoc sufficit ex parte eius. 4. D. 5. Q. 1. §. *Veritas quæstionis.* ℣. *Et si obijcias.* A. 5.

Baptismo, hoc est in baptismo magis propriè est adoptio in filium, quam matrimonium, quia paruulus non potest dici propriè contrahere matrimonium, cum non vtatur ratione, cuius vsus requiritur ad omnem contractum: in adoptione autem sufficit solus actus adoptantis, & si nullum habeat adoptatus. 4. D. 4. Q. 4. *Ad primum principale.* K. 6.

Baptismus non esset signum efficax, nisi totaliter ministraretur ab eodem; & hoc propter ordinationem principalis Agentis, & instituentis. 4. D. 6. Q. 2. *Ad secundum principale.* ℣. *Et si dicas.* N. 8.

Baptismus quo ad fictè suscipientem.

Baptismum suscipiendo potest aliquis esse fictus, ostendendo se esse dispositum ad recipiendum Sacramentum, & tamen non est dispositus interiùs, vel quia non habet rectam fidem, vel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in actu, vel præteritum, de quo nullo modo atteritur, vel conteritur: & isto secundo modo communiter loquuntur sancti, & doctores de fictè baptizato. 4. D. 4. Q. 5. §. *Respondeo, fictus.* A. 2.

Baptismum fictè suscipiens, idest, qui habet actualiter obicem contra gratiam, puta infidelitatem, vel aliquod peccatum, quod tunc actu voluntatis committit, vel quod prius commisit, & nullo modo sibi displicet, nullo modo recipit gratiam. *ibidem.* A. B. 3.

Baptismus si cum fictione suscipiatur, potest dici vno modo, quod illa fictio non dimittitur, nisi per veram pœnitentiam; sed ea dimissa, habet baptismus effectum suum respectu omnium peccatorum præcedentium baptismum, quæ tamen non erant causa fictionis in baptismo, v. g. aliquis ante baptismum commisit septem peccata mortalia, & venit ad baptismum de sex attritus, septimum autem actu placet, vel de eo nullo modo atteritur: istud septimum solùm est causa fictionis eius in baptismo. Oportet ergo, quòd verè pœniteat de isto septimo, & in se, & in quantum fuit causa fictionis eius in baptismo: quod pro tanto dico, quia fortè peccauit nouo peccato mortali faciens irreuerentiam Sacramento baptismi, recipiendo illud cum tali fictione: sed recedente illa fictione, quæ fuit impedimentum effectus baptismi Deus confert gratiam baptismalem in remedium contra alia peccata, quæ fuissent deleta in baptismo, nisi fictio occurrisset; & ideo talem de illis alijs non oportet habere nouam pœnitentiam, nec fortè nouam attritionem, præter illam, quæ habita fuit ante baptismum; sed solo impedimento amoto, sicut Deus signo suo priùs adstitisset ad causandum effectum eius, vel dandum, quando suscipiebatur, nisi fuisset impedimentum in suscipiente: ita paratus est semper post susceptionem eius signi assistere ei, qui suscepit, ad causandum effectum eius, quando cessat illud impedimentum. *ibidem.* ℣. *Et si obijciatur.* C. 4.

Baptismum suscipiens si non fuisset fictus, & postea lapsus, & postea pœniteret, potest dici quod in pœnitendo reciperet tantam gratiam, quantam nunc recipit pœnitens de fictione; quia resurgens per pœnitentiam à peccato mortali, recuperat totam gratiam, à qua cecidit, & aliquam vltra per pœnitentiam, & hoc vel in re, vel in diuina acceptione. *ibidem.* ℣. *Aliter potest dici, quod si.* E. 8.

Baptismum suscipienti, & peccanti mortaliter in ipso actu baptizationis Deus confert aliquod donum suum [puta characterem;] quia non vult sacramentum, quod verè ab eo suscipitur, esse vanum; & ita vult ibi aliquem effectum causare non autem vltimum [scilicet gratiam sanctificantem] quia indispositus est. 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem* ℣. *Ad tertiam rationem.* M. 20.

Baptismus quo ad initerabilitatem,

Baptismum Deus instituit initerabilem, ne propter plenam remissionem, quæ fit ibi tam culpæ, quàm pœnæ daretur occasio sæpius delinquendi, si baptismus posset sæpius iterari. 4. D.4. Q.5. ʃ. *Respondeo, fictus*. ℣. *Respondeo, rebaptizari*. B.3.

Baptismum, quòd non licet iterare, & etiam si iteretur de facto, quòd non haberet effectum, tenetur ab omnibus pro certo, & hoc dicunt auctoritates Sanctorum. 4. D.6. Q.7. §. *Ad quæstionem*. n.2.

Baptismum non posse iterari, aliqui probant ex hoc, quòd Christus semel est mortuus, & baptismus virtutem habet ex passione Christi, iuxta illud Apost. *Rom.6. In morte ipsius baptizati sumus*: sed hæc ratio non concludit; quia & pœnitentia virtutem habet ex passione Christi: absolutio autem, vel prima gratia non datur inimico, nisi per medium mediatoris; & tamen pœnitentia iteratur. Alia ratio ponitur, quia in baptismo imprimitur character, qui est indelebilis: sed ille probat propositum manifestius per immanifestius; à principio enim, ex quo baptismus institutus fuit, manifestum fuit de eo, quod non licuit, eum iterari: quòd autem character imprimatur, non est notum ex prima institutione, nec ex tota scriptura, neque etiam ex multis auctoritatibus Sanctorum. *ibidem*. ℣. *Vna quidem*. A.2.

Baptismi initerabilitatis ratio est institutio diuina, cuius non est aliqua causa prior, nisi voluntas eius: tamen ista institutio est rationabilis. *ibidem*. ℣. *Dico ergo*. B.3.

Baptismum non posse iterari est rationabile ex morbo, contra quem principaliter instituitur, illud enim remedium principaliter instituitur contra originale peccatum, quod non est nisi vnicum, nec iterari potest. *ibidem*.

Baptismus habet plenam remissionem pœnæ, & culpæ: si autem posset homo habere frequenter talem remissionem ab vtroq; esset magnum incentiuum delinquendi, illud enim quod est institutum in remedium relabentium, vtpotè pænitentia, non est sine magna pœna soluenda pro peccato: vnde non conuenit, baptismum posse iterari, sicut pænitentiam. *ibidem*.

Baptismi Sacramentum cùm sit principium, & ianua, per quod intratur in legem Christianam: per illud adscribitur aliquis familiæ Christi, & fit membrum eius, & Ecclesiæ militantis: licèt autem aliquis ingressus in collegium, si offendat, postquam ingressus fuerit, possit reconciliari, & Collegio, & capiti Collegij: non tamen frequenter in Collegium intrat, inde non conuenit, quod semel ingressus in Ecclesiam per baptismum, iterum, si offendat, per idem sacramentum ingrediatur. *ibidem*.

Baptismi iteratio si fiat cùm ignorantia facti, dummodo non truffatica, vel crassa, sed probabilis sit totaliter, excusat conferentem à pæna canonica, & suscipientem. 4. D.6. Q.8. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Posset ergo*. C.2.

Baptismus quo ad obligationem,

Baptismum primò promulgari per modum concilij fuit congruum propter duo: Primò quia lex euangelica, quæ est perfectissima, non debuit præcipitanter imponi, sed homines primò ad illam allici cadentem adhuc sub consilio, vt postea exercitatis posset sub præceptò imponi: Secundò, quia lex vetus non erat mala, sicut est idolatria, & ideo non debuit subito repelli, in hoc enim fuisset repulsa tanquam mala, sed debuit synagoga cum honore sepeliri, vt ostenderetur fuisse bona tempore suo impositio, autem baptismi per modum præcepti euacuatio fuit circumcisionis, saltem quantùm ad necessitatem. 4. D.3. Q.4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Hoc autem*. D.5.

Baptismi prima obligatio per modum consilij obligauit omnes ad non contemnendum ipsum: secunda autem per modum præcepti obligauit omnes, ad quos legitimè venit, ad eum suscipiendum. *ibidem*. ℣. *Hæc autem*. F.6.

Baptismus secundùm aliquos fuit sub consilio à prima publicatione eius vsque ad passionem, & hoc non euacuauit circumcisionem, etiam quantùm ad necessitatem; illo enim tempore necessarium erat Iudæo circumcidere paruulum suum, quia nondum fuit illa lex reuocata, sicut nec alia imposita: à tempore autem passionis vsque ad tempus publicationis Euangelij fuit circumcisio licita, sed nec necessaria, nec vtilis; quia in Christi morte legalia sunt consumata: Tertiò verò tempore, post publicationem Euangelij circumcisio fuit mortifera. 4. D.3. Q.4. §. *De secundo principali*. ℣. *Dicitur*. F.7. *Impugnatur ibidem*. ℣. *Contra primum &c.*

Baptismus post passionem Christi, antequam Apostoli baptismum prædicarent, non fuit aliter populo prædicatus, quàm ante; ergo non aliter obligabatur quis post passionem ad baptismum, quàm ante, nec per consequens ad circumcisionem aliter se habuit: nam nullus aliter se habet nunc, quàm priùs ad aliquam legem, nisi quia aliter sibi est promulgata. *ibidem*. ℣. *Contra secundum*. F.8.

Baptismi, & Circumcisionis præcepta ab eodem habent vim obligandi, & medendi, seu curandi, vt patet per Bedam super illud Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit &c. Qui nunc per Euangelium suum clamat terribiliter, & salubriter: Nisi quis renatus fuerit &c.* (*terribiliter* dicitur propter arctam obligationem; *salubriter* propter efficacem medelam, ille dudum clamabat per suam legem Gen.17. *Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit, peribit anima eius de populo suo*: sed circumcisio habuit vim obligandi, vsquequo reuocaretur; ergo per idem habuit vim medendi vsque ad illam reuocationem: sed per solam Christi mortem non est aliter reuocata, quàm prius, quia nulla lex est aliter promulgata. *ibidem*. ℣. *Item ab eodem*. F.9.

Baptismo, idest in baptismo non est distinguere, nisi duo tempora, scilicet tempus, quo erat sub consilio, & tempus, quo erat sub præcepto: & primum durauit à principio, ex quo prædicabatur Euangelium, vel baptismus per Christum, vel per Apostolos, vsque ad prædicationem solemnem authenticam eiusdem post Ascensionem Christi: ita quòd primum tempus nullam habet differentiam per mortem Christi, nec post eam, ex hoc sola, quòd aliter cucurrit post baptismus, quam ante: secundum autem tempus, vt credo, Incepit in die Pentecostes in Ierusalem; quia vsque ad illum diem Apostoli non prædicauerunt publicè, iuxta illud verbum Christi Luc.24. *Vos autem sedete in Ciuitate, donec induamini virtute ex alto*: Sed in die Pentecostes, misso Spiritu Sancto, solemniter prædicauerunt, *Et appositæ sunt illo die circiter tria millia, & baptizati sunt*. Act.2. *ibidem*. §. *Quantum ergo*. H.11.

Baptismi tempus [pro quo erat sub præcepto] quod erat secundum ipsius baptismi, & quartum circumcisionis [pro quo scilicet erat illicita, & mortifera quantùm ad gentiles conuersos ad fidem] simul concurrunt saltem post 14. annos à passione Christi, vel circiter, quando scilicet: Paulus ascendit Ierosolimam ad seniores super illa quæstione. *Act.*15. vbi primo allegat Petrus factum Cornelij, de quo habetur Act.10. & deinde Iacobus tanquam Episcopus in Hierosolymis profert sententiam secundum Magistrum historiarum dicens; *Ego iudico, non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, vt abstineant se à contaminationibus &c.* & de illis quatuor duo, scilicet *abstinere ab idolatris, & fornicatione* sunt necessaria; & ideo specialiter eis scribenda, quia de illis gentes minùs curabant: duo alia, scilicet, quòd *abstineant à suffocato, & sanguine* non erant necessaria, sed bene cōgruebant, vt gentes conuersæ ab ipsis abstinerent, ne essent abominabiles Iudæis. *ibidem*. ℣. *Tertium autem*. I.12.

Baptismi secundum tempus à principio sui totaliter fecit circumcisionem illicitam, quantum ad gentes conuersos, vel saltem post tempus tertij Concilij Hierosolymis. Act.15. de quo seniores decreuerunt legem non debere imponi gentibus conuersis 14. vel 15. anno post passionem Christi: sed quantum ad Iudæos conuersos secundum tempus baptismi nec à principio suî, nec post Concilium illud tertium Apostolorum exclusit omnino circumcisionem tanquam illicitam, nec alia legalia, sed multo post tempore licitè seruabantur. *ibidem*. K.12. 13.

Baptismo promulgato, vel post baptismum promulgatum per modum præcepti, quilibet quantumcunque iustificatus, qui non impleuit illud præceptum, cum quo Deus non dispensauit specialiter vt non teneretur ad illud, tenetur affectu, & pro loco, & tempore effectu, si manet viator nobiscum, quousque potest commodè recipere in effectu. 4 D.4. Q.6. ʃ. *Respondeo, dicendum*. A.2.

Baptismus comparatiuè ad circumcisionem.

Baptismus generaliter intendit in suscipiente gratiam iam habitam, vel inuentam, sed non est ita in circumcisione. 4. D.1. Q.6. ʃ. *De potentia*. ℣. *Respondeo dupliciter*. L.11.

Ba-

Baptiſmus comparatiuè ad circumciſionem.

Baptiſmus aperuit iannam, non autem circumciſio non quidem ex parte meritorum; quia quantumcumque magna gratia collata fuiſſet in virtute paſſionis Chriſti præuiſæ, non conferabator, vt efficax ad finem gratiæ, ſcilicet beatitudinem, niſi priùs obſequium illud eſſet ſolutum: minima autem ſi conferretur nunc in virtute huius obſequij iam ſoluti, conferretur tamen vt ſufficienter diſponens ad beatitudinem. 4.D.2.Q.1. *§. Hic ſequitur.* ℣. *Hinc etiam.* I.K.9.

Baptiſmus comparatiuè ad confirmationem.

Baptiſmus delet culpam, & pœnam ſine pænitentia, Confirmatio autem non. 4.D.7.Q.3. *In argumento ad oppoſitum.*

Baptiſmus comparatus ad Sacramentum Confirmationis ſecundùm illud, quod præcisè pertinet ad vtrumque, (quæ comparatio eſt per ſe, quia eſt ſecundùm præciſas rationes comparatorum) eſt ſimpliciter nobilius Sacramentum [quàm illud Confirmationis] loquendo de nobilitate Sacramenti penès finem principalem ſacramenti, quod eſt collatio gratiæ; nam ad maiorem gratiam, & ad plures effectus ſimpliciter nobiles confertur baptiſmus, quàm Confirmatio: loquendo tamen ſecundùm comparationem, quæ fit ſecundùm illud, ſecundùm quod vnum includit aliud, & ſecundum illud, ſecundùm quod ſcilicet Confirmatio ponit, præſuppoſito primo, ſcilicet Baptiſmo, Confirmatio multùm addit Baptiſmo; in hac enim comparatione vniuerſaliter ſecundum excedit primum, ſicut dico bona excedunt alterum eorum. *Ibidem.* ℣. *Reſpondeo.* A.B.

Baptiſmus quo ad cognationem ſpiritualem.

Baptiſmo, vel in Baptiſmo inter baptizatum, & eum, qui illum ſuſcipit de Baptiſmo; inter eundem baptizatum, & ſuſcipientis filios, & vxorem, ante ſuſceptionem carnaliter cognitam ab eodem; immo etiam inter ſuſcipientem, patremque baptizati, & matrem cognationem ſpiritualem iure contrahi conſtat, quæ cognatio impedit ad contrahendum matrimonium, & dirimit iam contractum. & eadem, quæ ſunt de ſuſcipiente dicta, ſunt etiam de baptizante cenſenda. 4.D.42.Q. *Vnica. §. Ex ſtatuto.* ℣. *Iuxta hoc.* I.9.

Baptiſmus ſanguinis.

Baptiſmo ſanguinis baptizatus, ſi poſtea eſt nobiſcum viator, tenetur affectu, & pro loco, & tempore recipere effectu Sacramentum, ideſt baptiſmum fluminis: hoc autem, quod ſupponitur, eſt bene poſſibile, ſicut de quibuſdam legitur, quod ſunt facti bis confeſſores; quia ſuſtinuerunt bis pœnas pro fide, propter quas tamen non ſunt mortui. 4.D.4.Q.6.§. *Ad ſecundum principale.* C.4.

Baptiſmus ſanguinis ſi ſit completus, quia ſic baptizatus moritur, & non manet nobiſcum viator, non eſt ſic Baptizatus obligatus ad præceptum viatoris. ſacramenta autem non habent locum, niſi pro ſtatu viæ. *ibidem.*

Baptiſmus Ioannis.

Baptiſmus Ioannis erat ſicut diſpoſitio merè preparatiua ad Baptiſmum Chriſti, vt per illam ablutionem faciliùs inclinarentur homines ad ſuſcipiendum ablutionem ſibi ſalutarem, nec eſſet moleſtum ipſis iam ad ſimile exercitatis: hanc rationem innuit Ioannes baptizans Ioan. 1. *Baptizo vos aqua*, ſupple *tantùm: medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis*, qui (ſupple baptizat vos) *non in aqua tantùm, ſed in ſpiritu, & veritate.* 4.D 2.Q.2.§. *Reſpondeo.* ℣. *Alio modo.* A.2.

Baptizandus.

Baptizandi mors quando ſic præſumitur ſequi ex actu baptizationis, quòd talis præſumptio eſt certa ex ſignis certis, vtpote ſi quis non habens aquam, quam poſſit attingere, niſi de ponte, propellat puerum in fluuium, vel in puteum (hic certum eſt, quòd quantum eſt ex ratione talis actus, nata eſt mors ſubſequi, quia ſubmerſio) dico, quòd quando ſic præſumitur mors, nullo modo debet aliquis eum propellere, aut proijcere; quia peccabit mortaliter occidendo: & quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in ſe ipſo, quàm quærere ſalutem proximi. 4.D.5.Qu.3. §. *Iuxta hoc.* ℣. *Reſpondeo, aut talis.* A.1.

Baptizandi præſumptio de morte imminenti; vel ſic: ſi præſumptio de baptizandi morte imminenti, vel accelerando propter baptiſmum, non ſit certa, ſed leuis, & fortè irrationabilis, vtpote ſi paruulus, vel adultus eſt in articulo mortis conſtitutus; dico, quòd habens conſcientiam de acceleratione mortis talis infirmi per baptizationem eius habet coſcientiam erroneam, quæ ſi nullus alius adſit, qui baptizet tenetur dimittere iſtam conſcientiam; quia in caſu illo nullum eſt aliud remedium vitandi peccatum mortale. apparet etiam ſatis rationabiliter quòd illa præſumptio eſt fatua, & irrationabilis; quia non multùm noceret etiam grauiter infirmo parum aſpergi de aqua in capite: & ſi fortè aqua frigida noceret, ſaltem tepida non noceret; quia paruuli tenerrimi pro remedio balneantur aqua tepida. *ibidem.* ℣. *Dicitur etiam.* A.2.

Baptizans.

Baptizanti ſolemniter, & ex officio fortè non licet vti verbis cuiuslibet linguæ, ſicut nec in confectione Euchariſtiæ; quia ordinauit Eccleſia Romana, quòd officia Eccleſiaſtica dicantur, & Sacramẽta miniſtrentur in latino grãmatico: & hoc rationabiliter, quia iſtud diſtinctius poteſt ſcribi, & proferri. 4.D.3.Q.2. *§. Tertiò de forma.* ℣. *De iſtis.* G.9.

Baptizans modò ſub nomine Chriſti peccaret mortaliter; quia legem ſuperioris nullus inferior poteſt reuocare, nec ſimpliciter, nec ad tempus: lex autem de baptizando in iſta forma communi *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij* &c. promulgata fuit à Chriſto. *Matth. vltimo* ergo eam pro tempore, pro quo Chriſtus non reuocauit, nullus alius poteſt reuocare: ſed licet diſpenſauerit in illa lege pro tempore primitiuæ Eccleſiæ, quia fuit ratio diſpenſandi, vt diuulgaretur nomen Chriſti: tamen, illa ratione ceſſante, non diſpenſauit, ergo nullus inferior pro tempore illo poſteriori poteſt aliqualiter à lege illa abſolui. *ibidem.* ℣. *Sed an modo.* I.9.

Baptizans modò ſub nomine Chriſti, videtur, quòd omnino non baptizaret; quia forma communiter tradita ſemper manet forma, niſi per formæ inſtitutorem pro aliquo tempore fiat aliqua diſpenſatio: ſed forma non fuit diſpenſatiuè tradita, niſi in tempore, pro quo fuit diſpenſandi ratio, ſcilicet in Eccleſia primitiua, vt nomen Chriſti diuulgaretur: vnde tempore illius diſpenſationis ceſſante forma illa ſola manet, quæ fuit forma ex inſtitutione. *ibidem.* I 9.10.

Baptizans cum variatione formæ, quantùm ad qualitatem, ideſt terminationes, quæ pertinent ad congruitatem ſermonis, verè baptizat; de iſta enim ratione patet per illud *cap. de conſecratione diſt.4. Detulerunt*, vbi Papa reſpondet de Sacerdote, qui baptizauit *in nomine Patria, & Filia, & Spiritu Sancta*, quòd ſi hoc fecit ex imperitia linguæ latinæ, non intendens inducere errorem, verè baptizauit. Quod ſic intelligendum eſt, quando eſt talis incongruitas in fine dictionis, quæ non prohibet, quin poſſit capi conceptus ſignificatus per dictionẽ; & quomodo hoc ſit poſſibile, bene experiuntur aliqui audientes quoſdam illiteratos, qui loquuntur incongruè, & tamen bene percipiunt, quid volunt dicere, etiam quantum ad ſingula verba. *ibidem.* §. *De tertia.* N.O.12.

Baptizans cum conſcientia erronea, baptizatione mortem baptizato accelerandam, non erit irregularis, ſi poſt mors ſequatur baptizati; quia nulla lex eccleſiaſtica, quantum ad illud, reddit irregularem, niſi merè homicidam: iſte autem ſecundùm veritatem non eſt homicida: tamen poſt mortem illius baptizati, ſtante illa coſcientia, tenetur ſe habere tanquam irregularem, quia ſe habet tanquam homicidam: ſed ceſſante, vel amota illa coſcientia, non oportet diſpenſationem quærere, quia nunquam fuit verè irregularis. 4. D. 5. Quæſt. 3. §. *Iuxta hoc.* ℣. *Reſpondeo, non.* C.2.

Baptizantem cùm oporteat abluere baptizatum (quod eſt actiuè facere corpus eius contingi ab aqua, & hoc, vel per motionem corporis ad aquam, vtpote immergendo, vel per motionem aquæ ad corpus, puta perfundendo, vel aſpergen-

Baptizans.

do) necessariò requiritur in baptizante virtus motiua, qua possit aliquo istorum modorum actiuè abluere alium. 4. D.6. Q.1. §. *Respondeo*. A.2.

Baptizantibus duobus simul vnum, & vtroque faciente totum, dici potest, quòd baptizatio huius, vel illius valet, scilicet, cuius baptizationem Deus acceptauit: cuius verò determinatè, nobis penitus incertum est: solùm Deus nouit, & cui voluerit reuelare. 4. D.6. Q.2. §. *De primo*. ℣. *Responsionem* C.3. *Additio*.

Baptizantibus duobus simul, & vtroque seorsum aliquid faciente, & neutro totum simul sic abluente (ita scilicet, quòd vnus abluat, & alius verba proferat, puta vnus mutus est, & tantùm abluit, alter mencus est, & verba profert) nihil fit: nec est alia ratio, nisi institutio Dei, qui sicut voluit esse vnum principale Agens, ita voluit habere ministrum integrum in collatione integra Sacramenti. Hoc etiam apparet accipiendo istam formam, qua nos vtimur; *Ego te baptizo*, &c. nam per verba illa proferens ea significat, se abluere; non autem debet oratio esse falsa, quæ est forma Sacramentorum verorum: consimiliter etiam debet intelligi verbum Græcorum, dicentium, *Baptizetur* &c. quia non est tantum deprecatio, sed etiam quædam efficax operatio, vt sit sensus *Per istum actum meum circa istum baptizetur ille*. 4. D.6. Q.2. §. *De secundo*. E.4 5.

Baptizans debet personaliter distingui à baptizato, vt dicitur expressè *Extra de baptismo, & eius effectu cap. Debitum*. Ad quod adducitur figura, auctoritas, & ratio congrua: figura quia Christus ad hoc significandum, non à se, sed à Ioanne baptizari voluit: auctoritas colligitur ex verbis Domini *Math. vltimo. Ite, baptizate omnes gentes* &c. Ratio, quæ innuitor ibi est ista; quia in baptismo celebratur illa spiritualis generatio, de qua veritas ait *Ioan. 3. Oportet vos nasci denuo*: sicut ergo in carnali generatione alius est qui gignit, & alius qui gignitur: ita & in Sacramentali generatione alius debet esse qui spiritualiter generat, & alius qui spiritualiter generatur. 4. D.6. Q.4. §. *Ista quæstio*. A.2.

Baptizantem non est necesse habere intentionem respectu vltimi finis illius Sacramenti, sed respectu baptismi. 4. D. 6 Q.5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Patet ergo*. F.9.

Baptizans non habens fidem de fine vltimo, non intendit ordinare istum per baptismum ad illum finem vltimum: credens tamen, cum posse per baptismum ascribi Sectæ Christianorum (siue credat sectam illam valere, siue non) potest intendere ascribere istum illi sectæ, vel generaliùs potest intendere facere per actum istum circa hunc, quod Christiani intendunt facere circa tales: sicut possem ego, credens Iudæos per circumcisionem distingui ab alijs, intendere hunc paruulum sectæ Iudæorum adscribere, & facere circa eum quod Iudæi faciunt circa suos circumcisos, etiam si non crederem circumcisionem illam valere ad salutem. *ibidem, Ad primum principale*. G.10.

Baptizans secundò, ignorans, illum esse baptizatum priùs, non est irregularis; non enim tenetur quicunque Sacerdos facere strictam inquisitionem, an vetula baptizauerit paruulum in domo: nunc autem non magis videtur ille puniendus, qui secundò baptizatur, & ignoranter, quàm qui secundò baptizat, immo minùs; quia ille quærit salutem suam, nescit in dubio, & ideo non videtur irregularis. 4. D 6. Q.8. §. *Iuxta hoc*, ℣. *Respondeo, iterari*. B.2.

Baptizare.

Baptizare aliquando licitum fuit sub nomine Christi; patet *Act. 2. 19. & 10. de Cornelio*. 4. D 3. Q.2. §. *Tertio de forma*. ℣. *De quinto*. H.9.

Baptivari non erat simpliciter necessarium propter solam institutionem ipsius, ante promulgationem: quod patet *Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent*. 4. D.3. Q.4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Primo, quod*. C.4.

Baptizare simpliciter possunt non Sacerdotes; Cum enim multi habeant ista tria requisita, scilicet virtutem motiuam abluendi; posse loqui ad proferenda verba, in quibus est forma, & vsum rationis ad hoc, vt habere possit intentionem nullum suppositum naturæ intellectualis excluditur à posse baptizare, nisi propter aliquem illorum trium defectuum, vel propter plures, vel omnes simul. 4. Dist. 6. Quæst. 1. §. *Respondeo*. ℣. *Simpliciter ergo*. A.2.

Baptizandi officium commissum est Sacerdoti: & sic intelligitur Isid. *de offic. lib. 2. c. 25.* dicens: *constat, baptismum solis Sacerdotibus tradi*. *ibidem*. ℣. *Per hoc*. D.4.

Baptizatio.

Baptizationes passiuæ plures sunt, si idem baptizat plures simul. 4. D.6. Q.2. §. *De primo*. ℣. *Et ex isto*. D.4. & *Ad primum principale*. L.7.

Baptizationis actum exercitum à Ministro Deus voluit esse humanum in eo, & non tantùm vt est talis actus in natura; quia in hoc non distingueretur à quacunque alia balneatione cum alijs verbis; sed in quantum est actus alicuius, vt Ministri exercentis signum Dei: habens autem actum humanum intendit finem illius actus, vt est sibi actus humanus; & consequenter Ministri Baptismi intendit finem proximum illius actus, vt est sibi impositus; sed finis vltimus, scilicet ordinare illum ad vitam æternam, non est finis huius, vt actus humanus, ad quem finem oporteat actum istum ordinare, vt sit sibi humanus. 4. D.6. Q.5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ratio autem*. C.4.

Baptizatus.

Baptizatus aliquis hic potest credere omnes articulos fidei; postea errare circa vnum tantùm, scilicet Trinitatem personarum, & vnitatem essentiæ: tamen sentit se firmiter adhærere omnibus alijs credibilibus; Non enim oportet errantem circa vnum articulum, errare circa omnes; quia hæreses non sunt necessariò connexæ. 3. D.23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Præterea hic est*. A.4.

Baptizaro aliquo nunc posito, cui occurrunt phantasmata terminorum illorum simplicium, mortis scilicet, & resurrectionis; cùm potentia tunc sit habituats habitu necessario inclinante (scilicet fidei ad assentiandum huic veritati, *mortui resurgent*) & obiectum sit præsens in phantasmate, sequitur necessario actus, scilicet, quòd talis assentiret huic complexo, *mortui resurgent*; & hoc, si totus assensus sit ex habitu fidei; tunc enim habitis omnibus, quæ concurrunt ad actum credendi in esse primo, sequitur necessariò actus credendi: consequens autem est falsum; nunquam enim, omnibus istis positis, plùs assentiret, quàm ante, nisi priùs doceretur de illo articulo, quod esset credendus; igitur videtur, quòd sufficit fides acquisita, nec aliquis experitur alia in tali consensu. *ibidem*. §. *Contra, quia sic*. ℣. *Contra, & est*. E.13.

Baptizstus nunc, cui statim occurrunt phantasmata illorum terminorum, *mori, & resurgere*, & componat apud se, *mortui resurgent*, non credet, nisi priùs constiterit per aliquem, quòd sit articulus credendus; ideo necessario requiritur, cum fide infusa, fides acquisita ex auditu. 3. D.25. Q.1. *Ad primum principale*. I.11.

Baptizato defuncto ante passionem, non potuisset ianua pro tunc. 4. Dist. 1. Quæst. 6. *Ad tertium principale*. M.13.

Baptizatus baptismo Ioannis, non in forma baptismi Christi, sed vel in alia forma propria, vel absque aliqua forma, satis videtur manifestum quòd erat baptizandus baptismo Christi, tum propter præceptum eius generale obligans omnes, quod præceptum non impleuerat baptizatus à Ioanne; tum quia, medicina præparatiua suscepta, congruum est recipere medicinam curatiuam. 4. D. 2. Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *Alio modo*. A.2.

Baptizatus à Ioanne & si non habeat fidem Trinitatis, dum tamen intenderet recipere illum baptismum, quem Ioannes intendebat dare (qui, sic intelligendo, poterat esse verus baptismus Christi) non erat iste postea baptizandus, cuius oppositum dicit Magister de postea baptizandis. *ibidem*. ℣. *Si dicatur*. B.3.

Baptizatum, hodie, in nomine Christi, non audeo dicere, esse baptizatum, sed non audeo dicere, non esse baptizatum; quia non lego, vbi fuerit illa dispensatio reuocata;

Baptizatus.

cata : in hoc ergo casu reputo dubium , an talis sit baptizatus . 4. Dist.3. Quæst.2. §. *Tertia de forma.* ℣. *Quid ergo*. I. 10.

Baptizatus sub nomine Christi, qoia dubium est an sit baptizatus , circa talem baptizatum tale remedium adhibendum est , sicut vniuersaliter in alijs dubijs habetur, de quo *Extra de baptismo, & eius effectu; De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur , verbis istis præmissis , si baptizatus es, non baptizo te, sed si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij &c. ibidem.* ℣. *Circa istum.* K. 10.

Baptizatus omnis induit Christum quãtũ ad hoc, quòd Christi familiæ adsertbiior: sed non induit semper Christũ per charitatẽ, & gratiã: & primũ indumẽtũ potest dici cõmuoe omnibus de famalia ; secundùm est indumeotum specialiter filiorum: Vel potest dici quòd fictus non est baptizatos in Christo, sed in Christi nomine , quia non in virtute Christi interius baptizantis. 4. D. 14. Q. 5. *Ad argumentum principale* . H. 9.

Baptizatus qui non est , quantumeunque aliter sit iostificatus , per actum facilem , scilicet per susceptionem baptismi, potest megnam gratiam acquirete , quia quantumeonque perfecto , de lege communi , accedenti ad baptismum augetur gratia: vnde si negligat , videtur contemnere gratiam , & dat alijs occasionem sic iodicandi. 4. D. 4. Q. 6. §. *Respondeo, dicendum.* ℣. *Ex hoc potest* . A. 2.

Baptizatos inter , & circumcisos ; siue : In suscipientibus gratiam per circumeisionem , & baptismum est inæqualitas vnios effectus, scilicet gratiæ , in ordine ad causam meritoriam [scilicet passionem Christi] & hoc quantùm ad executionem , propter inæqualem applicationem illius causæ meritoriæ ad istos ; quia scilicet pro baptizatis oblata est in effectu, pro alijs, scilicet circumcisis , non nisi in præuisiooe diuina; quia passio Christi efficacius operatur pro nobis , qui sumus in lege euangelica, quàm pro Patribus in lege Moysi; quia obseqoium præstitum ad maius bonum rettribuendum magis acceptatur , quàm beneficium præuissum: & fortè propter istud , & hoc modo est inæqualitas, quantùm ad effectum gratiæ , in baptizatis ante passionem, & post passionem. 4. Dist. 4. Quæst. 7. §. *Sic ergo.* ℣. *De secundo*. C. 4.

Baptizatis in aliquibus nunc si propter specialem oblationem voluotatis Christi sit inæqualitas gratiæ quia scilicet passio , quæ est causa meritoria specialiùs oblata est pro vno, quantùm ad intentionem offerentis , quàm pro alio; dubium est de facto: sed possibilitas attenditur ex hoc, quòd Christus ponitur communiter nosse omnia , quæ Deus nouit , scientia visionis ; & per consequens nouit electos, & ad quem gradum gloriæ fuerunt electi ; potuit ergo prædestinato ad maiorem gloriam pleniùs offerre passionem suam , & præcipuè cum se offerret pro genere humano, ad hoc , vt de eis impleretur diuina prædestinatio . *ibidem*.

Baptizati si sint paruuli comparando paruolum ad paruulum, cùm nullum habeant motum proprium , nullam habent inæqualitatem ad gratiam ex parte sui recipiendam : potest tamen in parentibus vnius esse maior motus , quàm alterius, pro suo paruulo , vel in aliquibus alijs ministrantibus, vel assistentibus baptismo , propter quorum merita Deus vni paruulo potest conferre maiorem gratiam, quam alteri: sed hoc non virtute baptismi, sed meriti. *ibidem* . ℣. *De tertio* . D. 5.

Baptizati , si sint adolti , cũm illi per motum proprium possiot esse inæqualiter dispositi, & in Sacramento conferatur gratia secundùm proportionem dispositionis in suscipiente, sequitur inæqoalitas effectus *ibidem*.

Baptizatus ab Angelo booo in corpore assumpto, cũ omnibus conditionibus necessarijs , non esset iterum rebaptizandus: sicut Michael prohibuit Episcopo dedicare Ecclesiam suam in monte Gargano, asserens à se dedicatam fuisse. 4. D. 6. Q. 1. §. *Respondeo.* ℣. *Simpliciter ergo* . B. 2.

Baptizatus per baptismum recipitur in Collegium militantis Ecclesiæ: receptio autem alicuius in Collegium pertinet ad præsidentem, & habentẽ authoritatem in Collegio: & quantò aliquis habet maiorem authoritatem in Ecclesia , tantò magis pertinet ad eom recipere , & introducere in Ecclesiam , & per consequens baptizare . 4. D. 6. Q. 1. §. *Respondeo.* ℣. *Tandem dico*. D. 3.

Baptizatus.

Baptizatus in oullum actum simpliciter potest, in quem non posset non baptizatus [loquendo de potestate simpliciter ad aliquam actum , qui sine illa potestate simpliciter non posset haberi:] & hoc siue loquendo de actu , in quem potest actiuè, siue de actu, quem quodammodo potest ab alio recipere ; ita enim posset non baptizatos ab alio inungi chrismate, sicut baptizatus , & ita posset abluere, sicut baptizatus. 4. D. 6. Q. 10. §. *Hic dicitur.* ℣. *Tertia autem ratio* . D. 7.

B A S

Basis.

Basis pyramidis speciei rei , quæ videtur , est in re visa , & conus in oculo. 4. D. 10. Q. 9. §. *In argumento ad appetitum*. n. 1.

B E A

Beatificare.

Beatificat nihil, nisi formaliter infinitum. 1. D. 31. Q. Vnic. §. *Quantum ad primam.* ℣. *Sed contra* . A. 2.

Beatificatur oullus remanens obligatus ad pœnam soluendam; quia vel simol soluenda est in gloria, quod est impossibile, quia, ad minus secundùm dispositionem dioinam , gloria illa, & pœna quæcunque repugnant ; vel post glorificationem, quod similiter est impossibile , quia Deus disposuit illam gloriam in quocunque finalem esse , ita qoòd non sequatur aliqua pœna: ergo oportet ante glorificationem remitti , vel deleri illam obligationem ad pœnam quandoque sustinendam. 4. D. 14. Q. 1. §. *De secundo articulo.* 1. 8. & D. 21. Q. 1. §. *In ista quæstione* . ℣. *Quod probatur*. A. 2.

Beatificari naturam intellectoalem per accidens (hoc est noo primò, siue non immediatè) concedere non est inconuenieos; & hoc loquendo de primitate, siue immediatione per rationem ; licèt sit inconueniens dicere, quòd beatificetur per accidens , loquendo de accideote reali aliquo mediante . 4. Dist. 49. Quæst. 2. *Ad tertium principale* . P. 18.

Beatificandi ratio , loquendo de ratione fundamentali , secundùm quam beatificatur Deus, verum est, quòd illa non est minùs nobilis ratione fundamentali , & formali, secundùm quam beatificat : loquendo autem de ratione formali proxima, secundùm quam beatificatur, & formali, secundùm quam beatificat (quæ secondùm aliquos est ratio veri, & booi) non est maior, nobilitas hinc, quàm inde: sed ponendo , quòd secundùm rationem essentiæ beatificet obiectiuè , non tamen fundamentaliter , sed formaliter : beatificetur autem immediatè secundùm rationem intellectus, & voluntatis; consequens est dicere, quòd secundùm rationem nobiliorem immediatè beatificet , quàm immediatè sit beatus nec hoc est inconueniens , quòd aliquid secundùm rationem minùs nobilem recipiat perfectionem, secundùm quàm sit perfectom perfectione prima. *Ibidem.* ℣. *Respondeo, loquendo*. P. 18.

Beatificatio.

Beatificatio tam actualis , quàm optitudinalis , si dicat aliquid in Deo, dicit propriè relationem rationis aptitudinalem , vel actualem : nullus autem respectus rationis potest esse ratio formalis teroiinandi actum charitatis . 3. Dist. 27. Q. *Vnic.* §. *Contra primam.* ℣. *Præterea beatificatio*. B. 5.

Beatificus.

Beatificus non esset actus voluntatis creatos elicitos ex puris naturâlibus circa obiectum supernaturale clarè visum; siue talis actus non esset in patria beatitudo ; quia non esset ita perfectus, sicut posset haberi à tali potentia , si esset perfecta proportionaliter habitui supernatorali . 1. D. 17. Q. 2. §. *Ad argumenta pro opinione* . ℣. *Ad secundum* . Oo. 33.

Beatificum actum Michaelis, vel alterius beati, non includit contradictionem posse acceptari à Deo, tanquam aliquid dignum retributione , quod retributum daretur propter meritum ,

Beatificus.

meritum, puta Michaeli daretur aliquid propter actum meritorium custodiæ, quam exercet circa me, contradictio, dico, non esset: tamen de facto Deus non sic acceptat actum illum; quia persona illa est totaliter extra statum merendi secundum totum subiectum. 3. D.18. Qu. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✝. *Ad secundum, cum dicitur*. D.9.

Beatificum aliquem actum Deus creauit, ad quem non potest esse actus aliquis meritorius prior, & huiusmodi fuit actus beatificus animæ Christi; & hoc propter nobilitatem, & excellentiam actus, & modi habendi actum; quia immediatè antequam haberet aliquem actum circa ea, quæ sunt ad finem. *Ibidem*. §. *Hoc viso*. ✝. *Ad primum istorum*. G.13.

Beatificum *esse* obiecti charitatis si dicatur esse respectus aptitudinalis, quo natus est beatificare, illa aptitudo non est ratio terminandi actum perfectum perfectè, nisi ratione naturæ, cuius est talis aptitudo: sicut vniuersaliter aptitudo non est perfectio, sed necessariò complicat secum naturam, cui inest. Non est igitur dicendum, Deum esse sui obiectum charitatis: si autem dicatur, quòd *esse* beatificum obiecti charitatis sit respectus actualis, quo actu beatificat, iste modus non videtur probabilis; quia illa relatio, quæ est in obiecto, in quantum actu beatificat, sequitur actum. 3. D.27. Q. *Vnica* §. *Contra primam*. ✝. *Præterea si*. B.5.

Beatifici actus causam totalem, siue totam esse obiectum, & potentias sibi se habere respectu illius actus, vt tantum receptiuas, & passiuas, fortè diceretur. 2. D.1 Q.5. alias 6. *Ad primum principale*. ✝. *Vel potest*. G.6.

Beatificum obiectum, vt clarè visum, posset poni habere totam causalitatem respectu visionis, aut principaliorem, quàm pars intellectiua; & hoc propter excellentiam talis obiecti, & propter defectum partis intellectiuæ. 1. D.3. Q.8. §. *Respondeo*. ✝. *Secundo quia*. C.7.

Beatificum actum beatus naturaliter videt in alio beato. 4. D. 10. Q.8. *In tertio argumento in oppositum*. n. 3.

Beatificum actum angeli, omnes concedunt, mensurari æuo. 2. D.2. Q.4. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Præterea omnes*. n. 5.

Beatitudo.

Beatitudo, secundùm Philosophos, est optimum hominis; ideo in vna virtute consistit eiusdem rationis. 2. D. 24. Q. *Vnic*. §. *Est ergo aliud*. ✝. *Secundò probatur*. B. 4.

Beatitudo quo ad quiditatem.

Beatitudo magis est in operatione quàm in actu primo. 3. Dist. 2. Quæst. 1. *Ad primum principale*. ✝. *Respondeo*. F. 10.

Beatitudo consistit in actu. 3 D. 31. Quæst. *Vnic*. *Ad primum principale*. G.9.

Beatitudinem formaliter consistere in visione essentiæ diuinæ, non necessariò infertur ex illo Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te*: immo si dicatur, Christum ibi dicere, quòd, *in hoc est beatitudo, vt cognoscant te &c.* non accipitur textus euangelij, sed quædam glossa specialiter intellectus litteræ: si ergo vis præcisè ponderare verbum sine glossa; soluo tibi, quòd est *vita æterna*: si autem per alias glossas vis arguere, quòd loquatur de beatitudine, ergo licet mihi addere glossam non distrahentem, *vt cognoscant te amando, & fruendo*. 4. D.48. Q.1. §. *Hic dicitur*. ✝. *Ad illam*. C.6.

Beatitudo nostra esset essētialiter essētia diuina si (vt volunt aliqui) beatitudo essentialiter consisteret in sola visione, & quòd nulla esset alia species ab essentia diuina in visione beata, & insuper, quòd visio formaliter est species: hoc autem sequi probatur, quia beatitudo formaliter est visio, secundùm eos; species est formaliter essentia diuina, ergo essentia diuina est formaliter beatitudo nostra: sed hæc conclusio est inconueniens. 1. D 3. Q.7. §. *Conclusio istarum*. ✝. *Si dicas*. H. 19.

Beatitudo non est sine voluntate, vel actu voluntatis. 1. D. 10. Q. *Vnic*. §. *Ad quæstionem*. n.2.

Beatitudo quo ad nomen potest distingui; quia potest accipi pro coniunctione ad perfectiuum extrinsecum, vel pro fundamento proximo illius coniunctionis; siquidem à relationibus possent fieri plurimæ denominationes ordine quodam, & abstractiones ab illis denominatis. 4. D.49. Q. 1. §. *De secundo*. ✝. *Posset etiam*. A a. 26. & *Quodl*. Q.13. §. *Nunc tertio*. ✝. *In hoc*. Q. 17.

Beatitudo consistit in operatione, vel essentialiter si beatitudo accipiatur pro perfectione, quæ est ratio coniunctionis ad obiectum beatificum; vel proximè fundamentaliter, si beatitudo accipiatur pro ipsa coniunctione: ita quòd, excepta relatione ad obiectum beatificum, vltimata perfectio intrinseca beati, & proxima obiecto beatifico est operatio. *Ibidem*. §. *Ad quæstionem* B b.27.

Beatitudo, inquit Boet. 3. *de Consolat*. *Est status omnium bonorum aggregatione perfectus*: oportet exponere; vel quòd hoc nomen sit æquiuocum, vel ad perfectionem finalem, seu complectiuam extensiuè; & ita est descriptio beatitudinis acceptæ secundùm totalitatem extensiuam: vel oportet dicere, si accipiatur pro totalitate intensiua, quòd est status perfectus aggregatione omnium bonorum in vno bono eminenter, & vnitiuè continente: vel si in illo non esset aggregatio propter simplicitatem; tunc tertio modo *aggregatiuè* debet intelligi tanquam præcedens, vel concomitans illum statum perfectum: non autem de eius essentia. 4. Dist. 49. Quæst. 1. *Ad primum principale*. C c. 28.

Beatitudinis nomen potest accipi pro relatione coniunctionis cum obiecto beatifico, vel pro fundamento proximo illius coniunctionis, scilicet operatione. *ibidem*. *Ad secundum principale*. D d. 29.

Beatitudinis intrinsecæ ratio si ponatur talis, quòd non possit esse sine coniunctione ad obiectum; sequitur, quòd beatitudo vel sit relatio, vel includit absolutum, & relatiuum. *ibidem*. D d. 29.

Beatitudo intrinseca, seu formalis si essentialiter diceret absolutum, non necessariò connotaret respectum, qui est posterior absoluto. *ibidem*.

Beatitudo non consistit in actione de genere actionis; quia illa non est perfectio simpliciter agentis, vt operatur: operatio autem non est actio talis, sed actio æquiuocè accepta. *ibidem*. *Ad quartum principale*.

Beatitudo dicit perfectionem secundam, excludentem imperfectionem, & priuatiuam, & negatiuam, tanquam perfectio secunda suprema, saltem in genere. *ibidem*. *Ad quintum principale*. ✝. *Breuiter*. H h. 32.

Beatitudo beato est simpliciter perfectè *benè*: nulli est sic *benè*, nisi in simpliciter perfecto bono perfectè habito, vt est sibi possibile: nulli alij ab illo potest esse sic *benè* in illo, nisi immediatè attingendo illud: illud non potest attingere, nisi per operationem; ergo in illa attingentia immediata illius boni, seu in coniunctione immediata ad illud bonum consistit beatitudo completiuè: in ipsa autem operatione, tanquam in proximo fundamento. *ibidem*. G g. 31.

Beatitudo est perfectio rei secunda, non prima, quia res perfectior secundùm perfectionem primam, & sola illa potest esse miserior alijs: perfectio autem secunda propriè exprimitur per hoc, quod est *bene esse*; nam *bene esse* præsupponit perfectionem primam alicuius, cui bene sit. *ibidem*. 32.

Beatitudo naturæ intellectualis (non loquendo de beatitudine, vt dicit aggregationem omnium bonorum pertinentium ad beatificabile; sed vt dicit illud, quo immediatè attingitur vltimatè obiectum beatificum) potest dici, quòd consistat in operatione vnica tantùm; quia tantùm in vnica est sibi simpliciter *perfectè bene*, ita quòd nihil sibi desit: non tanquam hæc includat omnia pertinentia ad *bene esse* naturaliter, sed dicat complementum omnium in bene essendo. 4. D.49. Q.3. §. *Ad quæstionem*. A.5.

Beatitudo totalis extensiua possibilis, quia est beatitudo duarum potentiarum, quarum vtroque est suo modo beatificabilis, consistit in pluribus operationibus: & isto modo si possunt esse naturæ intellectuali decem potentiæ, quarum quælibet per operationem suam attingeret immediatè Deum, beatitudo totalis extensiua consisteret in decem operationibus. 4. D.49. Q.3. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Secundo modo*. B.6.

Beatitudo, qua immediatè attingitur obiectū beatificū immediatè, quæ excludit medium alterius ordinis, planum est quòd non consistit nisi in vnica operatione; quia non nisi

Beatitudo quo ad quiditatem.

nisi vnica potentia in natura perfectissimè attingit obiectum: sic ergo loquendo de beatitudine naturæ, qua scilicet ipsi naturæ simpliciter est optimè, saltem ex parte obiecti optimi, & vt optimi, cui coniungitur, non est nisi in vnica operatione vnius potentiæ; Consimiliter etiam loquendo de beatitudine potentiæ pro vt includit tam immediationem [excludendem medium eiusdem ordinis vel alterius ordinis] nullo modo potest poni consistere in duabus operationibus, nisi ponendo quòd ad operationem beatificam non sufficit operatio vnica sine alia; quod tamen est dubium. *ibidem.* ℣. *Nec obstat*. D. 7.

Beatitudo naturæ, prout beatitudo includit immediationem excludentem medium tam eiusdem, quàm alterius ordinis, quantùm ad immediatam coniunctionem naturæ beatificabilis cum obiecto beatifico, non consistit, nisi in illa vnione; qua immediatissimè attingit obiectum: illa autem est vnica, licèt aliqua eius potentia per aliam operationem attingat obiectum illud immediatè, immediatione possibili illi potentiæ. *ibidem. Ad primum pro prima opinione*. E. 8.

Beatitudo hominis includens totalem quietationem, loquendo de totalitate extensiua, quæ requirit quòd quicquid est in natura quietabile, quietetur, non est sine resumptione, & reunione animæ ad corpus; quia aliquis appetitus est in ipsa anima ad corpus, tanquam ad proprium perfectibile, vel saltem è conuerso in materia, sicut in proprio perfectibili ad formam illam. *ibidem. Ad tertium pro prima opinione*. F. 9.

Beatitudo consistit in vnica operatione, intelligendo hoc de operatione beatifica simpliciter, quantum ad immediationem vnionis cum obiecto beatifico, vtramque mediationem excludentem, scilicet tam medium eiusdem ordinis, quàm alterius: loquendo etiam de operatione completiuè beatifica totius naturæ totalitate extensiua, non cogit ratio probans, beatitudinem consistere in vnica operatione; quia multæ operationes, quarum vna est simpliciter nobilior altera, possunt conuenire in optimo sic, scilicet extensiuè. *ibidem.* ℣. *Ratio pro alia*. F. 9.

Beatitudo consistit in quocumque, per quod distinguitur per se beatus à non beato; si hic intelligitur *per se*, scilicet essentialiter, & per se primo modo, concedi tur: sed tunc illa alia: *Beatus distinguitur à non beato per actum intellectus*, est falsa; quia per solum actum voluntatis hoc modo per se distinguitur beatus à non beato. *ibidem. Ad tertium principale*. G. 11.

Beatitudinem consistere in vna sola operatione, potest concedi, intelligendo de beatitudine simpliciter ipsius naturæ, & de operatione quacunque simpliciter beatifica, scilicet vtroque modo immediationis [nempe excludentis omne medium eiusdem rationis, & excludentis medium omne alterius rationis] attingente immediatè obiectum: & hoc appatet probabile, cum ponentes beatitudinem esse in vtraque operatione, vel ambabus [visione scilicet, & fruitione] dicant, alteram earum per se ad alteram ordinari; & per consequens nec vtraque nec ambæ sunt vna perfectio simpliciter ipsius naturæ; quamvis vnica earum sit simpliciter vltima perfectio potentiæ. *ibidem. Ad argumentum in oppositum*. G. 11.

Beatitudinem, tenentes consistere in operatione, tenent quòd consistit in operatione aliqua partis intellectiuæ, vt distinguitur contra partem sensitiuam; quia sola potentia immaterialis potest per operationem suam attingere perfectum bonum, in quo solo, vt in obiecto, est beatitudo. 4. D. 49. Quæst. 4. §. *In ista quæstione*. A. 2.

Beatitudo extra, si sit simpliciter summè volenda; ergo illud est maximè beatitudo intra quod, inter intrinseca est summè volendum: & huiusmodi est aliquod velle. *ibidem*. ℣. *Præterea si beatitudo*. B. 4.

Beatitudo est assecutio prima finis primitate perfectionis. *ibidem*. ℣. *Respondeo verum*. H. 9.

Beatitudinem, si omnino arguatur, ante quamcunque quietationem potentiæ, vel assecutionem præcedere; quia scilicet, nunc potest operari, prius non potuit, quod non est sine aliqua mutatione, quæ non est, nisi ad habitionem obiecti; sequitur, quòd in nulla operatione, etiam intellectus, possit esse prima assecutio obiecti, & ita nec beatitudo, & tunc illa ratio vadit ad illam opinionem, quòd beatitudo non est in operatione, sed in aliqua habitione obiecti, præcedente omnem operationem; quod negant, beatitudinem ponentes in actu intellectus, & quorum est ista ratio. *ibidem*. ℣. *Et si omnino*. H. 9.

Beatitudo simpliciter naturæ intellectualis consistit in solo actu, qui est fruitio: non autem in omni fruitione; sed solum in illa, quæ est amor amicitiæ. 4. D. 49. Q. 5. §. *Ad quæstionem*. A. 2.

Beatitudo non potest consistere in aliquo *nolle*, tum quia nolle habet pro per se obiecto malum, quod non potest esse obiectum beatificum; tum quia actus beatificus est primus, & immediatus respectu vltimi finis, cuiusmodi non est aliquod *nolle*. *ibidem*. ℣. *Præmissa prima diuisione*. B. 2

Beatitudo non consistit in actu concupiscentiæ; tum quia licèt ille posset esse bonus, si sit debitè circumstantionatus: tamen non est bonus ex ratione sui, vel obiecto, etiam Deo; quia potest esse immoderatus; quod apparet. 83. QQ. Q. 30. tum quia actus concupiscentiæ non est, nec esse potest primus actus voluntatis respectu finis. *ibidem*. ℣. *Secundò non consistit*. B. 3.

Beatitudo voluntatis non est in aliquo actu, nisi supremo, quem potest habere circa obiectum beatificum, clarè, & nudè sibi præsentatum. *ibidem. Ad secundum principale*. E. 6.

Beatitudinis de essentia non sunt omnia, quæ succedunt virtutibus Theologicis in via, sed tantùm actus perfectissimus. *ibidem. Ad quartum principale*. F. 6.

Beatitudo quo ad certitudinem.

Beatitudinis maxima pars est certitudo de beatitudine: non posse autem peccare (quod fuisset in statu innocentiæ) fuisset scibile à quolibet, sicut est modo posse peccare nobis certum; & per consequens cuilibet fuisset certitudo infallibilis de beatitudine, quod tamen soli comprehensori potest competere: [Et ideo filij Adæ, etiamsi fuissent procreati in statu innocentiæ, non ita fuissent confirmati statim in iustitia, quòd non possent peccare;] hoc enim non potest competere viatori, alioquin esset contradictio. 2. D. 20. Q. 1. §. *Dico ad quæstionem*. ℣. *Non posse*. A. 2.

Beatitudo quo ad perpetuitatem.

Beatitudo, est perpetua ex Scriptura Matth. 25. *Ibunt in vitam æternam*, & Matth. 22. *Erunt sicut Angeli Dei*: & in Psal. 83. *In sæcula sæculorum laudabunt te*, & alibi sæpè: & ad hoc sunt dicta Sanctorum, & specialiter August. 13. *Trin. cap*. 8. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo*. ℣. *De primo*. A. 2.

Beatitudo, si amitti potest: aut ergo beatus amittit eam nolens; & tunc non est beatus, quia non habet quicquid vult: aut volens, aut neque volens neque nolens; & ad vtrumque illorum duorum membrorum sequitur, quòd non est beatus, quia non amat beatitudinem; immo si volens amittit, odit eam: si neuter, non appretiat eam, nec ergo est vita beata. *ibidem*.

Beatitudo si amittitur per amissionem vitæ naturalis, beatus aut amittit vitam volens, aut nolens, aut neutraliter: & videtur ista distinctio trimembris Aug. intelligenda non pro instanti, quo poneretur amittere beatitudinem, quia consequens non esset inconueniens, scilicet, quòd tunc non sit beatus; sed debet intelligi pro illo primo *nunc*, vel pro tempore, pro quo est beatus; quia siue tunc nollet amittere, & tamen amitteret, non habet quicquid vult; siue tunc vellet amittere, vel non curat, non diligit pro futuro illam vitam, etiam dum habet eam, ergo non est beata. *ibidem*.

Beatitudinis perpetuitas videtur colligi ex Philosopho. 2. Gener. in fine *In omnibus inquirimus naturam desiderare*,

quod

Beatitudo quo ad perpetuitatem.

quod melius est: melius autem est semper esse, quàm non esse, saltem eo modo, quo semper esse est possibile: est autem possibile naturæ perpetuæ, quòd sit perpetuò perfecta vltimata perfectione: ergo hoc naturaliter desiderat; & per consequens in beatitudine, vbi desiderium naturale complebitur, ne sit frustra, hoc habebitur. *ibidem*. ℣. *Ad hoc*. A 3.

Beatitudo creata est accidens, ergo non minùs dependet, quàm suum subiectum: subiectum autem dependet ex conseruatione Dei contingenter ipsum conseruantis, & per consequens non habet necesse esse formaliter, ergo multò magis nec accidens. *ibidem*. ℣. *Contra illud*. A. 2.

Beatitudo est incorruptibilis, in quantum non habet contrarium, & non potest destrui ab aliquo creato, sed tantummodo annihilari à Deo non conseruante: sed ex hoc, quod sit sic incorruptibilis, non est ex se perpetua, nisi possibiliter; quia sicut *esse* suum habet contingenter à Deo conseruante, sic & perpetuitatem. *ibidem*. ℣. *Concedo ergo*. B.6.

Beatitudinis causa perpetuitatis nec est forma ipsius beatitudinis, quasi per ipsam beatitudo sit formaliter necessaria: nec natura potentiarum intellectiuæ, & volitiuæ, quasi circa obiectum beatificum necessariò perpetuò operentur: nec habitus in potentijs, quasi necessariò determinans potentias ad perpetuò operandum: sed ista perpetuitas est ex sola voluntate diuina, quæ sicut perficit naturam intensiuè, ita conseruat eam in tali perfectione perpetuò. *ibidem*. §. *Dico ergo*. F.10.

Beatitudo licèt sit accidens, & tale accidens, quod non consequitur principia subiecti, nec subest causalitati huius subiecti: est tamen in se quoddam minùs nobile, & minùs permanens. *ibidem*. §. *De secundo*. ℣. *Ratio eius*. K.16.

Beatitudo cùm dicitur Math 25. & alibi, *vita æterna, æternum* non accipitur ibi strictè, sicut distinguitur contra æuiternum, sed pro æuiterno perpetuò permanente; sic quippè frequenter accipitur *æternum* in scriptura, vt ibidem, *ite maledicti in ignem æternum*; & statim post, *ibunt hi in supplicium æternum* cùm tamen non sit æternum æternitate distincta ab æuo, vel a tempore perpetuo. *ibidem*. ℣. *Quod additur*. K.17.

Beatitudo, si accipiatur pro aliqua perfectione permanente, vt permanens est, quantumcunque intensa, certum est, quod perpetuitas non includitur in ratione eius. *ibidem*. §. *De tertio*. ℣. *De hoc*. M. 19.

Beatitudo potest accipi pro aliqua perfectione permanente, & intensa: non tamen præcisè sistendo in perfectione intensionis; sed includendo etiam perfectionem extensionis, & hoc vel propriè, ponendo æuum esse successiuum, vel eminenter, scilicet negando omnem desitionem, ponendo æuum esse indiuisibile: & illo secundo modo nihil est extensiuum perfectum extensiuè, nisi quod durat quantum potest durare, siue illa duratio sit extensa realiter, vel virtualiter, vel imaginabiliter. *ibidem*. M.19.

Beatitudo nata est perpetuò manere; & consequenter ipsa accepta pro perfectione summa intensiuè, & extensiuè, includit perpetuitatem. *ibidem*.

Beatitudo accepta intensiuè, & extensiuè nihil vnum per se est, sicut nec operatio perfecta, & totum æuum, si est successiuum, vel operatio, vel negatio defectus, vel desitionis existentiæ. *ibidem*.

Beatitudo intensiuè accepta est finis omnium desideriorum, sic, quòd vnitiuè ex parte obiecti includit omne desiderabile, sicut in definitione August. 13. Trin. 5. *Beatus est, qui habet, quicquid vult &c.* quicquid, non accipitur ibi distributiuè, sed pro vno vnitiuè continente omne rectè volibile. *ibidem*. ℣. *Per hoc*. N.20.

Beatitudo extensiuè accepta includit finem desideriorum non tantùm vnitiuè intensiuè, sed etiam extensiuè, quantùm ad durationem, intelligendo extensionem vel realem, vel virtualem, hoc est indeficientiam in essendo. *ibidem*.

Beatitudo est finis omnium desideriorum; ergo includit per se omnia desiderata: argumentum istud licet sit cuiusdam Doctoris, tamen peccat in forma; non enim sequitur illa conclusio, sed sequitur, ergo includit, vel præexigit quodcunque requisitum necessariò in ordine desideriorum complendorum. *ibidem*.

Beatitudine, hoc est, in beatudine vnius momenti abundans fieret retributio pro quocunque nostro merito. *ibidem*. ℣. *Ad aliud*. N.21.

Beatitudinis maxima perfectio est, quòd certissimum est ita semper fore: maxima, inquam, extensiuè; quo sensu intelligitur illud August. 13. Trin. 7. vbi post alia pertinentia ad beatitudinem enumerata subdit, & *quod est omnino beatissimum, ita semper fore, certissimum erit*; & quod sequitur, non accipitur pro actu certitudinis, sed pro obiecto, quasi diceret: ipsa perpetua continuatio, de qua habetur certitudo, est maximum quidem in beatitudine, quia quantitas extensionis superaddita quantitati intensionis. *ibidem*. *Ad primum principale*. T.25.

Beatitudo, pro quanto est perfectissima, maximè excludit perfectionis priuationem à suo subiecto: & hoc sufficit ad hoc, vt sit finis intrinsecus, qui necessariò est finitus; sed non sufficit ad incorruptibilitatem. *ibidem*. *Ad secundum principale*.

Beatitudo intensiuè accepta est perfectio simul tota. *ibidem*. *In primo argumento ad oppositum*. n.1.

Beatitudo quo ad gaudium.

Beatitudo est vltimatè coniungens obiecto beatifico; ergo beatitudo non est passio: cùm ergo gaudium sit passio, non erit de essentia beatitudinis. 4 D.49. Q.7. §. *Respondeo*. ℣. *Præterea aliquis*. n.3.

Beatitudo essentialiter non est passio; vel sic: nulla passio est beatitudo essentialiter, quia beatitudo est vltima perfectio ex eo quòd simpliciter optimo coniungit; quia si aliquid ex se esset beatitudo, hoc esset nobilissimum maximè; sed natura beati est nobilius in se, quàm quodcunque accidens suum; ergo natura esset maximè beatitudo; sed omnes perfectiones eius sunt accidentia: ergo minus entia, quàm natura; sed nulla passio coniungit obiecto beatifico, sed tantùm operationes, quia passio recipitur ab obiecto in potentiam: gaudium autem, seu delectatio est essentialiter passio, ergo non est de essentia beatitudinis. *ibidem*. ℣. *Contra nulla*.

Beatitudo, inquit August. 10. *Confess. est gaudium de veritate*: ista propositio, & consimiles propositiones sunt veræ causaliter, non per essentiam: beatitudo autem est causa quietationis, & delectationis, quæ consequitur actus beatificos: est autem quædam vita beata, quia est in voluntate, vt est passionum receptiua. *ibidem*. *Ad primum principale*. B.4.

Beatitudo esset perfectior, si gaudium esset de essentia eius: est verum; sed hoc non potest esse: vt si sapientia esset de natura hominis, esset perfectior, quàm modò; sed passio non potest esse de natura beatitudinis, quia de essentia eius est, quòd coniungat obiecto beatifico; sed hoc non potest facere passio. *ibidem*. *Ad secundum pro prima opinione*. C.6.

Beatitudo quo ad obiectum.

Beatitudini essentiale, siue quod est de essentia beatitudinis, oportet respicere obiectum beatificum, non solùm in ratione causæ efficientis, sed etiam obiecti. 4. Dist. 49. Quæst. 7. §. *Respondeo*. ℣. *Præterea quod est*. n.3.

Beatitudinem perfectissimam non esse in creatura, vt in obiecto absolutè, certum est ex August. 5. *Conf. Beatus est, qui te, & illa nouit, nec propter illa beatior*. 1. D.35. Q. *Vnica*. §. *Ad ista*. ℣. *Similiter alia*. K.13.

Beatitudo obiectiuè solùm est in illo obiecto, quod per operationem non organicam attingitur. 4. D 49. Q.8. *In argumento in oppositum*. n.1.

Beatitudo non potest esse in obiecto non existente: nec vnquam habetur, nisi ipsum obiectum beatificum immediatè attingatur in se. Et hoc est, quod aliqui vocant, & benè, ipsam intellectionem facialem: & accipitur ab Apostolo 1. *Cor*. 13. *Videmus nunc per speculum; tunc autem facie ad faciem*. *Quodl*. Quæst. 6. §. *Et statim*. ℣. *Ex ista*. H.8.

Beatitudo creata necessario requirit relationem ad obiectum, sed realem; & hoc, quia non potest habere maiorem

Beatitudo quoad obiectum.

rem vnitatem cum obiecto, voitatem relationis. *Quodl.* Q. 13. *§. Hunc tertiò.* ℣. *Ad primum.* Q. 16.

Beatitudo est vltima perfectio naturæ beatificabilis, *inquantum* præcise connectit cum obiecto: reduplicatio ista hic potest intelligi vel ratione relationis, vel ratione fundamenti proximi: primo modo negandum est, quia ipsa formalis ratio relationis oon est sibi ratio essendi vltimam perfectionem: secundo modo concedendum est inquantum connectit, hoc est, inquantum est fuodameotum proximum connectens, sic est perfectio vltima. *ibidem.* ℣. *In hoc patet.* Q. 17.

Beatitudo licet non includat essentialiter respectum attingentiæ ad obiectum, necessario tamen requirit, vt sit perfecta, & completa beatitudo: ideo babens operationem illam fine tali ratione non esset verè, & complete beatus. *ibidem.* ℣. *Ad primum alibi.* Q. 18. *Additio.*

Beatitudo distinguitur *in simpliciter, & secundum quid,* vt illa *sit simpliciter beatitudo,* quæ est perfectio secunda immediate coniugens obiecto extrinseco perfectiuo nobilissimo: *secundum quid* autem coniungens obiecto minus nobili perfectiuo, & siquidem nobiliori, ipsa natura, quæ coniungitur, magis accedit ad ratiooem beatitudinis simpliciter: si autem minus nobili, magis recedit ab ea. 4. D. 49. Q. 1. *§. De secundo.* ℣. *Ex his.* A. 26.

Beatitudo quo ad subiectum.

Beatitudo est perfectio intrinseca personæ beatæ. 1. D. 1. Q. 2. *§. Quantum ad istum articulum.* ℣. *Patet prius.* C. 5.

Beatitudo potentiæ redundat in essentiam, quia quando est in potentia, est in essentia, sicut oata est esse ibi, quia mediante potentia: nec formaliter est ibi rednndantia, quasi realiter sit ibi alia beatitudo ab illa, quæ est in potentijs. 3. D. 2. Q. 1. *Ad secundum principale.* I. 14.

Beatitudo est in supremo, sicut nata est esse in eo: non est autem nata esse in essentia, nisi mediaote potentia. *ibidem.* I. 15.

Beatitudo non est per se in essentia, sed in potentia. 2. D. 26. Quæst. *Vnica.* §. *Contra istam positionem.* ℣. *Primo. quia.* A 3.

Beatitudo si esset primo in esseotia, & inde redundaret in potentias circumscriptis potentijs, anima esset beata per se, & ita beatitudo oon esset in aliquo actu secundo: neque etiam esset in attingendo obiectum vltimum, oam non attingitur obiectum, vt obiectum, nisi per actum secundum, qui conuenit animæ, vt est potentia. *ibidem.* ℣. *Contra ergo.* A. 4.

Beatitudo non est oisi, quia satiat, & quietat beatnm: nec quietatio potest esse, nisi per coniunctiooem ad obiectum beatificum: nec coniunctio est nisi per actum aliquem, qui tantum est potentiæ: & hæc est sententia Philosophi 12. *Metaph. Tex.* 52. ponentis, quod beatitudo est in actu. *ibidem.* ℣. *Item beatitudo.*

Beatitudo si poneretur in essentia, secundum aliquos, & cum eiusdem rationis sit gratia in essentia in via, & io Patria; sequitur, quod nunc anima esset beata, licet minus, quam in Patria, quia nunc habet actum primum eiusdem rationis per illum cum isto, in quo est essentialiter beatitudo, consequens autem est falsum. *ibidem.* ℣. *Præterea si beatitudo.*

Beatitudo, secundum aliquos, principalius perficit essentiam, quam potentiam. 4. D 49. Q. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem.* o. 3. *refutatur ibidem.* ℣. *Contra istam opinionem.* n. 5.

Beatitudo animæ formaliter vel essentialiter, qui est effectus nouus causatus à Deo in anima beata, non potest esse principaliter in essentia, vt distioguitur à potentia, quia tunc esset actus primus: per nullum autem actum primum distinctum à secundo potest creatura immediate attingere essentiam diuinam. *ibidem.* A. 5.

Beatitudo diuina si non consistit complectiue in identitate beatificabilis ad obiectum beatificum, sequitur, quod beatitudo creaturæ non consistit in aliqua identitate, vel intraneitate obiecti beatifici per illapsum, quia si ibi vltra identitatem requiritur operatio, multo magis hic vltra illapsum: quicquid enim hic poneretur principaliter beatitudo, & aliquid ibi eminenter correspondens, esset principaliter beatitudo; illapsui autem, quo anima dicitur quasi deifica, longe eminenter correspondet identitas Deì. *ibidem.* ℣. *Præterea creatura.* A. 6.

Beatitudo redundat in essentiam, vt essentia ab ipsamet potentia vt est poteotia: sicut & attiogere obiectum beatificum tali ordine competit essentiæ, & potentiæ. *ibidem.* ℣. *Prima ergo ratio.* B. 8.

Beatitudo magis potest esse bonum animæ si sit in potentia, quam si esset in essentia immediatè. ℣. *Quarta ratio.* G. 12.

Beatitudinis perceptio qood principaliter competat potentiæ, videtur concludere beatitudinem potius esse immediatè in potentia, quam in essentia, quia perceptio obiecti beatifici, videndo, & degustando, non est accidentalis, vel aduentens beatitudini, sicut dicit Hugo super illud, *calidum autem, & semper feruidum: In his,* inquit, beatitudo consistit in cognoscere, & amare bonum. *ibidem.* ℣. *Quod etiam additur.*

Beatitudo non consistit principaliter in esseotia, sic intelligendo, supponendo scilicet, quod alia sit perfectio essentiæ, & alia potentiæ, & sic, quod illapsus, qui est in essentia, vt essentia, qui est quodammodo prior (vt opinatur Heoricus) operatione quæ est perfectio potentiæ, sit principaliter beatitudo Beatitudo, inquam, secundum hunc intellectum, non consistit principaliter in essentia, quia nihil, quod perficit essentiam, vt essentia, vt distinguitur qualitercunque à potentia, potest esse, nisi actus primus, & forte nullus habitus: Nihil autem tale potest esse principaliter beatitudo: immo contradictionem includit beatitudinem esse sine operatione, non sic actum primum esse sine quocuoque actu secundo. *ibidem.* §. *Ad quæstionem ergo.* I. 13.

Beatitudo prius perficit potentiam; quàm essentiam, quia beatitudo consistit io operatione: operatio autem perficeret poteotiam, si sola esset sine essentia, essentiam autem nullo modo, si sola esset sine potentia. *ibidem.* ℣. *Ista ratio.* L. 15.

Beatitudo oon respicit esseotiam, vt essentia est, pro primo perfectibili. *ibidem. Ad primum principale.* O. 17.

Beatitudo non consistit in pluribus potentijs eiusdem rationis, nam si sit in intellectu simul, & voluotate, non tamen est io duabus potentijs intellectiuis, vel in duabus voluntatibus, sed tantum in vna intellectiua, vel volitiua. 2. D. 24. Q. *Vnica.* §. *Est igitur alius.* ℣. *Secundo probatur.* B. 4.

Beatitudo est portionis superioris rationis: hoc est manifestum: & etiam portionis inferioris rationis, quia oportet, quod beatitudo sit istius potentiæ, quæ est principium merendi, huiusmodi est tota portio rationis inferioris, si ergo tota iotellectiua superioris, & inferioris portionis est beatificabilis, illa intellectiua vtriusque portionis erit vna potentia. *ibidem.*

Beatitudo est in appetitu concupiscibili, cum sit amor amicitiæ. 4. D. 49. Q. 6. §. *De secundo principali.* ℣. *Primo etiam modo.* Q. 23.

Beatitudo quo ad appeti.

Beatitudinem appetere, vt per illam magis obiectum ametur, est ex affectione iustitiæ, quia vode amo aliquid in se, inde volo aliquid in se: & ita boni potuerunt appetere beatitudinem, vt habentes illam perfectius, haberent summum bonum, & iste actus concupiscendi beatitudinem esset meritorins, quia non vtitur fruendo, sed fruitur eo, quia bonum quod concupisco mihi, ad hoc concupisco vt plus amem istud bonum in se. 2. D. 6. Q. 2. §. *Ad videndum.* ℣. *Respondeo appetere.* L. 12.

Beatitudinis appetitus immoderatus per *velle* deordinatum concupiscentiæ Angeli mali videtur non fuisse propriè superbia: non quidem quantum ad eios primam speciem, quia præsumptio, si pertinebat ad primum *velle* inordinatum amicitiæ, non pertinet ad aliquod *velle* inordinatum concupiscentiæ: & si ad aliqnod debet reduci, videtur consonare cum peccato luxuriæ. *ibidem.* §. *Quantum ad secundum* ℣. *Quantum vero.* P. 16.

Beatitudo debuit ab Aogelo mious appeti sibi, quam Deo, & deboit appeti pro tempore, pro quo Deus voluit, & ex meritis, ex quibus Deus voluit eam debere appeti. *ibidem.* §. *Ad videndum.* ℣. *Secundum hoc.* H. 9.

Beatitudo quo ad appeti.

Beatitudo recte appetitur libere, quia Deus vult naturalem appetitum hoc appetere, & voluntatem liberam esse sibi consonam. 3.D.13.Qu.4 *Ad primum principale secundæ quæstionis*. M. 16.

Beatitudinia bonum consequi in natura perfecta appetibilius est, quam in anima separata. Prolog. Q.1.§. *Contra istam positionem*. ℣. *Secundo probatur*. B.7.

Beatitudinem desiderat desparans, & vellet ipsam, si esset possibile: sed in intellectu eius ostenditur sibi contrarium. Hæc conditio sub qua vult, quia vult, si posset esse sibi possibilis, est voluta, ideo tristatur de opposito illius conditionis, & etiam de illo, quod sequitur ad illam 3.D. 26.Q. *Vnica*.§. *Ad primum horum*. H. 20.

Beatitudinem desiderare non vt commodum sibi, sed vt est perfectus amor Dei, vt in se boni, est actus perfecte meritorius. *ibidem*. ℣. *Ad secundum dico*. K. 21.

Beatitudo in vniuersali est ex naturalibus concupita ex affe. ctione commodi, quia secundum Ansel. *De Concordia cap.10.vel 9. Commoda nolle non possumus* Sed beatitudo in particulari non est sufficienter ex naturalibus concupita, sed etiam cum spe acquisita, sed nec sic perfectissime, & sufficientissima sine spe, & caritate infusis. *ibidem* ℣. *Ad tertium dico*.

Beatitudo inter concupita ipsi amanti maxime concupiscitur, sed non maxime diligitur · imo illud, cui concupiscitur, maxime diligitur, sicut finis, eo quod est ad finem. 3.D. 27.Qu. *Vnica*. §. *Istæ rationes*. ℣. *Secunda ratio*. F. 12.

Beatitudinem, creaturam intellectualem summe diligere, non est verum, nisi de beatitudine in vniuersali, non determinando illud, in quo consistit: Et ex hoc non habetur, quod aliquid diligat aliud a se plus quam se, quia non determinatur, quod illud in quo est beatitudo, sit aliud ab amante. *ibidem*. ℣. *similiter*.

Beatitudinem, non solum in vniuersali, sed etiam in speciali, appeti naturaliter ab homine conceditur: sed non est notum naturali ratione quod ipsa in particulari (quæ scilicet consistit in illo, in quo nos credimus in illam consistere) appetitur naturaliter ab homine; oporteret enim esse notum per rationem naturalem, quod ille actus nobis est conueniens tanquam finis. 4.D.43. Q.2. *Ad secundum principale*. Bb. 32.

Beatitudinem humanam, qui tenet posse haberi in vita ista, concedet, quod eam habens, volens amittet, quia talis debet secundum rectam rationem velle propriam conditionem naturæ suæ: recta autem ratio ostendit isti non habenti fidem, vt videtur, quod conditio naturæ suæ sit mortalitas, & ideo debet velle, sicut vitam amittere, ita vitam beatam. *ibidem*.

Beatitudinem omnes necessario appetere in vniuersali, & non in particulari videtur mihi implicare contradictionem, quia si beatitudo in vniuersali appræhensa necessario appetitur propter hoc, quod est in ea omnis ratio boni, & nulla ratio mali, nec defectus boni; cum hoc in beatitudine in particulari plenius inueniatur, quam in beatitudine in vniuersali, sequitur ergo, quod tunc beatitudinem, siue finem apprehensum in particulari omnes appeterent necessario, quod falsum est. 4.D.49.Q 10. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Contra hanc*. B. 4.

Beatitudinem nec necessario volo, nec necessario nolo miseriam: nec sequitur, non possum velle esse miserum, ergo de necessitate nollo esse miserum. *ibidem*. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Respondeo quod nec*. E. 8.

Beatitudo non est nata esse obiectum actus nolitionis, nec miseria esse obiectum actus volitionis. *ibidem*. ℣. *Respondeo quod à voluntate*. F. 9.

Beatitudinem quando non actu cogitant de illa, non omnes appetunt actu elicito: vnde istud argumentum, non omnes cognoscunt beatitudinem, ergo non omnes appetunt, concludit de actu voluntatis elicito: appetitus autem naturalis non est talis. *ibidem*. *Ad primum principale*. G. 11.

Beatitudinis gratia cum Aug. videtur docere omnia appeti dicens 13. *Trin.* 5. *Propter hanc quæcunque cætera appetuntur*: hoc verum est de appetitu recto. *ibidem*. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. O. 16.

Beatitudinem licet non omnis actu elicito vult, quia non cognoscit: de appetitu tamen naturali, qui non sequitur cognitionem, non oportet, immo necessariò, & semper ad finem tendit. *ibidem*. *Ad primum in oppositum secundæ quæstionis*. O. 17.

Beatitudo magis videtur diligi affectione commodi, quia opponitur ipsi miseriæ: sed tamen certum est quod licet concupiscentia, quò ad concupitum, sit magis ad beatitudinem, non tamen concupita est beatitudo, nisi propter me, sicut propter finem. 4.D.50.Q.2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo de minori*. F. 15.

Beatitudo, & miseria sunt opposita contrarie; *velle* enim, & *nolle* sunt actus contrarij, & habent opposita obiecta, nunc autem contradictorium beatitudinis, vt non esse beatum non habet rationem formalem odibilis, contrarium enim est maioris odij, quam contradictorium, quia ex affectione beatitudinis est odibilitas: non enim appeto non esse, nisi quia vellem beatus esse. *ibidem*.

Beatitudo quo ad meritum.

Beatitudo confertur tanquam præmium pro meritis eius, quem Deus acceptat tanquam dignum tali præmio; & per consequens nulla naturali necessitate sequitur ad actus nostros qualescunque, sed contingenter datur à Deo, actus aliquos in ordine ad ipsum tanquam meritorios acceptante. *Prolog*. Q.1. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Secundo sic*. C. 8.

Beatitudinem perfectam Deus vult creaturæ beatificabili, priusquam gratiam, fidem, merita, aut aliquid istorum; & prius vult ei quodcunque istorum, quam præuideat ipsum habiturum quodcunque istorum; & ideo propter nullum istorum præuisum vult ei beatitudinem. 1.D.41.Q. *Vnica*. §. *Potest aliter*. ℣. *Primum probatur*. A. 11.

Beatitudinis supernaturalis non est sufficienter inductiuus ex congruo vnus actus meritorius, vel vnum opus supernaturale. 2.D.5.Q.2. *Ad primum principale*. ℣. *Vel esto*. P. 18.

Beatitudinem posset dare Deus sine omni merito præcedente, de potentia absoluta, non autem de potentia ordinata; quam ordinationem colligimus ex scriptura, & ex dictis Sanctorum, vbi habemus, quod peccator est indignus vita æterna, & iustus dignus. 1. D. 17. Quæst. 2.§. *De secundo* ℣. *Quantum igitur*. Mm. 29.

Beatitudo excedit omnem naturam creatam, & ideo tam Angelus, quam homo meruit suam beatitudinem. 2.D.5. Q.1. §. *Ideo tenetur*. A. 3.

Beatitudinem supernaturalem Deus Angelis bonis dedisse potuisset in instanti creationis, si voluisset: sed gloriosus est eam haberi ex merito, & ita disposuit sua sapientia: meritum autem istud non potuit esse (supposita liberalitate diuina, quæ creauit omnes æquales) nisi ad minus duabus moris præcedentibus. *ibidem*. *Ad primum principale primæ quæstionis*. ℣ *Ad probationem*. L. 10.

Beatitudo quo ad consecutionem.

Beatitudinem non posse hominem ex puris naturalibus cōsequi, dicitur communiter ab omnibus. 4.D.49.Qu.11. §. *Respondeo dicitur*. n. 3.

Beatitudinis recipiendæ ratio non potest dici habitus, quia nec modo per habitum recipitur actus. *ibidem*. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Prima conclusio*. E.8.

Beatitudinis aliquam operationem potest homo habere, quam non potest habere ex puris naturalibus. *ibidem*. ℣. *Respondeo ergo*. ℣. *Teneo ergo*. I.10.

Beatitudo quo ad perfectionem.

Beatitudo, vel operatio non dicitur, nisi quia coniungit fini, quod est simpliciter bonum, & quia est medium ei. 4. D. 50. Qu. 2. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Respondeo pro tanto*. E. 12.

Beatitudo, secundum omnes Philosophos, est optimum hominis, ideo in vna virtute consistit eiusdem rationis. 2.D. 24. Qu. *Vnica*. §. *Esto igitur alius*. ℣. *Secundo probatur*. E. 4.

Beatitudo alterius animæ, vel Angeli non magis excedit intellectum naturalem beari, quam ipsa anima. 4. D. 10. Q.8. *In tertio argumento in oppositum*. n. 3.

Beatitudo est nobilissima perfectio secunda. 4. D.49.Qu.2. §. *Ad istam secundam*. ℣. *Quod etiam*. D. 9.

Beatitudo (vt supponitur notum etiam apud Philosophos, loquen-

Beatitudo quo ad perfectionem.

loquentes de ea) est bonum sufficiens excludens defectum, vel indigentiam: est bonum perfectum, vel completum, excludens imperfectionem, seu diminutionem: est bonum vltimatum, excludens tendentiam, & ordinabilitatem ad aliud completius bonum, in quo habito completè bene est habenti. 4. D. 29. Quæst. 1. §. *De secundo*. Y.25.

Beatitudo est vltima perfectio, ex eo quod simpliciter optimo coniugit, quia si aliquid ex se esset beatitudo hoc esset nobilissimū maxime, sed natura beati est nobilior in se quam quodcunque accidens suum, ergo natura maxime esset beatitudo: sed omnes perfectiones eius sunt accidentia, ergo minus entia, quam natura. 4. D. 49. Qu. 7. *§. Respondeo*. *ỳ. Contra nulla*. n.3.

Beatitudo in vniuersali non est perfectior, quam in particulari. 4. D. 49. Q. 10. §. *Quantum ad secundum*. *ỳ. Præterea nullum*. C.4.

Beatitudo non compatitur in appetitu intellectiuo aliquam deordinationem, nec in sensitiuo. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo*. *ỳ. De impossibilitate*. C.4.

Beatitudo quo ad inæqualitatem.

Beatitudini non repugnat inæqualitas in eadem specie: vel sic, Inæqualitas potest stare cum beatitudine in eadem specie. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo & primo*. *ỳ. Respondeo quod*. A.3.

Beatitudinis inæqualitas non potest esse ab obiecto, quia obiectum beatitudinis non potest esse obiectum beati, nisi vt infinitum in perfectione: infinitum autem, vt infinitum in perfectione, non potest esse inæquale. *ibidem*. *ỳ. Secundo est videndum*. B.5.

Beatitudinis inæqualitas non potest esse ex parte potentiæ passiuæ absolute, quia quæcunque potentia passiua in specie est ad perfectionem totam in specie absolute in quocunque indiuiduo: propter dispositionem tamen, vt potè propter merita, vt dispositā; sic potest esse inæqualis respectu perfectionis in diuersis indiuiduis in eadem specie: sed ista non sufficit, quia non manet cum effectu, scilicet beatitudine, nec est causa principalis, sed est tantum præuium ad effectum: non autem manet, quando inest. *ibidem*. *ỳ. Tertia conclusio*. D.5.

Beatitudinis inæqualitas est ex parte principij actiui: actiuum autem potest poni, vel intrinsecum, vel extrinsecum. *ibidem*. *ỳ. Quarta conclusio*. D.6.

Beatitudo potest esse inæqualis ex parte voluntatis, & charitatis, sic, quod siue sit voluntas æqualis, charitas vero inæqualis, siue Charitas æqualis, & volūntas inæqualis, potest tunc in inæqualem actum, quia in effectu potest esse perfectio aliqua non solum à prima causa, sed etiam à secunda. *ibidem*. *ỳ. Respondeo ad hoc*. F.7.

Beatitudines corporis beati, vt impassibilitas, subtilitas, &c. si ponuntur qualitates absolutæ positiuæ, tunc erunt inæquales in beatis, quia siue perficiant corpus suum ex redundantia animæ ad corpus, siue à Deo immediatè, differunt tamen secundum merita, quia merita sunt inæqualia: etiam cum beatitudo animarum sit inæqualis, illæ qualitates sunt inæquales. *ibidem*. §. *Ad tertiam quæstionem*. M.11.

Beatitudo non est æqualis in beatis propter æqualitatem in naturalibus, nec propter æqualitatem bonis actus eleciti; sed secundum quod est maior conatus in hoc, quam in illo, secundum hoc est maius meritum, & maius præmium. *ibidem*. §. *Ad primam quæstionem*. *ỳ. Respondeo sicut*. Q.14.

Beatitudinem in beatis esse inæqualem, colligitur ex Ion. 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*: & 1. Cor. 15. *Sicut differt stella à stella in claritate* &c. quod facit pro inæqualitate beatitudinis corporum. *ibidem*. Q.5. & 6. *In argumentis in oppositum*. n.2.

Beatitudo comparatiuè ad vnionem hypostaticam.

Beatitudo, propriè loquendo, non est maior vnione hypostatica, nec è conuerso vnio maior beatitudine, quia sunt alterius rationis: & cum neutra necessariò includat aliam, potest esse vna sine alia. 3. D. 2. Q. 1. *Ad primum principale*. *ỳ. Vel magis*. F.10.

Beatitudo quo ad vitam mortalem.

Beatitudinem consequi hominem in hac vita mortali nulla est impossibilitas simpliciter ex parte Agentis, scilicet. Dei. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo*. *ỳ. Primo ex parte*. A.3.

Beatitudinis consequendæ in hac vita mortali, si est aliqua impossibilitas ex parte passi, illa non est impossibilitas simpliciter ex natura sua: tunc enim nunquam posset recipere beatitudinem, ergo si est repugnantia modo, hoc est ratione alicuius, quod est in passo, cum quo non potest esse beatitudo: & si est aliquod tale impediens, hoc erit mortalitas: talis autem repugnantia mortalitatis ad beatitudinem non est formalis repugnantia: tunc enim non potuissent fuisse simul, quod non est verum. *ibidem*. *§. Respondeo*. *ỳ. De impossibilitate*. B.4.

Beatitudo repugnat mortalitati ratione repugnantiæ effectuum consequentium, repugnet enim vt in pluribus mortalitas beatitudini, non formaliter sed quia effectus vnius repugnat effectui alterius, & per consequens causa illius effectus: beatitudo enim est causa immortalitatis in anima, mortalitas igitur repugnat beatitudini quia repugnat eius effectui cum ergo naturaliter appetitus sensitiuus in homine mortali inclinetur ad delectabile; & appetitus sensitiuus natus est appetitum intellectiuum inclinare: beatitudo autem non compatitur in appetitu intellectiuo aliquam deordinationem, nec in sensitiuo, quia summa delectatio amouet omnem tristitiam; non solum oppositam, sed contingentem, & per consequens non finitur appetitus sensitiuus habere tristitiam circa passionem, & sic mortalitas impeditur ab effectu, qui naturaliter natus est consequi, & per consequens repugnat mortalitati beatitudo ratione repugnantiæ effectuum naturaliter consequentium. *ibidem*. C.4.

Beatitudo animæ non est omnino perfecta sine illa corporis: cum ergo beatitudo corporis non possit stare cum vita mortali, repugnat effectui beatitudinis esse in vita mortali, patet quod sine miraculo non potest esse beatitudo in vita mortali: & non solum in hoc, quod datur beatitudo, est miraculum, sed quia res naturalis impeditur ab effectu suo naturaliter consequente, non tamen per Agens naturale contrarium. *ibidem*. *ỳ. Alio modo*. C.5.

Beatitudo repugnat in hac vita mortali, non solum quia miraculum esset, si Deus daret beatitudinem, sed aliud miraculum requiritur, scilicet suspensio miraculosa potentiæ naturalis ab effectu suo naturali: & ideo dicitur quod de lege communi, non potest esse: quo sensu possunt solui, & intelligi omnes auctoritates Sanctorum, quæ videntur sonare, quod homo in hac vita mortali non posset consequi beatitudinem. *ibidem*. *ỳ. Ex dictis*. F.6.

Beatitudo, & mortalitas, quod simul fuerint in Christo in hac vita, semper fuit miraculum vsque ad mortem propter repugnantiam effectuum. 4. D. 49. Q. 12. *Ad primum principale*.

Beatitudo Corporis.

Beatitudo corporis siue sit immediatè à Deo, siue ex redundantia beatitudinis animæ: tamen ordo est ibi, quod beatitudo animæ non est omnino perfecta sine beatitudine corporis. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo*. *ỳ. Alio modo*. C.5.

Beatitudo corporis consistet in *esse* primo, vt est perfectibile ab anima beata: & hoc propter duo, vel propter maiorem perfectionem animæ in operando, vel propter maiorem perfectionem corporis ab anima, quia materia est propter formam, & non è conuerso. *ibidem*. *Ad quintum principale*. *ỳ. Ex hoc sequitur*. H.8. in fine.

Beatitudo Philosophorum.

Beatitudinis illa ratio, quam Philosophus 10. *Ethicor*. reputauit specialem, quæ, scilicet consistit in speculatione altissimarum causarum perfectissima possibili homini, est valde ratio vniuersalis: in speciali autem descendendo, ipse non videtur processisse vltra speculationem perfe-

Beatitudo Philosophorum.

perfectissimam in vita. ista 4. D. 43. Qu. 2. *Ad secundum principale*. Bb. 32.

Beatitudo vera nulla esset secundum illum circuitum anni magni constantis 36. millibus annorum communium, post quem annum, à quibusdam Philosophis dicebatur omnia redire eadem numero, secundum hunc, inquam, circuitum, nulla esset beatitudo vera, vt ostendit Aug. 12. *Ciuit.* 13. pro eo quod anima beata reditura esset ad miserias, quas priùs habuit, & ita dum beata est, aut credit se nunquam redituram; & sic falsa opinione beata est, aut credit se redituram, & tunc timet, & per consequens non est beata. 4. D. 43. Q. 3. *§. Hic sciendum.* ℣. *Sed illam*. A. 3.

Beatitudo naturalis.

Beatitudinem aliqualem naturalem damnati ob solum peccatum originale de Deo cognito in vniuersali poterunt attingere. 2. D. 33. Q. *Vnic. §. Sed si quæratur*. B. 3.

Beatitudo naturalis Angeli excedit naturalem beatitudinem hominis, etiam si fuisset in statu innocentiæ tam Angelus, quam homo per quantumcunque tempus. 2. Dist. 3. Quæst. 9. *§. Ad quæstionem.* ℣. *Quod autem.* D. 8.

Beatitudo supernaturalis.

Beatitudo, quæ soli Deo est naturalis, est perfectio, & finis cuiuslibet creaturæ rationalis. 2. D. 5. Q. 1. *§. Ideo tenetur*. n. 3.

Beatitudo non potest inesse alicui creaturæ capaci beatitudinis, nisi à Deo, ergo pro quocunque instanti, beatitudo est possibilis dari à Deo, & inesse craturæ capaci illius, pro illo instanti est simpliciter possibilis. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primo*. A. 3.

Beatitudo perfecta creaturæ beatificabilis in toto processu, quo perducitur ad perfectum finem, est perfectus finis. 1. Dist. 41. Q. *Vnic.* §. *Potest aliter.* ℣. *Primum probatur*. A. 12.

Beatitudo quo ad Angelos.

Beatitudo qualibet cuiuslibet Angeli excelleret quamlibet beatitudinem cuiuslibet animæ, vel è conuerso, si intellectualitas Angeli, & animæ different specie, quorum vtrumque est falsum, quia se habent sicut excendens, & excessa in beatitudine. 2 D. 1. Q. 6. §. *Contra, anima.* ℣. *Item tertio*. A. 3.

Beatitudinis Angelicæ status non esset ex se certus, si Angeli merentur eam per obsequia impensa electis, nam licet de facto mundus finietur, & ex hoc numerus obsequiorum, quæ impenduntur à quibusque Angelis, electis: sit finitus tamen mundus posset diuctius durare plusquam per mille annos, vel quantumcunque duret: non propter hoc status beatitudinis esset minus certus; sed, hoc posito, non esset certitudo meriti, quantum esset: & ideo istud præmium de se creatum non correspondet illi merito quod de se non est certum in quantum meritum. 2. D. 5. Q. 1. §. *In ista quæstione.* ℣. *Item tunc*. n. 2.

Beatitudinem naturalem licèt Angelus habuerit sine mora, non tamen inde sequitur quòd habuerit beatitudinem etiam supernaturalem sine mora vlla inter eam, & suam creationem. *ibidem. Ad primum principale primæ quæstionis*. L. 10.

Beatitudinem Deus pro quocunque instanti potuit dare Angelis bonis, ita bene in primo, sicut in secundo, vel tertio instanti. 2 Dist. 5. Q. 2. *§. Respondeo primo*. A. 3.

Beatitudo quo ad Christum.

Beatitudo abstulit Christo peccabilitatem, vel possibilitatem peccandi, quæ potest auferri per beatitudinem, licet cum hoc staret potestas merendi. 3. D. 12. Q. *Vnica*. §. *De secundo dico*. A. 2.

Beatitudo Diuina.

Beatitudo diuina consistit in eius actibus perfectis intellectus, & voluntatis. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam positionem.* ℣. *Item quinto*. D. 7.

Beatitudo Dei est formaliter in intellectione, & volitione. 1. D. 13. Q. *Vnica*. *§. Alia est opinio*. ℣. *Præterea; Deus*. K. 14.

Beatitudo conuenit Deo, ex natura rei, ante omnē operationē intellectus negotiatiui, quia actus negotiandi non est formaliter beatificus: illa autem beatitudo, vt dicitur, requirit propriam rationem obiecti, & potentiæ, & operationis. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Hoc etiam*. H. 11.

Beatitudo Dei formaliter consistit in opèratione secundum illud Philosophi 12. Met. Tex. 51. vbi de eo loquens ait, *si non intelligat, quid est insigne, & venerabile, sed se habet quemadmodum si dormiens, siue intelligit, & non est hoc, quod sua intelligentia:* & probat consequentiam, *per intelligere enim honorabile inest*: & tamen beatitudo eius non requirit relationem rationis inter operationem, & obiectum, quia licet possit intellectus eius comparare actum suum ad obiectum, tamen ista comparatio, siue relatio rationis non includitur in ipsa opratione, quæ operatio secundum se est beatifica: non enim videtur rationabile, quod magis Deus sit beatus formaliter aliqua operatione, includente relationem rationis, quam beatitudo Angeli includat aliquam talem relationem. *Quodl.* Q. 13. *§. Nunc tertio.* ℣. *Ad primum*. Q. 16.

Beatitudo creata requirit relationem ad obiectum, sed realem, & hoc, quia non potest habere maiorem vnitatem cum obiecto, quam vnitatem relationis: operatio autem Dei habet cum obiecto veram vnitatem, & identitatem, & ideo ibi nulla requiritur relatio ad hoc, vt ipsa sola, & absoluta, sit plenè beatifica. *ibidem*.

Beatitudo diuina, vt absoluta, est plenè vltimum bonum eius, scilicet Dei; beatitudo autem creata non est vltimum, nisi cum relatione annexa. *ibidem*. ℣. *In hoc patet*. Q. 17.

Beatitudo quo ad cognitionem.

Beatitudinis cognitio in particulari non est possibilis homini, nisi supernaturaliter eleuetur: vnde damnatis ob solum peccatum originale, vel non datur illa cognitio supernaturalis in particulari, vel si istam cognitionem in particulari habuerint, non tristabuntur. 2. D. 33. Q. *Vnica*. §. *Et si quæratur.* ℣. *Respondeo sicut*. C. 4.

Beatitudines Euangelicæ.

Beatitudines acquisitæ, & infusæ (quæ secundum Henricum perficiunt hominem modo inhumano) euacuabunt virtutes (quæ secundum eumdem perficiunt modo humano) & dona (quæ secundum eumdem perficiunt modo superhumano) vel saltem necessitatem eorum: quod videtur inconueniens, potissimè si sit sermo de Virtutibus Theologicis, quia charitas non euacuabitur in Patria, nec fides, nec spes in via. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *Sed contra* ℣. *Præterea impossibile*. n. 3.

Beatitudo vera esset in actu alicuius beatitudinis [ex beatitudinibus Euangelicis] si istæ beatitudines disponerent ad operandum inhumano modo. *ibidem*.

Beatitudines, quas ponit Saluator Matth. 5. sunt idem habitus cum habitibus virtutum: tamen aliquando nominantur species specialiores, quam sumantur in numero illo septenario Virtutum scilicet trium Theologicarum & quatuor moralium cardinalium. *ibidem*. §. *His suppositis.* ℣. *His intellectis*. M. 18.

Beatitudinibus in octo, siuè in octo beatitudinibus, duæ exprimuntur Virtutes appetitiuæ theologicæ, & tres morales; fortitudo in se, & temperantia in duabus speciebus, & iustitia in tribus speciebus: duæ autem Virtutes intellectuales, vna acquisita, vt prudentia; alia infusa, vt fides, quæ non exprimuntur in se, nec in suis speciebus, satis dantur intelligi per appetitiuas, quia non est voluntas optimè disposita sine virtute correspōdente in intellectu. *ibidem*. ℣. *Duas autem*. N. 19.

Beatitudinum, & donorum licet numerus sit alius, hoc est, quia aliquæ species septem Virtutum aliter exprimuntur hic, quàm ibi, & non quia sunt alij habitus, qui non sunt illarum virtutum. *ibidem*. ℣. *Sic igitur patet*. Q. 21.

Beatus quo ad definitionem.

Beatus non est ex Aug. 13. Trin. c. 5. vel 15 *nisi qui habet omnia, quæ vult, & nihil mali vult*: ita intelligenda est hæc diffinitio, quod beatus est, qui habet quicquid ordinatè potest velle, non tamen quicquid nunc actu vult; tunc enim aliquis viator posset esse beatus pro tunc, quando de vno tantum ordinatè habito cogitat: potest autem voluntas ordinatè velle habere charitatem, quia potest velle habere non solum substantiam actus fruendi, sed potest velle habere fruitionem Deo acceptam, ergo si non habet illud, non habet quicquid ordinatè potest velle. 1. D. 1. Q. 4. *§. Posset tamen.* ℣. *Cum dicitur*. n. 20.

Beati fuissent homines in statu innocentiæ, si voluntas eorum fuisset plenè confirmata in iustitia, quia habuissent, pro statu illo, quicquid vellent, quia beatus est secundum Aug. *qui habet quicquid vult, & nihil mali vult*. 2. D. 20. Q. 1. *§. Dico ad quæstionem.* ℣. *non posse*. A. 2. *Addit*.

Beatus nõ est, inquit Aug. 13. Trin. improbatis alijs diffinitionibus, *nisi, qui habet omnia, quæ vult, & nihil mali vult*, dico, quod illa nõ est diffinitio beati, sed descriptio, & verior cæteris improbatis, quia est per necessaria concomitantia beatum; non sic aliæ descriptiones improbatæ ab Augustino: Potest dici aliter, quod *quicquid vult* non accipitur ibi diuisiuè, sed pro aliquo vno, in quo sunt vnitiuè omnia rectè volita, vt sit sensus, beatus est, qui habet perfectè secundum modum sibi possibilem aliquod obiectum propter se volendum, in quo habet vnitiuè, & eminenter quicquid potest rectè velle, & illo intellectu concluditur beatitudinem formaliter consistere in operatione. 4. D. 49. Q. 1. *Ad primum principale*. Bb. 28. & *Quodl.* Q. 13. §. *De secundo.* ℣. *Primo ex ratione*. F. 6.

Beatus est, qui habet quicquid vult. &c. Ly *quicquid* ibi non accipitur pro quocunque appetibili diuisiuè, sed pro vno, in quo continentur omnia vnitiuè, & sic habendo obiectũ beatificum (per quemcunque actum dicatur haberi) habet quicquid rectè vult, quia est eminenter in illo, propter quod solum est rectè volendum, & in hoc habet omnem actum rectè volendum: cum ergo sumitur sub illa propositione Augustini, vt sub maiori hæc alia tanquam Minor, *hæc, & illa operatio, visio scilicet, & fruitio sunt rectè volendæ*, patet, quod non rectè sumitur sub illa maiori. 4. D. 49. Q. 3. *Ad primum principale*. G. 10.

Beatus per vnam operationem potest habere quicquid vult: ly *habere* sumitur pro actu volendi non quocunque, sed perfectè sequente visionem nudam: & qui tali actu habet quicquid vult, hoc est vnum, quod est eminenter omne volibile, ille est beatus; sed non sequitur, ergo quicunque vult quicquid vult est beatus, quia per inferius potest dari diffinitio, vel descriptio alicuius, non sic per superius, quia pluribus conuenit *ibidẽ. Ad secundũ principale.* G. 11.

Beatus habet quicquid potest rectè velle non de potentia absoluta, sed de potentia ordinata: vel si de potentia absoluta, potest sic intelligi illud Augustini. 13. Trin. 5. *Beatus est, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult*, quicquid absolute potest rectè velle, hoc est quicquid Deus vult eũ velle. 3. D. 13. Q. 4. *Ad primũ principale secundæ quæstionis*. M. 15.

Beatus est, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult: Si habere intelligatur ibi importare relationem, tunc vel est descriptio per illud, quod necessariò concomitatur operationẽ beatificam, vel hoc nomen beatitudo non importat præcisè absolutum, sed cum respectu ad obiectum: Si autem per habere intelligatur operatio, qua obiectum habetur iuxta illud Aug. 83. QQ. Q. 35. Habere deum nihil est, nisi nosce; tunc habere beatificum non importat per se relationem sed illa tantummodo concomitantur. *Quodl.* Q. 13. *§. Hunc tertio.* ℣. *Per idem*. Q. 17.

Beatus vt causa suæ beatitudinis.

Beatus est causa actus respectu beatitudinis suæ, quantum ad illud absolutum, quod est in beatitudine: & hoc si voluntas sit causa actiua suæ volitionis beatificæ. 4. D. 49. Q. 1. *Ad quartum principale*. Ff. 30.

Beati principia actiua beatitudinis habentes inæqualia, vt voluntatem, vel charitatem, inæqualiter fruentur Deo. 4. D. 50. Q. 6. § *Respondeo & primo.* ℣. *Ex hoc patet*. G. 8.

Beato nihil inest supernaturale prius operationibus: Si autem aliquid supernaturale ponitur in beato prius operationibus, hoc non erit propter receptionem, sed propter actionem, vt eliciatur operatio in beato, qua attingit Deũ 4. D. 49. Q. 11. *§. Respondeo ergo.* ℣. *Ex hoc sequitur*. G. 9.

Beatus quo ad obiectum.

Beatum actu nihil potest esse in duobus obiectis beatificantibus totalibus, quia vtrolibet eorum destructo, nihilominus esset beatus, ergo in neutro est beatus: Videtur etiam rationabile, quod quietatum in vno obiecto adæquato, non possit in obiecto alio quietari. 1. D. 2. Qu. 3. §. *In ista quæstione.* ℣. *Secundo sic*. n. 3.

Beatus quilibet videt omnia in verbo. 1. D. 32. Q. 2. §. *Ad argumenta in oppositum* ℣. *Respondeo sicut*. D. 10.

Beatus est, qui te (dicit Deo) & illa nouit, nec propter illa beatior. Aug. 3. Confess. 1. D. 35. Q. *Vnica. §. Ad ista.* ℣. *Similiter alia*. E. 13.

Beati, & damnati possunt ouem Christi nosse signatã (Charactere baptismali) quam non noscerent non signatam, quia in beatitudine ad maiorem gloriam, & in damnatione ad maiorem confusionem. 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad illa*. L. 19.

Beatum videre existentiam corporis Christi in Eucharistia in genere proprio, multo minus requiritur ad beatitudinẽ, quã eam videre in obiecto beatifico, quia multo minus ad beatitudinem requiritur talis perfectio visionis, quã visionis in Verbo. 4. D. 10. Quæst. 8. §. *Respondeo.* ℣. *Addo*. I. 10.

Beatus naturaliter videt in alio beato actum beatificum, quia etsi non videat beatus in verbo beati alterius beatitudinem, nec in se, nec per aliquam specialem reuelationem; potest tamen videre alium esse beatum, sicut potest videre animam alterius beati, vel Angelum, vel essentiã alterius Angeli, quia non magis excellit intellectum eius naturalem beatitudo Angeli, quam ipsa anima: & tamen illa beatitudo nõ est minus supernaturalis, quam existentia corporis Christi in Eucharistia, ergo illam existentiam beatus potest naturaliter videre. *ibidem. In Argumento in oppositum*. n. 3.

Beatus potest dici, quòd non habeat verbum de Deo, quia licet illa visio sit imago diuinæ essentiæ ipsam naturaliter repræsentans; non tamen est imago naturalis naturaliter ab ipsa procedens. *Quodl.* Q. 14. §. *Hic intelligendum.* ℣. *Ad aliud posset*. Bb. 19.

Beatus, si prius fruatur essentia, postea persona, non quietatur vlteriori quietatione, quam prius quietabatur, sed eadẽ quietatione, in quantũ obiectum quietãs terminat, vt in aliquo, & prius non terminabatur, vt in illo. 1. D. 1. Q. 2. §. *Per hoc ad argumenta.* ℣. *Ad illud de quietatione*. F. 8.

Beatus dimissus naturali cognitioni suæ, & videns species consecratas, non sciret per actus sensus hoc esse corpus Christi, sed tantum per intellectum, intuitiuè videns illud corpus. 4. D. 10. Q. 9. *Ad primum principale*. C. 6.

Beatus quo ad rationem formalem.

Beatus aliter se habet nunc, quam prius non Beatus, quia mutatur de miseria in beatitudinẽ. 4. D. 49. Q. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem.* ℣. *Contra istam opinione*. A. 5.

Beati nulla perfectio intrinseca est beatitudo, nisi pro quãto immediatè coniugit perfectiuo estrinseco, quod est obiectum beatificum: & excepta relatione, immediatissimum coniungens est operatio, & consequenter in ea sola formaliter consistit beatitudo formalis. *ibidem. §. Ad quæstionem.* ℣. *Hoc probatur*. Bb. 27.

Beatum esse est summè illi bene esse. *ibidem*.

Beatum esse, si quiditatiuè est sic habere obiectũ, quod beatitudo intrinseca non posset esse sine coniunctione ad illud; sequitur, quod beatitudo est talis habitio: talis autẽ habitio talis obiecti vel includit simul absolutum, & respectum, vel essentialiter dicit respectum, & necessariò connotat absolutum, quia si essentialiter diceret absolutum, non necessariò connotaret respectum, qui est posterior absoluto. 4. D. 49. Quæst. 1. *Ad secundum principale*. Dd. 29.

Beato est simpliciter perfectè bene, quia beatitudo est perfectio rei secunda non prima, quia res perfectior secundũ perfectionem primam, & sola illa potest esse miserior alijs; perfectio autem secunda propriè exprimitur per hoc, quod est *bene esse*, & ad excludendum perfectionẽ secundã eiusdem, additur *perfectè ad bene* · ad excludendum vlteriorem perfectionem secundam simpliciter saltem in genere, additur *ad perfectè bene simpliciter*, ita quod beatitudo dicit perfectionem secundam excludentem imperfectionem, & priuatiuam, & negatiuam tanquam perfectio

Beatus quo ad rationem formalem,

secunda saltem in genere, *ibidem*, *Ad quintum principale* ℣. *Breuiter*. Gg 31. 32.

Beatus quo ad velle.

Beati omnes esse volunt, vt probat Aug. 13. *Trin*. 3. vbi dicit, *quod quidam minus dixit se scire de multis existentibus in theatro, quid omnes vellent*, hoc volens intelligere de beatitudine; Sed Aug. hoc non intelligit de volitione actuali; vult enim, quod mimus ille, de quo loquitur ibi, verum dixisset, quid omnes concurrentes voluere, si dixisset omnibus, beati omnes vultis esse? non omnes autem concurrentes ad illud spectaculum habuerunt tunc actualiter *velle* beatitudinis, quia non actualem cognitionem de hoc: loquitur ergo de volitione habituali, qua videlicet ipsa voluntas prona est, vt statim inclinetur ad actum volendi beatitudinē, si actualiter offeratur sibi ab intellectu. 1. D. 1. Q. 4. §. *Posset tamen dici*. ℣. *Ad auctoritatem*. n. 20.

Beati, inquit Aug. 13. Trin. 4. *omnes esse volumus*, quod semper verum est, siue de beatitudine actu cogitemus, siue non; & tamen sine actuali cognitione non est in nobis actuale velle voluntatis: *ibidem*. etiam vult, quod quicquid aliud quisquam latenter velit ab hac voluntate communi non recedit: desideratur etiam summo desiderio electiuo voluntatis benè dispositæ. Quodl. Q. 13. §. *Prima Conclusio*. ℣. *Primo sic*. C. 3.

Beati, inquit Aug. 13. Trin. 8. *omnes* esse *volunt*, *vt veritas clamat*: Si per hoc intelligatur concludere pro appetitu naturali, verum est: si autem pro appetitu libero, actu scilicet elicito, non est verum vniuersaliter, sed in pluribus. 4. D. 49. Q. 10. *Ad primum in oppositum*. L. 14.

Beatus non vult habere maiorem beatitudinem, quam Deus vult habere: & hoc dico actu elicito, & consequenter tunc appetitus liber est rectus, non autem quantum inclinat naturalis appetitus: Et si conformatur sibi in hoc non diuinæ regulæ iam esset simpliciter malus, id est, secundū quid rectus. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo, & primo*. ℣. *Ad secundum dico*, B. 4.

Beatus quo ad affectionem commodi, & iustitiæ.

Beati, alij à Christo, quia secundum totam voluntatem sunt coniuncti vltimo fini, scilicet Deo per affectionem iustitiæ perfectissimæ, & habent semper commodum coniunctum sibi, quod appetunt affectione commodi, scilicet coniunctionem summi boni: ideo non possunt habere actum oppositum affectiuui commodi, vt liberè velint aliquid, quod non sit eis commodum: nullum enim est obiectum in Patria, quod possunt velle, quod sit eis commodum, quod affectione commodi nolunt. 3. D. 18. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Tunc ad propositum*. D. 5.

Beati, alij à Christo, ita coniunguntur Deo, quod affectione iustitiæ primò volunt bonum Deo, & secundario sibi, & affectione commodi volunt semper sibi bonum, *ibidem*. *Ad primum principale*, G. 16.

Beatus quo ad meritum.

Beatus necessariò erit in termino, quicunque pro tota mora viæ manet in merito. 2. D. 5. Q. 2. §. *De tertio articulo*. ℣. *Contra illud*. M. 15.

Beati cuiuscunque persona, alia à Christo, est totaliter extra statum merendi secundum totum subiectum. 3. D. 18. Qu. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad secundum*. D. 9.

Beati aliqui sunt in statu beatitudinis, qui nunquam fuerunt inimici actualiter peccato actuali, vt multi innocentes: & multi alij, qui fuerunt inimici, aliquando, vt mortaliter peccantes, & postea pœnitentes: Est ibi etiam B. Virgo mater Dei, quæ nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, nec ratione originalis: fuisset tamen, nisi fuisset præseruata; igitur decens fuit, quod esset beatitudo alicuius personæ sine omni merito præcedente; nec ideo anima Christi fuit ingloriosior, quia si actus potuisset cadere sub merito, anima illa potuisset mereri illum, nisi fuisset præuenta actu beatifico. *ibidem*. §. *Hoc viso*. ℣. *Aliter dicitur* G. 13.

Beatus quo ad terminum.

Beatus quilibet, ex ordinatione, est in termino, quando per beatitudinem coniungitur fini vltimo. 3. D. 15. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. X. 34.

Beatus quo ad immortalitatem, & perpetuitatem.

Beata vita, inquit Aug. 3. Trin. 8. *esse non potest, nisi sit immortalis, quod probat, quia si amitti potest: aut ergo beatus amittit eam nolens, & tunc non est beatus, quia non habet quicquid vult; aut volens, aut neque volens, neque nolens: Et ad vtrumque istorum duorum membrorum sequitur, quod non est beatus, quia non amat beatitudinem, imo si volens amittit, odit eam: nec ergo est vita beata*. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic dico*. ℣. *Similiter ad hoc*. A. 2.

Beatus si dicatur, quod amittat beatitudinem, sed hoc non considerat dum est beatus, & ideo est neuter quo ad voluntatem, non quidem non curando illud bonum apprehensum haberi, sed nihil intelligendo de illo haberi: hoc irrationabile est; quia quomodo nunquam considerasset de perpetuitate illius vitæ, quam summè diligit, si beata est, aut si considerat, & credit eam perpetuandam, ergo decipitur: *nihil autem*, ex Aug. 11. Ciuit. 4. *inconuenientius, quam quod falsa opinione aliquis sit beatus*. *ibidem*. A. 2.

Beati certitudinem habent de beatitudine iam sibi collata perpetuò continuanda, non quia vident beatitudinem ex se esse perpetuam: nec etiam tantum per rationem naturalem, quia nulli creaturæ potest esse notum per rationem naturalem illud, quod contingenter dependet à sola voluntate diuina, cuiusmodi est continuatio beatitudinis, & consequenter est illa certitudo tantummodo in intellectu beati ex reuelatione sibi facta à Deo. 4. D. 49. Q. 6. §. *De secundo principali*. P. 22.

Beatus quo ad distinctionem à non beato.

Beatus non distinguitur à non beato, nisi videndo obiectum beatificum, vt est obiectum beatificum, & ea, quæ includuntur in ipso, vt est tale obiectum. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Respondeo*. ℣. *Tertia Conclusio*. H. 10.

Beatus à non beato distinguitur per se essentialiter, & primo modo per solum actum voluntatis. 4. D. 49. Q. 3. *Ad tertium principale*. G. 11.

Beatus quo ad opinionem.

Beata, quod falsa opinione sit anima, stultius nihil potest dici: vel sic, *stultius nihil potest dici, quam quod falsa opinione anima sit beata* secundum Aug. 11. *de Ciuitate Dei cap*. 4. 1. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud*. ℣. *Item intelligentia*. B. 3.

Beatus nullus sicut falsa opinione est beatus, ita nullus est falsa opinione miser. 4. D. 44. Q. 2. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra hoc*. n. 3.

Beatus quo ad Posse errare.

Beati si errare non possunt circa obiectum theologicum absolutè, in aliquo tamen actu possunt, & sic necessariò habent cognitionē directiuam alicuius actus circa obiectum theologicum. *Prol*. Q. 4. §. *Contra sic arguitur*. I. 17.

Beati licet non possint errare, non sequitur, quod non habent habitum etiam directiuum, quia eo per impossibile circumscripto, errare possent, sed eo posito, propter perfectionem eius excluditur omnis error. *ibidem*. *Ad tertium Respondeo*. K. 18.

Beatus quo ad peccabilitatem, & impeccabilitatem.

Beatus est impeccabilis in sensu composito, hoc est, non potest simul esse beatus, & peccare: sed in sensu diuisionis, quod scilicet manens beatus nō habeat potentiam, & possibilitatem ad peccandum, potest intelligi dupliciter, vel per aliquid sibi intrinsecum, quod excludit potentiam talem; vel per causam extrinsecam, quod excludit potentiam propinquam ab illo: Dico igitur, quod nulla est causa intrinseca in voluntate Michaelis nunc beati, per quam excludatur potentia ad peccandum in sensu diuisionis: non est causa intrinseca prohibens istam potentiam omninò reduci ad actum: sed per causam extrinsecam est impossibilis potentia illa propinqua ad peccandum, videlicet per voluntatem Dei præuenientem illam voluntatem, vt semper continuet actum fruendi: & ita nunquam possit potentiam suam remotam non fruendi, vel peccandi, reducere ad actum: siquidem nunquam causa secunda præuenta à causa superiori agente ad vnum oppositum, potest potentia propinqua exire in aliud oppositum. 4. D. 49. Qu. 6. §. *Dico ergo*. ℣. *Respondeo patet*. F. G. 11.

Beati voluntas non est minus beata, si in potentia sit, quod

eueniat

Beatus quo ad peccabilitatem, & impeccabilitatem.

eueniat quod peccet, quod tamen nunquam eueniet; quia voluntas diuina semper praeueniet. *ibidem*. ℣. *Posset dici*. K. 15.

Beatus, si dimitteretur sibi, posset in actum peccati venialis, sed non esset sibi venialis ratione praecepti, quod habet de semper eliciendo talem actum beatificum, & non diuersificando non solum ad oppositum, sed nec ad disparatum: Et propter praeceptum de semper operando optima, esset sibi quaecunque deordinatio talis mortale peccatum. 2. D. 21. Q. 2. §. *Ad primum pro opinione*. ℣. *Dico, quod si*. D. 4.

Beatus quo ad cognoscere in genere proprio.

Beatorum status immobilitati sicut non repugnat, quod de nouo intelligant aliqua facta contingentia, ita similiter non repugnat firmitati status eorum, quae est in videndo verbum, quod de nouo intelligant aliquod verum necessarium, quod prius non intellexerunt, & ex vno vero necessario intelligere aliud, & ita possunt addiscere aliqua vera necessaria de necessario in genere proprio. 2. D. 33. Q. *Vnica* §. *Sed si quaeratur*. B. 3.

Beatus eadem potentia cognoscit Deum visione beata, & alia in genere proprio. 3. D. 18. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. H. 17.

Beatus quo ad dilectionem.

Beatorum dilectionem quia certum est esse Deo gratam, absolute debeo velle ipsum ab eis diligi. 3. D. 28. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad tertium*. F. 5.

Beati, quibus non possumus bene facere, possunt bene diligi, & esse proximi. Deus autem licet bene diligatur, non tamen ex dilectione alicuius potest addi sibi aliquod bonum, & ideo non comprehenditur sub proximo. 3. D. 30. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. G. 13.

Beatus quo ad vindictam.

Beatus, & innocens possunt habere habitum prompte vindicandi in altum reum, & consequenter in se, si reatus inesset: Et sic potest concedi, quod in statu innocentiae, & beatitudinis manet virtus poenitentiae. 4. D. 14. Q. 2. *Ad tertium principale*. X. 19.

Beatus quo ad memoriam peccati.

Beati à memoria possibile est totaliter deleri peccatum, quod ipse commisit: nec in hoc derogatur beato, imò videtur pertinere ad beatitudinem eius: si enim innocens gaudebit de innocentia speciali gaudio, licet ille non possit gaudere de innocentia, quia tunc esset falsum gaudium: tamen potest innocentia de eius memoria deleri, vt de illa non habeat aliquam materiam tristitiae. 4. D. 45. Q. 3. *Ad primum principale*. ℣. *Dico tamen*. P. 23.

Beatum potest Deus, stante memoria habituali peccati commissi, praeseruare ne vnquam exeat in actum considerandi se illud commisisse: & hoc sufficeret ad excludendum occasionem proximam tristitiae, licet remotam: nec priuatio talis notitiae actualis, vel habitualis faceret eum in aliquo imperfectum, quia secundum *Phil. 3. Top. 10. quorumdam obliuisci, vt turpium, melius est quam reminisci*; quod maxime verum est, loquendo de illo, qui turpe commisit, cui poenale est reminisci. *ibidem*.

Beati si dicantur habere memoriam actualem, vel habitualem peccati à se commissi, & quod quandoque exibunt in actualem recordationem, tunc ad vitandum tristitiam in ipsis, dicendum est, vel quod Deus suspendat causalitatem illam, quam recordatio nata esset habere respectu tristitiae: & hoc quidem possibile est, sicut suspendit naturalem actionem ignis respectu puerorum in camino: sed tunc erit miraculum quoties recordantur, quod non tristentur: vel si fugitur miraculum, oportet dicere, quod causa naturalis potest impediri per contrarium excellens, & maximè quando contrarium totaliter replet capacitatem passi. *ibidem*. ℣. *Si hoc non placet*. Q. 24

Beatus quo ad perfectionem accidentalem.

Beati non habebunt omnem perfectionem accidentalem: & ideo per operationem suam poterunt eam acquirere secundum libertatem voluntatis suae. 4. D. 49. Q. 14. *Ad quartum principale*. N. 13. in fine.

Beatus quo ad gloriam corporis.

Beatus habens suum corpus gloriosum, habebit agilitatem, & promptitudinem ad mouendum, quae agilitas non est per aliquam qualitatem supernaturalem corpori superadditam defluentem ab anima, sed est propter intensionem virtutis motiuae ex parte animae, & propter amotionem duplicis impedimenti ex parte corporis, scilicet vnius, quod est iuncturis, & neruis, & alterius humorum, & spirituum grossiorum in toto, & collationem bonorum spirituum subtilium in corpore. 4. D. 49. Q. 14. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Quinto ex dictis*. L. 11.

Beati in patria non habebunt situm in Coelo, nisi erectum, non autem sessionis, nam inclinati partium videtur repugnare agilitati: sed erectio, siue statio videtur esse situs conueniens corpori in quantum est instrumentum animae, quia tunc magis aptum est, & proprium ad operationem: vnde & iacere magis videtur esse situs naturalis corpori humano, quam sedere, quod includit curuitatem partium. *ibidem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. L. 12.

Beati vniformiter non mouebuntur post resurrectionem, sed velocius, & agilius secundum merita sua. *ibidem*. *Ad primum principale*. N. 13.

Beati post resurrectionem licet erunt in determinata approximatione ad Christum, tamen non minuetur eorum beatitudo accidentalis, cum aliquantulum recedunt, quia recedunt secundum habitum suum, sicut modo aliqui habent propinquitatem ad Regem in Camera, vel extra in aula. *ibidem*. *Ad tertium principale*. N. 13.

Beatus quilibet habet colorem pulchrum in corpore secundum gradum complexionis suae, quia non omnes habebunt eumdem colorem, nec secundum vnum gradum, qui habent similem colorem. 4. D. 49. Q. 15. §. *Respondeo*. A. 2.

Beati omnes non erunt aequè clari, etiam habentes sibi similem complexionem, sed secundum merita sua: vnde secundum Apost. 1. Corinth. 5. *Alia est claritas solis &c. ibid.*

Beatus quicunque, qui habet claritatem, quando est approximatus passo proportionato sibi simpliciter, vt oculo glorificato, vel passo aliqualiter proportionato, vt oculo non glorificato, necesse est, quantum est ex parte sui, quod immutet. *ibid. Ad tertiu principale.* ℣. *Et ideo videtur*. C. 5.

Beatus potest dici posse occultare claritatem suam, non quod hoc fiat immediatè à voluntate sua, sed ad imperium voluntatis suae Deus occultat non coagendo claritati. *ibidem*. ℣. *Quid ergo*. D. 5.

Beati corpus post iudicium posset vniformiter se habere in sua dispositione, licet nullum corpus aliter se haberet, quia non oportet, quod aliqua corpora inferiora aliter se habeant ad hoc, vt beati vniformiter se habeant: nec aliqua corpora ponuntur tunc fore mouenda. *Quodl.* Q. 11. §. *De secundo*. ℣. *Contra ista*. F. 9.

Beatus quo ad Potentiam motiuam.

Beatus non tantum poterit mouere corpus suum progressiuè, idest, primo mouendo vnam partem, & per illam, aliam, & sic totum: sed poterit statim, & immediate mouere totum in *vbi*, sine tali ordine motus partium. 4. D. 10. Q. 7. §. *Respondeo*. ℣. 31. sicut E. 5.

Beatus poterit vti potentia sua motiua non organica immediatè mouendo aliquod corpus secundum se, sicut Angelus posset mouere. *ibidem*.

Beatus quo ad hanc vitam.

Beatus non esset aliquis hic, & si haberet hic aequalem charitatem, sicut in Patria. 3. D. 31. Q. *Vn. Ad primum principale*. G. 9.

Beatus quo ad orationes nostras, &c.

Beati, cum anima separata possit acquirere notitiam non solum abstractiuam, sed intuitiuam, nec solum sensibilem, sed quorumq; intelligibilium proportionatorum: & proportionatum sit sibi quodcunque intelligibile creatum, per consequens orationem, siue vocalem, quam, & coniunctam posset nosse per sensus corporis: siue mentalem, quae tunc erit sibi proportionata, poterunt tunc intuitiuè cognoscere, si tamen immoderata distantia non impediat. 4. D. 45. Q. 4. §. *Hic tria*. ℣. De primo. A. 2.

Beatum videre orationes nostras non est necesse ex ratione beatitudinis, neque regulariter, siue vniuersaliter in verbo, quia non est aliquid quasi necessaria sequela beatitudinis, neque quod reueletur, neque talis reuelatio sequitur necessariò beatitudinem: beatitudo enim intel-

fectus in obiectis creatis non transcendit quiditates, siuè illa, quorum essentia visa est necessaria ratio videndi: tamen quia congruum est beatum esse coadiutorium Dei in procurando salutem electi eo modo, quo sibi potest competere, & ad istud requiritur sibi reuelari orationes nostras, specialiter quæ sibi offeruntur, quia illæ specialiter innituntur meritis eius tanquam mediatoris perducentis ad salutem, quæ petitur: ideo probabile est, quod Deus beatis reuelat de orationibus sibi, vel Deo in nomine eius oblatis. *ibidem*. §. *De secundo*. D.4.

Beatus aliquis, siuè Sanctus in Cœlo habet orationem actualem pro aliquo viatore, quando sibi reuelatur aliquem ipsum actu inuocare, quia rationabile est, vt velit merita sua sibi valere ad salutem, qui Deum specialiter inuocat sibi per illa merita subuenire. *ibidem*. §. *De tertio*, ℣. *Respondeo beatum*. E.5.

Beatus quando orat pro aliquo eum inuocante, non oportet dare, quod tunc videat Deum velle, vel nolle talem inuocantem saluare, nedum de salute finali illius, qui orat, sed nec de exauditione illius orationis, quam nunc offert: non enim sequitur, Deus reuelat Petro Ioannem nunc petere A per merita Petri, ergo reuelatur Petro Ioannem saluandum, vel non saluandum: nec etiam sequitur, ergo sibi reuelat Ioannem exaudiendum, vel non exaudiendum in ista petitione. *ibidem*, G.6.

Beati de facto multos motus intellectus, & voluntatis nostræ non nouerunt propter defectum præsentiæ debitæ: mali autem multa talia, etiam præsentia proportionaliter non nouerunt Deo impediente, pro cuius impedimentum non possunt multa, quæ tamen non impediti, naturaliter possent. *ibidem*, *Ad secundum principale*. I.7.

Beatus sicut impetrat alijs non sibi, ita causat meritum alijs, non sibi: oratio autem sua est dispositio de congruo, vt propter eam Deus concedat illud, quod impetrat illi, cui petit: & ista est meritum non istiua per se, sed pro illo, cui redditur, quod huic meritum quasi pro præmio proximo correspondet. *ibidem*, *Ad tertium principale*, K.8.

Beatos non cognoscere orationes, quas offerimus, est error, quem tangit Hieronymus in epistola *ad Vigilantium*. *ibidem*, *In argumento in oppositum*. n.1.

Beatus quo ad damnatos.

Beati non vident pœnas damnatorum visione sensibili, quia non est distantia debita simpliciter, & si requiratur distantia inter intellectum, & obiectum, etiam non cognoscunt, quia non est distantia proportionata inter potentiam existentem in inferno: sic ergo patet, quod non in genere proprio. 4.D.50.Q 3. ∬. *Respondeo hic primò*. A.2.

Beati in essentia diuina non vident damnatorum pœnam damni, quæ est carentia visionis diuinæ, nec culpam, quæ est causa pœnæ, quia nec habent ideam in Deo, nec imitantur ideam, quia, nec in se, nec in aliquo gradu entis sunt, nec per consequens imitantur illam in aliquo gradu: & ita ista non est ratio cognoscendi in essentia diuina secundum speciem, quia non habent propriam ideam in Deo, sed secundum similitudinem per aliud. *ibidem*. ℣. *Si ergo est*. C.4.

Beati, non credo, quod consolentur absolute de pœnis damnatorum: nec Deus, qui est iudex inferens pœnam, consolatur absolutè, vt patet per Isaiam primo *Heu me consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis*: vnde cum dicit *Heu*, non dicit, nisi quasi dolendo, quia Deus est, *cui proprium est misereri semper, & parcere*: nec lætatur in perditione malorum morientium: obiectum enim, circa quod ordinatur, est natura nuda, & illam non ordinat ad pœnam, nisi sub ratione mali: vnde non gaudent de eis, nisi propter iustitiam iudicis, si est: imo quia est nolita ab eis: aliud autem, vt culpa, est nolitum ab eis. *ibidem*. ℣. *Sed de tertio*. D.5.

Beati aliter volunt pœnas damnatorum, quam Deus: aliter est in eis *velle* illatum pænarum quam in Deo, quia Deus est iudex voluntariè inferens, sed in eis non est, nisi *velle* complacentiæ, in quantum est determinatum à iusta voluntate diuina: & (si placeret Deo,) vellent liberationem eorum, vel saltem non displiceret eis (si placeret Deo) Et sic patet quod non acceptant pœnam, vt primum obiectum, sed vt est à iustitia diuina inflicta eis. *ibidem*. D.5.

Beati omnia vident in Deo, sicut in primo obiecto eorum volito, & volunt quod Deus vult: vident autem Deum velle pœnas damnatorum, & intelligere eas: ideo volunt intelligere, vt Deus, & velle. Deus vult eas; & ideo pœna illa non erit eis, vt obiectum nolitum, sed volitum: tamen (si placeret Deo) absolutè nollent, nec tamen propter hoc est tristitia in eis, quia voluntas eorum non est capax tristitiæ propter delectationem perfectam, quæ impedit omnem tristitiam, non solum oppositam, sed quamcunque contingentem. *ibidem*. ℣. *Sed erit ne*. E.6.

Beati volunt pœnas damnatorum, sed non primo, quia volunt quicquid Deus vult, & sic etiam illas pœnas volunt: non tamen propter hoc sunt crudeles, quia nolunt prima volitione: nec tamen propter hoc tristantur, quia appetitus eorum non est capax tristitiæ, sed vultu diuino satiantur. *ibidem*. *Ad tertium principale*. E.7.

BEN

Benefaciens.

Benefaciens plus afficitur beneficiato, quam è conuerso. 3. D.4.Q.*Vnica*. ∬. *Sed contra istud*. ℣. *Præterea Pater*. A.4.

Beneficium.

Beneficium sibi procurans, eaque procuratione illud auferens ab alio, qui illud alias obtineret, tenetur restituere beneficium non totum, quia multum interest inter habere, & propè esse; sed aliquam partem correspondentem alicui parti valoris beneficij, & hoc si directè abstulit sibi beneficium, intentione damnificandi eum: Si autem indirectè scilicet procurando sibi ipsi, & cum hoc etiam damnificare alium intendebat, tenetur, vt dixi; sed si tantummodo propriæ vtilitati intendebat prouidere, & sic procurat sibi, & ex consequenti alius præter intentionem illius damnificatur, iste ad nihil tenetur illi, quia licet vnicuique sibi ipsi prouidere, alio neglecto. 4.D.15.Q.2. *Ad vltimum principale*. L1.40.

Beneficium sibi magis indebitum quanto aliquis recipit ab alio: vel sic, quanto aliquis recipit ab alio beneficium sibi magis indebitum: tanto sibi magis debetur, lege gratitudinis, etiam si beneficium receptum sit minus: & per consequens magis, si beneficium sit æquale. 4. D. 22. Qu. *Vnica*. §. *De tertio*. ℣. *Primo, quia*. L.14.

Bene esse.

Bene esse præsupponit bonitatem primam alicuius, cui bene sit. 4.D.49.Q.1. *Ad primum principale*. ℣. *Breuiter*. Gg.32.

Bene esse simpliciter perfectè nulli est, nisi in simpliciter perfecto bono perfectè habito, vt est sibi possibile, quia illud, quod potest habere illud bonum, si non habet, non est sibi perfectè bene, sed imperfectè priuatiuè: Si autem non potest habere, ergo non est sibi perfectè bene. *ibidem*. Gg.31. & Hh.32.

Bene esse perfectè simpliciter nulli alij à bono simpliciter perfecto potest esse in illo, nisi immediatè attingendo illud, quia tota natura intellectualis nata est sic habere illud bonum, & imperfecta est, nisi sic habeat: natura autē non intellectualis tanquā inferior, si non est nata sic habere illud, remanet consequenter imperfecta, non priuatiuè, sed negatiuè, hoc est, ex imperfectione naturæ. *ibidem*.

Benignitas.

Benignitas est quasi beneuolentia, & bona igneitas. 3.D.34. Q.*Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *Virtutes morales*. P.21.

BES

Bestialitas.

Bestialitas, licet sit alius habitus à communi vitio humano, qui est circa aliud obiectum, non sequitur virtutem heroicam esse alterius speciei à Virtute humana, quia circa idem obiectum ordinat, sed excellentius: nec est manifestum hanc excellentiam non posse esse per alium gradum eiusdem speciei. 3.D.34.Q.*Vnica*. §. *Ad Argumentum*. ℣. *Ad illud*. R.22.

BIG

Bigamia.

Bigamia simpliciter inducit irregularitatem, vt habetur *Extra. de bigamis*. 4. Dist.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *De bigamia*. E.10.

Bigamia.

Bigamia [idest polygamia, qua plures simul ducuntur vxores] vel è conuerso quantum ad finem prolis procurandæ, de stricta iustitia videtur licita, vt scilicet vir cum tot corporibus mulierum corpus suum commutet, quot potest fæcundare, eo modo quo est eis possibile fæcundari. 4. D.33. Q.1. §. *De Primo*. ℣. *Quantum ad primum*. A.2.

Bigamia non fuisset in statu innocentiæ, quando matrimonium fuit præcisè in officium, quia non fuisset tunc necessitas quod vir commutaret corpus suum pro pluribus ad plures proles procreandas, quia per simplicem commutationem vnius cum vna, fuisset sufficiens procreatio: & nec vir, nec mulier fuissent tunc steriles. *ibidem*.

Bigamia & si pro tempore legis euangelicæ sit illicita, eo quod pro nunc non est à legislatore dispensatum, imò reductum est ad illud legis naturæ. *Erunt duo in carne vna* per Christum *Math.* 19. tamen loquendo de iustitia ex parte contrahentium, & contractus, etiam modo non est illicita, sed pro tanto est illicita, quia nunc non est necessarius ille finis minus principalis, eo quod multi vacant generationi fidelium, quia fides multiplicata est: cessante igitur necessitate detrahendi aliquid secundo fini propter necessitatem primi finis seruandus est contractus, ista vt seruetur ibi iustitia respectu vtriusque finis, scilicet, quod vnus habeat vnam, & è conuerso. 4. D. 33. Q.1. §. *De secundo*. ℣. *Si obijcitur*. E.6.

Bigamia posset esse tunc licita, si contingeret casus &c. vel sic, si contingeret casus per bellum, vel cladem, vel pestem, quod multitudo virorum caderet, & multitudo mulierum remaneret, posset tunc bigamia esse licita, considerando iustitiam ex parte commutantium, & deberent ex parte sic velle commutare mulieres cum viris plus pro minori quantum ad secundum finem (scilicet ad vitandam fornicationem) licet pro æquali quantum ad primum finem (scilicet procreandi prolem) nec deficeret sibi, nisi completio iustitiæ, quæ est ex approbatione diuina, quæ fortè tunc fieret, & Ecclesiæ specialiter reuelaretur. *ibidem*. ℣. *Si tamen*. F.6.

Bigamia (de qua est sermo, scilicet polygamia) est contra legem naturæ secundariò sumptam, quatenus scilicet lex naturæ est illud, quod est consonum legi naturæ primariò sumptæ, quæ est verum practicum simpliciter notum lumine rationis naturalis; vbi potissimum gradum tenet principium practicum notum ex terminis: secundum gradum tenet conclusio demonstrata ex talibus principijs: Bigamia, inquam, est contra legem naturæ secundariò sumptam ex Genes. 2. *erunt duo in carne vna*: nec sequitur tamen ex hoc, quod, in casu, oppositum non possit esse licitum, imò in casu est necessarium, præcipuè considerando iustitiam ex parte commutationis, & commutantium, quando propter necessitatem, recta ratio dictat illo modo deberi commutationem fieri, & quando præceptum diuinum adest. *ibidem*. *Ad primum principale*. G.7.

Bigamiam contrahendo (licet de aliquibus Sanctis Patribus, vt Abraham, Iacob, Dauid &c. præsumatur, quod non peccauerint) vel sic, licet de aliquibus Patribus præsumatur, quod in contrahendo bigamiam non peccauerint, quia vtraque ratio contrahendi ibi concurrit, scilicet necessitas, propter quam iustè erat sic contrahendum, & auctoritas diuina approbans, & præcipiens: tamen si aliquis sine istis causis, vel altera earum contraxerint, non erit mihi inconueniens quod mortaliter peccauerint, quia non reputo eos tunc fuisse confirmatos. *ibidem*. Ad Argumentum in oppositum. H.8.

Bigamus.

Bigamus, vt concordant omnes, siue ante baptismum, siue post, est irregularis, sicut habetur expressè ex Aug. & ponitur *Dist.26.cap. Acutius*, & ibidem cap. *vna tantum*, & ex Ambrosio *de Offic.* homicida autem ante baptismum, post baptismum non est irregularis, sicut habetur, expressè in *Glos.dist.*50. *Si quis viduam*], vbi glos. super illud verbum *Post baptismum*, arguit à contrario sensu, ergo si ante baptismum conscius est homicidij, non obest. 4. D. 33. Q.2 §. *Hic sunt*. A.2.

Bigamum quare congruit arceri ab ordinibus sacris, causa vna communiter ponitur ab omnibus, defectus signi, quam tangit Aug. *Dist.26.cap.*11. *Acutius*, & Ambr. *ibi*, *cap.vna*, quia scilicet Sacerdos tanquam Christi Vicarius,

Bigamus.

in Ecclesia repræsentans personam Christi, non debet habere aliquid repugnans Christo in comparatione Christi ad Ecclesiam, & è conuerso: nunc autem Christus est vnicus sponsus vnicus Ecclesiæ, & Ecclesia est vnica sponsa vnici Christi, ergo habens oppositum huius non rectè sinificat, vel repræsentat Christum in Ecclesia: sed bigamus, qui habet duas, vel vnam, quæ fuit duorum, habet aliquid repugnans illi coniunctioni Ecclesiæ, ergo. *ibidem*. §. *De secundo*. ℣. *Nam causa*. B.4.

Bigamus esto quod peccet in bigamia, puta in contrahendo illicitè, sequeretur, cum ille contractus sit peccatum, vel annexum peccati, quod deleretur per baptismum, sicut homicidium (secundum aliquos) deletur per baptismum simul cum irregularitate orta ex eo, quia scilicet homicidium est peccatum, vel sequela peccati, consequens autem est contra ipsos. *ibidem*. ℣. *Contra hoc*. B.5.

B I V

Biuiria.

Biuiria [idest contractus, quo vna mulier acciperet plures viros] nunquam fuit licita, quia nunquam fuit ex parte iustitiæ inter commutantes sua corpora sic commutare, vt minus eueniat finis magis principalis [scilicet procreatio prolis] quia finis principalis est magis attendendus: biuiria autem magis esset ad finem minus principale (ad vitandam fornicationem) & multò minus ad finem principalem, quia eadem mulier infra idem tempus à pluribus viris impregnari non posset. 4. D.33. Q.1. *Ad secundum principale*. G.8.

B L A

Blasphæmus.

Blasphæmum, adulterum, idolatram si statueretur ab aliquo legislatore debere occidi, multò iustius ordinatur, quam quòd fur suspendatur. 4. D.15. Q.3. §. *De secundo*. ℣. *Sic in proposito*. E.5.

B O N

Bonitas naturalis.

Bonitas naturalis volitionis est, quæ competit sibi, in quantum est ens positiuum, quæ etiam competit cuicunque enti positiuo secundum gradum suæ entitatis magis, & minus. 2. D.7. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. De primo. D.11.

Bonitas naturalis actus interioris, & exterioris est alia, & alia, quicquid per illam intelligatur. *Quodl.* Q.18. §. *Ista quæstio*. A.2.

Bonitatem naturalem magis extensiuè habent plures animæ, quam vna ex eis. *Quodl.* Q.20. §. *De primo*. ℣. *Ad illa*. E.8.

Bonitas moralis.

Bonitas moralis est triplex in volitione secundum ordinem se habens: Prima dicitur bonitas ex genere: secunda potest dici bonitas virtuosa, siue ex circumstantia: tertia bonitas meritoria, siue gratuita, siue bonitas ex acceptatione diuina in ordine ad præmium. 2. D.7. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. *De primo*. D.11.

Bonitas moralis ex genere competit voluntati ex hoc, quod ipsa transit super obiectum conueniens tali actioni secundum dictamen rectæ rationis, & non solum, quia est conueniens tali actui naturaliter, vt sol visioni: Et hæc est prima bonitas moralis, quæ ideo potest dici ex genere, quia est quasi materialis respectu omnis boni vlterioris in genere moris. *ibidem*. E.11. & *Quodl.* Q.10. §. *De primo*. ℣. *Vlterius*. H.6.

Bonitas virtuosa, siue ex circumstantia conuenit volitioni ex hoc, quod ipsa elicitur à voluntate cum omnibus circumstantijs dictatis à recta ratione debere sibi competere in eliciendo actum: bonum enim est ex causa integra secundum *Dionys. de diuin. nominib.* & illud est quasi bonum in specie moris, quia iam habet quasi omnes differentias morales contrahentes bonum ex genere. *ibidem*. ℣. *Secunda bonitas*. E.11.

Bonitas est voluntatis, sicut rectitudo intellectus: sed bonitas magis transumitur ad intellectum practicum, quam speculatiuum. 2. D.39. Q. *Vnica*. *Ad primum principale secunda quæstionis*. D.5.

Bonitas naturalis (non illa, quæ conuertitur cum ente, sed illa, quæ habet oppositum malum) est perfectio

secunda alicuius rei, integrata ex omnibus conuenientibus, sibi, & sibi inuicem: & omnibus illis conuenientibus, est perfecta bonitas, iuxta illud Dionys. de diuin. nominib. cap. 4. *Bonum est ex perfecta, & causa integra*: omnibus autem istis deficientibus, & natura stante, quæ deberet perfici illis, est perfectè mala: quibusdam subtractis est mala, sed non perfectè, sicut de pulcritudine, & turpitudine in corpore. 2. D. 40. Q. *Vnica*. §. *De primo*. A. 2.

Bonitas actus moralis est ex aggregatione omnium conuenientium actui, non absolutè ex natura actus, sed quæ conueniunt ei secundum rectam rationem. 2. D. 40. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. A. 3.

Bonitas vna moralis integrat in se perfectiones omnes conuenientes actui: & non est aliqua vna sola, sicut pulchritudo in corpore. *ibidem*. *Ad tertium principale*. C. 4.

Bonitas moralis actus est integritas eorum omnium, quæ recta ratio operantis iudicat debere ipsi actui cõuenire, vel ipsi Agenti in suo actu conuenire. *Quodl*. Q. 18. §. *De primo*. C. 3.

Bonitatis actus prima ratio est cõuenientia eius ad efficiens, à quo dicitur actus moralis, quia liberè elicitus, & hoc est commune actui bono, & malo, nec enim actus est laudabilis, vel vituperabilis, nisi sit à voluntate. 2. D. 40. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. A. 3.

Bonitatis moralis actus secunda conditio est ex obiecto; quod si sit conueniens, tunc est actus bonus ex genere, quia est indifferens ad bonitates vlteriores, quæ sumuntur ex circumstantijs specialibus, sicut genus est indifferens ad multas differentias post illud. *ibidem*.

Bonitas ex obiecto est prima in genere moris, præsupponens solam bonitatem naturæ, & sicut genus est potentiale respectu differentiarum, sic ista bonitas ex obiecto est capax omnis bonitatis specificæ in genere moris. *Quodl*. Q. 18. §. *De primo*. ✝. *Vlterius*. G. 6.

Bonitate in omni *Phil*. 7. *Ethic*. *cap*. 1. assignat quatuor gradus, qui sunt eiusdem habitus in specie, scilicet perseuerantiam, continentiam, temperantiam, & heroicam. 4. D. 14. Q. 2. §. *Primus articulus*. ✝. *Respondeo dici potest*. E. 7.

Bonitas prima in bonitate specifica morali, quæ dicitur bonitas ex circumstantia, videtur esse circumstantia finis, quia ex natura Agentis, & actionis, & obiecti statim concluditur, quod talis actus non debet competere tali, nisi propter talem finem, & debet eligi, & appeti propter finem talem. *ibidem*.

Bonitas sola finis, etiam cum intenditur secundum rectam rationem, non sufficit ad bonitatem actus, sed requiruntur aliæ circumstantiæ ad hoc, quod bonitas sit. 2. D. 40. Q. 2. §. *De secundo*. B. 3.

Bonitas voluntatis non dependet à solo obiecto, sed ab alijs omnibus circumstantijs, & potissimum à fine. 1. D. 48. Q. *Vnica*. *Ad argumentum principale*. B. 2.

Bonitas actus moralis quod accipiatur primò à fine, vt finis est, prout scilicet distinguitur contra obiectum, falsum est. *Prol*. Q. 4. §. *Ad rationes pro opinione*. ✝. *Ad aliud de bonitate*. F f 44.

Bonitas moralis in praxibus imperatis est tantum materialiter, & formaliter in electionibus. *ibidem*. §. *Contra istud*. ✝. *Ad secundum*. L. 22.

Bonitas moralis in actu non dicit nisi relationem, quia actum circumstantionatum debitis circumstantijs non est aliquid absolutum in actu, sed tantum comparatio debita actus ad illa, quibus debet conuenire. 1. Dist. 17. Quæst. 2. vel 3. *in editione hibernica*. §. *Sed oppositum*. O. 2.

Bonitas moralis actus est quasi quidam decor illius actus, includens aggregationem debitæ proportionis ad omnia, ad quæ debet actus proportionari, puta ad potentiam, ad obiectum, ad tempus, ad finem, ad locum, ad modum, & hoc specialiter, vt ista dictantur à recta ratione debere conuenire actui, ita quod pro omnibus possimus dicere, quod conuenientia actus ad rationem rectam est, qua posita, actus bonus est bonus, qua non posita, quibuscunque alijs conueniat, non est bonus; quia quantumcunque actus sit circa obiectum qualecunque, si non sit secundum rationem rectam in operante, puta si ille non habet rectam rationem in operando, non est bonus actus: principaliter igitur conformitas actus ad rationem rectam plenè dictantem de circumstantijs omnibus debitis illius actus, est bonitas moralis actus. *ibidem*. §. *Quantum ad istum articulum*. P. 2.

Bonitas moralis est integritas omnium conditionum in actu, & circumstantiarum: & hoc præcipuè, vt illæ conditiones dictantur à recta ratione debere in esse actui simpliciter, ergo est necessarium ad bonitatem actus moralis, quod eam præcedat dictamen completum rationis rectæ, cui recto dictamini conformetur tanquam mensuratum mensuræ. *ibidem*. §. *Ad argumenta alia*. V. Z. 12.

Bonitatem moralem possunt actui tribuere duæ causæ simul concurrentes ad actum eliciendum, scilicet habitus virtutis, & prudentia cum ipso coexistens, quam bonitatem non posset solus habitus secundus sibi tribuere sine prudentia: tribuere quidem moralem bonitatem est tribuere conformitatem ad rationem rectam, & hoc tribuit qualitas illa, non ex hoc, quod qualitas solum, sed quia in causando coexistit prudentiæ simul inclinanti. *ibidem*. ✝. *Intelligendum est*. Z. 13.

Bonitatis moralis respectu in actu qualitas, quæ est virtus, non habet causalitatem specialem: vel sic, qualitas, quæ est virtus ex hoc, quod est virtus, non habet causalitatem specialem respectu bonitatis moralis in actu, sed tantum ex hoc, quod est virtus, habet coexistentiam cum quadam alia causa eiusdem actus, quæ causa simul concurrens ad eliciendum actum, tribuit illi actui bonitatem moralem, quia conformitatem moralem sibi ipsi: sed adhuc tamen habitus iste nullã causalitatem habet respectu actus ex ista ratione, quæ est coexistentia eius cum prudẽtia, sed tamẽ ex ratione naturæ suæ, vnde est hæc qualitas: & ideo nullo modo est concedenda causalitas aliqua specialis habitus, vnde moralis, vltra illam, quæ conceditur sibi, vnde habitus. *ibidem*. 14.

Bonitas moralis actus humani in hoc est, quod sit natus elici à virtute, vel natus generare virtutem, quia conformis rectæ rationi accidit tamen quantum ad per se rationem bonitatis moralis, quod sit à virtute generata, & virtutem generans. 4. D. 22. Q. 1. §. *De secundo*. ✝. *Respondeo dici potest*. E. 5.

Bonitas moralis, vt attribuitur prudentiæ inclinanti ad eliciendum actum bonum moraliter non necessariò conuenit habitui prudentiæ, nec soli, sed actui illi, qui natus est esse actus prudentiæ, qui est dictamen rectum: si tamen illud insit, & secundum eum, tanquam secundum mensuram appetitus appetat, rectus est actus moraliter: & si illud dictamen rectum non inesset, tamen prudentia inesset, secundum quam intellectus posset rectè dictare, adhuc actus elicitus sine dictamine recto, non esset perfectè bonus: Itaque prudentia quando non inest, sufficit ad actum moralem dictamen rectum: quando autem prudentia inest, ipsa non sufficit sine actu suo elicito; & ita istam rectitudinem quam tribuit prudentia actui morali, tribuit mediante actu propriæ prudentiæ. *ibidem*. A. 14.

Bonitas primaria entis, quæ dicitur bonitas essentialia, quæ est integritas, vel perfectio entis in se, sicut importat positiuè negationem imperfectionis, per quod excluditur imperfectio, & diminutio, sic bonitas secundaria, quæ est accidentalis, siue superueniens entitati, est integritas conuenientiæ, vel integra conuenientia eius alteri, cui debet conuenire, vel alterius sibi: & istæ duæ conuenientiæ communiter sunt connexæ. *Quodl*. Q. 18. §. *De primo*. C. 3.

Bonitas actus conuenientis in habendo illud, quod sibi conuenit, non tantum est bonitas accidentalis, sed naturalis. *ibidem*.

Bonitas moralis, quæ est formaliter actus volendi, licet sit quodammodo denominatiuè ipsius obiecti voliti, in quantum volitum est: tamen actus ille benè potest habere aliquam bonitatem propriam, in quantum positus in esse reali extra voluntatem, sicut in esse suo reali habet propriam conuenientiam debitam, vel disconuenientiam. *ibidem*. §. *Contra ista*. ✝. *Ad primum, esto*. S. 14.

Bonitas moralis actus debet esse conuenientia iudicata secundum rectam rationem operantis. *ibidem*. E. 5.

Bonitas multiplex moralis potest esse in eodem actu substrato, quia idem actus potest esse rectè circumstantionatus, non solum multis circumstantijs particularibus, quæ non sunt multæ bonitates, sed integrant vnam bonitatem: Sed etiam potest idem actus esse circumstantionatus completè omnibus

Bonitas moralis.

omnibus circumstantijs ad vnam virtutem, & etiam omnibus pertinentibus ad aliam virtoum: Et ita secundum dictamina diuersa perfecta prudentiæ respectu multorum finium propttotum *ibidem.* §. *De primo.* ℣. *Ex dictis*. L. 8.

Bonitas meritoria.

Bonitas meritoria, siue gratuita, conuenit actui ex hoc, quod præsupposita bonitate ex genere, & booitate vittuosa, ipsa elicitur, confotmitet principio merendi, quod est gratia, vel charitas, siue secundum inclinationem charitatis. 2. D. 7. Q. *Vnica.* §. *Ad solutionem*. ℣. *Tertia bonitas*. E. 11.

Bonitas meritoria addita bonitatt morali est principaliter ex fine, quia, suppnsita completa bonitate morali, superadditur bonitas meritoria ex relatione debita istius actus in finem: quæ relatio debita fit, in quantum elicitur à charitate. 2. D 40. Q. *Vnica. ad primum principale*. B. 4.

Bonitate motali supposita, meritum videtur esse ex relatione ad finem debitum, quæ relatio est ex charitate inexistente. 2. D. 41. Q. *Vnica.* ∫. *Aliter posset.* ℣. *Secundo etiam*. n. 2.

Bonitates plures spirituom sunt maiotis valoris, quàm vna, & ideo tequirunt plura bona, vel vnum maius bonum, proptes quod tettibuantur: non enim qui orando meretur viuificare vnum mortuum, eadem oratione æque meretur viuificationem quorumcunque mortuorum. *Quodl.* Q. 20. ∫. *De primo.* ℣. *Ad illa in contrarium*. E. 8.

Bonitas obiecti.

Bonitas aliqua obiecti non causat necessariò assensum voluntatis, sed voluntas liberè assentit cuilibet booo, & ita liberè assentit maiori bono, sicut mioori bono. 1. D. 1 Q. 4. *Ad primum proopinione*. n. 16.

Bonitas finis.

Bonitate, siue per bonitatem finis noo necessariò appetitur illud, quod est ad finem. *Quodl.* Q. 16. §. *De primo.* ℣. *Hic potest dici*. G. 6.

Bonitas si per aliquam apptopriationem fit fundamentum fiois, tamen diuinitas est radicale, & primum fundamentum ipsius. Ptol. Qu. 3. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis* ℣. *Ad aliud dico*. V. 21.

Bonitatem oon oportet esse propriam rationem finis, sed essentia erit propria, & fundamentalis ratio: & per hoc patet ad dictum Auic. 6. *Met. cap. vlt.* dicentis *si scientia esset de omnibus causis, illa, quæ esset de fine*, esset nobilissima; quod oon debet intelligi de fine, sed de ratiooe fundamentali ipsius finis. *ibidem*.

Bonitas in rebus præceptis.

Bonitas in his, quæ præcipiuntur in præceptis secundæ tabulæ Decalogi, non est necessaria ad booitatem vltimi finis, conuertens ad finem vltimum; nec in his, quæ prohibentur, est malitia necessariò auertens à fine vltimo, quin si bonum istud non esset præceptum, posset finis vltimus amari, & attingi. 3. D. 37. Q. *Vnica.* §. *Ad quæstionem.* ℣. *Vno modo*. C. 5.

Bonitas essentialis.

Bonitas essentialis, qua vna species est melior altera, non est tes addita esseotiæ. *Quodl.* Q. 6. §. *Contra ista.* ℣. *Respondeo dico*. K. 10.

Bon itas obiecti beatifici.

Bonitas obiecti beatifici, quæ est ratio delactibilitatis, sine sic, Ratio delectabilitatis in obiecto beatifico, quæ est bonitas, non potest esse non delectabilis: sed non sequitur, ergo non potest non delectare, quia delectabile dicit aliquid in se, vel si respectum, non nisi aptitudinalem, qui necessariò consequitur fundamentum; sed delectare dicit effectum posteriorem contingenter causabilem, maximè ex contingenti determinatione voluntatis diuinæ ad coagendum ipsi delectabili. 4. D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur* ℣. *Contra secundam Conclusionem*. C. 6.

Bonitas diuina.

Bonitati diuinæ congruit quod prædestinet sine ratione vlla ex parte obiecti: Sed ipsum velle damnare non videtur sibi immediatè posse attribui respectu obiecti vt cogniti in suis puris naturalibus, sed tantum respectu obiecti vt cogniti in peccato mortali finali. 1. D. 41. Q. *Vnica.* ∫. *Contra istud.* ℣. *nec mirum*. P. 12.

Bonitas summa potest stare cum liberali communicatione, licet non sit illa æqualis omnibus: potest enim summe bonus ex libertate liberè communicare, & vt ostenderet se non necessariò liberalem, sed liberalem liberè communicatiuum: potest enim sic liberalis aliquibus duobus apprehensis æqualiter velle bonum, non æqualiter communicare, nec in hoc fit iniuria io aliquo, quia nihil est ibi (scilicet à Deo) debitum creaturæ. *ibidem*. *Ad primum principale*. E. 14.

Bonitas summa inttiosec a Deo, si est ratio adorandi Deum, cum ista non sit alia, & alia propter alium, & alium effectum collatum creaturæ, non sunt plures rationes adorandi Deum, quotcunque beneficia nobis coofetant. 3. D. 9. Q. *Vnica.* §. *Respondeo*. F. 8.

Bonitas summa intriosec a Deo si non tantum sit ratio adorandi, sed ipsa, vt etiam communicatiua maximi boni nobis, & hoc primatiò ex se, & propter se secundum illud Psal. *bonorum meorum non indiges*: tunc potest dici quod Christus secundum naturam humanam etsi fuit Redemptor, non tamen secundum istam naturam principaliter effecit redemptionem, sed tota Trinitas, & ita salutem nobis collatam per redemptionem tantum effecit meritoriè, vt homo: non autem debetur summa reuerentia ei, à quo non principaliter, sed secundariò habemus summum bonum. *ibidem*.

Bonitas non sola infinita in Deo, vel hæc natura, vt hæc natura, allicit ad amandum, sed quod hæc bonitas amauerit me communicando se mihi, secundario hic allicit: & in ipso gradu amabilitatis potest poni omne illud, in quo inuenitur ratio amabilitatis: & potest se demonstrare redamare, siue creando, siue reparando, siue disponendo ad beatitudinem, ita quod inter hæc non sit distinctio. 3. D. 27. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum*, ℣, *Secunda ratio*. D. 8.

Bonitas obiectiua charitatis proximi.

Bonitatis proximi ratio non est ratio terminandi actum charitatis, sed tantum ratio bonitatis diuinæ, quia si in bonitatem proximi tendat, hoc non est, nisi actu reflexo, qui semper vlterius tendit in obiectum actus recti. 3. D. 28. Q. *Vnica. Ad primum principale*. G. 6.

Bonitas vna (scilicet diuina) est habitui charitatis ratio tendendi tam in Deum, quam io proximum; non autem est alia bonitas à diuina in proximo ratio tendendi; nô enim monet me plus bonitas proximi, quam festucæ, si festuca posset Deum diligere: Si enim perfectè diligo eum, volo eum diligi ab omnipotente diligere eum ordinatè, cuius dilectio ei placet: nec est generaliter simile in obiectis intellectus, & ostensis, & in obiectis voluntatis allectiuis, & volitis. *ibidem*. ℣. *Ad tertium principale*. G. 6.

Bonitatis, & vnitatis pensatis ratiooibus: vel sic: Pensatis rationibus bonitatis, & vnitatis, quæ sunt rationes diligibilis post Deum, qui est bonum infinitum, occurrit in se ipso (scilicet in homine) alia ratio maxima, scilicet vnitatis, quæ est perfecta identitas: igitur quilibet inclinatur naturaliter ad dilectionem sui post bonum infinitum: inclinatio autem naturalis est recta. 3. D. 29. Q. *Vnica.* §. *Ex dictis*. A. 3

Bonitas obiectiua reuerentiæ.

Bonitatem alicuius extollere in corde, tanquam summam respectu bonitatis suæ, & à quo ipse magnificans habet totam bonitatem suam, est actus quidem laudabilis, dummodo habeat obiectom sibi conueoiens, illud scilicet, cuius bonitas excedit bonitatem illius reuerentis, & à quo ipse reuerens habet bonitatem suam. 3. D. 9. Q. *Vnica.* ∫. *Hic sunt.* ℣. *De primo*. A. 2.

Bonitas in odio Dei.

Bonitas aliqua si assignatur in odio Dei apprehenso à ratione non errante propter actum volendi: hoc non est in obiecto, vt præcedit actum, sed in ipso, vt sequitor actum volendi. 2. D. 43. Q. 2. §. *Sed contra*. ℣. *Aliter arguitur*, n. 1.

Bonitas creaturæ.

Bonitas apud Boetium de *hebdomadibus* dicentem, *si paulisper per intellectum amoueas ipsum primum bonum, tunc licet sint bona, non tamen, quod sunt bona* dicit fluxum à primo bono, vt verum est quod iste terminus fluxos dicit respectum, & ideo non potest competere rei absolutæ. 1. Dist. 3. Quæst. 5. *Ad quartum argumentum pro opinione*. L. 14.

Bonitas accepta pro respectu fluxoa à primo bono io alijs entibus à Deo, non est nisi quia sunt à voluntate primi boni: sed ista noo est perfectio absoluta, & intrinseca creaturæ: & ideo bonitas secuodum aliam rationem absolutam non dicit respectum ad creatorem, licet bonitas, vt accipit ibi dicat. *ibidem*.

Bonitas, & perfectio est effectus primi Agentis, ergo si necessariò agit, producit bonitatem in quolibet, quantùm ipsum susceptiuum potest suscipere: sed habens bonitatem tantam, quantæ ipsum est capax, nullam habet malitiam, ergo &c. 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra igitur*. S. 19.

BONVM.

Bonum in ordine ad ens.

Bonum est propinquius enti in ordine communicandi perfectiooes, *siue* formaliter terminādi, & cōplēdi perfectionē alterius, iuxta quod bonum dicitur communicatiuum sui, Secundum Aug. *primò de doctrina Christiana:* alio modo finis. 2. *Phys. T ex.* 31. & 5. *Met. T ex.* 3. & 1. *Ethic. cap.* 1. licet verum sit propinquius enti in ordine ad potentias operatiuas circa totum ens. 4. D. 49. Q. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Aliter dicitur*. K. 11.

Bonum vno modo conuertitor cum ente, & isto modo bonum potest poni in quolibet genere: sed booum, vt sic non habet rationem obiecti fruibilis, & ideo non oportet quod in quocunque sit bonum, hoc modo sumptum, quod sit ibi propriè ratio obiecti fruibilis. 1. D. 1. Q. 2. *Ad primum principale*. I. 12.

Bonum comparatiue ad verum.

Bonum esse nobilius vero non rectè colligitur ex hoc, quod ratio booi sit bona per essentiam, rerum autem sit bonum per participationem, qoia similiter posset argui de vero, nam rerum est verum per essentiam, bonum autem est verum per participationem, ergo verum verius, ergo maius: & sic arguit Aug. 8. *Trin. cap.* 2. *Si non verius, nec maius*, vbi non est locus, nisi à conuertibili. 4. D. 49. Q. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Ad rationem*. K. 12.

Bonum per essentiam.

Bonum per essentiam, siue bonum summum si intelligitur, patet ex *Aug.* 8. *Trin.* 3. quod non solum potest cognosci Deus in conceptu quasi confuso boni, sed in conceptu quodammodo proprio: Vnde ibi ait, *si potes sine illis, quæ participatiuè bona sunt, percipere ipsum bonum, cuius participatione sunt bona, perspexeris Deum*. Quodl. Q. 14. §. *De mo.* ℣. *Primo igitur*. C. 3.

Bonum perfectum.

Booom nullum perfectum si est: vel sic, si nullum est perfectum bonum, nullum est bonum: nullum autem bonum est simpliciter perfectum, quod ordinatur ad aliud, quia quod est tale habet bonitatem diminutam: si ergo quodlibet ordinatur ad aliud, nihil est bonum. *Prol.* Q. 3. *Ad vltimum argumentum secundæ quæstionis* V. 21.

Bonum, & perfectum idem est ex *Phil.* 5. *Met. T ex.* 21 *cap. de perfecto*. 4. D. 31. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. A. 4.

Bonum eligibile.

Bonis, idest in bonis, quæ non includunt se, illud est eligibilius, cuius oppositum est odibilius. 4. Dist. 49. Quæst. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Præterea in bonis*. N. 17.

Bonum summum.

Bonum vnum summum esse possibile, est concludere ex puris naturalibua, & tamen ex illis non cognoscet homo Deum, vt trinus est, ergo circa summum bonum sic cognitum potest habere aliquem actum voluntatis, & non necessariò inordinatum. 1. D. 1. Q. 2. §. *De primo*. ℣. *Et confirmatur*. A. 2.

Bonum summum est productum à producente priore, sed non est productum à producente, vt producens per ipsum perficiatur, sed ex plenitudine perfectionis producentis. 1. D. 2. Q. 7. §. *Quia sicut dixi*. ℣. *Ex hoc arguitur*. F. 5.

Bonum summè, siue summè bonum est summè actiuom, & summè diffusiuum sui: hoc verom est quantom possibile est aliquid diffundi: sed vt probetur productio in diuinis, oportet probare, quod possibile est aliquid diffundi, seu communicari in vnitate naturæ. *ibidem*. ℣. *Et cum secundo arguitur*. H 18.

Bono in summo illud ponendum est, quod non potest poni non esse sine positione incompossibilis. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ℣. *Dico, quod si*. L. l. 53.

Bonum sommum, vel summum ens dicit modum intrinsecum entis, & includit virtualiter alios conceptus: si hic *summum* intelligatur comparatiue, sic dicit respectum ad extra; sed infinitum dicit respectū ad se: si autem intelligatur absolute *summum* hoc est, quod ex natura rei nō possit excedi, perfectio illa expressius concipitur in ratione infiniti entis: non enim summum bonum indicat in se, vtrum sit finitum, vel infinitum. 1. D. 3. Q. 1. §. *quarto*. ℣. *Respondeo quod si*. E. 17.

Bonum ipsum summum magis esse amandum, quam bona participata, tantum probat ratio Aug. 8. *Trin. cap.* 3. *de bono, & voluntate, dicentis, pudeat, cum alia non amentur, nisi quia bona sunt, eis inhærendo non amare bonum ipsum, vnde bona sunt*: non tamen probat quod sit primum amatum primitate adæquationis, quia & si ipsum sit ratio bonitatis in alijs, & ideo ratio amabilitatis eorum, non tamen ipsum, vt amatum, est ratio aliorum amatorum: potest enim aliquid aliud amari, non ipso amato, sicut in fruendo vtendis patet, & vtendo fruendis. 1. D. 3. Q. 3. *Ad secundum principale*. ℣. *Per idem* K. 27.

Bonum supremum extrinsecum essentia naturæ humanæ noo potest attingere nisi mediante potentia, sicut nec nata est habere actum secundum supremum, nisi mediante potentia. 3. D. 2. Q. 1. *Ad secundum pro opinione*. I. 15.

Bonum tam summum in entibus, qoalis est incarnatio filij Dei, & tantam gloriam animæ Christi Domini non est verisimile esse tantum occasionatum. 3. Dist. 7. Quæst. 3. §. *Sed hic sunt*. ℣. *Sine præiudicio*. B. 4.

Bonum summum nihil aliud a Deo est in natura. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Ad aliam quæstionem*. H. 12.

Bonum summum, ad quod ordinatur meritum, vniuersaliter non debet conferri ante meritum exhibitum, & expletum. 3. D. 19. Q. *Vnica*. §. *Sed hic sunt*. ℣. *Ad primum illorum*. D. 11.

Bonum summum, ad quod ordinatur meritum Christi, respectu eorum; pro quibus meruit, est ingressua eorum in Paradisum: & ille non dabatur actualiter ante passionem exhibitam, licet pro passione præuisa remitteretur offensa, & daretur gratia illis patribus credentibus passionem exhibendam. *ibidem*.

Bonum summum, quod Angeli possunt mereri per merita sua, est gloria, & introitoa actualis in regnum, quæ gloria dari non debuit ante merita exhibita. *ibidem*.

Bonum summum, & nihil aliud, est summè diligendum. 3. D. 27. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *De primo*. A. 2.

Bonum maius.

Bonum maius quando ex aliquo directè prouenit, quàm indirectè tanquam ex occasione accepta proueniat malum, tunc illud faciendum est, & nullo modo prætermittendum, propter talem occasionem: sed maius bonum est, quosdam vsque in finem malos per pœnitentiam saluari, quam malum sit peccatum ex illius occasione factum, quia per istam pœnitentiam multi finaliter attingunt ad terminum prædestinationis diuinæ: Per illam autem occasionem diuinam nulli cadunt ab isto, & si aliquando peccant, tamen non peccato, quo finaliter damnentur. 4. D.20. Q. *Vnica. Ad quartum principale.* ℣. *Potest confirmari.* F.G.9.

Bonum maius cui debetur: vel sic, cui debetur maius bonum, ei reddendum est, eo modo, quo magis potest sibi esse bonum. 4. D.49. Q.2. §. *Ad istam secundam.* ℣. *Quarta ratio.* G.12.

Bono maiori, siue magis bono oppositum: vel sic, quod opponitur magis bono, est magis fugiendum: ista propositio est falsa, nisi opponatur contrariè. 4. D.50. Q.2. §. *Ad secundam quæstionem.* ℣. *Præterea illud.* G.55.

Bonum maius est magis diligendum: verum est, cæteris paribus: quando autem agitur de bono proprio, & de alieno, circa Deum, cætera non sunt paria. Vnde, excluso simpliciter optimo, falsum est quod omne melius sit magis diligendum, nisi sit æqualis vnitas vtriusque boni ad diligendum, quia dilectio fundatur in vnitate: vel potest dici, quod verum est extensiuè, non intensiuè: vult enim Beatæ Virgini bonum, quod est maius, & sibi suum intensiori actu, quam Beatæ Virgini suum bonum, licet plura bona velit Beatæ Virgini. 4. D.50. Q.6. §. *Respondeo.* ℣. *Ad rationem.* H.9.

Bonum maius siue plus de bono, secundum iustitiam distributiuam, non potest dari peiori, si est simpliciter magis bonum, & huic: Si vero non est bonum huic, est tamen bonum simpliciter maius, hoc potest dari peiori: Sic est de pœna positiua respectu damnatorum, licèt pœna maior sit simpliciter maius bonum, quam minor, non tamen huic damnato: Et ideo, secundum iustitiam distributiuam, potest dari peiori damnato. *ibidem. Ad tertium principale.* S.16

Bonum maius, siue maius bonum conferimus propter obsequium exhibitum, quam speratum. 4. D.2. Q.1. §. *Hic sequitur.* ℣. *Hinc etiam.* K.9.

Bonum minus ordinatè diligens debet diligere aliud maius bonum, præcipuè quando in minori non est ratio diligibilitatis, nisi à maiori bono. 1. D.17. Q.2. *vel editione hibernica.* 3. *Ad primum principale.* N n.31.

Bonum aliud vltra quodcunque bonum, experimur in nobis, quod possumus apprehendere, quod ostenditur maius bonum, & per consequens intelligentia inferior potest appetere illud maius bonum, & ita non quieratur in intelligentia superiori. 1. D.1. Q.1. §. *Contra istum.* ℣. *Item intelligentia.* B.3.

Bona plura excedunt in bonitate idem bonum vnum: & hoc, quando in quolibet illorum plurium est æqualis bonitas, sicut in vno illorum. Quodl. Q.5. §. *Prima ratio.* ℣. *Secundo comparando.* G.8.

Bona plura æqualia æquiualent vni bono maiori intensiuè: vnde merito æquali non debetur maius bonum secundum intensionem, nec per consequens plura bona æqualia secundum extensionem, quia sicut ista si facerent vnum, facerent vnum maius altero illorum, ita sunt maioris valoris secundum iustitiam, quam alterum illorum. Quodl. Q.20. §. *De primo.* ℣. *Potest dici.* C.6.

Bona duo æqualia meliora sunt altero, & consequenter in eis est maior bonitas iuxta illud Aug. 6. *Trin.* 6. *In his, quæ non mole magna sunt idem est maius esse, quod melius*; maius autem licet non posset actu diuidi, tamen habet plura parua sibi æqualia: sicut licèt Cœlum non posset actu diuidi, tamen toti æquantur plura parua, quam medietati: & in illis paruis est distinctio: & pro illo vno magno, licèt in se indiuisibili, tamen diuisibili, vel magis distinguibili in æquiualentia possent præmia multa reddi. *Quodl.* Q.20. §. *De primo.* ℣. *Respondeo Aug.* E 9.

Bonum diuturnius.

Bonum diuturnius est melius, secundum Phil. 3. *Top. cap.* 1. Intelligenda est ista consideratio cæteris paribus: Vnde ipse vult in principio libri, quod non considerat in multum distantibus, idest in habentibus multas differentias, sed in his, quæ solum illam differentiam habent, ad quæ considerat, de quibus vniuersaliter considerationes suæ tenent: & tunc ista propositio est falsa, habitus, & actus in hoc solo distinguuntur: scilicet per permanentius, vel diuturnius, & minus diuturnum. 4. D.49. Q.1. *Ad quintum principale.* ℣. *Ad Phil.* F f. 31.

Bonum simpliciter.

Bonum simpliciter, si intelligatur esse illud, quod distinguitur contra bonum apparens, non est obiectum voluntatis, quia tunc voluntas non posset habere actum circa aliquod obiectum apparens: nulla enim potentia potest habere aliquem actum circa illud, in quo non saluatur ratio sui primi obiecti, & ita voluntas cuiuscunque Viatoris esset confirmata ex obiecto suo, nec posset peccare. 3. D.33. Q. *Vnica.* §. *Ad rationem.* C.6.

Bonum simpliciter, si intelligatur, vt distinguitur contra bonum in singulari acceptum, potest concedi quòd voluntas est ex se determinata ad bonum simpliciter, quia bonum, sub ratione boni in vniuersali, est obiectum appetitiuæ, & suæ propriæ cognitiuæ: sensus autem, secundum communiter loquentes, cognoscit singulare, & intellectus vniuersale: ideo appetitus sensitiuus habet pro obiecto bonum vt nunc, idest bonum singulare cum conditionibus indiuiduantibus: Voluntas autem habet pro obiecto bonum ostensum ab intellectu, quod est bonum vniuersale, quod est bonum simpliciter. *ibidem.*

Bonum quoad Deum.

Bonum hoc, bonum illud, tolle hoc, tolle illud, & vide ipsum bonum, si potes 8. Trin. cap. 3. hoc est, tolle illa contrahentia rationem boni ad creaturas, & vide rationem boni in communi, & in hoc videbis Deum, sicut in conceptu communi, in quo potest naturaliter à nobis videri, & non in particulari, vt hæc essentia. 1. D.3. Q.3. *Ad secundum principale.* ℣. *Ad illud.* I.26.

Bona omnia attribuuntur principaliter Deo, mala autem nobis. 1. D.41. Q. *Vnica.* §. *Contra istud.* ℣. *Nec mirum.* B.12.

Bonum nullum ab essentia sua ideo amatur a voluntate diuina, quia bonum, sed è conuerso, ideo & bonum, quia amatur a voluntate diuina. *ibidem. Ad secundum principale.* E.14.

Boni summi (quod Deus est) intellectionem non impedit determinatio in obiecto ad singularitatem, Deus enim est ipsum summum bonum, quod de se singularitas quædam est. 2. D.3. Q.9. §. *Dico igitur.* ℣. *Ad secundum dico.* M.14.

Boni summi (quod Deus est) intellectionem impedit determinatio in obiecto ad certum gradum participatum, per oppositum ad illimitationem illius, quod participatur, quia Deus non est bonum secundum aliquem gradum determinatum, sed absolute bonum participabile ab omnibus gradibus: & licet Aug. dicat de hoc bono, & illo bono (forte singularibus bonis) quæ occurrunt animæ, *tolle hoc, & tolle illud, & vide ipsum bonum si potes &c.* non tamen intelligit hoc, nisi quia ista bona particularia includunt limitationem, qua limitatione remota, & ablata, statur in illimitatione boni in communi, & in hoc intelligitur Deus in vniuersali: vel vlterius statur in bono vniuersalissimo secundum perfectionem, & tunc intelligitur Deus magis in particulari: Et illud bonum nec est hoc, nec illud per ablationem gradus boni limitantis. *ibidem.* ℣. *Secundo modo.*

Bonum, sapientem, magnum, Deum esse dicimus, secundum Aug. sicut ipse frequenter dicit: non tamen propter hoc oportet, quod illi ex natura rei conueniat hoc, vel illud, sine omni negatione, siue relatione rationis. *Quodl.* Q.6. §. *Contra istud.* ℣. *Hæc conclusio.* S.16.

Bonum infinitum.

Boni contra naturam est, quod sit infinitum, & non quietatiuum cuiuslibet voluntatis. 1. D.2. Q.3. §. *In ista quæstione.* ℣. *De tertia Via.* A.4.

Bonum infinitum desiderare inesse nobis, in hoc actu illud

inesse

Bonum infinitum.

inesse nobis est circumstantia debita *cui*, quia istud bonum est debitum illi, cui appetitur esse bonum: nullum autem bonum sufficienter quietat appetitum, nisi sit infinitum bonum. 3. D.26. Q.*Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Assumptum*. C.10.

Bonum infinitum non potest communicari, nisi à Deo se liberaliter conferente. *ibidem*.

Bonum infinitum desiderare esse bonum meum, non est amor amicitiæ, nec est nobilissimus amor, quia nobilius esse habet illud obiectum in se, quam habeat in alio, vel quod sit comparatio illius ad aliud à se, & consequenter desiderare tale, non est actus charitatis. 3. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *De Charitate*. G.17.

Bonum infinitum solum licèt quietet voluntatem, & hoc inquantum infinitum bonum: non tamen oportet omne bonum finitum secundum gradum suum in bonitate magis, & minus quietare, quia isti gradus sunt accidentales per comparationem ad extrinsecum quietandum. 3. D.27. Q.*Vnica*. §. *Ad duo*. ✠. *Ad aliud*. S. 22.

Boni infiniti ex dilectione non necessariò sequitur dilectio boni finiti: nec in actibus dilectionis sequitur ex natura rei destructio dilectionis Dei ex destructione dilectionis proximi! & hoc sine intelligatur destructio dilectionis contrariè, vel contradictoriè: Et multo magis ex natura habitus non esset contradictio, quod esset respectu Dei, & non respectu proximi. *ibidem*. §. *De secundo dico*. D.4.

Bona infinita plura, si sint possibilia, plus bonitatis includunt, quam vnum infinitum. 1. D.2. Q.3. §. *In ista quæstione*. ✠ *De tertia via*. A.4.

Bona infinita plura, si darentur, alterum illorum non posset contineri in altero totaliter eminenter, quia hoc est contra rationem infiniti. *Quodl.* Q.5. §. *Prima ratio*. ✠. *Non valet*. G.8.

Bonum infinitum non est propter alterum bonum. *Quodl.* Quæst.7. *Ad secundum in oppositum*. ✠. *Secundum scilicet*. G g. 40.

Bonum fruibile.

Bonum, vt sic, non habet rationem obiecti fruibilis, & ideo non oportet quod in quocunque sit bonum hoc modo sumptum, quod sit ibi propriè ratio obiecti fruibilis; ratio enim boni fruibilis non est ratio boni in communi, sed boni perfecti; quod est bonum non habens defectum, vel saltem secundum apparentiam est tale, vel secundum præfixionem voluntatis, qualis non est relatio. 1. D.1. Q. *Secunda*. *Ad primum principale*. I.12.

Bonum creatum, & per participationem.

Bona creata, & si sint bona per participationem, verius sunt bona per participationem vltimi finis in particulari, quam per participationem eius in vniuersali: non enim participant illud in vniuersali, nisi quia participant illud in particulari, cum participans habeat participatum pro causa, vel mensura, à qua dependeat essentialiter, & dependentia entis realis non est, nisi ad ens reale, & ita ad aliquod singulare. 1. D. 1. Q4. §. *Si tenendo*. ✠. *Similiter*. n.13.

Bonum quodcunque aliud a primo bono, concedo esse per participationem bonum, iuxta illud Aug. 8. *Trin. cap.3. vel 8 videbis bonum omnis boni*, *&c.* Sed non vult auctoritas quod participatio sit de essentia illius boni. 1. D. 3. Quæst.5. § *Ad rationes pro opinio*. ✠. *Ad August. dico*. L.14.

Boni primi subtractionem per intellectum ponit Boetius *de hebdomadibus* ibi, *si paulisper per intellectum amoueas ipsum primum bonum, tunc sint bona, non tamen in eo, quod sunt, erunt bona*: & hoc posito, loquendo de creaturis, dicit, quod loquendo de *esse* creaturarum, licet sint, & bona sint, non tamen, in quantum sunt, bona sunt. *ibidem*.

Bonum Spirituale.

Bonum spirituale communicatur sine diuisione quantitatiua: secundum extensionem tamen communicatur cum distinctione, scilicet aliud alteri, & ita requirit distinctum meritum propter quod reddatur: & hoc dico æqualeintensiuè. *Quodl.* Q20. §. *De primo*. ✠. *Ad illa in contrarium*. E.8.

Bonum spirituale realiter per partes non datur, sed datur in multis bonis minoribus, quæ respectu illius boni habent partialem valorem. *ibidem*. *Respondeo Aug.* E.9.

Bonum spirituale, quod vnusquisque sibi procuret, quantum potest, sine præiudicio alterius, non est contra charitatem. *ibidem*. §. *De tertio articulo*. ✠. *Sed quæras*. R.26.

Bona spiritualia tenetur quis velle proximo, vel inimico non solum interius, sed etiam exterius efficaciter in opere, spiritualiter, quantum ad hoc, quod quilibet debet orare Deum suum pro se, & pro tota Ecclesia Dei. 3. D. 30. Q.*Vnica*. §. *Respondeo*. ✠. *Quantum autem*. F.11.

Bona spiritualia, vt diligere Deum amore amicitiæ &c. non videtur, quod possumus inimico odire, vel nolle 3. D. 30. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. ✠. *Quantum ad prima*. B.3.

Bonum indifferens.

Bona indifferentia, vt sanitatem, diuitias &c. & vniuersaliter necessaria ad vitam corporalem possum ordinate nolle mihi, vel contemnendo ea, sicut si fiam pauper voluntariè, vel volendo Deum infligere illa mihi propter peccata mea, vel voluntate consequente, vt si sint inflicta, acceptare ea, & gaudere de his iam inflictis. 3. D. 30. Quæst. *Vnica*. §. *Respondeo*. ✠. *Sed de aliis*. B.5.

Bonum temporale.

Bona temporalia indifferencia, vt diuitias, sanitatem &c. quorum opposita potest sibi velle, non tenetur quis in aliquo casu positiuè velle proximo, vel inimico. 3. D. 30. Q. *Vnica* §. *Respondeo*. ✠. *Quantum autem*. F. 11.

Bona temporalia nunquam tantùm alliciunt ad seruandum legem, sicut bona æterna. 3. D.40. Q.*Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. ✠. *Est etiam*. H.7.

Bonum respectu intellectus.

Bonum illud, de quo loquitur Aug. 8. *Triu. cap.3. de magnis* dicens, *non diceremus aliquid esse melius, cum vere iudicamus, nisi esset impressa nobis notio ipsius boni*, cuius notitia impressa est naturaliter intellectui, est bonum in communi, & per illud iudicamus de occurrentibus hoc illo esse melius. 1. D.3. Q.3. *Ad secundum principale*. ✠. *Ad illud*. I. 26.

Bonum respectu voluntatis.

Bonum *velle* circa agibile non solum sibi, sed etiam alteri, & hoc non tantum in ordine ad bonum diuinum, sed in quantum est quoddam bonum proprium, est quædam perfectio voluntatis. 3. D.33. Qu.*Vnica*. §. *Ad primum concedi potest*. I. 16.

Bonum apparens.

Bonum apparens potest esse obiectum voluntatis Dei, & Beati: non tamen ad omnem actum voluntatis, quem habet circa illud Viator, vel damnatus. 2. D.23. Q. *Vnica*. §. *Dico, quod istæ rationes*. ✠. *Dico igitur*. A. 5.

Bonum quatenus obiectum.

Bonum sicut est obiectum huius actus, quod est *velle*, ita malum, vel defectus boni, quod pro malo reputatur, est obiectum huius actus, quod est *nelle*. *Quodl.* Q. 16. *De primo*. ✠. *secundum scil.* F. 5.

Bonum conceditur, quod sit bonum, vel volibile participatione primi volibilis, non autem quod hoc sit præcisè volitum participatione illius primi, vt politi. *ibidem*. ✠. *Hic potest dici*. G.6.

Bonum obiectum adorationis.

Bonum aliquod communicatum creaturæ si sit ratio colendi conferentem, vt Dominum, & non ipsa bonitas intrinseca conferentis (puta si per impossibile essent plures Dii, & vnus creasset nos, & non alter, si teneremur vnum adorare, scilicet creatorem, & non alium, qui non creasset nos) tunc bene potest dici, quod si per efficientiam redemptionis collatum sit tantum bonum, quantum per crea-

Bonum obiectum adorationis.

creationem, tanta seruitus debetur ratione redemptionis toti Trinitati, quæ principaliter effecit istam redemptionem, quanta ratione creationis, eo quod istæ suot distinctæ rationes, propter quas debetur sibi adoratio. 3. D. 9. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. F. 8.

Bonum quatenus sequitur propositum.

Bonum quare sequitur ad propositum vnius, & non ad propositum alterius, Aristoteles *in libello de bona fortuna* inquirit causam intrinsecam, quam dixit esse impetum. *Quodl*. Qu. 21. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Sed causa*. H. 8.

Bonum intrinsecum, & extrinsecum.

Bonom sicut perfectum distioguitur io iotrinsecum, quod scilicet pertinet ad *esse* primum, & extrinsecum, scilicet appetibile, seu volibile à voluntate mediante actu secundo: vnde licèt quodcuoque ens sua entitate sit bonum bonitate prima, non tamen bonitate secunda: & de ista præcisè videtur Boet. tãgere *in libello de hebdomadibus*, vbi vult quod bonitas sit accidens, & quod res in eo, quod sunt, bonæ sunt: istam autem secundam bonitatem sic signanter exprimimus, *Huic rei bene est*. 4. D. 49. Q. 1. §. *Ista ergo conclusio*. X. 24.

Bonum humanum.

Bonum dicitor aliquid homini, quia booum humanum. *Quodl*. Q. 18. §. *De primo*. C. 3.

Bonum morale.

Booum, ex Dionys. *de diuinis nominibus*, *est ex vna*, *& tota causa*, *malum ex particularibus defectibus*: *Tota* inquit, *causa*, hoc est integra ex omnibus circumstantijs. Quodl. Q. 18. §. *De primo*. ✠. *Respondeo* 7. Phys. l. 7.

Bonum morale est ens per accidens, aggregans in se aliquem actum, & circumstaotias multas actui accidentes, ita quod totum ratione circumstantiæ vnius potest concludi eligibile, qua circumscripta, ratione alterius circumstantiæ, non erit eligibile residuum. D. 15. Q. *Vnica* §. *Ad primum alterius viæ*. V. 31.

Bonum quo ad causam.

Bonum omne aliod à Deo, ideo est bonum, qoia à Deo volitum, & non è conuerso. 3. D. 19. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✠. *Quantum ad sufficientiam*. B. 8.

Bonum imputabile.

Bonum sic est imputabile, qood ad laudem, vel præmium: malum autem sic, quod ad vituperium, vel pœnam. *Quodl*. Q. 18. §. *De secundo*. N. 9.

Bonum quo ad conuenientiam.

Bonum hoc, vel illud in ordine ad Deum, vel Deum non solum possum ordinatè velle, sed etiam booum hoc, in quantum habet talem bonitatem conuenientem mihi, secundum propriam rationem, & sic velle hoc bonum est ex alio habitu à charitate. 3. D. 33. Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. N. 20.

Bonom primò, vel primò booum est conueniens, & hoc vel honestum, vel delectabile, siue etiam vtile: sed vtile non potest esse primò motiuum ad concupiscendum, qoia noo concupiscitur nisi in ordine ad aliud. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. §. *Contra primum*. ✠. *Secundo potest*. E. 10.

Bona infinita, hoc est, infiniti actus recti suot debiti à voluntate, si in infioitum conseruetur: & ideo absque diminutione voluotatis, & cuiuscunque actus primi in ea possunt infinita talia bona priuari. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Ex illa solutione*. ✠. *Ex isto etiam*. E. 10.

Bonum indebitum, & debitum.

Bonom indebitum dare, non est dare contra iustitiam, quia est liberalitatis: & actus vnius virtutis oon repugnat alteri: sed sobtrahere bonum debitum est contra iustitiam: ounc pari passu currunt quantum ad iustitiam dare bonum, & oon inferre malum, & per consequens inferre malum contra debitum, est contra iustitiam, quia subtrahere bonum debitum: sed inferre malum citra debitum,

Bonum indebitum, & debitum.

oon est contra iustitiam, sicut nec dare booum indebitum. 4. D 46. Qu. 4. §. *De quarto*. ✠. *Respondeo dure*. N. 17.

Booi debiti carentia, cæteris paribus, est maius malum, quam boni indebiti: si autem bonum supponit booom indebitum, nec sine ipso potest haberi, tunc carentia boni indebiti est maius malum, quia sic est careotia boni indebiti casualis occasio boni debiti: sic est de bono *esse*, quud est indebitum homini, & de bono opposito malo culpæ, quod est debitum: bonum enim secundum quod est bonum debitum, non potest haberi sine bono indebito, quod est primum: & sic ista propositio, carentia boni debiti est maius malum, quam carentia boni indebiti, est falsa, quia cætera noo sunt paria: vnde quando dicitur, quod malum culpæ est maius malum, est petitio principij. 4. D. 50. Q. 2. §. *Contra primam opinionem*. ✠. *Ad secundum dicendum*. A. 5.

Bonum, quod priuat malitia.

Bono, quod priuat oon est maior: vel sic Non est maior malitia, quam bonum: quod priuat autem booom ab actu nisi quod natum esset inesse actui: actus autem, cum sit quid finitum, non est natum inesse bonum, nisi finitum. 4. D. 14. Q. 1. *Ad vltimum principale*. Z. 19.

Bonum comparatiuè ad malum.

Bonum, & malum non sunt priuatiuè opposita circa actum, loquendo de bonitate, & malitia morali, & etiam loquendo de malitia, & bonitate meritoria, & demeritoria: non enim est actus malus ex hoc solo, quod caret bonitate tali, vel tali, sed quia caret bonitate, quam debet habere: non aotem omois actus debet habere talem bonitatem. 2. D. 41. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale* C. D. 5.

Bonum est efficacius, quam malum, ex Dionys. *de diuinis nominibus cap*. 4. quia parum facere de bono est maioris potentiæ, & Virtutis, quam multa mala facere: tameo malum aliquod potest pluribus obesse, quam bonum aliquod prodesse. 2. D. 20. Quæst. 1. *Ad tertium principale*. E. 4.

Boni commendatio, ex malo iuxta posito, refertur ad gloriam Sanctorum, de quibus *Isa*. 66. dicitur, *Egredientur*, *& videbunt cadauera hominum*, *& erit ad satietatem omnis carnis* iuxta illud *Psal*. 57. *lætabitur iustus cum viderit vindictam*: & istud tractat Aug. 20. *Ciuit*. *cap*. 21. 4. D. 46. Qu. 4. §. *De tertio articulo*. ✠. *Ad secundum*. I. 10. *Additio*.

Bonum maius, vel plus de bono adimens: siue sic, Quod adimit maius bonum, vel plus de bono, est maius malum, ista propositio oon est vera. 4. D. 5. Q. 2. §. *Contra primum*. A. 4.

Bonum, in quo est peccatum (si peccatum esset priuatio boni, cui nocet, vt volunt aliqui) cum illud bonum sit finitum, per ablationem alicuius finiti boni ab eo aliquoties factam, totaliter posset consumi. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Ista quæstione*. ✠. *Contra primum*. O. 4.

Bonum commodi, & honesti, delectabile, vtile.

Bonum naturæ intellectualis in genere duplex est, bonum scilicet commodi, & bonum honesti: bonum quidem vtile, quod ponitur tertium ad alterutrum illorum, ad alterum illorum reducitur, secuodum qood ad ipsum ordioatur: Et licet in eodem concurrant rationes boni commodi, & hooesti in fruitione Dei in Patria, imo generaliter omne honestum sit commodum, licet non e conuerso: tameo summum commodum est beatitudo, & esse commodum, licèt per impossibile, oon esset honestom. 4. D. 46. Quæst. 4. §. *Ad quæstionem*. ✠. *De primo*. A. 4.

Bonum honestum, sicut iustè requirit vt pro ipso reddatur bonum commodom. ita peccatum priuans honestatem iuste requirit vt pro ipso reddatur priuatio boni commodi. *ibidem*. §. *De tertio*. ✠. *Secundo etiam*. G. 8.

Bonum summum delectabile est honestum, inquantum honestum, vt ipsa beatitudo. 2. D. 6. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✠. *Secundo probatur*. D. 5.

Bonum commodi, & honesti, delectabile, vtile.

Boni iusti, & boni commodi affectionem si distinguamus in voluntate, paret, quod ablatio boni commodi pœna est, quia conueniens ei: sed bonum iustitiæ est magis conueniens voluntati, quam bonum commodi, igitur eius ablatio per se est pœna. 2. D. 37. Q *Vnica*. §. *Ad quæstionem tertiam*. Cc. 22.

Bonum, obiectum virtutis moralis.

Bonum, quod ponitur obiectum virtutis moralis, non est difficile, nisi habenti appetitum, qui natus est ferri in oppositum illius boni, saltem quantum ad aliquam circumstantiam: Et ex hoc, quod appetitus sic inclinatur, voluntas in eodem nata est sibi condelectari: Et ex hoc difficile est voluntati tendere in bonum debitè circumstantionatum. 3. D. 33. Q. *Vnica*. §. *Ad primum*. ℣. *Si obijcitur*. K. 17.

Bonum retributiuum.

Bonum nullum recompensat Deus secundum iustitiam retributiuam, nisi propter aliquod meritum, cui correspondet illud bonum. 4. D. 13. Q. 2. *Ad tertium principale*. ℣. *Respondeo nullam*. Q. 19.

Bonum iustitiæ originalis.

Bonum iustitiæ originalis, & malum peccati, si essent à causa vniuoca, concluderetur per illam regulam, *si vnum oppositorum est alicuius oppositi causa, & suum oppositum erit consimile causatiuum*, quod sicut peccatum in primo parente fuit causa peccati in progenito, ita & iustitia in ipso fuisset causa iustitiæ: sed illa regula fallit in omnibus, vbi vnum oppositorum potest produci à causa vniuoca, & alterum tantùm à causa æquiuoca. 2. D. 20. Q. 1 *Ad vltimum principale*. F. 4.

Bonum mortis Christi.

Bonum illud, quod ad mortem Christi sequebatur, vel ad quod mors illa ordinabatur, licet fuerit maius, quam vitæ suæ conseruatio ad tempus, & ex hoc plus esset volendum liberè secundum affectionem iustitiæ, non tamen à voluntate secundum affectionem commodi, nisi posset ostendi illam salutem hominum fuisse maius bonum huic personæ, quàm conseruatio vitæ suæ, & hoc magis commodum naturaliter ex se, non tantum ex ordinatione aliqua huius tanquam vtilioris ad finem vltimum. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Vlterius*. P. 24.

Bona matrimonij.

Bona tria matrimonij, scilicet fides, vel fidelitas, proles, & Sacramentum, non sunt bona Sacramenti matrimonij: illud enim est quoddam signum concomitans contractum, sed sunt tria bona matrimonij vinculi indissolubilis, manentis post contractum: & non est inconueniens, illud esse bonum alijs bonis, & esse bonum vni istorum tanquam bonitate intrinseca, alijs tanquam finibus propinquiori, & remotiori, seu principaliori. 4. D. 31. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. F. 10.

Bonum fidei, idest, fidelitatis, & bonum prolis, non sunt intrinseca matrimonio, nec necessaria ibi formaliter, sed sunt ibi necessaria in obligatione, & virtualiter. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo Sacramentum*. B. 5.

Bonum fidei matrimonialis est semper in obligatione, licet non in executione. *ibidem*. *Ad secundum principale*. F. 10.

Bonum prolis, inquit Aug. 9. *super Genes.* dicitur non ipsa proles, sed spes, & desiderium, quo proles quæritur, vt religiosè educetur, & informetur. *ibidem*.

Bonum Sacrificij, & celebrantis.

Bonum in domo Dei, quæ est Ecclesia, virtute Sacrificij communicandum rationabile est, quod non solum Deus distribuat, sed aliquis minister in Ecclesia: sicut videmus regulariter in familijs ordinatis, quod vbi in domo aliqua aliquod bonum est distribuendum diuersis secundum eorum exigentiam, vel indigentiam, rationabile est, quod Dominus domus non immediatè singulis distribuat, sed talis distributio alicui, vel aliquibus certis

Bonum Sacrificij, & celebrantis.

ministris in domo committatur. *Quodl.* Q. 20. §. *De primo articulo*. ℣. *Ad hoc etiam*. H. 14.

Bonum, quod impetratur virtute Sacrificij, licet non impetretur virtute meriti personalis Sacerdotis, sed virtute meriti Ecclesiæ, in cuius persona fit oblatio, & in cuius gratiam oblatio acceptatur, & ideo quoad hoc, scilicet tale bonum sic impetrandum, Sacerdos licet sit merè organum, tamen, ratione ordinis, habet gradum notabilem in Ecclesia, propter quem sic conuenit offerre, & oblationis virtutem determinare. *ibidem*. ℣. *Ad primum*. I. 14.

Bonum reddendum virtute Sacrificij, si non debetur Sacerdoti pro se, debetur tamen Ecclesiæ secundum eius distributionem, quia ipse, ex ordine suo, est nuntius sponsæ ad sponsum offerentem petitiones specialiter pro determinatis personis, & ita dispensatoriè, vel dispositiuè determinans eis illud, quod pro talibus personis redderetur. *ibidem*. ℣. *Ad secundum*. I. ante. 15.

Bonum, quod debetur virtute Sacrificij, correspondet secundum plenam iustitiam, alicui merito in Ecclesia, & illud meritum est finitum, & certi gradus, ergo sibi, secundum iustitiam plenam, adæquatè correspondet bonum certi gradus reddendum, ita quod nihil reddetur si virtute Sacrificij, nisi illud, vel inclusum in illo, ergo totum illud redeatur isti (idest, vni, cui specialiter applicatur) nihil virtute Sacrificij reddetur alteri (cui pariter specialiter applicatur) quia quod daretur illi, nec est illud bonum, quod datur isti, nec includitur in illo, vt aliquid eius, & per consequens ex opposito consequentis, si aliquod bonum datur illi, non totum datur isti, quod debetur virtute Sacrificij: daretur autem ei totum in medio gradu, si sibi soli specialiter applicaretur: & ideo non tantum valet missa in virtute Sacrificij applicata pluribus (medio modo, id est specialiter) sicut si vni soli applicaretur. *ibidem*. §. *De tertio autem in isto articulo*. N. 20.

Bonum reddendum virtute Sacrificij) specialiter applicati) non correspondet præcisè bono contento in Eucharistia: illud enim bonum æquale est, quando eucharistia seruatur in pyxide: & tamen non tunc æquè valet Ecclesiæ, sicut offertur in missa: & siuè hic indistinctè dicatur oblatio Eucharistiæ, siuè consecratio, siuè perceptio, siuè oblatio, siue operatio aliqua Sacerdotis in persona Ecclesiæ: Vltra ergo bonum contentum in Eucharistia, requiritur oblatio Eucharistiæ: ista non est accepta, nisi ratione offerentis accepti iuxta illud Gen. 4. *Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius*, prius ad Abel, quam ad munera. *ibidem*. §. *De tertio autem*. ℣. *& dici potest*. N. 21.

Bonum præter, siue præter bonum, quod debetur Ecclesiæ generaliter in missa, & præter bonum, quod debetur isti oranti specialissimè (quæ duo semper includuntur in præmio debito orationi) accipio illud bonum, quod virtute meriti, ipsius orantis debetur medio modo (idest speciali) ei, pro quo specialiter oratur: illud est determinatum ad certum gradum: virtute igitur istius meriti non debetur alicui isto modo medio aliquod bonum, quod non includitur in isto modo determinato: Si ergo totum illud bonum detur isti tanquam præmium, modo medio, debitum orationi, nullum bonum debitum orationi isti dabitur alteri: & per consequens si virtute illius meriti datur aliquod bonum illi, vt debitum isti orationi, modo medio, sequitur, quod non totum bonum sic debitum datur illi. *ibidem*. §. *De primo*. ℣. *& dici potest*. C. 4.

Bonum arduum.

Bonum arduum, si per ipsum intelligatur bonum absens, sequitur, quod pars, seu portio irascibilis non erit in patria, & per consequens Spei non succedit tentio, quia oporteret, quod tentio esset in eadem potentia, & vi cum spe, quia succedit sibi, & ita haberet pro obiecto suo arduum, quod est bonum absens (si hoc esset, quod intelligeretur per nomen ardui) quod est falsum: in Patria enim non erit bonum desiderabile absens. 3. Dist. 26. Q. *Vnica*. §. *Contra illam opinionem*. ℣. *Si primo modo*. C. 7.

Bonum arduum.

Bonum arduum, si dicatur illud, quod excedit facultatem potentiæ, cui dicitur arduum, sequitur quod in Deo non esset irascibilis, quia nullum est obiectum excedens respectu eius, igitur nec tentio; consequens est falsum, quia non videtur negandum, quod in Deo sit tentio respectu sui ipsius, igitur & antecedens, scilicet quod in habentibus spem, spes sit habitus irascibilis. *ibidem*. ✠. *Si secundo modo*.

Bonum arduum si dicatur bonum appetibile, idest, amabile excedens omnia alia sibi contraria, sic male ponitur bonum arduum obiectum spei, distinctum contra obiectum charitatis, quia charitas inter omnes virtutes, maximè respicit Deum sub ratione appetibilis, quia sub ratione boni infiniti. *ibidem*.

Bonum sub ratione diligibilitatis.

Boni simpliciter ratio, si est ratio diligibilis super omnia, sequitur, quod ratio maioris boni est ratio maioris diligibilitatis: & ita quilibet tenetur magis diligere proximum meliorem se, quam se ipsum, quod non videtur probabile. 3. D. 27. Q. *Vnica*. §. *Contra primam*. ✠. *Secundo quia*. A. 5.

Bonum quod ex charitate diligo, est quod cuicunque amaro concupisco amare Deum propter se, idest, in quantum est bonum in se, non in quantum bonum huic. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum istorum*. ✠. *Ad secundum dico*. K. 21.

Bonum vniuersi.

Bonum vniuersi non requirit infinitam productionem (hoc est, quod productiones corruptibilium durarent in æternum) & in hoc esset præfigendus Theologis, si vellent arguere pro parte sua (quod scilicet ista productio cessaret in iudicio vniuersali) ex creditis, vel ex probabilibus aliqualiter secundum rationem naturalem, ostendendo quod perfectio vniuersi magis requirat, vel æquè compatiatur generationem cessare, quam ipsam continuari vltra: nec ex hoc habetur quod motus Cæli sit perpetuo duraturus, sed oportet ostendere quod perfectio vniuersi magis requireret quietem istorum corporum. 4 D. 48. Q. 2. *Ad primam rationem pro opinione Phil*. P. 17.

Bonum totius vniuersi habet se, & in ordine entium inter se, & in ordine eorum ad optimum separatum. *Quodl*. Q. 7. *Ad secundum in oppositum*. ✠. *Secundum scilicet*. G g. 40.

Bonum commune.

Bonum commune (quod est Deus) secundum rectam rationem non debet aliquis sibi appropriare. 3. D. 28. Q. *Vnica*. §. *De primo dico*. A. 2.

Bonum commune non debeo velle esse alicuius tantum, & ita non amari ab alio: sed non oportet me velle illud bonum esse alterius, puta quia non placet illi illud bonum esse eius, sicut Deus prædestinans vnum, & non alterum vult bonum esse prædestinati, & non alterius. 3. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Contra primum*. ✠. *Secundo potest*. E. 10.

Bonum commune, secundum rectam rationem, est magis diligendum quam bonum proprium, quia totum bonum proprium debet homo exponere etiam destructioni simpliciter, si oesciat animam esse immortalem, propter saluationem boni communis. 4. D. 43. Q. 2. §. *Potest dici*. ✠. *Ad aliud de forti*. P. 22.

Bonum reipublicæ.

Bonum reipublicæ, maximè colentis Deum, præfertur bono temporali priuatæ personæ, maxime infidelis. 3. D. 38. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. H. 15.

Bona excusantia somnum.

Bona excusantia somnum sunt hæc, scilicet necessitas naturæ, & confortatio organorum, quia sine somno esset nimia fatigatio virium sensitiuarum, & per consequens impedimentum in intellectu, quia intellectus impeditur, phantasia impedita. 4. D. 31. Q. *Vnica* §. *Hic dicitur*. ✠. *Dicitur*. n. 3.

Bonus.

Bonus moraliter, vt sit actus quicunque moralis, oportet simul omnes circumstantias in eo concurrere: sufficit tamen defectus vnius, & cuiuscunque circumstantiæ ad hoc, vt sit malus moraliter. 1. D. 48. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Bona moraliter vt sit voluntas creata, non sufficit eius conformitas ad voluntatem increatam in bonitate actui, & obiecti, quia potest esse difformitas in alijs circumstantijs, quæ necessariò requiruntur ad bonitatem actus voluntatis. *ibidem*.

Bona opera in præscientia Dei, sensit aliquando Aug. quod & si non sint ratio prædestinandi, fidea tamen in præscientia Dei est ratio prædestinandi, sicut per eum patet super epistolam illam *ad Roman*. vbi vult, quod propter fidem, quam præsciuit in Iacob, qua sibi esset crediturus, & infidelitatem in Esau, hunc praelegit, & illum non: sed illud retractauit ipse 1. *Retract*. 22. innuens contra se rationem, quia fides est donum Dei, sicut & alia opera, quod probatur per Apostolum *prima ad Corinth*. vbi dicit, *illud non dixissem, si fidem inter dona Spiritus Sancti connumerare sciuissem*. 1. D. 41. Q. *Vnica*. §. *Circa istam quæstionem*. n. 2.

Bona opera ex genere disponunt peccatores ad gratiam citiùs, & faciliùs obtinendam. 2. D. 28. Q. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ✠. *Contra, si Deus*. n. 4.

Bonos esse, vel virtuosos actus importat relationem, vel multas relationes. *Quodl*. Q. 18. §. *De primo*. ✠. *Respondeo*. I. 7.

Bonum factum, vel bonum *velle* alicuius acceptans Deus tribuit sibi, si indigeat: si tamen sit ita perfectus, quod non indigeat perfectione, sicut Christus, tribuit alijs, pro quibus meretur. 3. Dist. 18. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. A. 4.

Bona valetudo inquit Aug. *sine doloribus, & lassitudine*, quia scilicet valetudo est bona homini, quia est ei conueniens. *Quodl*. Q. 18. §. *De Primo*. C. 3.

Bonis sicut conuenit *vbi* in corpore nobilissimo circumscriptiuè, scilicet corporibus beatorum, & diffinitiuè Angelis bonis, tam cum libertate ad aliud *vbi* pro libito, quia gloriæ est posse vti potentia sua motiua ad quodcunque *vbi*, quia non repugnat gloriæ: sic iustum est reprobos locari in corpore vilissimo, quod est terra, & ad illud limitari, vt priuentur potentia motiua, qua si possent, male vterentur. 4. D. 46. Qu. 4. §. *De tertio*. ✠. *In tertia*. H. 9.

Bonos cum malis communicare legitur Apostolum prohibuisse 1. Corinth. 5. *Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicarius, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, nec cum huiusmodi cibum*. item 2. Thessal. 3. *Denunciamus vobis fratres in nomine Domini, vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante*: Et post pauca subd it *ibidem*, *si quis non obedierit verbis nostris per epistolam hanc, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur*: Et tamen qualiter licet communicare cum illo, subdit, *Nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem*: Idem 2. Timot. 3. *Erunt homines se se amantes*: Et post pauca, *Hos deuita*, *ibidem cap*. 4. *Alex. ærarius multa mala mihi præstitit, quem deuita*: Idem ad Tit. 3. *Hæreticum hominem post vnam, & secundam monitionem deuita*: Et Ioann. in secunda canonica, *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affirmat, nolite eum recipere in domo, nec Aue ei dixeritis: qui autem dicit ei Aue, communicat eius operibus malignis*. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ✠. *Alicubi tamen*. M. 17.

B O S

Bos.

Bos si per cultellum, vel submersionem, vel interfectionem, vel alis modis corrumpatur, semper derelinquitur idem cadauer, & eiusdem rationis. 4. D. 11. Q. 3. §. *Aly concedentes*. ✠. *Item manifestius*. R. 38.

Bru-

Brutum.

Bruta exercent actus pertinentes ad conseruationem speciei, vt patet de nidificatione auium, & nutritione pullorum, & huiusmodi, quæ non videntur competere eis naturaliter absque cognitione præteriti, vt præteriti: Hæc tamen saluari in eis possunt sine tali cognitione, quia delectabile inest brutis his vndequaque, saltem causam oportet conuincere intrinsecam ex complexione nunc taliter disposita, vel alterata ad congregandum talia, vel talia ligna ad faciendum nidum: & illud non est alias delectabile, complexione nunc aliter se habente; & ex illa delectatione, & non ex apprehensione præteriti, vt præteritum operantur: cuius probatio est, quod si esset aliquod brutum propagatum in primo anno, æquè præuideret sibi necessaria ad nidificationem, sicut si esset quotcunque annorum, ergo ex cognitione præteriti, vt præteritum, non est ista nidificatio. 4. D. 45. Q. 3. §. *Circa istam*. ✝. *Consimiliter*. D. E. 8. 10.

Bruta aliqua sunt disciplinabilia, vt vult Phil. *de memoria, & reminiscentia*, & *de sensu, & sensato:* Sed hoc posset saluari sine memoria, vel cognitione præteriti in eis: saluatur inquam, per hoc, quod ex frequenti sensatione delectabilis, & tristabilis coniunctorum, impressum est isti animali phantasma delectabiliter: & hoc modo quandocunque mouet vnum, statim ex coniunctione mouet aliud, ergo quando cibus præsens mouet appetitum ad sumendum, statim phantasma virgæ percutientis simul mouet, & per consequens, vt tristabile ad fugiendum: & si ex magna frequentia imprimatur phantasma huius, vt magis tristabilis, magis retrahit à delectabili, quam delectabile alliciat ad se ipsum. *ibidem*.

Brutorum actus licet probabiliter possint saluari non ponendo memorationem propriè in eis, sed solum imaginatiuam cognitiuam obiecti, quod est præteritum: tamen quæ videmus in actibus eorum facilius saluantur, ponendo in eis memoriam. *ibidem*. ✝. *Ad vltimum*. E. 12.

Bruta in suis actionibus secundum Damasc. lib. 2. cap. 29., non agunt, sed aguntur. 1. D. 3. Q. 9. §. *Sed hæc*. ✝. *Ex istis*. K. 8.

Brutum idem numero non posse resuscitare Deum, sequeretur ex illa radice, quod *esse simpliciter* interruptum per mortem, vel destructum non potest redire idem numero, cuius oppositum nonnunquam legitur miraculosè factum a Sanctis, vt patet de tauro, quem suscitauit Siluester, in legenda eius: & hoc Deo negare esse possibile videtur magnæ infidelitatis; & tamen sensitiuæ eius est destructio, & interruptio. 4. D. 43. Q. 1. §. *De primo*. ✝. *Praeterea ex illa*. A. 5.

Bruto quare non conueniat intelligere, vel magis propriè, sibi repugnat intelligere, patet ex rationibus naturæ, potentiæ, & actus. *Quodl*. Q. 18. §. *De primo*. ✝. *Quod autem*. F. 5.

***Finis Litteræ*. B.**



Cadauer

C

Cadauer.



Adauer idem, & eiusdem rationis semper producitur à quocunque, & qualitercunque corrumpatur corpus viuum: patet ad sensum: non potest autem esse regulariter idem effectus à quibuscunque, & quantumcunque diuersis Agentibus: nec idem potest esse terminus proprius actionis huius, & illius Agentis, ergo non est nouum productum per actionem corruptiuam ipsius animati, sed est derelictum. 4. D.11. Q.3. *§. Alij concedentes. ¶. Item manifestius.* R.38.

Cadauer idem, & eiusdem rationis semper derelinquitur, si bos per cultellum, submersionem, vel interfectionem, vel alijs modis corrumpatur: corrumpentia autem hæc, & illa non sunt nata inducere eamdem formam, & hoc statim absque omni alteratione præuia: imò si deberet eadem talis forma induci, & ab eodem Agente, adhuc videtur vniformis alteratio necessaria præuia: sed hæc quantumcunque difformis alteratio præcedat, & ab alio, & alio Agente, semper sequitur idem terminus. *ibidem.*

Cadere.

Cadere est facilius, quam resurgere, prout resurgere dicit actum ordinatum in potestate simpliciter resurgentis; sed sic non accipitur *resurgere* in remissione peccati venialis. 4. D.21. Q.1. *Ad primum principale. ¶. Ad secundum.* C 12.

CÆC

Cæcitas.

Cæcitas est tantum malum in oculo apto nato ad videndum in determinato tempore, quantum bonum est visio. 2. Dist.2. Quæst.4. *§. Concedo conclusionem. ¶. Et si dicat.* C.11.

Cæcus.

Cæcus natus non potest habere perfectam notitiam de coloribus, quod esset falsum, si species intelligibiles imprimantur in anima ab intelligentia superiori. 2. Dist. 11. Quæst. *Vnica*, §. *Ista ratio. ¶. Aliter improbatur.* n.3.

Cæco nato si Deus imprimeret phantasmas de colore, posset eo vti vigilans ad imaginandum colores. *ibidem. §. De secundo. ¶. Sed nec ista ratio.* D.6.

Cæcus non natus cæcus, qui aliquando vidit colorem, bene vtitur nomine coloris tanquam signo communi sibi, & videnti, quia vterque in rememoratione potest intelligere colorem, licet cæcus nunc non possit intueri colorem. 1. D.22. Q.*Vnica*, alias secunda. *§. De ratione. ¶. Si dicatur.* C.6. *Additio in editione Fantina, in Hibernica non.*

Cæcus dicitur ambulare, vel amari, non quod cæcitas sit ratio ambulandi, sed quod illud, in quo est talis priuatio, sit subiectum talis prædicari. 1 D.23. Q.*Vnica*. §. *Item arguo. ¶. Posset dici.* H.7.

Cæcus non connotat, nisi oculum, qui est commune subiectum cæcitatis, & visionis: & tamen nunquam inest oculo, per solam rationem oculi, sed per aliquam aliam entitatem positiuam, quam consequitur ista priuatio, puta per talem mixtionem in oculo, cum qua non possit stare visio. 1. D.28. Q.2. *§. Ad argumenta pro opin.* M.14.

Cæcus si miraculose illuminatur, tamen illuminatus naturaliter videt, quia habet formam erectam, qua naturaliter potest vti ad operationem illam. 3. D.14. Q.2. *§. In prima quæstione. ¶. Respondeo, & dico.* C.4. & D.16. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis.* 1.13. & 4. D.12. Q.1. §. *Hic dicitur. ¶. Item licet.* A.4.

Cælum.

Cælum simpliciter est sphæricum. 2. D.2. Q.9. *Ad tertium principale. ¶. Sed hoc.* T.36.

Cælum est corpus indiuisibile. 4. D.49. Q.16. *In secundo argumento in oppositum.* n.1.

Cælum habere magnitudinem est manifestum: & tamen secundum Phil. 9. *Met.* Tex. 12. habet potentiam infinitæ durationis. *Quodl.* Q.7. *Contra dupliciter.* V.29.

Cæli partes omnis, quæ potest esse sub septem pyramidibus, potest esse tenebrosa: patet de Luna, & alijs, quæ patiuntur tenebras, & huiusmodi. 2. D.14. Q.3. *Ad primum principale.* K.7.

Cæli latera, posito quod Deus omnia elementa annihilaret, & nihil innouaret circa Cælum, non concurrerent in instanti, quia natura non potest facere talem transmutationem in instanti: vnde remanere potest superficies concaua Cæli, & tamen non continens aliquod corpus. Quodl. Q.11. §. *De secundo.* D.7.

Cælum quo ad perfectionem.

Cælum est propinquius Deo quocunque corruptibili, quantum ad necessitatem essendi: Deus enim est simpliciter *necesse esse*, & hæc necessitas est in eo perfectio simpliciter: quanto ergo aliquid est magis necessarium, tanto erit propinquius Deo. 4. D.12. Q.2. §. *Hic sunt. ¶. Respondeo. Si in primo.* E.11.

Cælum potest inferri esse propinquius Deo, & per consequens perfectius musca ex ordine necessitatis essendi: ex ordine autem intellectualitatis Dei, quod musca est perfectior Cælo. *ibidem.*

Cælum quo ad animationem.

Cælum, secundum Philosophos, non potest esse animatum formaliter, quia tunc, vel Cælum erit essentialiter anima tantum, & hoc intellectiua, quia ipsi ibi non posuerunt, nisi intellectiuam, & ita solus intellectus erit quantus, quod non est intelligibile, quia Cælum, vt patet, est quantum formaliter: vel præter animam, quæ est de essentia Cæli, erit aliquid aliud per se perfectibile per animam, & ita erit ibi potentia passiua, & potentia contradictionis, & ita Cælum non erit sempiternum, & necessarium (contra Phil.) vnde siue Philosophus, siue Commentator ponat Cælum animatum, formaliter anima, quæ sit per se de essentia Cæli, videtur statim discedere à prima sua positione de negando materiam in Cælo. 2. Dist.14. Quæst.1. §. *Respondeo alia videtur. ¶. Ex hoc sequitur.* B.3.

Cæli animam vbicunque vocat Aristoteles (ne dicamus recessisse à positione prima, nec verba eius cogunt hoc sibi imponere) exponatur quantum ad conditionem, qua anima est motrix, non qua est forma: & illa anima est intelligentia propria motiua huius orbis, coniuncta huic, vt motrix propria; talis non est, nisi vnica vnius: & ita saluabitur, quod Philosophus ponendo animam in Cælo, non facit eam esse de essentia Cæli, nec consequenter, quod recesserit à sua prima positione: ita probaretur ab Auicenna hoc, qui plane distinguit inter primam intelligentiam productam, & animam primi orbis: sed nulla est necessitas tantæ pluralitatis. *ibidem. ¶. Quicquid sit.*

Cælos esse animatos, vel inanimatos videtur esse dubium secundum Theologos, quia Aug. *in Enchirid. cap.* 42. loquitur dubitatiuè, *nec illud certum habeo, vtrum ad Ciuitatem supernam pertineant Sol, & Luna, & alia sydera, quamuis nonnulla corpora lucentia, non tamen intelligentia videantur*, similiter *secundo super Genes. ad litteram*, & 1 *Retract. c.*18. quære; vbi facit mentionem de eo, quod dicitur *cap* 5. dicit non retractatum tanquam falsum, vbi dicit *Animal esse mundum istum, nec authoritate, nec ratione indagare potui*: non tamen propter hoc negat: vnde videtur manifestè, quòd in nullo libro scripto, ante librum retractationum, asseruit quòd in libro retra-

Cælum quo ad animationem.

retractationum rettacter, ergo authoritas, quæ adducitur de libro Aug. *de agnitione veræ* nihil valet, *Qui autem dicunt cælos esse rationales, ipsi merito sunt irrationales*: ostendit etiam illum librum non esse Augustini, vel quod illum fecerit post librum retractationum, quia nusquam videtur Augustinus asseruisse, quod in libris retractationum est negatum. *ibidem*. §. *Secundum Theologos*. ℣. *quantum ad animationem*. Distinct. 5.

Cælos quo ad animationem tangens Hieronym. super Psalm. *Audite cæli*, dicit, quod loquitur ad inanimata: sed alius Græcus scilicet Damascen. asseruit cælos non esse animatos: Ratio ad hoc ponitur (ab aliis, quam videtur approbare Doctor hic, licet ipsam impugnat) quia illa anima frustra vniretur illi corpori, ex quo non habet sensum, nec per consequens aliquam perfectionem, ex corpore, acquirit. *ibidem*. ℣. *Sed Hieronymus*. D. 5.

Cæli si non sunt animati, hoc est creditum, & non ratione conclusum, quia nulla est conditio in corpore illo ita perfecto manifestè apparens repugnare animationi corporis. *ibidem*. ℣. *Breuiter*. E. 5.

Cælum esse animatum licet Auicenna posuerit 9. *Met. cap.* 4. tamen Aristoteles nunquam posuit: Et si dicatur quod Aristot. *de Cælo*, *& mundo*, *&* 12. *Meta.* videatur hoc dicere, vel alibi, respondetur quod anima duplex officium habet, vt patet 2. *de anima*, scilicet mouendi, & informandi: de primo dicit Aristot. quod est, secundum quam intelligimus, & sentimus, & mouemur: & secundum hanc vltimam proprietatem cæli dici possunt esse animati: & sic Angeli sunt formæ cæli non informantes, sed mouentes. *Quodl. Q.9. §. De tertio*. ℣. *Ad primum igitur, &* ℣. *Respondetur*. O.20. *Additio*.

Cælum quo ad materiam.

Cælum cum, secundum Philos., sit sempiternum, sequitur, secundum ipsum, quod nihil sit in ipso, quod sit in potentia contradictionis, & per consequens nec habens materiam. 2. Dist. 14. Q. 1. §. *Respondeo alia videtur*. A. 2.

Cælum si haberet materiam, esset formaliter corruptibile, sicut ignis, secundum Philosophum. *ibidem*.

Cæli incorruptibilitas ex se (quæ à Philosopho supponitur *primo Cæli*, *& Mundi Tex.*2 *&* 101.) vt ostendatur, oportet procedere secundum viam ipsius, & in hoc ostendere quod non sit alicuius naturæ elementaris; qua incorruptibilitate ostensa, ostendetur carentia materiæ, nisi forma incorruptibilis posset informare materiam potentialem, & de se possibilem carere illa forma, ita quod habitudo non sit vtriusque necessaria, sed tantum ex parte formæ: è conuerso quantum est ex parte materiæ esset contingens, quare non est simile de necessaria inhærentia alicuius accidentis subiecto, vbi necessitas est ex parte vtriusque extremi. *ibidem*. ℣. *Ad ostendendum*. A. 2.

Cælum quo ad corruptibilitatem, & incorruptibilitatem.

Cælum quantum est ex natura sua, est simpliciter corruptibile, secundum Theologos, quia sibi inest potentia in contrarium: quia tamen forma cæli non habet contrarium potens vincere istam formam, ideo non potest corrumpi ab Agente naturali, à quo recipit istam formam, vel etiam corrumpi in ignem, vel aquam. 2. D. 14. Q.1. §. *Secundum Theologos*. D. 4.

Cælum fortè non potest alterare elementum ad qualitates conuenientes tali corpori cælesti: & tamen forma illa in tantum dominatur illi materiæ, vt non possit ab aliquo alio alterari recipiendo peregrinans impressiones, & per consequens nec corrumpi. *ibidem*.

Cælum non est incorruptibile, nec aliquod accidens eius, nisi pro quanto non habet contrarium, & non potest destrui ab aliquo creato, sed tantummodo potest annihilari à Deo non conseruante. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo*. ℣. *Ad rationes*. B. 7.

Cælum quo ad corruptibilitatem, & incorruptibilitatem.

Cœlum ponere incorruptibile per hoc, quod forma eius tollit à sua materia omnem priuationem cuiuscunque alterius formæ, videtur irrationabile, quia forma cæli cum non includat in se formas inferiorum nec simpliciter nec eminenter (eo modo, quo ens infinitum includit omnia alia) non tollit à materia priuationem aliarum formarum (si tamen sua materia est capax illarum) vnde per illam viam non tollitur corruptibilitas, quantum est ex principijs intrinsecis, & licet saluetur quod non possit corrumpi ab Agente naturali, quia illa forma ita continet alias, quod non potest per aliquod Agens expelli. 4. D.49.Q. 6. §. *Hic duo*. ℣. *Ad secundum*. C. 7.

Cælum si Plato dixit contingenter se habere ad corrumpi, vel deficere, & etiam contingenter ad perpetuò seruari à Deo, nihil valet ratio contra ipsum, quod posito possibili, sequitur incompossibilitas, quia in talibus, vbi vterque actus est contingens diuisim, ex positione possibilis in esse non surgit noua impossibilitas: exemplum, *curram cras*, *possum non currere cras*: ponatur *in esse*, noua incompossibilitas oritur: si autem posuit alterum dictorum necessarium esse, vel proberur quod ex possibilitate, quam concedit, sequatur gratia materiæ necessitas: tunc ponendo aliud possibile in *esse* non habetur noua incompossibilitas, sed quæ nunc est manifesta inter *in esse* necessarium, & non esse oppositum, prius fuit inter necessarium, & possibile: & hoc modo debet exponi *Aristot. primo de cælo*, *& mundo*. *Tex.* 124. dicens, quod cælum non potest esse corruptibile, & tamen ab alio perpetuari, quia non potest aliquid ex se esse possibile, vel corruptibile, & ab alio perpetuari. 4. Dist. 49. Q. 13. *Ad quartum principale*. K. 14 15.

Cælum si nunquam atteretur, quo ad substantiam: tamen attereretur quantum ad efficaciam, vel influentiam in ista inferiora. generando, & corrumpendo, quia post iudicium cessabit ista influentia: & quo ad hoc intelligi potest 1. *Corinth. Præterit figura huius mundi*: vel posset dici quod Iob 4. *dicens*, *homo cum dormierit*, *non resurgit*, *donec atteratur cælum*, *non euigilabit*, loquitur de cælo, de quo loquitur Petrus in secunda epist. c. 3. *Cæli transient*, *& elementa soluentur*, quod non potest intelligi, nisi de Cælo elementari. 4. D.43.Q.1. *Ad secundum principale*. H. 12.

Cælum si dedit Plato, quod necessariò perpetuabitur à Deo, & tunc ab eo accipiatur ponere in *esse* rationem aristotelis contra ipsum, possibile est cælum corrumpi, vel deficere, sequitur impossibile, non propter positionem possibilis, quia comparando ad oppositum necessarium non est noua incompossibilitas: vel si non dedit, probandum est ex dato: quod quidem verum est secundum Philosophum 9. *Met. Tex.* 17. *quodcunque sempiternum est necessarium*, & ita si potest esse sempiternum, necessarium est sempiternum. 4. D.49.Q.13. *Ad quartum principale*. K. 11.

Cælum prohibendo elementa agere in se, non est per aliquam actionem elicitam à cælo. 4. D.49.Q.16. § *Alius si*. ℣. *Et si dicas*. E. 14.

Cælum est incorruptibile: & licet elementa secundum se tota sint incorruptibilia, secundum Phil. 2. *&* 3. *Cæli*: non tamen eo modo sunt incorruptibilia, quo cælum, quia forma elementaris, cum sit eiusdem rationis in toto, & in parte, non est formalis ratio incorruptibilitatis in toto, sicut nec in parte, licet sit aliqua causa naturalis corruptiua totius elementi: tamen istam possibilitatem, & corruptionē reduci ad actum, non est ita impossibile, sicut cælum corrumpi. *Quodl. Q.* 11. §. *De secundo*. D. 7.

Cælum quo ad motum.

Cælum esse sine motu secundum Philosophū est contradictio non quidem ex causa intrinseca in cælo, quia est receptiuum motus, & indifferens ad quietem, sicut ad motum, sed ex causa extrinseca mouente. non tamen sequitur, quod cælum est motus suus, licet non posset esse sine eo. 2. D. 1. Q. 4. §. *Ad quæstionem istam*. ℣. *Respondeo. incompossibilitas*. N. 22.

Cælum

Cælum quo ad motum.

Cælum totum est primo proportionatum virtuti Angeli, ita quod totum primo mouet & ita proportionatum secundum Philos. 2. *Cæl. Tex.* 71. quod si addetetur vna stella, moueret cum pœna, & labore. 2. Dist. 2. Quæst. 5. 6. §. *Alij autem nolentes*. ✠. *Præterea tertio*. n. 4.

Cælum primum si ponator mobile, & non quiescens, nullus punctus est in Cælo magis oriens, quam alius, secundum veritatem, & ideo non est in cælo, ex natura rei, dextrum, & sinistrum, sicut in animali. *ibidem*. ✠. *Contra hoc, licet*. n. 4.

Cælum, quod mouetur ab Angelo non dicitur ab eo assumi, quia ad nullam specialem assumptionem, vel formam, & maxime in qua intendat Angelus apparere visibiliter nobis, ad se assumit Cælum. 2. Dist. 8. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale*. H. 6.

Cælum stellatum, secundum Ptolomæum *in Almagesto*, mouetur in centum annis vno grado contra motum diurnum, qua supposita opinione, sequitur quod complebitur motus ille eius ab occidente in orientem in 36. millibus annorum. 4. D. 43. Q. 3. §. *Hic sciendum* ✠. *De primo*. A. 2.

Cæli proprij septem planetarum (quæ difformiter mouentur) & à fixis, & inter se distant, præter cælum, quod ponitur &c. vel sic, ad minus (præter cælum, quod ponitor omnium stellarum fixarum, quæ semper vniformiter distant) septem cæli proprij septem planetarum, quæ difformiter mouentur, & à fixis, & inter se distant, dantur. 2. D. 14. Q. 2. §. *Ad videndum*. ✠. *Ad minus*. A. 3.

Cælum stellatum mouetur alio motu à motu diurno, sicut probatur ex considerationibus. *ibidem*. ✠. *Vlterius*.

Cælum aliquod non mouetur motu proprio alterius Cæli, nisi illud alterum sit superius. *ibidem*. ✠. *Vlterius*.

Cælum non potest cædere stellæ motæ, sicut potest aqua, vel aer corpori imposito moto per ipsa, quia corpua naturaliter incorruptibile, tàm secundum partea, quàm secundum totum est naturaliter indiuisibile, quale ponitur esse cælum, & ita non potest esse motus alicuius in cælo non moto per aliquod Agens naturale. *Ad tertium principale*. A. 7.

Cæli motus habet aliquam primitatem ad alios, vtpote vniformitatis, & velocitatis, sed non primitatem causalitatis, nisi in quantum adducit generans. 4. Dist. 49. Quæst. 13. §. *Dico ergo*. ✠. *Ad tertium concedo*. G. 11.

Cælum stellatum non moueri ab occidente in orientem (eo modo, quo dixerat Ptolomæus) vno gradu in centum annis, probat Thebir, quia tunc aliquando foret in principio Cancri noni cæli stella illa, quæ alias fuit in principio Capricorni noni cæli, & ideo ponit motum octaui cæli, vel cæli stellati esse in quibusdam paruis circulis descriptis super principium Arietis, & Libræ noni cæli, & quod ille est quidam motus accessus, & recessus, secundum quod principium Arietis mobilis in suo circulo ascendit, & per oppositum caput Libræ mobilis in suo circulo descendit, & ita è conuerso, capite Arietis descendente, caput Libræ ascendit: & sic mouentur stellæ in octauo cælo secundum longitudinem, & latitudinem simul: Vnde si ille motus probaretur in aliquo tempore compleri, in quo tempore non possunt omnes orbes inferiores redire ad eumdem situm, quem habuerunt in principio illius motus, sequeretur, quod cæli omnes redirent post spacium 36. millium annorum. 4. D. 43. Q. 3. §. *Hic sciendum*. ✠. *Præterea illud fundamentum*. B. 4.

Cæli motum esse perpetuò duraturum sensit Philosophus, vt patet ex intentione eius varijs in locis. 4. D. 48. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ✠ *De primo*. n. 3.

Cæli motum esse perpetuo duraturum, Theologi omnes communiter tenent oppositum. *ibidem*. ✠. *Theologi*. C. 6.

Cæli motum perpetuò duraturum, quæ est conclusio Philosophorum, potest dici, quod non necessariò eam probent, sicut nec Theologi suam oppositam, neduum per rationem necessariam, sed nec per auctoritatem scripturæ euidentem. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. D. 8.

Cæli motus non est naturalis, nec violentus: & per consequens, ex parte ipsius mobilis, nulla est repugnantia nec quòd motus continuetur, nec quod finiatur. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Præterea arguitur*. E. 9.

Cælo toto stante consequenter ad hoc quod sole, & luna stante, pugnauit Iosue cap. 10. vel sic, dicitur, Iosue pugnauit, stante sole, & luna, & per consequens toto cælo, ne illis stantibus, & omnibus alijs corporibus motis esset nimia irregularitas in motu istorum corporum cælestium: & ad hoc adducitur etiam Aug. 11. Confess. *stante sole mouetur rota figuli. ibidem*. ✠. *Respondeo hoc verum*. I. 12.

Cælum non necessariò ponendum est non stare post iudicium vniuersale, propter actionem immoderatam vitandam, quam tunc corpora cælestia haberent in elementa plus generando in elementis superioribus, vt de igne in illa parte hemisphærij, vbi sol perpetuo luceret, & ploa patiformiter corrumpendo de aqua, & terra, & ita in illa regione supposita non staret distinctus ordo sphærarum elementarium, & consimiliter nec in parte opposita, quia ibi esset oppositus modus generationis, & corruptionis: Hæc, inquam, ratio non debet mouere, vt propter talem actionem immoderatam vitandam in elementis, ponatur cælum non stare, quia tunc erit eadem ratio agendi, quæ nunc, licet non æquè vniformiter: & nunc est eadem ratio non immoderatè agendi in inferiora, quæ & tunc. *ibidem*. ✠. *Ad secundum*. I. 13.

Cæli motum perpetuò duraturum, licet sit conclusio Phil., tamen ab eo male probatur 9. *Meta. Tex.* 17. per hoc, quod Agens non fatigatur, Agens enim potest voluntariè cessare ab agendo, licet non fatigetur in agendo: vnde hæc est concedenda, quod omne agens, quod in agendo fatigatur aliquando deficiet: sed si non fatigatur, non oportet, quod non deficiat, quia est alia causa deficiendi, vel cessandi, quam fatigatio. *ibidem*. *Ad tertium principale*. N. 15.

Cælum non mouetur propter aliquam perfectionem intrinsecam completiuam sui, quæ consistat in motu, vel acquitatur per motum: sed stante non imperfectionem cæli, qui est in potentia neutra ad moueri, & quiescere: perfectio tamen vniuersi pro statu isto magis requirit cælum moueri propter statum corruptibilium. *ibidem*. *Ad quartum principale*. ✠. *Ad primum*. N. 16.

Cælo inest quædam habilitas ad motum circularem propter hoc, quod ipsum est figuræ sphæricæ: sed ista habilitas non sufficit ad naturalitatem motus, sed tantummodo ad non violentiam. *ibidem*. *Ad secundum principale*. O. 16.

Cæli motus cessatio non est causa cessationis in omnibus alijs motibus, sed dicitur esse primus secundum aliquam præeminentiam, & non secundum aliquam necessariam dependentiam ad ipsum. 4. D. 49. Q. 14. *Ad primum principale*. M. 13

Cælum, secundum Philosophum, est mobile sic adæquatum intelligentiæ, quæ & si non posset mouere maius, tamen posset minus. *Quodl.* Q. 20. §. *De primo*. ✠. *Dico, quod aliquis*. F. 10.

Cælum primum, si mouetur, mouetur secundum *locare*, non secundum *locari*, quia tunc aliter locat corpus contentum, quam prius locauit, sed non aliter locatur, quia non locatur: & isto modo intelligitur dictum Auerro. 4. *Phys. comment.* 45. quod *Cælum est in loco* per centrum, quia suum esse in loco est locare locabile fixum in loco. *Quodl.* Q. 11. §. *De primo*. ✠. *Ad tertium*. C. 5.

Cælum quo ad esse causatum.

Cælum esse causatum habet Auerroes ex intentione Aristot. *primo, & secundo Cæli, & Mundi*: ita autem posuit Aristoteles cælum esse formaliter necessarium, sicut intelligentias, quia vniuersaliter omnem substantiam sempiternam dixit formaliter esse necessariam, vt vult 9. *Meta. Tex.* 17. *nihil sempiternum &c. &* 12. *Met. Tex.* 42. vbi satis habetur intentio eius de hoc *cap.* 5. vnde ita staret cum intentione eius, quod Deus esset causa substantiæ ipsius intelligentiæ, sicut secundum Auerr., fuit intentio eius de cælo. *Quodl.* Q. 7. *Ad secundum in oppositum*. §. *Secundum scilicet*. ✠. *Tertio probatur*. I1. 42.

Cælorum numerus,

Cælum nonum, superius cælo stellarum communiter conceditur. 2. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Ad videndum*, ỷ. *Ad minus*. A. 3.

Cæli mobiles circumeuntes terram sunt saltem viginti quinque, scilicet viginti tres planetarum, & præter hos Cælum octauum, & cælum nonum. *ibidem*. §. *De secundo*, ỷ. *Præter istos*. A. 7.

C E R

Cæremoniæ,

Cæremoniæ iudæorum pro tempore legis veteris, & Christianorum pro tempore legis nostræ sunt merè de iure positiuo diuino, Nec enim est notum ex terminis, nec demonstratum, nec euidenter consonum talibus, quod Deus sit colendus immolationibus hostiarum veteris legis, & hoc pro quocunque tempore; vel quod sit colendus in cæremonijs nostris, puta in oblatione Eucharistiæ, 4. D. 17. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ỷ. *De primo*, B. 4.

Cæremoniæ tam veteris legis, quam nouæ reducendæ sunt ad aliquod præceptum Decalogi, & possunt ad illud reduci, *Audi Israel, Deus tuus vnus est, Deuteron. 6.*, vel ad illud, *Memento, vt diem Sabbati Sanctifices* Exo. 20. Siue enim per primum, siue per secundum præceptum, dicamus Deum præcepisse se honorandum, vt Deum, sequitur, quod illæ cæremoniæ, quibus se vult coli, cadant sub illo præcepto, sicut conclusio sub præmissis. 4. D. 17. Q. *Vnica. Ad tertium principale*. X. 30.

Cæremonialia,

Cæremonialia veteris legis non manent in se in lege Euangelica, sed in suis significatis, quia vmbra transijt, & veritas successit. 4. D. 3. Q. 4. *Ad primum principale*. O, 19.

Cæsar.

Cæsar si esset annihilatus, & tamen esset statua cæsaris, Cæsar esset repræsentatus per statuam, illud esse repræsentatum est alterius rationis ab omni *esse* simpliciter, siue essentiæ, siue existentiæ, nec est esse diminutum Cæsaris, quasi aliquid cæsaris habeat hoc esse, & aliquid non, sicut æthiops est diminute albus, quia aliquid eius est verè album, aliquid non: sed totius Cæsaris, & *esse* eius à causa sua est verum *esse* essentiæ, & existentiæ, cuius totius secundum totale *esse* suum est istud *esse* secundum quid, & in ipso secundum istud *esse* secundum *quid* potest esse aliqua relatio ad statuam. 1. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*, ỷ. *Ad secundum dico*. G. 10.

C A I

Cain,

Cain incidit in peccatum grauissimum disperationis, siuè obstinationis in malo, qui dixit Gen. 4. *maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*; credidit enim misericordiam Dei esse minorem suo delicto: & misericordia Dei est bonitas, quæ attribuitur Spiritui Sancto, & ideo dicitur peccatum contra Spiritum Sanctum: eodem modo Iudas. *Math*. 22. 2. D. 43. Q. 1. §. *Respondeo hic primo*. ỷ. *Dico tamen breuiter*. D. 6.

C A L

Calefacere.

Calefacere, vel etiam calere non est per se perfectio ligni calidi, quia non competit sibi, nisi per calorem, qui est accidens eius. *Quodl*. Q. 15. §. *De secundo*. ỷ. *Quod autem*. G. 9.

Calefactio,

Calefactio ignis infernalis immoderata, licet non sit concomitans speciem excellentis calidi; tamen manet disconuenientia calidi, vt speciem imprimentis ad appetitum sensitiuum. 4. D. 44. Q. 3. §. *Ad quæstionem*, ỷ. *Ad tertium*. I. 9.

Calefactio.

Calefactio si posset continuari frigefactioni à principio totalis motus continui alterationis, esset verum dicere, quòd mobile calefit, & frigefit. *Quodl*. Q. 12. §. *De tertio*. ỷ. *Ad primum*, H. 12.

Calefactiuum,

Calefactiuum, & calefactibile sunt prima extrema, fundata super habens calorem in actu, & in potentia: vnde in quibuscunque inueniuntur istæ rationes actualiter calidi, & potentialiter calidi, illi potest inesse talis proportio. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem*. ỷ. *Præterea quando*, G. 7.

Caliditas,

Caliditatem ignis, & frigus aquæ ponendo in quantitatibus separatis, si frigiditas simpliciter vinceret secundum intensionem in specie sua calorem in specie sua; tunc quilibet gradus, etiam vltimus illius caloris, posset corrumpi ab illo frigore: sed non sequitur quod posset similiter vltimus gradus caloris corrumpi, quando calor est in igne. 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo*. ỷ. *Respondeo quod ponendo*. X. 30.

Caliditas est qualitas corporis corruptibilis. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ỷ. *Respondeo quod in ista*, R. 28.

Calidum.

Calido alicui in nouem gradibus, pono quod adueniat aliud calidum in gradu minori, illud potest aliquo modo incendere calidum illud nouem graduum, & per consequens illud, quod est in termino actionis, est perfectius in caliditate, quam sit ipsum Agens adueniens, & augmentans: hoc esset impossibile, si esset indiuiduum nouum generatum per actum illius calidi iam præsentis. 1. D. 17. Q. 2. alias. 4. §. *Contra istam positionem*. ỷ. *Præterea ratio non soluitur*. R. 5.

Calidum agens in frigidum, antequam corrumpat totaliter frigidum, remittit ipsum: si in ista remissione generatur indiuiduum, quæro, à quo generante? (si non fugiatur ad Agens vniuersale, quæ fuga est hic irrationabilis) non potest assignari aliquod particulare generans huius indiuidui, quia calidum remittens frigidum non potest per se generare aliquod indiuiduum frigidi, igitur nec nouum remissum *ibidem*. ỷ. *Tertia via sumitur*. Ss. 6.

Calidum fieri aliquod totum ex infinitis caloribus est impossibile. *ibidem* §. *Hic dicitur*. ỷ. *Item sequitur*. T. 13. *Additio*.

Calidum formaliter contrariatur frigido, licet causaliter sit ab igne, cui ignis non contrariatur formaliter. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ỷ. *Dico quod quasi*. X. 43.

Calidum aliquod, si aliquod calefaceret, posset esse ita debile in calefaciendo, quod non induceret decem gradus caloris, nisi prius induceret duos, vel quatuor: Aliud vero ita posset esse virtuosum, quod induceret in primo actu calorem in decimo gradu; & tunc non esset sibi medium aliquod gradus infra decem, qui tamen est medium virtuti minori. 2. D. 2. Q. 11. §. *Contra ex eisdem*. ỷ. *Quod est*. C. 7.

Calidum consequitur ignem, & aerem, & ideo sequitur ad vtrumque illorum, secundum consequentiam; & tamen vtroque illorum est posterius secundum causalitatem. 3. D. 2. Q. 2. *Ad tertium principale*. H. 14.

Calidum impeditum, & propter impedimentum non potens assimilare sibi effectum, non assimilabit eum frigido, nam hoc est impossibile, nam ipsum impeditum non tantum non assimilabit eum sibi, & si assimilatur frigido, hoc est ab alio Agente, non tantum à calido impedito. 3. D. 4. Q. *Vnica*. §. *Sed contra istud*. ỷ. *Contra igitur*. A. 4.

Calidum virtualiter in actu, & formaliter in potentia, desc, non includunt contradictionem, vel repugnantiam, & ideo in nullo subiecto includunt repugnantiam, quod propter hoc non possint esse simul, nec alterum esse ibi, quia alterum. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ỷ. *Respondeo quod in ista*. R. 28.

Calidum, & humidum fuerunt in corpore Christi, & aliquod dominium vnius super alterum: & virtus nutritiua non sufficiebat ex alimentis restaurare deperditum ex mutua actione, ideo necessariò fuit fluxus partium, & corruptio. 3. D. 16. Q. 2. §. *Sed contra*. ỷ. *Dico ad ista*. C. 7.

Calidus si generaretur ignis, ita quod non possit generare in se calorem alium in eodem instanti: hoc non esset ratione alicuius contradictionis, sed solum quia

Calidum.

quia duo accidentia eiusdem rationis non possunt esse in eodem subiecto; quod tamen est falsum fundamentum. 3. D.18. Q.*Vnica*. *Ad primum principale*. K. 18.

Calix.

Calicem, & patenam oportet esse consecratam, in sacrificio Missæ, vt habetur *Extra de consec. Dist.1.cap.Calix*. 4. D 13.Q.2.§.*Sequitur*. ✝. *Respondeo verum est*. L.16.

Calix, & patena, quæ sunt vasa propinqua Eucharistiæ decenter esse de auro, vel argento, vel (vbi paupertas cogit,) ad minus de stanno, sicut habetur *de Consec. Dist.1.cap. calix*: *Calix Domini cum patena si non ex auro, omnino ex argento fiat*: *Si quis autem tam pauper est, saltem, vt stamneum calicem habeat: de ære autem, aut auricalco non, quia ob vini virtutem æruginem, vel rubiginem pariter, & vomitum provocat; nullus autem in ligneo, vel vitreo præsumat missas celebrare*; De vitreo autem rationale est, propter eius fragilitatem, ne sanguis Domini periculo exponatur: De ligneo propter inbibitionem humoris. *ibidem*. ✝. *De loco*. L.14.

Calicem consecratum vendere licet, nullo modo oculum habendo ad emendum, vel vendendum consecrationem. 4. Dist.5. Quæst.2. *Ad tertium principale*. ✝. *Respondeo*. K. 7.

Calix in forma consecrationis vini (de cuius formæ intellectu omnino similis posset esse disputatio logica, & certitudo Theologica, ac de forma consecrationis panis) ideo ponitur, quia consecratur sanguis in ratione potus: liquor autem non habet rationem potus, nisi vt in vase: nihil autem tale ponitur in ratione, vel consecratione corporis, quia corpus conficitur, vt cibus: solidum autem habet rationem cibi, licet non sit in vase. 4. D.8.Q. 2. §. *Aliter ergo*. ✝. *Ex istis patet*. Y.25.

Calor.

Calor in ligno si communicaret se eumdem numero ligno, & communicatione adæquata, ita quod iste calor non posset esse principium alterius calefactionis, non negaretur calorem ignis esse principium productiuum caloris in ligno, cum modo de facto ponatur calor esse principium illius, & hoc cum duplici imperfectione opposita duplici perfectioni hic suppositæ, quia nunc est ibi diuersitas caloris communicati, & communicatiu non est adæquata: hic esset identitas caloris, & communicatio adæquata, & tamen, illa hypothesi posita, lignum calore non posset calefacere. 1. Dist.7. Quæst. *Vnica*. §. *Loquendo tunc*. ✝. *Partem affirmatiuam*. N. 10.

Calor quare est calefactiuus, non videtur aliqua ratio in speciali, nisi quia calor est calor, & ita videtur, quod hæc sit immediata, calor est caloris effectiuus. *ibidem*. *Ad secundum principale*. V 19.& D.8. Q.5. §. *Ad argumenta proopin*. ✝. *Respondeo*. Z.24.

Calor in Agente, vel in ligno, non est ratio receptiua leuitatis. 2. D.16. Q.*Vnica*. §. *Rationes istæ*. ✝. Ad tertium. C 8.

Calor est in mixto animato, & alius, quam in igne, licet sint in aliquo similes: calor enim ignis alterat ad ignem, & ille alius alterat ad carnem, non ad ignem: Vnde qualitas mixti est perfectior, quam qualitas elementi. 2. D. 15. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. G.8.

Calor coniunctus, si est ratio formalis calefaciendi: si per se esset, esset calefactiuum per se. 3.D.27.Q.*Vnica*. §.*Contra primam*. ✝.*Contra tertium*. B.6.

Calorem si quis vellet concedere, (in quantum habet *esse* non variatum,) mensurari æuo, potest dici, quod quies eius mensuratur tempore: & tamen calor, cui inest, mensuratur æuo, quia quies, quæ est priuatio motus, præsupponit actualem existentiam illius formæ, in qua est ista priuatio, ita quod ipsa non est prima ratio existentiæ actualis: licet ergo hæc priuatio mensuratur tempore, non tamen sequitur propter hoc, quod existentia talis formæ mensuretur tempore. 2.D.2.Q.4. §.*Concedo conclusionem*. ✝. *Si tamen aliquis*. B.C 10.

Calor nullum vltimum habet sui *esse*, sed habet vltimum in *esse* quieto, & frigus nullum primum habet sui *esse* simpliciter, licet habeat primum in *esse* quieto, quod scilicet

Calor.

accipit per immutationem, licet non sit quies. 2. D.2. Q.9. *Ad secundum principale*. ✝. *Hoc etiam*. O.32.

Caloris *esse*, & non *esse* absolutè sumpta, non pro vt intelliguntur in eodem instanti, sunt incompossibilia simpliciter, ita quod, quia sunt incompossibilia simpliciter, ideo non possunt esse in eodem instanti, & non è conuerso: & ratio incompossibilitatis procedem instanti non est alia, nisi quia ipsa formaliter sunt opposita, nulla alia oppositione formaliter, quam contradictoria. *ibidem*. ✝. *Contra esse*, & ✝. *Et ratio*. Q.34.

Calor separatus si esset calefaciens, vel ratio calefactionis, non esset tamen ratio calefactionis ligno, a quo esset separatus, ita quod, si *calere* dicatur operatio immanens, impossibile est, calore separato à ligno, lignum habere illam operationem immanentem, quæ est calere. 2. Dist. 3. Quæst.8. §.*Contra hæc opinio*. ✝. *Confirmatur istud*. A.4.

Calorem imperfectum si oporteret procedere per multos gradus vsque ad gradum A, omnes illi gradus calori perfecto non essent gradus medij, quia statim inciperet ab ipso. A.2. D.9.Q.2. *Ad argumenta princip.secundæ quæstionis*. ✝. *Ad tertium dico*. P.21.

Calor in ligno non expellit effectiuè frigus à ligno, sed ipsum calidum, quod effectiuè causat calorem in ligno, effectiuè expellit frigus ab eo. 4. D.43.Q.5.§. *De secundo*. ✝. *Concedo conclus*. C.6.

Calor si esset igni principium calefaciendi lignum calefactione adæquata illi calori, & ille idem calor communicaretur ligno, non posset esse ligno principium calefaciendi, quia nec calefaciendi se, quia tunc calor esset principium sui calefaciendi, siue producendi calorem in eodem supposito: nec alterum, quia calefactio ista ponitur adæquata illi calori. *Quodl*.Q.2.§.*Ad primum triplex*. ✝. *Ad rem potest*. P.27.

Calor licet sit potentia calefaciendi, & hoc, quod dico *potentia*, importat respectum in concreto: tamen ille respectus per se non includitur in ratione principij actiui, sicut loquitur de principio actiuo, accipiendo pro illo, quod immediatè denominatur ab illo respectu. Quodl. Quæst.8. §. *Ad ista*. ✝. *Ad tertiam probationem*. H.13.

Calor constituit calidum, & humanitas hominem, & per consequens calor ens per accidens constituit, & humanitas ens per se: hæc est immediatior, quam ista, calidum calefacit, & tamen secunda est immediata, cuius (ex 8 *Met.Tex.9*.) Quærere medium est indisciplinati. 4. Dist.11. Quæst.3. §. *Ad rationes*. ✝. *Respondeo sicut*. G g.53.

Calor naturalis, ex 2. *de anima, est quo anima agit*: hæc autoritas non plus concludit, nisi quod calor est instrumentum animæ, quatenus digerit, & alterat nutrimentum, vt in termino illius alterationis possit ex ipsa generari substantia. 4. D.12.Q.3. §. *Dico ergo*. ✝. *Ex hoc patet*. C.8.

Calor dicitur instrumentum animæ, 2. *Ani.Tex*.50., in generando carnem animatam pro quantum est principium alterandi in alteratione præuia ad generationem, non autem quia in instanti generationis attingat formam carnis, sicut nec attingit materiam substantialem carnis tanquam passum. 4. D.1.Q.1. §. *Ista ergo ratione*. ✝. *Per hoc apparet*. P.19.

Calor quando est in igne, supremum gradum non sibi necessariò determinat, sed contingenter est in igne, & ideo si ille gradus non potest resistere frigori corrumpenti, nec subiectum resistet, quia non necessariò requirit illum gradum, sed infimum gradum sibi determinat necessariò, & ideo licet ille gradus infimus non possit resistere, tamen substantia ignis, quæ est maioris virtutis, potest resistere contrario corrumpenti; plus enim potest substantia ignis ad conseruandum illum effectum, quam frigus ad corrumpendum, & ita conseruabitur ille gradus quamdiu ignis est in suo esse manens: & ideo, nisi sit aliquod corrumpens ignem in se, non corrumpetur ille gradus. 4. D.12.Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ✝. *Respondeo quod pono no*. X.31.

Calor ignis si posset induci in speciebus consecratis secundum gradum repugnantem pani, si adesset; & tamen quantitas omnino eadem, quæ prius, maneret, corrum-

Calor.

peretur Euchariſtia, quia Eochariſtia non cooſiſtit in ſola quantitate, ſed in alijs accidentibus neceſſariò conſequentibus ſubſtantias conuerſas, & per conſequens in inductiooe illius caloris incompoſſibilis rediret ſubſtantia de facto: Sed hic non eſt oeceſſarium propter actionem Agentis naturalis: haberet enim Agens naturale quantitatem pro ſubiecto, in qua poſset inducere illum calorem: & tunc eſſet ibi quantum calidum calore igneo, & tamen non eſſet igois. 4.D.12.Qu.6. *ſ. Dico ergo.* ℣. *Per oppoſitum*. E. F.13.

Calor ignis infernalis ſi ponatur induci in ſummo in corpus damnati, & tamen qualitatem mixti, neceſſariam ad conſeruationem vitæ, ſtare in eodem, videtur quod formaliter repugnantia ſit, ſicut ſi medium, & extremum ſimiliter fierent in eodem, 4.D.44.Q.3. *ſ. Ad quæſtionem*. ℣. *Quarto dico*. G.7.

Calumniator.

Calumniator eſt ille, qui reuelat quodcunque ſecretum crimen, quod probare non poteſt. 4.D.21.Q.2.§. *In iſta quæſtione.* ℣. *Quantum autem*. K.17.

C A N

Canon.

Canonis ſacræ ſcriptotæ aliquid recipere, & aliquid non, irrationabile eſt, eum Eccleſia Catholica, cui credendo, canonem recipio (iuxta verbum Aug. Contra epiſt. fundamenti, *non credere*, inquit, *Euangelio, niſi quia Eccleſiæ Catholicæ credo*) recipiat totum æqualiter. Prol. Q.2. *ſ. De ſexto,* ℣. *Contra iſtos*. B.8.

Canonicus.

Canonicus alicuius Eccleſiæ ſi ordinet ſibi anniuerſarium celelebrare, & bene nouit conſuetudinem illius Eccleſiæ, ſcilicet quanquam multis eodem die ſit obligata, non tamen ſolet ſolui niſi vna Miſſa, probabile eſt, & ſi multa concurrant vna die, quòd ſatisfit dicendo vnam Miſſam, ſimul pro illis multis. Quodl. Q.20.§. *De tertio*. ℣. *Aliter dici*. T.31.

Canonicus Scriptor.

Canonici ſcriptores, ideſt, auctores librorum, qui ſunt in canone ſacræ ſcripturæ, (ſi concedatur quod libri ſcripturæ ſunt auctorum, quorum eſſe dicuntur, ſcilicet ipſorum canonicorum ſcriptorum) cum damnent mendacia, præcipuè in fide, & moribus, quomodo eſt veriſimile eos fuiſſe mentitos, dicendo, *hæc dicit Dominus, ſi Dominus non fuiſſet locutus?* *Prolog.* Q.2. *ſ. De tertio*. A.5.

Canonici ſcriptores ſi dicantur eſſe decepti: hoc improbatur ex dicto Pauli 2. *Corinth.* 12. *Scio hominem in Chriſto* &c. & ſubdit ibi *verba arcana audiſſe, quæ non licet homini loqui*, quæ aſſertiones non videntur fuiſſe ſine mendacio, ſi aſſerens non fuit certus, quia aſſerere dubium, vel eſt mendacium, vel non longè eſt à mendacio: Ex iſta reuelatione Pauli, & multis alijs reuelationibus factis diuerſis ſanctis, concluditur quod intellectus eorum non potuerunt induci ad aſſentiendum ita firmiter illis (quorum notitiam non potuerunt habere ex naturalibus,) ſicut aſſenſerunt, niſi ab Agente ſupernaturali. *ibidem*. B.5.

Canonici ſcriptores ſi dicantur propter lucrum mentiti, hoc improbatur, quia pro illis, ad quæ voluerunt homines inducere ad credendum, tribulationes maximas ſuſtinuerunt. *ibidem*.

Canonicorum ſcriptorum ſi dicantur libri ſacræ ſcripturæ non eſſe, ſed aliorum, hoc videtur inconueniens dicere, quia ita negabitur quicunq; liber eſſe illius auctoris, cuius dicitur eſſe: Quare ergo ſoli iſti falsò aſcripti ſunt auctoribus, quorum non erant? *ibidem*. ℣. *Si autem*.

Canonici ſcriptores ſi dicantur non fuiſſe Chriſtiani, non eſt hoc veriſimile, quia non videtur, quòd non Chriſtiani voluerunt conſcribere, & alijs aſcribere, & ex hoc magnificare ſectam, cuius contrarium tenuerunt; ſi autem fuerunt Chriſtiani, quomodo illi Chriſtiani mendaciter tales eis aſcripſerunt, cum lex eorum damnet mendacium? Et propter idem quomodo aſſererent Deum locutum eſſe multa, quæ ibi narrantur, & hoc perſonis, quibus libri intitulantur, ſi talia non acciderunt illis perſonis? quomodo etiam libri iſti fuiſſent ita authentici, & diuulgati eſſe talium auctorum, niſi fuiſſent eorum, & ipſi auctores eorum authentici fuiſſent? *ibidem*. ℣. *Præterea, aut illi*.

Canonici ſcriptores fuerunt eximiæ ſanctitatis, de quo Richardus primo. Trin. cap. 2. *certè à ſummæ Sanctitatis viris ſunt nobis tradita* (ſcilicet myſteria fidei in ſcripturis canonicis) de hoc etiam Aug. 11. *de Ciuitate Dei*, cap. 2. loquens de Chriſto dicit *Hic*, inquit, *prius per prophetas, deinde per ſe ipſum, poſtea per Apoſtolos, quantum ſatis eſſe indicauit, locutus ſcripturam condidit, quæ canonica nominatur eminentiſſimæ auctoritatis*. *ibidem*.

Canoniſta.

Canoniſta non facile inueniret aliquod concilium vel præceptum propriè, vbi exprimatur præceptum de confeſſione facienda, prout loquuntur de ea Theologi. 4.D.17.Q. *Vnica*. §. *In iſta quæſtione.* ℣. *Si tertium membrum*. E.9.

C A P

Capacitas.

Capacitas in natura bene poteſt eſſe finita, ſicut & natura eſt finita, & tamen eſſe ad obiectum infinitum, ſicut ad ſuum correlatiuum. 1.D.1.Q.1. *Ad ſecundum principale*. F.6.

Capacitas formæ, ſecundum Auguſt., eſt materia, quæ habet aliquam entitatem veram, & non tantum qualem habet anima Antichriſti, antequam creetur. 1. D.36. Q. *Vnica. ſ. Per idem.* ℣. *Ad Auguſt.* M.15.

Capacitas naturæ beatificabilis ſatiatur in beatitudine: iſta propoſitio non eſt vera de capacitate merè naturali: præcisè enim ſatiatur ſecundum proportionem ad meritum, communiter loquendo, & in hoc ſufficienter ſatiatur appetitus deliberatiuus. 2.D.1.Qu.6. *Ad tertium principale*. H.6.

Capacitas in anima licet ſit reſpectu cuiuſcunque gradus in forma gratiæ, vel charitatis: non tamen capacitas alicuius finiti eſt ad formam infinitā. 3.D.13.Q.4. *Ad tertium principale primæ quæſtionis*. K.14.

Capacitas ſumma, vel minima eſt in natura rei ante omnem formam receptam, nec illa augetur, vel minuitur, quamcunque formam recipiat, quia poſſe habere gratiam ſecundum Aug. 1. *Prædeſtinatione ſanctorum cap.* 4. inde, eſt homini à natura, ita quod iſta potentialitas fundatur in natura animæ, vt eſt talis eſſentia, ita quod nihil eam mutat. *ibidem*. ℣. *Ideo dico*. L.14.

Capacitas voluntatis reſpectu habituum ſupernaturalium vel eſt eadem hic, & in patria, loquendo de capacitate remota, quæ eſt ſecundum gradum naturæ capacis: vel illa ibi correſpondebit proportionaliter iſti hic, loquendo de capacitate propinqua; quia capacitas prima non poteſt totaliter ſatiari, niſi per aliquid proportionaliter perficiens eam, & conſequenter non niſi per nobilius, ſi illa eſt aliquid nobilius. 4.D.49.Q.4.§. *Iuxta hoc.* ℣. *Præterea per rationem*. L.14.

Caput.

Caput geminatum in monſtro humano non eſt ſignum omnino certum tale monſtrum eſſe ſimpliciter duas perſonas, quia poſſibile eſt aliquam cellulam in matrice eſſe perforatam per totum, præterquam in parte ſuperiori: & tunc concurrerent partes ſeminis cadentes in diuerſis incaſtraturis matricis pro tota parte inferiori, & tunc diſtinguerentur in parte ſuprema, & ibi formarentur duo capita, cum tamen reliqua materia non ſufficeret, niſi pro formatione vnius perſonæ. 4.D.6.Q.2.§. *De quarto*. I.7.

C A R

Carentia.

Carentia iuſtitiæ originalis, in contrahentibus peccatum originale, non habet cauſam, niſi negatiuè, ſcilicet non dantem iuſtitiam originalem, cuius ſi quæratur vlterius cauſa,

Carentia .

cauſa, non eſt, niſi demeritoria, quia ſcilicet Adam demeruit, ne iuſtitia originalis daretur: Negatiua non dans, Deus eſt: demeritoria, quare non datur, Adam peccans. 2.D.32.Q.*Vnica. Ad tertium principale primæ quæſtionis*. H.15.

Carentia iuſtitiæ originalis, & gratia, licet abſolutè loquendo non repugnent pro ſtatu iſto, repugnant tamen in quantum illa carentia eſt culpa auertens à fine vltimo, quia conuerſio oppoſita illi pro ſtatu iſto nata eſt in eſſe filio Adæ per gratiam ſine iſto dono ſiue habitu ſupernaturali *ibidem. Ad argumentum quartæ quæſtionis*. ✠. *Reſpondeo pro ſtatu iſto*. I.19.

Carentia rectitudinis debitæ in eſſe actui, in quantum eſt actus voluntatis deficientis, eſt formaliter peccatum actuale. 2.D.37.Q.*Vnica*.§.*Iſtæ quæſtiones*. ✠.*Concedo igitur*. B.6.

Carentia, quam addit ſuſceptiuo priuatio alicuius formæ, vltra aptitudinem recipiendi formam, non poteſt tolli, niſi manente illo, cuius eſt carentia. 4.D.49.Q.13.§.*Reſpondeo*. ✠.*Si dicatur*.B.3.

Caro .

Caro ſi poneretur non habens partem, & partem ſub eadem quantitate permanente, tunc poneretur alietas partium in ipſa extenſione formaliter, quæ quantitas eſt abſque extenſione, vel diuerſitate partium eius, cui accidit talis extenſio. 2.D.2. Q.1. §. *Ad argumenta contra iſtam opinionem*. ✠.*Reſpondeo*. B.15.

Caro aliqua non poteſt poni ſimpliciter indiuiſibilis in tota carne, quia, ſicut punctus ſeparatus non faceret quantum ſeparatum, ita nec caro punctalis, ſi eſſet cum alia, faceret aliquid maius, nec continuum, nec contiguum. 2.D.2.Q.9.*Ad ſecundum principale*. ✠. *Hoc etiam probatur*. D.17.

Caro, quantumcunque poteſt in infinitum diuidi, & minorari, ſaltem non remaneret tanta, vt poſſit ex ea quodcunque generabile generari, quia generabile quodcunque requirit quantitatem determinatam illius, ex quo generatur. *ibidem*. ✠.*Ad primam*.M.30.

Caro ſecundo genita in animali non eſt ita pura, ſicut prima, & ideo eſt magis diſpoſita ad iterum ſinendum. 2. D.15.Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. ✠. *Dico vno modo*. H.9.

Caro non per ſe rebellat voluntati, ſed appetitus ſenſitiuus. 2.D.32.Q.*Vnica*. §. *Contra iſtam*. ✠. *Secundum dubium*. n. 4.

Caro, quæ ſit organum appetitus ſenſitiui, non transfunditur in propagatione humana: vnde ſi fomes ſit in tali organo, vt deberet eſſe, ſi eſſet in corpore, non transfunditur caro infecta fomite *ibidem*.

Caro, vel corpus poteſt conſiderari in maxima abſtractione, ſecundùm quòd natura abſtrahitur à ſuppoſito, & dicitur carneitas, vel corporeitas, & ſic non denominat ſuppoſitum proprium, nec alienum, quia ſic eſt abſtractum maximè ab omni concretione: aliter poteſt abſtrahi, ſicut vniuerſale abſtrahitur à proprio ſuppoſito, vt caro ab hac carne indiuidua, & ſic poteſt caro prædicari de hac carne, & hoc modo caro minus abſtrahitur, & poteſt concernere proprium indiuiduum carnis: tertio modo concipitur caro magis concretiuè, vt concernit ſuppoſitum, cuius eſt pars, ſcilicet ſuppoſitum hominis, & vt ſic accipitur, nata eſt aliquid denominare, ſcilicet ſuppoſitum proprium, vt dicatur carneum, vel carnoſum, & ita poteſt totum denominari a parte. 3.D.22.Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. P.21.

Caro matris in paruulo non eſt cauſa corruptionis, niſi mediata: caro autem ipſa paruuli eſt cauſa immediata, loquendo de peccato originali, ſtatim enim cum anima paruuli informat carnem eius, inficitur illa corruptione, immediatius ergo cauſat corruptionem iſtam in paruulo caro ſua, quam caro matris; ſi ergo ſtante coniunctione cum cauſa corruptionis non poteſt purgari anima paruuli, per te, ſequitur, quod paruulus habens carnem ſuam propriam, nunquam à peccato originali poteſt purgari, quod eſt contra fidem. 4.D. 4.Q. 3.§. *Dicitur*. n. 2.

Carnis partes generatæ in corpore Chriſti per nutritionem aſſumptæ ſunt ad vnitatem perſonalem eodem miraculo, quo verbum aſſumpſit naturam humanam, quia illæ partes generatæ de nutrimento fuerunt partes, vel fiunt alicuius totius aſſumpti à verbo. 4.D.12.Q.4.§.*Ad quæſtionem*. ✠.*Contra hoc primo*.G.22.

Caro quo ad abſtractionem.

Caro, vel corpus poteſt conſiderari in maxima abſtractione, ſecundum quod natura abſtrahitur à ſuppoſito, & dicitur carneitas, & ſic non denominat ſuppoſitum proprium, nec alienum, quia ſic eſt abſtractum maximè ab omni concretione: Aliter poteſt abſtrahi, ſicut vniuerſale abſtrahit à proprio ſuppoſito, vt caro ab hac carne indiuidua, ſic poteſt caro prædicari de hac carne: & hoc modo caro minus abſtrahitur, & poteſt concernere proprium indiuiduum carnis: Tertio modo accipitur caro magis concretiuè, vt concernit ſuppoſitum, cuius eſt pars, ſcilicet ſuppoſitum hominis, & vt ſic accipitur, nata eſt aliquid denominare, ſcilicet ſuppoſitum proprium, vt dicatur carneum, vel carnoſum, & ita poteſt totum denominari à parte. 3. D.22. Q. *Vnica Ad tertium principale*. P.21.

Caro quo ad nutritionem:

Caro ſolidior, & permanentior generatur ex ſanguine puriori; & ex alimento puriori, & meliori generatur melior ſanguis: Vnde ex alimento corrupto, & impuro generatur caro valde fluida. 3.D.16.Q.2. §. *Ad quæſtionem*. ✠. *Reſpondeo quamuis*. B 6.

Caro aliqua, ſi nihil de nutrimento tranſit in veritatem humanæ naturæ, ſed tantum illud eſt de neceſſitate humanæ naturæ, quod contrahitur à parentibus (vt voluerunt aliqui) eſſet in homine ſimpliciter incorruptibilis per totam vitam ſuam, vel ſi corrumperetur nunquam poſſet reſtaurari, quia non reſtauraretur, niſi per nutrimentum, quod ab ipſis negatur: vtrumque eſt inconueniens; primum, quia illa pars incorruptibilis eſſet alterius ſpeciei à cæteris partibus carnis corruptibilibus: ſecundum, quia ſemper minus eſſet in homine de veritate carnis humanæ. 4.D.44.Q.1.§.*Circa iſtam*. ✠. *Præterea, ſecundum iſtam viam ſequeretur*. n.4.

Carnis partes, quæ generantur de nutrimento, ſunt verè animatæ anima etiam intellectiua, quia quælibet eſt animata anima ſenſitiua, quia in qualibet poteſt exerceri aliqua operatio ſenſitiuæ, vt tactus: quælibet etiam eſt animata anima vegetatiua, quia qualiber debitæ quantitatis poteſt aliquam actionem vegetatiuæ habere. ſenſitiua autem, & vegetatiua in homine, eadem anima eſt cum intellectiua, ergo partes carnis generatæ in nutrimento ſunt verè de ſubſtantia viuentis tali vita *ibidem*. ✠. *Præterea partes*.

Caro hominis habita per generationem nata eſt fluere, quia non eſt incorruptibilis; ſed tantum fluit materia, quàm forma, quia forma illa non poteſt manere eadem, niſi maneat informans materiam, quàm prius, loquendo de eadem parte formæ, quia dependet naturaliter à perfectibili, quod perficit; ergo oportet compoſitum fluere, & per conſequens compoſitum redire per nutritionem. *ibidem*. ✠.*Præterea, caro*. B.6.

Carnis pars, adueniens per nutritionem, eſt aliquo modo ſimilis parti præexiſtenti, quæ in fuit per generationem, & aliquo modo diſſimilis: ſimilis in forma ſpecifica non tantum intellectiua, ſed corporeitatis, quæ præſupponitur: diſſimilis in hoc, quia quanto Agens merè naturale magis continuat actionem in contrarium, tantò magis debilitatur eius virtus, quia omne tale agens repatitur in agendo, & ita, quia agit in contrarium, paritur ab ipſo, quam actionem vocat Philoſ. corruptiuam, ergo caro, primò habita ex generatione, quantò magis agit in nutrimentum, vt contrarium, tantò magis debilitatur virtus eius, & ex hoc dicitur impurior caro; ergo illa poſt aliquod tempus, in quo continuè ſic agit in contrarium, eſt impurior, quàm in principio; & per conſequens, cum genitum non poſſit eſſe perfectius generante, ſequitur, quod caro genita ab illa carne poſteriori, quanto poſterius generatur, tantò regulariter erit impurior ab impuriori genita. *ibidem*. §. *Quantum ergo*. ✠. *Tertia concluſio*. D.8.

Caro poſterior genita per nutritionem, non tantùm eſt

Caro quo ad nutritionem,

impurior priori, sed eadem, manens in toto, posterius, est imperfectior se ipsa prius: & hæc est ratio impuritatis in carne posterius genita: hæc conclusio non asserit formam carnis non recipere magis, & minus: Si tamen illud poneretur, ista impuritas esset propter remissionem formæ substantialis: potest tamen poni præcisè propter imperfectionem qualitatum naturalium consequentium formam, quæ sunt principium alterandi nutrimentum, quod quantò imperfectius alteratur, tantò ex eo caro impurior generabitur. *ibidem*.

Carnis pars quælibet habet certam periodum in toto, & tantò maiorem, quantò purior: tantò minorem, quantò impurior; tamdiu enim potest *esse* suum conseruare in toto, quamdiu potest per qualitates suas resistere corrumpenti: hæc autem periodus maior est in parte prius genita, quàm posterius, per nutritionem: & in priori parte periodi quæcunque eadem pars est efficacior ad agendum, quam in posteriori: Et intelligenda est ista differentia, cæteris paribus, hoc est si pars carnis genita fuerit ex tali nutrimento, quod fuit natum conuerti in carnem æque puram, sicut ex quo genita est illa caro; siquidem alteratione proportionata posita, ex vno alimento nata est caro purior generari, quam ex alio. *ibidem*. ℣. *Quarta conclusio*, F.G.9.

Carnis forma, quæ inducitur in materiam nutrimenti in illa generatione tali quali, scilicet nutritione, noua est; quia præexistens non posset de nouo perficere illam materiam, quia hoc non competit, nisi formæ omnino inextensæ, vt est anima intellectiua, quælibet enim extensa per accidens habet partem aliam in alia, & alia parte materiæ, & ita, si noua materia perficitur, non perficitur per aliquam partem, quæ prius perficit aliam materiam. *ibidem*. ℣. *Secunda conclusio*. D.8.

Carnis pars genita in nutritione quando fluit, sicut materia illius partis desinit esse aliquid totius carnis, ita & forma, quæ perficit illam materiam, desinit esse, quia non potest manere sine illa materia, nec migrare. *ibidem*.

Carnis pars in homine nutriendo, quia forma dat *esse*, & agere secundum formam, potest dici pars hominis, quamdiu habet *esse* secundum formam, vel quamdiu habet agere secundum formam: & secundum infert primum, licet non è contra, citius enim deficit alicui actio propter imperfectionem, quam *esse*: & siue sic, siue sic, pars secundum formam non est tantum pars formæ, sed includit materiam, & formam. *ibidem*. ℣. *Quarta conclusio*. G.9.

Carnis pars secundum formam, quantum ad *esse* quæcunq;, dum manet in toto dicitur pars secundum formam, à principio, scilicet periodi suæ vsque ad finem, quia scilicet tamdiu habet *esse*. *ibidem*.

Carnis pars secundum formam quantum ad agere, non dicitur, pro omni tempore periodi, pars secundum formam, sed pro illa, pro qua habet virtutem ita efficacem, quod potest sibi competere actio secundum formam: non dico sibi tantummodo, vt concurrenti ad actionem totius, nec sibi simpliciter separatæ à toto, sed sibi in toto virtus inest ad propriam actionem, quam, vt ibi existens, posset habere, licet non consideretur præcisè vt concurrens ad actionem totius: & illa efficacia virtutis requirit determinatam virtutem intensiuã, & extensiuam. *ibidem*.

Carnis pars quæcunque modica in toto non posset, quantum ad Virtutem agendi, habere actionem propriam, sed tantummodo concurrere ad actionem totius, vt dicit Philos. in lib. *De sensu* de actione centesimæ, millesimæ partis milij in sensum: requiritur ergo aliqua determinata quantitas extensiua ad illam efficaciam agendi in toto: requiritur etiam quantitas intensiua virtutis, quia post remissionem virtutum actiuarum in tantum vt magis cedant contrarijs, quam vincant, non potest illud agere propria actione, ergo quantum ad virtutem agendi pars secundum speciem est tantæ quantitatis naturalis, & tantæ virtutis actiuæ, quod sibi possit competere propria actio, non quidem, vt supposito extra totum, sed sic propria, quod non tantum concurrat ad actionem totius. *ibidem*. G.10.

Carnis parti secundum speciem, considerando eam quantum ad *esse*, non opponitur propriè pars secundum materiam, nisi sicut homini viuo opponitur homo mortuus: Et sic eadem pars dicitur pars secundum speciem, dum manet in toto, & pars secundum materiam, quando fluit, sicut idem dicitur primò homo viuus, & postea homo mortuus. *ibidem*. 10.

Carnis pars quantum ad agere, alia est secundũ speciem, alia secundum materiam, etiam partibus manentibus in toto, quia aliqua modica pars, cui non potest competere propria actio, etiãsi sit in principio suæ periodi, est pars secundum materiam: pars autem quantitatis sufficientis ad agendum est pars secundum speciem, & hoc si habet virtutem efficacem ad agendum, quæ requirit quantitatem virtualem. *ibidem*. H.10.

Caro secundum speciem augetur, non caro secundum materiam: Et caro secundum speciem manet, caro autem secundum materiam fluit, & refluit 1. *Generat. Tex.35.* Philosophus hic non intelligit, quod pars secundum materiam fluat, & refluat, idest, materia tantum, & pars secundum formam maneat, idest forma secundum se totam; sed tam pars secundum materiam, quam pars secundum formam, est pars integralis totius, & est vere compositum ex materia, & forma: Vnde vocat carnem secundum materiam, & carnem secundum speciem, compositũ ex materia, & forma, non autem materiam carnis, & speciem carnis: distinguendo autem carnem primo quantum ad *esse* in carnem secundum speciem, & in carnem secundum materiam, pars carnis in nutritione fluit secundum materiam quatenus sicut materia illius partis desinit esse aliquid totius carnis, ita & forma, quæ perficit illam materiam, desinit esse: distinguendo secundo carnem in carnem secundum materiam, & in carnem secundum formam, scilicet quantum ad agere, pars secundum materiã, quæ (secundum hunc secundum modum) est quæcunque modica pars, cui non potest competere propria actio, etiamsi sit in principio suæ periodi, fluit, idest, est in proxima dispositione ad fluendum, & hoc loquendo de parte secundum materiam, propter defectum quantitatis Virtutis: loquendo autem de parte secundum materiam propter defectum quantitatis molis, non est intelligenda illa differentia de fluxu, & non fluxu, sed illa pars secundum speciem augetur, pars secundum materiam non augetur, quia minima, vel aliqua non notabiliter magna non augetur, sed aliqua determinatæ quantitatis: pars ergo secundum speciem non fluit secundum primum intellectum, quia manet in toto: nec secundũm secundum intellectum, quia habet virtutem conseruandi se in toto; nec secundum tertium intellectum, quia habet quantitatem sufficientem, quòd aliqua pars ad sui conseruationem sibi aggeneretur, & per oppositum pars secundum materiã tripliciter fluit. *ibidem*. ∫. *Per hoc ad fundamenta*. H.I.K.11.12.

Caro quo ad resurrectionem.

Caro, aut aliquid aliud, credo quod nunquam fuit, nec erit vsque ad finem Mundi æque de veritate humanæ naturæ in duobus suppositis: & ideo caro, quæ videretur pertinere ad diuersos (quòd illud, quod fuit de veritate carnis in vno, esset nutrimentum alterius) resurget præcisè in vno, in quo fuit magis de veritate; magis, inquam, vel quia in ipso purius, vel quia magis de intentione naturæ pars eius: Si autem omnino contendatur quòd simpliciter, & æqualiter fuit de veritate naturæ vtriusque, Dico, quòd resurget in illo, in quo fuit prius animata: Et hoc dicit Aug. in Enchit. cap. 85. *Redditur illi animæ, quæ illam primitus, vt homo fieret, animauit*: & istud est rationabile, quia post primam animationem, facta est illa caro illius hominis, & per consequens, etsi postea quasi vsurpetur ab alio, non amittitur illa prima habitudo eius ad hanc materiam: Si autem illi, in quo fuit secundo de veritate naturæ sufficiant ad quantitatem debitam partes aliæ, quæ fuerunt corporis sui in successione vitæ suæ per nutritionem, ex illis reparabitur corpus debitæ quantitatis, quia istæ fuerunt animatæ ista anima, & essentialiorem ordinem habuerunt ad illam animam, præter illud, quod in alio resurget, quia ad aliam animam habuit essentialiorem habitudinem, quam ad istam: Si verò præter illud, quod in alio resurget, partes nutrimentales, quas ille successiuè habuit, non sufficiant ad debitam quantitatem corporis illius, supplebit, vnde voluerit, Omnipotens. 4. D. 44. Quæst. 1. *Ad secundum principale*. Q. 18.

Caro,

Caro quo ad resurrectionem.

Caro, secundum Aug. 20. Ciuit. 21. *super illud Isai. vltimo, veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, & egredientur, & videbunt membra hominum, qui præuaricati sunt in me*, in hac authoritate *in bonis caro, in malis membra, vel cadauera nominantur: profecto post resurrectionem carnis, cuius fides his verum vocabulis omnino firmatur: illud, quo boni, & mali suis finibus dirimentur, futurum esse iudicium declaratur.* 4. D.47. Q.1. *In argumento in oppositum.* n. 2.

Caro quo ad peccatum originale.

Caro matris in paruulo non est causa corruptionis, nisi mediata: caro autem ipsa paruuli est causa immediata, loquendo de peccato originali, statim enim cum anima paruuli informat carnem eius, inficitur illa corruptione; immediatius ergo causat corruptionem istam in paruulo caro sua, quam caro matris; Si ergo, stante coniunctione cum causa corruptionis, nõ potest purgari anima paruuli (per opinantem) sequitur quod paruulus habens carnem suam propriam nunquam à peccato originali potest purgari, quod est contra fidem. 4. D.4. Q.3 §. *Dicitur.* n. 2.

Caro Christi.

Carnis partes generatæ in corpore Christi per nutritionem, assumuntur ad vnitatem personæ eodem miraculo, quo verbum assumpsit naturam humanam, quia illæ partes, generatæ de nutrimento, fuerunt partes, vel fiunt alicuius totius assumpti à Verbo. 4. D.12. Q.4. §. *Ad quæstionem.* ✝. *Aliter dicitur.* G. 22.

Caro Christi non debet excludi à termino adorationis, licet ipsa non sit ratio adorandi, sicut, & si Rex propter se, & in se sit adorandus, tamen ipse cum purpura adiuncta est etiam adorandus, non quod purpura sibi adiuncta sit causa adorationis; ita caro non est adorabilis in Verbo, ita quod sit ratio adorationis in Verbo. 3. D.9. Qu. *Vnica.* §. *De tertio articulo.* ✝. *Hoc etiam modo.* D. 6.

Caro Christi in triduo vniebatur Verbo, & tamen non fruebatur. 3. D.2. Q.1. *In argumento in oppositum.* n. 1.

CAS

Castitas.

Castitas potest poni circa sola venerea, & continentia circa sola delectabilia: vel potest poni castitas circa quæcunque delectabilia; quomodo Philosopus 7. *Ethi.* ponit castitatem esse quemdam gradum in qualibet virtute. 3. D.34. Q. *Vnica.* §. *His suppositis.* ✝. *Virtutes morales.* P. 21.

Castitas non coniugalis, sed simpliciter, apud latinos, est ordini sacro annexa. 4. D.25. Q.2. *Ad secundum principale.* F. 6.

Casuale.

Casualia dicuntur illa, quæ eueniunt tantùm ex causa alterius effectus impedita, & ideo casualia sunt monstruosa, & non perfecta in aliqua specie; quia, propriè loquendo, casualia non eueniunt ab aliqua causa ordinata, sed causa, ordinata ad productionem alterius, impedita, producit casuale. 1. D.2. Q.7 *Ad primum principale quartæ quæstionis, ad secundam vel tertiam rationem Auerro.* S. 29.

Casus.

Casus nullus est, in quo contra charitatem militet silentium auditorum in confessione, imò contra charitatem communem militaret oppositum. 4. D.21. Q.2. *Ad secundum principale.* M. 19.

Casum fortasse nihil aliud in rebus vocamus, nisi cuius ratio secreta est. *Quodl.* Qu. 21. *§. Quantum ad primum.* ✝. *Tertia Conclusio.* C. 4.

Casus, & non propriè fortuna est respectu illorum, quæ nec per se primò, nec per accidens, sed quasi secundariò sunt in nostra potestate, & per consequens accidunt nobis, non in quantum agentibus à proposito. *ibidem.* ✝. *Ista distinctio.* E. 5.

Casus & fortuna, secundum intentionem Philos. 2. *Phys. Tex.* 66., & 67. reducuntur ad causas necessariò per se agentes, vt priores, scilicet ad naturam, & intellectum, vel propositum. 1. D. 2. Q.2. *§. Iuxta tres*, ✝. *Secunda conclusio.* N. 17.

Catechismus.

Catechismus, qui præcedit baptismum inducit cognationem spiritualem, per quam contrahendum matrimonium impeditur: per istam tamen cognationem, matrimonium post contractum minimè separatur. 4. D.42. Q. *Vnica.* §. *Ex statuto.* ✝. *Per catechismum.* K. 9.

Catholica religio.

Catholicam religionem Deum approbare ad salutem ostenditur ex hoc, quod Deus non deest quærentibus ex toto corde salutem: multi autem diligentissimè inquirentes salutem ad hanc sectam conuersi sunt: & quanto feruentiores facti sunt inquirendo, tanto in hac secta amplius confirmati, subitoque in ea pænitentes de malitia, ad bonam vitam mutati sunt: tormenta quoque pro ea plures in magna exultatione spiritus perpessi sunt, quæ non videntur probabilia, nisi Deus hanc sectam sacræ scripturæ innitentem irrefragabiliter approbaret, & ordinaret ad salutem. *Prolog.* Q.2. §. *Decimo.* D. 13.

Catholici soli ab omnibus, etiam hæreticis, videntur nominari catholici: vnde nota ex Aug. *Contra Epistolam fundamenti*, quomodo singuli hæretici de catholicis inquisiti non ad suos mittunt, sed ad veros catholicos, quasi etiam illi soli ab omnibus, etiam hæreticis, catholici nominentur. *ibidem.* §. *Nono quoque.*

CAV

Cauere.

Cauere ab hoc peccato mortali, & illo, si in hoc tempore aliquis potest, & dum cauet hoc, cauet omne, & similiter de tempore consequente, & sic de semper, ergo si potest sẽper cauere hoc, & illud, simul potest cauere omnia. 2. D. 28. Q. *Vnica.* §. *Contra hoc arguitur.* ✝. *Contra istas duas.* n. 5.

Causa.

Causa non est causa quando corrumpitur, quia quod non est, nullius est causa. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam opinione.* ✝. *Præterea sic tenetur.* L. 11.

Causæ nullam rationem habet, quod non est: vel sic, Quod non est, nullam rationem causæ habet respectu geniti, quando generatur. 2. *Phys. Tex.* 37. & 5. *Met. Tex.* 3. quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt. 4. D.12. Qu.3. §. *Hic est opinio.* ✝. *Item quod non est.* n. 6.

Causa de, siue, De causa potest demonstrari quia est, per omnem conditionem effectus, quam impossibile est inesse effectui, nisi causa sit. *Prolog.* Qu. 3. §. *Ad secundum argumentum secundæ quæstionis.* ✝. *secundo quia.* V. 21.

Causa ab aliqua nihil inest, quod inest, illa causa non causat. *Prolog.* Q.4. §. *Contra istam positionem.* ✝. *Contra sui.* E. 10.

Causa quod non sit in se talis ex se, vt prior effectu est, sed tantum quia actualiter ordinatur ad efficiendum, est inconueniens, cum nihil habeat causa ab effectu, nec ex ordine ad ipsum. *ibide.* §. *Contra istud.* ✝. *Præterea ordo.* L. 21.

Causa nulla à causa eiusdem rationis dependet essentialiter in causando, quia in causatione alicuius sufficit vnum vnius rationis. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad primum.* ✝. *Et ad propositum.* I. 12.

Causa omnis veri entis, siue Omne causans verum ens, oportet quod habeat aliquod *esse* existentiæ, in quantum est causa. 1. D.13. Q. *Vnica.* §. *Aliter ponitur, quod distinguuntur.* ✝. *Contra istud.* D. 8.

Causæ ex destructione sequitur destructio causati, & ex remotione causati sequitur remotio causæ, demonstratione *quia.* 1. D.26. Qu. *Vnica.* *§. Tenendo opinionem secundam.* ✝. *Ad secundum dico.* S. 42.

Causa non causaret effectum, nisi daret sibi *esse* conueniens effectui, nec produceret istum effectum, nisi produceret aliquid, quod natum esset habere talem effectum, puta nulla causa produceret triangulum formaliter, nisi produceret aliquid habẽs necessariò tres angulos &c. *ibidem.* *Ad primum tertiæ viæ.* ✝. *Quod etiam dicis.* Y. 47.

Causa, & causatum in eadem natura, siue supposito, repugnant, quia si non, idem dependeret à se. 1. D.2. Q.7 §. *Ad argumenta pro secunda opinione.* ✝. *Quod arguitur postea.* S. 29

Causa in quantum causa, prior est causato in quantum causatum: & tamen causa, in quantum causa, est simul

causato simulrate requisita ad correlatiua. 1. D. 28. Q. 3. §. *Ad quaestionem istam*. ℣. *Ad hoc etiam*. G. 10.

Causæ, & causati relationes oppositæ non possunt esse in eodem. 1. D. 30. Q. 1. 2. §. *Contra primum*. ℣. *Praeterea opposita*. D. 8.

Causa, sub ratione merè absoluta, est actuaprimua, à quo procedit effectua, & effectua productus habet relationem ad eam, quandoque vt ad absolutum, quandoque autem mutuo est relatio effectus ad causam, & è conuerso: nunquam tamen ex parte causæ requiritur relatio prior, quam sit effectua positus in *esse*. 1. D. 35. Q. *Vnica*. §. *Ad ista*. ℣. *Ad secundum*. K. 14.

Causæ ad absolutum, siue ad absolutum in causa, immediatè sequitur absolutum in effectu, & in effectu primò consequitur respectua ad causam: & tunc si aliquis est respectus ea usæ ad effectum, ille respectua ad effectum est vltimua, & aliquando nullus. 2. D. 1. Q. 2. §. *Ad primum principale*. ℣. *Et quando*. D. 8.

Causa in quocunque instanti naturæ refertur ad effectum: vel sic. In quocunque instâti naturæ causa refertur actu ad effectum, tunc est in termino *esse* actuale, quia nihil habena perfectom *esse* in aliquo genere, ad illud, quod habet minua perfectum *esse* in genere tali, dependet, ergo relatio actualia non dependet ad aliquid, quod tamen est ens potentiale) & non actuale: potest autem illud absolutum terminans esse sine respectu ad ipsum, igitur ita est simul cum isto respectu, quod est priua naturaliter eo, ergo non potest esse aliqua relatio in causa naturaliter, antequam absolutum sit, ad quod debet esse ista relatio. 1. Dist. 35. Quæst. *Vnica*. §. *Ad ista*. ℣. *Quod nunc*. L. 15.

Causæ ad effectum, iste est ordo: in primo instanti est causa sub ratione absoluta: in secundo est effectua sub ratione absoluti habens esse per causam: in tertio effectua refertur ad causam sub ratione absoluti, si est relatio non mutua, vel causa, & effectua referuntur relationibus mutuis; *Hic vocatur causa A. & effectus B. ibidem*.

Causæ ex parte non est aliqua respectus prior, quam ex parte causati: inimò ab ipsa causa sub ratione absoluti est ipsum causatum sub ratione absoluta: & postea tertio sequitur respectus in causato ad causam, & quarto in causa ad causatum. 1. D. 43 Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. ℣. *Similiter propter idem*. C. 4.

Causa potest primò, & immediatè aliquem effectum nouum producere absque omni nouitate in ipsa 2. D. 1. Q. 2. *Ad primum principale*. C. 7.

Causa quia dat *esse*, ideo effectus recipit esse, & non è conuerso: si intendis hic per ly *quia* reduplicationem relationis in causa, vel aliquam realitatem nouam in causa, siue relatiuam, siue absolutam, propositio est falsa: si autem intelliga areduplicare actum primum causæ, quæ præcedit naturaliter causatum, illo modo, propositio est vera: absolutum autem in causa, præcedit naturaliter causatum. *ibidem*. ℣. *Et quando arguitur*. E. 8.

Causa in illo instanti, in quo causat, adhuc causat, vt prius naturaliter ipsa causatione: & vt sic, nihil intelligitur, nisi absolutum, à quo ponitur ipsum causatum in esse: & ideo nihil potest accipi causa huius, quod est causari, nisi illud prius, nec respectu huius instantis, nec respectu alterius. *ibidem*. ℣. *Et si dicas*.

Causa quòd sit indeterminata vsque ad illud instans, quando causat: & tunc, quod aliqua relatio determinans ipsam ad effectum primò requiratur à parte eius, est falsum, & in hoc fallit imaginatio, quia sic semper videtur: illud enim idem absolutum, quod in causa præcessit, tàm natura, quàm duratione ipsum effectum productum, vel causatum, est etiam in ea in illo instanti priua naturaliter, quam causet: & secundum illud absolutum, secundum quod prius fuit causatiuum, est nunc causans, & non secundum aliquid additum, neque absolutum, neque respectiuum. *ibidem*.

Causa non causat in quantum præcedit effectum duratione, sed est causa in quantum præcedit effectum natura. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes autem*. ℣. *Ad secundam rationem*. E 17.

Causa non causat effectum, nisi vt prior natura, non vt prior duratione: nam & si non sit prior duratione causi, quam causans, tamen fuit prior natura, ergo si omnis causa, dum causat, necessariò causat, omnis causa necessariò causat, & nunc nihil contingenter eueniat, quia causa non est contingenter causans, antequam causet. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primo*. ℣. *Sed hoc argumentum*. B. 6.

Causam habet in actu omni effectus, quando in actu causatur, tum ex Aristot. 2. *Phys. Tex*. 27. & 5. *Meta. Tex*. 5. dicente, *efficient in actu, & causatum in actu simul sunt*, & *non sunt*: tum si nulla esset auctoritas, probatur per rationem manifestam, quia, quod non est, quando non est, non producit aliquod non esse. 2. D. 2. Q. 10. §. *Etsi dicatur*. ℣. *Ad istam*. B. 5.

Causa non mutata potest ab ea esse effectus noua, si eadem se habens producit effectum nouum: si autem ab aliqua causa respectu effectus noui aliter se habente, productum est hoc nouum, cum non sit processua in infinitum, stabitur tandem, quod aliquid erit nouum à causa vniformiter se habente. 2. D. 1. Q. 2 §. *Sed contra istud*. ℣. *Arguitur etiam*. A. 5.

Causæ vnius, in vno ordine causandi, est vna per se ratio causandi. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Praeterea tertio*. E. 9.

Causæ conditio necessaria in causando non potest habere *esse* à causato, quia tunc causa, in quantum sufficiens ad causandum, esset causata à causato, & esset illud causatum sui ipsius causa, & pro tanto posset dare causæ ea conditionem sui ipsius. 2. D. 3. Q. 4. §. *Contra, ista positio*. ℣. *Praeterea illud*. F. 9.

Causa in *esse*, & in *fieri* semper æque causat, vt patet de sole respectu radii. 2. D. 3. Q. 8. §. *Contra, haec opinio*. ℣. *Item secundo contra istud*. A. 4.

Causa, quæ sufficienter est in actu primo respectu alicuius effectus, potest illum causare in receptiuo proportionato approximato. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quaestionem*. ℣. *Probatio minor*. n. 15.

Causa, & causatum realiter distinguuntur, ergo oportet ponere in composito generabili, & corruptibili materiam aliam à forma. 2. D. 12. Q. 1. §. *Positio ista*. ℣. *Aliquod causatum*. A. 8. *Additio*.

Causa sufficienter agente, sequitur effectus, maxime quando passiuum est proximè approximatum. 2. D. 39. Q. 2. §. *Contra istud*. ℣. *Praeterea aut potest*. A. 3.

Causa, in quantum causa, nullam perfectionem accipit à causato, quia naturaliter est prior eo, ergo cognitio principij, vt est causa cognitionis conclusionis, nullo modo perficitur per cognitionem conclusionis. 3. D. 14. Q. 2. §. *Contra rationem*. ℣. *Praeterea illud*. G. 11.

Causæ, & effectua proportionantur 5. *Meta. à de causa*, *Tex*. 2. & 3. si genere, genere, si numero, numero & hoc expressius dicit Philos. & Comment. 12. Meta. igitur sicut compositum in communi est compositum in genere, sic habebit causas componentes in genere, scilicet materiam, & formam in communi, & illa sicut includuntur in quiditate eius, sic & in vnitate. 3. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ℣. *Praeterea rationi*. B. 7.

Causa potest esse aliquid alicuius, & cuiuscunque perfectiona consequentis *esse*: & tamen illud per nullam aliam causam recipit, immò si esset incausatum, reciperet, sicut Deus est causa trianguli in essendo, tamen si triangulus esset incausatus se ipso haberet tres &c. & hoc maximè verum est, vbi non est processua in eodem ordine, puta si vnum sit prius in ordine actiui, & postea secundum est prius tertio in ordine passiui: in eodem ordine non tenet, nisi sit prioritas essentialia, sic intelligendo, quod impossibile est quod secundum sit priua ad tertium, nisi primum est prius ad secundum, & ad tertium, sicut in causis efficientibus patet, vbi posterior potest efficere sine priori, quia prior non est essentialiter, vel necessariò prior. 4. D. 49. Q. 2. §. *Ad quaestionem*, ℣. *In illo secundo*. K. 14.

Causa virtualiter continet effectum oppositum illi effectui, qui sibi repugnat. 4. D. 49 Q. 12. §. *Respondeo*. ℣. *De impossibilitate*. B 4.

Causa nulla potest destruere aliquod ens propter repugnantiam sui effectua ad illud, nisi suo effectui det perfectius, & intensius *esse*, quam sit *esse* alterius destruibilis. 1. D. 2. Q. 2. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ex hoc arguo*. Q. 19.

Causi-

Causarum genera.

Causarum tantum sunt quatuor genera per se, sicut apparet ex 2. *Phys. Tex.* 28. *&* 5. *Meta. Tex.* 2. ergo illis existentibus in se perfectis, & non impeditis, & sufficienter approximatis, sequetur effectus ex illis, si sint causæ naturales, vel poterit saltem esse, si sint causæ liberè agentes: & quia forma aliquo modo habet *esse* per productionem, & finis sequitur productionem rei in *esse*: aut si præcedit, hoc est, in quantum mouet efficiens ad agendum: ideo quando duæ causæ priores ipsa te, scilicet efficiens, & materia, sunt in se perfectæ, & approximatæ, & non impeditæ, sequitur effectus, vel saltem potest sequi. 1. D.3. Q.7. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Hoc etiam*. A.3.

Causæ materialis includentis imperfectionem, totum genus reducitur ad aliquod primum in alio genere, quod non includit imperfectionem, puta ad aliquid in genere efficientis. 1. D.5. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Item quarto*. C.9.

Causa tam materialis, quam formalis, quam efficiens habent vnitatem, & distinctionem specificam, & numeralem proportionatam ipsis principiatis. Quodl. Q.2. §. *Prima ratio*. ✝. *Et quod*. D.7.

Causa materialis, & efficiens non coincidunt 2. *Phys. Tex.* 70. verum est de materia, quæ est in potentia pura, sed non de materia secundum quid, qualis est subiectum respectu accidentis: necesse est enim aliquid idem quandoque esse materiam, & efficiens respectu eiusdem: quod apparet, quia aliàs passio non prædicaretur per se secundo modo de subiecto, quia si prædicetur per se secundo modo de eo, est eius causa materialis, sicut materia est in accidentibus, quia ponitur in diffinitione eius, vt additum; si etiam est prædicatio per se, igitur & necessaria: sed quod est sola causa materialis respectu alicuius, non habet necessitatem respectu eius, ergo oportet, præter causalitatem materiæ, ponere in subiecto causalitatem efficientis, ad saluandam necessitatem. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta pro secunda*. ✝. *Cum arguitur secundo*. S.29.

Causa efficiens.

Causa efficiens diuiditur in efficiens per intellectum, siue propositum, & efficiens per naturam, secundum Philos. 2. *Phys. Tex.* 49. 1. D.36. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ✝. *Præterea sexto*. B.5.

Causa totalis, & perfecta, & naturalis effectiua alicuius nihil est, quin ipsum approximatum totali receptiuo, & non impeditum causet illud. 1. D.3. Q.7. §. *Ad argumenta pro secunda*. ✝. *Ad Achillem*. V.31.

Causarum in materia efficientium, siue in hac materia de causis efficientibus, seu de efficientia causarum, oportet dare aliquid prius, quod tamen non sit causa efficiens, sed sit causa sine qua non. 2. D.25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ✝. *Ad aliud sustinendo*. M.19.

Causa efficiens non agit in virtute alterius sic, quod, habita forma, ipsam actionem, vel motum ad actionem, ab ipso accipiat. 2. D.9. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ✝. *Et cum addit*. S.34.

Causa efficiens inferior, seu Agens inferius, dicitur agere in Virtute Agentis superioris, quia formam, qua agit, aliquo modo accipit à superiori. *ibidem*.

Causa quando est efficiens, similitudo est inter causam, & causatum, licet remota in causis æquiuocis: voluntas autem creata non est causa efficiens, sed deficiens respectu peccati. 2. D.37. Q.1. vel 2. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. A 2. 19.

Causa efficiens actus intelligendi illa, quæ est ex parte intellectus, vel habitus intellectus, naturaliter agit: nec potest difformiter agere ipsi obiecto, & ideo semper rectè agit. 2. Dist. 40. Q. *Vnica*: *Ad secundum principale*. B. 4.

Causæ efficientis in genere, siue in genere causæ efficientis, aliqua causata diuersimodè se habent ad causalitatem effectiuam extrinsecam, quia aliqua habent vnam tantum causam immediatam effectiuam, vt animæ rationales, & Angeli, scilicet ipsum Deum creantem: aliqua habent causas effectiuas subordinatas primæ causæ, & etiam habent ordinem in genere suo secundum mediatius, & immediatius. 3. Dist. 22. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ergo* D.13.

Causa efficiens.

Causa effectiua quantò superior, tantò perfectior in causalitate, ergo si supra istam datam, est alia in infinitum superior in causando, illa erit in infinitum perfectior, in causalitate, & per consequens habebit causalitatem infinitæ perfectionis. *Quodl.* Q.7. §. *Quinta conclusio*. ✝. *Potest autem*. T.27.

Causa efficiens sicut requiritur necessario ad Sacramentum, tanquam causa extrinseca; ita illud, quod est quasi principium agendi tali causæ effectiuæ: principium autem vltimatum determinans Agens intellectuale ad agendum, est intentio. 4. D.6. Q.5. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Ad secundum*. G 9.

Causarum efficientium ordo, quando sunt multæ ordinatæ, & approximatio earum necessariò præexigitur ad causationem alicuius effectus, & tamen ille ordo, vel illa approximatio non est esse effectus, quia ista sunt respectiua tantum, illud autem est absolutum. 3. D.2. Q.2. §. *Quantum ad tertium*. ✝. *Et ideo illud*. E. 11.

Causa efficiens ordinatur ad finalem, quæ est causa alterius generis, quæ mouet metaphoricè. 2. D.25. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. V.24.

Causa exemplaris.

Causa exemplaris non est aliud genus causæ ab efficiente, quia tunc essent quinque genera causarum · vnde causa exemplaris est quoddam efficiens, quia Agens per intellectum, distinctum contra Agens per naturam. 1. D.2. Q. 2. §. *Quantum ad primum*. G.10.

Causa exemplaris non est, nisi quoddam efficiens: efficiens enim diuiditur in efficiens per intellectum, siue propositum, & efficiens per naturam, secundum Philos. 2. *Phys. Tex.* 49. Sicut igitur naturaliter producens non est alia causa ab efficiente, ita nec exemplaris, nec exemplariter producens, & ita idem est effectum, & exemplariter productum alicuius intelligentis in quantum est intelligens, & in quantum exemplans. 1. D.36. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ✝. *Præterea sexto*. B.5.

Causa exemplaris cum sit aliqua ratione formali exemplans, & causa finalis sit aliqua ratione terminans, seu finiens, sicut causa efficiens aliqua ratione formali efficiens, sequitur ex consimili ratione, quod nulla istarum causalitatum potest esse propria, nisi ratio formalis causandi sit propria: non ergo potest alicui personæ diuinæ esse propria ratio exemplandi, siue finiendi, sicut nec formalis ratio agendi. Quodl. Q.8. §. *De tertio articulo*. ✝. *Ex dictis*. T.24.

Causa finalis.

Causa finalis cuiuscunque est, vel sic, cuiuscunque est causa finalis, eius est & causa efficiens. 1. D.8. Q.5. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Item* 12. *Metaph.* B.6.

Causa finalis respectu nullius est, nisi respectu eius, cuius est causa efficiens, quia causalitas causæ finalis est mouere efficiens ad agendum. 1. D.1. Q.5. *Ad primum primæ quæstionis*. ✝. *Respondeo respectu*. n.6.

Causæ finalis in genere, siue in genere causæ finalis, aliqua causata habent multas causas finales subordinatas vni fini vltimo, aliqua pauciores. 3. D.22. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. D.13.

Causa finalis non causat, nisi quia metaphoricè mouet ipsum efficiens ad efficiendum, quia non alio modo dependet ab ipso essentialiter entitas finiti, vt à priori. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Secunda conclusio*. L.16.

Causa extrinseca, & intrinseca.

Causa extrinseca, licet non componat rem, sicut facit causa intrinseca, perfectius tamen causat rem, quam causa intrinseca: componere enim includit imperfectionem scilicet potentialitatem. 2. D. 1. Q. 4. §. *Oppositum non, minus*. n. 3.

Causa cuius non est extrinseca, vel sic, cuius non est causa extrinseca, eius non est causa intrinseca. 1. D. 2. Q. 2. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Secunda conclusio*. L. 16.

Causæ extrinsecæ causalitas dicit perfectionem sine imperfectione: causalitas autem causæ intrinsecæ necessario requirit

Causa finalis.

requirit imperfectionem annexam; quia causa intrinseca est pars causati; ergo ratio causæ extrinsecæ est naturaliter prior ratione causæ intrinsecæ: negato ergo priore, negatur posterius. *ibidem*. ℣. *quia causalitas*.

Causæ intrinsecæ sunt causatæ ab extrinseca, vel secundum *esse* earum, vel in quantum causant compositum, vel vtroque modo; quia causæ intrinsecæ noo se ipsis, sine Agente, causant compositum, vel constituunt. *ibidem*. ℣. *Aliter probantur*.

Causæ intrinsecæ, vt materia, & forma ita se habent, quod aliqua entia habent causalitatem intrinsecam per causas inexistentes, materiam scilicet, & formam, vt entia materialia composita, & aliqua entia simplicem entitatem non causatam causalitate intrinseca ex diuersis causis materiali, & formali realiter distinctis, vt Angeli; secundum communiorem doctrinam. 3. D.22. Q. *Vnica* §. *Quantum ergo*. D.13.

Causæ extrinsecæ nunquam causant, nisi in aliqoo modo concurrant ad causandum, & multo minus causæ intrinsecæ constituunt suppositum, nisi vt suo modo vniantur. Quodl. Q.3. §. *De secundo*. ℣. *De primo*. D.4.

Causa Æquiuoca.

Causa æquiuoca eminenter continet in se perfectionem effectus. 1. D.17. Q.2. §. *Contra ista opin*. K.10.

Causis in æquiuocis causa causæ perfectior causa est, quam causa proximior causato: hoc verum est sicut remotum *quo*, sed non sicut immediatum *quo*. *ibidem*. Q.2. *in editione hiber*. 3. *Ad secundum pro tertia opin*. V.10.

Causæ æquiuocæ partiales, licet non totales, duo distincta specie possunt esse sibi inuicem. 1. D.17 Q.2. vel tertia *in editione hiber*. *Ad primum pro tertia via*. V.10.

Causam suam æquiuocam effectus æquiuocus non potest excedere, sed deficit. 1. D.3. Q.7. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Et ex hoc*. D.7. & ℣. *Item quomodo illud*. F.11.

Causa æquiuoca eminentius habet in se perfectionem effectus, quam causa vniuoca, & ideo non magis assimilatur sibi formaliter, quia hoc esset imperfectionis in causa sic assimilari effectui: sed assimilat magis, hoc est dat magis formam effectui, per quam sibi assimilatur æquiuocè, quam det Agens particulare: & ista assimilatio actiua est ex perfectione causæ, licet non sit magis assimilatio formaliter. 1. D.3. Q.8. *Ad secundum principale*. ℣. *Respondeo principalius*. F.4.

Causa æquiuoca totalis est nobilior suo effectu, vel producens æquiuocum est nobilius producto: verum est, quòd est nobilius termino formali productionis, ratione cuius productum, quod est compositum vnum per accidens, dicitur productum. 2. D.25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Ad aliud, cum dicitur*. Q.20.

Causa æquiuoca nobilior est suo causato. 2. D.15. Q. *Vnica*. §. *Dico ergo*. ℣. *Præterea, causa*. D.7.

Causa æquiuoca efficiens est nobilior suo effectu: ista propositio vera est de totali causa æquiuoca: & si de partiali, hoc erit de causa superioris ordinis. 4 D.49. Q.4. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Respondeo nec actus*. L.16.

Causa æquiuoca est simpliciter nobilior effectu, vt patet ex Aug. lib.83. qq. Q.2. *Omne*, inquit, *quod fit, ei, à quo fit, par esse non potest, alioquin iustitia, quæ sua vnicuique tribuere debet, de rebus auferatur necesse est*: intelligit autem de causa æquiuoca, quia iustitia in causa vniuoca requirit æqualitatem, sed in æquiuoca eminentiam: idem vult Auicenna *6. Meta. cap.3.* Item volt Aug. *super Genes. cap.12.* quod *Agens est præstantius passo*. 4. D.43. Q.3. §. *De tertio*. ℣ *Sed contra*. O.21.

Causa æquiuoca licet sit simpliciter perfectior vniuoca, vbi ad idem concurrunt ambæ: tamen quòd æquiuoca non possit sine vniuoca, hoc est aliqualis imperfectionis in ipsa æquiuoca: Deus enim potest sine causa vniuoca; sed Sol non potest in animal perfectum, licet posset in imperfectum: ergo quæcunque æquiuoca sola potest sine vniuoca in effectum, ipsa est simpliciter perfectior, quam æquiuoca, quæ posset concurrere cum vniuoca ad idem causandum: & per consequens æquiuocatio talis habet duplicem præeminentiam causalitatis super effectum; vnam, quam habet vniuersaliter æquiuoca concurrens cum vniuoca; & aliam, quia habet illam perfectionem, quam vniuoca adderet in causando, qua carent multæ causæ æquiuocæ, licet longè perfectiores vniuocis. 4. Dist.12. Q.3. §. *Dico ergo*. ℣. *Secundo sic*. H.1.14.

Causa æquiuoca, & vniuoca vbicunque concurrunt ad productionem eiusdem effectus æquiuoca est simpliciter perfectior, vt patet per Philos. 7. *Meta. Tex.29.* propter hoc enim oportet totum ordinem accidentalem reducere ad aliquam speciem essentialiter superiorem in causando, quia difformitas vniformis oportet quod reducatur ad causam vniformem: & ideo omnibus generabilibus, & corruptibilibus oportet esse aliquam causam superiorem, quæ sit causa vniformitatis in continuatione generationis, & corruptionis. *ibidem*. H.14.

Causa æquiuoca cum sit virtualior, quam vniuoca, & si causa vniuoca possit inducere istum effectum: tamen causa æquiuoca præueniret, sicut dicit Aristot. de magna flamma, & parua, *in libro de respiratione. ibidem*. ℣. *Ex hac propositione*. T.26. *Additio*.

Causa æquiuoca æquiuocè assimilat, secundum aliquid, quod habet in se, non formaliter, sed virtualiter: & hoc modo obiectum, quod est nolibile, habet in se tristitiam, & secundum illam assimilat. 4. D.44. Q.2. *Ad quartum principale*. Q.17. in fine.

Causa, in productione æquiuoca, semper est perfectior effectu. 1. D.27. Q.1. *vel tertia*. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, si notitia*. A.4.

Causas æquiuocas videmus ita perfectos effectus producere, sicut vniuocas, quod non esset, nisi haberent virtutem actiuam eo modo, quo sufficit ad causandum perfectè: non autem habent virtutem vniuocam, sed tantum eminentem. *Quodl. Q.7. §. De tertio tenendum*. ℣. *Adducitur*. M.19.

Causa vniuoca.

Causa vniuoca habet effectum vniuocum pro termino adæquato suæ potentiæ, ergo si causa æquiuoca totalis esset (vt volunt aliqui) imperfectior causa vniuoca, impossibile esset causam illam æquiuocam esse causam totalem respectu sui effectus, & sic Deus non posset facere effectum cuiuscunque creaturæ, quòd est falsum: patet consequentia, quia effectus adæquatus potentiæ perfectiori nullo modo potest esse a potentia imperfectiori. 4. Dist.12 Quest.3. §. *Dico ergo*. ℣. *Primo sic*. G.14.

Causa aliqua vniuoca non est necessaria ad generandum, nisi composita, & materialis, sicut genitum est compositum, & materiale. *Quodl*. Q.7. §. *Sed licet*. ℣. *Ad secundum*. Q.25.

Causa assimilans.

Causa perfectior magis assimilat effectum ei, cui est assimilabilis, quam imperfectior: magis enim causat effectum, qualis est causabilis, & assimilabilis. assimilabilis autem est effectus formaliter causæ propinquæ: ideo ipsa causa remotior magis assimilat effectiuè ipsum effectum causæ proximæ, quam ipsamet causa proxima sibi. 1. D.3. Q.8. *Ad secundum principale*. ℣. *Respondeo principalius*. F.4.

Causa naturalis.

Causa naturalis agit ad effectum suum, secundum vltimum potentiæ suæ, quando non est impedita, igitur ad effectum perfectissimum, quem primo potest producere, primo agit. 1. D.3. Q.2. §. *Loquendo igitur*. ℣ *Contra si*. M.23.

Causa ab aliqua non libera qoicquid euenit, vt in pluribus: vel sic, *quicquid euenit vt in pluribus ab aliqua causa non libera, est effectus naturalis illius causæ*; quæ propositio nota est intellectui, licet accepisset terminos eius à sensu errante, quia causa non libera non potest producere, vt in pluribus, effectum, ad cuius oppositum ordinatur, vel ad quem, ex forma sua, non ordinatur: sed causa naturalis ordinatur ad producendum oppositum effectus casualis, vel non ordinatur ad istum producendum, ergo nihil est causa casualis respectu effectus frequenter produci ab eo, & ita si non est libera, est naturalis. 1. D.3. Q.4. §. *De secundis*. E.9.

Causa

Causa naturalis.

Causa ab aliqua non libera producente, vt in pluribus, quod eueniat talis effectus: hoc acceptum est per experientiam, quia inueniendo nunc talem naturam cum tali accidente, nunc cum tali, inuentum est, quòd quantumcunque esset diuersitas accidentium talium, semper istam naturam sequebatur talis effectus; ergo non per aliquod accidens per accidens illi naturæ, sed per naturam ipsam in se consequitur talis effectus. *ibidem*.

Causa omnis naturalis actiua est determinata ad vnum effectum, vel si causa naturalis est indeterminata, non potest se ipsam, vel aliam determinare. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Dico ergo*. ℣. *Vna ratio*. S. 22.

Causa naturalis quantumcunque poneretur perfecta, nunquam tamen posset agere, propter impedimentum vincens. 2. D. 3. Q. 8. *Ad primum principale*. ℣. *Sed quare*. I. 13.

Causa naturalis non potest, quantumest de se, esse vnius effectus, ad quem ordinatur naturaliter, & non alterius: & si vna actione est omnium effectuum in vniuersali, necessariò est omnium simul. 2. D. 9. Q. 2. §. *Contra secundum*. ℣. *Præterea tertio*. n. 12.

Causa naturalis licet posset disponere ad formam immediatè producibilem à Deo, tamen cooperante communi cursu naturæ, sicut de corpore organico respectu animæ intellectiuæ: ad formam tamen omninò supernaturalem, idest, non cooperante communi cursu naturæ, quòd dispositionem immediatam Agens naturale possit producere, videtur inconueniens. *ibidem*. §. *Contra quartum*. n. 14.

Causa naturalis potest impediri, per contrarium excellens, ne causet effectum, & maximè quando contrarium totaliter repler capacitatem passi. 4. D. 45. Q. 3. *Ad tertium principale*. ℣. *Si hoc*. Q. 24.

Causa naturalis in vita mortali semper agit effectum suum, nisi per contrarium impediatur: & si suspendatur actio illa aliter, quam per oppositum, miraculum est: & tale dicitur Deus non posse de lege communi. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo, & dico*. ℣. *Dicendum*. E. 6.

Causæ naturales non possunt causare, nisi secundum illam inclinationem, quam acceperunt à causa superiori, & conformantur illi. 2. D. 37. Q. *Vnica*. *ad 2. secunda*. *Ad primum principale quartæ quæstionis*. ℣. *Cum probatur*. A a. 20.

Causa naturalis, secundum Aug. 3. *de libero arbit.* non agit, nisi secundum quod accipit ab alio: & ideo in nulla sua propria actione est peccatum. 2. D. 42. Q. 4. §. *Ad quæstiones istas*. ℣. *Præterea omnis*. A. 1.

Causa libera.

Causa libera æquè determinata ad producendum aliquod productum, quantum est ex parte sui, potest quandoque producere, & quandoque non producere. 2. D. 1. Q. 2. *Ad secundum principale*. E. 9.

Causam in naturalibus determinari ex parte sui, sicut est ipsam habere formam, qua causet: ita in liberis causam esse determinatam est ipsam habere volitionem respectu volibilis: Et sicut ibi forma haberi potest, antequam effectus causetur, si tunc est impedimentum extra, vel absentia passi; ita quoque hic potest volitio haberi, antequam volibile habeatur, & prius natura, & duratione. *ibidem*.

Causa in libera, quæ potest in opposita, idem sub eadem ratione propria est causa oppositorum, licet vnius per se, & alterius contingenter, & per accidens, vel amborum contingenter. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Contra primam viam*. ℣. *Contra hoc arguitur*. I. 15.

Causa totalis.

Causa totali posita, efficacius operante, sequitur perfectior actio. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad quæstionem*. K. 20.

Causa totalis non aliter causat, nisi ipsa, secundum quod causa, aliter se habeat: Et hoc quando non ponitur aliqua diuersitas ex parte passi, vel aliquorum impedimentorum extrinsecorum. 2. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea secundo*. A. 5.

Causa totalis non esset aliqua, nisi sufficienter efficeret effectum, quocunque alio circumscripto. 3. D. 1. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Primo modo*. A. 5.

Causam totalem si effectus posset excedere in perfectione, non esset vnde posset probari Deum esse perfectissimum ens. 1. D. 3. Q. 7. §. *Contra neutra*. G. 13.

Causæ vt totales non omnia mouebunt se: sicut sic, non omnia mouebunt se, vt causæ totales, quia nullæ tales naturæ, quæ non habent semper actum, sunt causæ naturales totales illius actus. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ℣. *Ad Achillem*. V. 31.

Causa quæcunque totalis alicuius effectus, illum effectum videtur posse corrumpere, maximè si augeatur virtua eius actiua. 2. D. 32. Q. *Vnica*. § *Contra istam viam*. ℣. *Quantum ad primum*. n. 4.

Causa cum totali alicuius nihil aliud potest causare cum illa, in eodem genere causæ. 2. D. 37. Q. *Vnica*, vel secunda. §. *Ideo meritò*. ℣. *Ex quarta via*. M. 3.

Causa aliqua creata, si est totalis respectu sui effectus, hoc maximè concedendum est de voluntate, quia ipsa est suprema inter omnes causas actiuas. *ibidem*. ℣. *Ex quinta via*. M. 4.

Causam aliquam creatam esse totalem respectu sui effectus non repugnat ex hoc, quod sit creatura: licet enim aliquid sit totalis causa caloris effectiua; hoc tamen non ponit in eo aliquam infinitatem, nec perfectionem repugnantem creaturæ. *ibidem*.

Causa creata si sit vniuoca, licet sit totalis causa sui effectus, non tamen oportet quod excellat effectum suum in perfectione: & si sit æquiuoca, non oportet in infinitum excellere effectum, sed in aliquo gradu determinato. *ibidem*.

Causa totalis alicuius est illud, quod si esset, omni alio circumscripto, perfectè causaret illud. *ibidem*.

Causa totalis si totaliter causat, cum nihil aliud præter eam causet, in eodem genere causæ (alioquin idem bis causaretur, vel causaretur ab aliquo, sine quo nihil minus esset) sequitur, quod Deus immediatè non causabit volitionem creatam. *ibidem*. ℣. *Et vltra*. N. 4.

Causarum totalium respectu suorum effectuum immediatorum potest esse ordo essentialis, ita quod causa secunda sit causa totalis immediata respectu sui effectus, sicut causa prima respectu sui effectus; & tamen essentialiter sit secunda; quia secundum suam causationem, sicut secundum suum *esse* essentialiter dependet à prima: non tamen ita, quod ista dependentia sit immediata effectus sui ad ipsam, & ad causam priorem. *ibidem*. §. *Si hæc via*. ℣. *Ad secundum diceretur*. O. 7.

Causa omnis totalis finita, potest intelligi habere effectum adæquatum, vel effectus adæquatos. 3. D. 14. Q. 2. §. *Contra istud*. ℣. *Præterea, quod secundum*. I. 15.

Causa ex totali finita non potest procedere effectus adæquatus infinitus, vel effectus adæquati infiniti. *ibidem*.

Causa totalis si æquatur totali, licet vtraque partialis, sit diuisim inæqualis, 3. D. 14. Q. 4. ℣. *Si autem*. B. 1.

Causa partialis.

Causa aliqua potest esse partialiter agens ad aliquem effectum nobiliorem se, sicut elementum in virtute corporum cælestium potest agere ad generationem mixti, quod est nobilius ipso elemento agente, vt partiali causa. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta opinionum*. P. 25.

Causa omnis partialis, quæ est in actu sibi perfecto proprio, secundum quod talis causa potest causare, causalitate sibi correspondente effectum: Et quando est vnita alteri causæ partiali in sui actu, potest cum ea perfectè causare. 2. D. 3. Q. 8. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ex hoc arguitur*. C. 8.

Causa partialis, quod aliquando alteri coinhæreat, hoc est omnino accidentale, quia æquè perfectè posset causare effectum sine inhærentia, propter ordinem essentialem, scilicet subordinationem virtutis actiuæ ad virtutem actiuam, cui accidit ordo subiecti, & accidentis. 4. D. 12. Q. 3. *Ad quintum principale*. ℣. *Respondeo quod non*. G g. 41.

Causam partialem æquiuocam non est inconueniens esse minus nobilem suo effectu: & maximè de partiali secundaria,

Causa partialis.

daria, licet causa totalis æquiuoca, vel partialis principalis sit nobilior suo effectu. 4. D.49. Q.2. *Ad quintum principale*. Ff 31.

Causa altera partiali, ex duabus causis partialibus respectu eiusdem effectus, deficiente, deficiet effectus, licet reliqua causa partialis sit æqualis. 3. D.13. Q.4. §. *Ad tertiam quæstionem*. O.18.

Causa vna partiali existente æquali, si reliqua est maior, potest sequi perfectior effectus. *ibidem*. *In secundo argumento principali quæstionis tertiæ*. n.1.

Causa primaria,

Causa omnis primaria plus influit in causatum, quam causa secunda *ex prima propositione de causis*: De auctoritate auctoris de causis non est curandum: Et etiam intelligi habet illud de causa simpliciter prima. 2. Dist. 3. Q.10. §. *Ad argumenta alterius opinionis*. ✠. *Ad illud, quod dicitur*. L.21,

Causa principalis.

Causa principalis est illa, qua agente, alia causa coagit, & non è conuerso. 1. D.3 Q.8. ∫. *Respondeo*. ✠. *Secundo, quia illa*. B.3.

Causarum principalium, & minus principalium, quarum neutra mouet aliam, aliquando est ordo, sicut se habet obiectum, & potentia cognitiua respectu actus cognitionis. 2. D.37. Q.*Vnica*. alias secunda. §. *Si hæc via*. ✠. *Ad secundum*. O.7.

Causa instrumentalis.

Causa instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi per aliquid sibi proprium operetur ad effectum proprium principalis Agentis (quia si nihil ageret secundum aliquid sibi proprium, frustra adhiberetur ad agendum · nec oporteret esse determinata instrumenta determinatarum actionum, quia æquè posset principale Agens in actionem suam indifferenter per quodcunque instrumentum) ista propositio potest benè, vel malè intelligi: non enim debet intelligi quòd instrumentum habeat actionem propriam, sed quòd per aliquid sibi proprium agat; & probationes ad hoc adductæ possunt concedi. 4. D.1. Q.1. ∫. *Si istæ rationes*. ✠. *Hoc non soluit*. D.9.

Causa instrumentalis nihil est illius, vel sic, nihil est causa instrumentalis illius, ad quod sua virtus actiua sola sufficit producendum: patet si accipiatur instrumentum strictè; sicut serra, & securis dicuntur instrumenta mouentia mota: tale enim instrumentum non habet de se formam sufficientem ad producendum effectum, sed tantum per motionem principalis Agentis producitur, quod producitur. 4. Dist. 12. Quæst. 3. §. *Dico ergo*. ✠. *Item nihil est*. A.6.

Causa necessaria.

Causa necessariò causans, in quocunque instanti comparatur ad effectum, necessariò in eodem instanti causat, & agit. 1. D.42. §. *Hic responderi*. ✠. *Præterea, si Philosophi posuerunt*. B.3.

Causa omnis si pro illo instanti, pro quo causat, necessariò causat, & nulla contingenter: omnis causa, in quantum causat, necessariò causat, & nulla contingenter. 2. D.1. Q.3. ∫. *Tenentes autem prima opinionem*. ✠. *Ad secundam rationem*. E.17.

Causa omnis necessariò agens, agit secundum vltimum potentiæ suæ, quia sicut non est in potestate sua agere, & non agere, ita nec intensè, nec remissè agere. 1. D.8. Q.5. §. *Contra igitur*. ✠. *Item omnis causa*. S.20.

Causa mouens, vt mota.

Causa mouens in quantum mota, si necessariò mouetur, necessariò mouet: & ideo quælibet causa secunda, quæ producit, in quantum mota à prima, si necessariò mouetur à prima, necessariò mouet proximam sibi, vel producit suum effectum: tota ergo ordinatio causarum vsque ad vltimum effectum necessario produceret, si habitudo primæ causæ ad sibi proximam esset necessaria. 1. D.39. Q.1. 2. 3. &c. §. *Contra ista*. ✠. *Quod non probatur*. B.12. & D.2. Q.2. §. *Ostenso igitur esse*. ✠. *Ad tertium dico*. R.21. & Dist. 8. Quæst. 5. §. *Contra igitur*. ✠. *Secundo arguo*. R.19.

Causa contingens.

Causa contingens respectu alicuius potest esse, & non causare, ergo propter non *esse* peccati causati non oportet causam destrui: patet per oppositum in simili: ideo enim præcisè alterans, inducens aliquid repugnans qualitati, corrumpit formam substantialem, quia ipsam necessariò concomitatur qualitas talis: igitur quod est præcisè corruptiuum alicuius contingenter concomitantis, non potest corrumpere illud, quod sic contingenter concomitatur. 2. D.37. Q.*Vnica*. §. *Istæ quæstiones*. ✠. *Præterea, quod repugnat*. n.4.

Causa ad hoc, quod contingenter producat, sufficit, quod prius ordine naturæ sit, quam effectus productus: nec requiritur necessariò prius duratione ad hoc, quod contingenter Deus aliquid producat extra se. 2. D.5. Q.2. §. *Respondeo primo*. ✠. *Cum ergo*. C.7.

Causa prior.

Causa prior, prius naturaliter simpliciter respicit effectum, quam causa posterior; ergo in illo priori, si habet necessariam habitudinem ad ipsam, dabit sibi esse necessarium: in secundo autem instanti naturæ non potest causa propinqua dare sibi *esse* contingens, quia iam præintelligitur habere à prima causa esse repugnans contingentiæ: nec potest dici, quòd in eodem instanti istæ duæ causæ dant *esse* causato; quia super illud *esse* non potest fundari necessaria habitudo ad illam causam perfectè dantem *esse*, & contingens habitudo ad aliquam aliam causam. 1. D.39. Q.1. 2. &c. §. *Contra ista*. ✠. *Præterea causa*. B.12. & D.8. Q.5. ∫. *Contra igitur*. ✠. *Secundo arguo*. R.19.

Causa prior prius naturaliter respicit causatum, quam causa posterior *ex prima propositione de causis*, ergo in illo priori si totaliter causat totum illud, quod in secundo signo deberet causari à causa secunda: in secundo signo, in quo deberet causa secunda causare, nulla est possibilis actio causæ secundæ, quia iam præintelligitur totus effectus causatus à causa prima. 1. D.8. Q.5. ∫. *Contra igitur*. ✠. *Item omnis causa*. T.20.

Causa prior, & posterior immediatè attingunt idem passum, ita quod neutra causa agens in passum est medium, per quod alia attingat illud commune passum: tamen prior causa immediatius attingit, quia intimius, & perfectius, quia attingentia posterioris est in virtute prioris. 4. Dist. 49. Quæst. 3. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Secundo modo*. B.6

Causa prioris, siue quod est causa prioris, non propter hoc est causa posterioris, nisi illud medium sit causa tertij, & hoc, aliquo modo, in eodem genere causæ. 4. Dist. 1. Quæst. 5. ∫. *Ad primam quæstionem ergo*. ✠. *Qualiter autem*. E.13.

Causa prior non determinatur ad agendum, nec per consequens necessitatur per causam secundam, sed è conuerso. 4. D.49. Q.6. §. *Hic duo*. ✠. *Contra tertiam*. D.9.

Causa prima.

Causa prima contingenter causat, aliquid enim causatur contingenter, ergo volens causat. 1. D.2. Q.2. §. *Ostenso esse*. ✠. *Item tertio*. R.20.

Causa prima si causam sibi immediatam necessariò mouet, vsque ad istam erit necessitas in alijs causis mediatis, ergo necessario impedit alias, & per consequens non potest alia causa nunc causare. *ibidem*. ✠. *Ad tertium dico*. R.21.

Causa prima contingenter causat ex hoc, quod aliquid sit contingenter in entibus, quia si prima causa necessariò se habet ad causam proximam, sit illa B. B. igitur necessariò mouetur à prima causa: B. autem eodem modo, quo mouetur à prima causa, mouet proximam sibi, igitur B. necessariò causat mouendo C., & C. mouendo D. & sic in omnibus causis procedendo, nihil contingenter erit, si prima causa necessariò causat. 1. D.8. Q.5. §. *Contra*

Causa prima .

tra igitur. ℣. *Secundo arguo sic* . R.19. & D.39.Q.1.2.&c.§. *Contra ista* . B. 12.

Causa prima habet eminenter totalem perfectionem causatiuam omnium causatum secundarum , & perfectiua : quam si haberet causalitatem omnium formaliter, si esset possibile. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostensis igitur* . ℣. *Hoc nihil obstat* . X. 28.

Causam primam habere potentiam infinitam , quia creatiuam , est creditum. *ibidem*. ℣. *Iuxta istam* . Y. 29.

Causa prima potest immediatè produceere quicquid producitur à causis posterioribus: vel sic,quicquid producitur à causis posterioribus , potest immediatè produci à prima , & tunc productum haberet eamdem entitatem, quam modo habet : & tunc esset contingens, sicut & modo est cootingens: habet ergo contingentiam suam, etiam modo, à causa prima , & non tantum à causa proxima. 1. Dist. 39. Q.1.2. &c. §. *Contra ista.* ℣. *Præterea quicquid.* B. 12.

Causa prima , cui secundum vltimum suæ causalitatis causa secunda aliquid perfectionis addit in causando, non videtur sola posse, sine secunda ita , perfectum causare , sicut ipsa cum secunda , quia causalitas sola primæ causæ diminuta est respectu causalitatis ambarum , ergo si illud, quod natum est esse à causa secunda , & prima simul , sit multò perfectius à sola prima , causa secunda nihil perfectionis addit primæ. 1. D.2.Q.2.§. *Ostenso proposito* . ℣. *secundo iusta* . A a. 30.

Causæ alicuius nulla causatio potest saluare contingentiam , nisi prima causa ponatur immediatè contingenter causare: & hoc, ponendo in prima causa perfectam causalitatem , sicut catholici ponunt. 1. Dist. 39. Quæst. 1.2. &c. §. *Quantum ad primum* . ℣. *Supposito ergo* . D. 14.

Causa prima , siue primum Agens est causans per iotellectum, & voluntatem : & si ponatur tertia potentia executiua alia ab istis noo iuuat ad saluandum contingentiam , quia si necessariò intelligat, & velit , necessario producit. *ibidem*.

Causæ primæ causalitas immediatè perfecta est ; ideo posuerunt Philosophi eam non posse immediatè esse causam alicuius imperfecti effectus: & ideo oportet causam agentem aliam concurrere imperfectiorem , vt illa prima non produceret secundum vltimum potentiæ suæ , sed cum illa causa agente secunda effectum diminutum, & imperfectum produceret , hoc est , non ita perfectum effectum produceret , mediante causa secunda imperfecta , sicut si immediatè produceret, non mediantibus causis secundis . 1. Dist. 42. Quæst. *Vnica* . §. *Hic responderi potest* . B. 2.

Causa effectiua prima quicquid potest cum causa secunda , potest per se immediatè , ista propositio non est nota ex terminis, neque ratione naturali , sed est tantum credita ; quia si omnipotentia , ex qua dependet , esset nota ratione naturali , facile esset probare ipsis Philosophis multas veritates, & propositiones , quas ipsi negant , & facile esset eis probare saltem possibilitatem multorum , quæ credimus, quæ ipsi negant : Omnipotentia tamen , hoc modo sumpta , licet non sufficienter demonstretur, probabiliter tamen potest probari , sicut verum , & necessarium , & probabilius , quam quædam alia credita , quia non est ineonueniens quædam credita esse euidentiora , quam alia. *ibidem* . ℣. *Præterea si Philosophi* . C. 3.

Causa prima si haberet simul vnde esset totalis causa , hoc est , vnde esset formaliter causa, sicut est prima , nihil perfectius esset , quam nunc sit , quando habet vnde sit prima causa tantum. 1 D.2.Q.2.§. *Ostensis igitur* . ℣. *Hoc nihil obstat* . X. 28.

Causa prima respectu secundæ causæ proximæ est totaliter causa,& æquiuoca . *ibidem*.

Causa prima plus causat , quam secunda *propositio priam de causis. & 2. Metaph. T ex. 4. & primo potest. T ex.* 24. ista propositio veritatem habet propter aliam virtutem , siue vim causandi in causa priori , & posteriori : Et hoc fallit in principio priori secundum originem,& posteriori , in quibus est eadem vis , vel virtus causandi respectu tertij . 1. Dist. 20. Quæst. *Vnica* . *Ad vltimum principale*. H. 13.

Causa prima .

Causa prima necessariò, & naturaliter causat primum causatum : est conclusio , in qua communiter concordant Philosophi : contra quam arguitur . 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra istam concl.* H. 13. & 2. D.1. Q. 2. §. *Sed contra illud* . A. 5.

Causa prima si necessariò causat, causat quicquid potest causare , quia omnis causa, necessariò agens , agit secundum vltimum potentiæ suæ , quia sicut non est in potestate sua agere, & non agere , ita nec intensè , & remissè agere. *ibidem*. D.8.Q.5.§. *Contra igitur.* ℣. *Item omnis causa* . S. 20.

Causa prima potest causare , ex se, omne causabile , quia habet potentiam cuiuscunque causæ secundæ, totam etiam , quæ est in causa secunda quantum ad quodlibet perfectionis , quod est in quacunque causa secunda. *ibidem* . T. 20.

Causa prima habens in se causalitatem omnem causæ secundæ quantum ad quodlibet , quod est perfectionis , potest immediatè causare , ex se , omne causabile , sicut & cum causa secunda *ibidem* .

Causa prima si necessariò causat quicquid potest causare , sequitur quod nulla causa secunda aliquid causat , & quod causæ secundæ priuentur actionibus suis : & si hoc non habeatur pro inconuenienti , sequitur maius inconueniens, quod causabit & omnia , & vnum solum, ita quod omnia erunt tantum vnum , quia sicut causabit omnia causabilia propter hoc , quod causat omnia, quæ potest causare : ita etiam in quacunque causatione causabit quantum potest causare , & ita perfectissimum : & ita omnia erunt illud vnum causatum, & tunc omnia erunt vnum. *ibidem* .

Causa prima si necessariò causat , & vltima causatione , sequitur , quod mouebit in non tempore , aut saltem mutabit Cælum in noo tempore , ita quod Cælum non propriè mouebitur. *ibidem.* ℣. *Per idem* . V. 21.

Causam primam esse multò perfectius ostenditur ex passionibus causatorum consideratis in metaphysica , quàm ex passionibus naturalibus , vbi ostenditur primum mouens esse ; perfectior enim cognitio, & immediatior est de primo ente cognoscere ipsum , vt primum ens, vel vt *necesse esse*, quam cognoscere ipsum , vt primum mouens . *Prol.* Q.3. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis* . ℣. *Secundo quia* . V. 21.

Causa omnis prima plus agit , quam secunda : ista propositio est vera de causa , & causato, propter hoc, quod in causis ordinatis est alia virtus causandi, & principalior in priore : non autem in principio , quod non est causa , quia ibi non est alia virtus principiandi . 1. D.12.Q.2. *Ad vltimum principale* . D.4.

Causæ primæ secundum, Philosophum, simpliciter necessarium est coagere secundis,secundum quod potest eis coagere : coagendo autem naturæ intellectuali iam videnti essentiam suam quantum potest agere, sequitur delectatio, quia causæ proximæ illius delectationis quantum est ex se , necessitantur ad illum effectum : sed Theologi negant istam propositionem, quòd ad quodcunque necessitatur causa secunda , quantum est ex se, necessitatur & prima ; quia negant primam necessariò coagere secundæ quantum potest. 4. D.48.Q.1.§. *Hic dicitur.* ℣. *Contra secundam conclusionem* . C. 6.

Causa prima contingenter se habente ad effectum , effectus est simpliciter contingens , & potest simpliciter non esse ex hoc , quod illa causa potest in suo ordine simpliciter non causare,& illa non causante, nulla alia causabit. 4. D. 48. Q.2.§. *Ad quæstionem.* ℣ *Possibilitas secundæ* . E. 9.

Causam primam posse ista causata non solum priuare suis actionibus,sed etiam proprijs entitatibus, bene concederet Theologus,quia ea potest non hilare. *Quodl.* Q.7. §. *Sed licet.* ℣. *Ad primam* . O. 23.

Causa prima habet omnipotentiam mediatè , vel immediatè , hoc est , quòd potest causare quodcunque causabile , vel immediatè , vel per aliquod medium , quod subsit causalitati eius. *ibidem* . §. *Quinta conclusio* . ℣. *Ex hoc ad propositum* . V. 27.

Causa prima , secundum primam propositionem de causis, plus causat , quam secunda : verum est , quia causat secundam. 2. D. 37. Q. *Vnica. vel secunda.* §. *Si hæc via* . ℣. *Et cum dicit* . O. 7.

Causa

Causa prima.

Causa prima, quæ nata est habere aliquam causam secundam, ordinatum est, vt non possit in effectum summum illarum causatum sine tali actione causæ secundæ. 3.D.13.Qu.4.§. *Ad quartam*, ℣. *Vtrum tamen*. Q.19.

Causæ primæ in causam secundam propriè dictam, quando simul agunt, non est influentia noua, quæ sit creatio alicuius inhærentis causæ secundæ: Sed influentia ibi est determinatus ordo istarum causatum in agendo effectum communem: instrumentum autem quando agit recipit influentiam propriè ab eo, cuius est instrumentum, quia motionem actualem, & in motione formam, per quam agit in suo ordine. 4. D.1.Q.1. *Ad vltimum principale*. Sf.34.

Causa secunda.

Causa secunda licet coniuncta primæ aliter agat, quam sine ea: non tamen habet virtutem propriam actiuam ex coniunctione tali, sed ex natura sua absoluta. 1.D.17.Qu.2. aliàs tertia. §. *Quantum ad istum*. ℣. *Non dico*. Q.5.

Causæ nulli secundæ conuenit posse habere causatum simpliciter necessarium, licet aliqua causa secunda hoc habet secundum quid; simpliciter enim necessariò causare includit contradictionem, & ideo hoc nulli causæ secundæ conuenit: nec ex hoc, tanquam ex impossibili, inferendo quodlibet ex parte ignis, arguit Aug. cum dicit 6. Trin. cap. 1. *Quod si ignis esset æternus, splendor ab eo causatus sibi esset coæternus*, sed ex ratione communi arguit, scilicet ex ratione producentis, quod non includit contradictionem: & hoc sufficit ad rationem suam. 2.D.1.Q.3.§. *Tenentes istam opinionem*. ℣. *Ad tertium dico*. B.12.

Causa secunda si naturaliter causaret ab æterno naturali consequentia sequitur, quòd necessariò, & coæterne: sed istæ modus causandi includit contradictionem ad ipsum *causare*; alius autem modus causandi, scilicet liberè compossibilis est causæ, & ideo non tollit compossibilitatem in antecedente, & consequenti. *ibidem*. C.12.

Causæ secundæ non possunt causare, nisi proportionatæ, & approximatæ 2.D.1.Q.4.§. *Et quia posset*. ℣. *Tertium probatur*. C.12.

Causæ secundæ non requiruntur propter perfectionem addendam in causando, quia tunc remotius à prima causa esset perfectius, quia perfectiorem requiret causam: sed si requiruntur causæ secundæ cum prima, secundum Philosophos, hoc est propter imperfectionem effectus, vt prima cum alia causa imperfecta possit causare imperfectum, quod secundum ipsos non potest immediatè causare. 1.D.2.Q.2.§. *Ostensis igitur*. ℣. *Hoc nihil obstat*. X.28.

Causarum secundarum totæ perfectiones eminentius sunt in primo, quam si ipsæ formaliter sibi inessent, si possent in esse; quod probatur, quia causa secunda, proxima primæ totam perfectionem causatiuam habet à sola prima, ergo totam perfectionem illam eminentius habet prima causa, quam causa secunda habens formaliter ipsam. *ibidem*

Causa secunda proxima primæ si eminenter continet totalem perfectionem, quæ est formaliter in tertia, habet à prima, quod sic continet perfectionem tertiæ. *ibidem*.

Causæ secundæ, & causati nulla est connexio simpliciter necessaria: nec aliqua causa secunda causat necessariò simpliciter, sed tantum secundum *quid*; quia multæ causæ naturales, quantum est ex parte earum, non possunt non causare effectus, & ideo necessitas est secundum *quid*, quantum scilicet est ex parte earum, & non simpliciter. 1.D.8.Q.5. *Ad vltimum pro Philosophis*. Bb.26.

Causa quælibet secunda dependet ab habitudine primæ causæ ad causatum. *ibidem*.

Causa nulla secunda causat, nisi prima causa causante causatum eius, hoc est prius naturaliter, quam ipsa causa proxima, causat; prima autem non causat, nisi contingenter, ergo secunda simpliciter contingenter causat, quia dependet ab ipsa causatione primi, quæ simpliciter contingens est. *ibidem*.

Causæ secundæ defectus in agendo, in quantum defectus est, non est effectus causæ primæ; ergo defectus procedens à voluntate Angeli, in primo instanti suæ creationis, non fuisset à Deo, vel à causa prima, sicut nec nunc est. 2.D.5. Q.2.§. *Respondeo primo* ℣. *Item defectur*. B.4.

Causa secunda, scilicet voluntas semper æqualiter causatur à

Causa secunda.

Deo, non solùm quantum ad conseruari, sed quantum ad causari secundum *Aug. 8. super Genes.* volentem, quod sicut Sol causat lucem in aere, quod aer semper sit lucidus à Sole, quamdiù lux est in aere; sic semper Deus causat vnum: nam conseruari continuè ab ipso, est continuè causari, sicut ergo defectus causæ secundæ infuisset à Deo in primo instanti, cum Deus nunc causet voluntatem, sicut in primo instanti, nunc causaret peccatum, sicut in principio. *ibidem*. ℣. *Item secunda*.

Causa nulla secunda potest esse ratio principali causæ agendi opposito modo illi, qui conuenit principali agenti ex sua causalitate: sic enim causa principalis nō esset causa principalis, quia determinaretur ad oppositum modum à causa secunda ad agendum suo proprio modo agendi. 2.D.7.Q. *Vnica*. §. *Contra conclusione*. ℣. *Et confirmatur*. B.6.

Causa secunda non determinat modum agendi causæ primæ, sed è conuerso. *ibidem*. §. *Restat nunc*. ℣. *Præterea secundo*. P.23.

Causa secunda mediante, quicquid potest Deus: vel sic; Quicquid, mediante causa secunda, potest Deus, immediatè per se posset. 3.D.8.Qu. *Vnica*. § *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo*. D.12.

Causæ secundæ in potestate non est vti prima, sed è conuerso: & ideo tam in via, quam in patria ponitur aliqua forma creata, vt voluntas possit, vt illa forma in operando, & sit in potestate eius, vt sic laudabiliter operetur. 3.D.13.Q.4.§. *Ad argumenta istarum*. ℣. *Respondeo*. R.20.

Causa secūda naturaliter agens potest concurrere cum causa priori liberè agente, & effectus dicitur liber propter libertatem causæ principalis. 3.D.33.Qu. *Vnica*. §. *Ad rationem*. ℣. *Secunda ratio*. E.8.

Causatum secundarum ordinem simpliciter necessarium posuerunt Philosophi, ita quod forma materialis non potest ab alio Agente produci, nisi concurrente materia tanquam causa necessaria præsupposita termino productionis. 4.D.1.Q.1.§. *Ideo dici potest*. ℣. *Et iterum*. Kk.30.

Causam secundam, scilicet, quæ habet formam actiuam in *esse* quieto, agere in virtute alterius, non est recipere tunc aliquid ab illo altero; sed tantum habere ordinem ad illud alterum agens in suo ordine simul: sed instrumentum, id est, recipiens formam in motione, agere in virtute alterius, est tunc actualem recipere formam ab eo, per quam agit. 4.D.1.Q.1. *Ad vltimum principale*. Sf.34.

Causa secunda, & instrumentum plus potest in virtute alterius, quam propria, (supple, sola, præscindendo virtutem alterius;) quia virtus eius propria, est diminuta, & subordinata alterius virtuti; ita quod, sine altera virtute agente, virtus eius non potest in effectum: tamen non potest in virtute alterius plus, quam in propria virtute, id est aliquid, ad quod virtus eius nullo modo se extendit, in suo ordine causandi: vnde ista proposito *In quodcunque ens producibile per creationem potest aliqua causa secunda virtute propria*, falsa est, si accipiat virtutem propriam præscindendo virtutem causæ superioris: in nihil enim potest creatum sine virtute Dei principalis Agentis. *ibidem*. ℣. *Ex istis patet*. in fine.

Causa secunda habet formam propriam in *esse* quieto, quæ est sibi ratio agendi in ordine suo respectu cuius agit causa principalis in suo ordine, ita quod vniuersaliter causa secunda proximè accepta, effectum principalis causæ per formam suam propriam attingit: in virtute tamen causæ principalis, quia subordinatur illi. 4.D.6 Q.5.§. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad primum*. D.6.

Causam secundam, quæ vocatur quandoque instrumentum, non credo semper recipere motionem specialem à causa prima; sed tantum habere subordinationem aliquam formæ suæ actiuæ ad formam alterius, per quam subordinationem, causa priori exeunte in actum in suo ordine causandi, secunda nata est exire in actum in suo ordine causandi: & sic secunda dicitur mouens motum, non quia recipiat motionem à prima, per quam moueat, sed quia in motione sua dependet ab alia, prius naturaliter, actu mouente. 4.D.13.Q.1.§. *De tertio articulo*. ℣. *Secundo sic*. Cc.37.

Causa secunda, & prima non habent distinctos effectus sibi proprios, quia tunc respectu neutrius esset hæc prima, & illa secunda. 4.D.49.Q.1. *Ad quartum principale*. ℣. *Præterea, quod*. Ff.30.

Causa

Causa secunda.

Causa secunda præuenta à causa superiori agente ad vnum oppositum, nunquam potest potentia propinqua exire in aliud oppositum. 4.D.49.Q.6.§. *Dico ergo*. ✠. *Respondeo patet*, G.11.

Causa creata.

Causa nulla creata potest habere virtutem actiuam præeminentem virtuti causæ conseruantis accidentia in illo *esse*, quod habent in Eucharistia. 4.D.12.Q.4.§. *Ad quæstionem*. ✠. *Sed quid*, F.21.

Causa superior, & inferior.

Causarum superiorum, & inferiorum ordo non concludit, quod habens causalitatem eminenter in se, & causalitatem causæ secundæ eminentius, quam illa causa secunda habeat respectu sui effectus, posset immediate in effectum immediatum causæ secundæ; quia si Sol haberet in se causalitatem eminentiorem, quam habeat bos, vel aliud animal, non tamen concederetur Solem immediatè posse generare bouem, sicut mediatè cum boue generare. 1.D.42. Q.*Vnica*. §. *Hic responderi*. B.2.

Causa superior, cum prius comparetur ad effectum, quam causa inferior, si tunc necessariò est omnipotens, vt volunt aliqui, & necessariò agit, secundum eos, in illo instanti producit totum; ergo in secundo instanti, in quo comparatur causa secunda ad eumdem effectum, nihil intelligitur tunc causandum, & ita Agens secundum, vel causa secunda nihil potest causare. *ibidem*. ✠. *Si Philosophi posuerunt*, B.3.

Causa superior quandoque non mouet inferiorem, nec dat ei virtutem, sed superior de se habet virtutem perfectiorem agendi, & inferior habet imperfectiorem virtutem agendi, & nec tamen recipit virtutem istam imperfectiorem à perfectiori, quæ est perfectioris virtutis. 1. D. 3.Q. 7.§. *Ad quæstionem*. ✠. *Qualiter*, L.21.

Causa superior sicut determinatur ad agendum, concurrente aliqua particulari causa inferiori, sicut Sol ad generandum hominem, concurrente homine agente, & bouem, concurrente boue, non autem per aliquam formam in se receptam; ita intellectus, qui est causa superior, & causa illimitata determinatur ad hoc obiectum concurrente causa particulari determinata, puta ad agendum circa hoc obiectum, concurrente hac specie. 1.D.3.Qu.7.§. *Ad authoritatem*, ✠. *Vel Aliter*. Bb.29.

Causa inferior fortè nunquam agit in virtute superiori, propriè loquendo, nisi in forma sua, qua agit, aliquo modo dependeat à superiori forma, licet non tunc, quando agit, recipiat eam ab illo, sed prius duratione, vel natura. 2.D. 3.Q.8.§. *Ad quæstionem*. ✠. *Ad propositum*. F.12.

Causa superior sicut potentia absoluta potest ad oppositum, scilicet actus beatifici in beato, non tamen ordinatè: sic simpliciter est possibile impedimentum cessare, & voluntas illa potest peccare: sed non est possibile potentia ordinata impediens cessare: nec etiam est in potestate voluntatis propinqua peccare, quia non est in potestate eius, quòd impediens cesset, sicut non est in potestate causæ secundæ actus primæ. 4.D.49.Q.6.§. *Dico ergo*. ✠. *Ad propositum*. I, 14. *Additio*.

Causa superior non determinatur à voluntate creata: non est ergo simpliciter contra naturam eius, quod determinetur à causa superiori, hoc est, quod non potest contra naturam eius oppositum agere, sicut esset contra naturam eius determinari ab habitu, siue à natura inferiori. 4. D. 49.Quæst.6.§. *Dico ergo*. ✠. *Respondeo*, *quod voluntas*. K.15.

Causa inferior non potest determinare modum agendi causæ superioris, quia non potest ipsam determinare ad agendum. 4. D. 49. Quæst. 10. §. *Respondeo ergo*. D.5.

Causa superior si necessario agit, hoc habet per aliquid intrinsecum formæ suæ, vel ex natura sui. *ibidem*.

Causa superior si necessitate agit, eadem necessitate mouet causas inferiores ad agendum actiones suæ actioni necessarias: cum ergo ad actum voluntatis requiratur apprehensio intellectus, sequitur, quod si voluntas necessariò velit beatitudinem, quod determinabit intellectum ad semper considerandum de beatitudine, quod est falsum. *ibidem*. ✠. *Tunc ergo*. D.5.

Causa inferior nunquam est in potentia propinqua ad effectum, nisi causa superiore agente, quia illa superior primù determinatur, & ipsa determinata, inferior necessariò cooperatur, si inferior sit causa naturalis. 3.D.4.Q.*Vnica*. §. *Potest dici*. ✠. *Istud declaratur*. D.32.

Causa quo ad perfectionem.

Causæ nulli neganda est perfecta causalitas, nisi manifeste appareat imperfectio causalitatis in ea, quia nullam naturam negandum est perfectionem habere, qua non est euidens eam carere. 1. D. 17. Quæst. 2. §. *Qui vellet tenere*. M.12.

Causa superior est perfectior in causando, ergo in infinitum superior est in infinitum perfectior, & infinitæ perfectionis in causando, & per consequens non causans in virtute alterius, quia quælibet talis in virtute alterius causans, est imperfectè causans, quia est dependens ab alia in causando. 1.D.2.Q.2. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Probatio istarum*. K 14.

Causa perfecta, & independens naturaliter causando, & naturaliter agens videtur posse producere immediatiora sibi perfectiora, quia producit secundum vltimum potentiæ suæ. 1.D.36.Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ✠. *Præterea quarto*. B.4.

Causæ, sicut differunt in perfectione, & entitate, & causalitate in causando entitatem causati, ita & in causando cognoscibilitatem eius. 3.D 22.Q. *Vnica* §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ✠. *Ad secundum*. H.16.

Causam perfectius cognoscens, licet possit plura cognoscere, quando est causa perfectius repræsentans causata, non tamen e conuerso, quia potest stare cognitio principij in se, non aucta, congnitionibus pluribus ex eo elicitis, & ita de causa, & effectibus pluribus cognitis. 3.D. 14.Q. 2.§. *Contra rationem*. ✠. *Ad argumentum*. H.12.

Causa dicens prioritatem perfectionis, quanto aliquid potest esse simul plurium: vel sic: Quantò aliquid simul potest esse causa dicens prioritatem perfectionis, tantò est perfectius: & ita si potest esse simul infinitorum, potest esse simul infinitum. *ibidem*. §. *Contra istud*. ✠. *Illud etiam*. I.15.

Causa aliqua creata, estò non posset inueniri nobilior anima quæ terminat generationem, vel per propagationem ex semine, vel per productionem ex putri; prius esset concedendum, quòd ipsa esset immediatè à Deo, quam negaretur, quod nihil imperfectius potest esse causa totalis effectiua alicuius simpliciter perfectioris. 4. D.12. Q.3.§. *Dico ergo ad quæst*. ✠. *Dico ergo*, *quod propter*. I.16.

Causa per se, & per accidens.

Causis in per se, siue in causis per se, & per accidens tantùm est comparatio vnius ad vnum causæ, scilicet ad causatum. 1.D.2.Q.2.§. *Quantum ad primum*. ✠. *Et ad propositum*. I.11.

Causa per se est, quæ secundum naturam propriam, & non secundum aliquid sibi accidens, causat, & causa per accidens e conuerso. *ibidem*.

Causa per se nihil est, siue, nihil est causa per se, nisi vt ab ipso, tanquam à priore, essentialiter dependet causatum. *ibidem*. ✠. *Secunda conclusio*. L.16.

Causa per se illud est, quo posito, & circumscripto alio, vel variato, sequitur effectus. 4.D.43.Q.4. §. *Intelligendum*. ✠. *Respondeo*. D.14.

Causa per se est prior causa per accidens vel natura, vel perfectione, non autem semper origine, vel natura, sicut amotio, vel fractio trabis, quæ est causa per accidens, descensus grauis est prior natura causa per se ipsius motus grauis. 2. D.25. Q.*Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ✠. *Ad aliud*, *cum dicitur*. R.21.

Causa per accidens reducitur ad causam per se priorem, vel ad se ipsam, vt est causa per se respectu alterius effectus; sicut fodens, fodicatione est causa per accidens inuentionis thesauri, & causa inuentionis aquæ per se, & vt

per

Causa per se, & per accidens.

per accidens reducitur ad se ipsam, vt per se: vel reducitur ad aliam se priorem perfectione. *ibidem*.

Causa omnis per accidens prior est aliqua causa per se. 1, D. 2. Q. 2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Quod autem*. R.20.

Causa actiua.

Causa actiua, quæ est illimitata ad diuersos effectus, concurrentibus illis, quæ requiruntur, eo modo, quo requiruntur, causat diuersa; sicut Sol constringit lutum, & dissoluit glaciem, propter diuersam dispositionem in passo. 2. D.26. Q. *Vnica*. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Si autem*. A.5.

Causa aliqua, non videtur rationabile, quod possit esse actiua respectu perfectioris in aliqua specie, & nullo modo possit esse causa actiua respectu imperfectioris eiusdem rationis. 1. Dist. 3. Quæst. 7. §. *Contra neutra*. G.13.

Causa omnis actiua habens virtutem respectu alicuius effectus, & non præuenta ab alio totaliter causante illum effectum, in eo instanti, in quo producitur, potest agere ad productionem eius. 3. D.4. Q.1. §. *Potest dici*. ℣. *Ex istis tribus*. D.12.

Causa quo ad efficaciam.

Causa efficacior, non necessariò producit effectum æquè citò, sicut causa minus efficax, si illa efficacior sit Agens voluntarium, quale est Deus respectu beatitudinis. 2. D.5. Q.2. *Ad primum principale*. P. 17.

Causa determinata, & indeterminata.

Causa vltima determinatione ad aliquid determinata si non poneret effectum in *esse*, hoc non videretur, nisi propter impotentiam eius, vtpotè quia non sufficeret ex se, vel quia esset impedita ab aliquo alio, vel propter imutabilitatem eius antequam intelligatur effectus poni in *esse*. 1. D.46. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. A.2.

Causa indeterminata ad alterutrum oppositorum, cum non possit in vtrumque simul 9. *Meta. Tex.* 10. *de potentia rationali*, si potest se ipsam determinare ad vnum oppositorum contingenter, vel non ineuitabiliter; habetur quod aliquid contingenter euenit in rebus: si autem non potest se ipsam determinare, sed aliud determinat ipsam ad vnum illorum: vel ergo necessariò, vel contingenter: si necessario, effectus euenit ineuitabiliter: si determinans contingenter, & euitabiliter ad vnum illorum determinat, ita quod possit determinare ad aliud, tale determinans non potest esse, nisi voluntas, quia omnis causa naturalis actiua est determinata ad vnum effectum: vel si causa naturaliter est indeterminata, non potest se ipsam, nec aliam determinare. 2. D.25. Q. *Vnica*. §. *Dico ergo*. ℣. *Vna ratio*. S.22.

Causa quando est illimitata, ex perfectione sua, ad plures effectus in se, ex se est determinatissima determinatione excludente contradictionem, vel indifferentiam ad contradictoria ad quodcunque illorum plurium, quia si esset tantum illius, esset determinata ad illud: sed quod extendit se etiam ad aliud causandum, nihil diminuit de virtute sua respectu illius, nec impedit determinationem sui, respectu illius. 4. D.50. Q.3. §. *Respondeo*. ℣. *Remanet ergo*. A.2.

Causa mediata, & immediata.

Causa media causata, non necessitat primum Agens ad causandum effectum illius causæ mediæ absolutum, vt patet de Sole; igitur si non causat immediatè necessariò absolutum posterius, non causat necessariò illud, posita causa priore, si qua sit causa. 1. D.1. Q.4. §. *Negatiua istius*. ℣. *Contra, si non*. n.14.

Causa propioquior in effectibus ordinatis dicitur prior remotiori: & tamen possibile esset aliquando causam exire in effectum secundum, licet impediretur à primo: sed dubium est, quomodo effectus posterior potest esse sine effectu priori eiusdem causæ, quando inter effectus est ordo essencialis. 4. D.12. Q.3. *Ad primum principale*. ℣. *Sed prima responsio*. Y.32.

Causæ intermediæ.

Causæ intermediæ actiuæ si sint diuersæ dispositionis, vel passiuæ diuersæ dispositionis in recipiendo, potest esse diuersitas effectuum, dato, quòd in causa prima nulla esset mutabilitas, vel nouitas aliquo modo. Quodl. Q.21. §. *Sed quomodo hoc*. Q.15.

Causa vniuersalis.

Causa vniuersalior dupliciter potest intelligi, scilicet secundum virtutem, seu perfectionem, vel secundum prædicationem. 4. D.1. Q.1. §. *Sed istæ rationes*. B.7.

Causa vniuersalissima perfectione est Deus: ens autem est causa vniuersalissima prædicatione. *ibidem*. C.7.

Causa infinita.

Causa infinita actiua, ex necessitate naturæ, non compatitur sibi aliquod contrarium, siue sit ei contrarium formaliter, scilicet secundum aliquod, quod conuenit sibi essentialiter, siue virtualiter, scilicet secundum rationem effectus sui, quem virtualiter includit, vtroque enim modo impediret quodlibet incompossibile suo effectui. 1. D.2. Q.2. *Ad primum principale*. D d. 35.

Causa præcisa.

Causa præcisa alterius illud est, quo posito (circumscripto, vel variato quocunque alio) sequitur effectus. Prol. Q.1. §. *Antequam hac*. ℣. *Solutio rationis*. L.20. *Additio, quæ deest in editione Hibernorum*.

Causis in præcisis si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis, secundum quod dicit Phil. 1. Poster. Tex. 30. sicut si habere pulmonem est causa respirandi, non habere pulmonem est causa non respirandi. 1. D.43. §. *Hic dicitur*. ℣. *Item in causis*. B. 3. & 2. D.37. Qu. *Vnica*, alias prima. §. *Tertio modo*. ℣. *Præterea in causis*. K. 19.

Causa absoluta.

Causæ absolutæ non sunt solius respectiui causæ. 3. D. 2. Q. 2. §. *De secundo dico*. D. 8.

Causa impedibilis.

Causa impedibilis, dum est impedita, non ponit effectum: dum verò est non impedita, ponit. 4. D.21. Qu.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad propositum*. E.8.

Causa quo ad deficere.

Causam deficere non sequitur ex defectu effectus, maxime si effectus deficit non propter defectum huius causæ, sed alicuius alterius: sicut oportet Theologum dicere quod generatio non deficit propter defectum causæ in sua causalitate, sed propter voluntatem diuinam. 4. D.48. Q.2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed illam*. C.7.

Causa corporalis.

Causæ corporales non obediunt Angelis ad nutum, quantum ad actionem, & alterationem earum. 4. D.49. Qu.13. §. *Respondeo*. ℣. *Hoc non videtur*. C. 6.

Causa vna respectu plurium effectuum.

Causa in creaturis si comparetur ad duos effectus ordinatos, essentialior est eius comparatio ad effectum vtrumque, quam vnius effectus ad alterum: propter enim dependentiam eorum ad causam eamdem ordinatè dependent ad inuicem: & non e conuerso, propter dependentiam vnius ad alteram dependent ordinate ad causam eamdem, igitur si per impossibile destruatur ibi ordo effectuum inter se ordinatorum, non propter hoc adhuc est negandus ordo, & dependentia vtriusque ad causam, quia propter minus impossibile non est concedendum maius impossibile, nec propter minus necessarium est negandum magis necessarium. 2. D.1. Q.1. §. *Quantum ad tertium articul*. L.20.

Causa, quæ secundum se vniformiter se habet ad plures effectus, per hoc, quòd causat vnum, non aliter se habet respectu alterius, vt patet de calorem respectu plurium calefactionum. 2. D.7. Q. *Vnica*. *Contra conclusionem*. ℣. *Confirmatur*. A. 5. *Additio*.

Causa vna potest esse respectu plurium effectuum: Et licet ibi effectus non insint causæ, non tamen est maior repugnantia in illis posterioribus, quæ inhærent, si tamen non

per

Causarum respectu plurium, effectuum.

per se inhæreant, quam in alijs, quæ per se existunt; quia tunc vnum non est causa intrinseca alterius, ita quod ad vnitatem eius sequatur vnitas alterius, & maxime si non sunt adæquata, ita quod vnum eorum in actualitate completa determinet potestatem receptiui. 3. D.8. Q. *Vnica*. §. *Contra istam rationem*. A.6.

Causa nata habere effectus ordinatos non est in potentia propinqua ad effectum remotiorem producendum, nisi propinquiore iam producto, si est ordo essentialis inter effectus: Et per hoc non potest Spiritus Sanctus spirari, nisi à Patre, & Filio simul: ac per hoc non potest creatura creari, nisi simul a tribus personis diuinis. 4. D.12. Q.3. §. *Ad principales rationes*. ℣. *Sed prima responsio*. Y.32.

Causa non determinatur ad certa causata ex se. Quodl. Q.2. §. *De secundo articulo*. I.16.

Causa sufficiens duorum, quorum neutrum est prius naturaliter alio, potest vtrumque sine altero causare. 2. D.9. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad ista*. B.16.

Causarum vnitas.

Causæ in vnoquoque ordine, siue: In vnoquoque ordine causæ oportet ponere, respectu vnius effectus, vnam per se causam, & vnam per se rationem causandi. 1. D.3. Q.7. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Per idem patet*. N. 23.

Causam in suo ordine causandi, prout complectitur omnes causas partiales respectu vnius effectus, non oportet habere vnam rationem causandi, nisi vnitate ordinis, quia si cum vnitate ordinis concurrat vnitas per accidens, hoc accidit: sed vnitas ordinis est per se. *ibidem*.

Causarum connexio.

Causarum connexionem Aristoteles posuit necessariam, ita quod impossibile est, secundum eum primas causas agere sine secundis, siue causam omninò primam sine secunda. 2. D.12. Q.2. *Ad tertium principale*. F.6.

Causarum connexionem necessariam si negaret Aristoteles, habuisset ponere secundum ea, quæ posuit de materia, quòd potuisset eam Deus fecisse sine forma. *ibidem*. ℣. *Sed si hoc*.

Causæ ordinatæ.

Causis in essentialiter ordinatis, inferior non inclinat superiorem, sed è conuerso. 1. D.3. Q.7. §. *Contra neutra*. ℣. *Item in causis*. G.13.

Causarum ordinatarum, altera, quando est indeterminata ad multos effectus, & quasi illimitata, altera autem quasi secundum vltimum virtutis suæ determinata ad certum effectum, illa, quæ est illimitatior, & vniuersalior, videtur esse principalior, & perfectior. 1. D.3. Q.8. §. *Respondeo*. B.2.

Causis in essentialiter ordinatis est comparatio duarum causarum inter se, inquantum ab eis est aliquid causatum. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Et ad propositum*. I.12.

Causæ per se, siue essentialiter ordinatæ à causis per accidens, siue accidentaliter ordinatis differunt in tribus: Prima differentia est, quòd in causis per se ordinatis causa secunda, inquantum causa, dependet à prima: in causis verò per accidens non, licet in *esse*, vel in aliquo alio dependeat; secunda est, quòd in causis per se, & essentialiter ordinatis est causalitas alterius ordinis, quia superior est perfectior; in accidentaliter autem ordinatis non: hæc sequitur ex prima, nam nulla causa à causa eiusdem rationis dependet essentialiter in causando, quia in causatione alicuius sufficit vnum vnius rationis: Tertia est, quod omnes causæ per se, & essentialiter ordinatæ simul necessariò requiruntur ad causandum: alioquin aliqua per se causalitas deesset effectui: In accidentaliter autem ordinatis non sic est, quia non requiritur simultas earum in causando. *ibidem*.

Causæ duæ quando sunt subordinatæ, ambæ causant effectum, sed aliter, & aliter; quia superior plus causat; & ita si cor sit causa superior, & manus inferior respectu literatum, vtrumque causat, tam cor, quam manus; nec tamen prius cor, quam manus producit literas in aliquo vero *esse*, & postea manus addit eis quemdam respectum. 1. D.36. Q. *Vnica*. §. *Per idem*. ℣. *Ad ipsum*. M.15.

Causæ per se, & essentialiter ordinatæ, licet simul concurrant ad vnum effectum causandum, sicut patet de Sole, & homine in generando hominem: causæ tamen accidentaliter ordinatæ non requiruntur se in causando, sed licet vna sit ab alia, ex quo tamen est, habet, & habere potest propriam causalitatem respectu alicuius effectus, non existente causa, à qua est; sicut patet de Platone respectu Sortis, qui potest generare Ciceronem, Sorte non existente, nec causante: Vnaquæque igitur causarum accidentaliter ordinatarum agit, & causat propria virtute. 2. D.18. Q. *Vnica*. §. *Restat igitur*. ℣. *Præterea causa*. H.9.

Causis in quibusdam ordinatis prima dat virtutem secundæ, sicut mouens motum, sic intelligitur quod recipiat à mouente non moto formam aliquam, qua moueat. 2. D.3. Q.8. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad tertium dico*. E.11.

Causæ ordinatæ ad aliquem effectum productum per generationem, licet habeant aliam rationem causandi, & inferior non causet, nisi virtute superioris, illa tamen virtus, siue assistentia, siue influentia (quomodocunque nominetur) non est impressio alicuius formæ, vel alicuius inhærentiam causæ inferiori, sed tantum est ordo, siue actualis coniunctio talium causarum actiuarum: Ex quibus sic coniunctis, & suis proprijs actiuitatibus præsuppositis coniunctioni, sequitur effectus, est communis ambarum causarum. *ibidem*.

Causarum essentialiter ordinatarum vniuersitas est causata. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Probatio istarum*. K.12.

Causæ duæ diuersæ genere, siuè sic, duo diuersa genere non possunt esse causa eiusdem effectus: dico, quod hoc est vniuersaliter falsum; nam essentialis ordo causarum non est indiuiduorum eiusdem speciei: patet per Auicen. 6. *Meta. cap.* 11. indiuidua enim eiusdem speciei non sunt ad inuicem ordinata, neque ordo essentialis causarum est diuersorum speciei: talia enim sunt contraria, vel media, quæ non ordinantur essentialiter ad causandum idem, ergo omnes causæ efficientes diuersæ essentialiter ordinatæ, sunt diuersæ genere. 2. D.9. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ℣. *Et cum postea*. P.32.

Causæ diuersæ, in eodem genere causæ ordinatæ, licet habeant ordinem secundum perfectius, & imperfectius, causæ non tamen habent prioritatem naturæ, quæ dicat posse esse sine se inuicem respectu tertij; imo sicut in vno instanti naturæ materia materiat, & efficiens efficit, ita duæ causæ efficientes ordinatæ, in vno instanti naturæ causant effectum communem, ita quod neutra tunc causat sine altera. 2. D.37. Q. *Vnica*, *aliàs secunda*. §. *Ad solutionem*. ℣. *Respondeo dico*. V.15.

Causare ordo.

Causarum ordo positus à Philosopho si non est necessarius, est difficile videre quomodo causa secunda sit causa effectiua, cum illud non sit causa, sine quo ab alio prius naturaliter causatum habet totaliter *esse*. 4. D. 12. Q.1. *Ad secundum principale*. ℣. *Respondeo ista deductio*. R. ante 27

Causarum principalium, & minus principalium licet aliquando sit ordo: vel sic: Licet sit aliquando ordo causarum principalium, & minus principalium, quarum neutra mouet aliam, sicut se habet obiectum, & potentia cognitiua respectu actus cognoscendi; aliquando autem sit ordo ita, quod principale mouet minus principale vel ad actum secundum, vel primum, ita tamen, quod istæ duæ causæ sint partiales, & integrent per se vnam causam totalem, sicut manus, & baculus respectu motus pilæ, vel sicut Sol, & Pater respectu filij: tamen in causis totalibus respectu suorum effectuum immediatorum potest esse ordo essentialis, ita quod causa secunda sit causa totalis immediata respectu sui effectus, & tamen essentialiter sit secunda, quia secundum suam causationem, sicut secundum suum *esse* essentialiter dependet à prima: non tamen ita, quod ista dependentia sit immediata effectus sui ad ipsam, & ad causam priorem. 2. D.37. Q. *Vnica*, *aliàs secunda*. §. *Si hæc via*. ℣. *Ad secundum*. O.7.

Causarum circulus.

Causis, id est, In causis circulus est inconueniens. 1. D.2. Q. 2. §. *Quantum ad primum articulo*. ℣. *Prima conclusio*. H.11.

Causis, id est, In causis eiusdem ordinis non est circulus. 4. D.49. Q.16. §. *Alij dicunt*. ℣. *Præterea, in causis*. E.13.

Causæ infinitæ.

Causæ secundum Philos. 2. *Met. Tex.* 11. *vel* 13. si essent infinitæ, nihil contingeret cognoscere, & exemplificat tam in causis materialibus, quam in aliis; & ratio sua est, quia tunc cognoscimus rem, cum causam eius cognoscimus: infinitæ autem causæ si essent, non possent pertransiri, igitur nihil posset cognosci. 3. D.22. Q. *Vnica*. §. *Rationes*, ℣. *Præterea, secundum*. B.10.

Causæ incompossibiles.

Causæ, quando earum effectus sunt in aliquo simul incompossibiles, sunt & ipsæ simul incompossibiles semper in causando, quia non possunt simul causare: sed si altera causat, altera non causabit, impedita à fortiori causa illius. 3. D.24. Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. M.23.

Causæ plures respectu eiusdem effectus.

Causis in æquiuocis causa causæ perfectior causa est, quam sit causa proximior causato. 1. D.17. Q.2. §. *Contra istam*. ℣. *Præterea habitus*. L.11.

Causa duas totales esse eiusdem causati, vel perfectas in eodem ordine, est impossibile: tunc enim esset aliquid in aliquo ordine per se causa, quo non posito, nihil minus illud esset perfectè causatum. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Hoc patet tertio*. Q.19.

Causis de pluribus concurrentibus ad eumdem effectum distinguitur: quædam enim ex æquo concurrunt, sicut aliqui duo trahentes idem corpus: quædam verò non ex æquo, sed habentes ordinem essentialem, & hoc dupliciter: vel sic, quod superior moueat inferiorem, ita quod inferior non agat, nisi quia mouetur à superiori, & tunc inferior habet à superiore virtutem illam, qua mouet: quandoque autem superior non mouet inferiorem, nec dat ei virtutem, qua mouet, sed superior de se habet virtutem perfectiorem agendi, & inferior habet imperfectiorem virtutem agendi, & nec tamen recipit virtutem istam imperfectiorem à superiori. 1. D.3. Q.7. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Qualiter autem*. L.21.

Causas diuersas eiusdem oportet prius naturaliter approximari ad inuicem, quam producant effectum: patet per exemplum de igne calefactiuo, & ligno calefactibili, & calore genito. 1. D.5. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea tertio*. B.9.

Causis ab essentialiter ordinatis quarum vna est vniuoca, altera æquiuoca, licet posset esse effectus vnius rationis, sicut exemplificatur de calore: tamen quando causæ efficientes proximæ eiusdem ordinis ad effectum causant aliqua, in quantum ipsæ causæ sunt distinctæ, maximè si vtraque sit vniuoca effectui, siue vniuocatione completa, siue diminuta, non potest à causis talibus distinctis esse effectus vnius rationis. Prol. Q.4. §. *Contra istud arguitur*. ℣. *Ad secundum dico*. Gg.45.

Causæ duæ totales causantes idem causatum non possunt esse, quia vel illud bis acciperet esse, vel non vtraque, vt distincta ab alia, esset causa completa. Quodl. Q.7. *Ad primum in oppositum*. ℣. *Contra, quanquam*. Dd.35.

Causæ plures, concurrentes simul ad aliquem effectum, quandoque sunt eiusdem rationis, & ordinis, vt plures trahentes nauem; quandoque vero sunt alterius rationis, & ordinis: Et hoc dupliciter, quandoque posterior habet virtutem à priore, vt Sol, & Pater in generatione hominis: quandoque posterior non habet virtutem suam à priore, nec dependet in habendo suam virtutem ab ea, sed tantum dependet ab ea in agendo secundum suam virtutem, ita quidem, quod superior principaliua agit, & inferior minus principaliter agit: exemplum forte de Patre, & matre in generatione prolis. Quodl. Q.15. §. *Sed hic sunt*. ℣. *Ad primum dico*. H.10.

Causas duas quando oportet concurrere ad agendum, vna earum, scilicet secunda, non est in potentia propinqua, nisi alia, scilicet prima, concurrente. *ibidem*. §. *Si verò*. ℣. *Ad aliud*. R.19.

Causis aliquibus actiuis formaliter, vel virtualiter contrarijs concurrentibus circa idem passum, vna ex illis non est magis actiua simpliciter, vel minus, quia alia concurrit circa idem passum, sed tantum vna est minus actiua in illud, quia alia concurrit, propterea quod illa alia impedit. 4. Dist.12. Q.3. §. *Dico ergo*. ℣. *Quando ergo*. X.31.

Causæ duæ partiales non ponuntur respectu eiusdem effectus, quando altera præcisè habet totum effectum in virtute sua vniuocè, vel æquiuocè: probo, si enim altera haberet in virtute sua totum effectum, sequitur, quòd totum potest producere, igitur alia causa partialis nihil potest producere, vel idem bis produceretur. 1. Dist. 3. Quæst.7. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ℣. *Sed dices*. X.31.

Causæ duæ quando concurrunt ad eumdem effectum, sufficit in propinquiori similitudo formalis, & in remotiori virtualis, seu similitudo æquiuoca. *ibidem*. §. *Ad auctoritatem*. ℣. *Bene concedo*. A a.39.

Causæ duæ distinctæ genere non possunt causare effectum eiusdem rationis: ista propositio est falsa de causis partialibus quomodocunque ordinatis ad eumdem effectum, hoc est, quod sit ordo essentialis earum, & non sint omnino eiusdem rationis: tales enim, quæ sunt alterius rationis, non sunt tantùm distinctæ specie, quia huiusmodi non concurrunt communiter, vt causæ ordinatæ ad eumdem effectum; nec tantum distinctæ numero, quia tunc non essent alterius rationis, vel generis, igitur distinctæ genere: Et si accipias, quod non totali genere: Ex ratione distinctionis generis non potest quæri magis hoc in hoc genere, quam in alio. 2. D.3. Q.8. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad quartum dico*. G.12.

Causæ duæ sunt agentia duo, vt intellectus, & species intelligibilis; si dicatur, quod requirantur ad effectum communem, v.g. intellectionem, in quantum altera genere, non sequitur quin effectus sit homogeneus, & simplex effectus: effectus enim simplicissimus potest causari à causis essentialiter ordinatis, quæ differunt genere. 2. D.9. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ℣. *Dico, quod vtrumque*. Q.32.

Causæ duæ, siue agentia duo, si non requirantur respectu eiusdem effectus, non sequitur, quod tunc tantum possit vnum tendi, quòd sufficeret ad agendum: aliqua enim perfectio causalitatis requiritur in duobus, licet oporteat esse diuersæ generis, quæ perfectio non potest esse in altero eorum quantumcunque intenso, ita nec effectus eorum. *ibidem*.

Causæ duæ, vel Agentia duo diuersa genere non requiruntur per se respectu vnius intellectionis, in quantum diuersa genere diuersitate absoluta. *ibidem*. ℣. *Sed non curando*. Q.33.

Causæ duæ partiales continentes vnam causalitatem completam, siue sint eiusdem rationis, vt duo trahentes nauem, siue sint alterius rationis, vt intellectus agens, & phantasma, secundum aliquos, in mouendo intellectum possibilem, ita se habent, quod neutra causa potest dici complete facere, sed ambæ faciunt completè, & totaliter: vtraque autem per se non nisi diminutè, & partialiter: vnde magis propriè dicitur vtraque alteri coagere, quam facere effectum: nec similiter tales duæ causæ omnino similiter causant effectum. *Quodl*. Q.8. §. *De primo*. ℣. *Ratio*. A.4.

Causæ duæ partiales quando concurrunt ad effectum communem ambarum, potest esse defectus in productione effectus, ex defectu vnius causæ concurrentis præcisè, & non alterius. 2. D.37. Q. *Vnica, alias secunda*. §. *Ad solutionem*. T.14.

Causæ duæ quando concurrunt ad constituendum tertium, posterior non dat priori aliquid pertinens ad propriam causalitatem eius. 3 D.13. Q.4. *Ad tertium principale primæ quæstionis*. L.14.

Causam vtramque partialem alicuius effectus requiritur esse summè perfectum ad summum effectum causandum secundum ordinem causarum nunc præfixum. *ibidem*. S.21. in fine.

Causa respectu casualis, & fortuiti.

Causa ordinata ad productionem alterius, impedita, producit casuale. 1. D.2. Q.7. *Ad secundum principale quartæ quæstionis*. ℣. *Si instatur*. S.29.

Causa aliqua per se intendens requiritur respectu cuiuscunque effectus, etiam fortuiti, quia sub intentione causæ vniuersalioris cadunt plures effectus, & ita sub inten-

Causa respectu casualis, & fortuiti.

intentione causæ primæ cadunt omnes: Sed quando alicuius effectus non apparet causa proxima per se, siue intendens, tunc ille dicitur effectus fortuitus, vel casualis: & sic est intelligendum illud Aug. *in academicis quæstionibus in principio*, vbi dicit, *fortasse nihil aliud in rebus casum vocamus, nisi cuius ratio secreta est*: Et hanc opinionem tangit Philosophus *in libello de fortuna cap. 2. Si autem*, inquit, *à fortuna nihil dicendum est fieri, sed non ita existente causa propter non videre*, hoc est, quia non videmus eam, *fortunam dicimus esse causam*. *Quodl.* Q.21. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Tertia conclusio*. C.4.

Causa intrinseca, & proxima effectus fortuiti, secundum Aristotelem *in libello de bona fortuna*, est impetus: dicit enim sic: *Est ergo bona fortuna sine ratione natura; Bene fortunatus enim est sine ratione habens impetum ad bona, & hæc adipiscens; hoc autem est natura; in anima enim inest tale, natura, quo impetu ferimur sine ratione, ad quæ vtique bene habebimus: & si quis interroget ab operante, quare sic facit, nescio, inquit, sed placet mihi, simile patiens his, quæ à Deo aguntur, etenim à Deo vecti sine ratione impetum habent ad operari aliquid. ibidem*. ℣. *Dicendum*. I.9.

Causa corruptiua hominis.

Causa extrinseca corruptiua hominis est duplex, vel scilicet propter dispositionem contrariam continentis, vel propter violentiam illatam ab aliquo extrinseco: primo modo contingit dupliciter, quia vno modo continens directè corrumpit contentum, vt ignis corpus, quod continet: aliud est continens, quod non directè corrumpit, sed prohibet illud, quod est necessarium ad vitam, cuiusmodi est aqua, quæ prohibet inspirationem, & respirationem, & similiter terra: & ista sunt citò corrumpentia: Est etiam continens corrumpens, sed non ita subitò, vt aer regionis intemperatæ. 2. D.19. Q. *Vnica*. §. *Concedo*. ℣. *Sed quid de causa*. E.6.

Causa quietis Dei grauis.

Causa nulla coæuè cum ipso graui, causans quietem ipsius grauis est, nisi ipsum graue, & per consequens graue effectiuè mouet, & per consequens mouetur ad illam quietem à se ipso, quia ista duo sunt ab eadem causa. 2. D.2. Q.10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Hoc etiam poterit*. D.6.

Causa mouens Cœlum.

Causæ mouentes Cœlum sicut sunt sufficientes per tantum tempus à principio Mundi, vsque ad iudicium, ita sunt potentes mouere in infinitum: virtus illa infinita primi motoris sufficit ad mouendum ex se in ordine primæ causæ; & aliæ virtutes sufficiunt per istud sempiternum mouere in virtute illius. 4. D.48. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Quid ergo*. D.8.

Causa pluuiæ.

Causa si esset nata eleuare vaporem, de necessitate generaret pluuiam: si verò fortior causa in oppositum eueniret, de necessitate impediretur: Et hoc notum est Angelo: Et secundum hoc quicquid ex talibus causis euenit, pro illo instanti, in quo euenit, & in sensu diuisionis, non euenit contingenter, ita quod possit non euenire. 2. D. 14. Q.3. *Ad secundum principale*. K.7.

Causa sufficiens intelligendi Angelo, & animæ.

Causa, quæ est ex parte Angeli sufficiens ad hoc, quod essentia Angeli sit sufficiens ratio intelligendi se ipsum, etiam ipsa talis est ex parte Animæ: sed in anima sunt impedimenta, in Angelo non: non enim intellectus Angeli habet talem ordinem ad imaginabilia, sicut habet intellectus noster pro statu isto: Et propter illam impotentiam intelligendi immediatè, dixit Philosophus, quòd intellectus non est aliquid intelligibilium ante intelligere. 2. D.3. Q.8. *Ad primum principale*. ℣. *Ad formam*. I.14.

Causa vnionis gratiæ.

Causa extrinseca, cuius actio necessariò requiritur ad hoc, vt ponatur vnio gratiæ cum aliquo subiecto, non potest esse, nisi solus Deus. 2. D.7. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. ℣. *Ad propositum*. K.18.

Causa meritoria.

Causa perfectissima meritoria gratiæ, quam Trinitas disposuit dare generi humano, fuit Christus, complens cursum suum in hac vita nobiscum. 4. D.2. Q.1. §. *Respondeo*. ℣. *Item probatur*. A.2.

Causa, quæ tantum est meritoria, non potest esse principalis: non enim causat, nisi ab aliqua causa principaliori acceptetur, quæ propter illud acceptum principaliter causat, ergo esto, quod Trinitati redemptionem teneremur, tanquam Domino supremo, quodam nouo iure vltra ius dominij, quod habet ex creatione (quod verum esset, si tantum bonum esset nobis redemptio, vt accepta à Trinitate, quantum creatio) adhuc non sequitur, quod Christo, secundum naturam humanam, ratione redemptionis obligamur vt supremo Domino. 4. D.48. Q.1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Ad rationes*. B.5.

Causa vituperabilis.

Causa omnis actiua in vniuerso, præter voluntatem, est naturaliter actiua: & ideo nulla, præter voluntatem, est vituperabilis. 2. D.42. Q.4. § *Ad quæstiones istas*. ℣. *Præterea omnis*. A.1.

Causa demeritoria.

Causa nulla potest esse demeritoria respectu characteris delendi, cum enim imprimitur in actu peccandi mortaliter, nihil potest demereri ipsum tolli. 4. D.6. Q.9. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad quintum*. N.20.

Causa peccati.

Causa libera peccati, vt voluntas, licet non causet formaliter quod est in peccato, efficiendo, sed deficiendo: causat tamen efficiendo aliquod positiuum, cui annexus est iste defectus deficiendo causatus: & ita stant auctoritates de accidentalitate ex parte effectus de *Diuin. nominib. cap. 4. Nemo agit ad malum respiciens*. 2. D.37. Q. *Vnica aliàs secunda*. §. *Propter igitur*. ℣. *Quantum ad primum*. Q.9.

Causa, qui est, siue: *Qui est causa omnienti*, inquit Aug. *lib. 83. QQ. Q. 1. vt sit, non est causa non essendi, vel vt non sit, quia illud, quod est ab eo, in quantum est, bonum est*; Est autem Deus causa omnis boni: non est ergo Deus causa non essendi alicui, ergo nec causa peccati alicui, quod formaliter est non esse. 2. D.37. Q. *Vnica aliàs secunda*. §. *Sed tunc restat*. ℣. *Item in eodem*. R.11.

Causa prima peccandi est voluntas ex Aug. 3. *de libero arbitrio: nihil enim est peccatum, nisi quod est in potestate facientis, & nihil est in potestate facientis, nisi quod est in potestate voluntatis eius*; quia nihil, præter hoc est imputabile: Et ideo dicit 12. *de Ciuitat. cap.* 8. quod defectus voluntarios sequitur debita pœna. Ex quo sequitur, quod in solo *velle* est peccatum primò, & in alijs, non nisi mediante *velle*. 2. D.42. Q.4. §. *Ad quæstiones*. ℣. *Item Aug*. A.1.

Causabile.

Causabile ens non potest habere differentias istas *necessarium*, & *possibile* esse; sed omne ens causabile est tantum possibile: & ideo non est imperfectionis in causa non posse causare istas differentias, quia ad impossibile nulla est potentia. 1. D.8. Q.5. §. *Ad argumenta posita*. ℣. *Per hoc apparet*. A s. 25.

Causalitas.

Causalitas nulli debet attribui respectu alicuius, nisi talis sit euidens ex natura rei, vel causæ, vel causati: nulli etiam causæ neganda est perfecta causalitas, nisi manifestè appareat imperfectio causalitatis in ea, quia nullam naturam negandum est perfectionem habere, qua non est euidens ea carere. 1. Dist. 17. Quæst. 2. §. *Qui vellet tenere*. M.12.

Causalitas.

Causalitas non est, nisi respectu diuersi simpliciter. *Quodl.* Q.7.§.*Hic praemittendo*.℣.*Secunda distinctio*.B.4.

Causalitas finalis, & efficientis.

Causalitas causae finalis est mouere efficiens ad agendum. 1. D.1.Q.5.§.*Ad primum primae quaestionis*.℣.*Respondeo, respectu*. n.6.

Causalitas, & causatio causae finalis est simpliciter prima, secundum Auicen.6.*Meta.cap.vltimo*, dicentem, quod si de qualibet causa esset scientia, illa, quae esset de causa finali, esset nobilissima: ipsa enim, quantum ad causalitatem praecedit causam efficientem, quia mouet eam ad agendum: & ideo causalitas primi finis, & eius causatio est penitus incausabilis secundum quamlibet causationem. 1. D.2.Q.2.§.*Ostenso esse*.℣.*Nunc Vlterius*.S.22.

Causalitas primi finis est mouere efficiens primum, sicut amatum ab ipso; quod est idem quod primum efficiens amare primum finem, quia nihil aliud est obiectum amari à voluntate, quam voluntatem amare obiectum. *ibidem*.

Causalitas efficientis, & finis, nullam imperfectionem includit, sed perfectionem.1.D.8.Q.1.§.*Ad quaestionem*.℣.*Primum sic*. B.2.

Causalitas causae efficientis, & conseruantis, non terminabatur (in incarnatione) nisi ad aliquod *existere*: non increatum, quia nihil efficit se, igitur ad creatum. 3.D.6.Q.1.§. *Contra conclusionem*.℣.*Item illam naturam*. A.3.

Causalitas materialis, & formalis.

Causalitas causae materialis non dicit perfectionem simpliciter: & ideo, licet reductio fiat ad aliquod primum in illo genere: illud tamen non est simpliciter primum, sed rorum illud genus reducitur ad aliquod primum in alio genere, quod non includit imperfectionem, puta ad aliquid in genere causae efficientis.1. D.5.Q.2.§.*Contra istam opinionem*.℣.*Item quarto*. C.9.

Causalitas materiae, & formae non est simpliciter prima: necessariò enim praesupponit causalitatem efficientis priorem.1.D.8.Q.1.§.*Ad quaestionem*.℣.*Primum sic*.B.2.

Causalitas materiae, siue potentiae passiuae est contradictionis ex 9. *Meta. Tex*.17. quae non est necessitas, sed contingentia inhaerentiae, igitur non est necesse efficiens, & effectum distingui subiecto.2.D.25.Q.*Vnica*.§.*Contra conclusionem*.℣.*Quod etiam dicunt*. C.11. *Additio*.

Causalitas principij.

Causalitas in principio respectu conclusionis propter primitatem quamdam in principio, & non primitatem in conclusione non est talis, qualis est in entitatibus votius entis respectu alterius, ita quòd illa causalitas in principio ponat veritatem aliam formaliter à veritate conclusionis. 1. D.8.Q.5.§.*Istis rationibus*.℣.*Haec instantia*, R.18.

Causalitas habitus, & potentiae.

Causalitas habitus, & si sit diminuta, & causalitas potentiae sit diminuta: tamen alterius rationis est causalitas habitus, quàm causalitas potentiae, quia, ex ratione sui, habitus est causa secunda, quae scilicet potest vti; & ita si in infinitum augeretur, nunquam posset fieri principium vtens, sicut virtus generatiua patris quantumcunque augeretur, non posset fieri virtus solis: non igitur eiusdem rationis est causalitas habitus cum causalitate potentiae, vt illa intensa possit ascendere ad istam, sed semper sunt alterius rationis: & tamen haec cum illa causans, causat actum perfectiorem, quam si solum causaretur ab vna illarum.1.D.17. Q.2.*aliàs tertiam. Ad tertia protertia opinione*. V.10.

Causalitas illa partialis, quae attribuitur habitui, conuenit sibi ex parte, qua obiectum dicitur actiuum respectu actionis, & non ex ea parte, qua potentia dicitur actiua, quia magis habitus vim suam habet ex obiecto, quod determinatè includit, quam ex ipsa potentia. *ibidem*.§.*Sed tunc est vlterius dubium*.℣.*Et secundum hoc*. Ll.28.

Causalitas causae primae ad extra.

Causalitatem habens eminenter in se, & causalitatem causae secundae eminentius, quam illa causa secunda habeat respectu sui effectus, non est manifestum naturali ratione, quod posset immediatè in effectum immediatum causae secundae: ordo enim causarum superiorum, & inferiorum hoc non concludit.1.D.42.Q.*Vnica*.§.*Hic responderi*. B.2.

Causalitas primae causae immediatè perfecta est: ideo Philosophi posuerunt eam non posse immediatè esse causam alicuius imperfecti effectus, & ideo oportebat causam agentem aliam imperfectiorem, vt illa prima non produceret secundum vltimum potentiae suae, sed cum illa causa secunda effectum diminutum, & imperfectum produceret, hoc est, non ita perfectum effectum produceret, sicut si immediatè produceret, non mediantibus causis secundis. *ibidem*.

Causalitas respectu creaturarum est in tribus personis diuinis, & hoc respectu earum, vt causatatum quantum ad verum *esse*, siue quantum ad esse simpliciter. 2.Distinct. 1.Quaest.1.§. *Ad solutionem quaestionis*. C.D.8.

Causalitas eadem, & aequè perfecta proxima creandi est in patre, sicut in tribus, *ibidem*. ℣. *Secundo quantum*. F. 11.

Causalitas perfecta, ex sui ratione, inquantum scilicet dicit comparationem ad productum extra, vel ad productionem extrinsecam, videtur quod non requirat habitudinem ad productionem intrinsecam; licet idem fundamentum necessariò sit ratio, & causa vtriusque productionis intrinsecae, & extrinsecae, & prius intrinsecae, quam extrinsecae.*ibidem*.§.*Quantum ad tertium* ℣.*Et ideo*. L.21.

Causalitas perfecta respectu causabilium, extra necessitate, est in tribus, & hoc respectu omnium causabilium in quocunque esse causabili, siue simpliciter, siue secundum *quid*, ita quod non possit non esse in tribus: tamen si per impossibile esset vna persona absoluta, simpliciter esset in ea talis causalitas perfecta.*ibidem*.§ *Ad quaestionem*. M.32.& 3. D.1. Q.1.§.*De secundo*.A.3.

Causalitas perfecta, ex ratione istius termini, non videtur necessariò includere quod ipsa sit in tribus, sicut nec, ex ratione istius termini, includit rationem productionis ad intra, licet illa to necessariò praesupponat ut sibi, sicut nec posse ignire, ex ratione sui, necessariò includit posse calefacere, licet in re praesupponatur. *ibidem in secundo*.

Causalitas causata.

Causalitas causata, vel dependens in causando non est infinitè perfecta, quia est imperfecta respectu illius, à quo dependet: Vnde si in infinitum ascendat in causis, aliqua erit omninò incausata, nec dependens in causando, & per consequens in illa erit status, sic quòd ipsa erit effectiua nun causata, nec dependens in causando, & ab ipso est omnis causalitas causae inferioris, vel saltem in virtute eius causat. *Quodl*.Q.7.§.*Quinta conclusio*.℣.*Potest autem*. T.27.

Causalitas animae respectu intellectionis.

Causalitas totalis, respectu totius entis, non potest poni in forma perfecta, quae est anima intellectiua, quae ordinatur ad totum ens; tunc enim poneretur in ea virtus actiua illimitata: sed tamen potest poni causalitas partialis in ea, & partialis in obiecto, vt sic ipsa possit cooperari perfectioni suae circa quodcunque obiectum, & obiectum etiam quodcunque cooperari sibi, magnum obiectum ad magnam perfectionem, & paruum ad paruam. 1. Dist. 3. Quaest. 7. §. *Ad argumenta opinionum*. ℣. *Respondeo*. P. 26.

Causalitates duae bene requiruntur ad intellectionem, quarum vna causalitas sit ex parte intellectus, & alia ex parte obiecti: sed quandoque istae duae causalitates possunt concurrere in vna natura, sicut quando intellectus intelligit se: nam altera causalitas est communis, scilicet, quae est ex parte obiecti, reliqua autem est determinata ad determinatam naturam, scilicet intellectualem: & sic in natura intellectuali concurrit ista causalitas communis cum illa speciali: non ergo requiruntur per se ad causandū, in quantū differētes genere diuersitate absoluta: & cōcedo, quòd in eodē potest concurrere vtraque causalitas:

Causalitas animæ respectu intellectionis.

litas: nam vbi est illa entitas, quam consequitur eaosalitas obiecti, & illa entitas, quam consequitur causalitas intellectus, idem potest esse totalis causa secundum vtramque causalitatem. 2. D.9. Q.2. §. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. ɏ. *Sed non curando*. Q.33.

Causalitas respectu plurium à gentium.

Causalitas aliqua perfectio requiritur in duobus, licet non oporteat esse diuersa genere, quæ perfectio, sicut non potest esse in altero eorum quantumcunque intenso, ita nec effectus eorum. 2. D.9. Q.2. §. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. ɏ. *Dico, quod vtrumque*. Q.32.

Causalitas respectu posterioris.

Causalitatem propriam, & adæquatam, quòd aliquid habet respectu posterioris essentialiter, non sequitur, quòd habeat causalitatem, qua attingat priùs essentialiter: imo sequitur oppositum, scilicet, quod non habeat causalitatem, qua attingat prius essentialiter. 4.D.12.Q.3.§.*Dico ergo*. ɏ. *Ex hoc patet*. D.9.

Causalitas causæ extrinsecæ.

Causalitatem cuiuscunque causæ extrinsecæ, respectu cuiuscunque causati, perfectè potest supplere prima causa, quia habet omnem talem causalitatem eminentius, quam secunda causa. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ɏ. *Tertia conclusio*. E.9. & D.13. Q.1. ʃ. *De tertio*. ɏ. *Secundo habetur*. Bb 35.

Causalitas subiecti respectu passionis, propter quam est necessitas, quod subiectum non potest separari à passione, erit causalitas causæ extrinsecæ. *ibidem*. D.13.Q.1. ɏ.*Contra primum*. Bb.35.

Causalitas subiecti ad formam.

Causalitas subiecti est receptio formæ: sed impossibile est Deum in se quomodocunque habere rationem receptiui formæ. 4.D.12.Q.4. §. *Ad quæstionem*. ɏ. *Sed contra*. H.24.

Causalitas Angeli de creatis.

Causalitas respectu cognitionis de rebus creatis, principaliter est in Angelo, vel habet perfectionem in Angelo ex parte intellectus agentis, non autem ex parte intellecti, vel obiecti. 2. D.3. Q.11. ʃ. *Contra ex eisdem*. ɏ. *Verum est*. C.6.

Causaliter.

Causaliter quasi, vel originaliter quod aliquid habet ab aliquo hoc, quod sibi conuenit formaliter, non videtur esse contradictio: vel sic; Non videtur esse contradictio quod aliquid, quasi originaliter, vel causaliter habeat ab aliquo hoc, quod sibi conuenit formaliter, sicut calidum formaliter contrariatur frigido, licet causaliter sit ab igne, cui ignis non contrariatur formaliter. 1. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum tertia via*. ɏ. *Dico, quod quasi*. X.45.

Causans.

Causans omne, siue: Omne causans verum ens, oportet, quod habeat aliquod esse existentiæ, inquantum est causa. 1. D.13. Q.*Vnica*. ʃ. *Aliter ponitur, quòd distinguuntur*. ɏ.*Contra istud*. D.8.

Causans totale non potest esse imperfectius causato suo, loquendo de causa effectiua: & tale causans æquiuocum est perfectius, quia non æquè perfectum, species enim se habent vt numeri: & propter nullas instantias particulares neganda est illa propositio vniuersalis, quæ nota est ex terminis. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo*. ɏ. *Dico ergo, quòd*. I.16.

Causare.

Causare effectiuè est perfectionis simpliciter. 1. D.8. Q.5. §. *Contra igitur*. ɏ. *Item omnis*. T.20.

Causare dicit productionem diuersi in esse, & ita contingentes. *ibidem*. *Ad secundum pro Philosophis*. A s.25.

Causare.

Causare naturaliter dicit modum causandi necessarium, & ita respectu necessarij. *ibidem*.

Causandi voluntariè modus, siue: Modus causandi voluntarius non tollit aliquam perfectionem à causabili, sed tollit à causabili necessitatem, & dat perfectionem causato compossibile sibi, sicut voluntariè in causatione dicit modum compossibilem causationi. *ibidem*.

Causare simul potens, siue: Simul potens causare album, & nigrum, non est minus perfectum, si non potest ea simul causare; quia ista non sunt simul causabilia; quia hæc non simultas est ex repugnantia eorum, & non ex defectu Agentis, quia Agens habet simul virtutem respectu amborum, si illa ex se essent compossibilia. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur*. ɏ. *Vltima probabilitas*. X.26.

Causare simpliciter necessariò includit contradictionem, & ideo hoc nulli causæ secundæ conuenit. 2. D.1. Q.3. ʃ. *Tenentes istam*. ɏ. *Ad tertium dico*. B.12.

Causandi diuersus modus non variat causam formaliter: verum est de diuersis modis causandi, qui possunt esse causæ in aliqua causatione: sed si vnus modus in causando est possibilis, & alius impossibilis, secundum modum possibilem causatum erit tale, & secundum modum impossibilem causatum erit aliud, sicut ex impossibili sequitur impossibile, naturali tamen consequentia. *ibidem*. C.12.

Causari, nulla alia realitate posita, non potest aliqua res, quæ prius non potuit causari. 2. D.1. Q.4. §. *Contra istam opinionem arguo*. ɏ. *In ista etiam via*. n.7.

Causari quicquid potest ab aliquo diminutè tali in aliquo *esse* virtute alicuius simpliciter talis, potest ab illo simpliciter tali causa creari. 2. D.3. Q.8. §. *Ad quæstionem*. ɏ. *Præterea in intellectibus*. C.8.

Causare accidens per accidens, puta volitionem, nullam perfectionem tollit à causante, vel imperfectionem ponit in recipiente, quia potius ipsum perficit. 2. D.15 Q.*Vnica*. *Ad tertium principale*. V.24

Causari natum ab aliqua causa, non potest causari ab alia, nisi virtualiter contineat perfectionem illius causæ. 2. D. 39. Q.2. §.*Contra istud*. ɏ. *Præterea, quod natum*. A.3.

Causatio.

Causatio nulla alicuius causæ potest saluare contingentiam, nisi prima causa ponatur immediatè contingenter causare, & hoc ponendo in prima causa perfectam causalitatem, sicut Catholici ponunt. 1. D.39. Q.1. 2. 3. &c. ʃ. *Quantum ad primum*. ɏ. *Supposito ergo*. D. 14.

Causatio effectus realis non requirit ens fationt in causa. 2. Dist.1. Quæst.4. §. *Et quia posset*. ɏ. *Tertium probatur*. C. 12.

Causatio prima æuiterni (supposita successione æui) dicitur creatio, quia sequitur immediatè *non esse* durationis: quælibet autem causatio sequens, sequitur ad *non esse* in subiecto mediatè, ordine durationis, & *non esse* immediatè ordine naturæ, quod *non esse* tunc inesset, nisi causa conseruans daret *esse*: sed ipsum *esse* secundò positum sequitur, ordine durationis, *esse* primò positum; & per hoc est continuatio, & conseruatio eiusdem *esse*. 2. D.2. Q.1. §. *Qui vult tenere*. n.14.

Causatione aliqua illud non habetur completiuè quoad *esse*, cuius oppositum, scilicet *non esse*, videtur posse stare, posita tali causatione ista, propositio in sensu compositionis est vera, quia illud non habetur aliqua causatione completiuè, cuius oppositum stat, stante tali causatione, ita quod ista sint simul: sed in sensu diuisionis est falsa, quia etiam res poterat non esse, licet posita fuerit causatio, quia res poterat habere suum *esse* vltimatè: ita etiam licet posita sit creatio Angeli, potest tamen diuisim, hac posita, stare quod Angelus non sit, licet non coniunctim. *ibidem*. ʃ. *Ad argumenta pro prima opin*. ɏ. *Respondeo*. E.20.

Causatio Dei non est in potestate voluntatis creatæ; sicut nec virtus Agentis superioris est in potestate inferioris Agentis. 2. D.37. Q.1. *alias secunda*. ʃ. *Ideo merito*. ɏ. *Ex prima via*. K.1.

Causationis, & nouitatis connexio non fuit necessaria apud Aristotel. sicut nec apud illos Theologos,

M 3 qui

Causatio,

qui dicunt Deum produxisse aliquid ab æterno. *Quodl.* Q. 7. *Ad secundum in oppositum*. §. *Secundum scilicet*. ℣. *Cum arguitur*. L.L.43.

Causationi, seu ad causationem videtur sufficere suppositum perfectum, habens principium formale perfectum. *Quodl.* Q.14. §. *De primo*. ℣. *De scientia autem*. L. 9.

Causatum.

Causatum ens, siue. In entibus, ens causatum non est quædam entitas quasi partialis causæ, sed omnino alia entitas dependens ab entitate causæ. 1.D.8.Q.5. §. *Istis rationibus*. ℣. *Hæc instantia*. Q.18.

Causatum omne est aliud à causa, ergo & possibile, hoc est principiatum, secundum Philos. 5. Meta. Tex. 1. vbi vult, quòd *principium, & causa conuertuntur realiter*, est aliud à principio. 1.D.20.Q.*Vnica*. §. *Quantum ergo*. ℣. *Quod autem dictum*. E. 8.

Causatum non potest ita esse idem causæ, sicut actiuum potest esse idem passiuo, in creaturis. *ibidem*.

Causata singula Deus proprijs rationibus format: non autem rationibus extra se, quia non eget in efficiendo aliquo alio à se, igitur rationibus in mente sua: nihil autem in mente sua est, nisi incommutabile, ergo omne formabile potest formare secundum rationem propriam sibi æternam in mente sua. 1 D.35. Quæst. *Vnica*. §. *Ad ista*. I.12.

Causatum nullum esset contingens, nisi à causa prima contingenter causaretur. 1.D.39. Qu.1.2.3, &c. *Ad secundum argumentum pro tertia opinione*. Z.35.

Causatum oportere esse sempiternum, videtur sequi ex necessitate causationis, vel ex immutabilitate ipsius causantis, quorum neutrum infert sempiternitatem in causato à Deo, igitur possibilis est nouitas inferri. 2.D.1.Q.2. §. *Sed contra istud*. ℣. *Respondeo nouitas*. A.5.

Causatum posse habere simpliciter necessarium non est in causa secunda. 2.D.1.Q.3. §. *Tenentes istam*. ℣. *Ad tertium dico*. A.12.

Causatum omne à diuersis causis secundis, præexigit in eis debitam proportionem, & approximationem ad hoc, vt causetur ab eis: quod si ista approximatio, & proportio nihil sint, nisi ipsamet absoluta, igitur ista sunt realiter ita causatiua istius effectus, quando non sunt approximata, sicut quando sunt approximata, & ita ipsa approximata nihil possunt causare realiter, quod non possunt causare etiam non approximata: nulla enim realitate alia posita, non potest aliqua res causari, quæ prius non potuit causari. 2.D.1.Q.4. §. *Contra istam opinionē*. ℣. *In ista etiam via*. n.7.

Causatum omne, quantumcunque sit perfectum, dummodo tamen non habeat in essentia sua omnem perfectionem, non est inconueniens esse capax, vel potentiale respectu alicuius perfectionis, licet illa absolutè minor sit sua natura. 2. D. 2. Quæst. 9. *Ad primum principale*. B.9.

Causatum aliquod est causatum à quatuor causis, quia si non; sequitur quod aliqua causa vltima causabit sine priori, vel erit dare, quod materia non erit causa per se alicuius: nullum enim causatum est, quin habeat formam, igitur si non est ex omnibus quatuor causis, sequitur quod, vel non habeat efficientem, siue finem, quæ sunt causæ priores, quàm sit forma: vel si habet illas, sequitur quod materia nullius erit causa: tunc arguo sic: si aliquod causatum est verè causatum, vere est à quatuor causis: sed materia non est idem causato, ergo causatum habet in se materiam, & formam, quæ sunt duæ causæ. 2.D.12.Q.1. §. *Positio ista*. ℣. *Præterea, aliquod*. A.8.

Causatum idem impossibile est habere plures causas totales, in eodem genere causandi, à quibus dependeat: sequeretur enim, quod essentialiter dependeret ab illo, vt à causa, quo non existente, nihilominus esset: si enim habeat A pro totali causa efficiente, & cum hoc B similiter; A sufficienter efficeret ipsum, quocunque alio circumscripto; alias non esset eius totalis causa, igitur effectus esset ab A, B non existente, & ita non dependet à B: consimiliter arguitur è conuerso de A, si B ponitur causa eius totalis: igitur si A sit causa totalis, & B similiter, vtrumque erit causa totalis, & neutrum. 3.D.1.Q.2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Primo modo*. A. 5. & *Quodl.* Qu. 7. *Ad primum in oppositum*. ℣. *Contra, quanquam*. Dd.35.

Causatum nihil, seu: Nihil causatum à posteriori naturaliter potest esse idem priori naturaliter, quia quod est idem naturaliter priori, non dependet realiter ab eo: sed posterius dependet realiter à priori, prius non dependet realiter à posteriori, ergo nec istud, quod est idem sibi realiter, dependet à posteriori: sequitur, ergo dependet, & non dependet. 4.D.11.Q.3. §. *Alius tenens*. ℣. *Item nihil*. Q.29.

Causatum à quacunque causa in quocunque genere causæ est illud, quod est, quia est taliter entis, idest, talis causæ in tali genere, & tali ordine causandi: nec tamen ista habitudo ad quamcunque causam est formale, vel essentiale in causato, quia tunc nullum causatum esset formaliter absolutum. 4.D.12.Q.1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Dico ergo*. G.14.

Causatum, quod est in se quoddam compositum subsistens, si concipiatur in se, intellectus ibi quiescit non requirens aliud cointelligere. *ibidem*. ℣. *Respondeo, quod nec*. L.18.

Causatum quodlibet est (sicut Boetius de hebdomadib. loquitur *de quo est, & quod est*, dicens, *In omnibus citra Deum differunt quo est, & quod est* habet ista (id est, *quo est*, & *quod est*) aliquo modo distincta: eo modo, quo nullum creatum est purum esse: Sed non oportet, quod in quolibet creato *quo agit*, & *quod agit*, sint distincta: si enim anima est essentia simplex, & idem realiter suæ potentiæ, non est aliud *quod agit* potentia intellectiua, & *quo agit*: & ita est de forma accidentali separata, quod est quoddam ens, & accidens simplex, nec informans aliud. 4.D.12.Q.3. *Ad secundum principale*. ℣. *Respondeo forma*. Bb.35.

Causato quicquid per se inest, in quantum causatum, est per se à causa eius. 2.D.37.Q.*Vnica. vel secunda*. §. *Contra primam viam*. H.15.

Causatum vnum, etsi non posset dependere totaliter ad plures causas totales, tamen bene potest vna causa totaliter terminare dependentias multorum causatorum. 3. D. 1. Quæst. 3. *In primo argumento ad oppositum*. n.1.

Causatum, si sit simpliciter perfectius aliqua causa, licet sit simplex, tamen comparatiuè ad causam potest diuidi in duo, scilicet in illud, in quo æquatur causæ, & in illud, in quo excedit causam: Primum dicatur A, secundum B ille effectus secundum A præcisè est effectus adæquatus causæ suæ, quia simpliciter æque perfectum ens, sicut causa: Vnde B, vel erit à se ipso, vel à nullo, quia ab A, vt ab ipsa causa non potest esse, nam vltra effectum adæquatum causæ non potest esse simul aliquid excellentius ab ipsa: Et ratio potest accipi ab Auicenna. 6. Metaphysicæ suæ. 4.D.12.Q.3. §. *Dico ergo*. ℣. *Quarto sic, si causatum*. I.15.

Causatum nouum ab Agente permanente, & sempiterno circa passum permanens, & sempiternum, nullam habet habitudinem nouam passi ad Agens, quia sicut prima nouitas in passo est in habendo, in habendo hanc formam; ita prima habitudo noua eius ad Agens, est secundum istam formam nouam. 4.D.48.Q.2. *Ad secundam rationem pro opinione Philos.* ℣. *Si quæras*. P.18. in fine.

Causatorum vniuersitas causam habet, non autem quæ sit aliquid istius vniuersitatis, quia tunc idem esset causa sui, ergo aliquid extra totam vniuersitatem illam: Si ergo in causis non ascendatur in infinitum, non solum quælibet est causata, sed tota multitudo erit causata, & per consequens per aliquid extra totam illam multitudinem, ergo in illo erit status, tanquam in simpliciter primo causante. *Quodl.* Quæst. 7. §. *Quinta conclusio*. ℣. *Hæc conclusio*. T.27.

Causatum in quodcunque potest causa inferior mediatè, vel immediatè; in illud idem potest superior in infinitum, & hoc saltem mediante causa proxima, & per consequens prima causa habet omnipotentiam mediatè, vel immediatè. *ibidem*. ℣. *Ex hoc*. V.27.

Cau-

Causatum.

Causatum, quod est, non est eiusdem rationis cum eo, quod est a se. *ibidem. §. Secundum scilicet. ℣. Præterea, hæc est*. Ii.42.

Causatum, & formaliter necessarium, non posuit Aristot. inter se repugnare, cum dicat 2. Meta. cap. 4. *Sempiternorum principia semper esse verissima necesse est, quia aliis causa veritatis*: sempiterna ergo, quæ ipse posuit necessaria, concessit principia habere. *ibidem*. K k.43.

Causatum non est de se ens, vel magis, non est a se ens, ita quod causato non oportet, quòd competat aliqua non entitas, sed negatio modi essendi, qui est a se esse; & ista negatio est compossibilis necessariò, licet negatio entitatis non sit compossibilis ei. *ibidem. ℣. Cum arguitur*. Ll.43.

Causatum est de possibile: si intelligatur hoc de potentia, quæ est differentia entis opposita actui, talis potentia non necessario inuenitur in causato, nisi quod causatur cum nouitate: non autem necessarium fuit, apud Aristotelem, connexto causationis, & nouitatis, sicut nec apud illos Theologos, qui dicunt Deum posse produxisse aliquid ab æterno: Est tamen omne causatum possibile, hoc est, obiectum potentiæ causatiuæ: Sed ista possibilitas, licet repugnet necessitati a se, non tamen, secundum Aristotelem, repugnat necessitati formali. *ibidem*.

Causatum per se dependet à causa prima, sicut imperfectum, & possibile à perfecto, & simpliciter necessario, ergo illud, quod est formalis ratio causandi, est formalis ratio terminandi istam dependentiam causati, & per consequens formalis ratio essendi perfectum, & necessarium. Quodl. Q.8. §. *De primo. ℣. Vltimo potest*. C.7.

Causatum prius non potest posterius causari: ista propositio conceditur, referendo prius, & posterius ad ipsum *causari*; Et sic probatur propositio: sed non propter hoc est negandum, quin prius habens virtutem causandi, & posterius origine habens eamdem possint per ipsam, simul natura habitam in vtroque, simul effectum causare. *ibidem. §. De secundo. ℣. Ad ista*. O.19.

Causatum sicut habet entitatem à quacunque causa per se, ita vnitatem, & distinctionem: & etiam quodcunque dependens ab illo, à quo dependet essentialiter. Quodl. Q.13. *§. Ad ista. ℣. Ad primam*. Hh.31.

Causatum nihil, seu: Nihil causatum potest esse ratio formalis voluntati diuinæ, quod acceptet actum in ratione meritorii ad reddendum præmium: & hoc, intelligendo, vt ratio formalis medians inter potentiam, & actum. *Quodl. Q.17. Ad argumentum principale*. N.13.

Cautela.

Cautela est aliquando arguentis transferendi se à parte opponentis ad partem respondentis ob defectum argumenti: nec videtur aliud, nisi obligare respondentem ad probandum necessarium manifestum. *Quodl. Q.15. Ad argumentum principale. ℣. Non est igitur*. A a.24.

CEL

Celebrare.

Celebrari licitè potest in loco non consecrato, vel non sanctificato in aliquibus casibus, vt si Ecclesiæ in Patria sunt destructæ: vel si quis in via penitus non poterit accedere ad aliquam Ecclesiam consecratam, quod regulariter verum est de nauigantibus, & cæteris huiusmodi: non enim videtur verisimile, quòd obseruationem illius præcepti Decalogi *sanctifica Sabbatum*; quod præceptum Ecclesia interpretata est in hoc, quod est audire Missam in die Dominico, *De consecrat. Dist. 2. cap. Missar*, voluerit Ecclesia impedire per aliquod præceptum minoris obligationis, (vt per talem, vel talem locum requiri ad hoc, vt missa audiatur) cum non debeat quis restringi ab obseruatione magis necessarij per arctationem ad minus necessarium. 4. D.13. Q.2. §. *Sequitur secundum. ℣. Ex parte loci*. K.13.

Centrum.

Centrum est vltimus terminus quietis grauium corporum. 1. D.2. Q.5. § *Ad solutionem*. n.2.

Centro tanquam termino vltimo adhæret aliquod corpus graue per se, & primò, puta terra, quæ non per naturam alterius corporis adhæret alicui, à quo participet grauitatem, & istam adhæsionem. *ibidem*.

Centro aliquod corpus adhæret immobiliter, & per se, sed non primo, quia adhæret per grauitatem, & adhæsionem participatam à terra; per se tamen adhæret, quia per formam intrinsecam; & firmiter, quia est quasi intrinsecum terræ, quæ primo quiescit, vtpotè lapides, & metalla in visceribus terræ: Et talia licet non primò, tamen perfectè quiescunt, quia perfectè coniuncta sunt centro, mediante primo quiescente, cui sunt quasi perfectè vnita. *ibidem*.

Centro aliquod corpus inhæret mediante terra, cui vnitur, sed mobiliter, & non firmiter, vt graue aliquod existens in superficie terræ: Et tale, licet verè quiescat ad aliquod tempus, non tamen ita determinatur ad quietem, sicut corpus quiescens immobiliter. *ibidem. ℣. Aliquod corpus*.

Centro adhæret corpus aliquod aliquo modo, quia scilicet vniformiter potest adhærere corpori primo, & respectu illius quiescere, & tamen non quiescere respectu vniuersi, si illud, cui proximo adhæret, non vniformiter adhæreat centro. *ibidem. ℣. Quarto modo*. n.2.

Centrum, quod ex natura sui est vltimatè quietatiuum voluntatis, est finis vltimus secundum veritatem: huic centro voluntas diuina primò, & per se (quia non participatione alicuius à se) immobiliter, & necessariò adhæret, quia ipsa voluntas non per habitum, nec per actum diferentem à se, nec in virtute alicuius causæ superioris perfectissimè amat illud summum bonum, & necessariò. *ibidem. ℣. Ad propositum*.

Centro nunquam circumferentia esset præsens simul, sed tantum aliquis punctus in circumferentia, si nihil manet de circumferentia per fluxum puncti sic causantis circumferentiam, (sicut imaginantur Geometræ) sed tantum in circumferentia sit punctus iste, ita quod quandocunque punctus iste desinet esse alicubi, tunc nihil circumferentiæ erit: si tamen tota circumferentia esset simul, tota præsens esset centro. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. *Ad primum argumentum pro secunda opinione. ℣. Aliud exemplum*. Y.34.

Centrum trahens non potest esse causa descensus grauis, quia si per impossibile nullum graue esset in centro, sed tota terra amota ab eo, & remanente centro sub sola ratione centri, vt prius, adhuc graue naturaliter tenderet ad centrum. 2. Dist.2. Quæst.10. *§. Etsi. ℣. Ad istam*. B.5.

Centrum cum sit conueniens lapidi, non agit lapis actionem corruptiuam eius, nec etiam saluatiuam, quia non posset poni qualis esset illa operatio, vel quis terminus illius. 3. Dist.17. Quæst *Vnica*. §. *Istam quæstionem. ℣. Sed quid*. C.3.

CER

Certificatio.

Certificatio quantitatis ignotæ per quantitatem magis notam, quæ requiritur in mensuratione quantitatum, aliquando potest fieri per quantitatem existentem in re, vel imaginatione, sicut artifex expertus per aliquam quantitatem, quam habet in sua imaginatione, mensurat quantitatem quamcunque sibi occurrentem: aliquando autem potest fieri per quantitatem aliquam existentem in re, & hoc tripliciter, vel excedentem, vel excessam, vel æqualem. 2. D.2. Q.2. §. *Ad secundam partem*. G.10.

Certitudo.

Certitudo aliqua de obiecto sub ratione immutabilis non potest haberi, si obiectum continuè mutatur: imo nec in quocunque lumine posset certitudo haberi, quia certitudo non est, quando obiectum alio modo cognoscitur, quam se habet, ergo non est certitudo cognoscendo mutabile, vt immutabile. 1. Dist. 3. Q.4. §. *Primo ista ratiner*. n.5.

Certitudo.

Certitudinem quisque habet infallibilem de principijs primis ex Aug. 2. soliloquiorum: *spectantia disciplinarum quisque verissima esse nulla dubitatione concedit*, & ex Boet. de hebdomad: *Communis animi Conceptio est, quam quisque probat auditam* & ex Philos. 2. *Metaph. Tex. 5. Prima principia sunt omnibus nota, sicut ianua in domo, quia ianua neminem latet, licet interiora domus lateant. ibidem.* ℣. *Quod autem ista*. A. 5.

Certitudinem eorum, quæ cognoscuntur experientia sensuum, Aug. concedit: vnde dicit 15. Trin. c. 12. *Absit à nobis, vt ea, quæ didicimus per sensus corporis vera esse dubitemus: per eos quoque didicimus Cælum, terram, & ea, quæ in eis nota sunt in nobis, quantum ille, qui nos, & ipsa condidit innotescere nobis voluit*: si igitur non dubitamus de veritate eorum, & non fallimur, vt patet, ergo certi sumus de cognitis per viam sensus: nam certitudo habetur, quando excluditur dubitatio, & deceptio, *ibidem*. A. 6.

Certitudinem concedit Aug. de actibus nostris 15. Trin. c. 12. vel 31. *siue dormiat, siue vigilet, viuit, quia etiam dormire, & in somnijs videre viuentis est. ibidem.* ℣. *Tertio etiam patet*.

Certitudo necessaria est nobis de quatuor conditionibus: vel sic, Quatuor sunt conditiones simpliciter; de scibilibus de quibus est nobis necessaria certitudo, scilicet de scibilibus; per experientiam: de actibus nostris; & de cognitis, vt nunc à nobis per sensus: Exemplum de primo, Triangolus habet tres &c. Exemplum de secundo, Luna eclypsatur: Exemplum de tertio, vigilo: Exemplum de quarto, illud est album. *ibidem.* ℣. *Nota igitur*. B. 6. *Additio*. & §. *Quantum ad secundum*. B. C. 7. 8. &c.

Certitudo est de multis actibus nostris, sicut de principijs per se notis, vt patet 4. *Meta. Tex. 26* vbi dicit Philosophus de rationibus dicentium omnia apparentia esse vera, quod istæ rationes quærunt vtrum nunc dormiamus, an vigilemus: *Possunt autem idem omnes dubitationes tales, omnium enim rationem hi dignificant esse*: & subdit, *rationem quærunt, quorum non est ratio, demonstrationis enim principij non est ratio*, igitur, per ipsum ibidem, nos vigilare, est per se notum, sicut principium demonstrationis. *ibidem*. §. *De tertijs*. F. 10.

Certitudine, vel euidentia habita de principijs: vel sic; Habita euidentia, vel certitudine de principijs primis, patet quod habetur de conclusionibus illatis ex eis propter euidentiam formæ syllogismi perfecti, cum certitudo conclusionis tantummodo dependeat ex certitudine principiorum, & ex euidentia illationis. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum.* ℣. *Quantum ad certitudinem*. D. 8. & 3. D. 23. Qu. *Vnica*. §. *Contra si fides*. ℣. *Præterea, fides infusa*. E. 8.

Certitudo diuinæ scientiæ respectu omnium, quantum ad omnes conditiones existentiæ, ponitur ab aliquibus propter ideas, quæ ponuntur in intellectu diuino 1. D. 39. Qu. 1. 2. &c. §. *Circa istas*. n. 7. *Impugnatur. ibidem*. §. *Contra rationes*.

Certitudo nata est in esse intellectui de actu suo, excludens non tantum deceptionem, sed etiam dubitationem: Et hoc non est, nisi intellectus percipiat illud, à quo intellectus habet quod actus sit certus, quia si nihil potest percipere vnde sit certus, videtur quod possit dubitare. Quodl. Q. 17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Respondeo qualiscunque*. M. 11.

Certitudo, & non certitudo de eodem sunt extrema contradictionis, igitur sunt incompossibilia. 3. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Contra hæc*. ℣. *Contra quælibet*. A. 8.

Certitudo tota, quæ habetur de resurrectione Christi, & mortuorum, non est, nisi certitudo fidei, & non vltra: similiter quod dicit Ioann. *Epist. 1. cap. 4. Diligamus nos inuicem quoniam ipse prior dilexit nos*: hoc dixit ad mouendum animos nostros ad Christi dilectionem: quod tamen Christus dilexerit nos tali dilectione, de qua loquitur, hoc est nobis creditum: Et si habet certitudinem de conclusione, non tamen maiorem, quàm de principio: & ideo cum principium non cognoscatur ex euidentia rei, non potest habere scientiam de conclusione. *ibidem*. §. *Ad propositum*. ℣. *Respondeo*. E. 15.

Certitudo, quam habuerunt Maiores in Ecclesia, quibus primò reuelatæ sunt veritates in Sacra Scriptura contentæ, non fuit in eis ex euidentia obiecti. *ibidem*. *Ad sextum principale*. M. 22.

Certitudo.

Certitudo notitiæ de contentis in scriptura, quam habuisse creduntur Prophetæ, & multi alij Sancti viri, qui montes dicuntur in Ecclesia, quamuis non sit certitudo scientialis, quæ causatur ex principijs notis ex euidentia terminorum; fuit tamen tam firma, sicut est illa; sed non causabatur ex talibus principijs, sed aliunde: ideo scientia non potuit dici ex euidentia rei: fuit tamen maior certitudo, quam fidei, quia fides (loquitur de habitu fidei) non excludit omnem dubitationem, sed aliqua dubitatio potest stare cum fide. *ibidem*. §. *Sed si loquamur*. G. 17.

Certitudo in actu fidei, causata à fide infusa, est ex quadam comparatione ad quoddam extrinsecum infallibile, cui actus ille conformatur: non est autem ex ipsa intrinseca perfectione actus, quia æquè perfectus esset quantum ad quodlibet intrinsecum sibi, si æquè intensè eliceretur præcisè secundum fidem acquisitam. *Quodl.* Qu. 17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Ad illud*. M. 11.

Certitudo sperantis de attingibilitate obiecti desiderati præcedit actum spei, & desperationis: non enim efficaciter, & absolutè desiderat, nisi possibile attingi: & ideo persuadetur desperanti, vt credat, non vt diligat, quia prima radix huius erroris, scilicet, quod non absolutè desiderat, nec efficaciter, non est in voluntate, sed in intellectu, quia scilicet intellectus non ostendit illud efficaciter tanquam desiderandum. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta pro prima via*. L. 22.

Certitudinem habent beati de beatitudine, sibi iam collata, perpetuò continuanda. 4. D. 49. Q. 6. §. *De secundo principali*. P. 22.

Certitudo in intellectu beati de sua beatitudine perpetuò continuanda tantummodo est ex reuelatione sibi facta à Deo: an autem sic fiat certitudo damnatis de sua damnatione continuanda, non est æquè certum. *ibidem*.

Certitudo talis, qualis requiritur in alijs actibus humanis, est in actu contrahendi matrimonium de fidelitate, & veritate mutua ipsorum contrahentium, quod scilicet sine fraude mutuò ipsi consenserint in matrimonium: in alijs enim contractibus, puta, venditionis, & commutationis rerum, non requiritur certitudo demonstratiua, sed sufficit probabilis, & vt in pluribus: & talis est in proposito ex suppositione illius propositionis: *quilibet habendus est verax, de quo non habetur euidens signum oppositi*. 4. D. 27. Q. 2. *Ad primum principale*. A. 2.

Certus.

Certum non poterat esse, tempore legis naturæ, quòd actus alterius relatus ad paruulum sufficeret sibi (in ordine ad salutem) nisi hoc esset institutum à Deo: nullus enim potest esse certus quòd per aliquid attingat ad salutem, nisi sit certus quòd Deus acceptauit illud, tanquam sufficiens ad salutem. 4. D. 1. Q. 7. §. *Respondeo*. A. 2.

C H A

Chaos.

Chaos illud, quòd ponitur à Theologis attigisse vsque ad Cœlum empyreum, erat materia omnium corporalium contentorum à Cœlo empyreo. 2. D. 14. Q. 1. §. *Secundum Theologos*. D. 4.

Character.

Character significat idem, quod figura: Et sic accipitur *ad Heb. 1.* vbi nos habemus, *figura substãtiæ* ponitur *character* in græco: Et hoc modo dicimus characteres figuras, quibus litteræ scribuntur: & hoc modo dicimus characteres in incantationibus, & huiusmodi quasdam figuras protractas: & hoc modo accipitur *in Apocal. cap. 13 14. 19. character bestiæ* figura in fronte, vel manu, quæ significat ipsam pertinere ad familiam bestiæ. 4. D. 6. Q. 9. §. *De primo*. n. 2.

Character generalius accipitur pro signo: Et hoc modo baptismus potest dici character, quia signum quoddam est: forma etiam verborum in Sacramento aliquo potest dici character, sicut Magister loquitur de charactere. *ibidem*.

Characterem intelligunt Theologi communiter, quod sit quod-

Character.

quoddam spirituale, impressum à Deo suscipienti sacramentum non iterabile. *ibidem.* ℣. *Sed his.* n. 3.

Characteris proprietates duæ sunt, quæ communes sunt sibi, & cuilibet formæ; scilicet, quod est forma assimilatiua alij habenti, & quod est forma distinctiua à non habente: & aliæ speciales, quarum vna est, quod est signum rememoratiuum Sacramenti suscepti; & alia, quod est signum conformatiuum Christo, cuius Sacramentum suscipitur, & etiam obligatorium ei eo modo, quo suscipiens Sacramentum obligatur per eius susceptionem. *ibidem.* ℣. *Ex ista ratione.* A. 3.

Character non est gratia, nec virtus aliqua infusa, puta fides, spes, Charitas, quia tales virtutes non semper imprimuntur suscipienti Sacramentum non iterabile, vtpote fictè suscipienti ordinem, vel confirmationem; Character autem semper imprimitur: hoc etiam apparet ex quadam alia conditione, quam communiter loquentes attribuunt characteri, scilicet quòd est indelebilis: virtutes autem istæ sunt delebiles, vt patet in peccante mortaliter, in quo non remanent illæ virtutes. *ibidem.* ℣. *Ex ista etiam.* B. C. 3.

Character ne omnino frustra, & sine necessitate ponatur, oportet aliquam auctoritatem habere, cui innitatur, qui ponit eam: Inter auctoritates autem Sanctorum, secundum significationem characteris, de quo loquimur, non videntur multæ auctoritates expresse: tamen aliquæ allegantur non concludentes, ex Augustino de baptismo contra donatistas lib. 6. *Satis eluxit ouem, quæ foris characterem dominicum acceperat, venientem ad salutem, ab errore corrigi: characterem tamen in eu dominicum agnoscet: quem quidem characterem multi lupi lupis infigunt, qui intus videntur:* ibidem etiam lib. 1. de consecrat. Dist. 4. ostenditur, *sicut baptizatus si ab vnitate recesserit, Sacramentum baptismi non amittit: Sic ordinatus & si recesserit, Sacramentum dandi baptismum non amittit, nulli enim iniuria facienda est:* In ista auctoritate pluries nominat characterem, sed apparet, quod nihil ad propositum, secundum significationem characteris, de qua loquimur, quia dicit, quod *lupi lupis infigunt characterem*: quod magis saluatur de Sacramento baptismi, quàm de aliquo effectu in anima: Vnde vbique in illa auctoritate potest character bene ad intentionem eius accipi pro baptismo, non pro effectu baptismi 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Sed ne omnino.* H. 13.

Characterem in esse animæ (licet non possit probari per rationem naturalem, neque in vniuersali, scilicet, quod necesse sit dari talem formam in esse animæ propter quid: nec etiam propter finem in particulari, vt per experientiam alicuius actus, seu per conditiones actus, manifestantes talem formam in esse ipsi Agenti, percipienti actum suum: sicut nec probari potest de gratia, vel charitate: licet etiam ex creditis manifestè, siue, quæ sunt explicite de substantia fidei, siue quæ continentur in scriptura, siue quæ manifeste per Sanctos sunt elicita ex creditis, non possit probari, quia non apparet necessaria habitudo eius ad talia credita, tamen poni potest, quia non repugnat ipsi animæ talem formam habere, qualis describitur character, nec per consequens repugnat Deo posse animæ talem formam imprimere. *ibidem.* §. *Ad quæstionem.* H. 13.

Character quòd imprimatur in baptismo, non est notum ex prima eius institutione, nec ex tota scriptura, neque etiam ex multis auctoritatibus Sanctorum: quod videtur; quia si fuisset multùm de hoc tractatum à Sanctis, Magister sententiarum mentionem fecisset de ipso: non inuenitur autem aliquod verbum dixisse de charactere, secundum istam significationem, secundum quam vtimur eo: in toto enim tractatu de baptismo non nominat characterem, nisi semel in primo capite istius distinctionis, in fine, dicens, *Qui ab hæreticis baptizati sunt, seruato charactere Christi, rebaptizandi non sunt:* ibi vocatur *character Christi* forma baptismi Christi, sicut satis patet ex auctoritate Augustini præmissa, ex qua Magister infert istud dictum. 4. D. 6. Q. 7. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Sed ille.* A. 2.

Characterem Romana Ecclesia videtur sentire imprimi in anima in baptismo, sicut dicit Innocent. tertius extra de baptismo, & eius effectu maiores. *Qui fictè accedit ad baptismum, characterem suscipit Christianitatis impressum:* & ibidem in fine: *Tunc characterem Sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem.* Et si prima auctoritas posset exponi vocando *characterem Christianitatis* ipsum baptismum: tamen secunda, quòd *Sacramentalis operatio imprimit characterem*, videtur expressè loqui de charactere, tanquam de aliquo impresso ipsi animæ, sicut loquimur in proposito: Propter ergo solam auctoritatem Ecclesiæ, quantum occurrit ad præsens, est ponendum characterem imprimi. *ibidem.* ℣. *Breuiter.* & ℣. *Propter ergo.* H. 14.

Character Sacramentalis est dispositio præuia supernaturalis ad gratiam *ibidem.* ℣. *Præterea talis.* I. 13.

Character ponitur imprimi in baptismo, vt distinctiuum eius, qui suscipit Sacramentum, quo initiatur ad familiam Christi ab eo, qui non suscepit, & immanens in subiecto. *ibidem.* ℣. *Tertia congruentia.*

Character baptismi.

Character, & gratia à Deo in baptismo causantur, & vtrumque modo non ex æquo, ergo cum character sit imperfectior, congruum est ipsum esse dispositiuum ad gratiam; quæ est perfectior. *ibidem.* ℣. *Istarum.* K. 15.

Characterem imprimi in baptismo, licet non possit euidenter necessariò probari, ex creditis: tamen ponendi necessitas est hæc, quia Ecclesia ponit, & congruentiæ sunt: nec valet argumentum negatiuum, si nec Dionys. nec Damascenus, ergo nullus; sufficit enim auctoritas Ecclesiæ, quia August. De moribus Manichæorum contra epistolam fundamenti: *Euangelio non crederem, nisi crederem Ecclesiæ.* *ibidem.* ℣. *Ad illam rationem.* K. 17.

Character non est dispositio ex parte Agentis, scilicet Dei, quasi sit quoddam Agens medium inter primum Agens, & passum: non enim pono characterem habere aliquam virtutem actiuam respectu gratiæ causandæ, sed Deum assistere illi, tanquam signo inuisibili ad causandum gratiam, quam signat, recedente impedimento, siuè obice inhærente: est ergo dispositio ex parte receptiui; quia est forma prior, sine qua non recipitur forma posterior, non quidem quasi sit ratio susceptiui respectu posterioris, sed prius in sit quam posterior, non simpliciter necessario, sed necessariò comparando ad potentiam ordinariam Agentis causantis vtramque formam. *ibidem.* ℣. *Respondeo non Agentis.* L. 18.

Character licet sit congruum, quod sit dispositio ad gratiam, vtpote forma imperfectior ad perfectiorem, & non è conuerso: hoc tamen non probat quod oportet talem formam ponere, quæ sit dispositio: alioquin cum in quolibet Sacramento conferatur gratia, in quolibet requireretur dispositio præuia: applicando tamen rationem istam ad baptismum, habet maiorem euidentiam, quia primum Sacramentum conferens gratiam est baptismus, & per consequens in ipso magis debet conferri dispositio ad gratiam, quam in aliquo alio, quia dispositio naturaliter præcedit formam, ad quam est, & ideo non similiter oportet, quod imprimatur in alijs posterioribus Sacramentis 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Sed tamen.* K. 16 & Q. 11. §. *Dico ergo.* B. 4.

Characterem si congruum esset imprimi in anima in baptismo ex hoc, quod Deus, ne Sacramenta sint vana, congruenter instituerit quod Sacramenta præter gratiam, causent aliquem alium effectum permanentem, licet aliquando non causet gratiam, vt in ficto suscipiente; hoc concluderet de quolibet Sacramento quia quodlibet institutum est sic, quod non sit vanum: ponere autem in alijs Sacramentis quendam ornatum correspondentem characteri omnino superfluum est: & potest formari ratio in oppositum de alijs Sacramentis, quod ista ratio non concludit. *ibidem.* ℣. *Sed secunda.* K. 16.

Characterem imprimi in baptismo, hæc conclusio teneatur propter auctoritatem Ecclesiæ, *extra de baptismo, &c.* & duæ congruentiæ, vna de susceptione in familiam Christi, & alia de dispositione conferenda, sunt probabiles. *ibidem.* ℣. *Si enim.*

Character

Character baptismi.

Character in baptismo impressus habet rationem signi ramemoratiui, propter illum, qui suscipit: si tamen ponatur propter alios, non tantum esset quoddam in se ramemoratiuum Sacramenti, sed etiam esset signum ductiuum illud, sicut signum dicitur, quod facit aliud in cognitionem venire: Potest etiam concedi, quod in comparatione, & ad Deum, & proximos, siue in beatitudine, ad gloriam siue in damnationem, ad confusionem *ibidem.* ℣. *Ad illa*. L.19.

Character baptismi est donum pertinens ad bonum suscipientis, non autem Ecclesiæ. *ibidem.* ℣. *Per hoc apparet*. M.20.

Characterem imprimi in baptismo non bene probatur per authoritates Sanctorum Dionysij *de ecclesiastica Hierarchia*: & Damasceni *lib. 4. cap 1 & 2.* & Aug. *lib. 6. de baptismo contra Donatistas*, licet plures nominet characterem; apparet tamen quod nihil ad propositum secundum significationem characteris, de qua loquimur (quatenus est effectus immediatus, & necessarius baptismi distinctus à gratia) potest enim ibi character ad intentionem eius accipi pro baptismo, non pro effectu baptismi *ibidem.* §. *Secundum principale.* ℣. *Sed illæ auctoritates* C. 5. & §. *Ad quæstionem.* ℣. *Sed ne omnino*. H. 13.

Character baptismalis si ponitur potestas passiua, non ponitur nec vt receptiua, neque vt ratio recipiendi; nihil enim absolute potest recipere anima baptizati, quod non possit recipere anima non baptizati: sed est potestas quædam relatiua de congruo ordinata à principali Agente, disponente agere in passum habens talem formam, & non in aliud passum. 4. D.6. Q.10. §. *Hic dicitur.* ℣. *Character autem*, F.8.

Characterem in fictè suscipiente baptismum non oportet dicere aliquid operari, recedente fictione: sed solum, quòd Deus ex eadem pactione assistit etiam postea ei, qui suscepit ad causandum effectum, quàm cito obex tollitur. 4. D.4. Q.5. §. *Respondeo, fictus.* ℣. *Nec oportet*. C. 4.

Character quo ad deffinitionem, & naturam.

Characteris diffinitionem, dicit vnus Doctor, esse hanc, *signum communionis fidei & Sanctæ ordinationis, datum ab Hierarcha*: vel quod sit signum *communionis diuinorum, & Sacræ ordinationis fidelium*: quomodocunque, sic, vel sic diffiniatur, dicit opinans, quod *signum* ponitur in diffinitione characteris, vt genus: Ex hoc arguitur, quòd character non potest esse forma absoluta, quia ad quiditatem formæ absolutæ non pertinet essentialiter aliquis respectus, quia tunc illa quiditas esset ad se, & non esset ad se: nec etiam potest dici quod relatio ponatur ibi tanquam genus, & non sit vere genus, quia hoc modo in diffinitione accidentis ponitur subiectum: patet autem quod relatio non est subiectum absoluti, nec etiam ratio receptiua. 4. D.6. Q.10. §. *Hic dicitur.* ℣. *Contra istud*. A.3.

Character quòd ponatur forma absoluta, non est necesse, quia sicut non sunt ponenda plura sine necessitate, ita quando aliquid ponitur præcisè propter aliquid, non est illud ponendum perfectius, quam requiratur ad illud aliud, vel quam possit ex illo alio concludi: nam illa alia perfectio vlterior, quæ poneretur, frustra poneretur: sed propter illa omnia, propter quæ ponitur character, non est necesse quòd sit perfectio absoluta; possunt enim ista omnia etiam saluari sufficienter, si sit forma aliqua relatiua, ergo superfluè, & sine causa ponitur forma absoluta. *ibidem.* ℣. *Præterea sicut*.

Character, si ponatur relatio, potest esse signum rememoratiuum actus præteriti baptizationis: & maximè hoc non est inconueniens, quia ista relatio signi non est nisi rationis, loquendo de signo instituto ad placitum, cuiusmodi est character respectu suscepti Sacramenti. *ibidem. Et quod adducitur*. D. 5.

Character, si est relatio, manet post actum suscepti baptismi, imò semper. *ibidem.* ℣. *Respondeo ergo*. F. 9.

Characterem, non obstantibus rationibus in contrarium, quæ non videntur concludere, potest dici esse tantummodo quendam respectum extrinsecus aduenientem ipsi

Character qua ad deffinitionem, & naturam.

animæ, causatum à Deo immediatè in susceptione Sacramenti initerabilis, quia sic ponendo, saltem omnes conditiones saluantur, quæ communiter attribuuntur characteri. *ibidem.* G.9. & D.19. Q. *Vnica.* §. *De tertio*. ℣. *Item, vt dictum.* E.9. & D.24. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. I. 11.

Characterem, si ponatur forma realis; non potest probari esse formam absolutam realem, vel respectiuam, quia vtrumque saluari potest quòd sit scilicet forma respectiua, vel quod sit forma realis absoluta, si ponatur, non potest improbari *ibidem. in primo loco.* §. *Ad quæstionem.* L.13.

Character, si ponatur respectus realis, erit respectus extrinsecus adueniens: si autem ponatur forma absoluta, necesse est dicere quod pertineat ad genus qualitatis. *ibidem*.

Character, & si posset habere multas proprietates, secundum quas assimiletur formis diuersarum specierum qualitatis: non tamen potest esse in se tot quiditatiuè; non enim est in se, nisi vna quiditas simpliciter, ergo tantum erit in vna specie. *ibidem.* ℣. *Sed hoc non valet*. M.14.

Character, si ponatur forma realis absoluta, non rectè ponitur in quarta specie qualitatis, quia scilicet est figura quædam spiritualis, quia nil collocatur in genere per proprietates metaphoricas. *ibidem*. ℣. *Aliter dicitur*. N. 14.

Character, si ponatur accidēs absolutū, potest poni in secunda specie qualitatis (scilicet potentia) vel etiam prima (idest habitu, & dispositione) nec alterum istorum potest euidenter improbari. *ibidem.* ℣. *Respondeo ergo.* N.15. & *ad primum principale*. P. 15.

Character si negetur esse in secunda specie qualitatis, per hoc, quod est supernaturalis, & ad illam speciem secundam non pertinet, nisi potentia naturalis: hoc nihil est, quia & si Philosophus non loquebatur, nisi de potentia naturali exemplificando: tamen potentia supernaturalis, si est absoluta, & accidentalis, & spiritualis, bene potest pertinere ad idem genus intermedium sub qualitate, cum potentia naturali; sicut & habitus supernaturalis potest pertinere ad idem genus intermedium cum habitu naturali. *ibidem in priori loco*.

Character si ponatur in prima specie qualitatis, vt habitus, quia de difficili mobilis, non potest improbari. *ibidem.* O. 15.

Character, si est habitus, ponitur primò, & remotissimè disponens ad bonos actus. *ibidem*. ℣. *Respondeo habitus*. P. 16.

Character si ponatur esse, quædam sunt satis probabiliter de eo concedenda, vel sic, quædam sunt satis rationabiliter concedenda de charactere, si ponatur esse, vtpotè, quod est *forma spiritualis impressa à Deo cuicunque suscipienti Sacramentum: & quod ex institutione diuina efficaciter significat gratiam illius Sacramenti*, & quod disponat ad eam, quia est in eodem susceptiuo, & ab eodem Agente, & forma prior, & imperfectior: & quod sit indelebilis, cum non habeat causam demeritoriam corruptiuam: & quod sit signum rememoratiuum respectu susceptionis Sacramenti, quæ præterijt, & signum configuratiuum, id est signans obligationem animæ ad Christum: Quod etiam sit forma assimilatiua alteri suscipienti Sacramentum; & ab alio distinctiua, qui non suscipit: Hæc omnia, quæ videntur rationabiliter concedenda de charactere, si ponatur forma realis absoluta, possunt saluari. *ibidem.* §. *Ad quæstionem*. L.13.

Character est indelebilis, non in ordine ad potentiam absolutam diuinam; quia nulla forma potest esse in anima alia ab anima, quam non posset Deus de potentia absoluta delere, sicut posterius à priori, quia in hoc nulla potest inueniri contradictio: sed character, si ponatur, hoc modo est indelebilis, nec potest deleri hoc modo; quia nec virtute alicuius creaturæ; patet, quia est forma supernaturalis: nec potest virtute diuina deleri, de potentia eius ordinata, quia ordinauit nullam formam supernaturalem delere, nisi propter aliquod demeritum inhærens animæ. respectu autem characteris delendi nulla potest esse causa demeritoria, cum enim imprimitur in actu peccandi mortaliter, nihil potest demereri ipsum tolli. 4. D.6. Q.9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad quintum*. N.20.

Character,

Character quo ad subiectum.

Character, & susceptio Sacramenti, licet sint in eodem supposito, non tamen in eodem subiecto proximo, quia susceptio baptismi infuit secundum corpus, character secundum animam. 4. D.6. Q.10. §. *Sed restant*. ℣. *Sed istud*. G.10.

Character, si dicat aliquam relationem ad Deum, de quo patet, quod est terminus immutabilis, & in actu susceptionis Sacramenti, vt præteritus est, cum actus præteritus, vt præteritus sit simpliciter necessarius, in tantùm quod de potentia absoluta diuina non potest esse non præteritus, sequitur, quod ista relatio realis esset omnino immutabilis, etiam loquendo de potentia Dei absoluta: hoc autem videtur inconueniens, quòd aliqua sit relatio realis alia à suo fundamento, quam non posset Deus de potentia absoluta delere à fundamento suo, sicut posterius à priori. *ibidem*. ℣. *Istud etiam*. H.10.

Character, si ponatur relatio realis, eius fundamentum proximum est ipsa nuda anima, siue essentia, siue potentia, quia respectus extrinsecus adueniens potest fundari super fundamentum, ex cuius principij nullo modo egrediatur: nec fundamentum proximum oportet determinari ad illum aliquo modo ex ratione sua propria, quia tunc non esset respectus extrinsecus adueniens: sed tantummodo determinatur ad illum ab ipso Agente: sic in proposito. *ibidem*. ℣. *Respondeo fundamentum*. I.11.

Character, si est dispositio proxima ad gratiam, & gratia sit in essentia animæ, & potentia sit posterior essentia, non potest esse in potentia, vt in subiecto proximo, quia dispositio ad formam nunquam est in posteriori receptiuo formæ, vt patet discurrendo per singulas formas, & dispositiones. 4. D.6. Q.11. §. *Hic est opinio*. ℣. *Contra quia*. n.2.

Character, si ponatur in *esse*, conuenienter ponitur dispositio ad gratiam sacramentalem, ergo congruum est ponere characterem formaliter in voluntate. *ibidem*. §. *Dico ergo*. B.4.

Character, si est signum, vel fundamentum obligationis in Deum, rationabile est, quod ponatur in illa potentia, cuius est primò obligari, vel esse rationem obligandi: talis autem est voluntas, quia præcisè per eius actum aliquis se obligat principaliter: illa enim, quæ concurrunt ibi ex parte intellectus, vel alterius potentiæ in homine, non sunt, nisi quædam præambula ad firmum *velle*, quod est rationabiliter proponere, vel vouere, vel quædam signa manifestantia illud esse firmum. *ibidem*.

Character non est dispositio proxima ad fidem, vt fides est, sed est dispositio ad illam perfectionem, quæ principaliter conformat totam animam cum Deo: & hæc est gratia, quæ est eadem cum charitate, & in voluntate. *ibidem* ℣. *Ad argumentum*. B.4.

Characterem esse in potentia animæ, licet male probetur ex hoc, quod sicut gratia est in essentia animæ, sic potentia ad gratiam est in potentia animæ: character autem est potentialis dispositio proxima ad gratiam, ergo &c. licet, inquam, sic male probetur, quod character sit in potentia animæ: tamen concedo hoc propter aliud antecedens, quod accidit, scilicet, quod forma, ad quam disposuit, est in potentia: & concedo quod in vna, & in illa, quæ est principalior in imagine, in cuius figuratione consistit principaliter tota figuratio animæ, vel imaginis ad Trinitatem. *ibidem*. ℣. *Ad rationem alterius*.

Character quo ad distinctionem.

Character, sicut si poneretur forma absoluta, dicerentur distingui characteres se ipsis formaliter, ita si ponantur respectus extrinsecus aduenientes, licet ab extrinseco possint distingui extrinsecè: tamen formaliter distinguuntur se ipsis. 4. D.6. Q.10. §. *Sed restant*. ℣. *Ad secundum dubium*. I.12.

Character circumcisionis.

Characterem, concedit Thomas, quod non impressit circumcisio: & tunc contra eum est argumentum de efficacia Sacramenti respectu gratiæ: ponit enim quod non habet efficaciam respectu gratiæ, nisi quia est instrumentum respectu cuiusdam dispositionis ad gratiam; Dico ergo, quod concedi potest de circumcisione, quod ibi imprimebatur character aliquis, sicut in baptismo: ita enim erat prima ianua salutis in lege Mosayca, sicut baptismus in noua. 4. D.6. Quæst.9. *Ad primum principale*. N 21.

Character quamuis impressus sit in circumcisione, tamen non inde sequitur quod circumcisus non esset baptizandus: & quando quæritur, an iste character circumcisionis sit eiusdem rationis cum charactere baptismatis, vel alterius: concedi potest, quod esset eiusdem rationis cum charactere baptismatis, vel alterius: quòd si eiusdem, vel non imprimebatur character per baptismum susceptum à circumciso, sicut in subiectum habens aliquam formam, non imprimitur iterum talis forma etiam à causa, quæ aliàs nata esset imprimere talem formam: & hoc idem, quia subiectum non est in potentia, sed iam in actu secundum illam: vel si imprimeretur in baptizato alius eiusdem rationis, nihil inconueniens, saltem si character ponatur relatio: vel posset dici illum characterem circumcisionis differre ab illo baptismi, sicut imperfectum à perfecto, quemadmodum gratia huius differret à gratia illius: & tunc in susceptione baptismi, prius circumciso non imprimeretur nouus character, sed prior perficeretur. *ibidem*.

Character ordinis.

Character est in Sacerdote potestas tam consecrandi, quam absoluendi, ita quod illæ duæ potestates poni possunt duo characteres, quia vtraque potestas est quidam character: sed illi duo integrant totum ordinem Sacerdotij: sed secundum hoc etiam viderentur duo characteres correspondentes duabus clauibus, vel essent duæ claues. 4. Dist. 19. Quæst. *Vnica*. §. *De tertio articulo*. ℣. *Et secundum*. G.11.

Characteres tres, scilicet vnum correspondentem potestati celebrandi, & duos correspondentes duabus clauibus, si non placet ponere correspondentes vni ordini Sacerdotali: potest dici, quòd per vnum ordinem Sacerdotalem habet quis potestatem in corpus Christi, vbicunque ille imprimatur, & per illum ascribitur iste familiæ Christi in tali gradu excellenti, vtpotè in gradu cibantis populum Christi: sicut autem in istis curijs magnorum promotus ad gradum excellentem in familia Domini, per hoc disponitur, vt habeat auctoritatem aliquam respectu aliorum, ita per hoc, quòd iste in familia Christi in gradu excellentiori constituitur per characterem Sacerdotalem, disponitur de congruo ad huiusmodi potestatem super corpus Christi mysticum ligandi, & soluendi: & tunc character Sacerdotalis est dispositio ad istas claues, saltem collatio vnius non separatur à collatione alterius, quia Christus in eodem verbo Ioan.20. *quorum remiseritis &c.* contulit ambas Ecclesiæ, ita & Episcopus in eodem signo sensibili, & verbo confert ambas, vnam quasi excellentem, & explicitè, & aliam quasi implicitè, cuius vsus est antecedens ad vnum istius: Et ex hoc patet, quòd aliqualiter possunt dici vna clauis vnitate ordinis, quia ad actum vnum vltimum, scilicet apertionis ordinantur, & ad illum vna subordinatur alteri, quia remotior ab illo effectu. *ibidem*. ℣. *Si ergo*. & ℣. *Et ex hoc*. G.11.

Characteres esse plures in ordinibus concedo; & probabilius quòd alterius speciei, vt apparet ex actibus, ad quos isti gradus disponunt; qui gradus, vel sunt character, vel habent proprios characteres: & potest etiam concedi quod characteres isti habeant excellentias specie distinctas: si etiam ponerentur eiusdem speciei, vt est probabile, improbatio illa desumpta ex illa propositione, 5. *Meta*. quòd plura accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul, & semel in eodem subiecto, & consequenter quod tunc non essent simul, non concluderet: illa enim propositio non est vera de relationibus, etiam realibus. 4 Dist.24. Quæst. *Vnica*. *Ad secundum principale*. I.11.

Character, ex quo collatus est ordinato in sua ordinatione, non est similis potestas in Ecclesia ad eum auferendum illis, sicut est ad illegitimandas personas ad contrahendum matrimonium: & cum arguitur contra hoc, quod

Character ordinis.

quod istud, scilicet matrimonium, sit magis secundum legem naturæ, quam illud, scilicet quæcunque ordinatio Ecclesiæ per istas dignitates Episcopatum, & huiusmodi, quæ pertinet ad ius positiuum Ecclesiæ, saltem adeo non videtur esse de lege naturæ, & diuina, sicut matrimonium; verumest, vt matrimonium contractum sit ratum, sed non, vt quæcunque personæ, nullo obstante impedimento, possint illud matrimonium contrahere: magis enim est de lege naturæ, quòd Deus illud, quod imprimit naturæ, quòd non repugnat peccato, nec formaliter, nec tanquam causæ demeritoriæ, perpetuò remaneat in anima, quàm quod quicunque, vel quæcunque sint habiles ad contrahendum matrimonium: & ideo inhabilitatio aliqua personarum ad illum actum non est ita contra legem naturæ, sicut characterem alicui impressum deleri. 4. D.25.Q.1. *Ad tertium in oppositum*. I. 16. *in fine*.

Character quo ad Christum, & B. V.

Character potest dici esse in beato ad excellentiam gloriæ, licet non ponatur in Christo, vel in B. V. (si forte non fuit baptizata) quia potest dici quod character est perfectio supplens imperfectionem: & ideo non competit omnino perfecto, neque etiam competit illi personæ, in qua est aliqua perfectio maior, supplens imperfectionem, quam sit ista.4.D.6.Q.9.§. *Ad quæstionem*, ✝. *Ad illa, quæ obijciuntur*. M. 19.

Charitas quo ad existentiam.

Charitatem omnem creatam dicitur negasse Magister, cuius opinio dicitur esse, quod solus spiritus Sanctus inexistens, sine aliquo habitu medio informante, voluntatem mouet ipsam ad actum meritorium, aliter, quam moueat animam ad credere, & sperare, quia ad credere, & sperare mouet mediantibus habitibus fidei, & spei. 1. D. 17. Q. 2. *alias tertia*. §. *Ad primam quæstionem*. Bb. 16.*ibidem. Impugnatur, ibidem*. §. *Contra istam conclusionem*. Dd. 18.

Charitatem creatam ponendi potissima ratio est, vt actus diligendi Deum sit in potestate voluntatis. 3. Distinct. 2. Quæst. 1. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea, quod hic*. B. 4.

Charitatem, id est, habitum supernaturalē gratificātē naturā gratificabilem nobis inesse, ex nullo actu, quem experimur, nec ex substantia actus, nec ex intensione actus, nec ex delectatione, siue facilitatione in operando, neque ex bonitate, siue rectitudine morali actus, possumus concludere quia quocunque istorum dato, posset aliquis habens charitatem cognoscere certitudinaliter se esse in charitate: ex hoc scilicet, quod actum illum sibi experiretur in esse, vel actum sic intensum sibi in esse, vel sic delectabiliter, vel facilitet, in esse, vel rectæ rationi consonum esse. 1. D 17. Q.2. vel tertia. §. *Ad solutionem*. ✝. *Quantum ad primum*. Ff. 21.

Charitatem habitualem, vnum scilicet habitum supernaturalem oportet ponere propter acceptationem specialem, quæ est in voluntate diuina, ordinatio huius actus ad vitam æternam, tanquam meriti condigni ad præmium: quo modo credimus etiam naturam nostram beatificabilem, iustam, esse habitualiter acceptam, hoc est quando non actualiter operatur: propter hanc, inquam, acceptationem naturæ beatificabilis habitualem, etiam quando non operatur, oportet ponere vnum habitum supernaturalem, quo habens formaliter acceptetur à Deo; & quo, actus elicitus eius acceptetur tanquam meritorius, sicenim non videtur acceptari natura, vel actus sine aliquo habitu informante. *ibidem*. ✝. *Dico igitur*. Gg. 22.

Charitatem habitum infusum esse, non potest probari per rationem naturalem, sicut nec alios habitus infusos fidei, & spei, sed solum fide tenetur: congruitas bona apparet, quia quantum ad actum circa Deum immediatè, probabile est quod non potest perfectissime perfici suprema portio, nisi immediatè à Deo. 3. Dist. 27. Q. *Vnica*. §. *De tertio dico*. ✝. *Quantum etiam*. O. 19.

Charitas quo ad existentiam.

Charitas potest ostendi & actu interiori, quo inuenit homo se promptum ad diligendum Deum: & exteriori, quo se fouet in actibus extrinsecis pro aliquo dilecto, sicut aliqua scientia actu interiori intelligendo, & exteriori in bene docendo. 3. D.24.Q.*Vnica*.§. *Contra hæc: primò*. ✝. *Contra charitas*. B.12.

Charitas quo ad suam naturam.

Charitatem voco virtutem effectiuam, perficientem voluntatem, in quantum habet affectionem iustitiæ. 3. D.27.Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✝. *De primo*. A.2.

Charitas est principium, & habitus tendendi in Deum, vt est bonum in se, ita quod actui, vt est eius, accidat perfectio, & imperfectio ex præsentia, vel absentia obiecti: sed ad actum perfectum inclinat ex præsentia obiecti, & ad actum imperfectum ex absentia. 3. Dist. 31. Quæst. *Vnica*. §. *Viso de fide*. ✝. *Concedo*. F. 8.

Charitatis ratio supponitur esse amicitia Dei, vt in se bonum. 3. Dist. 31. Quæst. *Vnica*. §. *Viso de fide*. E. 7.

Charitas est suprema virtus affectiua, & per consequens supremus amor habitualis: Amor autem amicitiæ est simpliciter perfectior amore concupiscentiæ: & ideo charitas inclinat ad amandum simpliciter amore amicitiæ. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *De charitate*. C. 17

Charitatis ratio hæc non est, quod sit præcisè principium actus imperfecti circa obiectum latens, sed quod sit indistinctè principium tendendi in Deum, vt in se bonum præcisè.3.D.31.Q. *Vnica*. §. *Viso de fide*. ✝. *Concedo*. F. 8.

Charitas propriè potest dici amicitia, licet non omnino, sicut accipit Phil. 8. Eth. 7. Sed aliquantulum extendendo: sicut secundum intentionem eius, ad Deum est aliquid excellentius amicitia: illa enim excellentia obiecti non tollit quod est perfectionis, sed illud, quod est imperfectionis. 3. D. 27. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. P. 20.

Charitatis naturam destruit positio duorum Deorum: quicunque enim habitus ex se tendit in vnum, ponere ipsum tendere in plura est, ponere ipsum non esse ipsum, sicut si aliquis habitus proprius simpliciter primi principij poneretur esse alterius primi principij, esset ponere hunc habitum esse huius obiecti, vt proprij, & nō proprij: ita dico in proposito, quod plures esse Deos includit vtrique esse diligendum ex charitate, & neutrum. *ibidem*. §. *Ad duo argumenta*. ✝. *Ad primum*. R.22.

Charitas dicitur habitus, quo Deus habetur charus. 3. D.28. Q. *Vnica*. § *De primo dico*. A.2.

Charitas quo ad obiectum.

Charitas si voluntas, circa finem visum, nullum potest habere actum ex naturalibus suis, habens autem charitatem potest: vel erit simpliciter potentia volitiua circa obiectum illud, vel pars potentiæ volitiuæ, quorum vtrumque est falsum. 1. D. 1. Q. 4. §. *Negatiua istius*. ✝. *Contra quartum*. n. 15.

Charitas sicut in actu, recto habet pro primo obiecto Deum, vt in se: ita etiam in quocunque actu reflexo est quodammodo principium tendendi in Deum, vt in se: principium enim actus recti est principium omnium actuum reflexorum tendentium in finem vltimum sub eadem ratione: sicut ergo ex charitate diligo Deum in se, ita ex charitate diligo me diligere Deum in se; Quotiescunque igitur reflecto, nunquam habeo obiectum, vt commodum mihi, sed tantum bonum infinitum, vt in se bonum. 3. D.26.Q. *Vnica*. § *Ad primum horum*. ✝. *Ad secundum*. K.21.

Charitas actus, qui est perfectus, respicit Deum sub perfectissima ratione diligibilitatis: non est autem perfectissima ratio diligibilitatis in Deo comparatio aliqua sui ad creaturam, sed aliqua ratio eius absoluta in se, absolutè enim est melius in se, quam posset esse quæcunque habitudo ad alterum. 3. D.27. Q. *Vnica*. § *Contra primam*. ✝. *Secundum improbatur*. A.5.

Charitatis

Charitas quo ad obiectum.

Charitatis actus, & habitus ratio obiectiua, ftr étè loqueodo, est illa (& non alia) quæ secundum se accepta nata est per se esse ratio terminandi: & hæc ratio obiectiua est ratio Dei in se: præcisa enim ratio huius essentiæ, est ratio terminandi omnem actum theologicum, & hoc in quacunque natura intellectuali. *ibidem.* §. *Quantum ad istum.* ℣. *Prima ratio.* C. 7.

Charitatis ratio obiectiua potest dici aliqua ratio præcedens actum, propter quam natus est actus elici circa obiectum, quæ aliquo modo potest dici ratio obiectiua actus, alliciens ad amandum; nam ipsa nata est allicere aliqualiter ad amandum: & talis in proposito est ratio relatiua naturæ diuinæ ad amantem, in quantum est conueniens bonum communicatiuum sui illi; sicut enim in nobis primò amatur aliquis propter bonum honestum; secundo, quia scitur redamans; illa redamatio in eo est vna specialis ratio amabilitatis in eo, alliciens ad amandum alia, quam propter bonum honestum: ita in Deo non sola bonitas infinita, vel hæc natura, vt hæc natura allicit ad amandum, sed quod hæc bonitas amauerit me, communicando se mihi, secundario hic allicit: & in isto gradu amabilitatis potest poni omne illud, in quo inuenitur ratio amabilitatis, & potest se demonstrare redamare, siue creando, siue reparando, siue disponendo, ita quod inter hæc non sit distinctio, nec charitas magis respiciat vltimam, quàm secundam, nec secundam quàm primam, sed boni communicatiui, & amantis, & quia amantis, ideo dignè redamari iuxta illud 1. Ioann. 4. *Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. ibidem.* ℣. *Secunda ratio.* D. 8.

Charitatis ratio formalis obiectiua non est propriè illa, quæ quasi concomitatur, vel quasi sequitur ipsum actum elicitum, quia hæc naturaliter sequitur actum elicitum: & tamen pro quanto semper concomitatur actum, posset poni aliqua ratio obiecti: Et hoc modo diligitur in quantum est bonum beatificum diligentis, sicut si diceretur, Deus diligitur in quantum summè diligitur, quod non est ex ratione formali obiecti, sed sequitur rationem in obiecto concomitantem actum, *ibidem,* ℣. *Tertia ratio.* D. 9.

Charitas ex hoc, quod est principium tendendi io Deum actu directo, est principium reflectendi super actus illos, quibus tenditur in Deum, & in hoc est principium volendi cuilibet potenti diligere Deum, quod diligat ipsum: inter omnes autem actus eiusdem rationis tendentes in Deum, charitas est principium immediatè reflectendi super actum, quem elicit habens charitatem, quo tendit, & diligit Deum. 3. D. 29. Quæst. *Vnica.* §. *Ex dictis.* A. 2.

Charitas circa Deum, vt diligibilem in se, sufficienter perficit Viatorem, & vt appetibilem, vt commodum mihi, perficit spes. 3. D. 34. Q. *Vnica.* ∫. *Ad istam quæstionem.* ℣. *Per tres.* C. 7.

Charitas disponit circa omnia volibilia in vna ratione volibilis. 3. D. 36. Qu. *Vnica.* ∫. *Contra hoc est Aug.* ℣. *Et tunc.* P. 28.

Charitas, inter omnes virtutes, maximè respicit Deum sub ratione appetibilis, quia sub ratione boni infiniti. 3. D. 26. Quæst. *Vnica.* §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Si secundo modo.* C. 7.

Charitatis obiectum impropriissimè dicunt, dicentes esse Deum, in quantum est obiectum beatificum, si intelligant per beatificum respectum actualem, in quantum scilicet terminat respectum actus beatificandi: Si autem intelligant respectum aptitudinalem, tunc illa non est ratio terminandi, nisi quia natura est ratio terminandi. 3. D. 27. Quæst. *Vnica.* §. *Quantum ad istum.* ℣. *Exemplum.* D. 9.

Charitas quo ad subiectum.

Charitas eadem perficit voluntatem superioris portionis, & inferioris; quia charitas est in voluntate portionis superioris, qua Deus diligitur, & eadem in voluntate portionis inferioris, qua diligitur proximus, qui est obiectum temporale. 2. D. 24. Q. *Vnica.* ∫. *Est igitur.* ℣. *Tertio, ex ratione.* C. 4.

Charitas in quocunque est forma eiusdem rationis, ergo capacitas eius in quocunque est eiusdem rationis, ergo non potest capacitas aliqua augeri per aliquam charitatem receptam, sed tota præsupponitur naturaliter. 3. D. 13. Q. 4. ∫. *Ad argumenta istarum.* ℣. *Contra charitas.* L. 14.

Charitas quo ad perfectionem.

Charitate creata nullum donum creatum est excellentius ergo charitas est perfectio simpliciter, & non ex ratione sui includens limitationem, quia omni dono, quod non est perfectio simpliciter, eminentius est aliquid in creaturis. 1. D. 17. Q. *Secunda aliàs tertia.* §. *Ad primum principale.* ℣. *De secundo.* N n. 31.

Charitatem Deus efficit in anima, & dilectionem tanquam perfectionem simpliciter, & ideo sibi formaliter conuenientem. *ibidem.*

Charitas, vel gratia quantumcunque sit perfectio finita, tamen nullus gradus entis, siue substantiæ quantumcunque maximus, ex quo tamen finitus est, potest esse, in quo vnitiue perfectio charitatis contineatur. 2. D. 23. Qu. *Vnica.* *Ad quartum principale.* G. 9.

Charitas est bona per participationem. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs tertia Ad tertium principale.* Oo. 32.

Charitas est quædam participatio Dei: ideo necesse est, quòd secundum aliquem gradum determinatum capiat partem infinitæ perfectionis, ita quod necessariò includat determinatum gradum respectu charitatis infinitæ, sicut est determinata participatio: alioquin posset concludi, quòd calor, & quæcunque talis forma posset esse infinita, quia quælibet forma est participatio infinit. 3. D. 13. Qu. 4. *Ad tertium principale.* l. 14.

Charitas est excellentissimum donum Dei secundum Aug. 15. Trin. cap. 19. & secundum Apost. 1. Corint. 13. *Si tradidero corpus meum ita quod ardeam* (quod videtur esse modo inhumano velle ardere pro Deo) *charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*: igitur non videtur esse aliquod donum, quod excellentius perficiat, quàm charitas: & tamen est virtus. 3. D. 34. Q. *Vnica.* §. *Sed contra.* ℣. *Primo, quia.* n. 3.

Charitas videtur esse nobilior quocunque alio habitu supernaturali ex Apost. 1. Cor. 13. *Maior horum est charitas*: & Aug. 15. Trin. cap. 19. *In donis Dei nullum est maius donum charitate, nec æquale*: patet de dono alterius rationis. 4. D. 49. Q. 4. ∫. *Iuxta hoc.* ℣. *Contra.* K. 13.

Charitas est summum honestum, & esset honestum, licet, per impossibile, non esset commodum. 4. D. 46. Q. 4. §. *Ad quæstionem.* ℣. *De primo.* A. 4.

Charitas, vel gratia ex hoc, quod est quoddam permanens, etiam secundum quemcunque gradum, si procedatur in infinitum, quilibet graduum factibilium erit per se factibilis: & ita quantumcunque contingit esse in potentia, contingit esse simul in actu, quia possibilita ad talem, vel tantam formam non est possibilitas ad aliquid tantum in fieri, sed ad aliquid in facto *esse*. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem.* ℣. *Dico ergo.* E. 3.

Charitatem quantamcunque Deus potest creare, tantam potest creare: ista propositio si sit hypotetica, est necessaria, quia antecedens includit consequens, *Si tantam potest, tantam potest*, ita quod tam antecedens quam consequens ponatur in *esse*; quia si consequens ponatur in *esse*, & non antecedens, sit fallacia consequentis: non enim oportet, quòd ad quod sequitur consequens, ad idem sequatur antecedens: illa autem de in *esse* est antecedens ad illam de possibili: deberet ergo propositio illa sic poni in *esse*, *quantum creat, tantum creat*: si autem eadem propositio accipiatur vt cathegorica de conditionato prædicato, iste est sensus, *potest creare tantam, quantam potest creare*, id est potest creare summam creabilem: Et sic si notetur potentia vnica modificans propositionem, propositio non est vera de forma, nec sic subiectum includit prædicatum, quia prædicatum est specificatum per illam determinationem, quæ non est per se nota in *esse* subiecto: sed tantum est vera gratia materiæ, quia in permanentibus quantumcunque procedatur, summum possibile est ita factibile vnica factione, sicut quodcunque aliud. *ibidem.* ℣. *Hæc ratio.* E. 4.

Charitas, vel gratia si non sit summa perfectio supernaturalis, sed fruitio, potest concedi quod vltra summum gradum

Charitas quo ad perfectionem.

dum charitatis potest fieri gradus superior vltra illam speciem, sicut gradus fruendi. *ibidem. Ad secundum principale prima quæstionis, ℣. Si secundo modo.* K. 13.

Charitas quo ad augeri.

Charitas supponitur posse augeri, secundum illud Aug. ad Bonifacium: *charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici*: & secundum illud eiusdem 6. Trin, 7. vel 8 *In rebus incorporeis idem est melius esse, & maius esse*: aliqua autem charitas est melior altera, quia ei correspondet maius præmium essentiale, ergo aliqua charitas est maior alia. 1. D. 17. Q. 3. *aliàs*. 4. *in ipso principio quæstionis*. Q. 9. n. 1.

Charitas præexistentis nihil manet idem numero in charitate aucta, secundum aliquos, sed totum, quod præfuit, quando augetur, corrumpitur, & aliud indiuiduum perfectius illo generatur. *ibidem*. §. *Hic dicitur*. Q q. 2. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam positionem*. n. 3.

Charitatem licet non sit necesse Deum augere in illo instanti, in quo elicitur actus meritorius, quo meretur charitas augeri: tamen potest tunc augere charitatem, ita quod augmentum, quod quis meretur, simul tempore detur, quando actus elicitur, *ibidem. ℣. Quarum prima.*

Charitatis augumentum actus, qui meretur: vel sic; actus, qui meretur augmentum Charitatis, est meritorius, igitur præsupponit charitatem in isto instanti, in quo elicitur: quero quam? non istam nouam partem, quæ acquiritur, quia ista sequitur, sicut præmium meritum: ergo præsupponit istam, quæ præexistebat, & per consequens non corrumpitur illa in illo instanti, quia si sic, tunc in illo instanti non posset actus meritorius elici, in quo tamen quis meretur augmentum charitatis. *ibidem. ℣. Ex hoc arguo.*

Charitatem non augere Deum in instanti, in quo habetur actus meritorius respectu augmenti, sed semper posterius duratione, est improbabile; quia virtus augetur per actum elicitum, & non quando actus ille non est, quia quod non est, nihil causat; ergo quando actus ille inest, tunc est ratio augendi habitum, ergo si tunc generetur nouum indiuiduum, & corrumpitur indiuiduum, quod præfuit, sequitur quod actus augmentatiuus habitus non elicitur ab habitu, quod videtur inconueniens; quia tunc actus augmentatiuus habitus est imperfectior, quam alius non augmentatiuus habitus elicitus ab habitu. *ibidem. ℣. Licet illa responsio.*

Charitas quando augetur, realitas illa positiua, quæ erat in charitate minore, manet eadem realiter in charitate maiore. 1. D. 17. Quæst. 3. *aliàs*. 4. §. *Ad quæstionem igitur*. T t. 9.

Charitas quando augmentatur, realitas positiua, quæ præexistit in charitate minore, non est tota realitas positiua, quæ est in charitate maiore: imo si essent charitas maior, & minor separatæ à subiecto, maior haberet in se realitatē positiuam minoris, & aliam additam, si, per impossibile, tolleretur omnis habitudo ad subiectum. *ibidem*. Quæst. *aliàs* 5. §. *Ad istam quæstionem*. Xx. 6. 7.

Charitas intenditur, ergo charitas mutatur, non sequitur, sicut non sequitur, quantitas molis augetur, igitur mutatur, vel mouetur, nam solum subiectum mutatur, non forma, nisi methaphoricè, & impropriè &c. & ideo secundum se propriè non conceditur isto modo, quod charitas intenditur, sed subiectum eius secundum eam; vnde dicit Aug: *charitas non crescit, sed homo habens eam*; augmentatio enim dicitur aliquando de subiecto mutationis, quandoque de forma, vt proximo, & formali termino augmentationis: istorum modorum secundo modo dicitur forma intendi, & mutari primo modo subiectum eius. *ibidem*. §. *Sexto propter tertiam. ℣. Ad secundum*. Zz. 4.

Charitas quo ad acceptibilitatem, & meritum.

Charitas vltra hoc, quod perficit voluntatem, non solum in actu primo, sed etiam in ordine ad actum secundum; facit acceptum actum suum, & actum cuiuslibet potentiæ. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. F. 14.

Charitas habitus infusus simpliciter dat acceptabiliter operari, & etiam dat aliquam actiuitatem respectu actus, sicut aliqua causa secunda respectu eius, sed non dat delectabiliter, neque faciliter, quæ conueniunt habitui acquisito, in quantum distinguitur ab infuso per hoc, quod acquiritur ex frequenter agere. 1. D. 17. Qu. 2. *aliàs* 3. §. *Ad argumenta pro prima opinione. ℣. Ad primum*. Oo. 33.

Charitas dicitur esse forma aliarum virtutum, quia bonitas, meritoria, quæ competit actui, aliquo modo, à charitate, est complet ua bonitatis cuiuscunque alterius in actu. Quodl. Q. 17. *§. De tertio. ℣. Respondeo actus*. I. 8.

Charitatis actus (vltra rectitudinem, hoc est, conformitatem sui ad cognitionem directiuam) habet propriam bonitatem ex hoc, quod est secundum inclinationem charitatis, imò esse secundum illam inclinationem est habere propriam bonitatem charitatiuam: non sic de virtutibus moralibus. *ibidem. ℣. Respondeo ratio*. K. 9.

Charitas non est principium totale actus meritorij, nec disparatum respectu ipsius voluntatis, sed subordinatum, quia potentiæ est vti habitu, non è conuerso: nec est per se requisita non solum ad substantiam actus, sed nec ad actum, in quantum meritorius, sed tantum requiritur ad quoddam præuium ad hoc, quod actus sit acceptabilis. sed nec requiritur, vt tale præuium, necessitate ordinis essentialis causarum, sed tantum necessitate dispositionis illius voluntatis, scilicet diuinæ, quæ contingenter disposuit non acceptare actum, nisi secundum illam inclinationem sit elicitus. *ibidem. Ad argumentum principale. ℣. Præterea igitur*. O. 13.

Charitas sola diuidit inter filios Dei, & perditionis. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad quartum. ℣. Dici potest*. S. 31.

Charitas quo ad operationem.

Charitas si esset simpliciter principium respectu actus, esset potentia, quia potentia est, qua simpliciter possumus: & vlterius sequitur, quod non plus erit voluntas bona, si operetur per habitum charitatis, quam lignum perficitur in agendo, si agit per calorem sibi accidentaliter inhærentem: nam sicut ex hoc nulla conuenit actio ligno per formam ligni, sed tantum illi accidenti, quod recipitur in ipso; ita etiam videtur quod actio illa, quæ competeret charitati: vt principali principio, nullo modo competeret voluntati, vt voluntas: Ex hoc vlterius sequitur, quod sicut calor, si esset separatus, æquè calefaceret, ita charitas, si esset separata, æquè ageret: nam omnis forma, quæ est principium totale agendi, vt est in subiecto, si per se est, potest per se operari, & sequitur euidenter propositum, quòd habitus est potentia. 1. D. 17. Quæst. 2. §. *Contra istam opinionem. ℣. Præterea ex hoc*. E. 4.

Charitas si est principium totale respectu actus, tunc homo, habens semel charitatem, nunquam posset peccare mortaliter, quod est inconueniens: probatio consequentiæ, quia habens formam aliquam actiuam sibi prædominantem, nunquam potest moueri contra inclinationem illius, sicut nunquam corpus mixtum graue potest ascendere contra inclinationem terræ prædominantis: Sed charitas, si est principium actiuum totale, prædominatur ipsi voluntati, quæ non potest in actum illum; ergo voluntas semper sequitur inclinationem charitatis in agendo, & ita nunquam peccabit. *ibidem. ℣. Præterea, tunc*. F. 5.

Charitatem dat Deus, non solum propter actum primum, sed propter secundum, vt sit perfectior, & intensior actus diligendi ex potentia, & charitate, quam ex potentia tantum. 3. D. 23. Quæst. *Vnica. §. Ad quæstionem*. F. 14.

Charitatis habitus supernaturalis, quantum ad substantiam actus, dat aliquam intensionem vlteriorem, quam eadem potentia, & ex æquali conatu, dare non posset actui suo. 3. D. 27. Q. *Vnica*. §. *De tertio dico*. O. 19.

Charitas infusa non est principium sufficiens eliciendi actū diligendi, nec fides est principium sufficiens eliciendi actum credendi, sed inclinans, vt, concurrentibus alijs necessarijs, actus bonus eliciatur. 4. D. 6. Q. 10. §. *Ad quæstionem. ℣. Respondeo habitus*. P. 16.

Cha-

Charitas quando infunditur.

Charitas in eodem instanti temporis, quo creatur, infunditur animæ, sed in alio, & alio instanti naturæ, quia prius natura creatur, quam animæ infundatur. 1. D. 17. Q.2. aliàs 3. §. *Sexto propter tertiam.* ℣. *Ad tertium*. Zz. 5.

Charitas & gratia.

Charitas non videtur alius habitus realiter ab isto, per quem Spiritus Sanctus inhabitat animam: & ita non sic Spiritus Sanctus per habitum medium alium ab isto, quo inhabitat, mouet ad diligere, sicut mouet ad credere, & sperare. 1. D.17.Q.2. *aliàs* 3.§.*Quantum ad tertium*.℣. *Sed tenendo*. Nn. 30.

Charitas dicitur, qua habens eam, habet Deum charum, ita quod respicit Deum non in ratione diligentis, sed in ratione diligibilis: gratia est, qua Deus habet aliquem gratum, & ipsa respicit Deum acceptantem, siue diligentem, non autem dilectum. 2. D.27.Q.*Vnica*. §. *Ideo alia est*.℣.*Respondeo Charitas*. A. 4.

Charitas quo ad desiderium, & spem.

Charitatis actus intensus, & remissus, & medius potest esse sine desiderio, quo desideratur bonum infinitum esse bonum meum: de remisso patet, quia possum remissè velle Deum in se esse bonum, non desiderando illud mihi: similiter patet de medio: de supremo patet, quia summè diligit se Deus, & summè beatus est, & in hoc non desiderat formaliter se esse bonum alij amanti: nec oportet potentiam liberè agentem necessario agere quantum potest. 3. D.26.Q.*Vnica*.§.*Ad quæstionem*.℣. *Prætereà sine*. G.17.

Charitas perficit voluntatem, in quantum est affectiua affectione iustitiæ, & spes perficit eam, in quantum est affectiua affectione commodi: & ita erunt distinctæ virtutes, non tantum ex actibus, qui sunt *amare*, & *desiderare*, sed etiam ex susceptiui, quæ est voluntas, secundum illam duplicem affectionem affecta. *ibidem*. ℣. *Hoc etiam probatur*. G. 18.

Charitas, & spes non distinguuntur ex obiectis, scilicet per arduum, & delectabile, vt dicit vna opinio, immò est omnino eadem ratio formalis vtriusque obiecti, licet aliqua addantur hic, quæ non ibi: siquidem *esse excedens* dicit conditionem non eius, quod est *esse* obiecti: sed eius, quod est *esse* à quo: *esse absens* dicit conditionem concomitantem istam, tam in causa efficiente, quam in fine scilicet remotionem obiecti: non autem dicit rationem obiecti: *Velle mihi* dicit conditionem cuius, & *velle ex meritis* dicit conditionem qualiter. *ibidem*. H. 18.

Charitas circa Deum, vt diligibilem in se, sufficienter perficit: & vt appetibile, & commodum mihi sufficienter perficit spes. 3. D.34.Q.*Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. ℣.*Per tres*. C.7.

Charitas quo ad proximum.

Charitatis habitus, quem dat Deus, quo ipse habeatur charus, vt bonum commune, & condiligendum ab alijs: habitus, inquam, iste, qui est Dei, idest circa Deum, consequenter inclinat etiam ad velle ipsum haberi charum, & diligi ab alio, saltem cuius amicitia sit ei grata, vel non displicens pro tunc, pro quando est grata; sicut igitur ille habitus inclinat ad diligendum Deum in se ordinatè, & perfectè, ita inclinat ad velle eum diligi à se, & à quocunque alio, cuius amicitia sit grata. 3. D 28.Q. *Vnica*.§ *De primo dico*. A.2.

Charitatis habitus est vnus, quia non respicit primò plura obiecta, sed solum Deum respicit pro primo obiecto, vt in se bonum primum, & secundariò velle eum diligi, & per dilectionem haberi à quocunque quantum est in se, quia in hoc est perfecta, & ordinata dilectio eius: & hoc volendo diligo me, & proximum ex charitate, volendo mihi, & sibi velle, & per dilectionem habere Deum in se, quod est bonum simpliciter iustitiæ; ita quod primum obiectum est solus Deus in se; omnia autem alia sunt quædam obiecta media, quasi actuum reflexorum, mediantibus quibus tendo in infinitum bonum, quod est

Charitas quo ad proximum.

Deus: idem autem est habitus actus recti, & reflexi. *ibidem*.℣. *Ex hoc patet*. A. B. 2.

Charitatis habitus est circa aliud à Deo, quatenus præceptum est datum de diligendo illud aliud: & ad illum actum oportet vti illo habitu, aut saltem non contra agere illi habitui: alioquin destrueretur actus, & habitus circa Deum, non quidem ex natura contradictionis, sed per naturam demeriti, transgressio enim præcepti non corrumpit positiuè habitum, nec actum diligendi Deum sed demeretur, vt Deus se substrahat, & sic nec habitus, nec actus posset inesse. *ibidem*. §. *De secundo dico*. D.4.

Charitatis habitus est talis, quòd ex natura sua natus est inclinare ad amandum, non priuatiuè: & ideo actus amandi priuatiuus, qui scilicet destruit amare proximum, nullo modo potest esse talis habitus. *ibidem*.

Charitatis actus si in bonitatem proximi tendat, hoc non est, nisi in actu reflexo, qui semper vlterius tendit in obiectum actus recti. *ibidem*. *Ad primum principale*. G. 6.

Charitatis virtus habet pro obiecto quietatiuo tantum Deum: tamen pro obiecto proximo in actu reflexo, habet aliquid creatum. *ibidem*. *Ad secundum principale*.

Charitas ex hoc, quod sit principium tendendi in Deum actu directo, est principium reflectendi super actus illos, quibus tenditur in Deum: & in hoc est principium volendi cuilibet potenti diligere Deum quod diligat ipsum. 3. D.29.Q.*Vnica*.§.*Ex dictis*. A. 2.

Charitas ordinata magis est ad se ipsum, quam ad proximum. 4.D.5.Q.3.§.*Iuxta hoc*.℣. *Respondeo*. A. 1.

Charitas potissimè est ad se ipsum scilicet ad eam habentem, & generaliter ad omnem proximum. *Quodl*.Q.20.§.*De secundo*.℣.*Potest ergo*. K. 16.

Charitas quo ad peccatum.

Charitatem habentem nunquam posse peccare mortaliter, est inconueniens. 1.D.17.Q.2.§.*Contra primam opinionem*. ℣. *Prætereà tunc*. F.5.

Charitatem habens potest peccare venialiter, & ab illo aliquis actus indifferens potest esse. *Quodl*. Q.17.§.*De secundo*. ℣.*Sed contra*.℣.*Contra hoc*. D.5.

Charitas, à cuius solius inhærentia, & inclinatione ad actum, actus dicitur esse formatus, inest in illo instanti, in quo deletur peccatum. 4 D.14.Q.2.§. *De secundo principali*.℣.*De tertio dico*.M.13.

Charitas, inquit Aug. de operibus misericordiæ, *quæ deseri potest, nunquam vera fuit:* Hoc modo debet exponi, quia aliquis verè fuit in charitate, qui postea peccauit mortaliter, sed non fuit vera charitas, id est, verè coniungens fini, scilicet beatitudini. 3.D.36.Q.*Vnica*.§.*Per hoc*. ℣.*Ad primum argumentum*. D.10.

Charitas in via, & in patria.

Charitas in Patria manebit, sine fide: & manet modo in via fides informis, sine charitate. 3. D.25. Q.1.§.*De primo*. A. 2.

Charitatem æqualem si aliquis haberet hic, sicut in patria, non propter hoc esset hic beatus, quia non posset habere æqualem actum, sicut tunc habebit: & in actu consistit beatitudo. 3. D.31.Q.*Vnica*.*Ad primum principale*. G.9.

Charitatis habitus si est æquè perfectus hic, & in Patria, non sequitur, igitur & actus similiter, quia actus diligendi Deum dependet sicut à causa partiali, non solum à voluntate, & charitate, sed etiam ab obiecto præsente per actualem intellectionem, & hoc secundum determinatam perfectionem, secundum quod est determinatè præsens, si magis, magis, si minus, minus: in via de communi lege non potest esse obiectum præsens, sicut in Patria, etiam præsentia speciei eiusdem: nec ex hoc sequitur quòd actus possit esse ita perfectus, & si habitus sit æqualis; quia habitus non erit totale principium illius actus, sed partiale, & eo modo, quo ipse habitus est principium, semper æqualiter se habet ad actum, semper enim dat actui suo quod sit quoddam amare Dei, in quantum est summum bonum: nec habitus dat sibi quòd sit Dei, vt præsens, vel absens, nec dat sibi perfectionem, quam habet ex obiecto sic, vel sic præsente. *ibidem*.

Charitas in via nō necessariò determinat actū suū ad aliquid,

ad quod

Charitas in via, & in patria.

ad quod sequatur imperfectio, sed actus in quantum est eius, est indifferens, ita quòd accidit sibi talis perfectio, vel imperfectio posita. *ibidem*.

Charitas, & si nunc sit determinata ad actum circa illud, quod latet, & per consequens circa imperfectum: non tamen inclinat ad actum sic imperfectum, sed actum, cui accidit imperfectio. *ibidem*. *Ad secundum principale*. G. 10.

Charitas non videtur poni in beato propter aliud, nisi propter principium actuum: non enim videtur facere ad passionem: nec frustra ponitur, ergo habet rationem principij actiui, nisi potentia sit actiua, quam habilitat ad agendum, quæ potentia est voluntas: si sic, tunc facilè est videre, quomodo est inæqualitas, non solum in actione, sed etiam in ipso principio actiuo est inæqualitas, vt patet: voluntas enim, & charitas secundum perfectionem possunt esse inæquales. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo, & primo*. ℣. *Quarta conclusio*. E. 6.

Charitas (sermo est de duobus beatis) siue sit æqualis, & voluntas inæqualis: vel sic, siue sit voluntas æqualis, charitas verò inæqualis: siuè charitas æqualis, & voluntas inæqualis, potest tamen in inæqualem actum voluntas affecta charitate: probo, in effectu potest esse perfectio aliqua non solum à prima causa, sed etiam à secunda. *ibidem*. ℣. *Respondeo ad hoc*. F. 7.

Charitas si sit æqualis in duobus viatoribus, ita quod habens voluntatem ignobiliorem habet tantam charitatem, quãtam habens nobiliorem voluntatem; & habens nobiliorem habet simplicem charitatem: tunc dico, quod est talis æqualitas quantitatis in specie actus: tamen est inæqualitas proportionis: inferior enim voluntas agit secundum totum suum conatum, sed voluntas nobilior non: & sic secundum hoc (in Patria) non dabitur tanta charitas vni, sicut alteri, si merita sunt æqualia. *ibidem* ℣. *Respondeo, & dico*. F. 7.

Charitatem minorem, & nobiliorem voluntatem quando quis habet in via, & alius maiorem charitatem, & ignobiliorem voluntatem cum merito æquali: primò sunt æquales in merendo æqualitate quantitatis, non æqualitate proportionis, quæ attenditur secundum maiorem conatum, vel minorem, ideo charitas inæqualiter inæqualitate proportionis tribuitur eis in Patria: beatitudo tamen æqualiter æqualitate quantitatis; & ex hoc patet, quòd inæqualiter fruuntur Deo. *ibidem*. ℣. *Dico, quod primò*.

Charitas in Patria immediatè causabit intellectionem intuitiuam sui in intellectu: & tamen non erit præsens intellectui inhærendo, sed voluntati; & tamen ista præsentia sufficit ad hoc, quod ipsa, vt causa partialis, concurrat cum alia causa. 4. D. 12. Q. 3. *Ad quintum principale*. ℣. *Et ita breuiter*. Hh. 41.

Charitatem saltem necesse est ponere propter operationem eliciendam, & per consequens aliquam operationem potest voluntas cum charitate elicere, quam non potest ita intensè sine charitate elicere: & sic patet, quòd aliquam operationem beatitudinis potest homo habere, quam non potest habere ex puris naturalibus. 4. D. 49. Q. 11. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Teneo ergo*. H. 10.

Charitas ex parte voluntatis in beato non requiritur, si voluntas sit potentia merè passiua respectu fruitionis: vnde ponentes voluntatem merè passiuam respectu fruitionis, tollunt charitatem, quia ex parte voluntatis requiritur non aliqua forma ad recipiendum fruitionem, quia ipsa secundum se est summè disposita ad recipiendum eam: sed quia, secundum scripturam, & fidem, habemus ponere charitatem, saltem necesse est eam ponere in beato propter operationem eliciendam. *ibidem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. G. H. 10.

Charitas respectu aliarum virtutum.

Charitas, quæ est habitus superior ad habitus aliarum virtutum, habet referre actum virtutis inferioris immediatè in Deum: nullus igitur alius habitus habet propriè ex se sic referre, sed tantum habet ex se suum actum proprium diligendi hoc bonum, quod bonum debet vlterius referri per charitatem: nec ex hoc sequitur quod inferior sit malus, nec quod sit principium fruendi bono creato, quia & si non referat tantum negatiuè, fruendo: tamen non refert contrariè, scilicet repugnando frui recto, & hoc non est frui. 3. D. 33. Q. *Vnica*. *Ad quintum principale*. ℣. *Respondeo habitus*. N. 21.

Charitati ex obiecto, scilicet fine vltimo, magis conuenit vti quacunque virtute, quam è conuerso, sicut semper in actibus, & potestatibus ordinatis, habens finem superiorem regulariter vtitur inferioribus omnibus. 1. D. 14. Q. 2. §. *Primus articulus* ℣. *Ad istam*. H. 10.

Charitas dicitur esse forma aliarum virtutum, quia bonitas meritoria, quæ competit actui aliquo modo à charitate, est completiua bonitatis cuiuscunque alterius in actu. Quodl. Quæst. 17. §. *De tertio*. ℣. *Respondeo actus*. I. 8.

Charitas respectu pœnitentiæ.

Charitas potest vti actu pœnitentiæ, & etiam cuiuscunque virtutis in voluntate, vel in intellectu. 4. D. 14. Q. 2. §. *Primus articulus*. ℣. *Ad illam*. H. 10.

Charitatis actum magnum bene potest Deus acceptare pro punitione debita vni culpæ, licet enim non sit propria punitio, est tamen maius bonum, & magis Deo reddens honorem, quam illa, quæ esset propria illius punitio. 4. D. 15. Q. 1. §. *De tertio*. F. 8.

Charitas beatitudo euangelica, donum fructus spiritus sancti.

Charitatem exprimit Saluator Matth. 5. ibi, *beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*: Esurire non est sine misericordia: sed habitus, quo elicitur, est charitas: proprijssimè enim charitas viæ est habitus, quo esurimus iustitiam, & diligimus Deum in se, quod est iustitia. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *Duas autem*. M. 19.

Charitas, inter dona Spiritus Sancti, exprimitur per spiritum sapientiæ: vniuersaliter enim quando in scriptura commendatur sapientia, vt *Beatus vir, qui in sapientia morabitur*. Eccl. 14. & huiusmodi, ibi sapientia est charitas: est enim habitus, quo sapit habenti illud obiectum, quod est in se sapiendum, quo scilicet placet mihi bonum eius in se, & illud volo mihi. *ibidem*. ℣. *Exprimuntur ergo*. O. 20.

Charitas, inter fructus Spiritus Sancti, exprimitur proprio nomine, & similiter fides. *ibidem*. ℣. *De fructibus*. P. 21.

Charus.

Charus posset haberi Deus aliquo amore priuato, quo amãs nollet habere condiligentem, sicut in Zelotipijs habentibus mulieres charas: sed ille habitus non esset ordinatus, nec perfectus. 3. D. 28 Q. *Vnica*. §. *De primo dico* A. 2.

CHR

Chrisma.

Chrismate tangere in fronte iam baptizatos præsbyteris, vbi desunt Episcopi, concessit Gregor. Dist. 3. cap. Peruenit: per quod videtur ipsis concessisse posse conferre Sacramentum confirmationis: nec hoc videtur ipsis concessisse tantùm propter scandalum aliquod vitandum, quasi propter aliquid concedere voluisset ijs, quibus re vera non potuit illud concedere, vt aliqui volunt, quia *vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur*: Extra de regulis iuris. 4. D. 7. Q. 1. §. *Circa istam*. ℣. *Ad tertium*. D. 4.

Chrisma, quæ est materia remota Sacramenti Confirmationis, habet similitudinem cum effectu huius Sacramenti: oleum enim nitorem habet, & supereminet cæteris liquidis, & est materia proxima incendij: Per primum significat castitatem, vel munditiam: Per alia duo significat charitatem: Et balsamum, quod habet bonum odorem, significat bonam famam, iuxta illud 2. Cor. *Christi bonus odor sumus Deo*: Balsamo etiam corpora mortuorum condiuntur, ne putrefiant, ideo significat incorruptionem: Per illam ergo materiam confectam ex oleo, & balsamo significatur, quod confirmatus debet habere munditiam, & charitatem, & bonam famam, quia sine istis non est multum authentica confirmatio fidei Christianæ. *ibidem*. ℣. *Quartus modus*. E. F. 8. in fine.

Chri-

Christianus.

Christiani eredita non vident in regnis æternis, vt vult Aug. 4. Trin. 15. vbi loquitur de Philosophis infidelibus: *nonnulli eorum potuerunt aciem mentis vltra omnem creaturam transmittere, & lucem incommutabilis veritatis quantulacunque ex parte attingere, quod Christianos multos ex fide interim sola viuentes nondum potuisse derident.* 1. D. 3. Q. 4. §. *Ad Quæstionem.* ¥. *Ex isto apparet.* S. 20.

Christianus quilibet tenetur nō dare occasionem alteri, qua reuocetur à lege Christi. 4 D. 21. Q. 2. §. *In ista quæstione.* ¥. *Secunda Conclusio.* F. 11.

Christiani non dicimus aliquem in somno, vel extasi aliqua vide re, nisi sit ibi aliqua causa positiua, vtpote quod Deus tunc intellectum immutet: de congruo autem magis tunc disponitur per amotionem impedimenti, quia scilicet non est distractus circa alia obiecta, & vehemens occupatio circa aliud obiectum impedit intensè operari circa illud. 4. D. 45. Q. 2. §. *Hic tenetur.* ¥. *Qua autem.* B. 11.

Christus subiectum sacræ Theologiæ.

Christus non est primum subiectum Theologiæ necessariorum, vel contingentium, quia tunc veritates necessariæ de Patre, & Spiritu Sancto non essent Theologicæ, puta Pater generat, Spiritus Sanctus procedit: nec veritates contingentes de eis, putà Pater creat per filium, Spiritus Sanctus temporaliter missus est visibiliter, & inuisibiliter: nec veritates necessariæ de Deo Trino, vt quod est omnipotens, immensus &c nec contingentes, vt Deus creat, gubernat mundum, remittit peccata, punit, præmiat, & huiusmodi; quia ad nullam scientiam per se pertinent aliquæ veritates, nisi sit de subiecto primo, vel de eius parte subiectiua, vel integrali, vel essentiali, vel de aliquo ad subiectum attributo. *Prolog.* Qu. 3. §. *Ex prædictis.* N. O. 14.

Christus cum dicat duas naturas, & hoc in quantum est subiectum (secundum ponentes illud) sequitur quod vt habens naturam creatam erit essentialiter prior Patre, vel Spiritu Sancto, vel Trinitate, quia essentialis attributio non est, nisi ad essentialiter prius. *ibidem.*

Christus, secundum diuinitatem, non habet aliquam talem prioritatem, secundum quam posset Pater, vel Trinitas ad Christum attribui essentialiter, prout requiritur ad rationem primi subiecti. *ibidem.*

Christi aduentus.

Christi animæ Deus vult gloriam prius, quam alicui alteri vult gloriam, ergo prius vult animæ Christi gloriam, quam præuideat Adam casurum. 3. D. 7. Q. 3. §. *Sed hic sunt.* ¥. *Sine præiuditio.* B. 3.

Christus non venisset vt redemptor, nisi homo cecidisset; neque forte vt passibilis, quia nun fuit aliqua necessitas, vt illa anima à principio gloriosa, cui Deus præoptauit non tantum summam gloriam, sed etiam eozuam illi animæ, quod vnita fuisset corpori passibili, nisi redemptio esset facienda: & sic exponi possunt omnes authoritates, quæ sonant filium Dei nunquam fuisse incarnatum, si homo non cecidisset, quòd scilicet vt redemptor. &c. *ibidem.* B. ante 4.

Christus si non venisset, nisi Adam cecidisset, sequeretur hoc magnum absurdum, scilicet, quod Deus prædestinando Adam, prius præuiderit ipsum casurum in peccatum, quam prædestinasset Christum ad gloriam, si prædestinatio scilicet illius animæ tantùm esset pro redemptione aliorum; quia redemptio non fuisset, nisi & delictum præcessisset. *ibidem.*

Christi animam non videtur Deus prædestinasse ad tantam gloriam propter solam redemptionem naturæ lapsæ, cum illa redemptio, siue gloria animæ redimendæ non sit tantum bonum, quantum est illa gloria animæ Christi: nec est verisimile tàm summum bonum in entibus esse tantum occasionatum, scilicet propter minus bonum: nec est verisimile Deum prius præordinasse Adam ad tantum bonum; quam Christum, quod tamen sequeretur. *ibidem* B. 3.

Christus quo ad assumptionem humanitatis à verbo.

Christus, si verbum assumpsisset corpus, mediante anima, ita quod in primo instanti assumpserit animam, & in secundo corpus animæ vnitum in eodem instanti, non esset primò homo; quia assumens non est homo, nisi quia assumptum est homo (quod exponi potest si bene intelligatur, quia assumptum est natura humana) igitur si primò assumptum non est natura humana, assumens non erit primò homo; & sicut in instanti assumptionis se habuit ad totum, & partes, ita & modo: & ideo nec modo est primò homo, quod videtur inconueniens, cum sit aliqua ratio à parte prædicati alia hic, & ibi, licet sit alius modus prædicandi. 3. D. 2. Q. 2. ʃ. *Contra primum.* n. 2.

Christus non esset homo, si verbum corpus assumpsisset mediante anima; & naturam humanam mediantibus anima, & corpore; quia natura humana, composita ex anima, & corpore, non dicitur de verbo denominatiuè propter solam vnionem animæ ad ipsum verbum; quia vnio deberet esse ratio talis denominationis, quia tunc posset dici homo propter vnionem animæ ad corpus. *ibidem.* ¥. *Imo secundo.* n. 3.

Christus quo ad vnitatem.

Christus, secundum Lincon. in Examer. habet triplicem vnitatem, quarum prima est ad Patrem, & ad Spiritum Sanctum: secunda Verbi ad naturam assumptam: tertia Christi capitis ad membra. *Prol.* Q. 3. §. *Aliter tamen.* P. 16.

Christus, si accipiatur ens per accidens propriè, vt aggregat duo genera, vel res duorum generum, non est ens per accidens, quia natura diuina in nullo genere est; natura etiam humana nulli accidit, quia verè est; si tamen dicatur vnum per accidens propriè quodcunque includens duo, quorum vnum aduenit alteri, habenti *esse* completum, & nun est forma per se informans illud constitutum tertium, posset concedi esse ens per accideus, licet in proposito nun bene sonet. 3. D. 6. Q. 1. *Ad primum principale.* E. 8.

Christi vnitas, *siue* Vnitas, quæ est in Christo, non est maxima vnitas, si dicatur vnitas maxima ex priuatione distinctionis: Si verò dicatur maxima ex perfectione vnitorum in ipsa vnitate, potest concedi vnitas Christi maxima vnitas, post vnitatem Trinitatis; quia ipsa vnita sunt perfectissima, quia vnum est infinitum, & alterum est substantia perfecta in se, & ex vnione eius ad reliquum, est perfectissimum per communicationem ideomatum, quia est Deus. *ibidem.*

Christus non est duo masculinè, quia non duæ personæ, quia tunc non esset vnio in persona: nec duo neutraliter, quia non est natura humana, licet habeat in se duo neutraliter, scilicet duas naturas: & sic nullo modo est duo. 3. D. 6. Q. 2. ʃ. *Ad quæstionem.* A. 3.

Christus licet in quantum Deus sit aliquid, & in quantum homo sit aliquid: non tamen sequitur quod in quantum homo sit idem aliquid, quod est Deus, nec aliud aliquid. *ibidem.* *Ad primum principale.*

Christus, in quantum Deus, non est aliquid idem, quod homo, ergo est aliud aliquid, quia *idem, & diuersum* sunt per se differentiæ entis; 10. Metaph. Tex. 12. non sequitur; quia neutrum oppositorum sequitur cum ly *in quantum*: neque enim Deitas est ratio alcui essendi idem homini, neque est ratio essendi aliud ab homine; quia tunc repugnaret ei istud quod est esse hominem, quod est falsum, quia Deus est homo: similiter humanitas non est ratio essendi idem Deo, quia tunc in quolibet homine esset ratio essendi idem Deo; & tunc omnis homo esset Deus: nec est ratio essendi aliud a Deo, quia tunc repugnaret cuilibet homini esse idem Deo: si tamen ly *inquantum* non acciperetur strictè, prout dicit inhærentiam prædicandi, sed tantum specificando, prout dicit rationem illam, secundum quam subiectum accipitur in se, posset concedi; quòd in quantum homo est idem aliquid, quod est Deus: Sed tunc non sequitur quod humanitate est Deus, quia hoc pertinet ad illum intellectum de ly *in quantum* reduplicatiuum. *ibidem.* ¥ *Respondeo.* B. 4.

Christus quo ad vnitatem.

Chistus est solus homo, vel solus Deus: hæc est falsa, non quia aliquid dicatur de Christo, de quo non dicatur Deus; sed quia nō omne dictum de Christo est formaliter, vel essentialiter Deus; quia homo dicitur de Christo, & tamen non est formaliter Deus, vel dictum de Deo. *ibidem. Ad secundum principale*. D.5.

Christus non est tantùm homo, nec tantùm Deus, conceditur communiter: sed non sequitur ex hoc; ergo est aliud, quàm homo; vel aliud, quàm Deus; sed est fallacia consequentis, arguendo à propositione habente plures causas veritatis ad vnam illarum; In proposito enim verificatur antecedens pro isto intellectu; *Christus non est solummodo illud, quod est formaliter, vel essentialiter Deus, vel non habens solam deitatem*, quasi illa exclusio ponatur circa abstractum intellectum in concreto, quod exponitur per habens talem formam, secundum Damasc. lib. 3. cap. 11. vel 57. Deus enim est, habens naturam diuinam, & homo humanam: & ita potest negari ista propositio *Christus est tantum homo:* vel quod exclusio excludat à prædicato formaliter accepto, vel quod excludat à forma importata per prædicatum: & ratio istius exclusionis in subiecto posset assignari, quia licet subiectum supponat pro supposito, prædicatum tamen prædicat formam importatam per ipsum, & non suppositum. *ibidem Ad secundum principale*. D.6.

Christus non totum est Deus, Damasc. *lib. 3. cap.* 7. hoc dictum potest exponi syncategorematicè sic, idest: Non vtraque natura est Deus: vel non totum formaliter, idest, non vtroque, quod est in eo, est formaliter Deus. *ibidem. Ad tertium principale*. D.6.

Christus non est duo neutraliter, licet duæ essentiæ in eo inclusæ sint duo neutraliter; quia non est illæ duæ naturæ: Vnde ad concludendum hoc prædicatum *esse duo* de Christo, si naturæ sumantur pro medio, vel maior erit falsa, & hoc si naturæ significantur in concreto; vel minor si in abstracto; vel si in maiori sumantur in abstracto, & in minori in concreto, erunt quatuor termini, & sic nihil sequitur. *ibidem, Ad vltimum principale*. D.7.

Christus non dicitur duo, licet habeat in se duo, vel duas naturas, humanam scilicet, & diuinam; sicut nec compositum dicitur per se duo, licet habeat in se duo; scilicet materiam, & formam. *ibidem*. E.7.

Christus non est nisi Deus, & homo; & hæc non sunt duo, quia Deus est homo: & omnis prædicatio est respectu alicuius vnitatis, siue per se sit, siue per accidens, non ratione dualitatis: ergo Christus non est aliqua duo. *ibidem. In argumento primo ad oppositum*, n.1.

Christi anima quo ad perfectionem.

Christi anima ponitur quod non fuit compositior anima Petri, sed simplicior, & tamen perfectior in essentia animæ. 1. D.17. Q. 3. *aliàs* 4. *§. Hic dicitur*, *℣. Item consimili*. Tt.10. *Additio*,

Christi anima fuit perfecta summa perfectione supernaturali, & pari ratione summa perfectione naturali, 3. D. 14. Q. 3. *In secundo argumento in oppositum*. n.1.

Christus æqualis patri.

Christus: Ioann.2. *Patrem suum dicebat Deum:* in hac authoritate innuitur talis demonstratio ad ostendendum quod distinctio realis præexigitur rationi æqualitatis: Christus dicebat, & verissimè, Patrem suum Deum esse, ergo se faciebat, hoc est, se asserebat æqualem Deo: communicatio autem perfecta naturæ non potest esse sine communicatione eius in propria sua magnitudine, & per consequens nec sine æqualitate inter communicantem, & illud, cui communicatur: Et quod ipsa communicatio, siue generatio, quæ importatur in hoc, quod Patrem suum dicebat Deum, præexigatur ipsi æqualitati, probatur per hoc; quia qualis ordo realis esset inter aliqua, si illa essent distincta realiter; talis ordo est inter ea, vbi sunt eadem solùm distincta ratione: nunc autem si essentiæ magnitudo differret realiter ab ipsa essentia, essentia prior esset realiter magnitudine; & per consequens communicatio essentiæ communicatione suæ magnitudinis; ergo qualiscunque distinctio sit inter illa in proposito; tali modo communicatio essentiæ erit prior communicatione magnitudinis; quia non est in altero extremo, nisi secundum magnitudinem, communicata. *Quodl*, Q.6, *§. De secundo. ℣. Tertium*. Y.20.

Christus, inquit Aug. Tract.27. in Ioann. cap. 5. *æqualem se faciens Deo, sed non ipse se faciebat æqualem sed ille illum genuerat æqualem, si ipse se faceret æqualem Deo, caderet in rapinam:* Augustinus vult dicere: Non se facit æqualem Deo rapiendo, vel vsurpando æqualitatem, sed faciebat, id est, asserebat se æqualem Deo, propter hoc; quod dixit se natum Deo: Vnde dicit ibidem, *Christus æqualis Patri natus est; vnde sic illum commendat Apostolus Philipp.2., qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: quid est non rapinam arbitratus, nisi quod non vsurpauerit æqualitatem Dei, sed in illa, in qua natus est?* Vnde præmisit ante, *Ecce*, inquit, *intelligunt Iudæi quod non intelligunt Ariani: Nec Iudæi intelligunt Patrem esse æqualem Filio, sed tantum intellexerunt in Verbis, quia talis commendaretur filius, qui æqualis esset Patri:* Ex omnibus istis verbis scripturæ, & Aug. videtur haberi quod sicut per naturalem generationem communicata est Filio natura eadem, & magnitudo substantiæ, sic & æqualitas, *ibidem. §. De tertio articulo, ℣. Huic concordat*. Kk. 32.

Christus quo ad veritatem corporis.

Christus (arguit Damasc. lib. 3. cap. 12. vel 18. contra hæreticos, dicentes Christum habuisse corpus de Cœlo assumptum, & tamen per Virginem transiens) habuit veram carnem, de Virgine substantialiter sumptam; aliter non esset homo vniuocè nobiscum: Sed hoc argumentum nihil valet, si caro non est de ratione hominis, quia habendo animam eiusdem rationis, esset homo eiusdem rationis, si corpus, vel caro esset extra rationem hominis. 3. D.22. Qu. *Vnica*, §. *Contra ista*. ℣. *Præterea Damasc. cap.* 58. n. 4.

Christus homo.

Christus per duas vniones (scilicet vnam animæ ad verbum immediatè, & aliam corporis, mediante anima, secundum aliquorum opinionem) non fuit homo; & consequenter requiritur tertia, quæ sit totius primò, propter quam tertiam Verbum sit homo; illa autem sufficit sola sine aliis, ergo illæ duæ superfluunt. 3.D.2.Qu.2. §. *Contra primum*, ℣. *Præterea propter*. n.4.

Christus est homo: potest dici quod hæc non est omninò per accidens, quia subiectum includit prædicatum: nec omninò per se, quia subiectum non habet omninò per se vnum conceptum in se: & similiter diceretur de ista Homo albus est coloratus. 3.D.7. Q. 1. §. *Quinto videndum*. ℣. *Sed contra quia istud*. E.8.

Christus natus.

Christus natus est: Hæc complexio est vera nunc: Et hæc *Christus nasciturus est*, hæc est modo falsa: similiter prima est non contingens, quia de præterito: secunda ante aduentum Christi, erat contingens quia dependebat ex libera Dei voluntate: non est igitur eadem complexio de Redemptore, quam crediderunt antiqui, & quam credimus nos. 3.D.25.Q.1. §. *Vltimo videndum*. H.10.

Christus quo ad gratiam.

Christum esse vnigenitum Patris, quòd sit proxima ratio congruentiæ, quare ipse habeat plenitudinem gratiæ videtur dicere Ioann. cap.1. *vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre*: igitur prius erat natura subsistens in verbo, quam tanta gratia sibi conferebatur: alias videretur quòd in aliquo instanti, in quo natura non erat vnita verbo, conferretur plenitudo gratiæ. 3.D.2.Qu.2. *§. Contra hoc*. ℣. *Item Ioann. primo*. G.12.

Christi anima nunquam habuit existentiam realem, nisi in verbo; ergo prius, ordine naturæ, assumebatur à verbo, quam sit subiectum gratiæ, quia ipsa natura, in qua est gratia, personatur, & per hoc omne accidens eius, accidentaliter, & mediatè vnitur personæ. *ibidem*, ℣. *Præterea, illa*.

Christus quo ad meritum.

Christi in potestate, in quantum homo, actus proprij verbi in natura diuina non erant: siue sic, Actus proprij verbi in natura diuina non erant in potestate illius hominis, vt ipse, in quantum homo, posset mereri actibus illis: non enim Christus in hoc nobis meruit, si filius Dei, qui erat in carne, creauit animas cum Patre, & Spiritu Sancto. 1. Dist. 17. Quæst. 2. *aliàs tertia. Ad primum de secunda via.* ℣. *Ad tertium dico.* Qq. 36.

Christus potuit mereri, & tamen non potuit peccare. 2. D. 5. Quæst. 2. §. *Respondeo primo.* ℣. *Si instetur.* D. 8.

Christi voluntas potuit mereri de passione Christi, quamuis non fuerit in eius voluntate (aliàs potestate) impedire eam, complacendo scilicet illi passioni, & acceptando ipsam propter bonum consequens ex ipsa, quia accepta fuit Deo. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem.* ℣. *Ad secundum dico.* G. 14.

Christus, loquendo de merito prout consistit in bono *velle* voluntatis, meruit nobis tale *velle*. 3. D. 18. Quæst. *Vnica.* §. *In ista quæstione.* ℣. *Tunc ad propositum.* B. 5.

Christus secundum aliquid fuit Viator, & passibilis secundum partem sensitiuam, & portionem inferiorem voluntatis: ideo multa habuit obiecta sensibus, & portioni inferiori, circa quæ potuit liberè velle contra affectionem commodi, quæ semper est ad conueniens illi, cuius est: ideo ieiunando, vigilando, orando, & multis alijs talibus potuit mereri, vel exercendo talia exterius, vel volendo interius talia propter Deum. 3. D. 18. Q. *Vnica.* §. *In ista quæstione.* ℣. *Tunc ad propositum.* B. 5.

Christi operationes circa obiecta præsentia sensibus, & portioni inferiori, contra affectionem, liberè volitæ non includuntur in sua beatitudine, & ideo per illos actus meruit, quia quantùm ad illos actus fuit Viator, non comprehensor, ita quod radicaliter non includantur in beatitudine. *ibidem.* B. 6.

Christus si dicatur meruisse non tantum actibus partis sensitiuæ imperatis à voluntate, sed quod etiam potuit secundum partem intellectiuam: Et tunc posset dici, quòd quantum ad omnes actus portionis inferioris potuit mereri: de his dico, quæ respiciunt ea, quæ sunt ad finem. *ibidem.*

Christi portio inferior voluntatis meruit, eliciendo operationem circa creata, vt diligendo matrem, & alios bonos in Deum, & malos propter Deum: ideo quando dicitur quòd secundum portionem inferiorem fuit in termino; Si intelligatur omni modo in termino, falsum est. *ibidem.* ℣. *Ad primum horum.* D. 8.

Christus non fuit secundum partem inferiorem, ex coniunctione cum Deo, in termino sic, quod habuit impassibilitatem, nec habuit omne, quod habere potuit secundum affectionem commodi, quia ex miraculo non habuit summum bonum sibi coniunctum quantum potuit coniungi, sicut est simpliciter beatis, & in Christo modò de facto in Patria; quia igitur sic fuit, potuit aliquid accidere sibi contra affectionem commodi, quod tamen acceptauit, & ita mereri potuit. *ibidem.*

Christus meruit secundum portionem superiorem, & secundum omnem actum eius: hoc tamen est difficile tenere, propter alios beatos, qui tunc videntur posse mereri in infinitum. *ibidem.* ℣. *Ad secundum cum dicitur.* D. 9.

Christi omnis actus secundum naturam humanam (in vita mortali) etiam beatificus, quo secundum portionem superiorem fruitur Deo, fuit acceptabilis à Deo, tanquam actus bonus, & laudabilis, pro quo Deus velit nobis aliquid retribuere, quia enim persona illa, non secundum omnem conditionem sui fuit simpliciter in termino; ideo potuit Deus omnem actum creatum illius personæ acceptare tanquam dignum aliquo bono, pro eo retribuendo illi personæ, si indiguisset, vel alteri, scilicet nobis, pro quibus meruit. *ibidem.*

Christi actus beatificus si secundum portionem superiorem fuit meritorius, oportet dicere quòd nec includit contradictionem, actum beatificum Michaelis, vel alterius beati posse acceptari tanquam aliquid dignum retributione, quod retributum daretur propter meritum; putà Michaeli daretur aliquid propter actum meritorium custodiæ, quam exercet circa me; contradictio, inquam, non esset: tamen de facto Deus non sic acceptat actum illum, quia persona illa est totaliter extra statum merendi secundum subiectum: non sic Christus, sed secundum aliquid fuit in statu viatoris, vt propter hoc omnis actus eius creatus acceptus erat, & meritorius illis, pro quibus offerebatur. *ibidem.*

Christi persona, quod sit secundum aliquid extra simpliciter terminum, est aliqualiter causa quare eius actus etiam beatificus est meritorius, & non alterius, scilicet Angeli, vel animæ Petri; & maximè cum talia dependeant ex liberalitate diuina acceptante vnum actum, & non alium: non tamen est contradictio vtrumque acceptari tanquam meritorium, secundum viam istam, quod videtur difficile. *ibidem.* ℣. *Respondeo sicut.* D. 10.

Christi fruitio beatifica potest dici, quod fuerit actus meritorius, & respectu verbi in se, & vt actus ille tendit in obiecta alia relucentia in Verbo, scilicet vt diligit matrem visam in verbo, & alios electos, ita visos, propter Deum, & in Deum, & alios inimicos propter Deum; & maximè vt actus tendit in alia obiecta à Deo visa, & dilecta ibi. *ibidem.* ℣. *Et posset dici.*

Christus tripliciter, secundum triplicem viam, potuit mereri: primò scilicet actibus partis sensitiuæ, vt imperatis à voluntate secundum affectionem iustitiæ; secundò actibus portionis inferioris partis intellectiuæ, qui respiciunt ea, quæ sunt ad finem: Tertium secundum portionem superiorem, & secundum omnem actum eius: eligatur via magis grata. *ibidem.* ℣. *Habemus igitur.*

Christus meruit in primo instanti suæ conceptionis, nec apparet oppositum, quia in illo instanti habuit omnia requisita ad merendum scilicet potentiam, perfectam gratiam, obiectum præsens per intellectum, scilicet totam Trinitatem, cui poterat velle bonum propter se, & non impediebatur, & actus voluntatis est permanens. *ibidem.* §. *Est igitur videndum.* E. 11.

Christus, cum à principio suæ conceptionis fuerit perfectus in cognitione omnium saltem abstractiua, potuit sine syllogizatione practica; eligere, quia electio de se est actus simplex. *ibidem.* ℣. *Respondeo huiusmodi.*

Christus non meruit sibi fruitionem beatificam, quia non operatione elicita circa ea, quæ sunt ad finem, nec circa ipsum finem. *ibidem.* §. *Hoc viso.* F. 12.

Christus primum actum habuit circa finem, fruendo prius scilicet, quam aliquem alium actum haberet circa aliquid, quod est ad finem: & si meritum fuit circa aliquid, vel aliqua obiecta visa in Verbo, vel circa matrem, vel circa electos multos, volendo eis beatitudinem: naturaliter tamen præcessit operatio circa ipsum finem, scilicet Trinitatem, vel essentiam in tribus. *ibidem.*

Christus actu fruitionis, quo fruebatur Trinitate, non meruit eamdem fruitionem, quia hoc non esset aliud dicere, quam, meruit fruitionem, quia habuit fruitionem; vel, meruit, quia Deus dedit actum; quod nihil est dicere, quia nullus actus est meritorius sui ipsius, licet possit esse alterius. *ibidem.*

Christi voluntatem liberaliter, sine aliquo merito, Deus per fruitionem coniunxit vltimo fini, & ita non meruit sibi fruitionem: Vnde Aug. 13. de Trin. cap. 19. dicit quod *summa gratia est, quod homo in vnitate personæ est Deo coniunctus*; & quamuis loquatur de gratia vnionis, idest de gratuita Dei voluntate vniente: tamen ad vnionem istam concomitanter sequitur gratia fruitionis de facto, ideo fuit summa gratia sine meritis præcedentibus. *ibidem.*

Christi animæ coniunctio cum Deo per actum fruitionis fuit tanta, & tam excellens, quod ad ipsam non potuit præcedere meritum. *ibidem.* ℣. *Ad primum istorum.* F. 13.

Christi animæ actum beatificum Deus creauit, absque eo, quod ad eum concurrerit aliquis actus meritorius; & hoc propter nobilitatem, & excellentiam actus, & modi habendi actum, quia immediatè, antequam haberet aliquem actum circa ea, quæ sunt ad finem. *ibidem.* G. 13.

Christi actus beatificus (ponendo, quod potuerit cadere sub merito,) & si gloriosius fuisset habenti quod eum

Christus quoad meritum.

meruisset quam non meruisset: non tamen simpliciter gloriosius, quia decens est propter alios beatos, & propter perfectionem status beatitudinis, quod illic inueniantur omnes gradus principales in actibus beatificis, vt actualis beatitudo Christi sit maior beatitudine omnium creaturarum. *ibidem.* ℣. *Aliter dicitur.*

Christi anima non fuisset ingloriosior ex eo quod beatitudo eius esset sine omni merito præcedente, quia si actus potuisset cadere sub merito, anima illa potuisset mereri illum, nisi fuisset præuenta actu beatifico: Et sic præueniri ea liberalitate dantis est maioris nobilitatis, sicut si mihi daretur illud, quod habeo in fine totius laboris meritorij, nunc: & illud magis est ad decorem status beatorum, *ibidem.*

Christi voluntas, vt prior natura fruitione, non habuit aliquem actum, vel passionem acceptam à voluntate, ratione cuius potuit mereri actum beatificum, quia ille actus præcessit omne meritum; nec idem actus est meritum; & præmium, quia alterum excedit, vt præmium: rum etiam quia hoc esset dicere quòd meruit, quia Deus dedit meritum, licet actus in Christo possit esse præmium sibi, & cum hoc meritorius alijs. *ibidem.* ℣. *Ad secundum dico.* G.14.

Christo quod infuisset impassibilitas, si non fuisset per miraculum impeditum, quantum est ex ratione sui, ante omnem actum causatum illius personæ, non cadit sub merito illius personæ; sed gloria, & impassibilitas corporis infuissent in primo instanti vnionis, nisi per miraculum fuissent prohibitæ, ergo &c. *ibidem.* ℣. *Contra illud,* G, 15.

Christus quamuis non meruerit directè impassibilitatem animæ, & corporis, potest tamen dici (piè sentiendo) cum Magistro asserente ipsum meruisse impassibilitatem vtriusque, ipsum glosando, quòd meruerit amotionem impedimenti, propter quod non infuerit statim, scilicet, desitionem miraculi prohibentis redundantiam gloriæ in portionem inferiorem, & in corpus. *ibidem.* ℣. *Potest dici,*

Christus non potuit peccare, igitur nec mereri: siue sic, Christus non potuit mereri simpliciter, sicut nec peccare, nego consequentiam in Christo (licet in alijs beatis valeat); nam licet perfectam coniunctio fini perfectè quietans secundum omnem modum ipsum coniunctum, scilicet secundum affectionem iustitiæ, & secundum affectionem commodi, prohibeat sic mereri, sicut peccare; quia tamen affectio iustitiæ potest separari ab affectione commodi, vt scilicet aliquis affectione iustitiæ summè coniungatur fini, ita quod nullo modo possit iniustè velle, vel peccare; tamen non coniungatur affectione commodi, vt habeat summum bonum commodum summe sibi coniunctum, & in tantum possit pati: primò, portio superior in Christo coniungitur Deo per gloriam quietantem illam portionem, & per affectionem iustitiæ totus homo, vt peccare non posset: potuit tamen pati, quia aliquid accidere potuit contra affectionem commodi, & illud potuit Christus ordinarè velle, & acceptare, & ita mereri: Et sic patet quod non est simile de Christo, & beatis. *ibidem. Ad primum principale.* G, 16.

Christi actus beatificus, & meritorius (tenendo quod meruit secundum portionem inferiorem) sunt duo actus, quia vnus respiciebat æternum, & alius temporale in ordine ad finem vltimum, nec oportet quod vniuersaliter omnis actus meritorius sit primò, & immediate in executione circa Deum, sed sufficit quod intentione: Vnde in executione potest aliquid immediatius diligi, & finaliter in Deum referri. *ibidem. Ad secundum principale.* H, 17.

Christi actus beatificus, & meritorius (si teneatur quod meruit secundum portionem superiorem) potest dici, quòd fuit circa obiecta relucentia in verbo, sicut diligendo electos, & volendo eis bonum: & quando contra hoc dicitur, quod hoc non fit vno actu, verum est, sed duobus: Et cum probatur, quod non, quia portio superior habet actum adæquatum beatificum respectu obiecti beatifici, & non interruptum, igitur non non potest simul habere alium actum circa alia relucentia in verbo, nego consequentiam, quia licet actus fuerit adæquatus intensiuè, ita vt perfectiorem habere non posset: non fuit tamen adæquatus extensiuè, quia simul alium imperfectiorem habere posset; alioquin nullus beatus posset cognoscere res in proprio genere, quia eadem potentia cognoscit Deum visione beata, & alia in genere proprio. *ibidem.*

Christi actus beatificus fuit contingens in primo instanti. *ibidem. Ad quartum principale.*

Christi meritum, secundum aliquos, habet quamdam infinitatem ex supposito Christi, quod eliciebat, & exercuit operationes illius naturæ assumptæ: & ideo vita illius suppositi, & operationes fuerunt bonum infinitum, propter quod & mori, & passio, & aliæ operationes habuerunt quamdam infinitatem, vt sufficerent pro infinitis peccatis delendis, & infinitis gratijs, & glorijs conferendis: & sic meruit omnibus deletionem culpæ, & collationem gratiæ, & gloriæ secundum sufficientiam, sed non secundum efficaciam, quia non omnes consecuti sunt redemptionem. 3.D.19.Qu. *Vnica.* §. *Ad quæstionem dicitur.* n. 2. *Impugnatur quo ad modum. ibidem.* §. *Contra hunc modum.* n. 4.

Christi Vita dicta illa, quibus dicitur, quod fuit ita excellens &c. vel sic, Dicta illa, quibus dicitur, quod vita Christi fuit ita excellens, vt haberet quamdam infinitatem, videntur hiperbolica, & exponenda. *ibidem. In posteriori loco.* n. 4.

Christi bonum *velle*, quo meruit, & Deus acceptauit passionem pro omnibus quantum ad sufficientiam, vt dicunt ponentes meritum Christi habere infinitatem ex supposito diuino verbi, elicientе illas operationes; illud, inquam, bonum *velle*, aut tantum erat acceptatum, quantum erat persona verbi: aut si non, ergo non habuit necessitatem acceptabilitatis, vt posset sufficere pro infinitis: Si bonum *velle* Christi erat tantum acceptatum, quantum erat persona verbi: tunc cum persona verbi sit simpliciter infinita, illud bonum *velle* Christi fuit infinitè acceptatum: Sed cum Deus nihil acceptet, nisi quantum habet de acceptabilitate, igitur illud *velle* ratione suppositi habuit rationem infinitæ acceptabilitatis, & tunc in acceptibilitate non esset differentia inter *velle* proprium verbi in se, & *velle* illius naturæ in verbo, quia ea parte acceptabilis non est maior acceptabilitas, igitur volendo bonum, circumscripta natura assumpta, potuit mereri, quod falsum est: & vltra sequitur quod Trinitas tantùm diligeret *velle* naturæ assumptæ, sicut Verbi increatum, quod nihil est dicere, quia hoc est ponere creatum habere tantam diligibilitatem, sicut increatum. *ibidem.*

Christi *velle* creati principium, sumptum cum omnibus respectibus ad Verbum, vel ad aliud, est finitum, igitur & *velle* fuit formaliter finitum, & limitatum, & per consequens finitè acceptatum: nec habuit verbum causalitatem aliquam super illud *velle*; quam non habuit tota Trinitas, *ibidem.* ℣. *Præterea, per se.* n. 5.

Christi super *velle* creatum, & si detur quod Verbum habet specialem efficientiam, adhuc tamen non sequitur, quòd ille actus sit formaliter infinitus, quia actus sic infinitus non potest essentialiter dependere ab aliquibus caussis finitis in perfectione, cum causa infinita coagente, & ita quod creatum habeat essentialem causalitatem super illum actum, & non accidentalem tantum, sicut natura assumpta super *velle* Verbi, & sicut albedo in ædificatore super *ædificare*: Sed natura assumpta habuit super *velle* essentialem causalitatem, & non tantum accidentalem, quia secundum illam naturam meruit; igitur esto quòd Verbum specialiter egerit ibi aliter, quam Trinitas, adhuc non sequitur quòd actus ille habeat vnde infinitè acceptetur, ita quod secundum sufficientiam, valeat pro infinitis redimendis, sed sicut meritum fuit finitum in se, ita secundum iustitiam commutatiuam fuit finitum retributum, igitur non meruit infinitis secundum sufficientiam in acceptatione diuina, sicut nec fuit infinitè acceptatum, quia in se finitum. *ibidem,*

Christus si tantum meruit, quod habentes gratiam, & quomodocunque, & vndecunque hoc esset, haberent gloriam

Christus quo ad meritum.

riam ex merito Christi: Et si hoc solùm, igitur non meruit nobis primam gratiam baptismalem in nouo testamento, nec gratiam datam in sacrificijs, & circumcisione in veteri testamento, quod est falsum, quia vnde veniret nobis illa gratia? *ibidem*. ℣. *Præterea Contra secundum*. n. 5.

Christus meruit nobis gratiam primam, qua coniuncti essemus sibi, igitur meruit, vt non coniuncti coniungerentur sibi, & in hoc potissimè consistebat meritum, igitur non solum meruit vt coniuncti sibi vlterius cooperentur ei, & sic tandem glorificarentur; sed meruit quod non vniti, vnirentur etiam, qui nunquam se disposuerunt: vnde magis meruit gratiam baptismalem, & primam, quàm quodcunque opus postea ex gratia. *ibidem*. ℣. *Præterea contra secundum*. n. 5.

Christus meruit omnibus, qui primam gratiam accipiunt, collationem illius, ita quod sibi non cooperatur voluntas nostra, nisi in adultis baptizatis, vbi requiritur aliqua bona dispositio voluntatis: & hoc fuit potissimum in merito suo, quod meruit non coniunctos coniungi. *ibidem*. ∫. *In ista quæstionem*. ℣. *Sed quid*. C. 8.

Christi meritum, licet quantum ad gratiam pœnitentialem post lapsum sit principale in merendo, & totalis causa de condigno: tamen requiritur ibi aliquid à parte recipientis gratiam, vt contritio, & compunctio de peccato de condigno. *ibidem*.

Christus meruit nobis, vt totalis causa, apertionem ianuæ Paradisi, vt omnibus in gratia decedentibus aperiretur: nec ad amotionē huius obstaculi intrandi cooperamur ei, siue illud obstaculum fuit originale, siue aliquid aliud. *ibidem*.

Christus si detur, quod meruit secundum portionem inferiorem, tunc potest dici, quòd præmium aliorum, quod receperunt pro merito Christi, fuit melius formaliter, quam aliquis actus meritorius portionis inferioris; & potuit tale meritum Christi ordinari ad præmium aliorum, sicut ad finem sub fine: Si autem tenetur, quod meruit secundum portionem superiorem, & hoc, vel circa obiectum æternum, vel circa alia relucentia in verbo, vel vtroque modo, ita quod omni actu suo meruit: tum potest dici, quod non oportet semper præmium excedere meritum, nisi quando idem meretur pro se ipso; sed si nobilior meretur pro ignobiliori, tunc meritum potest excedere præmium; quando enim meretur aliquis pro se ipso, communiter Deus præmiat vltra condignum, ideo præmium excedit tale meritum eius. *ibidem*. *Ad primum principale*. F. 12.

Christus secundum Leonem Papam sermone de natiuit., *Sicut à reatu nullum liberum reperit, sic liberandis omnibus venit*. *ibidem*. *In argumento in oppositum*. n. 1.

Christus non meruit omnibus, quantum ad efficaciam; quia ex intentione acceptantis, & offerentis passionem, seu bonum *velle* Christi fuit accepta, & oblata pro electis, & prædestinatis tantùm, & non pro alijs. *ibidem*. *Ad quartum principale*. ℣. *Per idem*. I. 14.

Christus assumpsit passiones naturæ viuentis, quia illis nobis meruit, sed non naturæ mortuæ, cuiusmodi est putrefactio, non quin possit putrefieri, si non prohiberetur per nouum miraculum: sed hoc prohibetur propter commodum nostrum, quia putrefactio nihil nobis valuisset: nec fuit decens, imò fuisset causa erroris, & incredulitatis resurrectionis eius. 3. D. 21. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. E. 6.

Christus complens cursum suum in hac vita nobiscum, fuit perfectissima causa meritoria gratiæ, quam Trinitas disposuit dare generi humano. 4. D. 2. Qu. 1. ∫. *Respondeo*. ℣. *Item probatur*. A. 2.

Christus ab instanti conceptionis habuit meritum passionis, in actu interiori exhibitæ, & in illo actu interiori consistit principaliter ratio meriti: & ideo quicquid in stituit tempore vitæ suæ, potuit etiam tunc habere efficaciam à passione volita perfectè ab ipso Christo, in qua volitione erat principalis oblatio grata facta Deo: nec potest dici quod sic passio illa accepta fuisset ante incarnationem, vel passionem; quia & si Deus eam præuidit, non tamen fuit oblata actu interiori, vel exteriori. *ibidem*. *Ad secundùm principale*. L. 10.

Christus per actum redemptionis non meruit principale dominium respectu hominis; nam in quantum redemptor habuit rationem causæ meritoriæ pro nobis: causa autem, quæ tantùm est meritoria, non potest esse principalis. 4. D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Ad rationes*. A. 5.

Christus quoad satisfactionem.

Christum, secundum Anselmum lib 2. Cur Deus homo cap. 2. oportuit satisfacere pro peccato hominis, licet non esset debitor mortis, quia oportebat illum, qui satisfacere debebat pro homine, habere aliquid maius omni eo, quod est sub Deo, quod spontè, & non ex debito deberet homo, vt sicut spontè homo peccauerat per suauitatem se subijciendo diabolo, ita vincat per asperitatem ipsum diabolum: nihil autem asperius, aut difficilius, aut maius sub Deo potest homo ad honorem Dei sponte, & non ex debito, pati, quam mortem; igitur Christus homo, qui maior erat omnibus sub Deo, per mortem, quam non debuit pati satisfacere debuit. 3. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. n. 6. *Aliqua dubitantur in his Anselmi dictis*. *ibidem*. §. *In istis dictis*. n. 7.

Christum hominem redimere hominem per mortem non est alia necessitas, nisi necessitas consequentiæ, scilicet, posito, quod Deus ordinauit sic illum redimere; sicut si curro, moueor, hæc est necessitas consequentiæ, sed antecedens est simpliciter contingens, & similiter consequens, scilicet *me currere*: similiter Christus pati mortem fuit contingens, sicut contingens fuit ipsum præuideri passum: vnde nulla est necessitas, nisi consequentiæ, si præuisus fuit pati, patietur: sed tam antecedens, quam consequens fuit contingens. *ibidem*. *In secundo loco*. ℣. *Præterea non est*. n. 7.

Christi omnia opera facta circa redemptionem nostram, vt mereri, satisfacere &c. non fuerunt necessaria, nisi præsupposita ordinatione diuina, quæ sic ordinauit fieri; & tunc tantùm necessitate consequentiæ necessarium fuit Christum pati; sed tamen totum fuit contingens simpliciter, & antecedens, & consequens. §. *Tunc ad quæstionem*. D. 10.

Christum passum fuisse propter iustitiam credendum est; vidit enim mala Iudæorum, quæ fecerunt, & quomodo inordinata affectione, & distorta afficiebantur ad legem suam, nec permittebant curari in Sabbato, & tamen extrahebant ouem, vel bouem de puteo in Sabbato, & multa alia: Christus igitur volens eos ab errore illo reuocare per opera, & sermones, maluit mori, quam tacere; quia tunc veritas erat dicenda Iudæis, & ideo pro iustitia mortuus est. *ibidem*.

Christus per bonum *velle* potuit satisfecisse pro peccato hominis, sed tamen aliter voluit. *ibidem*. *Ad secundum principale*. E. 11.

Christi personæ omnis læsio, sicut, & vita, & illusio valuisset tantum, pro quanto fuisset accepta. *ibidem*. *Ad tertium principale*. E. 12.

Christus homo, innocens, non debitor, sicut satisfecit, sic si placuisset Deo, potuit vnus Angelus satisfecisse, offerendo aliquid placitum Deo pro nobis, quod ipse acceptasset pro omnibus peccatis. *ibidem*. §. *Contra illud*. B. 9.

Christus quo ad intellectum, & voluntatem.

Christus habuit tantùm duos intellectus, scilicet creatum, & increatum: & per consequens tantùm duas voluntates. 3. D. 17. Q. *Vnica*. *In argumento ad oppositum*.

Christus quo ad visionem verbi.

Christi intellectus potest perfici visione perfectissima Verbi, sicut voluntas potest habere summam charitatem propter eamdem rationem. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ℣. *Quantum ad primum*. A. 2.

Christi animæ intellectus, siue: intellectus animæ Christi potest dici quod potest passiuè recipere visionem Verbi primò, & immediatè, & hoc ita, quod non perficiatur prius aliquo lumine, tanquam forma absoluta alia à visione: tum quia ipsa visio est lumen perfectum: tum quia in intellectu naturali lumen præcedens visionem requiritur propter imperfectionem obiecti, quod vel non est de

Christus quo ad visionem verbi.

se actu intelligibile, sed per intellectum agentem, qui est lumen, fit actu intelligibile; vel si actu est intelligibile, non est per se sufficiens ad mouendum intellectum ad actum secundum: neutrum istorum est in proposito, quia essentia diuina est lux summè ex se, & de se intelligibilis, & de se perfectissimè motiua intellectus, ergo nullum lumen requiritur cooperatiuum sibi, quantò enim obiectum magis habet de se rationem, & perfectionem luminis, quod posset cooperari sibi, tantò minus coexigit ipsum; ergo obiectum omnino perfectè habens in se lumen natum cooperari obiecto, omninò non præexigit lumen. *ibidem.* ℣. *Itaque potest dici.* B.3.

Christi animæ intellectus si sine lumine, & sine habitu præcedente visionem, reciperet ipsam visionem, hinc non sequitur, nisi quod intellectus animæ Christi posset naturaliter in visionem, sed non sequitur, quod visio posset sibi inesse ex naturalib. s suis, vel quod possit sibi inesse ex aliqua causa naturali, quia non potest sibi inesse, nisi à verbo immediatè causante istam visionem, quia quando causat illam, immediatè, & supernaturaliter causat. *ibidem.* ℣ *Respondeo, & dico.* C.4.

Christi intellectus; si actiuè se hsbet intellectus creatus respectu visionis, potest dici quod se hsbet respectu habitus luminis gloriæ, quantum ad necessitatem ponendi ipsum ad concurrendum actiuè ad visionem, sicut dicitur de voluntate respectu fruitionis beatificæ, posito, quod actiuè se habeat respectu illius: sed quantum ad receptionem, de qua est quæstio modo proposita, non videtur simpliciter necessarium concedere lumen gloriæ prius perficere intellectum, quam visionem: Sed si intellectus potest recipere duas perfectiones ordinatas, scilicet A, lumen vt actum primum, & visionem, vt actum secundum, congruum est, vt illis perfectionibus ordinatè perficiatur, sed vtraque absolutè posset esse sine alia. *ibidem.* ℣. *Hic supponendo.* C.5.

Christus habuit summam gloriam, & summam visionem, & in ipso fuit omnis scientia, ratione naturæ assumptæ: cum igitur cognitio, & fruitio præsupponant intellectum, & voluntatem, oportet ponere in Christo vtramque potentiam summè dispositam. 3. D. 17. Q. *Vnica.* §. *Istam quæstionem,* ℣. *Præterea supra.* A.2.

Christus quo ad visionem aliorum in verbo.

Christus licet omnia viderit in Verbo ab instanti suæ natiuitatis in vtero: tamen fuit in eo intellectus agens, & possibilis, aliàs non fuisset perfectus; & eodem modo si vidisset omnia in genere proprio, habuisset intellectum agentem, & possibilem. 2. D.3. Q.11. §. *Contra ex eisdem.* ℣. *Consimiliter etiam.* B.5.

Christi anims, etiamsi videat Deum secundum vltimum capacitatis suæ, adhuc potest videre aliud. s.D.2. Quæst.2. §. *Ostenso esse.* ℣. *Item intellectus.* T.23.

Christus non potest videre omnia in Verbo, secundum aliquos, cognita à verbo, scientia simplicis intelligentiæ, sed bene sb eo cognita, scientia visionis. 3. D.14. Q 2. §. *Ad secundam quæstionem.* G.9. *Impugnatur. ibidem.* §. *Contra rationem.* n.10.

Christus videre aliquid possibile in Verbo est possibile; & qua ratione vnum, & aliud, ergo ad vitandum infinitatem (in intellectu Christi) oportet alium terminum præfigere, quam includendo actualia, & excludendo possibilia. *ibidem.* §. *Contra rationem.* ℣. *Præterea possibile* H.12.

Christi animæ intellectus posset cognoscere in verbo aliquod possibile futurum nunquam fiendum, ergo non præcisè ponitur ei terminus in cognitione eorum, quæ Deus nouit scientia visionis: assumptum probatur, quia verisimile est alias animas visuras in Verbo ipsum posse creare aliquid, quod non creat, etiam distinctè, & ita multo magis hæc anima poterit videre aliquod possibile in Verbo. *ibidem.* ℣. *Contra distinctionem.* H.12.

Christi animæ intellectus, secundum aliquos, potuit in Verbo videre omnia habitualiter, non autem actualiter. *ibidem.* §. *Aliter respondetur.* H.13. *Impugnatur ibidem.* §. *Contra istud.* n.14.

Christus quo ad visionem aliorum in verbo.

Christi anima potest dici quod actualiter videt omnia in Verbo, quæ videt Verbum. *ibidem.* §. *Tertio modo.* I.16.

Christi animæ, sicut visio in verbo respectu cuiuscunque obiecti potest inesse, ita & visiones duorum obiectorum simul, quia non repugnat, aliter non posset se videre beatam, & aliquid aliud in verbo: & ita cum semper videat se beatam in Verbo, nunquam posset aliquid aliud videre in Verbo: nec quæcunque multitudo ponit nouam impossibilitatem, patet: nec nouam oppositionem, quia si esset opposito, illa esset alicuius ad aliquid. *ibidem.* K.16.

Christi anima si nouit omnia singularia in proprio genere, hoc est per species proprias, & ita infinitas, quia singularia possunt esse infinita; non plus autem repugnat intellectui infinitas visionum, quam specierum intelligibilium, quia & si visiones sint aliquo modo perfectiores speciebus, non tamen requirunt aliam rationem receptiui. *ibidem.* ℣. *Præterea sicut.* L.17.

Christi anima esset perfectior, si cognosceret se omnia videre, quàm si habitualiter cognosceret, quia actus secundus est perfectior, quam actus primus, ergo oportet ostendere impossibilitatem huius, ad hoc quod perfectio ista desit isti animæ; si ergo rationes ad hoc adductæ sunt solubiles, videtur quod oppositum, tanquam probabilius, sit tenendum. *ibidem.* ℣. *Præterea actus.*

Christi animam videre actualiter in Verbo omnia, quæ videt Verbum posset poni duobus modis: vno modo, quod anima Christi haberet vnam visionem respectu Verbi, & primi obiecti, & omnium obiectorum relucentium in Verbo, vt secundariorum obiectorum, ad quæ obiecta secundaria haberet respectus distinctos; nec sequeretur infinitas actus fundantis respectus huiusmodi, qui non essent nisi in potentia: Et isto modo nulla ponitur infinitas in actu, quia obiectum non habet *esse* in actu: Alio modo posset poni, quod respectu cuiuscunque obiecti est propria visio, ita quod essent simul infinitæ visiones receptæ in actu à Verbo causante; & secundum istam viam secundam oportet ponere aliqua infinita, quod videtur contradicere multis auctoritatibus Philosophorum, & Sanctorum. *ibidem.* § *Potest dici.* M.18.

Christus, si non placet dicere neque quod infinita videat elicitiuè, neque simul recipiendo visiones, scilicet infinitas infinitorum, vel vnam visionem infinitorum; potest dici quòd omnia videt habitualiter, non tamen actualiter, exponendo dictum hoc modo, quod per aliquem actum videt Verbum, & per illum actum omnia relucentia in Verbo sunt sibi præsentia actu primo; & per hoc habitualiter sibi nota; quia (generaliter loquendo) illud dicitur habitualiter notum, cuius est actus primus sufficienter ostensiuus: non est ergo aliquis vnus habitus in anima illa, qui vnica sua ratione ostendat infinita, sed actus, quo videtur Verbum, primò, est actus primus præsens, quo sibi relucent omnia, quæ lucent in Verbo: & hoc; quia Verbum est sibi manifestatiuum, vt speculum voluntarium repræsentans omnia. *ibidem.* §. *Sed si ista via.* N.20.

Christus potest dici, quòd non actualiter videt omnia obiecta secundaria in verbo simul, quia experimur quod attentio circa plura obiecta est minus perfecta; & ideo videtur quod impossibile sit potentiam finitam, perfecta attentione, videre infinita simul. *ibidem.* O.20.

Christi anima si actualiter videret infinita, perfectio illius animæ in infinitum excederet perfectionem alterius animæ, quod videtur inconueniens: & per hoc adduci potest illud Auicennæ 6. natura; part. 4. cap. 6. quod *in sapientia creatoris non est occultatio, nisi secundum receptacula*, quia licet Verbum, vt voluntariè ostendens omnia, sit præsens voluntariè illi animæ, ipsa tamen non potest simul omnia recipere, sed quodlibet singillatim, & ita potest videre quodcunque de numero infinitorum, ad quod se conuertit. *ibidem.* ℣. *Præterea, si.* O.20.

Christi

Christus quo ad visionem aliorum in verbo.

Christi animæ Verbum est speculum repræsentans omnis, & ideo ipsa potest ordinaré velle videre omnia quoteunque infinitorum, ad quæ est in potentia propinqua ad videndum, sicut si essent sibi præsentia per proprium habitum, vel per aliquem actum primum cognitiuum, qui posset dici habitus: Verbum autem cuilibet beato est speculum repræsentans determinata, vltra quæ non potest velle ordinaté videre alia. *ibidem*. ✝. *Dico, quod Verbum*.

Christus quo ad cognitionem in proprio genere.

Christus, secundum aliquos, nouit omnia per species infusas in genere proprio, & quo ad hoc non potuit proficere; sed quantum ad cognitionem acquisitam potuit proficere. 3. D.14 Q.3. §. *Hic distinguitur*. n.2. *Impugnatur*. *ibidem*. ∫. *Contra conclusionem*.

Christus, si ex hoc, quod habet intellectum agentem, & possibilem, sicut & nos, poterat proficere in scientia, abstrahendo species intelligibiles à rebus, & illas recipiendo, quæ species vel sunt scientia, vel principium necessarium sciendi: si ex hoc, inquam, Christus poterat proficere in scientia: tunc beatus, cum habeat intellectum agentem poterit tunc acquirere scientiam: & potentia augmentatiua, & aliæ potentiæ, quæ erunt in beatis eiusdem rationis cum nostris, poterunt habere actus suos, & ita Adam beatus modo potest augeri, sicut & Adam in statu innocentiæ potuit augmentari *ibidem*. §. *Contra Conclusionem*. ✝. *Contra rationem*. n. 3.

Christi anima potest dici, quod nouit omnia vniuersalia, siue quiditates habitualiter abstractiuè per species infusas, quia cum illa notitia sit perfectionis in intellectu creato, eo quod sit passiuus respectu cuiuscunque obiecti intelligibilis, quia non habet in se perfectionem omnium intelligibilium, & carere perfectione sibi possibili respectu alicuius obiecti sit imperfectionis in intellectu; videtur probabile attribuere huic intellectui perfectionem respectu omnis intelligibilis, qualis attribuitur Angelis, cum nec illa repugnet intellectui creato, nec sit imperfectio in eo, nec etiam incompossibilis cognitioni in verbo, quæ ponitur competere huic animæ, quia secundum Aug. 4. super Genes. simul stant cognitio in Verbo, & cognitio in proprio genere. *ibidem*. ∫. *Ad quæstionem*. ✝. *De cognitione*. A. 5.

Christi anima si non habet species infusas nisi quiditatum, non cognoscit abstractiuè, & habitualiter omnia singularia sub proprijs rationibus; sicut enim vniuersale non dicit totam entitatem singularium, sic nec cognoscibilitatem, & ita, quod est propria ratio cognoscendi vniuersale, non est propria ratio cognoscendi, propriè, & distinctæ singulare: vel si ponitur cognoscere habitualiter, & abstractiuè singularia, quantum sunt cognoscibilia ab intellectu creato, concedendum est cuiuslibet singularis propriam esse speciem in intellectu illo, & ita plures species eiusdem speciei, & etiam infinitas species infinitorum singularium possibilium. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *De cognitione*. A. 5.

Christi Animæ si non videtur alicui attribuenda confusa cognitio singularium possibilium, nec distincta infinitorum, siue per species infinitas, siue finitas: potest dici, quòd hæc anima nouit habitualiter, & abstractiuè aliqua singularia per proprias species infusas, & aliqua non nouit habitualiter; potest tamen illa noscere habitualiter, si illa fiant in existentia reali, eo modo, quo Angelus potest acquirere notitiam aliquorum obiectorum per actionem illorum in intellectu suo: Nec tamen oportet ponere animam illam noscere actualiter quiditates, nec singularia; quia notitia actualis in genere proprio est secundum virtutem naturalem ipsius intellectus in se: non autem potest intellectus finitus ad quæcunque obiecta simul distinctè percipienda, conuerti virtute naturali. *ibidem*. ✝. *Quod si*.

Christi Anima non nouit omnia in genere proprio, & habitualiter in Verbo, cognitione intuitiua perfecta, quæ est de obiecto vt præsentialiter existens, quia obiectum illo modo non est cognoscibile, nisi vt præsens in se, vel in aliquo, in quo habet esse perfectius, quàm in se: sed cognoscere isto modo non est cognoscere in genere proprio; non enim esset nata sic cognosci sessio Petri, nisi esset præsens in se, & ideo cum multa obiecta non fuerint, nec esse potuerint præsentia illi intellectui, secundum existentiam actualem illorum, non potuit habere notitiam intuitiuam. *ibidem*. ✝. *Loquendo tamen*. B. 6.

Christi animæ cognitio intuitiua perfecta in genere proprio actualis, vel habitualis non potest dari de omnibus per species infusas: oportet enim, propter veritates contingentes, quæ sunt de existentibus, vt existentia sunt, habere aliqua obiecta in se præsentia, vt possint in se intuitiuè cognosci, & videri; & hoc non potest fieri in proprio genere, nisi ipsis rebus in se, secundum suam existentiam, præsentibus: vnde quo ad hoc, necesse est dicere quod profecit, sicut & alia anima, quia alia, & alia obiecta, alio, & alio modo cognouit. *ibidem*. ✝. *Hoc falsum est*.

Christus quantum ad intuitiuam imperfectam, quæ relinquitur ex cognitione intuitiua perfecta (quia de talibus pluribus cognitis derelictæ sunt plures memoriæ, quibus cognoscuntur illa obiecta quantum ad conditiones existentiæ, non vt præsentia, sed vt præterita) etiam sic non nouit omnia in genere proprio. *ibidem*.

Christus per experientiam didicisse dicitur multa, hoc est, per cognitiones intuitiuas, id est illorum cognitorum quantum ad existentiam, & per memorias derelictas ab eis. *ibidem*. ✝. *Hoc falsum est, quia*. B. 7.

Christo, qui nobiscum fuit Viator, competebat cognitio intuitiua in genere proprio, quæ fit ex multis actibus, & experientijs: quantum autem ad cognitionem abstractiuam, non semper est necessarius ille processus, quia hæc potest haberi per species non tantum abstractas, sed infusas, quibus eam habuit Christus: & ideo quantum ad hoc non fuit modus ille necessarius in Christo, sicut in nobis. *ibidem*. *Ad secundum principale*. D. 8.

Christi anima perfectissimè, loquendo de cognitione habituali, omnia nouit in genere proprio, quia sicut ponitur istam animam posse habere summam gratiam possibilem creaturæ, ita probabile est quod habeat species intelligibiles perfectissimas, per quas intelligit perfectissimè res cognitione abstractiua habitualiter. 3. D.14. Q.4. ✝. *Respondeo*. A. 1.

Christi anima, quantum ad cognitionem abstractiuam actualem, non potest perfectissime noscere omnia ex ea parte, qua intellectus est causa partialis respectu intellectionis, quia intellectus suus non est perfectissimus intellectus creatus: & quantò ista causa partialis est imperfectior, tantò intellectio est imperfectior; illa enim elicitur secundum virtutem intellectus, & obiecti præsentis sine miraculo speciali: si tamen species infusa alicuius obiecti in anima Christi ponitur, tantò perfectior species infusa cuicunque intellectui, quanto intellectualitas animæ Christi deficit ab intellectualitate alterius intellectus: tunc totum illud, scilicet intellectus animæ Christi cum illa specie infusa, potest æquari toti illi, scilicet intellectui alterius cum sua specie: & si totalis causa æquatur totali, licet vtraque partialis sit diuisim inæqualis vtrique partiali, potest sequi effectus æqualis. *ibidem*. ✝. *Si autem*. B. 1.

Christi anima, loquendo de cognitione intuitiua, cum ibi obiectum non vt in specie agat, sed vt in se præsens; & vt in se præsens est idem, & eodem modo cum quocunque operetur, sequitur quod intellectus, cuius intellectualitas est imperfectior, habebit illum actum imperfectiorem & cum Christi intellectualitas creata est imperfectior alia creata, vt angelica, imperfectius cognoscit in genere proprio alia à Verbo, quam alius habens intellectualitatem perfectiorem, sed de intuitiua in Verbo potest dici intellectus ille perfectissimè videre, sicut, & videt Verbum. *ibidem*. B. 2.

Christus quo ad discursum.

Christi anima non discurebat, sed ipsa nouit habitualiter omnia principia, & conclusiones in principijs à principio: & tamen ipsa non fuit natura angelica. 2. D.1. Q.5. vel 6. §. *Contra, anima*. ✝. *Item quæritur*. A. 3.

Christus quo ad discursum.

Christus potuit discurrere ad conclusiones, quarum prius habuit cognitionem abstractiuam, vel potuit addiscere conclusionem scientificam, licet præhabeat omnem notitiam quidditatiuam terminorum, quæ dicitur scientia, secundum Aristot. 8. Phys. Tex. 60. & 2. de anima, licet propriè non sit habitus conclusionis, 3. D. 14. Q. 3. *Ad tertium principale*. D. 8.

Christus quo ad ignorantiam.

Christus nullam ignorantiam habuit, secundum Magistrum, quia non expediebat nobis Christum assumere defectum illum. 3. Dist. 14. Quæst. 3. *In primo argumento in oppositum*. n. 1.

Christus quo ad fruitionem.

Christi animæ posset Deus conferre summam fruitionem creabilem, sine summa gratia, quia gratia respectu fruitionis habet tantùm rationem causæ efficientis secundæ, & ita sine ea potest fieri. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad quartam quæstionem*. P. 19.

Christi voluntas, de potentia ordinata, non posset frui actiuè, siuè elicitiuè summè sine summa gratia, quia ordinatum est vt causa prima, quæ nata est habere aliquam causam secundam, non possit in effectum summum illarum causarum sine tali actione causæ secundæ: similiter ordinatum est, vt nulla voluntas summè perficiatur actu secundo summo, etiam vt recipiens, nisi habeat summum actum primum: & ita nec possibile est, de potentia ordinata, quod summè fruatur sine summa gratia. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad quartam quæstionem*. ℣. *Vtrumtamen*. Q. 19.

Christi Animæ, ex vi vnionis, non posset competere fruitio magis, quam alteri animæ, quia ex vi vnionis non competeret sibi elicitiuè, secundum ordinem præfixum causarum secundarum, sed tantum si Deus suppleret actionem gratiæ, quæ nata est esse causa secunda respectu voluntatis in producendo effectum, & ita posset supplere in alia voluntate: Posset etiam illa frui formaliter, licet Deus immediatè causaret fruitionem in ea, sed hoc non esset ex vi vnionis, quia ita immediatè posset causare fruitionem in alia. *ibidem*. *Ad argumentum in oppositum*. ℣. *Respondeo*. R. 20.

Christi voluntas creata, cum non posset tantam vim actiuam habere, quantum voluntas creata alia potest habere, vt angelica, videtur probabile quòd non potest ita perfectè elicere fruitionem, sicut alia voluntas potest; licet enim possit summam gratiam habere, quæ, vt causa partialis respectu fruitionis, æquè causaret fruitionem in ipsa, & Angelo, si haberet eam: tamen alia causa partialis erit inæqualis, vt voluntas: altera autem causa partiali deficiente, deficiet effectus, licet reliqua causa partialis sit æqualis. *ibidem*. §. *Ad tertiam quæstionem*. O. 18.

Christi fruitio de facto est maxima elicitiuè, quia licet non sit voluntas eius ita perfectè actiua, sicut voluntas Angeli; tamen ipsa, cum summa gratia vt alia causa partiali actiua, potest in perfectiorem fruitionem, quam voluntas Angeli cum minori gratia, quia excedentia gratiæ, excedit in ea efficientiam voluntatis Angeli. *ibidem*.

Christi animæ possibile est summam fruitionem creabilem conferri formaliter, hoc est, quod summa fruitio informet istam voluntatem à quocunque causetur; quia ista anima est receptiua cuiuscunque accidentis conuenientis sibi, & in summo, quia non determinat sibi certum gradum istius: & fruitio est quoddam accidens absolutum, possibile causari à primo causante immediatè, sine actione voluntatis creatæ. *ibidem*.

Christus quo ad beatitudinem.

Christus fuit in hac vita mortali Beatus, & semper fuit miraculum vsque ad mortem, quod simul fuerit beatitudo, & mortalitas propter repugnantiam effectuum: & sicut hic dolor partis sensitiuæ redundabat vsque

Christus quo ad beatitudinem.

ad superiorem partem animæ, illud fuit miraculum contra effectum beatitudinis. 4. Dist. 49. Quæst. 12. *Ad primum principale*. G. 7.

Christus quo ad prædestinationem.

Christi humanæ naturæ, siue: Humanæ naturæ in Christo cum præordinata sit gloria, & vnio ista in Verbo in ordine ad gloriam; quia non tanta gloria fuisset sibi conferenda, si non esset vnita, sicut modo collata est: sequitur quod quemadmodum merita cadunt sub prædestinatione sine quibus nõ ordinaretur de congruo quis ad tantam gloriam sine eis, ita videtur ista vnio ordinari ad tantam gloriam de congruo, licet non cadat sub prædestinatione tanquam meritum, & ita sicut prædestinatum est hanc naturam vniri Verbo, ita prædestinatum est Verbum esse hominem, & hunc hominem esse Verbum. *ibidem*. §. *Respondeo*. A. 2.

Christus, secundum quod homo, prædestinatus est esse filius Dei: ista propositio potest concedi: potest enim ibi ly *secundum quod* determinare actum prædestinandi, cum dicitur *secundum quòd prædestinatus est esse Deus, secundum hoc est Deus*; vel terminum prædestinationis sic, *secundum quòd Deus, secundum hoc est Deus*: primo modo falsa est illa, *Prædestinatio dicit præcessionem ad illud, quod prædestinatur*, & ista *Christus secundum quod est homo, est prædestinatus filius Dei*: secundo modo prior propositio est falsa, & posterior vera. 3. D. 7. Q. 3. *Ad argumentum principale*. C. 6.

Christus, secundum quòd homo, prædestinatus est esse filius Dei, potest sic distingui, prout ly *secundum quòd* dicit formalem rationem, secundum quam extremum determinatè accipitur in se; formaliter enim ille homo est Deus; & secundum illum hominem, & personam: vt existentem in natura humana, præcessit prædestinatio, vt esset Deus, sicut ille homo Deus factus est, si autem *secundum quod* accipitur propriè, vt nota reduplicationis, ita scilicet, quod dicat causam inhærentiæ prædicati ipsi subiecto, hoc modo; non secundùm quòd homo est Deus, quia non humanitate est Deus. *ibidem*.

Christus potest dici quòd neque secundùm quòd homo, neque secundùm quòd Deus prædestinatus est esse filius Dei; quia hoc, quod est prædestinari esse filius Dei, includit duo, quorum alterum, putà *prædestinari*, requirit in termino aliquid temporale: alterum, putà *esse filius Dei*, requirit idem esse æternum: nunc autem nihil idem est ratio istorum amborum in termino; licet enim in termino concurrant duo, vnum temporale, propter quod potest esse terminus prædestinationis, alterum æternum, propter quod conueniat ibi esse filius Dei: tamen non propter aliquam vnam naturam conueniunt sibi ambo ista: si autem concederetur, tunc aliquo modo *secundùm quod* respectu totius prædicati notaretur esse causa respectu amborum in prædicato; & ideo propriè, logicè loquendo, neque secundùm quòd homo, neque secundùm quòd Deus prædestinatus est esse filius Dei. *ibidem*. D. 8.

Christi incarnatio non fuit occasionaliter præuisa, sed sicut finis immediatè præuidebatur à Deo ab æterno, ita Christus in natura humana, cum sit propinquior fini cæteris, prius prædestinabatur, loquendo de his, qui prædestinabantur. 3. D. 19. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Quantum ad primum*. A. 6.

Christus in carne, sicut & omnes electi, prius à Deo præuidebatur, & prædestinabatur ad gratiam, & gloriam, quam præuidebatur passio, sicut medicus prius vult sanitatem hominis, quam ordinet de medicina ad sanandum. *ibidem*. ℣ *Tunc iste fuit*.

Christus in partu.

Christus, vt de fide tenemus, natus est de Maria Virgine, & remanserunt integra claustra virginitatis; Oportuit ergo Corpus Christi esse simul cum partibus illius corporis, ergo tunc fuerunt duo corpora simul. 4. D. 49. Q. 16. § *Dicunt quidam*. ℣. *Contra, fide*. A. 4.

Christus

Christus respectu Matris.

Christus non putauit Ortus sui fidem Matris iniurijs astruendam; sciebat enim tenerrsm esse Virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris : ideo maluit Domious aliquos de suo ortu , quam de Matris pudore dubitare : & ideo voluit quod fuisset desponsata Ioseph. 4.D.3.Quæst. 2.§. *Primum patet*. ✝. *Congruum etiam*. A. 2.

Christus noluit incipere ab iniuria legis (nsscendo scilicet à matre innupta) ne daret occasionem Iudæis, & Herodi persequendi ipsum, cum partus ionuptæ lege damnerur, nec etiam virginibus sinistra opinione viuentibus daretur velamen excusationis , quod ipsa quoque Mater Domini infamata videtur. *ibidem*. ✝. *Aliæ rationes*. B. 3.

Christus est perfectissimus mediator, igitur Christus habuit perfectissimum gradum mediandi possibilem, respectu alicuius creaturæ, siue personæ , respectu cuius erat mediator ; perfectissimus enim mediator habet perfectissimum actum mediandi respectu alicuius personæ , pro qua mediat ; sed respectu nullius personæ habuit excellentiorem gradum, quam respectu Mariæ : sed hoc non esset, nisi meruisset eam præseruari à peccato originali. 3. D.3.Q.1.§. *Contra primam*. n.4.

Christus non perfectissimè placat Trinitatem pro culpa contrahenda in filijs Adæ , si non præueniat , vt aliqui Trinitas non offendatur, & per consequens, quòd anima alicuius filij Adæ non habeat culpam talem. *ibidem*. ✝. *Ex illo arguitur*. n. 5.

Christus supponitur communiter fuisse ita perfectus mediator respectu alicuius personæ, putà Mariæ, quòd eam præseruauit ab omni peccato actuali, igitur similiter à peccato originali; nam fuit immediatius, reparator, & reconciliator à peccato originali, quam sb actuali. *ibidem*, ✝. *Ex eadem*. n. 6.

Christo nulla persona summè tenebitur , vt mediatori, si nullum præseruauit à peccato originali. *ibidem*. *Ex tertia*. n.7.

Christus cum multis animabus meruerit gratiam , & gloriam, & pro his sint Christo debitores, vt mediatori; quare etiam nulla anima erit ei debitrix pro innocentia ? Et quare etiam omnes Angeli besti sint innocentes, & nulla humana anima erit innocens in Patria , nisi sola anima Christi? *ibidem*. ✝. *Et si dicas*.

Christi generstio fuit mirsculosa quantum ad modum reducendi potentiam naturalem actiuam Mariæ ad actum, quæ naturaliter non reducitur ad actum, nisi à causa actiua determinata naturali , scilicet vi actiua Patris naturalis ; fuit etiam mirsculosa quantum ad modum procedendi in illa generatione, quia vel erat omninò subita, qualis non est processus naturalis in generatione hominis : vel si fuit successiua, illi motus, qui præcesserunt generationem , in ita breui tempore fuerunt , in quo non sunt nati fieri naturaliter; sed ex parte ipsius potentiæ actiuæ Mariæ erat naturalitas, quia ista potentia erat naturalis, secundum quam erat naturaliter fæcunda , & potuisset concepisse à Patre natural ,& naturaliter egisse ad productionem prolis ; & propter istam potentiam actiuam naturalem , qua operabatur, potest dici naturalis Mater Christi : & tamen propter modum exequendi actum huius potentiæ duplicem non naturalem, potest dici non naturaliter , sed miraculosè genuisse 3.D.4.Q.*Vnica*. §. *Sed hic est*. ✝. *Respondeo Anselmus*. G. 14.

Christus vt homo non minus realiter accepit naturam à Maria Virgine , quam purus homo accepisset , si ipsa purum hominem genuisset ; ergo ita ex natura ex temporum est modo filius, sicut tunc fuisset , & ita æque realis relatio modo, sicut tunc. 3.D.8.Q.*Vnica*.§. *Ad quæstionem*. ✝. *Quod si quis*. C. 11.

Christus post resurrectionem est filius Mariæ eadem filiatione, qua prius, quia filiatio fundatur super existentiam naturæ acceptæ per generationem absolutè , cui accidit interruptio , dummodo existentia sit eadem; & ideo quandocunque illa existentia est eadem, & aliud extremum idem, & filiatio est eadem, & eadem actione, qua fundamentum redit idem , & relatio redit eadem. *ibidem*. ✝. *Ad tertium*. *principale*. G. 19.

Christus non tantum realiter, & verè dicitur Christus sic filius Mariæ, sicut Deus realiter, & verè dicitur Dominus creaturæ, sed reali generatione passiua accepit illam naturam realiter existentem , propter quod sequitur ipsum reali filiatione esse filium . *ibidem*. *Ad quartum principale*.

Christus eadem relatione non potest dici relatiuè ad Matrem, & Patrem. *ibidem*. *In secundo argumento in oppositum*. n. 2.

Christo quod competit præcisè secundum rationem personalitatis æternæ , non dicitur de eo in quantum homo : Vnde hæc est falsa , *Christus in quantum homo est persona*, igitur & hæc , *Christus in quantum homo est filius* , si filiatio tantummodo diceretur de eo secundum rationem personalitatis æternæ. *ibidem*. §. *Contra istam*. ✝. *Item quod competit*. n. 4.

Christus quo ad operationes.

Christus, ex Damasceno , lib.3.cap.53 habet duas operationes. 3.D.8.Q.*Vnica*. §. *Contra istam*. ✝. *Item Damascenus*. n. 4.

Christus, sicut operabatur naturaliter quibusdam operationibus naturæ, quia comedit, & bibit ; ita si genuisset duos filios realiter , haberet duas paternitates ad illos, propter duas generationes actiuas, ergo modo , propter duas generationes passiuas, habet duas filiationes. *ibidem*. ✝. *Ex hoc etiam*.

Christus quo ad inceptionem.

Christus , quod est subiectum in hac propositione *Christus incepit esse*, videtur quod de vi sermonis non possit respectu huius prædicati subiectum magis arctari , quam respectu alterius prædicati; quia quod ponitur in vno extremo, non determinat sibi illud , quod ponitur in altero extremo: posset autem respectu alterius prædicati accipi secundum rationem totalitatis suæ ; siue secundum rationem partis formalis, vt sicut , si albedo faceret per se vnum cum homine, esset hæc per se primo modo : *homo albus est coloratus*, licet hæc non esset per se, *homo est coloratus*, quemadmodum ista est per se secundo modo, *animal rationale est risibile*, licet hæc non sit per se aliquo modo *Animal est risibile* : Ita si Christus imponatur ad significandum verbum hominem secundum Damascenum 49. cap. poterit de hoc subiecto prædicari aliquid , vel ratione totius, vel ratione partis alicuius: sicut igitur si Christus secundum humanitatem est mortuus ; Christus est mortuus : ita si secundum humanitatem incepit esse, Christus incepit esse, ita quod , si hoc prædicatum possit verè enunciari de hoc subiecto ratione illius partis subiecti , videtur quòd simpliciter possit enunciari de eo. 3.D.11.Q.3. §. *His sunt duo*. ✝. *Et quia*. B. 2.

Christus incepit esse, ista propositio si *incipere esse* dicat inceptionem secundum primum *esse* eius, de quo dicitur ; est falsa, sicut & illa *Christus creatur*: Si autem *incipere esse* dicat inceptionem secundum quodcunque esse simpliciter illius, de quo dicitur; est vera; nam cum quodlibet *esse* substantiæ sit *esse* simpliciter , & Christus incepit esse secundum esse humanum, quod est *esse* substantiæ, Christus incepit esse simpliciter : & hoc secundum magis videtur esse de virtute sermonis, quia sicut *esse* secundum enunciat *esse* simpliciter, non ex vi sermonis, primum *esse* illius, de quo dicitur (si subiectum habeat plura *esse*, sicut Christus) ita & incipere determinatum per secundum *esse* , videtur dicere inceptionem in *esse* simpliciter, non autem in *esse* primo illius subiecti ; simpliciter ergo de vi sermonis posset concedi quod Christus , secundum quod importat hoc, quod est *Verbum homo*, incepit esse, hoc est, habuit *esse* simpliciter , quod prius non habuit , licet illud non sit primum *esse* Christi. *ibidem*. ✝. *Restat ergo*. C. 3.

Christus incepit esse ; Sancti noluerunt concedere istam propositionem propter hæreticos , qui dixerunt Christum simpliciter incipere quantum ad primum *esse* , ponentes eum esse putam creaturam, sed incipere esse non importat hoc, quod est creatura. *ibidem*. ✝. *Et si dicas*. D. 5.

Christus, ratione naturæ diuinæ, & humanæ, potuit simpliciter incipere, & non incipere esse, quia de Christo ratione duarum naturarum , dicuntur proprietates vtriusque naturæ. *ibidem*. §. *Ad argumenta*.

Chri-

Christus quo ad rationem creaturæ.

Christus est creatura: ista propositio, secundum aliquos, est neganda, quia communicatio ideomatum non fit in his, vbi est repugnantia proprietatis vnius naturæ ad aliam. 3. D.11.Q.1.§.*Hic dicitur*. n.3. *Impugnatur ibidem*. § *Contra non plus*.

Christus conceditur mortuus, cum tamen mortuum esse dicat *non esse* post *esse*, quia non viuere post viuere, & *viuere* 2. Ani. Tex.37. *viuentibus est esse*: nec plus repugnat naturæ diuinæ *esse* post *non esse*, vel incipere esse, quam *non esse post esse*, vel etiam desinere esse, quia vtrumque repugnat æternitati, igitur licet prædicatum creatura repugnet naturæ diuinæ Christi, non ex hoc sequitur quod non posset concedi ista propositio: Christus est creatura. *ibidem*. §. *Contra, non plus*. n.3.

Christum esse creatorem, propter repugnantiam istius prædicati ad naturam creatam, æquè negabitur, sicut esse creaturam, propter repugnantiam ad aliam naturam, scilicet diuinam; nam ita formaliter naturæ creatæ repugnat esse creatorem, vel æternam, sicut repugnat æterno incipere. *ibidem*. ℣. *Præterea, ita formaliter*.

Christus non erit creator, si ista, quæ dicunt respectum vnius naturæ ad aliam non dicantur de toto; nam sicut creatura dicit respectum vnius naturæ ad aliam, vt naturæ humanæ ad diuinam; ita videtur quod creator dicat è conuerso respectum naturæ diuinæ ad humanam. *ibidem*. §. *Contra, sicut*. n.5.

Christus, sicut non dicitur creatura propter negationem inclusam, scilicet æternitatis, secundum aliquos, ita nec dicetur Creator propter eamdem rationem; nam etiam negatio aliqua potest inueniri, quæ importetur per hoc nomen, quod est esse creator, putà non accipere *esse* post non esse ab alio, sicut in hoc nomine *creatura*. *ibidem*.

Christus est minor Patre: hoc conceditur absolutè Ioan. 14., & tamen hoc dicit respectum vnius naturæ ad aliam, quia non est minor Patre, nisi secundum naturam humanam, ergo licet esse creaturam dicat respectum naturæ humanæ ad diuinam, potest (si aliud non obstat) concedi quod Christus est creatura. *ibidem*. ℣. *Præterea Christus*. n.5.

Christus est creatura: dicitur, quod ista propositio est simpliciter concedenda, si benè intelligatur: negabatur tamen communiter à Sanctis, propter hæreses hæreticorum dicentium Christum esse puram creaturam, cum quibus noluerunt Sancti communicare in sermone; Quod autem absolutè de Virtute sermonis possit concedi, probatur per Damascen. cap.50. qui dicit quod *Christus est creatus, & increatus, passibilis, & impassibilis*, & per eumdem cap.97. *Conceditur creatura Dei*: & per Aug. de Sermone Domini in monte, *voluit esse creaturam, qui est creator*. Et Hier. super epistolam ad Ephes. super illud ipsius, *factura sumus*: dicit, *multi timore trepidant, ne Christum creaturam dicere compellantur; nos autem proclamamus non esse periculum dicere Christum esse creaturam*. *ibidem*. §. *Aliter dicitur*. n.6.

Christus est creatura, cui non placet dicere, quòd sit simpliciter concedenda, potest dicere ipsam esse falsam, quia nec etiam, secundum humanitatem, est à solo Deo primo efficiente immediatè, sed etiam à matre; neque etiam post oppositum contradictorium, scilicet negationem simpliciter *esse*, habet suum *esse*. *ibidem*. §. *Cui ista*. A.7.

Christum creari strictè accepto, à quo illud dicitur strictè creatura, quod accipit *esse* à primo efficiente immediatè, & post omninò non *esse*, siue post purum nihil, sic non esset dubium non esse creaturam, quia nec humana creatura in Christo est sic creatura; ipsa enim non à solo primo efficiente immediatè producebatur in esse, sed etiam à Matre, quæ aliquam causalitatem habuit respectu eius; neque etiam post oppositum contradictorium, quod est omninò non ens, vel nihil, sed post oppositum priuatiuè, quando scilicet materia corporis transmutabatur à forma sanguinis ad formam corporis organici animati: hoc enim modo solummodo Angeli, & anima intellectiua, & gratia, & quædam huiusmodi, quæ de nihilo producuntur à primo efficiente, dicuntur creari. *ibidem*. ℣. *Hoc modo*.

Christus nullo modo accipit primum *esse* sui post non *esse*, quia neque primum esse totale, quod resultaret ex natura diuina, & humana, quia nullum tale est secundum Damasc. lib.3. cap.3. quia tunc non manerent ibi istæ naturæ, nisi confusæ, sed sicut sunt duo distinctæ naturæ, ita duo esse distincta: neque primum *esse* partiale, vt *esse* verbi, quia illud est æternum; deficit ergo ibi habitudo illa, quam necessariò dicit creatura ad oppositum præcedens, quæ est, quòd post *non esse* sequatur *esse*, vel primum partiale, si nullum habet totale, vel esse totale ipsius, quod creatur; sic non est in proposito. 3. D.11.Q. 1. §. *Cui ista opinio*: ℣. *Esse autem*. B.9.

Christus, licet natura sua humana vere dicatur creatura, quia creationem generaliter dictam terminauit: non tamen propter ipsam dicitur creatura, quia *esse* proprium, vel primum huius naturæ, non est *esse* primum Christi; & ideo *esse* primum naturæ sequitur esse primum Christi, quia *esse* Verbi: & aliud *esse* primum non potest Christus habere. *ibidem*. §. *Contra istam rationem*. ℣. *Ad primum*. D.11.

Christus est genitus, ergo est creatus: non sequitur prout prædicatum conuenit illi ratione naturæ humanæ: nec etiam in alijs sequitur formaliter, ignis est genitus, ergo est creatura generaliter, nisi gratia materiæ, quia *esse* simpliciter terminans generationem ignis, est primum *esse* illius, quod dicitur genitum. *ibidem*. E.11.

Christus verè conceditur mortuus, sicut genitus temporaliter; non tamen conceditur annihilatus, quia sicut non dicitur creatus, ita non dicitur annihilatus, quod enim opponitur creationi, dicit annihilationem primi *esse*. *ibidem*. ℣. *Ad secundum*.

Christus dicitur genitus temporaliter, & non creatura, quia generari denominat naturam, & mediante natura natum est denominare suppositum: creatura nata est denominare vtrumque, & ita neutrum est ibi ratio *qua* respectu alterius. *ibidem*. §. *Ad istam conclusionem*. ℣. *Et per hoc*. F.12.

Christus potest concedi esse *homo creatus*, ita quod ly *creatus* distrahatur ibi per hoc, quod est *homo*, vt dicatur *creatus homo*: Et tunc non sequitur, ergo est creatura, sed est fallacia *secundum quid, ad simpliciter*, sicut hic *sortes factus est albus, ergo est factus*. *ibidem*. *Ad tertium principale*. G.13.

Christi primum *esse* non est creatum: nec primum *esse* totale, nec primum partiale. *ibidem*. *Ad quartum principale*. H.14.

Christus dicitur genitus, & conceptus, quia ista nata sunt denominare totum respectu naturæ, ita quod respectu istorum, natura est vt *quo* respectu totius: non sic autem respectu huius prædicati, quod est esse creatum; oporteret enim, quod propria denominatione diceretur de supposito alio ab illa, *qua* dicitur de natura, aut saltem competeret supposito ratione primi *esse* eius. *ibidem*. *Ad quintum principale*.

Christus non potest esse filius adoptiuus, ergo non potest dici, vel esse creatura, quia omnis creatura rationalis est filius Dei per adoptionem, vel potest esse. *ibidem*. *In secundo argumento ad oppositum*. n.2.

Christus si est creatura, & Christus est filius Dei, ergo filius Dei est creatura: modus arguendi est bonus, quia, medio existente *hoc aliquid*, necesse est extrema coniungi. *ibidem*. *In tertio argumento in oppositum*.

Christus, secundum quod homo, est creatura: Si *secundum quod homo* accipiatur propriè reduplicatiuè neutrum eorum (scilicet extremorum) distrahitur, & ita non tollitur repugnantia, si qua est: & ita non magis est ista vera *Christus secundum quod homo est creatura*, quam ista, *Christus est creatura*, quia vtrobique manet eadem ratio falsitatis: Sed si addatur ista determinatio *secundum quod homo* alteri extremo, puta prædicato, vt distrahat ipsum respectu subiecti, tolleretur illa repugnatia prædicati, iam distracti, ad subiectum, quæ fuit prædicati simpliciter sumpti ad subiectum: hæc ergo propositio, accipiendo ly *secundum quid* propriè, vt est nota inhærentiæ reduplicationis prædicati, falsa est; secundum autem quod specificat, siue distrahit ipsum prædicatum, vt notet creationem secundum quid, sic potest concedi, quamuis tamen sit impropria, & exponenda per istam *Christus secundum humanitatem est creatura*. 3. D.11.Q.2. §. *Respondeo*. A 4.

Chri-

Christus quo ad rationem creaturæ.

Christus secundum quod homo est aliquid: hanc concedendu, & potest concedi, quod est *aliquid creatum secundum quod homo*, sicut *Aethiops est albus secundum dentes*: sed tunc non sequitur simpliciter, ergo *Christus est creatura*, sicut nec alibi, *ergo est albus*, sed est fallacia *secundum quid ad simpliciter*. *ibidem*. *Ad primum principale*. B. 5.

Christus, secundum quod homo, potest dici, quòd sit aliquid *creatum*, quia *aliquid* non ibi stat tantum pro natura, sed pro denominatiuo illius, scilicet naturæ; illud autem aliquid potest dici increatum ratione suppositi, quod denominatur à natura: nec sequitur, quod idem prædicaret homo de Christo, quod Deus, quia vt Deus prædicaret de ipso Christo *esse* increatum per se essentialiter, homo autem tantùm denominatiuè. *ibidem*.

Christus si, secundum quod homo est creatura, ergo secundum quod iste homo, quia non est alius homo, quam iste homo; sed si secundum quod iste homo est creatura, iste homo est creatura, quia de eo, quod sequitur reduplicationem, absolutè potest enunciari prædicatum: consequens est falsum, quia secundum Damascen. 50. cap. *Iste puer creauit stellas*, ergo est creator, & ita non esset creatura. *ibidem*. *In primo argumento in oppositum*. n. 2.

Christus si, secundum quod homo est creatura, igitur simpliciter est creatura, quia quod enunciatur de supposito cum reduplicatione speciei, enunciatur de eodem simpliciter, sicut si Petrus est in quantum homo, ergo Petrus est simpliciter, ita in proposito, *ibidem*, *In 2. in oppositum*.

Christus quo ad adoptionem.

Christus non conceditur esse filius Dei adoptiuus. 3. D. 2. Q. 1. *Ad primum principale*. ℣. *Per idem*. G. 11.

Christo secundum generationem diuinam non conueniunt extraneitas, quæ alicui conuenit ex generatione naturali respectu hæreditatis: nec gratia, quæ est gratuita voluntas ipsius adoptantis: nec præordinatio ex ista gratia ad hæreditatem, ad quam habeat ius succedendi ex adoptione, quia ex generatione naturali diuina, est hæres naturalis in hæreditate æterna: secundum etiam naturam humanam non dicuntur hæc, sibi conuenire, quia secundum istam generationem non fuit extraneus, quia fuit innocens. 3. Dist. 10. Quæst. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Christus licet quantum ex generatione temporali non habeat ius in hæreditatem æternam: & licet natura ipsius humana prius natura terminauit generationem, imò erat vnita Verbo antequam in ipsa esset gratia habitualis; quia tamen posset dici quod ad adoptionem requiritur extraneitas in instanti priori temporis, vel naturæ talis, quod non necessario concomitetur aliquid generationem naturalem, vt dispositio de congruo, conferens ius ad hæreditatem, hic autem generationem temporalem concomitabatur gratia, qua anima Christi habuit in illa hæreditate, & ex hoc non fuit filius Dei adoptiuus. *ibidem*. ℣. *Qui istam rationem*. & ℣. *Si hoc non placet*. B. C. 3.

Christus est naturalis filius Mariæ, est etiam iustus, & gratus Deo: & sic de eo concedo quod dicitur proprietas consequens naturam humanam: Sed esse adoptiuum non dicit proprietatem naturæ creatæ, secundum quam Christus nunquam fuit extraneus ab hæreditate paterna, sed naturæ deprauatæ. *ibidem*. *Ad tertium principale*. D. 5.

Christus si esset filius Dei adoptiuus, esset filius Trinitatis, quia tota Trinitas adoptat, sicut & agit omnem actum ad extra. *ibidem*. *In secundo argumento in oppositum*. n. 1.

Christus sine peccato, & impeccabilis.

Christus ideo, secundum Magistrum, non contraxit peccatum originale, quia aliqua portio erat in Adam, de qua omnes filij eius propagati sunt: & aliqui ponunt, quod aliquid istius portionis non fuerit infectum in Adam, sed seruatum mundum vsque ad generationem Christi. 3. D. 3. Q. 2. §. *Ad secundum*. n. 1. *Impugnatur*. *ibidem*. §. *Sed contra primum*.

Christus non contraxit peccatum originale secundum opinantes peccatum originale contrahi propter carnem infectam concupiscibiliter seminatam, per hoc, quòd dicant totam carnem Mariæ fuisse sanctificatam, & illud, quod assumebatur ad formationem Corporis Christi, priusquam assumebatur, fuisse sanctificatum, vt non esset ibi infectio aliqua in instanti infusionis animæ. *ibidem*. §. *Qui non tenent*. n. 2. *Impugnatur*, *ibidem*, §. *Sed contra hoc*.

Christus quòd non contraxit peccatum originale, sunt duæ rationes secundum Anselmum de conceptu Virginali cap. 19. quarum vnam per se sufficeret sine altera: vna, quia purgata fuit caro eius in Beata Virgine: secunda, quia non fuit filius naturalis Adæ, & ideo non obligabatur in Adam. 2. D. 32. Q. 2. §. *Circa secundum*. ℣. *Tertium dubium*, n. 5.

Christus, secundum viam Anselmi, qui ponit peccatum originale esse carentiam iustitiæ debitæ, patet qualiter non contraxit peccatum originale, quia non fuit filius naturalis Adæ, & ideo non erat debitor iustitiæ originalis: acceperunt enim illi soli iustitiam in Adam, qui ab eo erant descensuri per rationem seminalem, hoc est respectu quorum Adam habuit rationem Patris naturalis secundum communem propagationem: Vnde sicut illis solùm potuit seruare iustitiam, ita illis solis potuit perdere illam: Et ideo si Christus fuisset purus homo, & non Deus, miraculosè tamen natus de Virgine, secundum eum, non contraxisset originale peccatum. 3. D. 3. Q. 2. §. *Aliter secundum viam*. A. 3.

Christi innocentiæ, vt vult Anselm. de conceptu Virginali cap. 10. potest poni duplex ratio, scilicet sanctificatio Virginis Matris, & miraculosa formatio corporis non per propagationem communem, & vtraque per se sufficeret, vt Christus innocens nasceretur. *ibidem*. ℣. *In ista sententia*.

Christum potuisse peccare denominatiuè, non autem effectiuè, videtur concedere vnus Doctor. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primo*. ℣. *Si instetur*. D. 8.

Christus vt homo fuit impeccabilis, aliter Deus diceretur peccabilis, & damnabilis, & Diabulus, quæ videntur horrenda: Ad hanc rationem dico, quod sicut habens lumen gloriæ, & charitatem consummatam non potest peccare non quod ista formaliter repugnent peccato, sicut nec actus primus repugnat opposito actus secundi contingenter causabilis: sed quia, de potentia ordinata, Deus non potest non coagere ad actus secundos perpetuæ visionis, & fruitionis, qui actus repugnant peccato: sic Deus naturæ sibi vnitæ personaliter non potest, de potentia ordinata, non dare summam charitatem, & vicerius summam fruitionem, quæ excludit peccatum; & sic ex vi vnionis est impeccabilis, non formaliter, sed virtualiter dispositiuè dispositione remota, licet necessarium respectu Dei Agentis; sicut necessarium est aliquem beatum non peccare. 3. D. 2. Q. 1. *Ad primum principale*. ℣. *Ad rationem*. H. 12.

Christus secundus homo, quia Deus, de congruo replebatur summa gratia, per quam est impeccabilis: & hoc non decebat primum hominem, quia non erat Deus, scilicet repleri tanta gratia; Non igitur ex vi vnionis hypostaticæ Anselm. 2. Cur Deus homo cap. 10. ponit istam impeccabilitatem, nisi de congruo, quia illam concomitatur plenitudo gratiæ. *ibidem*.

Christi portio superior, seu Portio superior in Christo coniungitur cum Deo per gloriam, quietantem illam potentionem, & per affectionem iustitiæ totus homo, vt peccare non posset, 3. D. 18. Q. *Vn*. *Ad primum principale*. G. 16.

Christus, in primo instanti vnionis eius cum Deo, fuit beatus, & beatitudo abstulit sibi omnem peccabilitatem, vel possibilitatem peccandi, quæ potest auferri per beatitudinem. 3. D. 12. Q. *Vnica*. §. *De secundo dico*. A. 2.

Christi naturam humanam vnitam Verbo qui dicunt, quòd ex vi vnionis, necesse fuit frui, haberent consequenter dicere, quòd non solum ex plenitudine gloriæ fuit impeccabilis, sed etiam ex vi vnionis; hoc autem improbatum manet. *ibidem*.

Christi natura assumpta, siue: Natura, quam assumpsit Christus, erat de se possibilis peccare, quia non erat beata ex vi vnionis, & habuit liberum arbitrium, & ita vertibile ad vtrumlibet: sed per beatitudinem est confirmatum à

Christus sine peccato, & impeccabilis.

primo instanti, vt sit impeccabile, sicut beati sunt impeccabilea. *ibidem. Ad secundum principale.* B.

Christus potuit velle peccare : hæc est falsa , quia sicut non potest peccare , ita nec velle peccare . *ibidem*. C.4.

Christus potuit dicere , & dixit istam orationem r Ioann. 7. *Si dixero non noui eum, ero similis vobis mendax*, & per consequenam partem eius , scilicet *non noui eum*, quia ibi est consequentia necessaria: proferens enim illam conditionalem, profert vtramque categoricam ; sed hoc fuit tantum materialiter dicere ; sed non potuit dicere idest asserere illam partem, quia hoc non potest esse nisi intellectus eius posset decipi , si acquiesceret , vel animi signum, voluntariè prolatum discordare à significato : quorum neutrum potest esse in perfectè beato, quia vtrumque est imperfectionis, vnum moralis , alter intellectualis *ibidem. Ad primum principale*. A.3.

Christus redemptor.

Christus immediatius videtur fuisse reparator, & reconciliator noster à peccato originali, quam ab actuali ; quia necessitas Incarnationis, passionis &c. assignatur communiter ex peccato originali. 3.D.3.Q.1.§. *Contra primam. ¶. Ex eadem via*. n.6.

Christus secundom Leonem Papam sermone de Natiuitate, *sicut à reatu nullum liberum reperit , sic liberandis omnibus venit*. 3.Dist.19.Quæst. *Vnica. In argumento ad oppositum*, n.1.

Christus quo ad passionem , & mortem.

Christi passionem facilius contemplamur, si imaginem Crucifixi frequentios intuemur , & ex tali intuitione, talis species in phantasia generatur. 1.D.16.Q. *Vnica. Ad primum principale. ¶. Ad probationem*. D.2. *In editione Antonij de Fantis , & deest in noua Lugdunensi*.

Christi ratio inferior considerando bonum commone hominum , non videtur potuisse concludere mortem suam esse absolutè nolendam , sed oppositum; quia ratio inferior, quæ iudicat de actibus virtutum politicarum, iudicat pro bono communi mortem esse voluntarie sustinendam. 3.D.15.Q. *Vnica. §. Vltimo videndum. ¶. Præterea ratio*. S 28.

Christi ratio, seu portio superior si demonstrat passionem , & mortem esse absolutè volendam , ex nullia potest inferior arguere hoc esse nolendum absolutè : supponimus autem rationem Christi rectam non errantem per sophismata , & voluntatem esse conformem rationi. *ibidem. ¶. Præterea . quomodocunque*. S.27.

Christua noluit auditores suos esse tales , coram quibus non posset veritas prædicari , nisi scandalizarentur vsque ad odium mortale: ideo si voluit mori pro veritate doctrinæ , supponitur quoddam nolitum ex parte audientium: si autem pro salute humani generis , supponitur aliud nolitum , scilicet hominea esse in tali statu, à quo per mortem Christi eripiendi essent ; si autem propter beneplacitum diuinum(vt supponitur) videtur quoddam nolitum primo , quia beneplacitum illud fuit respectu huius obiecti , vt videtur , propter aliquem finem , ad quem hoc obiectum ordinabatur , putà vel propter veritatem prædicandam , vel salutem hominum procurandam . *ibidem. ¶. Respondeo, sicut fortis*. S. 30.

Christi passionem fuisse ab eo actu nolendam pro illo tunc , secundum portionem superiorem , non videtur quod per principia sumpta à fine vltimo possit concludi de passione , & eius opposito in quantum referuntur ad finem illum: quia cum opposita non possint demonstrari , si referendo ad finem vltimum concluditur simpliciter vita esse pro tunc volenda , & mora nolenda , igitur voluntas dioina rectè, non voluisset illam passionem , nec etiam voluntas Christi rectè voluisset illam, nec in tali velle meruisset: quæ omnia sunt absurda . 3.D.15.Q. *Vnica. §. Sed videndum*. Q.25.

Christus dixit Ioann. 10 *Potestatem habeo dimittendi animam meam*, & iterum *ego pono animam meam à me ipso*: ibi ly *ego* in soppositio, & apposito stat pro eadem persona, sed non secundum eamdem naturam , qoia *ego*, scilicet suppositum Verbi , secundum naturam diuinam: *pono animam meam à me ipso* , secundum naturam humanam , quia animam separauit à corpore , non à Verbo; ita quod ponere , & separare effectiuè attribuitur Verbo ; sed terminatiue , & à quo separatur, scilicet à corpore , conuenit sibi ratione naturæ humanæ. 3. D.16.Q.2. *Ad secundum principale*. H.I. 15.

Christus, secundum multos, habuit necessitatem moriendi , quia in eo fuit potentia materiæ eiusdem rationis , sicut in alijs hominibus , & fuit priuata alijs formis &c. *ibidem. §. Ad primam quæstionem*. n.3. *Impugnatur quo ad rationes. ibidem. §. Rationes istæ*. n.4.

Christi corpua (comparando Verbum ad naturam gloriosam asumptam in instanti sine redundantia gloriæ animæ in corpus) necesse fuit esse mortale : licet hoc fuerit speciale , & nouum miraculum, quod gloria animæ non redundauit in corpus : facto tamen miraculo isto, corpus illud habuit necessitatem moriendi ; quia nec gloria redundauit in ipsum, nec secundum corpus habuit iustitiam originalem præseruantem à corruptione . *ibidem. §. Ad quæstionem*. B. 5.

Christua , secundum Aug. de baptismo paruulorum , vbi expresse loquitur , facto miraculo de non redundantia gloriæ animæ in corpus , habuit necessitatem moriendi . *ibidem*.

Christi corpus, sibi dimissum per priuationem redondantiæ gloriæ , fuit animal, & ideo non sub pleno dominio animæ ad prohibendum passionem in corpore; ideo fuit in corpore eius corruptio , & restauratio per sumptionem alimenti: sed non potuit fieri restauratio perfecta, quod corpus semper maneret , nisi anima perfectum dominium habuisset supra corpus: vnde in ipso fuit necessitas moriendi. *ibidem*. B.6.

Christus quamuis sciuerit quantom alimenti necesse fuit sumere ad tantam restaurationem deperditi , vt tantum restauraretur quantum fuit deperditum: attamen duo sunt, quare hoc non sequitur , scilicet potentiæ nutritiuæ debilitatio in conuertendo , & impuritas alimenti, quod assumpserit. *ibidem. ¶. Respondeo, quamuis*.

Christi Iesu alimenti impuritas, respectu alimenti Adæ , fuisset in Iesu Christo, sicut in nobis , causa corruptiua . quia non fuisset ex parte alimenti ita perfecta restauratio , sicut deperditio. *ibidem*.

Christus, posito , quod habuisset esum ligni *Vitæ*, corpus eius non fuisset incorroptibile , sed habuisset causam intrinsecam moriendi. *ibidem. ¶. Sed posito*. C.6.

Christi mortis naturalis causa sufficiens fuisset debilitas virtutis, & impuritas alimenti . *ibidem*.

Christus cum nullum habuerit demeritum ; siue sic , cum in Christo nullum fuerit demeritum: & corpus Adæ propter peccatum mortuum est demeritoriè , ex hoc sequitur quod in primo instanti , in quo asumpsit naturam innocentem , non fuit causa demeritoria mortis in eo : & sic procedit illud Gen. 10. *In quocunque die comederis ex hoc ligno morte morieris* , quod postquam comederunt , habuerunt primi parentes necessitatem moriendi ex demerito ; sed alia causa fuit in Christo, scilicet debilitas virtutis, vt supra. *ibidem. Ad primum principale primæ quæstionis*. D.9.

Christus fuit omniscius , & etiam omnipotens, & tamen habuit necessitatem moriendi . *ibidem. Ad secundum principale*.

Christus sciuit se custodire, & restaurare æqualiter : concedo, quòd sciuit, si habuisset pro statu isto, in quo fuit, alimentum purum, & virtutem nutritiuam non debilitatam: sed vtromqoe defuit , ideo non fuit conuersio alimenti in ita putam carnem , vt semper maneret , nec fuit virtua eius æquè intensè in conuertendo . *ibidem. Ad tertium principale*. E.10.

Christus, vt homo, accepit mandatum ponendi animam iuxta illud Ioann. 10. *Hoc mandatum accepi à Patre*, accepit, inquam , mandatum ponendi animam , idest , de complacendo, & patiendo animam poni , sed non effectiuè, ita, quod ponere animam ; & non ponere animam fuerit in potestate animæ eius : & talis expositio non est extorta , quia eadem aoctoritas potest exponi , partim de capite, partim de membris ; sicut hic, *qui potuit transgredi, &*

Christus quo ad passionem, & mortem.

gredi, & non est trangresus. Eccl. 31. Quantum ad posse transgredi exponitur de membris: quantum ad non transgredi, exponitur de capite: ita idem secundum aliquid potest exponi de Christo ratione naturæ increatæ, & secundum aliquid ratione naturæ creatæ. *ibidem. Ad secundum principale secundæ quæstionis*. I. 15.

Christus quod clamauit validè in hora mortis, alterum fuit miraculum; sed quod anima fuerit separata per violentiam passionis, hoc fuit naturale, supposito miraculo primo de non redundantia gloriæ in corpus: nam omnia, quæ passua est, fuerunt quodam modo miraculosa, licet naturalia, quia quod non potest fieri, nisi præsupposito miraculo, & si, facto miraculo, possit naturaliter fieri, in relatione tamen ad miraculosum necessariò præsuppositum, est aliquo modo miraculosum: sed quod patitur Christus secundum animam, & corpus, vel secundum portionem inferiorem rationis, hoc fuit ex miraculo primo, quo gloria animæ non redundabat in corpus; ideo totum quod patitur, fuit miraculosum; & tamen naturaliter patitur, facto illo miraculo, sicut cæcus naturaliter videt, facta illuminatione miraculosa. *ibidem. Ad tertium principale*. I. 16.

Christi corpus, cum fuerit compositum ex contrarijs, tandem corrumperetur naturaliter. *ibidem*. Q. 1. *In primo argumento in oppositum*. n. 2.

Christus fuit in eodem statu secundum corpus, in quo nos, & viator, igitur secundum corpus potuit sibi violentia inferri; Vnde necessariò dissolueretur corporis harmonia, vt patet in nobis. *ibidem*. Q. 2. *In primo argumento in oppositum*. n. 2.

Christi in potestate si fuit præseruare corpus ab omni violentia extrinseca, ergo cum tenebatur se custodire à morte, sicut quilibet, sequitur, quod in moriendo peccasset; quia post dilectionem Dei, & animæ propriæ, & animarum proximorum, tenebatur suum corpus diligere, lege charitatis: & ita si posuit animam, vel poni permisit, cum potuit hoc præseruasse, vt homo, peccasset, quia qui non præseruat dissolutionem corporis sui, cum possit, peccat. *ibidem. In secundo in oppositum*.

Christus de facto sui gratia passionem suam ordinauit, & obtulit Patri pro nobis, & ideo multum tenemur ei: ex quo enim aliter potuisset homo redimi, & tantum ex sua libera voluntate sic redemit, multum ei tenemur; & amplius, quàm si sic necessariò, & non aliter potuissemus fuisse redempti: ideo ad alliciendum nos ad amorem suum, vt credo, hoc præcipuè fecit, & quia voluit hominem amplius teneri Deo; sicut si aliquis genuisset primò hominem, & postea instruxisset eum in disciplina, & Sanctitate, amplius obligaretur ei, quam si tantum genuisset eum, & alius instruxisset: Et hæc est congruitas, non necessitas. 3. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Tunc ad quæstionem*. D. 10.

Christus ponitur communiter nosse omnia, quæ Deus nouit, scientia visionis; & per consequens nouit omnes electos, & ad quem gradum gloriæ fuerunt electi; potuit ergo pro prædestinato ad maiorem gloriam offerre passionem suam, & præcipuè cum se offerret pro genere humano ad hoc vt de eis impleretur diuina prædestinatio. 4. Dist. 4. Quæst. 7. §. *Si ergo*. ℣. *De secundo*. C. 4.

Christus quod voluit pati, processit ex amore intenso finis, & nostri, quo dilexit nos propter Deum. 3. Distinct. 20. Quæst. *Vnica. Ad secundum principale*. E. 13.

Christum Iudæi, licet sciuissent eum Deum per vnionem, adhuc potuissent occidisse: & si hoc fecissent, adhuc eorum peccatum fuisset remediabile per passionem Christi; quia plus dilexit Deus illam passionem acceptando, quàm odisset eorum malum: vnde non potuerunt habere actum tam deformem in malitia, sicut fuit bonus, bonitate morali, actus voluntatis, quo Christus voluit pati. *ibidem. Ad quartum principale*. F. 12.

Christum si cognouissent filium Dei, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. 1. Cor. 2. loquitur hic Apostolus non de Iudæis, sed de principibus Mundi, scilicet Dæmonibus; quia si sciuissent eum verum Deum, non instigassent homines ad eius mortem, & hoc propter bonum futurum ex morte, scilicet redemptionem hominis, quod bonum nolebant accidere: Vnde primò quando ignorauerunt hoc, instigauerunt Iudæos ad mortem, post quam verò sciuerunt eum ipsum esse verum Deum, persuaserunt contrarium, vnde Math. 27. vxor Pilati misit ad eum dicens, *nihil tibi, & iusto illi, multa enim passa sum ista nocte in visu propter eum*: bene tamen voluissent ipsum mori sine redemptione humani generis, si fieri potuisset. *ibidem*.

Christus quo ad dolorem, & tristitiam.

Christi in anima an fuerit verus dolor, distinguunt aliqui de portione superiori, vt est natura, & sic doluit, quia fundatur in anima dolente: Vel vt ratio, & sic non doluit, quia non per comparationem ad obiectum, quod respicit. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Hic distinguitur*. n. 3. *Impugnatur. ibidem*. §. *Contra illam*. A. 3.

Christi anima in separatione eius à carne fuit facta impassibilis, igitur tunc non tristabatur, & consequenter non tristabatur illa anima vt natura, nam si animæ, vt natura, conuenit dolere, hoc maximè conuenit sibi ob separationem eius à corpore; quia sibi, vt natura, conuenit perficere corpus. *ibidem*. §. *Contra illam*. ℣. *Præterea si animæ*. A. 3.

Christo infuit, vel: In Christo fuit verus dolor in parte sensitiua, quia obiectum approximatum tactui suo, & appetitui sensitiuo, erat disconueniens illi sensui, & ille sensus erat perfectè perceptiuus; quia secundum proportionem bonæ dispositionis corporis, est dispositio existentiæ actus 2. de Anima. Tex. 94. & illud corpus fuit perfectissimè complexionatum, sicut anima illius corporis erat perfectissima. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. H. 18.

Christus quomodo potuisset dolere sine appetitu rationali, est duplex via; vna, quod cum ratio permansit in vsu suo, & voluntas non absorpta à dolore appetitus sensitiui, & intellectus per consequens intuitiuè dolorem illum apprehendit, & voluntati ostendit, illa voluntas condoluit: siue quia naturaliter inclinabatur ad oppositum, quæ inclinatio sufficit ad tristitiam de opposito, secundum vnam viam: Alio modo, quia voluntas necessariò colligatur appetitui sensitiuo, secundum vnam opinionem, & colligatio fuit perfectissima in Christo, & intellectus apprehendit illud obiectum tristabile, quia non fuit impeditus, ergo sequitur, quod passio tristitiæ, siue doloris, fuit in voluntate. *ibidem*. ℣. *Quod etiam declaratur*. I. 19.

Christi anima si in instanti mortis fuit impassibilis, tunc non tristabatur, sed prius de illo tristi præuiso, quando scilicet illa fuit tristabilis. *ibidem*. ℣. *Potest dici*. I. 19.

Christus de carentia fruitionis suæ respectu obiecti æterni non tristabatur, quia non fruitio, vel non perfectio eius, quæ fuit nolita, non euenit in morte, quia non fuit congruum, vt per illud, quo meruit alios fini coniungi, ipse minus fini coniungeretur. *ibidem*. §. *Quo ad primum istorum*. L. 22.

Christus de peccato proprio non tristabatur, sed de alieno, putà de peccato infidelitatis discipulorum dubitantium, & de incredulitate, & crudelitate Iudæorum persequentium ipsum: Vnde Ambrosius super Lucam, *Doles Domine non tua vulnera, sed mea*. i. e. tristaris de meis peccatis naturam meam vulnerantibus, non de tuis. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. M. 21.

Christi voluntas inferior de quibusdam non tristabatur sicut superior, quia non eueniebant nolita: & de quibusdam euenientibus tristabatur, vt de peccatis, quia sic erant nolita; cum enim esset recta, neque placuerunt, neque neutra fuerunt sibi peccata peccantium, si erant sibi ostensa, vt mala. *ibidem*. ℣. *Quod ista*.

Christi voluntas, vt natura, vt scilicet naturaliter inclinata ad sua obiecta, tristabatur secundum portionem superiorem de passione; quia ipsa, vt sic, voluit bonum huic personæ, & in ordine ad æternum, & sic oppositum fuit nolitum tanquam contra affectionem commodi, non tamen contra iustitiam: nolitum autem contra affectionem commodi, si euenit, est

Christus quo ad dolorem, & tristitiam.

nit, est sufficiens causa tristitiæ. *ibidem*. §. *Vlterius ad propositum*. P. 24.

Christi voluntas, vt natura est, & vt coniuncta appetitui sensitiuo, de passione secundum portionem inferiorem compatiendo tristabatur. *ibidem*. §. *Vltimo videndum*. T. 27.

Christi voluntas, vt libera, quantum ad *velle* conditionatum secundum portionem inferiorem tristabatur de passione, quantum ad hoc enim videtur similiter dicendum, sicut dicitur de portione superiori. *ibidem*. ℣. *Sed dubium*. S. 27.

Christi portio superior, siue: Voluntas Christi secundum portionem superiorem, loquendo de nolitione conditionata, siue habituali (dico habitualem, in cuius actum voluntas prona ea se est exire, nisi aliud obstet) videtur dicendum, quod noluit passionem, hoc est, noluisset, quantum in se erat, si omnia prospera, & iusta secundum se appetibilia æque fuissent siue ea *ibidem*. §. *Tertio videndum*. R. 26.

Christi ratio inferior, quòd non possit concludere passionem esse absolutè uolendam, & consequenter, quod voluntas inferior non possit eam ordinatè nolle absolutè, & ita tristari. *ibidem*. §. *Vltimo videndum*. ℣. *Non restat*. S. 27.

Christo non infuit, siue: In Christo non fuit (secundum Hieronym. adductum à Magistro) passio; sed propassio: si autem absolute noluisset mortem, cuoi tale nolle sequatur apprehensionem rationis, tristitia sequens illud nolle videretur habere plenam rationem passionis. *ibidem*. ℣. *Præterea, Magister*. S. 28.

Christum absolutè noluisse mortem, quia quantum in ipso fuit; & secundum *quid* eam noluisset, credo falsum; quia Christus hoc modo dicitur nolle mortem cum determinatione distrahente, scilicet, si bene fieri posset, & ideo distrahit; quia conditio non erat: conceditur autem secundum istam viam ipsum velle mori sine conditione distrahente, quia si additur propter honorem Dei, vel propter iustitiam, vel salutem hominum, non est distractio; finis enim actus non distrahit ab actu in talibus, igitur, quod quis facit, vel patitur, non est simpliciter nolitum, sed *secundum quid*. *ibidem*. ℣. *Hoc credo falsum*. S. 29.

Christus, si rationes in contrarium concludant, videtur dicendum, quòd secundum portionem inferiorem noluit passionem, & hoc voluntate, vt natura, hoc est, in quantum coniuncta appetitui sensitiuo patienti; & voluntate, vt libera, noluit, tantum conditionaliter, & non absolutè, quemadmodum dicitur de portione superiori, quod noluit, vt natura, & vt libera noluit tantùm conditionaliter, & non absolutè; & ita secundum vtramque portionem eisdem modis tristabatur: nec valet, non noluit absolutè, igitur non tristabatur, quia nolle naturaliter, vel conditionaliter sufficit ad simpliciter tristari; vnde tantum potest argui, absolutè non noluit, igitur non tristabatur ex illa causa, sed cum hoc stat, quod ex alia causa vnica, vel duplici simul simpliciter tristaretur. *ibidem*. ℣. *Sic itaque*. T. 30.

Christi voluntas si non patiebatur tantum, subreptitio motu præueniente consensum, qualis passio conuenit ei, vt natura, & potest dici propassio; sed etiam patiebatur motu sequente *nolle* libere elicitum; & tunc intelligendum est propassionem esse, vt distinguitur contra passionem illam, quæ conturbat rationem, qualis nulla fuit in Christo *ibidem*. §. *Ad primum alterius viæ*. ℣. *Ad Magistrum*. V. 31.

Christi voluntatis in portione superiori, siue. In portione superiori voluntatis Christi licet fuerit maximum gaudium, tamen non excludebat dolorem in appetitu sensitiuo, nec etiam tristitiam in portione inferiori, quia illa delectatio non redundabat in portionem inferiorem: Vnde hoc fuit factum per nouum miraculum, quod gloria in superiori portione voluntatis non redundauit in corpus, sed permisit ipsum esse passibile; nec etiam redundabat in eamdem potentiam, vt comparatur ad aliud obiectum: vnde sicut per miraculum fuit, quod simul erat Viator, & comprehensor, ita fuit miraculum, quod ista gloria non redundabat in corpus, nec in vires inferiores, sicut in beatis redundat. *ibidem*.

Christus quo ad dolorem, & tristitiam.

Ad quartum principale. Y. 35. *Additio*.

Christus, credo, quod non habuit cor magis dilatatum, quàm alij: vnde potest dici quod gaudium non redundabat in cor, quia etiam non redundabat in portionem inferiorem, cum gaudium potentiæ voluntatis Christi; quod habuit circa obiectum æternum, non redundabat in eamdem potentiam circa aliud obiectum, quod fuit per miraculum, & ideo non est mirum, si non redundabat in cor. *ibidem*. *Ad quintum principale*. Aa. 36. *Additio*.

Christi gaudium, & tristitiam, circa cor, aut fuerunt æqualia, aut non: si sic, ergo nec cor mouebatur motu dilatationis, nec constrictionis, quia tunc vnum impediret actionem alterius; sicut si ponatur aqua, & ignis penitus æquales secundum virtutem agendi, & patiendi, & ponatur lignum in medium, quod est pati æqualiter ab vtroque, nec frigefiet, nec calefiet: si autem fuerint inæqualia, tunc vnum dominabitur, & qualitercunque fuerit, cor eius constringebatur (Vnde contristatur cor, cum non dilatatur per gaudium, sicut si esset tristitia amota) & ideo non tantam redundantiam habuit gaudium super corpus, sicut dolor, & tristitia. *ibidem*. *Additio*.

Christus, secundum vnam viam, potest dici, quod dolores nostros vere portauit iuxta illud Isa. 53. *vere dolores nostros ipse portauit*, appetitu sensitiuo, quia, sicut non habuit corpus phantasticum, ita nec animam, nec sensum phantasticum, in quo non potuit esse verus dolor. *Ibidem*. *Ad primum in oppositum*. Aa. 37. *Additio*.

Christi dolor fuit maximus, qui fuit in parte sensitiua; & ideo dolor ille, qui infuit, non habuit salutem in appetitu sensitiuo, quia habuit corpus optimè dispositum, & sensum optimè perceptiuum, & appetitum summè ad contrarium inclinatum; & ideo fuit maior dolor in appetitu sensitiuo: non tamen doluit inconsolabiliter, sicut damnati. *ibidem*. *Ad secundum in oppositum*. *Additio*.

Christus, quia dignior persona fuit, quam Adam, ideo ipsum non oportuit pati secundum portionem superiorem voluntatis, sed sufficiebat pati in appetitu sensitiuo inferiori; Vnde passio in solo sensu Christi satisfecit ad delendum peccatum Adæ. *ibidem*. *Ad quartum in oppositum*. A. 37. *Additio*.

Christus, secundum Damascen. lib. 3. cap. 22. *habuit intelligentiam mœstam*: dicendum, quod omnes illæ auctoritates, quæ dicunt, quod habuit tristitiam, possunt exponi de tota voluntate secundum portionem superiorem, & inferiorem, quia hoc verum est respectu peccati aliorum, de quo tristabatur: & nota, quòd Damascenus accipit *intellectiuam* pro parte rationali, vt distinguitur contra sensitiuam, & non pro parte intellectiua apprehensiua. *ibidem*. *Ad sextum in oppositum*. Bb. 38. *Additio*.

Christus quoad timorem.

Christus non habuit camdem causam timendi, quam nos, quia non peccata sua sicut nos nostra. 3. Distinct. 15. Qu. *Vnica*. § *Ad primum alterius viæ*. ℣. *Ad Augustinum*. V. 31.

Christus, secundum Damascen. lib. 3. cap. 22. naturaliter timuit: sed hoc non est timere, sicut nec naturaliter velle, est velle quoniam simpliciter velle est *velle* elicitum, nec oportet quod *velle* elicitum sit conforme *velle* naturali. *ibidem*. *Ad quintum in oppositum*. Bb. 38. *Additio*.

Christus, secundum vnam viam, non timuit timore pertinente ad partem intellectiuam: quia tamen phantasia habuit speciem passionis, & mortis, ideo apprehendebat hoc, & secundum partem sensitiuam verè timuit. *ibidem*.

Christi amor, & charitas.

Christi amor creatus, quo dilexit Deum, in sua formali ratione, non fuit maior omni creatura. 3. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Contra ea*. B. 8.

hristus, & non alia persona (quæ potest inter homines inueniri)

Christi amor, & charitas.

inueniri) fuit magis dilectus Trinitati, quam tota communitas generis humani, quæ eam offenderat, fuerat sibi; vel debebat esse ebara; cui, scilicet Christo, non ad mensuram dedit Deus Spiritum charitatis, & gratiæ. *Ioann.* 3. & tale obsequium, oblatum à Christo sic dilecto, est illud, in quo maximè appatet charitas, quod est offerre se ad mortem pro iustitia. 4. D.2.Q.1.§. *Ex his duabus.*℣. *Et secundum hoc*. F.7.

Christus non videretur maxime diligere Deum, & proximum, nisi pro tanto bono communi (scilicet beatitudine hominis, ad quam Deus prædestinanit eum, & disposuerat eum aliter non peruenturum, quam per obsequium passionis) vellet istud obsequium exhibere. *ibidem*, §. *Hic sequitur*. H.8.

Christus reformans animam.

Christus, quia in Anima est imago Dei secundum tres potentias, quæ deformatæ erant per peccatum: ideo sicut animam reformando perficit voluntatem per charitatem, sic intellectum per fidem.3.D.23.Q.*Vnica*. §. *Ad quæstionem*. F.14.

Christus legislator.

Christi mors causa erat confirmationis legis Euangelicæ; sed illa non fuit confirmata tanquam necessaria ad obseruandum ante prædicationem eius publicam, quæ non incepit in passione, sed Pentecoste; tempore enim intermedio sederunt in cænaculo, nemini, solemniter, vel publicè prædicantes.4.D.3.Q.4.§. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad illud*. N.18.

Christus ipse in se fuit circumcisus; quia non oportuit legislatorem statim circa natiuitatem suam legem ferre: & ideo in principio sui temporis lex prior adhuc durauit: Vnde & illa, quæ fuerunt legis naturæ, fuerunt obseruanda circa Moysen, vsque ad tempus dationis legis in monte Sinai; ita hic de circumcisione: Et eodem modo potest dici de Agni Paschalis comestione in cæna; quia in morte Christi causaliter expirauit lex vetus, licet non pro tunc, sed pro tempore publicationis huius causæ, & legis Euangelicæ: & ideo vsque ad mortem potuit Christus licitè illa cæremonialia seruare. *ibidem Ad primum principale*. P.Q. 20.

Christus non venit soluere legem, vel circumcissionem, quantum ad fructum, ad quem erat instituta; imo perfecit eam, copiosius remedium, & longè perfectius instituendo, scilicet baptismum. *ibidem*. P.19.

Christus multas imperfectiones, licitas sub Moyse, euacuauit, reducendo ea, quæ erant permansura, ad perfectiones in lege sua.4.D.33.Q.3.§. *Alia opinio*.℣. *Modus*. B.6.

Christus quo ad Baptismum.

Christus, quando baptizabatur à Ioanne, non instituit baptismus, quia ille baptismus non fuit baptismus ipsius Christi, idest in forma Christi, sed in forma Ioannis; tamen dedicauit tunc aquam materiam idoneam suo baptismo, ex contactu suæ mundissimæ carnis; quia in legislatore confirmatus est vsus aquæ.4.D.3.Q.4.§. *Ista quæstio*. A.2.

Christus, contactu suæ carnis mundissimæ, omnem aquam consecrauit in vsum baptismi.4.D.7.Q.1.§. *Circa istam*. ℣. *Ad secundum*. C.3.

Christus, tactu mundissimæ carnis suæ, quando voluit à Ioanne baptizari, totam aquam consecrauit, hoc est, in vsum baptismi dedicauit.4.D.23.Q.*Vnica*.§. *De secunda*. ℣. *Exponenda*. D.5.

Christus in se ipso voluit baptismum suscipere, saltem Ioannis, antequam legem baptismi alijs imponeret, quia Act. 1. dicitur, *cœpit Iesus facere, & docere*. 4. D.4.Q.6. *Ad primum principale*. B 3.

Christus, ad significandum quod baptizans debet esse personaliter distinctus à baptizato, non à se, sed à Ioanne baptizari voluit. 4. Dist. 6. Qu.4. §. *Ista quæstio*. A. 2.

Christus in forma baptismi voluit personas Trinitatis vocari nominibus personarum: & rationabiliter; vt sicut Iudæis datum est aliquod nomen, significans essentiam diuinam sub propria ratione, quod ipsi vocabant nomen Dei Tetragrammaton: ita Christus dedit Ecclesiæ nomina, significantia personas sub proprijs nominibus: si etiam non sic dederit, tamen bene probabile est in aliqua inuocatione nomen personæ habere aliquam efficaciam, quam non habet nomen proprietatis personæ: petendo enim aliquod donum ab aliquo pro amore Ioannis, citius impetraretur, quam si loco nominis proprij poneretur nomen significans proprietatem suppositi. 4. Dist. 3. Quæst. 2. §. *Tertio de forma*. ℣. *De istis quinque*. H. 9

Christus, Math. vltimo, expressit verba, quæ sunt principalia in forma baptismi, & quæ non principalia, scilicet actum, & suscipientem; sed in potestate Ecclesiæ fuit determinare quibus verbis primæ, vel secundæ personæ; & indicatiui, vel optatiui modi exprimerentur suscipiens, & actus. *ibidem*. *Ad primum principale*. P. 14.

Christus quo ad confirmationem.

Christus non alligauit potentiam suam Sacramentis: & ideo ipse, siue in terris, siue post ascensionem in Cælo, existens potuit confirmare Apostolos sine tali, vel tali materia. 4. Dist. 7. Qu.1. §. *Circa istam*. ℣. *Ad primum*. C. 3.

Christus cum Apostolis in primitiua Ecclesia potuit dispensare, quòd sine materia, & forma, cum sola impositione manuum confirmassent, vt patet in Actibus Apostolorum ita fecisse: & maxime quia in confirmatione ab eis collata erant aliqua signa sensibilia, puta communiter descensus Spiritus Sancti super confirmatos, & donum linguarum: sed tamen, cessantibus miraculis, ministri debuerunt hanc materiam, & hanc formam seruare. *ibidem*.

Christus, contactu suæ mundissimæ carnis, omnem aquam consecrauit in vsum baptismi: non sic autem materiam confirmationis, (puta Chrisma) & ideo requiritur hic specialis Santificatio. *ibidem*. ℣. *Ad secundum dicendum*.

Christus quo ad Eucharistiam.

Christus Math. 26. post cænam, Eucharistiæ Sacramentum instituit, vt sub speciebus panis, & vini verum corpus eius, & verus Sanguis eius veraciter continerent: & non tantum tunc, quando ipsemet confecit, sed quando postea hoc Sacramentum à Sacerdotibus in Ecclesia conficeretur, ad quod dedit auctoritatem, subdens ibi, & dicens Apostolis, *Hoc facite in meam commemorationem*: Idem habetur Luc. 22. & 1. Corinth. 11. vbi Apostolus diffusè determinat de modo perceptionis, & consecrationis Sacramenti.4.D.8.Q.1.§. *Hic tria*.℣. *De secundo dico*. A.2.

Christum esse nobiscum in signo sensibili, scilicet sub speciebus panis, & vini, vt magis excitetur quilibet ad reuerentiam, & deuotionem ad Christum, congruum est. *ibidem*. ℣. *Quod hoc*. A.3.

Christus in cæna aut confecit Sacramentum Eucharistiæ sine verbis, quod non est probabile; aut cum verbis: tunc, aut cum istis, *Hoc est corpus meum &c.* aut cum alijs: non cum alijs à prædictis; quia nõ est probabile quod alia forma vtantur auctor, & ministri quibus committit formam: si eisdem remanet difficultas de significatione illius orationis vltimò prolatæ. 4. D.8. Q.2.§. *De tertio articulo*. ℣. *Sed contra*. F. 11.

Christus modo, si esset, viator posset proferre ista verba, *Hoc est corpus meum*, & conficere; & remaneret eadem difficultas de significatione illius orationis, sicut prius. *ibidem*. ℣. *Item Christus*.

Christus Dominus, inquit Aug. ad Ianuarium, & referunt de consecrat. Dist. 2. cap. liquido, *non quia post cibos dedit* (scilicet Eucharistiam) *discipulis, ideo pransi illud debent accipere, vt faciebant*, *quos Apostolus redarguit* (supple. 1. Cor. 11.) Et subdit causam, quare Christus hoc fecit: *nam Saluator*, inquit, *quo vehementius commendaret mysterij huius altitudinem*, *vltimum hoc voluit*

Christus quo ad Eucharistiam.

luit infigere in cordibus Discipulorum : quo autem ordine deinceps sumeretur , Apostolis , per quos Ecclesias dispositurus erat , reseruauit docendum. 4. D.8.Q.3. *Ad argumentum in oppositum* . H.8.

Christus videns aliquos abijsse propter prædicationem suam de Eucharistia Ioann. 6. postea exposuit se dicens, *Spiritus est , qui viuificat, caro non prodest quidquam : verba , quæ locutus sum vobis , Spiritus , & Vita sunt* ; Quod pertractans Aug. De consecrat. Dist. 2. Prima hæresis ait , *non hoc corpus , quod videtis manducaturi estis , nec sanguinem effundendum : Sacramentum aliquod vobis commendaui , spiritualiter intellectum viuificat vos* : Dico quod Magister in littera respondet huic auctoritati , & bene, quod nec Christus, nec Aug. exponens vult negare veritatem corporis Christi : sed quod non est in Sacramento corpus Christi sic carnaliter , sicut ipsi intellexerunt , qui abierunt retrò, scilicet visibiliter in forma propria ; sed per oppositum ad istum modum intelligendi est ibi spiritualiter , & intellectualiter : Et hoc est quod dicit Aug. , & Magister adducit , & est de Consecr. Dist. 2. *Ipsum quidem , & non ipsum corpus , quod videbatur manducatur : ipsum inuisibiliter , non ipsum visibiliter* : isto etiam modo de Eucharistia pertractatur a Paulo 1.Cor.11.4.D.10.Q.1.§. *Hic duo.* ℣. *Etsi dicas* & ℣. *Dico quod* . A.4.

Christo dicitur aliquid inesse , vt in Eucharistia , quod sibi inesset , si nusquam alibi esset, nisi hic : concomitanter autem dicitur sibi aliquid in esse hic , quod primo in est sibi , vt alibi : Et ex hoc sibi in est , vt hic, propter identitatem subiecti, & formæ . 4. D. 10. Q.5. §. *Respondeo* A.2.

Christo , vt hic in Eucharistia concomitanter inest omnis operatio , quæ primo sibi in est, vt in Cælo . *ibidem* .

Christo nulla sensatio potest primo in esse, vt in Sacramento . *ibidem* .

Christo operatio spiritualis, vt intellectua, & voluntatis potest primo in esse, vt in Eucharistia. *ibidem* .

Christus propter suum esse in Eucharistia non tantum non priuatur aliqua operatione , quam habet, vt in Cælo ; sed vt in Eucharistia est, habet aliquam operationem primò , quam per consequens concomitanter habet in Cœlo , vt. potè intellectionem , & volitionem cuiuscunque obiecti, cuius Angelus hic præsens haberet : & per consequens non est ad imperfectionem suam quod sit in Eucharistia , sed ad ampliorem perfectionem *ibidem* . ℣. *Ex hoc sequitur* . F 5.

Christus in Eucharistia si non haberet actiones immanentes easdem , quas habet in Cælo , vt *intellectionem , visionem &c.* sequeretur , quod esset simul videns , & non videns idem obiectum ; & eodem modo de alijs sensationibus: consequens *e*st falsum , quia contradictoria simpliciter inessent eidem . *ibidem* . *In primo argumento in oppositum*, n.1.

Christi oculus , vt in Eucharistia , si careret visione, quam habet in Cœlo , careret ibi sua propria perfectione; & hæc est beatitudo eius eo modo, quo visus dicitur beatificabilis : careret etiam delectatione consequente illam operationem perfectam : & tunc sequeretur quod oculus , vt hic , esset miser , & cum dolore, & tristitia ; quia quod tollit delectationem , est dolorosum , & triste : Et tunc simpliciter esset contra appetitum naturalem sensitiuum quod haberet esse in Eucharistia. *ibidem*. *In secundo ad oppositum* .

Christus in Eucharistia non potest vti aliqua potentia corporea, siue illa sit mere corporea , putà consequens naturam corporis mixti : siue sit corporea , hoc est , consequens totum animatum primò. 4. D.10.Q.7.§. *Respondeo.* ℣. *Et sit hæc prima* . B.2.

Christus in Eucharistia potest vti quacunque potentia actiua spirituali , quia illa non requirit ad actionem quod habeat esse localiter , quia & si Agens per principium spirituale sit in loco, non tamen requiritur quod sit ibi localiter ad hoc , quod agat . *ibidem* . ℣. *Secunda conclusio* . B. 3.

Christus in Eucharistia potest habere aliquam actionem merè spiritualem , tam ex parte principij, quam ex parte termini : & potest habere aliquam spiritualem ex parte principij agendi , corporalem tamen ex parte termini . *ibidem* . ℣. *Hanc conclusionem* . C. 3.

Christus quo ad Eucharistiam

Christi anima in Eucharistia existens poterit vti potentia sua motiua non organica , mouendo species illas , vel hostiam : & fortè sic aliquando mota est hostia *ibidem*. ℣. *Respondeo sicut anima* . E. 5.

Christus passus fuit Luna 15. & per consequens fecit cænā Luna 14. , vt patet per illud Math. 26., *Prima die azymorum quæsierunt discipuli , vbi vis paremus tibi comedere Pascha:* & Marci 14. *Prima autem die azymorum , quando Pascha immolabant. Quo vis eamus , & paremus , vt manducemus Pascha* : & Luc. 22 *venit dies azymorum , in qua necesse erat comedere Pascha , & misit Dominus Petrum , & & Ioannem dicens , euntes parate nobis , vt manducemus Pascha* : ex istis patet quod die azymorum prima , scilicet , 14. Luna, comedit Agnum Paschalem ; & hoc iuxta illud Num. 28. *Quarta decima die mensis primi Pascha erit , & 15. die solemnitas* : hoc est primus dies integer solemnis solemnitatis Paschæ : illa die passus est Christus: & sic illa hora , qua comedi debuit Agnus Paschalis secundum legem , id est , quarta decima die mensis comederunt Discipuli verum Agnum . 4. Dist. 11. Quæst. 6. §. *Ad primam quæstionem* . ℣. *Sed in proposito* . A. 5.

Christus vinum , cum quo fuit aqua mixta, consecrauit iuxta illud Damascen. lib. 4. cap. 5. *Christus calicem ex vino , & aqua tradidit discipulis suis dicens , bibite ex hoc omnes , hic est enim Sanguis meus &c. ibidem*. Q.6. *aliàs* 7. ℣. *Huic autem* . B. 2.

Christus expresse docuit se velle sumi in Eucharistia à quolibet Christiano Ioann. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis* : & ibi loquitur omnibus : Sed consecrationem , seu dispensationem noluit ita esse communem , quia non fuit ita necessarium vt esset communis; possunt enim pauciores dispensare , quam suscipere . 4. D.13.Q.2. *Ad quartum principale* . R.20.

Christus quo ad Sacrificium .

Christus quandocunque, vt summus Sacerdos offert , panis, quem dat , est mundi vita , iuxta illud Ioann. 6. *Panis , quem ego dabo, caro est pro mundi vita. Quodl.* Q.20.§. *Hic præmittendum* . A. 2.

Christus & si in Missa offeratur , vt contentus in Sacrificio: non tamen hic immediatè offert Sacrificium , iuxta illud Hæbræorum 9. *Neque vt sæpè offerat semetipsum : & ibidem Christus semel oblatus est* , supple à se ipso offerente : alioquin videtur quod vnius missæ celebratio æquiualeret Passioni Christi , si idem esset offerens immediatè , & oblatus: certum est autem quod missa non æquiualet Passioni Christi , licet specialius valeat , pro quanto ibi est specialior commemoratio oblationis , quam Christus obtulit in Cruce, iuxta illud Luc. 22. & 1. ad Corin. 11. *Hoc facite in meam commemorationem. ibidem*. §. *De tertio autem.* ℣. *Ex istis patet.* O.22.

Christus quo ad pœnitentiam.

Christus statuit arbitrium pœnitentiæ esse vltimum in terra, quantum ad illud crimen confessum : quod patet ex illo verbo Math. 16. *quodcunque solueritis super terram erit solutum & in Cælis*, idest finaliter , & vltimatè approbatum & Ioann. 20. *Quorum remiseritis peccata &c.* supple in iudicio diuino finaliter remissa approbantur , ergo peccat contra legem Christi quicunque aliquid in isto foro discussum , & ibi finaliter terminatum deducit ad alium forum publicum . 4. D. 21. Q. 2. §. *In ista quæstione.* ℣. *Item secundo* . F. 11.

Christus ordinans Apostolos.

Christus fecit Apostolos Sacerdotes , conferens eis in cœna potestatem conficiendi corpus Christi , dicens, *Quotiescunque &c.* & conferens eis, post resurrectionem , potestatem absoluendi; Ioann. 20. *Quorum remiseritis &c.* contulit eis etiam officium baptizandi solemniter Math. vltimo . *Euntes baptizate &c.* 4. D.4.Q.6. *Ad primum principale* . B. 3.

Christus per ista verba, *Hoc facite in meam commemorationem,* contulit

Christus ordinans Apostolos.

contulit Apostolis potestatem consecrandi: collatio autem potestatis consecrandi non fit per verba pertinentia ad consecrationem; quia verba consecrationis materiam respiciunt, quæ consecratur, vel terminum ad quem consecratur: verba autem potestatem conferentia respiciunt potestatem, quam conferunt, & illum, cui confertur. 4. D.8.Q.2.§. *De secundo dico.* ✠. *Et communiter*. B.7.

Christus quo ad matrimonium.

Christus, qui indissolubiliratem matrimonij vsque ad mortem carnalem alterius coniugis induxit Math. 19. reprobans pro lege sua repudium Masaicum, ipse relaxauit indissolubilitatem, quando alter coniugum conuertitur ad religionem: Vnde Ecclesis nunquam attentasset, post matrimonis rata non consummats licentiare alterum ad religionem, altero manente in sæculo, nisi Christus hoc instituisset. 4. D.31.Q *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Tertio modo*. C.7.

Christi relaxatio indissolubilitatis matrimonij rati per solemnem professionem Religionis, rationabilis fuit; quia rationabile est obligationem ad minus bonum commutari in obligationem ad maius bonum ab eo, qui habet auctoritatem commutandi: professio autem in Religione est obligatio ad maius bonum, quia ad spirituale: Vnde & Christus statum Virginitaris intelligit, non tantum per carentiam actus, sed cum proposito continendi perpetuò, & illum prætulit statui coniungati, Math. 19. *sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum Cælorum, qui potest capere capiat*: Vnde hæc castitas, diuisa contra coniugalem, dicitur habere fructum centenarium, illa verò trigenarium, secundum Hieronymum contra Iouinianum *ibidem*. C.8.

Christus est vnicus sponsus vnius Ecclesiæ, & Ecclesia est vnica sponsa vnici sponsi Christi; ergo habens oppositum huius non rectè significat, vel repræsentat Christum in Ecclesia: sed bigamus, qui habuit duas, vel vna, quæ fuit duorum, habet aliquid repugnans illi coniunctioni Christi, & Ecclesiæ, ergo &c. 4. D.33.Q.2.§. *De secundo*. ✠. *Nam causa*. B 4.

Christus probans indissolubilitatem matrimonij, & reprobans libellum repudij ex hoc, quod à principio coniunxit Deus masculum, & fœminam contractu matrimonij, vt patet ex verbo Adæ, & infert Christus, *ergo, quod Deus coniunxit, homo non separet*, patet, quod loquitur pro lege naturæ, & in hoc sufficienter refellit Pharisæos, quòd ipsi non obseruabant matrimonium, sicut erat in lege naturæ, & ostendebat se rationabiliter statuere inseparabilitatem pro lege sua, quia hoc consonum erat primæ institutioni in lege naturæ. 4. D.33.Q.3.§. *Alia opinio*. ✠. *Ad probationem*. B.6

Christus Math. 19. in illa responsione ad pharisæos obijcientes Moysen pro repudio dicens, *Ad duritiam cordis vestri permisit* (quod multi ponderant, quòd fuerit permissio, non concessio) Christus permisit, idest intelligit quod Moyses hoc non præcepit; nec consuluit, nec approbauit, sed tanquam ex quadam necessitate licitum, non prohibuit: nec hoc est solùm permissio, sed dissimulatio cuiusdam illicita: hoc enim nihil aliud est dicere, quàm quòd Moyses permitteret ire ad damnationem, & non nunciaret eis, quòd ista esset via damnationis, imo magis insinuaret eis oppositum, quod nullus iustè legislator potest etiam facere in legibus humanis, quæ, secundum Aug. 1. de libero arbitrio cap. 6. *multa mala dimittunt ibidem*. ✠. *Ad aliud*. B.7.

Christus vt terminus adorationis.

Christo debetur adoratio latriæ solummodo secundum naturam diuinam, sumendo ly *solummodo* categorematicè, quia sufficiens ratio summi adorabilis est in Christo considerato secundum solam naturam illam: sumendo autem ly *solummodo* syncategorematicè, quatenus, scilicet, notat exclusionem ab vno extremo respectu alterius extremi, & excludit aliquid à termino adorationis, dico, quod non solummodo secundum naturam diuinam Christus est adorandus, quia à termino adorationis non debet excludi natura humana, quasi ipsam includendo non possit

Christus vt terminus adorationis.

totum adorari: hoc dicit Damascenus lib. 3. cap. 8. *Christus Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum Patre, & Spiritu Sancto vna adoratione, cum incontaminabili carne eius, non inadorabilem carnem eius dicentes: adoratur enim in vna Verbi hypostasi, quæ eius hypostasis facta est*. 3. D.9.Q *Vnica*. §. *De tertio articulo*. D.6.

Christus, sumendo ly *solummodo* syncategorematicè, pro vt excludit aliquid, vt rationem adorandi; potest dici, quòd solummodo secundum naturam diuinam est adorandus, excludendo aliam naturam, vt est ratio adorandi; quia nulla alia est ratio summi dominij, nec ratio adorationis debitæ summo Domino, sicur nec corpus est ratio adorandi virtuosum *ibidem*. ✠. *Hoc etiam modo*. E. ante. 7.

Christus vt Redemptor, secundum naturam, in qua exercuit opera redemptionis (si teneatur quod summa bonitas intrinsecs Deo sit sola ratio adorandi adoratione latriæ) non est sic adorandus, quia illa natura, in qua exercuit opera redemptionis; non habet istam bonitatem infinitam intrinsecam, qualitercunque ipsa esset ratio, vel principium conferendi nobis maximum bonum *ibidem*. §. *Respondeo*. F.8.

Christus secundum naturam humanam & si fuit Redemptor, non tamen secundum istam naturam principaliter effecit redemptionem, sed tota Trinitas; & ita salutem, nobis collatam per redemptionem, tantùm effecit meritoriè, vt homo: non autem debetur summa reuerentia ei, à quo non principaliter, sed secundario habemus summum bonum; si teneatur, quòd non tantùm bonitas intrinseca sit ratio adorandi, sed ipsa, vt communicatiua maximi boni in nobis, & hoc primariò ex se, & propter se, & non propter aliquam retributionem secundum illud Psal. 15. *Bonorum meorum non indiges*. *&c. ibidem*.

Christo, si ratio adorationis hyperduliæ teneatur esse bonitas intrinseca adorati absolutè, non debetur, secundum naturam humanam, adoratio maior, vel alia, vel ex alia causa, puta ex hoc, quod est redemptor, quam si non fuisset Redemptor: sicut nec (secundum opinionem) deberur Deo maior latria, vel ex alia ratione latriæ, si est creator, quàm deberetur & si non esset creator. *ibidem*. §. *Quantum ad istum*. G 11.

Christo, si teneatur, quòd ratio adorationis hyperduliæ sit bonitas intrinseca adorati, vt per ipsum, tanquam per causam secundam communicatur adorandi magnum bonum: Christo, inquam, quia Redemptor (si istud teneatur) vel debetur maior reuerentia, quam si non esset Redemptor: & hoc, si illa, quæ deberetur ei, tunc non esset maxima: vel si illa esset maxima, deberetur sibi modò eadem ex alia ratione. *ibidem*.

Christus quo ad dimissionem assumpti.

Christus verè, quando fuit mortuus, aliquam entitatem non habuit, quam habuit viuus: nec tamen deposuit naturam, quam assumpsit, quantùm ad partes essentiales illius naturæ: & ita intelligit Damascenus, quando lib. 3. cap. 73. vel 52. dicit, *quod semel assumpsit, nunquam dimisit*: patet ibi, vbi vult quòd *anima, & corpus in morte non erant in propria hypostasi, sed in hypostasi diuina*. 3. D.2.Q.2. *Ad quartum principale*. I.15.

Christus nunquam aliquam principalium partium naturæ assumptæ deposuit, sed semper vtraque fuit sibi vnita: in morte tamen licèt partes manerent vnitæ Verbo, non tamen inter se, & secundum hoc potest dici deposuisse quod assumpsit, quia assumpsit totam naturam vnitam, & integratam ex partibus, & in morte talis natura non sic fuit vnita, & integrata ex partibus, sicut erat quando fuit assumpta. 3. D.21.Q *Vnica*. §. *Tunc dico*. ✠ *Quantum autem*. D.5.

Christi corpus quo ad putrefactionem.

Christi corpus quòd non fuisset putrefactum, si non fuisset accelerata resurrectio; non fuisset hoc per antiquum miraculum vnionis indissolubilis cum verbo, sed per nouum. 3. D.21.Q *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Contra probo*. B.3.

Christi corpus in morte fuit naturaliter passibile, & resolubile, quia non fuit gloriosum, vt constat: nec illa vnguenta, scilicet myrrha, & aloes prohibuissent

Christi corpus quo ad putrefactionem.

semper resolutionem, quin alteratio fuisset inchoata, & terminata, licet non ita citò, sicut si non fuisset corpus illud vnctum; & habuisset sibi approximatum actiuum naturale intrinsecum, & extrinsecum, non impeditum per aliam causam naturalem; igitur si corpus illud non fuisset aliquando resolutum, hoc fuisset nouo miraculo. *ibidem*.

Christus in triduo.

Christus, quando quæritur, vtrum fuerit homo in triduo, Theologi non quærunt quæstionem de vi sermonis, vtrum hæc sit vera *Christus fuit homo in triduo?* sicut quæritur an forte sit homo, nullo homine existente, ex vi sermonis, scilicet, an superius prædicetur de suo inferiori, nullo inferiori existente; quia posset stare, quod superius prædicaretur de inferiori suo, siue illud esset, siue non, & tamen dubitari de isto, an scilicet Christus fuerit homo in triduo: loquuntur igitur Theologi de realitate rei. 3. D.22 Q. *Vnica*. §. *Hic prima videndum*. n. 2.

Christus fuit homo in triduo, secundum Hugonem de Sacramentis lib. primo par. 2. Magistrum, & alios, ex diuersis fundamentis. *ibidem*. ℣. *Et secundum hoc*. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra ista*. n. 4.

Christus in triduo non fuit homo, quia habuit partes naturæ vnitas sibi: non tamen habuit naturam humanam vnitam sibi. *ibidem*. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ℣. *Modo ad propositum*. L.18.

Christus fuit homo in triduo: ista, logice loquendo, non est vera: nec ista, (si aliquis illam protulisset in triduo) *Christus est homo*: nec propter hoc nego istam, *Cæsar est homo*, nullo homine existente, quia in illa *Christus est homo*, alterum extremum *Christus* non habet vnum conceptum; secundum Damasc. lib. 3. cap. 3. vel cap. 49. *Christus autem*, ait, *nomen hypostaseos dicimus, sed duarum naturarum existens significatiuum*: dicit igitur duos conceptus, scilicet Deum, & hominem, & ex alia parte, Cæsar dicit vnum conceptum. *ibidem*. §. *Sed quid logicè*. M.19.

Christus, idest, hoc nomen *Christus*, cum significet suppositum existens in duabus naturis, & in triduo non existebat in natura humana tota, quamuis partes naturæ essent vnitæ: ideo hæc propositio *Christus fuit homo in triduo* est falsa, quia ratio subiecti pro tunc erat in se falsa, & ideo non potest *homo* verificari de eo, vt hæc sit vera *Christus est homo*, quia subiecti, scilicet, Christi, non fuit in se vera, quia non includebat suum significatum. *ibidem*.

Christus est homo: posset concedi quòd semper fuit vera, si ad perseitatem propositionis sufficit quòd subiectum includat in suo intellectu causam inhærentiæ predicati ad subiectum, & non requiratur, quòd subiectum dicat conceptum vnum: sed magis credo, quod requiritur hoc, & plus, scilicet, quòd subiectum habeat conceptum vnum; vel si non, & includat conceptus plures, oportet, quòd ratio eius sit in se vera, antequam aliquid verificetur de eo. *ibidem*,

Christus est Christus, ergo *Christus est homo*, nego consequentiam, sicut nec sequitur (nullo homine existente) *homo albus est homo albus*, igitur *homo albus est homo*, quia sequitur per conuersionem, quod aliquis homo esset albus, nullo homine existente; similiter quod si Christus est homo in triduo, quod homo est Christus per conuersionem, & ita, nullo homine existente, homo esset Christus: Aliter dicitur, quod hæc est falsa, *Christus est Christus in triduo*, quia Christus includit duos conceptus, & significatum alterius conceptus non fuit in triduo, scilicet homo: hæc fuit in se falsa *Christus est Christus*: & ideo non sequitur consequens, nisi sicut ex impossibili quodlibet: Aliter, concesso antecedente, consequentia non valet; nec ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, nisi ratione alterius partis, nam consequens fuit, *Christus est homo*: ex opposito, *Christus non est homo*, non sequitur oppositum antecedentis, scilicet, *Christus non est Christus*, nisi ratione alterius partis, scilicet hominis. *ibidem*. *Ad primum principale*. N. 20.

Christus in triduo.

Christus in triduo non potuit dici caro, quia non erat indiuiduum carnis, nec carnalis, quia secundum vsum loquentium, hoc sonat in vitium, nec carnosus, quia hoc sonat in superfluum: Si autem denominatiuum esset impositum sine defectu sonans, vt *corporeum*, vel aliquid tale, non posset denominari Christus ab eo tunc, quia deficit sibi totum compositum humanum, cuius caro est pars: & non denominat sic, nisi in toto suo, nec totum suum proprium, nec suppositum alienum *ibidem*. *Ad tertium principale*. P.21.

Christus, si assumpsisset quantitatem, vt solam quantitatem non diceretur quantus in triduo, quia nihil denominatur quantum, nisi concurrente in illo proprio subiecto quantitatis, scilicet substantia materiali; non igitur diceretur in triduo corpus, quia non fuit indiuiduum corporis: nec corporeus, quia non habuit totam naturam sibi vnitam, cuius corpus natum erat esse pars, & sic denominare totum, & habens naturam totam, vt totum denominatur a parte. *ibidem*. Q.21.

Christus in triduo, vel Verbum potuit dici habere animam, & corpus: sed nec fuit anima, nec corpus, nec animatum, nec corporeum, potest etiam denominari a toto illo, quod resultat ex partibus illis, videlicet ex corpore, & anima: tamen cum determinatione distrahente, scilicet, quòd fuit homo mortuus. *ibidem*. R. 22.

Christus in triduo non habuit animam vnitam corpori, vt formam perficientem proprium perfectibile; compositum enim, cuiusmodi est homo, non est, nisi forma vniatur materiæ, vt perfectio perfectibili, quare in triduo non fuit homo, *ibidem*, *In argumento in oppositum*. n.1.

Christus quo ad Resurrectionem.

Christus resurrexit clauso sepulchro, quod patet per mulieres venientes ad sepulcrum, & dicentes Marc. 16. *Quis reuoluet nobis lapidem*: similiter intrauit ad discipulos, *Ianuis clausis*, Ioann. 20. ergo tunc corpus Christi fuit cum alio corpore. 4. D. 49. Q. 16. §. *Dicunt quidam*. ℣. *Præterea Christus resurrexit* & ℣. *Præterea*, *Christus intrauit*. A.4.

Christi claritas, post resurrectionem, non immutauit oculos discipulorum: & hoc fuit per potentiam diuinam. 4. D.49.Q.15. *Ad tertium princip*. ℣. *Quid ergo*, D.5.

Christus post resurrectionem apparuit Discipulis euntibus in Emaus in forma peregrini Luc. 24. cum tamen corpus eius fuerit gloriosum; numquid igitur tunc in alio colore, quàm quem ipse habuit? Respondeo, quod Deus potest causare visionem in oculo non beato per qualitatem, quæ non est illius obiecti: & sic potuit causare visionem in oculis discipulorum de peregrino, ipso existente in claritate, & colore proprio, non habente in se illam formam, aut colorem; nec tamen decipiebat, quia deceptio non est, nisi in via morum: nec tamen etiam fuit illusio, quia certi erant quòd ipse fuerit talis in persona; & melius hoc fuit, quàm si vidissent eum in claritate Christi; solum enim eis intendebat ostendere personam suam. *ibidem*. ℣. *Sed quomodo* & ℣. *Respondeo*, in fine.

Christus vt iudex.

Christus, secundum aliquos, iudicabit in forma serui. 4.D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur* n. 3. *Impugnatur ibidem*. ℣. *Contra primam conclusionem*. A.4.

Christus *in forma humana iudicabit*, aliud est dicere; aliud, Christus *secundum humanitatem iudicabit*. Vera enim est ista, quod Christus in forma humana creat animas: sed non ista, secundum humanitatem creat. *ibidem*. A.4.

Christus in natura humana iudicabit, imo quicquid fecit Verbum, ex quo naturam humanam assumpsit, quod faciens, naturam humanam non deposuit, hoc fecit in natura humana; nisi stringas hoc, *quod est in natura*, ad intellectum eius, quod dicitur *secundum naturam humanam*, vbi notatur non tantùm concomitantia naturæ humanæ ad actum, sed causalitas naturæ humanæ respectu actus: si primo modo intelligas, quod in natura humana iudicabit, non est quæstio, nisi eadem isti, *vtrum quando iudicabit, deponet naturam humanam?* ergo ad hoc, vt sit

quæ-

Christus vt iudex.

quæstio, oportet quòd habeatur alius intellectus, qui magis proprie exprimitur, sic, *secundum naturam humanam iudicabis:* sed hoc est falsum, loquẽdo de iudicare principaliter: probatio: Iudicium principale est perfecta, & prima determinatio eius, quod est reddendum alicui secundum merita: illa perfecta determinatio includit completum dictamen intellectus quod hoc sit reddendum, & completam determinationem voluntatis, per *velle* efficax, sufficiens ex se ad executionem illius determinati: sed Christus secundum naturam humanam non potest habere tale *velle* respectu præmij reddendi ipsi iudicato, quia non potest habere imperium principalis efficax, coniungens aliquam animam obiecto beatifico, quia secundum Aug. *de videndo Deo, in eius potestate est videri, si vult videtur, &c. ibidem.*

Christi animæ intellectus subordinatus est diuinæ Veritati in dictando, & maxime de illis, de quibus non potest esse certa dictatio, nisi ex regulis determinatis à voluntate diuina, contingenter se habente ad ea, cuiusmodi sunt omnia, quæ spectant ad beatitudinem, & miseriam iudicatorum: voluntas etiam animæ ipsius est subordinata voluntati diuinæ rectè volendo; & quantumcunque efficaciter velit aliquid, imperando illud efficaciter, vt sic per suum imperium illud eueniat, subordinatur necessario voluntati diuinæ, quia illa voluntas animæ Christi non est omnipotens, ergo impossibile est, Christum secundum naturam humanam, principaliter iudicare *ibidem. Ad quæstionem.* D.7.

Christus, secundum naturam humanam, non omninò principaliter, sed commissariè, vel subauthenticè excellenter excellentia singulari, qua scilicet non potest esse alia authoritas commissaria superior, animam iudicat, quia & si posset puræ creaturæ committi, quòd intellectus rectè dictaret de retributione, & voluntas rectè vellet, & ad rectè *velle* eius semper sequeretur euentus ipsius voluntatis, licet non à se causatus, sed à voluntate diuina assistente semper isti voluntati efficaci: tamen non posset committi puræ creaturæ; quod omne eius *velle* impleretur ab eadem persona, quia tunc pura creatura esset omnipotens; ergo suprema commissio possibilis est, quòd non solum omne determinatum à voluntate infallibiliter eueniat, sed quod ab eadem persona, cuius est illa voluntas, eueniat: & sic persona illa habeat imperium efficax, cuius voluntas creata determinat euentum alicuius in suo ordine, quantum potest. *ibidem.* ℣. *Alio modo.* E.8.

Christus, vt homo, habet potestatem commissariam, sed non principalem: & ita competit sibi non principaliter iudicare. *ibidem. Ad primum principale.* F.10.

Christus habet imperium efficax respectu potestatis Angelorum: similiter habebit imperium efficax sententiæ ferendæ etiam ipse, secundum naturam humanam *ibidem Ad secundum principale.* G.10.

Christus in extremo iudicio apparebit in forma gloriosa, quia postquam semel glorificatus est, nunquam erit non gloriosus, sicut postquam resurrexit, immortalis; Ad Roman.6. *Mors illi vltra non dominabitur*; & ita de alijs pertinentibus ad gloriam corporis: sed accipiendo *apparere* non pro hoc, quale corpus habebit in se, sed quale videbitur iudicandis, potest dici quòd à beatis videbitur in illa forma gloriosa; iam enim in iudicio; beati erunt quicunque electi etiam in corpore: sed de malis est difficultas; potest dici, quod vel non videbunt illam formam gloriosam, imò nullam: & tunc oportebit exponere illud *videbunt, in quem transfixerunt*: vel videbunt Christum in corpore glorioso, nec ex hoc sequetur aliqua delectatio, quia bene possibile est visionem obiecti conuenientis separari à delectatione. *ibidem Ad tertium principale.* G.10.

Christus in patria.

Christus in patria non videbitur in Cruce, nec in vtero Virginis, sed in Verbo. 3.D.31.Q.*Vnica. Ad tertium principale.* H.10.

Christus vt creditus.

Christum fuisse crucifixum credidissent Apostoli, qui eum viderunt crucifigi, si ipsum non vidissent; Sed ex quo viderunt, non crediderunt pro tunc: nec vnquam postea recogitando illius crucifixionem habuerunt fidem de ea, sicut nec dum viderunt intuitiue; si autem teneatur quòd omnium articulorum sit vna fides, potest dici, quòd habuerunt fidem (actualem) de alijs articulis, & habuerunt habitum, quo hunc articulum credidissent, si non vidissent. 3.D.24.Q.*Vnica. Ad primum principale.* L.21.

Christi commendatio.

Christum in commendando malo excedere, quàm deficere à laude sibi debita, si propter ignorantiam oporteat in alterum incidere iuxta illud Aug. 3. de libero arbitrio, *Quicquid tibi vera ratione melius occurrit, scias hoc Deum magis fecisse, quàm non fecisse.* 3.D.13.Q.4.§. *Quantum ad secundam quæstionem.* H.9.

C I B

Cibus.

Cibum corporalem inter, & spiritualem, hoc interest, quia cibus corporalis conuertitur in nutrimendum: sed in nutritione spirituali cibatus conuertitur in cibum. 4.Dist.8.Q.3.§.*Respondeo.* ℣ *Sed tertio modo.* B.2.

Cibus valet ad duo, scilicet ad delectationem, quæ est finis minus principalis; & ad nutritionem, quæ est magis principalis: & conueniens est, vt aliquis vtatur cibo eo modo, quo magis expedit nutritioni, licet in hoc detrahatur delectationi. 4.D.33.Q.1.§. *De secundo.* ℣. *Qualiter autem.* D.5.

C I C

Cicero.

Cicero, inquit August. 5. Ciuit.9. *concedit nihil fieri, si causa efficiens non præcedat*, & hoc rationabiliter concessit, quia quod non est à se, non potest habere esse, nisi à causa efficiente. *Quodl.* Q.21.§.*Quantum primum.* ℣. *Tertia conclusio.* C.4.

Circulatio.

Circulationem in Causis æquiuocis totalibus difficile est saluare. 2.D.32.Q.*Vnica.* §.*Circa tertium articulum.* A.6.

Circulationem Philosophus. 2.Generat. cap. vltimo & 5. Phys. Tex. 36. dicens, *quòd quæ componuntur secundum substantiam, non redeunt eadem numero, sed specie*, distinguit in corporibus cælestibus, à circulatione in corruptibilibus; quia ibi substantia non corrumpitur per motum, & ideo redit eadem, non sicut accipiens *esse* per istum motum, sed fit præsens eidem parti per motum reducentem: sed circulatio in istis partibus inferioribus est secundum corruptionem formæ substantialis, & reductionem eius: & ideo non sic redit idem numero. 4.D.43.Q.1. *Ad tertium principale.* H.12

Circulus.

Circulum in causis esse, est inconueniens. 1.D.2.Q.2.§. *Quantum ad primum.* ℣. *Prima Conclusio.* H.11.

Circulum esse non est inconueniens, vbi causa superior non est simpliciter necessaria, sed contingenter concurrit cum inferiori, & potest effectus inferioris esse sine illa: In causis autem naturalibus, & necessarijs ordinatis, simpliciter illa propositio. 1. Post. Tex. 6. *In per se causis eiusdem speciei non potest esse circulus*, est vera. 2.D.42.Q.4.§. *Ad argumenta.* ℣. *Ad secundum.* H.12.

Circulus (propter processũ in infinitum) non est in causis, & causatis. 3.D.36.Q.*Vnica.* §.*Contra hoc.* ℣.*Præterea, aut.* E.13.

Circulus & si sit in prioritate actus ad potentiam, & è conuerso: tamen status est ad eum, qui est simpliciter mouens primum. 4.D.49.Q.4.℣.*Respondeo posteriora.* N.18.

Circulus, quẽ ponit Proculus propositione.35. *quòd omnia redeunt ad primum principium reditione completa* est cõgruus

Circulus.

in arguendo, & sic, quando dicitur, quod Deus est finis immediatus omnium, & ex hoc infertur, igitur omnia habent finem, in quo beatificantur; variatur finis, quia beatitudo est vltima perfectio coniungens optimo; & hoc non conuenit omnibus entibus (sicut conuenit illis habere Deum pro fine, in quantum finis accipitur pro causa finali) & hoc non aliter, nisi sicut propter quem aniatæ sunt res; Deus enim omnia producit propter se ipsum, & sic est finis immediatus omnium, vt propter se, & à se, vt ad finem immediatum: sed sic non loquimur de fine, vt est illud, in quo beatificantur, sed de perfectione vltima, ad quam res ordinatur. 4. Dist. 49. Quæst. 8. *Ad quartum principale*. F. 9.

Circulus primus, proiecto lapide in aquam, est causa secundi circuli, & sic deinceps: non tamen semper manet primus, quamdiu cæteri: Ita etiam vniuersaliter, in motu proiectorum, prius cessat pars motori propinquior, quam remota. 4. D. 6. Q. 6. *Ad argumentum principale*. E. 4. in fine.

Circuli eacellentiam ad figuras rectilineas Aug. de quantitate Animæ cap. 7. intendit concludere ex æqualitate, & inæqualitate, dicens discipulo, *æqualitatem inæqualitati iure præponis &c.* hoc autem non est à fundamento illarum, quia si illa eacellentia non esset, nisi ea fundamentia, & ex illa concluderet excellentiam fundamentorum, circulum faceret. 1. Dist. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad rationes pro secunda opinione*. ℣. *Præterea ista ratio*. O. 36.

Circuli, cuius diameter, *siue* Cuius circuli diameter visualis in longitudine longiore est longior; in longitudine breuiore est breuior. 2. D. 14. Q. 2. §. *De secundo*. A. 4.

Circumcisio.

Circumcisione, *siue*: Per circumcisionem peccatum originale delebatur: & hoc est certum, propter auctoritates Sanctorum. 4. Distinct. 1, Quæst. 6. §. *Hic supponendum*. A. 2.

Circumcisio, & non aliud, videtur institutum in lege Mosayca tanquam remedium contra culpam originalem, iuxta illud Gen. 17. *Masculus, cuius caro præputij circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de Populo meo. ibidem.*

Circumcisio, licet sit ex patribus, non ex lege; quia data est Abrahæ per multos annos, scilicet 400. ante legem Mosaycam in monte Sinai: Hoc non obuiat, quin sit remedium contra originale peccatum: Quod autem Deus voluit illud instituere ante legem Moysi, arguit quod non sit remedium præcisè huiusmodi legis; sed nec lex illud euacuauit, sed confirmauit. *ibidem*. ℣. *Et si obijciatur*

Circumcisione, *siue*: In circumcisione principaliter intenditur gratia; quia agens secundum rectam rationem principalius intendit perfectionem, quam carentiam defectus, siue imperfectionis; quia non intendit illam carentiam, nisi propter perfectionem. *ibidem*. §. *De potentia*. ℣. *Addo etiam* H. 9.

Circumcisio fuit in veteri lege propriè dictum Sacramentum: Vnde & Magister ab illa vniuersali Augustini super Psal. 73. *Illa* inquit de Sacramentis veteris legis, *tantum promittebant, & significabant: hæc autem dant salutem*, scilicet Sacramenta nouæ legis, excepit circumcisionem: hæc enim per modum Sacramenti contulit gratiam ex virtute operis operati, non tantùm ex virtute operis operantis, scilicet, ex motu interiori. *ibidem*. ℣. *Tertio propter*. K. 11,

Circumcisionem contulisse gratiam per modum Sacramenti, & non sicut cæremonialia, si quæ Sanctorum dicta negant: *vel sic*; Si sint aliqua dicta Sanctorum, gratiam negantium à Sacramentis legis veteris, loquendo non tantùm de cæremonijs, sed etiam de circumcisionem: Respondeo dupliciter potest intelligi, vel quia paruam gratiam dedit circumcisio respectu baptismi; vel quia non contulit gratiam, vt dispositionem immediatam ad gloriam, quia non aperuit ianuam; sed hoc non fuit ex defectu eius, sed quia fluxit tempore, quo prætium non fuit solutum: vel tertio modo, non contulit gratiam, quia non vniuersaliter cuicunque suscipienti: determinabatur autem fortè, ea institutione sua, ad certum gradum gratiæ, ita quod vltra illum gradum non posset, nec intendendo, nec inducendo: & ita si tantum gradum inueniret in suscipiente, nihil conferret. *ibidem*. ℣. *Tertio propter*, & ℣. *Respondeo dupliciter*. L. 11.

Circumcisio licet non semper habet collationem gratiæ concomitantem, ex vi operis operati: satis tamen certitudinaliter significat vel gratiam tunc in fieri, si non sit obea; vel tunc inesse; sicut si B. Virgo fuisset in conceptione filij in summa plenitudine gratiæ, ad quam Deus disposuit eam peruenturam, si postea fuisset baptizata, nullam ibi gratiam recepisset de nouo: tamen baptismus non fuisset in signum falsum, vel incertum, quia gratiam significaret, vel tunc fieri, vel prius datam tunc inesse. *ibidem*. ℣. *Et si obijciatur &*. ℣. *Respondeo quod satis*. M. 12.

Circumcisio quòd non aperuit ianuam, non fuit defectus circumcisionis; sed quia cucurrit tempore, quo prætium non fuit solutum; nam post solutum prætium potuit alicui aperiri ianua, qui non fuisset baptizatus, sed solum circumcisus, & in gratia: Baptizato vero defuncto ante passionem non patuisset ianua pro tunc. *ibidem*. *Ad tertium principale*. N. 13

Circumcisio, inquit August. lib. 2. de nuptijs, & concupiscen. *ex quo instituta est in populo Dei ad purgationem huius peccati veteris, valebat magnis, & paruis, sicut baptismus valere cæpit ex quo institutus est*: hoc non esset, nisi sibi conferretur gratia. *ibidem in primo argumento in oppositum*. n. 1.

Circumcisio, inquit Beda super illud Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, idem salutiferæ curationis auxilium in lege agebat, quod baptismus tempore gratiæ agere consueuit. ibidem. in secundo in oppositum.*

Circumcisionis euacuatio, saltem quantùm ad necessitatem, fuit impositio baptismi per modum præcepti: *vel sic*; Impositio baptismi per modum præcepti euacuatio fuit circumcisionis, saltem quantum ad necessitatem. 4. D. 3. Q. 4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Hoc autem*. D. 5.

Circumcisio habuit vim obligandi vsquequo reuocaretur, ergo per idem habuit vim medendi vsque ad illam reuocationem (ab eodem enim habet vim obligandi, & medendi) sed per solam Christi mortem non est aliter reuocata, quam prius; quia nulla lex est aliter promulgata quam prius; ergo si ante passionem obligat, & medebatur, & post. *ibidem*. §. *De secundo principali*. ℣. *Item ab eodem*. F. 9.

Circumcisio non statim post promulgationem legis Euangelicæ fuit mortifera, vt apparet Act. 21. vbi legitur de Paulo, qui ascendit Hierosolymam, & ibi, de consilio Iacobi, & aliorum fratrum, post quartam Synodum habitam Hierosolymis, purificatus secundum legem ascendit templum, & obtulit pro se sacrificium, quamuis solemniter ante iam ibi fuerit Euangelium publicatum; patet *Act.* 21. cap. ibidem, *dixit Iacobus, Vide quot millia hominum in Iudæa crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis*; ergo, stante tanta publicatione Euangelij, ibi, & in ipso Paulo, & in Iudæis conuersis approbatur obseruatio legis: Et ipse Paulus ibidem inter tot Christianos legem impleuit. *ibidem*. ℣. *Contra tertium*. F. 10.

Circumcisionis distinguuntur quatuor tempora; pro primo erat necessaria: pro secundo vtilis non necessaria: pro tertio, nec vtilis, nec necessaria, tamen licita; pro quarto omnino illicita, & mortifera. *ibidem*. §. *Quantum ergo*. ℣. *Sed quantum*. I. 12.

Circumcisio, ex quo primò consulebatur baptismus, non fuit necessaria volenti baptizari (hoc enim secundum tempus circumcisionis concomitabatur primum tempus baptismi, pro quo scilicet baptismus erat vtilis non necessarius) sed tunc cucurrit vtrumque sub distinctione, vt Iudæus eligeret quodcunque vellet; licuit enim, & profuit sibi circumcidi, si voluit; nec enim fuit tunc reuocata, quantum ad licitum, licuit etiam sibi, immò laudabile fuit baptizari: & hoc etiam congruum fuit, quod in tempore intermedio inter duas leges, quando non subitò prima tollitur, nec secunda imponitur: illo, inquam, tempore simul currebant ambæ sub distinctione. *ibidem*. ℣. *Secundum tempus*.

Circumcisionis tempus, pro quo scilicet non erat vtilis, nec necessaria, sed licita, cucurrit cum secundo tempore baptismi; quo scilicet baptismus erat sub præcepto: & hoc quantum ad Iudæos, vsque ad illud tempus, quo Paulus Hierosolymis erat purificatus Act. 21. immò verisimile est, quod bene

vltra;

Circumcisio .

vltra ; quia tempore purificationis Pauli videbantur fratres Hierosolymis approbare obseruantiam legis, & de ea consulere Paulo . *ibidem* . ℣. *Tertium autem*.

Circumcisionis quartum , & baptismi secundum tempus, quantum ad Gentiles conuersos ad fidem , simul concurrunt , saltem post quatordecim annos à passione Christi , vel circiter ; quando scilicet Paulus ascendit Hierosolymam ad seniores, super illa quæstione consulens , de qua habetur actuum cap. 15. *ibidem* . l. 12.

Circumcisionis quartum tempus , quando scilicet erat omninò illicita , & mortifera , non habemus in scriptura aliqua; quia historica scriptura non producit Ecclesiam vltra quintum Annum Neronis , scilicet non vltra trigesimum annum à passione , & toto illo tempore etiam Iudæi conuersi obseruabant legem , quod eis licuit : nec credo , quod hoc fuit omissum vsque ad euersionem Ierusalem , siue ad dispersionem Iudæorum cum gentibus inter Iudæos conuersos : tunc enim fortè conformabant se gentibus, inter quas erant dispersi , & sic paulatim cessauit etiam apud eos obseruatio . *ibidem*. ℣. *Respondeo quod tempus*. M. 17.

Circumcisionem cæpisse esse mortiferam , potest dici , quando Deus per Apostolos , vel successores eorum, determinato tempore , simpliciter prohibuit legalia seruari , licet de hoc non habeamus in scriptura ; quia historia scripturæ non datur , vel durat vsque ad illud tempus: istud autem est probabile , quia Ecclesia tenet , quod hæresis est dicere legalia currere cum lege Euangelica, vt habetur Extra de Baptismo & eius effect. cap. Maiores, vbi dicit Innocentius , *Absit, vt in illam damnatam hæresim incidamus , quæ perperam affirmabat legem cum Euangelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam* : Non autem videtur , quod Ecclesia iudicaret hæresim ex sola omissione Iudæorum quadam necessitate dispersionis , seu huiusmodi non seruantium legem : sed videtur , quod hoc fuit propter aliquam reuocationem simpliciter à Deo. *ibidem*.

Circumcisio non fuit ante mortem Christi reuocata : verum est, tanquam inutilis, & illicita: sed bene tanquam relaxata , vt iam non esset necessaria , quia concilium de alio remedio , relaxauit præceptum de priori : Ea quo enim secundum fuit remedium simpliciter , & consulebatur , licuit , imo laudabiliter licuit, non vt remedio priori circa idem.*ibidem*.*Ad primum pro opinione*. N. 18.

Circumcisio data fuit Abrahæ Gen. 17. *in fœdus sempiternum: Potest exponi fœdus sempiternum* in se, vel in æquiualente: vel fortè magis ad intellectum litteræ , quod erat fœdus sempiternum inter Deum , & Abrabam , & specialiter eius semen; quia nunquam fuit aliud signum specialiter inter Deum, & illud genus: & tamen futurum erat aliquod signum fœderis inter Deum, & totum genus humanum : & melius erat semini Abrahæ transire in illud fœdus commune, quàm remanere sub signo fœderis specialis; quia melius est partem esse in toto , cui simpliciter bene fit , quàm esse distinctum à cæteris partibus , vt sibi aliqualiter bene fit , & alijs malè.*ibidem*.*Ad secundum principale*. Q. 20.

Circumcisionis præceptum, siue præceptum de circumcisione quantum ad gentiles conuersos , erat reuocatum in tertio concilio Act. 15. auctoritate Petri , & Iacobi, imo Spiritus Sancti, quia ait Iacobus,*Visum est nobis,& Spiritui Sancto*: Quantum autem ad Iudæos, supponitur aliquando reuocata; licet tempus reuocationis non fuerit simpliciter explicitum in scriptura . *ibidem* . *Ad tertium principale*.

Circumcisio , quod non impressit characterem concedit Thomas: & tunc contra eum est argumentum de efficacia Sacramenti respectu gratiæ ; ponit enim, quòd non habet efficaciam respectu gratiæ, nisi quia est instrumentum respectu cuiusdam dispositionis ad gratiam : Dico ergo, quod concedi potest da circumcisione , quod ibi imprimebatur character aliquis, sicut in baptismo: ita enim erat prima ianua salutis in lege Mosayca , sicut baptismus in noua.4.D.6.Q.9.*Ad primum principale*. N. 21.

Circumferentia .

Circumferentiam circuli (secundum imaginationem geometrarum , qui imaginantur punctum fluens causare lineam) causat punctus circumductus hoc modo: si imaginemur lineam rectam habentem duo puncta terminantia A. & B. sit A. punctus immobilis , & B. circumducatur,sicut est de pede circini , vno immobili, alio mobili: B. circumductum causat circumferentiam secundum imaginationem geometrarum &c. hoc posito, si nihil maneat de circumferentia per fluxum ipsius B., sed tantum in circumferentia sit punctus iste, ita quod quandocunque punctus iste desinet esse alicubi,tunc nihil circumferentiæ erit ibi: tunc nunquam circumferentia esset præsens simul centro , sed tantum aliquis punctus in circumferentia : si tamen tota circumferentia esset simul , tota præsens esset centro .1. D. 39. Q. 1. 2. &c. *Ad primum pro secunda opinione*. ℣. *Aliud exemplum*. Y. 35.

Circuminceſſio .

Circuminceſſionem personarum in diuinis, idest,quòd quælibet persona diuina sit in alia,veritas est plana,& certa, ex auctoritate Saluatoris in Ioanne.14. *Ego in Patre , & Pater in me est* , & alibi in multis locis , & Sanctorum exponentium.1.D.19.Q.2.§. *Istius quæstionis*. n. 2.

Circuminceſſio in Diuinis, idest inexistentia vnius personæ diuinæ in alia, ab aliquibus quantùm ad modum declaratur sic;quod vna persona, scilicet Pater, sit in alia non per se primo, idest secundù totù, sicut vinù est in amphora, sed per aliquid sui, scilicet per essentiã: distinguitur tamen de persona, quæ est in alia,& in qua est alia; quia licet persona,quæ est in alia ponatur in ea non primo,sed per aliquid sui,scilicet per essentiam: tamen persona,in qua est alia est in qua primo est alia, idest, se tota ; quia se tota habet aliquo modo rationem ambientis , & continentis detentem, quæ licet non sit pars personæ existentis; est tamen aliquid personæ.*ibidem*.§. *De primo*.n.3.&4. *Impugnatur ibidem*.§.*Contra illud*.n.4.

Circuminceſſionis modus essendi *in* : siue sit , modus essendi *in*(idest , vnius personæ in alia per circuminceſſionem) non est per illum modum , quo natura est in supposito, vel forma in materia, sed sicut subsistens in subsistente secundum Hilar.7. Trinit. cap. 6. vbi dicit sic , *inesse non vt aliud in alio, vt corpus in corpore , sed sic inesse , ac subsistere , vt in subsistente insit,vt sit ita inesse, vt ipse subsistat* , cui allusit illud Ambrosium in hymno , splendor paternæ gloriæ , *in Patre totus Filius,& totus in Verbo Pater.ibidem*.§.*Quantum ergo*.B.7.

Circuminceſſio personarum est inexistentia vnius personæ in alia , sed nec essentia sola est ratio huius inexistentiæ , quia tunc Pater esset in se , quod est falsum , eo modo , quo intelligit saluator Patrem esse in Filio, & Filium in Patre ; quia sic in esse requirit distinctionem realem: nec relatio sola, quia relationes originis non sunt eiusdem rationis in personis relatis ; & ita si illæ essent formales rationes essendi personarum in se inuicem , non essent personæ in se inuicem vniformiter: Ea his sequitur , cum non sit in persona , nisi essentia, & relatio, secundum communem opinionem , quod amboerunt totalis ratio inexistentiæ. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. D. 9.

Circuminceſſione , idest , In circuminceſſione , nec vnitas essentiæ , nec distinctio personæ inexistentis, & in qua est alia, est tota ratio existentiæ, sed ambo simul ; sicut nec sola diuersitas relatiuorum, nec sola vnitas fundamenti sufficit ad similitudinem, sed ambo requiruntur per se , sicut vna causa totalis: sicut tamen in similitudine est principalior ratio vnitas fundamenti , quàm distinctio ibi extremorum, & similiter immediatior ; ita hic potest poni immediatior , & principalior ratio inexistentiæ istius , vnitas essentiæ , quam distinctio personarum.*ibidem*. ℣. *Ad intelligendum*. E. 9.

Circuminceſſionis modus *in* : siue Modus essendi *in* , quæ est in circuminceſſione , non est aliquis istorum modorum formaliter , quos ponit Philosophus . 4. Phys. Tex. 23. formaliter dico , quia omnes illi modi sunt per hoc , quod contentum est aliquid continentis , quomodo non è conuerso: vel per hoc, quod continens est aliquid contenti, quomodo non è cóuerso: neutra illarum rationū est in proposito: ideo bene dicit Hilarius.3 de Trinit. natura-

Circumincessio.

naturaliter enim intelligentia humana rationem huius dicti non capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit : colligendo tamen ea, quæ sunt perfectionis in creatura, tollendo ea, quæ sunt imperfectionis, possunt poni aliqua exempla huiusmodi essendi *in*, licet haberi perfecta non possint; tamen imperfecta exempla imperfectè repræsentantia illum modum essendi *in* possunt adduci. *ibidem*. §. *Quantum ad tertium*. F. 10.

Circumincessionis in modo essendi *in*, vtrumque extremum (scilicet personæ diuinæ) secundum eandem rationem est in alio, quia hoc notatur præsentia mutua, non continentia extremi ab extremo; quia si intelligatur corpus in loco, hoc est sicut contentum in continente; non enim est hoc modo *in*; Sed si intelligantur duo corpora esse in eodem loco in se inuicem, hoc est secundum eandem rationem, quia sunt simul, & simultas dicit relationem communem vnius rationis in extremis: Et si per impossibile circumscribatur locus, & ponatur simul præsentia corporum, erit relatio vnius rationis in extremis, & vtrumque in altera sine continentia, vel vnius ab altero, vel amborum à tertio, *ibidem*. F. ante 11.

Circumscriptio.

Circumscriptio includit esse in loco actu, & æquali, & commensuratiuè. 2. D. 2. Q. 5. 6. *Ad primum principale*. P. 17.

Circumscriptio passiua corporis à loco non videtur aliquid ponere vltra hoc, quod est corpus esse præsens huic loco modo quantitatiuo, scilicet tanquam coextensum, & commensuratum, *Quodl*. Q. 11. ∬. *De quarto*. ℣. *De primo*. I. 12.

Circumscriptionis passiuæ corporis à loco diuisibilitas sequitur tam ex diuisibilitate corporis, quam loci: & diuisibilitas successiua, quando pars post partem acquiritur. *ibidem*. ℣. *Diceretur*. L. 14.

Circumstantia.

Circumstantia actus nude considerati, à quo sumitur: *vel sic*; A quo sumitur prima circumstantia actus nude considerati, videtur esse prius quocunque alio. Prolog. Q. 4. ∬. *Concedo ergo* ℣. *Si concederetur*. G. 13.

Circumstantia formaliter & si circumstet praxim, vt sit bona: non tamen formaliter circumstat intellectionē practicā: non enim intellectus moderatè, siue medio modo dictat actum, ita quod *dictare* circumstantionetur hac circumstantia *mediocriter*; sed intellectus dictat secundum vltimum suæ potentiæ: est autem illud *dictare* rectum à principio, & principium sumitur ab obiecto. *ibidem*. §. *Ad rationes pro opinione*. ℣. *Tertia responsio*. F f. 44.

Circumstantias omnes oportet simul concurrere in quocunque actu morali, ad hoc vt sit bonus moraliter: sufficit tamen defectus vnius, & cuiuscunque circumstantiæ ad hoc, vt sit malus moraliter. 1. D. 48. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Circumstantiæ eædem non congruunt actui, vt actus: est diuersorum Agentium; non enim voluntati creatæ congruit ita intensè velle aliquod obiectum, sicut voluntati increatæ; & intensio actus respectu obiecti in Agente creato, & increato est differens multum in eis. *ibidem*.

Circumstantia finis est necessaria ad bonitatem moralem. 2. D. 7. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ℣. *Potest ergo*. S. 25.

Circumstantia prima actus boni moralis, post eius libertatem, habitam à voluntate cum liberè efficiente, & conuenientiam obiecti, est ipsius finis: nec ista sufficit, sine alijs circumstantijs, ad bonitatem moralem, sicut est circumstantia formæ, putà, quòd debito modo fiat: & sequūtur circūstātiæ magis extrinsecæ, scilicet, *quando*, & *vbi*, & *huiusmodi* patet igitur quod sola bonitas finis, etiam cum intendatur secundum rectam rationem, non sufficit ad bonitatem actus, sed requiruntur aliæ circumstantiæ secundum ordinem prædictum, ad hoc, quod bonitas sit. 2. D. 40. Q. *Vnica*. ∬. *De secundo dico*. A. B. 3. & 4. D. 14. Q. 1. *Ad tertium principale* Y. 19.

Circumstantia.

Circumstantia finis, quæ est prima in moralibus, non est ipsius actus, vt in *esse* reali positi, vel non præcisè sic; sed ipsius actus, vt voliti, & per actum voluntatis ad talem finem relati: imò non minùs est electio bona, quæ fit propter finem debitum, esto quod per actum illum elicitum extra non attingatur finis electionis, quàm si attingeretur. *Quodl*. Q. 18. ∬. *De primo*. ℣. *Vlterius*. H. 6.

Circumstantia modi agendi quæ ex natura Agentis, actione, conuenientia obiecti, & ratione finis, ex istis scilicet omnibus, vel aliquibus eorum, concluditur talis, vel talis debere esse, videtur sequi post circumstantiam finis *ibi*.

Circumstantia temporis postquam concluditur de circumstantia modi: vel sic, Postea concludi potest de tempore, quia tali Agenti talis actio, propter talem finem, etiam talem habens modum, non debet semper conuenire, sed pro tempore, pro quo ordinabilis est ad talem finem. *ibidem*.

Circumstantia loci videtur vltima omnium imò multi sunt actus, quorum etiam bonitas completa moralis non determinat locum. *ibidem*.

Circumstantia, seu conditio *cui* non est conditio obiecti per se, imò talis conditio potest addi super obiectum, stante ratione formali obiecti, sicut patet in fide; non enim credendo Deum esse Saluatorem, & beatificatorem omnium bonorum habeo aliud obiectum formaliter à Deo, de quo credo, quòd est trinus, & cæteros articulos: sed per ista tantum comparo æternum ad aliquod temporale, quæ comparatio non dicit, nisi respectum rationis. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem* ℣. *Si dicatur*. D. 13.

Circumstantia actus, quæ est esse acceptum Deo, est à charitate principaliter, & minus principaliter à voluntate. 3. D. 27. Q. *Vnica*. §. *De 3. dico*. O. 19.

Circumstantia nulla facit quòd illud, quod est veniale in vno, sit mortale in alio, nisi ille alius obligetur ad illud, ad quod non obligatur alter. 3. D. 38. Q. *Vnica*. ∬. 2. *videndum*. ℣. *Contra*. D. 9.

Circumstantias peccatorum notabiliter aggrauantes includit præceptum de confessione, iuxta illud Augustini, *prius consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varitate personæ &c.* Saltem illas, dico, aggrauantes necessariò confitendas, quæ speciali prohibitione prohibentur v. g. alienum accipere est illicitum; sed speciali prohibitione prohibetur accipere de loco Sancto, & ideo speciale peccatum, scilicet sacrilegij, per hanc circumstantiam constituitur 4. D. 17. Q. *Vnica* ∬. *De secundo*. ℣. *Nec solum*. N. 20.

Circumstantiæ multæ sunt, ex quibus peccatum est aliquo modo grauius; quia si minor tentatio, & hoc vel ex parte obiecti, vel ex parte personæ peccantis; de quibus non est ita certum quod oporteat illas confiteri: tamen tutum, & vtile est hoc fieri: de alijs verò, quæ nihil ad B., putà sine qua esset tanta grauitas, quanta cum illa circumstantia impertinente, fatuum est confiteri, vt potè, si aliquis peccat cum aliqua, quæ vocatur Berta, vel Lucia, & huiusmodi. *ibidem* ℣. *Multæ autem*.

Circumstantia illa non aggrauat, qua non existente, imò posito eius opposito, esset peccatum æquè graue, vel grauius: ista propositio est falsa, quia possibile est aliquod peccatum habere nunc vnam circumstantiam aggrauantem, nunc aliam: & illa, quæ ibi aggrauat, potest esse grauior, quam illa, quæ hic aggrauat, & illæ circumstantiæ duæ possunt esse repugnantes. 4. D. 22. Q. *Vnica* ∬. *De tertio*. ℣. *Ad primum*. N. 15.

Circumstantia prima requisita ad bonitatem moris actus procreandi est circumstantia finis, sicut vniuersaliter est in moralibus: & est ista: velle procurare prolem religiosè educandam ad ampliandum cultum diuinum, quia perfecta operatio humana est finis hominis 1. *Eth*. 12. Ad finem autem debent alia ordinari, ergo ad hunc finem debet quilibet velle prolem. 4. D. 26. Q. *Vnica*. ∬. *Ad solutionem*. ℣. *Secunda conclusio*. D. 4.

Circumstantia secunda actus procreandi est, quod iste actus debet esse determinatarum personarum maris, & fœminæ: non quòd esse maris, & fœminæ sit circumstantia, sed includitur necessariò in actu, qui est procreare prolem: Sed determinata-

Circumstantia.

natarum dico esse circumstantiam ex parte causarum agentium, nam vaga coniunctio est contra bonum prolis, quod est finis in matrimonio intentus contra bonum familiæ, & contra bonum ciuitatis. *ibidem*. ℣. *Sequitur secunda*. D. 5.

Circumstantia determinatarum personarũ in coniunctione maris, & fœminæ, satis patet ex creditis per scripturam, nam. Gen. 2. dicitur, *erunt duo in carne vna*: & Christus idem dicit Mat. 19. & Apostolus. 1. Cor. 7. *Vnusquisque suam vxorem habeat propter vitandam fornicationem*: & esto, quòd ista determinatio non probaretur per rationem naturalem esse simpliciter necessariam, ita quod eius oppositum repugnat manifestè rationi naturali; saltem hæc affirmatiua satis patet secundum rationem naturalem, scilicet, quod honestum est personas sibi inuicem esse determinatas ad actum istum. *ibidem*. D. 6.

Circumstantia tertia actus procreandi, scilicet, quòd personas istas sibi inuicem ad istum finem vinculo indissolubili obligari honestum est: patet ex hoc: quòd si determinatio est ad commorandum, & mutuo seruiendum valet ad debitam prolis educationem, & ad bonum familiæ, & ciuitatis: multo magis ad hoc valet perpetua adhæsio determinatarum personarum ad inuicem: non autem perpetuo adhærerent sibi propter multas occasiones, & displicentias occurrentes, nisi ad talem adhæsionem essent sibi inuicem vinculo indissolubili obligatæ. *ibidem*. ℣. *Sequitur tertia*. E. 7.

C I V

Ciuilitas.

Ciuilitate, *idest*, in ciuilitate (hoc est in Republica ciuili) inferior est minus sufficiens, & minus sciens; & in Ecclesia peccator inferius: superior autem est hierarcha, qui & potest consulere, & reconciliare; ergo de lege naturæ est quòd nullus excludat inferiori recursum ad superiorem, quia hæc est communis vtilitas membrorum ad inuicem. 4. Dist. 21. Qu. 2. §. *In ista quæstionem*. ℣. *Quarta ratio*. E. 10.

Ciuitas.

Ciuitatis Diaboli prima radix fuit inordinatus amor amicitiæ sui; quæ radix germinauit vsque ad contemptum Dei, in quo est consummata ista malitia. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ex isto probato*. C. 4.

Claritas.

Claritas est quædam refulgentia, & addit super lucem, & colorem manifestationem sui, quomodo dicitur clara lux, vel clara veritas, vel clara intellectio, idest manifesta, proquanto dicit perfectam manifestationem sui. 4. D. 49. Q. 15. §. *Respondeo*. A. 2.

Claritas corporis beati, secundum perfectionem coloris cõuenientis cõplexioni suæ, videtur sufficere illi, quia magis delectatur sensus visus hominis in pulchro colore corporis humani, quàm in corpore luminoso: vnde plus delectatur naturaliter in videndo faciem humanam bene coloratam, quam solem: ille ergo modus claritatis est mihi planus quod erit in beatis, quia in eis erit color secundum perfectionem conuenientem complexionibus suis; si autem corpus beati sit capax lucis, & non tantum coloris, placet mihi quod ponatur ibi: talem autem colorem, scilicet vtrs perfectionem complexionis suæ cum refulgentia, dotem claritatis voco. *ibidem*. A. B. 2.

Claritas Christi non immutauit oculos Discipulorum post resurrectionem: Dico quod hoc fuit per potentiam diuinam, quia Deus est primum Agens, coagens cuilibet naturæ, & quando ipse non agit, creatura definit agere: poterit autem fieri vt sd voluntatem cuiuslibet Sancti Deus non coagat illi claritati, quando vult bearos, quod sua claritas non videatur. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ℣. *Quod ergo*. D. 5.

Claritas corporis gloriosi si est tantùm perfectus color in gradu perfecto, non est dubium, quin sit inæqualis in beatis. 4. D. 50. Q. 6. §. *Ad tertiam quæstionem*. M. 11.

Clauis.

Clauis vna Ecclesiæ, quæ est potestas sententiandi in foro pœnitentiæ, est in Ecclesia, & hoc apud Sacerdotem rite ordinatum: est etiam apud eum clauis, quæ est potestas cognoscendi in causa rei confitentis: & hæc, & illa clauis non sunt eædem, sed duæ. 4. D. 19. Q. *Vnica* §. *Hæc secunda quæstio*. n. 3.

Clauis materialis est proximum instrumentum aperiendi, & claudendi ostium, per quod intratur in domum: ac per hoc, nec apertio, nec aperiens est, nec causa propter quam aperitur, putà dignitas personæ, ad intrandum, vel indignitas, propter quam expellitur. *ibidem*. ℣. *De primo*.

Clauem Regni Cælorum spiritualem considerando quo ad nomen, ex natura clauis materialis, hoc modo spiritualiter contingit considerare apertionem regni Cælorum, quæ fit per sententiam diffinitiuam, qua sententiatur Cælum isti aperiendum; quia ista apertio non est actualis, sed dictata condigna dispositio istius, cui aperitur: conuenit etiam inuenire aperientem, & iste est sententians: conuenit etiã inuenire causam, propter quam huic aperitur per sententiam introductiuam, & propter quam huic clauditur per sententiam exclusiuam, scilicet demerita istius, & merita illius: nullum istorum est clauis; quia primum est apertio, secundum aperiens, tertium causa remota: igitur potestas, quæ est in sententiante, quæ est immediatè principium, siue instrumentum sententiandi, quæ sententia dicitur apertio, illa propriissimè dicitur clauis Regni Cælorum. *ibidem*.

Clauem simpliciter principalem aperiendi Cælum, quia nec primam potestatem iudicandi, sicut nec diuinitatem potest Deus alij communicare: *vel sic*, Deus, sicut non potest alij cõmunicare diuinitatẽ, sic nec primam potestatem iudicandi; nec per consequens clauem simpliciter principalem aperiendi cælum. *ibidem*. ℣. *Prima soli Deo*. A. 4.

Clauis non principalis aperiendi Cælum, tamen præcellens potest intelligi quantum ad duplicem præeminentiam: vnam quidem in vniuersalitate causarum iudicandarum; aliam in firmitate sententiæ diffinitiuæ: & vtraque præeminentia potest conuenire illi, qui omnia merita, & demerita nouit, quæ sunt causæ propter quas Cælum est aperiendum, vel claudendum: & cum hoc habet voluntatem inseparabiliter conformem iustitiæ diuinæ: propter primum potest in omnibus causis sententiare, quia omnes nouit: propter secundum potest eius sententia simpliciter esse firma, quia semper iusta: Hæc clauis cum vtraque præeminentia propriè est Christi, qui nouit omnia merita, & demerita iudicandorum, & semper iustitiæ diuinæ conformiter iudicat: Nec ista potest esse in Ecclesia militante, saltem congruè non potest, quia nullus in Ecclesia nouit omnes causas iudicantas, nec habet voluntatem immutabiliter iustam. *ibidem*. ℣. *Secunda clauis*. B. 5.

Clauis particularis, quantum ad causas cognoscendas; & infirma quantum ad sententiam ferendam, putà quòd sit aliquando reuocabilis, potest alicui conferri in Ecclesia militante, qui potest in illa causa nosse, & in illa, secundum legem diuinam, iudicare: & sic quandoque, præter illam sententia eius non erit firma; sed si secundum illam, erit firma: Potest ergo in Ecclesia esse vna clauis cælum aperiendi, scilicet, auctoritas sententiandi particulariter, & non irreuocabiliter sicut cælum esse apertum: congruit etiam istam esse in Ecclesia, & hoc in Sacerdote, vt Hierarchia Ecclesiastica sit ordinata, & vltima reducantur in primum, per medium. *ibidem*. ℣. *Tertia clauis*. C. 5. 6.

Clauem particularem quantum ad causas cognoscendas &c. esse in Ecclesia militante congruit perfectioni causarum secundarum in *esse* morali, sicut causarum in *esse* naturali; Deus enim vniuersaliter non negat creaturis causalitatem, quæ potest eis competere; imò, & illam communicare, & ad eius actionem causis secundis assistit: Ex quo ergo in *esse* gratuito possibile est hominem habere istam causalitatem, reductiuam in Deum, quæ dicitur clauis; congruum est quod hoc supremo in Ecclesia, scilicet Sacerdoti, detur. *ibidem*. C. D. 6.

Clauis particularis, quæ est causalitas reductiua in Deum, data est: probatur per illud Ioann. 20. *Quorum remiseritis &c.* & hæc rectè dicitur clauis potestatis,

quia auctoritas iudicandi rectè est potestas, cum iudicare est præsidentis. *ibidem*. D.ante.7.

Clauis potest dici illud, quod ordinatur ad auctoritatem iudiciariam sententiandi, vel cuius vsus ordinatur ad vsum istius, ita scilicet, quod sine vsu illius non est rectus vsus istius, quia est instrumentum quoddam aperiendi, licet non proximum; immò quasi concurrit in vnum cum instrumento propinquo, vel proximo; sine isto enim non rectè aperit, vel claudit: Auctoritas autem cognoscendi in causa peccatoris est huiusmodi; quia sine ista cognitione non rectè quis sententiat cælum huic aperiendum vel claudendum; ergo illa auctoritas potest dici clauis regni cælorum. *ibidem*. §. *De secundo articulo*. D. 7.

Clauis, quæ est auctoritas cognoscendi in causa peccatoris, non principalis, nec præcellens, sed particularis, congruum est quod habeatur in Ecclesia; quia qui habet auctoritatem diffinitiuè sententiandi in causa, habet auctoritatem cognoscendi in causa illa, nisi alicui committeretur; quòd sine causæ cognitione sententiaret in causa ad suum libitum: quæ commissio non videtur alicui rationabiliter facienda, qui posset in sententiando errare, cuiusmodi est omnis Viator: Deus ergo rectè committens Ecclesiæ authoritatem primam, quæ dicitur clauis potestatis, commisit etiam sibi secundam, quæ dicitur clauis scientiæ: & in collatione primæ clauis, quæ habetur ex Ioanne. 20. intelligitur etiam collatio istius secundæ, tanquam præuiæ, quantum ad vsum, vsui illius primæ. *ibidem*. E.7.

Clauis scientiæ non est aliqua scientia actualis, vel habitualis, vel discretio quæcunque, sicut Magister videtur dicere distinctione ista, cap. 1. *Multi*, inquit, *sunt discreti, qui nec ante Sacerdotium, nec post, scientiam habent discernendi, ideoque illam clauem in consecratione non recipiunt. qui verò ante Sacerdotium scientia discernendi præditi sunt, & ante habita discretio augetur, & fit in eis clauis, vt iam ea vti valeant ad claudendum, vel aperiendum*: Ista, inquam, scientia actualis, vel habitualis non est clauis ista; quia auctoritas cognoscendi, & si requirat scientiam, vel discretionem concomitantem rectum vsum eius, quemadmodum requirit clauis potestatis aliquam iustitiam ad rectum vsum sui: tamen sicut potestas iudicandi non est iustitia, immò potest esse sine iustitia; ita potestas, vel auctoritas cognoscendi in aliqua causa potest esse sine discretione cognoscendi: & ita debet Magister exponi, qui vult eum saluare, quòd ad clauem scientiæ requiritur scientia, supple ad hoc, quòd aliquis rectè vtatur ea, non autem ad hoc, quod absolutè insit. *ibidem*. ℣. *Nec est ista clauis*. E. 7. 8

Claues potestatis, scilicet sententiandi, & scientiæ, idest, cognoscendi in causa peccati in foro pœnitentiæ, secundum aliquos, sunt idem cum charactere Sacerdotali: & tunc esset facilè videre quomodo conferuntur cuilibet Sacerdoti in eius ordinatione, sicut & characteres. *ibidem*. §. *De tertio articulo*. E.9. *Impugnatur*. *ibidem*. ℣. *Sed contra*.

Clauis potestatis, & clauis scientiæ simpliciter sunt due claues, ita quòd absolutè verum est illud verbum Christi Math. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum*: Et possent, de potentia Dei absoluta, separari ab inuicem, sicut aliquis nunc Præsidens potest committere auctoritatem cognoscendi in causa, non committendo sibi authoritatem sententiandi in ea; vt si diceret: committo tibi auctoritatem examinandi causam istam, & referas mihi, vt sententiem: posset etiam conferre auctoritatem sententiandi, sine auctoritate cognoscendi, vt si diceret: committo tibi quòd, sine omni cognitione causæ, sententies, sicut placet; talis autem commissio non esset ordinata alicui, cuius voluntas esset obliquabilis: ita etiam posset Deus committere authoritatem cognoscendi, sine auctoritate sententiandi: & esset ista commissio ordinata simpliciter, si esset in humanis. *ibidem*. ℣. *Dico ergo*. F. 10.

Claui regni Cælorum si statim responderet pro materia peccator pænitens, (sicut potestati conficiendi adest statim materia in natura, quia panis triticeus, & est potestas non impedibilis, &c.), & non posset per actum alicuius alterius impediri, quin intendens vti ea faceret quod facere intendit, tunc clauis esset potestas propinqua ad absoluendum: & tunc sequeretur; (dicunt aliqui) quod Sacerdos ex hoc, quod ordinatus, posset quemcunque peccatorem sibi confitentem absoluere; non quidem quod posset licitè, sed peccaret mortaliter si hoc attentaret contra prohibitionem superioris: faceret tamen (secundum eos) sicut Sacerdos prohibitus quantumcunque, si attentaret consecrare, consecrat. *ibidem*. §. *De quarto articulo*. ℣. *Ad propositum*. H. 12.

Clauis aperiendi, & claudendi est potentia remota, sicut potestas conficiendi est potestas propinqua; tum quia ex hoc, quòd est clauis in aliquo, non correspondet sibi passiuum aliquod, nisi aliunde fiat sibi passiuum; tum quia si esset in aliquo, potest impediri per aliquem superiorem prohibentem. & ratio dissimilitudinis fortè poneretur, quia à principio nulli nocuit, neque ordinationi Ecclesiæ, quòd quicunque Sacerdos quamcunque hostiam consecraret: nocuisset tamen, si per collationem clauium in ordine quilibet Sacerdos esset iudex cuiuscunque pænitentis; & potuisset quantumcunque prohibitus exequi actum clauis, quia iste posset facere præiudicium alij, cuius est subditus. *ibidem*. ℣. *Est ergo*.

Claues Ecclesiæ in foro publico ligandi, & soluendi; seu claudendi per excommunicationem, & aperiendi per absolutionem ab ea, seu reconciliationem cum Ecclesia, non sunt eædem cum clauibus in foro secreto pœnitentiæ; quia istæ separantur ab illis, vtpotè in habentibus iurisdictionem secundum ordinationem. Ecclesiæ sine Sacerdotio, vt in Archidiacono, & quibusdam alijs habentibus iurisdictionem secundum ordinationem Ecclesiæ, sine ordine Sacerdotali, & è conuerso; vt est in quibusdam, scilicet communibus Sacerdotibus, quibus non est data hæc potestas excludendi ab Ecclesia, vel reconciliandi. *ibidem*. §. *De quinto articulo*. ℣. *Ex hoc patet*. L. 15.

Clauis ministerialis claudendi, & aperiendi conuenit Sacerdotibus: vnde ille locus Apocalyp. 3. *claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit*, non debet intelligi de claue ministeriali, sed de præeminenti, quæ est authoritas sententiandi vniuersaliter, & irreuocabiliter. *ibidem*. *Ad primum principale*. M. 20.

Clauis scientiæ non est aliqua scientia, sed est auctoritas noscendi, hoc est, inquirendi, & examinandi causam rei. *ibidem*. *Ad tertium principale*. N. 20.

Clauis in Ecclesia, secundum vnam opinionem, est de se potestas tantum remota, & ad hoc, quòd sibi respondeat materia, requiritur in Sacerdote alia potestas, scilicet iurisdictio; vel saltem per aliam potestatem actiuam subijcitur sibi materia, vt fiat sibi materia capax actionis eius: secundum autem aliam opinionem, clauis est potentia propinqua, & includit iurisdictionem priuatam: quid enim aliud est iurisdictio, quàm auctoritas dictandi ius? & hoc quid aliud est, quàm auctoritas iudicandi, & sententiandi. *ibidem*. *Ad quartum principale*.

Claues alias, à clauibus fori interioris, pertinentes ad forum extrinsecum non ordinatus potest habere, & ordinatus non habere: tamen ad hoc, quòd sit hierarcha Ecclesiæ, idest, in principatu eminenti, oportet quod habeat illas claues exteriores, & cum hoc præsupponitur quòd habeat interiores: Vnde nullus ordinatur Episcopus; nisi prius in Sacerdotem fuerit ordinatus. *ibidem*. *Ad quintum principale*.

Clauis extra totam latitudinem pœnæ correspondentis culpæ citrà, vel vltra ligans errat: & tunc non immeritò quæ soluitur in terris, non soluitur in Cælis, idest non ratificatur. sed intra latitudinem non errat, & ideo arbitrium ratificatur in tantùm, quòd quicquid imponitur intra illam latitudinem, hic oportet implere, & si hic non impletur, residuum in purgatorio exigetur: & si minus imponatur, & expleatur, nihil maius exigetur in purgatorio: istud autem medium in ista latitudine possibile est esse huiusmodi notum per legem Dei, cum adiutorio rationis naturalis: & ideo obligatio ad hoc medium latum est ad possibile homini sine miraculo speciali. 4. Dist. 18. Quæst. *Vnica*. §. *Ad quæstionem motam*. ℣. *Dico ergo*. C. 26. *mota quidem dist*. 18. *& soluta*. D. 19.

Clauis.

Clauis scientiæ errat, quando nec bene requiruntur, nec examinantur illa, quæ pertinent ad iudicium fori pœnitentialis, vtpotè si circumstantiæ aliquæ fatuæ, quæ nec aggrauant, nec alleuiant, sed placent auribus prurientibus confessoris: Si etiam non requirit de attritione confitentis, sed tantummodo, vt audiat, ac si narraret vnam narrationem, vel fabulam: Et in primo quidem si aliquid fiat, quod non esset faciendum, si tamen nihil omittatur, quod esset faciendum, vtpotè, circumstantiis non requirendis requisitis, requiruntur illæ quæ sunt requirendæ, potest sequi rectum iudicium: Sed in secundo, omissa requisitione displicentiæ confitentis, non potest sequi rectum iudicium, nisi casualiter. *ibidem*. ℣. *Sed dato*. D.28.

Clauis scientiæ si erret exequendo non necessaria ad illam causam, vel illicita, peccat Confessor; Sed si nihil omittat de necessarijs ad cognitionem causæ; potest rectè iudicare Si autem erret clauis scientiæ, omittendo aliquid, quod est necessarium ad causæ cognitionem, & peccat, & non potest rectè iudicare, nisi à casu, & potissimè de attritione, vel contritione confitentis: Sed si pænitens ostendat se dolentem, cum tamen non sit, est fictus, & recedit à vera pœnitentia, & cum nouo peccato; nec clauis scientiæ errat, sed pænitens in periculum sui errat: & tunc ratificatur iudicium Sacerdotis in Cœlo, hoc est, fecit quod suum est, quia, vt homo, non potuit cor videre, nisi per signa exteriora, sed non ratificatur quantum ad illum suscipientem, quia non est capax istius, sicut ostendit se capacem. *ibidem*. ℣. *Breuiter*. F.29.

Claue scientiæ errante, necessario omisso; si à casu Confessor fecit iustam sententiam (quod impositionem pœnitentiæ; imponendo iustam pœnam correspondentem culpæ) tunc ratificabitur quantum ad suscipientem, si non fictus, ita quod sibi sufficiet illam pœnam implere: sed non ratificabitur ex parte Confessoris, quin peccet errando: & isto modo oportet distinguere, quod aliquando ratificabitur arbitrium ex vtraque parte, scilicet tam Sacerdotis, quam suscipientis; aliquando ex parte illius, non istius. *ibidem*. ℣. *Respondeo*.

Clauium potestas quando quæritur, supposito, quod se extendat ad pœnam temporalem, si sit ad remittendum illam, aut ad infligendum, concedo vtrumque membrum distinctionis, quod scilicet se extendat, & ad remittendum illam, & ad infligendum: & cum dicitur contra primum, quod tunc posset totam pœnam remittere, nego, quia aliquod est medium determinatum secundum rectam rationem, in quo stando, remittit rectè, sed non vltra. *ibidem*. *Ad primum principale*. F.30.

Clauium vsus extendit se ad culpam remittendam, & ad debitum æternæ pœnæ; sed instrumentaliter. *ibidem*. *Ad secundum principale*. H.32.

C L E

Clericus.

Clerico, aut laico non est cauendum aliquem infirmum, constitutum in articulo mortis baptizare; quia neuter transgreditur præceptum diuinum de non occidendo: nec Clericus pœnam aliquam repellentem ipsum à clericatu incurrit; si tamen vterque poneretur æqualiter habere conscientiam erroneam simpliciter, neuter posset baptizare, quia præceptum diuinum vtrumque æquè ligat, & contra illud vterque, secundum suam conscientiam, facit: Clericus tamen secundum opinionem suam falsam crederet se incurrere aliam pœnam, vltra peccatum mortale, & ideo ipse habet plura retractiua in casu illo, quam laicus. 4.D.5.Qu.3. *§. Iuxta hoc*. ℣. *Et si quæras*. D.E.2.in fine.

Clericum percutiens, cum faciat contra præceptum Diuinum de charitate fraterna, & si nesciret excommunicationem latam à Canone super tali facto, tamen incurreret eam. 4.D.6.Q.8.§. *Iuxta hoc*. A.2.

Clericus in executione ordinum, & præcipuè in consecratione Eucharistiæ, Deo suo religiosissimè famulatur. 4.D.7.Q.5. *§. Vlterius quæro*. B.10.

Clericus in aliquo casu non potest dare aliquid sine voluntate, vel saltem contra voluntatem Papæ, vt habetur Extra de Censibus cap. Romana; ad cuius capituli obseruationem pœnam posuit Greg. 10. cuius capitulum est hodie in 6. lib. Decreta. Exigit; quod scilicet visitantes à visitatis nulla recipiant munuscula, & si recipiant, teneantur duplum restituere, vel non absoluantur à maledictione, quam ipso facto incurrunt, vt dicit Innocent. 4. in nouis constitutionibus. 4.D.25.Qu.2. *§. De secundo articulo*. ℣. *Ex hoc patet*. I.11.

Clericus contumax in non seruando pœnas Ecclesiasticas, excommunicatus scilicet, vel depositus, ministrans ordinem incurrit irregularitatem, vt habetur Extra De Clerico excommunicato, vel deposito ministrante; per totum; Et hoc intellige maiori excommunicatione; quia, vt habetur ibi cap. si celeb. *licet in minori excommunicatione celebrans grauiter peccat, nullius tamen irregularitatis notam incurrit*: intellige etiam postquam sciuit se esse excommunicatum; si enim haberet ignorantiam inuincibilem, nõ teneturcauere ab actibus ordinum, nec exercẽdo illos incurrit irregularitatem, vt habetur ibidem. Extra; C. Apostolicæ in Gloss. vtpotè si quis excommunicauit alium per literas, & à tempore sigillationis literæ voluit eum statim esse excommunicatum, ille non tenetur se habere pro excommunicato, quousque litera ad eum peruenerit; Si autem non sit ignorantia inuincibilis, nec omnimo incertitudo, vt si per famam, vel rumorem publicum deuenerit ad eum pœna de excommunicatione, irregularis est, licet cum eo mitius agatur: probatur Extra De translatione Episcoporum. Inter corporalis. 4 D.25.Q.3. *§. In ista quæstione*. ℣. *De quarto*. E.8.

C O A

Coactio.

Coactio secundum *quid*, id est, metu maioris mali, quam sit actus voluntatis elicitus, vel imperatus, est possibilis in homine virtuoso (ad eliciendum, vel imperandum actum sua voluntate, quem alias non eliceret, vel imperaret) quando non leui æstimatione, sed certitudinaliter, saltem certitudine sufficiente in actibus humanis, scit malum sibi inferendum, quod maius est inconueniens sibi, quam actum istum displicentem elicere: & potest bene esse quòd secundum rectam rationem sit sibi maius inconueniens, vtpotè mors, vel sustinere carcerem, vel captiuitatem, mutilationem enormem, stuprum, & similia mala: cum ergo iste sit Dominus voluntatis suæ, potest velle aliquid, quod aliàs nollet, & imperare actum aliàs nolitum, antequam incurrat ista mala, & hoc secundum rectam rationem, vnde talis metus dicitur posse cadere in constantem virum. 4. D. 29. Quæst. *Vnica*. §. *De primo*. B.6.

Coactio per blanditias non est sic inuoluntaria, sicut illa, quæ est per minas, & terrores; In inductione enim per terrores multum est de inuoluntario, & parum de voluntario: è conuerso autem in inductione per blanditias, & delicias; ibi enim multum est de voluntario, & parum de inuoluntario; quia in primo; si voluntas dimittatur sibi, statim resilit; in secundo autem si iam allecta dimittatur sibi forsitan prosequetur illud, ad quod allecta est: & ratio est, quia frequenter voluntas concordat appetitui sensitiuo, qui ab aliquo magis conuenienti patiens magis, & magis inclinatur, & è conuerso patiens ab aliquo disconueniente magis, & magis fugit. *ibidem*. *Ad tertium principale*. G.12.

Coactus.

Coactus quicunque, seu: Quicunque cogitur ad aliquid, quod non potest esse sine alio, absque peccato mortali, cogitur ad illud aliud, tum quia iste metus, qui excusat, est ille, qui potest cadere in constantem virum: sed in virum constantem non potest cadere metus maioris incommodi, quam peccati mortalis: tum etiam, quia nullus metus potest cadere rectè in aliquem, nisi ad subeundum minus malum, vt fugiat maius malum: sed pati quamcunque pœnam est minus malum, quam peccare mortaliter. 4.D.29.Q.*Vnica*. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra hoc*. A.2.

Coactus ad dicendum verba exteriora ad exprimendum consensum per metum, cum illa verba non possunt esse sine

Coactus.

consensu illo interiori sine peccato mortali, quia proferens illa sine illo perniciosè mentitur; ergo sicut potest cogi ad proferenda verba, sic ad consensum interiorem. *ibidem*.

COÆ

Coæquatio.

Coæquari in diuinis importat relationem coæquati, scilicet Filij, ad coæquans, scilicet ad Patrem, & illa æqualitas (quæ est Filij ad Patrem per illam coæquationē) mutua est: Filius enim, qui coæquatur Patri, est æqualis Patri, & è conuerso: Sed alia relatio per modum passiui, scilicet accipere æqualitatem ab alio, illa non est mutua, sed competit præcisè Filio, & relatio opposita disquiparantiæ, scilicet coæquare, conuenit Patri, idest, dare æqualitatem Filio: Est igitur imago æqualis, & è conuerso, sed sola imago coæquatur intelligendo duas relationes prædictas. 1. D.19.Q.1. *Ad tertium principale*. M.9.

Coæuum.

Coæuum omne causæ secundæ effectiuè inest sibi à causa sua; (intelligendo propositionem de causa secunda causata à causa prima) Vt sit vera propositio, intelligenda est de positiuis, & non de priuatiuis: Vel potest dici quod propositio est simpliciter falsa, quia non est contradictio de opposito. 3.D.18.Qu *Vnica*. *Ad sextum principale*. K.18.

COE

Coexistentia.

Coexistentia dicit relationem realem inter duo extrema, & ideo requirit ambo. 1.D.29.Q.1.2.3.&c. *Ad tertium prosecunda opione*. Y.34.

Coexistentia alicuius quanti virtualis cum alio quanto propriè, scilicet molis, ad hoc, vt concludat &c. *vel sic*; Ad hoc, quod ex coexistentia alicuius quanti virtualis cum alio quanto propriè, scilicet molis, debet concludi infinitas quanti virtualis; oportet illud necessariò coexistere omnibus partibus quanti alterius. 2.D.2.Q.1. *Ad tertium pro prima opinione*. F.23.

Coexistentia quanti ad quantum loci, non est simpliciter necessaria ratio positionis, scilicet situs, quæ ponitur prædicamentum, quæ scilicet dicit ordinem partium ad partes loci, quia contingit intelligere existentiam alicuius ipsi toti, absque hoc, quòd intelligatur coexistentia, vel coextensio partium partibus; hæc enim coexistentia est alia ab illa, etiam quando se concomitantur; nec ista in ratione sua formali includit illam. 4. D.10.Q.1. §. *Dico ergo*. ✠. *Et si instes*. O.15.

Coexistentiam quanti ad quantum existentis in loco conseruari, sine positione ad partes loci, non est aliud, nisi vnam relationem extrinsecam conseruari sine alia relatione extrinseca; sicut illa, quæ est *vbi*, primò est totius circumscripti ad totum circumscribens: positio autem, quæ est aliud genus ab *vbi*, superaddit respectum partium ad partes, vt quòd prima necessariò habeat secundam, non est nisi quòd iste respectus sit talis, quòd includat diuisibilitatem partium, & præsentiam earum partibus locantis: sed coexistentia alicuius partis toti, vel cuilibet parti, abstrahit ab illa positione propter quam *vbi* necessariò habet positionem; ergo simpliciter possibile est illam coexistentiam esse sine positione, *ibidem*. ✠. *Et si quæras*. O.16.

Coexistere.

Coexistere nulli potest illud, quod non est, quia coexistere dicit relationem realem; sed relatio non est realis, cuius fundamentum non est reale. 1.D 39. Q.1.2.3.&c. §. *Contra istud*. n.9.

Coexistens Deo hodie non propter hoc adæquatur æternitati, cui coexistit hodie; quia etiam æternitas, vt coexistit huic diei, est infinita, & independens: & creatura hodie coexistens æternitati est finita, & dependens, &

COE

Coexistere.

ideo non coæquatur sibi. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes istam*. ✠. *Sed hoc nihil est*. C.12.

COG

Cogere.

Cogi voluntatem simpliciter ad actum volendi, contradictio est; quia cum violentum sit, ex 3. Eth. cap. 2. *cuius principium est extra, nonconferente vim passo*, intellige, *passo vim*, idest violentiam non conferente; non negatiue, sed contrariè, idest, *conferente*, quod est dictu, violentum est, quod est totaliter à principio extrinseco, quod est contra inclinationem passi: & *velle* non potest sic inesse voluntati, quia tunc nolens vellet, vel volens nollet, & sic sequitur propositum: Potest ergo habens voluntatem cogi ad aliquam passionem, vtpotè ligatus, hic cogitur remanere: vel ad aliquam actionem instrumentalem, quæ tamen non est actio sua, vtpotè si aliquis manu mea percutiat, ita posset facere manu ærea: sed ad actionem voluntatis elicitam, vel imperatam, quæ propriè est actio humana, non potest cogi, nisi secundum *quid*, metu scilicet maioris mali, quàm sit ille actus. 4. D. 29. Q. *Vnica*. §. *De primo*. B.6.

Cogitabile.

Cogitabile non dicitur illud: *vel sic*, Illud dicitur non cogitabile, in cuius cogitatione includitur contradictio: *vel adhuc sic*, In cuius cogitatione includitur contradictio, illud dicitur non cogitabile; quia tunc sunt duo cogitabilia opposita, nullo modo faciendo vnum cogitabile, quia neutrum determinat alterum 1. D. 2. Q. 2. §. *Quarta via* ✠. *Per illud*. B b. 32.

Cogitabile summum sine contradictione esse in re, probatur primo de *esse* quiditatiuo; quia in tali cogitabili summo summè quiescit intellectus, ergo in summo est ratio primi obiecti intellectus, scilicet entis, & hoc in sommo: Et arguitur vltrà; quod illud sit, loquendo de *esse* existentiæ: quia summè cogitabile non est tantum in intellectu cogitante; quia tunc posset esse, quia est cogitabile possibile; & non posset esse, quia repugnat rationi eius esse ab alia causa: maius igitur cogitabile est, quod est in re, quàm quod est tantùm in intellectu; Non est autem hoc sic intelligendum, quòd idem, si cogitetur, per hoc sit maius cogitabile si existat; sed omni, quod est in intellectu tantum, maius est aliquod cogitabile, quod est re, vel quod existit. *ibidem* ✠ *summum cogitabile*.

Cogitabile maius est, quod existit, idest, perfectius cognoscibile, quia visibile, siue intelligibile intellectione intuitiua: quod autem non existit, nec in se, nec in nobiliori, cui nihil addit, non est intellectualiter visibile: visibile autem est perfectius cognoscibili non visibili, sed tantum intelligibili abstractiuè, ergo perfectissimum cognoscibile existit. *ibidem*.

Cogitatio.

Cogitatio nostra, inquit Aug. 15. de Trinit. cap. 16. *perueniens ad illud, quod scimus, atque inde formata, verbum est*. Idem etiam habetur ab eodem 15. de Trinit. cap. 10. *formata quippe cogitatio verbum est*. 1.D.27.Q.3. §. *Ad quæstiones istas, respondendo ad primam quæstionem* ✠ *Sequitur*. F.14.

Cogitatio huius Angeli si videretur in hoc, iste liberaliter non communicat suum conceptum alteri; se enim habet iste in ista visione, sicut non intelligens, & non volens, quia ista cogitatio est naturaliter visibilis: naturaliter autem actiuum, & motiuum ad sui visionem simili modo ageret, si non esset in intelligente, & volente 2.D.9.Q.2. *Ad primum secundæ quæstionis* ✠. *Dico, quod licet*. M.27.

Cogitatio non in ipsa non sit formaliter malitia, vel peccatum, ad hoc quod sit aliqualiter mala; oportet quòd subsit imperio voluntatis, ex qua subiectione contrahit malitiam à malitia voluntatis. 2.D.42.Q.4. *Respondendo ad primam* §. *Ex istis respondeo* B-3.

Cogitatio aliqua præcedit omne *velle*, saltem natura: sed quod præcedit omne *velle*, & est prius natura saltem, non est in potestate nostra; ergo prima cogitatio non potest esse in potestate voluntatis: Hoc etiam dicit Aug. 3. de libero arbitrio cap. 25. *Non est in potestate nostra, quin visis*

Cogitatio.

vifis tangamur. *ibidem*. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Dicitur*. C. 5.

Cogitatio de obiecto illicito, procedens ex complacentia voluntatis in illo, post deliberationem est peccatum mortale; sicut enim est peccatum mortale voluntati concupiscere sibi delectationem de obiecto illicito, & illam etiam, vel aliam concupiscere potentiæ inferiori, sic etiam peccatum est ad hoc velle cogitationem de isto obiecto: Hæc est sententia Augustini 12. de Trinit. cap. 6. *ibidem*. §. *Sequitur secundum*. K. 13.

Cogitatione in eadem potest esse peccatum, & non esse, *vel sic*: In eadem cogitatione potest esse, & non esse peccatum, quia quantumcunque cogitatio sit delectabilis, cum tamen obiectum non sit delectabile, non est peccatum: Vnde vir sanctus potest delectari in cogitatione alicuius peccati, quod detestatur: delectari tamen in cogitatione alicuius peccati, quatenus obiectum sit sibi præsens, vt delectetur in illo, vt in obiecto, est peccatum: & hoc patet per Aug. 9. Trin. 10. *definire intemperantiam, verbumque eius dicere pertinet ad artem moralem, esse autem intemperatam pertinet ad illud, quod in illa arte culpatur; sicut noscere, & definire quid sit solecismus, pertinet ad artem loquendis facere autem illud, vitium est, quod in eadem arte reprehenditur ibidem* L. 14.

Cogitatio si placer, & continuatur, non propter cogitatum, sed vt per eam quis ad finem debitum deducatur, non est peccatum: Sed si propter obiectum illicitum, vt in ipso delectetur, sic est peccatum: Et isto modo Sancti Viri detestantur cogitationes illas. *ibidem*.

Cogitatio prima non inducit peccatum; sed toties homo habet primas cogitationes, quoties sibi occurrunt diuersa obiecta, & quoties surgit à somno. *ibidem*. *Ad primum principale primæ quæstionis*. M. 15.

Cogitatio prima non est in potestate voluntatis; sed sic complacere cogitationi, & sic acceptare, & tenere intellectum ibi, bene est in potestate voluntatis. *ibidem*. *Ad secundum*.

Cogitatio non est prius cognita, ergo nec volita, non sequitur nam sufficit, quod actus cogitationis sit præsens in ratione actus, non tamen in ratione obiecti considerate nec rectè, nec reflexè ad hoc, quod voluntas vellit illam, & complaceat sibi in illa: vnde ad hoc, quod aliquid sit volitum, sufficit eius cogitationem actualiter intellectui inhærere. *ibidem*. *Ad tertiam*.

Cogitationes fortassis non erunt volubiles in Patria ex Aug. 15. de Trin. cap. 15. quod licet sit dubium de Beatis, videtur tamen probabile de Anima Christi tanquam beatissima, quod in ea non erunt tales cogitationes. 3. D. 14. Q. 2. §. *Tertio modo*. ✝. *Præterea*, *sicut*. L. 17.

Cognatio.

Cognatio spiritualis est quoddam vinculum, contractum ex dispensatione Sacramentorum, specialiter baptismi, & confirmationis; quia sicut Extra De cognatione spirituali in 6. lib. Quamuis. §. vltimo, *Et pro datione aliorum sacramentorum à baptismo, & confirmatione cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel dissoluat*: De qua, & eius gradibus habetur Extra de cognat. spiritual. in 6. libro. 4. D. 42. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*, *cognatio*. A. 2. & §. *Ex statuto*. ✝. *Per Cathecismum*. K. 9.

Cognatio spiritualis, si præcedit matrimonium, simpliciter impedit, vt patet Extra. de cognatione spirituali, cap. veniens: Si sequatur matrimonium, non dirimit, vt patet ibidem. Et ratio primi non est, nisi statutum Ecclesiæ, illegitimantis personas in casu illo. *ibidem*. ✝. *Quantum autem*. A. 3.

Cognatio legalis, orta ex adoptatione, vel arrogatione, impedit matrimonium; de qua habetur Extra de cognatione legali ca p. vnico: *Si qua per adoptionem soror mihi esse cæpit, quamdiu durat adoptio inter me, & ipsam, naptiæ consistere non possunt*: Et glossa super illo capite dicit quod illud verum est, siue cognatio legalis sit per arrogationem, siue per adoptionem: dicimus autem arrogare illum, qui sui iuris est, & per arrogationem transit in arrogantis potestatem, & fit arrogatio auctoritate principis; Adoptio fit per quemlibet magistratum, nec adoptatus transit in potestatem adoptantis, sed remanet in potestate sui patris: & tam adoptati, quam arrogati dicuntur filij adoptiui: & inter fratres adoptiuos, & naturales impeditur matrimonium, quamdiu durat adoptio. *ibidem*. ✝. *Iuxta quod*. B. C. 3.

Cognatio spiritualis, & legalis est quædam propinquitas quasi mixta, carnalis, & spiritualis: *vel sic*, Est quædam propinquitas quasi mixta, carnalis, & spiritualis, cuiusmodi est cognatio spiritualis, & legalis, de quibus habetur Extra de cognat. spiritual. cap. 1. in 6. libro. *ibidem*. §. *Ex statuto*. ✝. *Iuxta hoc*. I. 9.

Cognatio spiritualis orta ex baptismo, impediens matrimonium, declaratur quomodo contrahitur Extra de cognat. spiritual. &c. *Nedum*, inquit, *inter baptizatum, & eum, qui illum suscipit de baptismo; ac inter eundem baptizatum, & suscipientis filios, & vxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem; imò etiam inter suscipientem, Patrem baptizati, & Matrem cognationem in baptismo iure contrahi constat; quæ cognatio impedit ad contrahendum matrimoniam, & dirimit iam contractum*: *Et eadem, quæ sunt de suscipiente dicta, sunt etiam de baptizante censenda*. *ibidem*.

Cognatio spiritualis ex confirmatione quoque eisdem modis contrahitur, quibus ex Baptismo matrimonium simpliciter impediens contrahendum, & dirimens iam contractum; alias vere personas ab illis ex baptismo, vel confirmatione non impediri ad matrimonium, aut dirimi post contractum decernimus ibidem. cap. 2. *ibidem*. ✝. *Ex confirmatione*. K. 9.

Cognatio spiritualis per Cathechismum, qui præcedit baptismum contrahitur, per quam contrahendam matrimonium impeditur: per istam tamen cognationem matrimonium post contractum minime separatur: Et ibidem. cap. 3. *Si plures accesserint ad suscipiendum de Baptismo infantem, spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia post contracta impediens & dissoluens*: *Et de Confirmatione insuper quantum ad hoc, iudicium est habendum*. *ibidem*. ✝. *Per Cathechismum*.

Cognatio spiritualis, quæ matrimonium impediat vel dissoluat, nequaquam oritur collatione aliorum sacramentorum, à Baptismo, & Confirmatione. *ibidem*.

Cognatio spiritualis oritur ex propinquitate carnali, & susceptione, vel datione Baptismi, vel Confirmationis: legalis ex carnali, & alio vinculo secundum legem, per adoptionem. *ibidem*. ✝. *Et est ordo*.

Cognitio in se.

Cognitio qualibet in se est illa, quæ nata est haberi de obiectu eius, secundum quod natum est manifestare se intellectui proportionato: cognitio autem eadem in nobis est illa, quæ nata est haberi in intellectu nostro de obiecto illo intellecto *Prol*. Q. 3. §. *De primo*. A. 4.

Cognitio actualis, siue actus cognoscendi potentiæ, quo potentis cognoscens assimilatur cognitio, est quædam obiecti similitudo. 1. D. 3. Q. 3. *Congruentia etiam*. ✝. *Respondeo aliud*. C. 4.

Cognitio potest esse obiecti alicuius, habentis in se modum essendi superiorem, quàm sit modus essendi ipsius cognoscentis: Vnde falsum est quod sicut se habet modus essendi cognoscibilis ad modum essendi ipsius cognoscentis, sic se habet intelligibilitas cognoscibilis ad cognoscentem: imo si est verum, oportet, secundum hoc, concedere quod Angelus inferior non posset cognoscere superiorem, quia modus essendi superioris excedit modum essendi inferioris. 4. D. 49. Qu. 11. §. *Respondeo dicitur*. ✝. *Respondeo ad primam*. A. 4.

Cognitio quo ad distinctionem.

Cognitiones diuersarum specierum propriè, scilicet virtute earum habitæ, differunt specie: quod probo, quia ad indiuidua eiusdem speciei non requiritur totalis causa diuersæ speciei, vel aliquid in totali causa diuersum speciè ab eo, quod est in totali causa alterius indiuidui; nunc autem ad intellectionem albi, & nigri necessariò requiruntur aliqua diuersa specie, putà album, & nigrum, ergo ista duo magis differunt, ergo differunt specie. 1. D. 3. Q. 7. *Ad secundum in oppositum*. Dd. 41.

Cogni-

Cognitio quo ad causam.

Cognitio dependet ab anima cognoscente, & obiecto cognito, quia, secundum Aug. 9. Trin. vlt. *à cognoscente, & cognito paritur notitia*: licet ergo anima habeat sufficiens actiuum, & passiuum intra se, pro quanto actio respectu cognitionis conuenit animæ; non tamen habet intra se sufficiens actiuum, pro quanto actio conuenit obiecto. *Prolog.* Q. 1. *Ad primum pro opinione*. P. 25.

Cognitio, cum sit operatio vitalis, non est à non viuo, sicut à totali causa: potest tamen non viuum esse causa partialis alicuius viui, vel effectus vitalis; sicut Sol non viuus est causa partialis cum Patre ad generandum filium viuum, & multo magis in proposito de cognitione intellectiua est possibile, quia hic causa principalior, scilicet potentia cognitiua, est viua. 1. D. 3. Q. 7. *§. Ad argumenta pro opinione.* ✝. *Ad rationem primam.* P. 22.

Cognitio in intellectu non immediatè causatur ab obiecto, vt extra, sed ab aliquo intra, quia intelligimus cùm volumus 2. Anim. Tex. 55. 60. quia ad intelligendum habemus obiectum intra: ad sentiendum requiritur obiectum extra. Quodl. Q. 13. §. *Nunc ratio.* ✝. *Ad secundum.* S. 20.

Cognitio quo ad perfectionem.

Cognitio substantiarum separatarum est nobilissima, quia est circa nobilissimum genus, ergo cognitio eorum, quæ sunt propria eius, est maximè nobilis, & necessaria; nam illa propria eis sunt nobiliora, & perfectiora cognoscibilia, quam illa, in quibus conueniunt cum sensibilibus. *Prol.* Q. 1. §. *Tertio arguitur.* F. 14.

Cognitio eius *quod quid est* est perfectissima, vt dicit Philosoph. 7. Metaph. Tex. 4. & inde: *Prol.* Qu. 3. §. *Contra istas omnes.* ✝. *Sed adhuc.* H. 9.

Cognitio aliqua si est certa, & euidens, &, quantum est de se, perpetua, ipsa videtur in se formaliter perfectior, quàm scientia, quæ requirit necessitatem obiecti. *Prol.* Q. 4. *laterali.* *§. Sed aliud.* ✝. *Quod autem.* 28.

Cognitio alicuius in simili tantùm, siue in vniuersali, non est cognitio perfectissima, & intuitiua ipsius rei in se. 1. D. 2. Q. 3. *§. In ista quæstione.* ✝. *Contra, neutra.* n. 2.

Cognitio cuiuscunque secundum rationem quiditatiuam est prima, & perfectior cognitio de eo, ex 7. Metaph. cap. 1. Tex. 4. & inde; ergo cum verum sit passio entis, & cuiuslibet inferioris ad ens, nulla cognitio de aliquo, præcisè sub ratione veri, est prima cognitio obiecti, & ita nec veritas est prima ratio præcisè cognoscendi obiectum. 1. D. 3. Qu. 3. *vel* 4. *§. Sed contra.* ✝. *Item verum.* A. 20.

Cognitio plurium relationum rationis non facit ad perfectiorem cognitionem realem, habendam de aliquo. 1. D. 8. Q. 4. *§. Ad quæstionem.* ✝. *Confirmatur.* Q. 19.

Cognitio intellectiua potest intelligi perfecta, aut imperfecta, intelligendo non de perfectione intensiua, sed de perfectione ex parte obiecti: quòd scilicet illa intelligatur perfecta, qua attingitur obiectum sub perfecta ratione suæ cognoscibilitatis; hoc est per se propria, & distincta: Et per oppositum: imperfecta dicatur illa, qua attingitur tantum per accidens, vel tantùm in aliquo conceptu communi, vel confuso. *Quodl.* Q. 14. §. *Ad intellectum.* ✝. *Tertio præmitto.* B. 2.

Cognitio Domus est simpliciter perfectior, quàm ipsa domus extra, quia cognitio est perfectio naturalis animæ: forma autem domus extra, vel non est realis; vel si est, multò est imperfectior, quàm ipsa cognitio. 4. D. 1. Qu. 1. *§. Ista ergo ratione.* ✝. *Ad propositum.* Q. 20.

Cognitio domus est ens reale, & perfectius ens, quam domus extra: Domus etiam in mente participat nobilius *esse* reale, quàm sit illud *esse* extra. *ibidem.*

Cognitio domus licet sit Angelo nobilior domo extra: tamen cognitio Angeli in alio Angelo non est nobilior ipso Angelo in se. *ibidem.* ✝. *Ex hoc patet.* R. 21.

Cognitio contracta præsupponit cognitionem absolutam; & cognitio absoluta est certior. *Prolog.* Q. 3. Q. *prima laterali.* *In argumento in oppositum.* n. 3.

Cognitio per speciem est imperfectior, ex suo genere, cognitione per essentiam. 2. D. 3. Quæst. 10. *Ad quæstionem.* G. 16.

Cognitio intuitiua, & abstractiua.

Cognitio potest esse duplex; potest enim aliqua esse obiecti, secundum quod abstrahit ab omni existentia actuali: & potest esse aliqua eius, secundùm quod existens, & secundum quod præsens in aliqua existentia actuali. 2. D. 3. Q. 9. §. *Ad quæstionem.* B. 6.

Cognitionem, quæ est ipsius quiditatis, secundùm quod abstrahit ab existentia, & non existentia, voco abstractiuam: aliam, qua est quiditas rei secundum existentiam actualem, vel quæ est rei præsentis secundum talem existentiam, voco cognitionem intuitiuam; non prout intuitiua distinguitur contra discursiuam, quia sic aliqua abstractiua esset intuitiua, sed simpliciter intuitiua eo modo, quodicimur intueri rem, sicut est in se. *ibidem.* ✝. *Secundum probatur.*

Cognitio intuitiua, & cognitio abstractiua concedi potest quòd sint duæ cognitiones eiusdem obiecti simul, sic quòd non distinguatur obiectum ab obiecto, sicut essentia ab existentia; quia licet inter ista sit aliqua distinctio obiecti, tamen non sufficiens ad propositum, quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractiua; Sicut enim essentiam, sic existentiam possumus intelligere, licet non sit realiter extra intellectum: dicuntur igitur cognitiones distinctæ, & hoc secundum speciem, propter rationes formales motiuas hinc inde, quia in cognitione intuitiua res in propria existentia est per se motiua obiectiuè; In cognitione autem abstractiua est per se motiuum aliquid, in quo res habet esse cognoscibile; siue sit causa virtualiter continens rem, vt cognoscibilem; siue sit effectus, putà species, vel similitudo repræsentatiuè continens ipsum, cuius est similitudo. *Quodl.* Quæst. 13. *§. Circa secundum.* ✝. *Ad secundum concedi.* L. 10.

Cognitio duplex, præsente aliquo sensibili sensui, potest virtute illius causari in intellectu: vna abstractiua, qua intellectus agens abstrahit speciem quiditatis, vt quiditas est, a specie in phantasmate, quæ repræsentat obiectum absolutè, non vt existit nunc, vel tunc, & hic: & alia potest esse in intellectu cognitio intuitiua, quæ cooperatur intellectui, & à b hac potest derelinqui habitualis cognitio intuitiua, impotata in memoria intellectiua, quæ sit non quiditatis absolutè, sicut alia, sed cogniti, vt existens, quando in præterito admittebatur, vt præterijt. 3. D. 14. Q. 3. *§. Ad quæstionem.* ✝. *Hoc falsum est, quia.* B. 6.

Cognitione intuitiua, & abstractiua potest conosci eadem natura; vt præcedit singularitatem, quam singulare, vt hoc. *ibidem.* *§. Ad quæstionem.* n. 4.

Cognitio abstractiua si possit esse non existentis æquè, sicut & existentis; tamen intuitiua non est, nisi existentis, vt existens est: cognitio autem abstractiua, & diffinitiua potest esse non existentis, vt existentis, quia ita habetur si res non existat, sicut si existat: ergo illa cognitio diffinitiua est circa cognitionem intuitiuam obiecti diffiniti vniuersalis. *Quodl.* Q. 7. §. *Secunda conclusio.* ✝. *Exemplo sic.* F. 8.

Cognitio intuitiua.

Cognitio aliqua est per se existentis, sicut quæ attingit obiectum in sua propria existentia actuali, vt patet de visione coloris, & communiter in sensatione sensus exterioris. *Quodl.* Q. 13. §. *Circa secundum.* 18.

Cognitio intuitiua est obiecti, vt obiectum est præsens in existentia actuali, vel in alio eminenter continente totam entitatem illius. 1. D. 2. Q. 7. §. *Sed hic restat.* ✝. *Et si detur.* Ff. 42.

Cognitio intuitiua visus non est eiusdem rationis in medio cum illa, quæ est in organo, & si actio alterius rationis fiat in medio, quam in organo, visus tamen accidit visio, in quantum est effectus visibilis, per hoc, quòd visibile est natum gignere & speciem, & visionem, sicut duos effectus ordinatos. 2. D. 9. Q. 2. *§. Ad quæstionem istam.* ✝. *Post hæc tria.* C. 17.

Cognitio intuitiua non potest haberi per speciem obiecti, quæ manere potest, obiecto absente: hoc enim est contra rationem visionis intuitiuæ, quòd sit de re non actualiter existente, & præsentaliter. *ibidem.* *Ad tertium principium.* ✝. *Dato etiam.* N. 29.

Cognitio intuitiua competit sensui circa obiectum suum, ergo & intellectui circa suum; & sic ratio naturalis docet,

Cognitio intuitiua.

cet, quod Deus immediatè, & nudè poterit cognosci 4 D.49. Q.12. §. *Respondeo*. n.3.

Cognitio intuitiua habet annexam relationem realem ad ipsum obiectum; quia non potest esse talis cognitio, nisi cognoscens habeat actualiter ad obiectum talem habitudinem, quæ necessariò requirit extrema in actu, & realiter distincta; & quæ etiam naturam extremorum necessariò consequitur. *Quodl*. Q.13. §. *Circa secundum*. ỽ. *Ista distinctione*. L.11.

Cognitio intuitiua est de natura, vel singulari, vt concernit actualem existentiam. 3. D.14. Q.3. §. *Ad quæstionem*. ỽ. *Loquendo tamen*. A.6.

Cognitio intuitiua perfecta est de obiecto, vt præsentialiter existens; imperfecta verò est opinio de futuro, vel memoria de præterito. *ibidem*. B.6.

Cognitionis intuitiuæ causæ sufficientes sunt obiectum in actuali existentia præsens, & intellectus agens, & possibilis. 4. D. 45. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ỽ. *Per istam*. C.12.

Cognitio præsentialis, quæ dicitur intuitiua, potest esse intellectiua, alioquin intellectus non esset certus de aliqua existentia. *ibidem*. ỽ. *Per istam rationem*. D.12.

Cognitio intuitiua competit sensui, ergo multò magis intellectui; ergo non tantum ipsius quidditatis materialia, nec causatæ ab ea, est tantùm cognitio beatifica. 4. D.49. Q.8. §. *Respondeo*. ỽ. *Secundo probo*. C.5.

Cognitionem intuitiuam si non haberemus de aliquo, non sciremus de actibus nostris, si insint nobis, vel non, certitudinaliter; de actibus, dico, intrinsecis, sed hoc falsum est; ergo &c. ergo eadem ratione, qua ponitur vnum ens posse intuitiuè cognosci; & quodcumque. *ibidem* ỽ. *Præterea, si non*. ante 6.

Cognitio abstractiua.

Cognitio aliqua est obiecti non vt existentis in se, sed vel obiectum non existit, vel saltem illa cognitio non est eius, vt actualiter existentis, vt imaginatio coloris; quia contingit imaginari rem, quando non existit, sicut quando existit. *Quodl*. Quæst. 13. §. *Circa secundum*. I.8.

Cognitio abstractiua, scilicet actus ille cognoscendi, qui non est necessariò existentis, vt existens, non necessariò habet relationem realem actualem ad obiectum; quia relatio realis actualis requirit per se terminum realem, & actualem; tamen iste secundus actus potest poni habere ad obiectum relationem realem potentialem, scilicet mensurabilis, vel dependentiæ, non autem vnionis, vel attingentiæ. *Quodl*. Q.13. §. *Circa secundum*. ỽ. *Secundus actus*. O.13.

Cognitio abstractiua potest habere ad obiectum relationem rationis actualem, sed illam necessariò requirit ad hoc, quòd sit ipsius obiecti. *Quodl*. Q.13. §. *Circa secundum*. ỽ. *Secundus actus*. O.13.

Cognitio abstractiua habet relationem realem potentialem, & aptitudinalem, scilicet mensurabilis ad obiectum etiam non existens: hoc probatur; quia illud, quod habet relationem realem ad terminum non existentem, & quantum est ex parte sui, semper vniformiter se habet ad illum, habet relationem aptitudinalem ad illum terminum; operatio est huiusmodi, quia est aliquid mensurabile per obiectum, hoc est, aptum natum in entitate sua dependere ad obiectum hoc in speciali tali dependentia, qualis est eius, quod est similitudo per imitationem, vel participationem ad aliud, cuius est similitudo; hæc omnia, quantum est ex parte fundamenti, essent in actu, si terminus esset in actu. *ibidem*. ỽ. *Primum, quod cognitio*.

Cognitioni abstractiuæ potest dici quòd non conuenit relatio attingentiæ ad terminum, qui attingitur, realis potentialis, vel aptitudinalis: probatur; quia non conuenit fundamento, quantum est ex parte eius, nec sibi competeret in actu, si terminus poneretur in actu, quia non est natus per illum actum attingi, vt actu existens. *ibidem*. ỽ. *Secundum scilicet*. O.14.

Cognitionis abstractiuæ terminus quando nō habet *esse* reale, sed tantum *esse* in intellectu, tunc ad ipsum non potest esse, nisi relatio rationis; quia non potest relatio verius habere *esse*, quam terminus ad quem est: nunc autem obiectum, quod terminat cognitionem abstractiuam, non

Cognitio abstractiua.

oportet habere esse nisi in intellectu, ergo &c. *ibidem*. ỽ. *Tertium scilicet*. P.14.

Cognitio abstractiua comparata ad obiectum per actum intellectus, reflectendo, cognoscentis eam, refertur ad obiectum relatione rationis. *ibidem*.

Cognitio de re, quæ non potest haberi de ipsa, non existente in se, non potest haberi, nisi per rationem repræsentantem ipsam. 2. D.3. Q.10. §. *Ad quæstionem igitur*. F 16.

Cognitio abstractiua nulla alicuius obiecti perfectior est cognitione intuitiua; quia cognitio abstractiua per speciem potest esse de te non existente in se præsentialiter, & ita non perfectissimè cognoscitur, neque attingitur. 2. D. 9. Q.2. §. *Ad quæstionem istam*. ỽ. *Secundo principaliter*. D.19.

Cognitio distincta.

Cognitio distincta est nobilior cognitione confusa; ergo confusa non est ratio formalis eliciendi, vel causandi illam distinctam. 1. D.3. Q.7. §. *Contra neutra*. G.13.

Cognitio comparationis præsupponit necessariò distinctam cognitionem comparatorum. 1. D.8. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ỽ. *Item breuius*. *Additio, quæ deest in editione hiberuica*.

Cognitio distincta potest esse alicuius, licet ipsum non sit ens ratum; non enim oportet, nisi quòd ens ratum terminet cognitionem diffinitiuam; & non sequitur: ens ratum diffinitiuè intelligitur, ergo ens ratum est. 1. D.36. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. I.11.

Cognitio distinctissima præuia actui scientiæ, siue conceptus maximè euidenter includens veritates principiorum, & Conclusionum, qui potest haberi citra visionem claram, siue cognitionem intuitiuam alicuius obiecti, sufficit ad habendum scientiam de tali obiecto *Quodl*. Qu.7. §. *Secunda Conclusio*. ỽ. *Exemplo sic*. F.8.

Cognitio distincta vel est mediata, vel immediata: dico immediatam, quando obiectum non mediante aliquo alio obiecto intelligitur, per quod, vel in quo intelligatur, ita quod excludit ur medium cognitum, non autem medium, quod esset præcisè ratio cognoscendi, vel intelligendi. *Quodl*. Q. 14. §. *Ad intellectum*. ỽ. *Item cognitio*. C.3.

Cognitio diffinitiua.

Cognitio diffinitiua de aliquo (accipiendo iudicium pro apprehensione certa intellectuali etiam quacunque) potest dici iudicium de veritate illius; iuxta illud 1. Eth.5. *vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit, & hic est bonus iudex*. 4. D.47. Q.1. §. *Respondeo*. A. 3.

Cognitio diffinitiua est vltimus (idest, perfectissimus) inter omnes gradus cognoscendi aliquod incomplexum cognitione scientifica, & præuia scientiæ; quia ipsa est cognitio per se in particulari distinctissima, excedens etiam illam confusam, de qua loquitur Philosophus 1. Phys. Tex. 5. *Sustinent autem, quod nomina ad rationem* &c. Saltem in hac cognitione diffinitiua habetur conceptus euidenter, & virtualiter includens omnes veritates necessarias de tali obiecto. *Quodl*. Q.7. §. *Secunda conclusio*. ỽ. *Exemplo sic*. F.7.

Cognitio diffinitiua abstractiua est citra cognitionem intuitiuam obiecti diffiniti vniuersalis. *ibidem*. G.8.

Cognitio diffinitiua videtur perfectissima, pertinens ad intellectum simplicem. 1. D.3. Q.4. §. *Circa quartam*. ỽ. *Præterea secundo*. O.16.

Cognitio quid est, & si est.

Cognitio *quid est*, & *si est* se habent ordinate hoc modo: in cognitione namque *si est*, secundum quod præcedit cognitionem *quid est*, non intelligitur de actuali existentia; alioquin demonstratio, cuius medium est diffinitio, non posset haberi de non existente, cuius oppositum vult Philosophus 1. Poster. Tex.20. & 7. Metaph. Tex. 35. & 53. sed intelligitur *si est*, de ente, cui non repugnat esse in effectu. 4. D.1. Q.2. §. *Ex his*. ỽ. *Ex isto*. K.8.

Cognitio secundum speciem, & priuationem.

Cognitio secundum speciem est eius rei, quæ cognoscitur in se: cognitio secundum priuationem est, quando cognoscitur aliquid per aliud: Et ista duplex cognitio accipitur ab Aug. 9. Trin. 10., vbi docet quod aliquid est cognoscibile secundum speciem; & aliquid secundum priuatio-

Cognitio secundum speciem, & priuationem.

. uationem. 4. D.50. Q.3. §. *Respondeo hic primo*, ℣. *Secundo est videndum*. B.3.

Cognitio pratica.

Cognitio illa est practica, quæ est aptitudinaliter conformis volitioni rectæ, & naturaliter prior ipsa; nam actus voluntatis elicitus est verissimè praxis, & extensio cognitionis practicæ consistat in conformitate ad praxim, & prioritate aptitudinali, *Prolog*. Q.4. §. *Ad quæstionem*. O. 31.

Cognitio qualibet de conditionibus appetibilitatis finis, & de conditionibus eorum, quæ sunt ad finem, quatenus sunt ad finem; & tertiò de conditionibus quibuscunque huius, vel illorum, circa quas contingit potentiam operatiuam errare, nisi dirigatur, est necessaria ad practicam cognitionem, *ibidem*. *§. Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea deduco*. N.28.

Cognitionem conformam praxi eliciendæ virtualiter continens, est virtualiter conforme, & ita cognitio eius est pratica, quia conclusiones practicæ habent principia practica. *ibidem*. *§. Ad quæstionem*. ℣. *Ad secundum*. O.32.

Cognitio proxima illi, quæ est de fine, est cognitio fruitionis finis: & ista nata est esse conformis formaliter praxi fruitionis. *ibidem*.

Cognitio practica, & praxis, ad quam extenditur, debent esse necessario respectu eiusdem suppositi. *ibidem*. *§. Secundus articulus*. S.37.

Cognitio quæcunque de praxi alterios si est practica, ergo cognitio mea de hoc, quod est Deum creare Mundum; vel de hoc, quod est intelligentiam mouere Cœlum, erit practica, qood videtur falsum: saltem hoc videtur concludere, quòd cognitio practica oon potest esse intelligentiæ inferioris, operante Superiore secundum illam praxim, si nihil secundum eam inferius operatur: pari ratione, nec superioris, nec æqualis, si nihil facit ad praxim operantis: Si autem aliquid facit, iam superior habet praxim propriam, respectu cuius sua cognitio sit practica. *ibidem*. ℣. *Illud primum*.

Cognitio de isto vero *Deus est amandus à voluntate*, etiam in quocunque intellectu, est practica: ita, & istud *homini quandoque est ieiunandum*, non est tantùm practicum homini cognoscenti, sed etiam Angelo, & Deo: & etiam homini, & Deo est hoc practicum: Ab Angelo Cœlum est mouendum: & sic concedo illud, quod alias infertur tanquam inconueniens. *ibidem*. ℣. *Ad hoc potest*. T.37.

Cognitio non ponitur practica in aliquo, vt est eius, nisi respectu praxis, quæ est in potestate eius. 1. D.38. Q. *Vnica*. *§. Quamuis supra*. A.1.

Cognitio practica actualissima, & proxima praxi, licet sit aliqua scientia de praxi elicienda, puta iudicium de conclusione syllogismi practici, quæ conclusio finis est motus intelligentiæ, & licet ab ea incipit operatio: tamen non solùm ista cognitio est practica, quæ sic est proximè practica, sed etiam conclusio practicorum principiorum, quæ virtualiter includit istam, & etiam cognitio quiditatiua terminorum, quæ includit principia practica. *ibidem*. ℣. *Ex his sciendum*. A.2.

Cognitio operabilis non est scientia practica, nisi virtualiter includat principium, vel conclusionem practicam. *ibidem*. §. *Ad auctoritatem*. ℣. *Per idem*. F.5.

Cognitio conformatiua praxis rectè est prudentia, siue in eodem dictante sequatur electio recta, siue non. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Licet istud*. ℣. *Nec obstat*. K. 19.

Cognitio merè practica est illa, quæ immediatè est directiua in opus; quæcunque ergo cognitio media, pro quantò magis recedit ab vno extremorum, tantò magis potest dici contineri sub altero. *Quodl*. Q.8. §. *Ad ista*. ℣. *Illud etiam*. F.11.

Cognitio speculatiua.

Cognitio merè speculatiua est illa, quæ nullo modo est directiua in opus. *Quodl*. Qu.8. §. *Ad ista*. ℣. *Illud etiam*. F.11.

Cognitio naturalis.

Cognitio nulla, comparando intellectum possibilem ad notitiam actualem in se, est sibi supernaturalis, quia intellectus possibilis quacunque cognitione naturaliter perficitur, & ad quamcunque naturaliter inclinatur. *Prolog*. Q. 1. §. *Antequam*. ℣. *Ad propositum*. M. 21.

Cognitio illa sola est naturalis pro statu isto; quæ ab intellectu possibili, & intellectu agente, & phantasmate (à quibus natus est intellectus possibilis moueri) agentibus, potest imprimi: nam pro statu isto secundum Philosophum 3. de anima. Tex. 30. intellectus possibilis natus est moueri ad cognitionem ab intellectu agente, & phantasmate. *ibidem*.

Cognitio omnis incomplexa, quæ secundum legem communem potest haberi à Viatore, virtute intellectus possibilis, ab intellectu agente, & phantasmate moti potest haberi: & ideo licet Deus possit, per reuelationem specialem, cognitionem alicuius incomplexi causare, sicut in raptu: non tamen talis cognitio supernaturalis est necessaria, de communi lege. *ibidem*.

Cognitio nulla naturalis est de obiecto, cuius natura excedit modum naturæ cognoscentis: ista propositio est falsa, quia licet cognitio sit secundum modum cognoscentis, & non sit supra naturam cognoscentis: est tamen obiecti habentis modum naturæ cognoscibilis, & modum naturæ, vltra modum naturæ cognoscentis; alter enim nunquam perfectius cognosceretur ab imperfectiori naturaliter. 4. D.49. Qu. 11. §. *Respondeo dicitur*. ℣. *Secundum hoc*. B.5.

Cognitio supernaturalis.

Cognitio, quæ generator ab aliquo Agente mouente intellectum nostrum, quod noo est natum mouere intellectum possibilem ad talem cognitionem naturaliter, est supernaturalis. *Prolog*. Q. 1. *§. Antequam*. ℣. *Ad propositum*. M. 21.

Cognitio supernaturalis necessaria viatori an sit sufficienter tradita in sacra scriptura, disputatur contra varios infideles, & hæreticos. *Prolog*. Q. 2. *per totum*.

Cognitio infusa, & acquisita.

Cognitio infusa, & acquisita, retro proprio genere, sunt eiusdem speciei. 3. D. 14. Quæst. 3. *§. Contra conclusionem*. n.2.

Cognitio infusa, & acquisita, si secundum propriam rationem obiecti, vt scilicet est præsens in se, & in verbo, sint duæ cognitiones, vespertina scilicet, & matutina; acquisita, & infusa dicuntur habere idem obiectum, & solùm differunt secundum causas efficientes, sicut homo creatus, & genitus naturaliter; sed talis distinctio causarum non distinguit cognitiones formaliter, secundum Aug. ad Deo gratias, & Ambros. de incarnatione: *Disparitas ortus non facit distinctionem naturæ*. *ibidem*. ℣. *Contra illa*.

Cognitio certa.

Cognitio certa, quæ habet propriam certitudinem intrinsecam, & hoc vel à se, vel ab obiecto, vt includitur in ipsa, vel aliqua per se causa, distinguitur specie ab incerta cognitione. *Quodl*. Qu. 17. §. *Contra conlusionem*. ℣. *Adillud*. L.11.

Cognitio erronea.

Cognitio propria Agentis intellectiui si sit erronea, licet agatur conformiter cognitioni rectæ alterius cognoscentis, quia tamen tale Agens natum est regulari in suo actu per propriam cognitionem, & secundum illam non agit, non rectè agit. *Quodl*. Q. 18. *§. De primo*. ℣. *Vlterius*. E.4.

Cognitio theologica.

Cognitio theologica non tractat de speculabilibus distinctiis, quam cognitio eorum requiratur ad cognitionem practicam, & praxim dirigendam. *Prolog*. Q 4. *§. Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea deduco*. N. 28.

Cognitio fidei.

Cognitio fidei non tribuit conceptum simplicem de Deo, sed tantummodo inclinat ad assentiendum quibusdam com-

Cognitio fidei.

complexis, quæ non habent euidentiam ex terminis simplicibus apprehensis, & per consequens per fidem non habetur conceptio simplex, transcendens omnem conceptum simplicem apud metaphysicum. *Quodl.* Q.7. §. *Tertia conclusio*. I. 11.

Cognitio naturalis, & cognitio fidei infusæ sunt actus differentes specie in intellectu: hoc potest negari de actu credendi naturali, & supernaturali, quia *credere* supernaturale est actus, vt elicitur secundum actum fidei infusæ: *credere* autem naturale est actus elicitus secundum certitudinem acceptam ab aliquo testificante: nunc autem simul potest quis vno, & eodem actu credere ex testimonio asserentis, & credere secundum inclinationem fidei infusæ, si inest, igitur idem est actus in re: & ille, vt est naturalis, est potentialis ad illam perfectionem, quam recipit à fide infusa; proprium autem potentiale non distinguitur specie à perfecto habente, vltra illud potentiale, propriam perfectionem. *Quodl.* Q. 17. §. *Contra conclusionem*, ℣. *Ad illud*. L. 10.

Cognitio omnis, vel conclusio, quæ potest deduci ex credibilibus reuelatis, est obscura, & ænigmatica, de communi lege, igitur talis cognitio de tali conclusione non attingit ad illam cognitionem perfectam, quæ est de re ex euidentia rei, cuiusmodi est cognitio scientialis, igitur cognitio illa, & scientia non stant simul. 3.D.24.Qu.*Vnica*. *In secundo argumento in oppositum*. n. 1.

Cognitio faciens scientiam non dependet essentialiter à fide, in quocunque lumine habeatur. *ibidem*. §. *Contra hæc: primo*. ℣. *Præterea, quod illud*. B. 10.

Cognitio beata.

ognitionem non expectamus de Deo, qualis posset haberi de Deo, ipso per impossibile non existente, vel non præsente per essentiam; sed expectamus intuitiuam, quæ dicitur facie ad faciem; quia sicut sensitiua est facialis; scilicet rei secundum quòd præsentialiter existens, ita & illa, quam expectamus. 2.D.3.Q.9. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Istud etiam*. C.6.

Cognitio phantastica, & sensus.

Cognitio phantastica est abstractiua respectu sensus particularis, quia, quæ sunt dispersa in inferioribus, quandoque sunt vnita in superioribus. 2. D.3. Q.9. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Secunda declaratio*. C. 7.

Cognitio illa, quæ est alicuius sub ratione communiori quocunque primo obiecto, etiam supremi sensus, non potest esse aliqua sensatio. 4.D.43.Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *Assumptum*. F. 11.

Cognitio intellectiua.

Cognitio propria ipsi homini videtur esse ipsius intellectus. 4. D.45. Quæst. 3. §. *De secundo*. ℣. *Præterea Aristoteles*. F. 13.

Cognitio per discursum syllogisticum pertinet ad solum intellectum: huiusmodi est cognitio reminiscentiæ; nam reminiscens discurrit à quibusdam notis ad illud, quod aliqualiter decidit, cuius vult recuperare recordationem; Et licet non sit ibi syllogismus, quia semper est ex præmissis ad conclusiones; proceditur enim ibi à contrarijs, vel à similibus, vel à quibuscunque habentibus ordinem aliquem in sentiri ad illud, quod quærimus: tamen nec talis collatio potest competere virtuti sensitiuæ, vt videtur; Eidem autem virtuti competit discursus, & cognitio terminans discursum; *recordari* autem terminat illum discursum, ergo intellectui competit recordari. *ibidem*.

Cognitio intellectiua est quasi approximatio intellectus ad voluntatem. 4.D.49.Q.5. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Aliter dicitur*. E. 5.

Cognitio entis.

Cognitione, id est: In cognitione entis in vniuersali non potest potentia intellectiua quietari; impossibile est enim quòd quietetur in aliquo, nisi in summo totius Analogiæ entis immediate, sicut nec visus quietatur, nisi in pulcherrimo visibili. 4.D.49. Q.8. §. *Respondeo primo*. ℣. *Videtur tamen*. B. 4.

Cognitio obiecti in vniuersali.

Cognitio, vel cogitatio alicuius obiecti in vniuersali, vel in aliquo simili, vel in contrario, non sufficit ad hoc, vt cogitatio secunda intellectus in particulari sit in potestate voluntatis, quia tunc cum in lapide intelligatur substantia corporea, intellectio lapidis sufficeret ad volendum auem, vel bouem, quia intelliguntur in substantia corporea in vniuersali: similiter ad intelligendum auem determinatè, & similiter de quacunque alia substantia corporea. 2.D.42 Q.4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Nec secundus modus*. C.7.

Cognitio contingentium.

Cognitio nulla conformis voluntati contingenti rectè præcedit ipsam volitionem Dei, quia prima volitione determinatur praxi illi talis rectitudo. *Prolog.* Q. 4. §. *Secundus articulus*. ℣. *In intellectu*. S. 37.

Cognitio principij, & conclusionis.

Cognitio principij se ipsa est certa, vel ab obiecto, scilicet à principio, quod est à se verum manifestum; vel saltem est manifestum ex terminis, qui sunt per se causæ euidentiæ principij, & includuntur in ipso: conclusio autem est certa per principium, tanquam per causam suæ certitudinis. *Quodl.* Q.17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Ad illud*. L. 11.

Cognitio conclusionis, vel intellectio conclusionis, non magis successiuè acquiritur ex hoc, quia pars acquiritur post partem, & cognitio conclusionis acquiritur post, & per cognitionem principij, quàm si ista cognitio, videlicet conclusionis, haberetur præcisè post cognitionem principij, & sine ea. 2.D.2.Q.4. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Contra, hoc non facit*. n. 8.

Cognitio principij, & error conclusionis non repugnant. 3. D.15. Quæst. *Vnica*. *Ad tertium principale*. X. 34. *Additio*.

Cognitio principij in se non aucta potest stare, conclusionibus pluribus ex ipso elicitis; & ita de causa, & effectibus pluribus cognitis. 3.D.14.Q.2. §. *Contra rationem*. ℣. *Ad argumentum*. H. 12.

Cognitio principij, vt est causa cognitionis conclusionis, nullo modo perficitur per cognitionem conclusionis. *ibidem*. ℣. *Præterea illud*. H. 11.

Cognitio mediorum.

Cognitio eorum, quæ sunt ad finem est quasi inclusa in cognitione finis, quasi principij. *Prolog.* Q.4. §. *Contra hoc sic*. ℣. *Præterea ad idem*. K. 18.

Cognitio trianguli.

Cognitio trianguli habentis tres &c. stat in eadem anima, cum ignorantia lapidis. 3. D.15. Qu. *Vnica*. *Ad primum principale*. X. 33. *Additio*.

Cognitio substantiæ materialis.

Cognitio materiæ quamuis requiratur ad hoc, quòd cognoscatur substantia rei materialis; aliter tamen est causa cognoscendi materia, & aliter forma; sicut enim causæ differunt in perfectione, & entitate, & causalitate in causando entitatem causati; ita & in causando causalitatem eius; sicut enim forma est magis ens, quam materia, ita magis causat & entitatem, & cognoscibilitatem; similiter quia materia non habet *esse* perfectum in effectu, nisi per formam dantem *esse* tale vltimatè in effectu, ita forma facit cognoscere etiam materiam; vtraque tamen sunt vna causa integra cognoscendi perfectè compositum 3. D.22. Q. *Vnica*. §. *Ad primum alterius opin*. ℣. *Ad secundum*. H.16.

Cognitio de anima.

Cognitio de Anima, vel de aliqua eius potentia non habetur modo iis distincta, quòd ex ipsa possit cognosci quod aliquod obiectum tale sibi correspondeat: sed ex ipso actu, quem experimur, concludimus potentiam, & naturam, cuius iste actus est, illud respicere prò obiecto, quod percipimus attingi per actum, ita quod obiectum potentiæ non concluditur ex cognitione potentiæ, sed ex cognitione actus, quem experimur; sed de obiecto supernaturali neutram cognitionem possumus habere:

Cognitio de anima.

habere) ibi deficit vtraque via cognoscendi finem proprium illiua naturæ. *Prolog.* Q.r. §. *Arguitur contra hoc.* ✠. *Ad secundum.* D.13.

Cognitio de Deo.

Cognitio quæcunque de Deo, quæ sit citra visionem claram, vel cognitionem intuitiuam, est simpliciter possibilis statui viæ, ergo talis conceptus potest simpliciter haberi de Deo, stante simpliciter statu viæ, qui sufficit ad cognoscendum verum complexum. *Quodl.* Q.7. §. *Secunda conclusio.* ✠. *Exemplo sic.* F.8.

Cognitio sola intuitiua diuinæ essentiæ est illa, quæ ponit hominem extra statum viæ, si simpliciter, simpliciter, si ad tempus, ad tempus. *ibidem.* G.8.

Cognitio clara, siue visio essentiæ diuinæ distincta est, quia est obiecti, quod est de se hoc: & tamen non oportet in illo distinctè concepto personam distinctè concipi, quia illud non est primus terminus visionis, vel fruitionis. 1.D.1. Q.2. §. *Per hoc ad argumenta.* E.ante 7.

Cognitio Dei (scilicet creata de Deo) est accidens, & per consequens non excedit totum genus accidentis mouentis intellectum eodem modo, si loquamur de cognitione substantiæ creatæ, & accidente, 4. D.13.Quæst. 1. §. *De tertio articulo.* ✠. *Respondeo ergo, quod illa.* Dd.39.

Cognitio aliqua, videtur dicere Philosophus, quòd de prima substantia non potest haberi, nisi in conceptu aliquo, accepto ex sensibilibus, qui non posset esse illius essentiæ in se, vt patet 1. Poster. & 2. & 1. Phys. in multis locis: similiter diceret, quod non possumus in illo conceptu habere nisi cognitionem obscuram, & abstractiuam, qualem etiam possemus habere de non ente: & sic, secundum eum, omnis cognitio nostra de illa substantia est tantum in vniuersali, & obscura, & per consequens essemus beati in vniuersali cognitione, & obscura. 4. D.49. Quæst. 8. §. *Respondeo.* ✠. *Sed quid.* A. 2.

Cognitio *esse* diuini, sub ratione infiniti, est perfectior cognitione eius sub ratione simplicitatis, quia simplicitas communicatur creaturis, infinitas autem non, secundum modum, quo conuenit Deo. 1.D. 3. Q.1. & 2.§. *Quarto dico.* ✠. *Ex hoc apparet.* E.17.

Cognitio omnium veritatum tàm speculabilium, quàm practicabilium per principia sumpta a luce æterna, vt cognita, est perfectior, & purior cognitione sumpta ex principijs in genere proprio, & eminentior alia quacunque: & hoc modo cognitio omnium pertinet ad Theologum. 1. D.3. Q.4. §. *Ad quæstionem.* ✠. *Ex isto vltimo.* V.23.

Cognitio Verbi diuini.

Cognitio verbi sicut est merè supernaturalis, ita quod non subest causalitati alicuius causæ causatæ, sic nec etiam visio alicuius in Verbo. 2.D.9. Q.2 §. *Ad aliam quæstionem.* ✠. *Ad primum.* K.25.

Cognitiones duæ de eodem.

Cognitiones duæ eiusdem speciei & si possunt simul esse de eodem, non tamen duæ perfectæ eiusdem obiecti, & secundum eamdem rationem; quia aut vtraque illarum cognoscit obiectum perfectè quantum est cognoscibile, & tunc altera superfluit, aut non, & tunc neutra est perfecta. 3.D.14.Q.3. §. *Contra conclusionem.* ✠. *Præterea, contra.* n.3.

Cognitio nostra.

Cognitio nostra omnis oritur à sensu 1. & 2. Poster. Tex.35. & 37. 1. Meta. in proemio & 2. Phys. Tex. 6. cæcus enim natus non potest habere perfectam notitiam de coloribus: Hæc autem omnia essent falsa, si species intelligibiles rerum imprimerentur in anima ab intelligentia separata, vt voluit Auicenna 6. Natur. par. 5. cap. 6. 2. D. 11. Qu. *Vnica.* §. *Ista ratio.* ✠. *Aliter.* n.3.

Cognitionem aliquam experimur in nobis, quæ non competit nobis secundum organum sensitiuum, quia tunc determinaretur præcisè ad sensibilia determinati generis, cuius oppositum experimur, quia cognoscimus per talem actum differentiam cuiuscunque generis sensibilium ad aliquid, quod non est aliquid illius generis, ergo cognoscimus vtrumque extremum: patet illa consequentia secundum Phil. sic arguentem 2. de anima, & sensu communi Tex.149. 4.D.43. Q.2. §. *Respondeo.* ✠. *Sed tentandum.* C.7.

Cognitionem aliquam obiecti habemus in nobis sub aliqua ratione, sub qua non potest esse actua eius aliqua cognitio sensitiua; Experimur enim in nobis quod cognoscimus actu vniuersale: experimur enim quod cognoscimus ens, vel qualitatem sub ratione aliqua communiori, quàm sit ratio primi obiecti sensibilis, etiam respectu supremæ sensitiuæ; Experimur etiam, quod cognoscimus relationea consequentes naturas rerum, etiam non sensibilium: Experimur quòd distinguimus omne genus sensibilium ab aliquo, quod non est illius generis: Experimur quòd cognoscimus relationes rationis, quæ sunt secundæ intentionis, scilicet relationem vniuersalis, generis, & speciei &c. & aliarum intentionum logicalium: Experimur quod cognoscimus actum illum, quo cognoscimus ista, & illud, secundum quod inest nobis ille actus, quod est per actum reflexum super actum rectum, & susceptiuum eius: Experimur quod assentimus complexionibus sine possibilitate contradicendi, vel errandi: Experimur denique quod cognoscimus ignotum ex noto per discursum, ita quod non possumus dissentire euidentiæ discursus, nec cognitionis illatæ: quodcunque istorum cognoscere est impossibile alicui sensitiuæ potentiæ attribuere, ergo &c. *ibidem.* ✠. *Præterea habemus.* E.10.

Cognitiones, seu actus prædictos si quis proteruè neget in esse homini, non est cum eo vlterius disputandum, sed dicendum sibi, quòd est brutum; sicut nec cum dicente *non video colorem*, ibi non est disputandum, sed dicendum sibi, tu indiges sensu, quia cæcus es; ita quod quodam sensu, idest perceptione interiori experimur istos actus in nobis: & ideo si quis istos neget, dicendum est eum non esse hominem, quia non habet illam visionem interiorem, quam alij experiuntur se habere. *ibidem.* ✠. *Si quis.* E.11.

Cognitio animæ.

Cognitionem obiecti prius ignoti anima separata potest acquirere, & hoc tàm de cognitione abstractiua, quàm intuitiua: primum probo, quia actiuo sufficienti, & passiuo sufficienti sufficienter approximatis, potest sequi effectus: nunc autem in anima separata habente lapidem, vel aliud obiectum proportionaliter sibi præsens, concurrunt hæc omnia, agens sufficiens, & passum sufficiens respectu cognitionis abstractiuæ, sine speciei intelligibilis talis obiecti, per quam habetur cognitio abstractiua; & per istam rationem probatur secundum de intuitiua; nam causæ illius sufficientes sunt obiectum in actuali existentia præsens, & intellectus agens, & possibilis: hæc omnia possunt concurrere, ergo. 4.D.45. Q.2. §. *Ad quæstionem.* ✠. *Primum probo.* C.12.

Cognio & si possit acquiri ab anima per vsum sensuum, & per alium modum ab anima separata: non frustra fit vnio eius ad corpus, ex qua ipsa est conueniens vno modo acquirendi cognitionem. *ibidem. Ad primum principale.* F.14.

Cognitio Angeli.

Cognitio Angeli dum manet, habet modum manendi eumdem cum existentia Angeli, licet non habeat tantam durationem, sicut existentia eius habet; igitur habet mensuram eiusdem rationis cum illa existentia, & ita mensuratur æuo sua operatio, & non tempore. 2.D.2. Q.4. §. *Conclusionem.* n.4.

Cognitio Angelica creaturarum in Verbo ante lapsum, scilicet in statu innocentiæ, loquendo de lapsu, & ante beatitudinem bonorum, quæ cognitio vocatur communissimè cognitio matutina, quòd sit naturalis, & non præcisè beatifica, potest probari ex Aug. 4. super Genes. 23. quia, secundum eum, iste ordo erat in cognitione Angelica, creaturæ post creaturam, quòd prius naturaliter præcessit cognitio Angelica creaturarum in Verbo cognitionem earum in genere proprio; factis autem creaturis in genere proprio, statim potuit cognitionem earum habere in genere

Cognitio Angeli.

nere proprio; igitur omnes istæ cognitiones in Verbo præcesserunt naturaliter cognitionem creaturarum in genere proprio; omnes igitur, secundum eum, erunt simul productæ, igitur cognitio ista in Verbo naturaliter præcessit productionem earum in genere proprio: Sed tunc erant Angeli in statu innocentiæ, & non beati, quia aliqua morula fuit inter creationem, & lapsum eius: erat igitur aliqua cognitio Angelorum matutina, scilicet creaturarum, in Verbo existentium in naturalibus, aut saltem non beatorum; & ita videtur quòd oporteat dare distinctam cognitionem Angeli, stantis in cognitione naturali, vel in gratia, quia aliàs in ipsa causa præcisè cognita non posset prius cognoscere creaturas, & effectus ordinatos, quàm in genere proprio; nam ratio cognoscendi rem confusè non est ratio cognoscendi eam distinctè, & effectus ordinatos. 2.D.3.Q.9. *§. Ad quæstionem. ✝. Potest tamen probari*. F.10.

Cognitionem per speciem distinctè repræsentantem diuinam essentiam, dummodo non intuitiuè, intellectui Angeli, in statu innocentiæ, videtur rationabile concedere; quia non habemus regulam de intellectu Angelico, neque enim possumus attribuere illi omnem perfectionem, quæ est in intellectu simpliciter, neque tantam imperfectionem, quantam experimur in intellectu nostro; & rationabile est illi attribuere omnem perfectionem, quæ conuenit intellectui creato; & nulla repugnantia occurrit quòd intellectus creatus habet talem cognitionem per species &c. *ibidem. §. Dico igitur*. H.11.

Cognitio abstractiua distincta Angeli de essentia Diuina, in via, posset dici quòd non esset merè naturalis, quia ad eam non posset Angelus naturaliter attingere, ex naturalibus suis, neque ex causis necessarijs alicuius naturaliter agentis; ita quod licet Angelus, habens speciem essentiæ diuinæ, posset naturaliter vti ea, tamen ipsa species est à causa, & supernaturaliter agente. *ibidem. ✝. Posset dici, quòd illa cognitio*. N.16.

Cognitio nulla, ex suo genere, imperfecta conuenit superiori Angelo, quin inferior posset habere de eodem imperfectiorem, secundum genus: sed superior potest habere de inferiori cognitionem per speciem, & per essentiam; cognitio autem per speciem est imperfectior, ex suo genere, cognitione per essentiam; igitur Angelus inferior potest habere de se cognitionem per speciem. 2.D.3.Q.10.§. *Ad quæstionem*. G.16.

Cognitio, quam Angelus accipit à rebus, est perfectio Angeli; & ideo non potest causari à creatura inferiori principaliter, vel à causa totali: ista autem causalitas principaliter est in Angelo, ex parte intellectus agentis, non autem ex parte intellecti, vel obiecti. 2.D.3.Q.11. *§. Contra ex eisdem. ✝. Dices ista. & ✝. Verum est*. C.6.

Cognitionem intuitiuam singularium non potest Angelus habere in Verbo, vbi tamen cognitionem existentiæ habet: & ideo ad cognitionem intuitiuam rei necessariò concurrit obiectum reale, vel ipsa res, vt præsens. *ibidem. §. Respondeo ergo ad quæstionem. ✝. Tertio dico*. F.12.

Cognitio, quam Angeli in corporibus assumptis videntur habere de particularibus factis, audiendo, vel videndo, nihil aliud est, quam intellectio; & illam intellectionem suam potest exprimere, formando, & mouendo linguam localiter. 2.D.8.Q.*Vnica.§. In ista quæstione. ✝. Quantum autem*. D.4.

Cognitio huius Angeli si concedatur esse præsens alijs, sicut essentia sua: tamen locutio potest esse, qua exprimitur ista cognitio, vel cogitatio, non propter hoc, quòd sine tali expressione non possit videri, sed quia sine expressione non cognosceretur cognitione illa, quæ est auditio: Et etiam frequenter, sine auditione præuia, non esset visio huius cognitionis. 2.D.9.Q.2.*Ad primum principale secundæ quæstionis*. M.27.

Cognitio, qua Angelus Superior intelligit inferiorem intuitiuè, non est per aliquam speciem, vel habitum, qui possit esse de re non existente; ergo agit in Angelo intuitiuè illam cognitionem intuitiuam: Et tamen illa existentia cognita nihil eiusdem rationis, vel alterius rationis gignit in medio, quia medium, nec est capax intellectionis, nec speciei merè intelligibilis. *ibidem. §. Ad quæstionem istam. ✝. Secundo principaliter*. D.19.

Cognitio intuitiua, qua Angeli poterunt naturaliter cognoscere Christum pati, & mori, sicut poterant cognoscere ipsum viuere vita humana, multò perfectior est nostra ænigmatica, & de eodem subiecto: ita dico de existentia corporis Christi in Eucharistia. 4.D.10.Q.8. *Ad secundum principale*. L.12.

Cognitio Dei.

Cognitio omnis, præcedens in diuinis actum voluntatis, est merè naturalis, & per essentiam, vt ipsa est ratio merè naturalis intelligendi: De necessitate ergo cognosceret hoc, scilicet dictatum ab illa cognitione merè naturali, esse faciendum: & tunc voluntas, cui offerri, non posset non velle istud, quia tunc posset esse non recta; quia voluntas potens discordare à ratione practica potest esse non recta: de necessitate ergo voluntas diuina vellet hoc operandum, & per consequens omnia; quia qua ratione esset de vno, eadem ratione & de alio. 1.D.38.Q.*Vnica.§ Quamuis. ✝. Ex hoc sciendum*. B.2.

Cognitione non quasi abstractiua sunt omnia præsentia æternitati diuinæ in ratione cognoscibilis: & ita auctoritates omnes Sanctorum, quæ videntur sonare omnia esse præsentia æternitati, intelligendæ sunt de præsentia in ratione cognoscibilis, & non tantùm cognoscibilis, quasi cognitione abstractiua, sicut rosa non existens est præsens intellectui meo per speciem, sed de cognitione vera intuitiua, quia non aliter cognoscit Deus facta, quam fienda, & ita perfectè sunt præsentialiter cognita ab intellectu diuino fienda, sicut facta. 1.D.39.Q.1.2.3. &c. *§. Ad argumenta pro secunda opinione. ✝. Ad auctoritates*. Y.35.

Cognitio Christi.

Cognitione abstractiua, quæ scilicet est obiecti, siue singularis, siue vniuersalis, potest dici quod Anima Christi Domini nouit omnia vniuersalia, siue quiditates habitualiter per species infusas; quia cum illa notitia sit perfectionis in intellectu creato, eo quod sit passiuus respectu cuiuscunque obiecti intelligibilis, quia non habet in se cognitionem omnium intelligibilium; & carere perfectione sibi possibili respectu alicuius obiecti sit imperfectionis in intellectu: videtur probabile attribuere huic intellectui perfectionem respectu omnis intelligibilis, qualis attribuitur Angelis; cum nec illa repugnet intellectui creato, nec sit imperfectio in eo, nec etiam incompossibilis cognitioni in Verbo, quæ ponitur competere huic animæ, quia secundum Aug. 4 super Genes. simul stant cognitio in Verbo, & cognitio in proprio genere. 3.D.14.Q.3.§.*Ad quæstionem. ✝. De cognitione*. A.4.

Cognitio competens Viatori fuit in Christo; Cum autem determinat Philosophus 1. Metaph. in proemio, & 2. Poster. in fine, quod ista cognitio est ex multis actibus, & experientijs; Dico quòd quantum ad aliquid, est necessitatis in nobis, & aliquo modo non: quo ad cognitionem intuitiuam semper est necessitatis, & quo ad hoc competebat Christo, quia fuit nobiscum Viator; quantum autem ad cognitionem abstractiuam, non semper est necessarius ille processus, quia hæc potest haberi per species nõ tantum abstractas, sed infusas, quibus habuit eam Christus; Et ideo quo ad hoc non fuit modus ille necessarius in Christo, sicut in nobis. *ibidem. Ad secundum principale*. D.8.

Cognitio, & fruitio cum præsupponant intellectum, & voluntatem, & in Christo fuerit summa gloria, & summa fruitio, & omnis scientia, ratione naturæ assumptæ, oportet ponere in Christo vtramque potentiam optimè dispositam. 3.D.17.Q.*Vnica.§. Istam quæstionem. ✝. Præterea supra*. A.2.

Cognitiuus.

Cognitiuæ potentiæ multæ cum sint in homine suprema cognitiua, scilicet intellectiua potissimè dicitur cognitiuum hominis, vt homo. 3.D.15.Q.*Vnica. §. Quantum ad secundum articulum. ✝. Quod etiam declaratur*. L.19.

Cognitum.

Cognitum primum actualiter, *siue* Primum actualiter cognitũ confusè, ordine originis, est species specialissima, cuius

P singula-

Cognitum.

singulare efficacius, & fortius primo mouet sensum, siue sit audibile, siue visibile, siue tangibile; quodcunque enim indiuiduum fortius mouet sensum, eius species primo cognita est cognitione confusa: & hoc supposito, quòd singulare sit in debita proportione præsens sensui. 1. D. 3. Quæst. 2. *§. Loquendo igitur*. ℣. *His præintellectis*. L. 22.

Cognitum primum, *seu* Primum conceptum (loquendo de cognitione actuali distinctè conceptorum) est communissimum, & quæ sunt propinquiora sibi, sunt priora; & quæ sunt remotiora, posteriora sunt. *ibidem*. ℣. *Secundo. dico*. N. 24.

Cognitum primum, *vel* Primum cognitum, hoc est, perfectissimum, est Deus, quod tantum probat illud argumentum *vnumquodque sicut se habet ad esse, sic ad cognitionem*. 2. Metaph. Tex. 4. 5. Sed Deus est primum ens, ergo primum cognitum. *ibidem. Ad tertium principale*. X. 30.

Cognitum esse ab intellectu diuino non ponit illud esse in se, sed in intellectu præsentialiter. 1. D. 8. Q. 5. *§. Contra istam conclusionem*. ℣. *Quod instatur*. N. 16.

Cognitum, in quantum cognitum, habet *esse* participatum ipsius cognoscentis. 1. D. 13. Qu. *Vnica*. §. *Aliter ponitur*. ℣. *Contra istud*. D. 7.

Cognitum, *siue* Ens cognitum quòd sit, non repugnat alicui: *vel sic*, Non repugnat alicui quòd sit ens cognitum, licet nullum verum esse reale habeat. *ibidem*.

Cognitum, *idest* Esse cognitum essentiæ in diuinis non potest esse prius naturaliter perfecto esse essentiæ in se. *ibidem*. ℣. *Illam instantiam*. G. 10.

Cognitum *esse*, idest, *esse cognitum*, in quo fundatur possibilitas ad creari, concomitatur possibilitas ad *esse simpliciter*, licet formaliter *esse cognitum* non sit *esse possibile*, quia *esse cognitum* est esse in actu, licet *secundum quid*: *Esse possibile* est esse in potentia ad *esse simpliciter*, & non in actu: nec tamen esse in potentia est *esse simpliciter*: sed est fallacia secundum quid ad simpliciter. 2. D. 1. Q. 2. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Quod arguebatur*. G 10.

Cognitum primum, *siue* Primum cognitum non perfectè attingitur, quando non in se attingitur, sed tantummodo in aliqua diminuta, vel deriuata similitudine. *Quodl*. Q. 6. *§. Et statim*. ℣. *Secundo arguitur*. G. 8.

Cognitum per fidem excellit quodcunque cognoscibile naturaliter: ista propositio est falsa, loquendo de cognoscibili ab intellectu abstracto: vera est tamen, loquendo de cognoscibili naturaliter ab intellectu nostro, pro statu viæ: & ideo nobis necessaria est fides, non autem illi intellectui abstracto. 4. D. 10. Q. 8. *Ad secundum principale*, L. 12.

Cognoscens.

Cognoscens, *siue* Intelligens est primum efficiens, quia dirigit effectum suum ad finem; ergo vel naturaliter dirigit, vel cognoscendo, & amando finem: non naturaliter, quia non cognoscens nihil dirigit, nisi in Virtute cognoscentis, *sapientis* enim *est prima ordinatio*. 1. Metaph. in proemio, sed primum efficiens in nullius virtute dirigit, sicut nec causat; Tunc enim non esset primum, ergo. 1. D. 2. Q. 2. *§. Ostenso esse*. ℣. *Item arguitur*. R. 20.

Cognoscens illud non potest præcisè cognoscere existentiam rei, quod cognoscit per rationem indifferentem ad existentiam, & non existentiam. 2. D. 3. Quæst. 8. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, si Angelus*. A. 7.

Cognoscens oportet esse non tale, vel esse denudatum ab eo, quod cognoscit, vel recipit, & ratione cognoscendi: ista propositio si generaliter accipiatur, concludit omnem intellectum esse nihil; quia omnis intellectus secundum se est totius entis, & ita ipse nihil erit entium, & intellectus iste est falsus; sed tantùm non est materiale, vel organicum, vt sit capax omnium, quia si *esse* materiale, vel organicum esset tantùm capax aliquorum sine materia, quorum talis receptio non repugnaret suæ entitati materiali; suæ autem entitati intellectuali non repugnat receptio intellectualis quorumcunque. *ibidem*. *Ad tertium principale*. M. 16.

Cognoscens non omnis, *siue* Non omnis cognoscens existētiam alicuius, cognoscit ipsam intuitiuè, quia potest ipsam cognoscere abstractiuè. 2. D. 3. Q. 11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ℣. *Tertia dico*. F. 12.

Cognoscere.

Cognoscere non possumus ex puris naturalibus propria substantiarum nobilissimarum separatarum; quia si in aliqua scientia naturaliter possibili traderentur hæc, hoc esset in metaphysica; sed ipsa non est possibilis naturaliter à nobis haberi de proprijs passionibus istarum substantiarum separatarum. *Prolog*. Q. 1. §. *Tertio arguitur*. F. 14.

Cognosci non potest aliquid cognitione intuitiua, in quo sunt aliqua plura distincta ex natura rei, nisi etiam alia distincta videantur: ista propositio est falsa, nisi quando in illis ex natura rei distinctis ipsum primum visum distinguitur, sicut in exemplo adducto ab auctoribus huius proportionis de albedine, quæ non videtur distinctè, nisi videantur omnes partes eius, quæ sunt in basi pyramidis, scilicet speciei visibilis albedinis: nam hoc ideo est quia albedo, & album visum distinguuntur in partes, in quibus videtur: & ideo non distincte videretur album, nisi illæ partes, in quibus distinguitur album visum, distinctè viderentur. in diuinis autem & si personæ, ex natura rei, distinguantur, tamen essentia visa non distinguitur in eis, quia est de se *hæc*: ideo potest videri sine illis visis, quæ subsistunt in ea. 1. D. 1. Q. 2. *§. Per hoc*. ℣. *Ad tertium*. E. 7.

Cognoscere aliquid, vt singulare, ita quod singularitas sit modus concipiendi, est cognoscere illud vt hoc, sicut album videtur vt hoc; & hoc modo non cognoscitur à nobis essentia diuina sub ratione singularis, 1. D. 2. Qu. 3 *Ad illa*. ℣. *Ad secundam rationem*. C. 7.

Cognoscitur nunquam de aliquo *si est*; vel sic, Nunquam cognoscitur de aliquo *si est*, nisi habeam aliquem conceptum illius extremi, de quo cognosco *esse*. 1. D 3. Qu. 1 *alias secunda*. §. *In prima quæstione*. ℣. *Nec est distinguendum*. n. 2.

Cognoscuntur per species creaturarum quæ cognoscuntur de Deo: *vel sic* Quæ cognoscuntur de Deo, cognoscuntur per species creaturarum; quia siuè vniuersalius, & minus vniuersale cognoscantur per eamdem speciem minus vniuersalis; siue vtrumque habet speciem intelligibilem sibi propriam, saltem illud, quod potest imprimere, vel causare speciem minus vniuersalis in intellectu, potest etiam causare speciem cuiuscunque vniuersalioris; & ita creaturæ, quæ imprimunt propria species in intellectu, possunt etiam imprimere species transcendentium, quæ communiter conueniunt eis, & Deo: & tunc intellectus propria virtute potest vti multis speciebus simul, ad concipiendum illa simul, quorum sunt illæ species, puta speciem boni, speciem summi, speciem actus ad concipiendum summum, bonum, & actualissimum. *ibidem*, §. *Quinto dico*. F. 18.

Cognoscere distinctè habetur per diffinitionem, quæ inquiritur per viam diuisionis, incipiendo ab ente, vsque ad conceptum diffiniti. *ibidem*. §. *Loquendo igitur*. ℣. *Secundo dico*. N. 24.

Cognoscere, siue attingere actualius obiectum, est intellectio perfectior simpliciter, quia habet æqualem perfectionem ex parte intellectus cum quacunque alia intellectione, vel non minorem; & habet perfectionem multò maiorem ex parte obiecti, quæ duo, scilicet, perfectio potentiæ, & perfectio obiecti, sunt causa perfectissime cognitionis, siue intellectionis. *ibidem*. *§. Hunc de ordine*. T. 29.

Cognoscitur nunquam, *siue* Nunquam per notionem suam ita perfectè cognoscitur res, sicut per essentiam diuinam. *ibidem*. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. V. 30.

Cognoscendi duo modi, vnus scilicet sicut sensus particularis, qui est obiecti, secundum quod est per se, vel in se existens: alter potentiæ phantasticæ, quæ cognoscit idem, secundum quòd est præsens per speciem, quæ species posset esse eius, licet non esset existens, vel præsens, ita quod cognitio phantastica est abstractiua respectu sensus particularis: isti, inquam, duo modi cognoscendi (quia quæ sunt dispersa in inferioribus, quandoque sunt vnita in superioribus) qui sunt dispersi in potentijs sensitiuis propter organum, quia non est idem organum, quod est bene receptiuum, & quod est bene retentiuum, vniti sunt in intellectu, cui, vt vni potentiæ, potest vterque actus competere. 2. D. 3. Q. 9. *§. Ad quæstionem*. ℣. *Secunda declaratio*. C. 7.

Cognoscendi omnis vna ratio, *vel* Omnis vna ratio cognoscendi habet obiectum vnum adæquatum sibi, in quo obiecto

Cognoscere.

obiecto includuntur perfectè omnia cognoscibilia per rationem illam, si plura sunt cognoscibilia per illam. 2. Dist. 3. Quæst. 10. *§. Ista opinio*. *℣. Secundo probo*. B.8.

Cognoscendi plura quicquid est ratio: *vel sic*, Quicquid est ratio cognoscendi plura habet vnum obiectum, in quo perfectè continentur illa plura. *ibidem*. *℣. Vel aliter*.

Cognoscendi alterum perfectè nihil est ratio: *vel sic*, Nihil est ratio cognoscendi alterum perfectè, nisi sit propria ratio eius, vel contineat propriam rationem eius cognoscendi. *ibidem*. *Tertiò probatur*. C.9.

Cognoscendi omnis vna ratio potest habere aliquem vnum actum intelligendi, adæquatum sibi. *ibidem*. *℣. Præterea omnis*.

Cognoscere singulare non est imperfectionis, quia hoc conuenit intellectui diuino: non tamen est tanta perfectio, quòd tantùm sibi conueniat, sed etiam alijs. 2. Dist. 3. Quæst. 11. *§. Contra istam viam*. *℣. Ad aliud dico*. D.9.

Cognoscere de subiecto maximè oportet, *quid est*: vel sic; Oportet maximè cognoscere de subiecto *quid est*, vt vult Phil. 1. Poster. Tex. 25. & ratio est, quia in ratione, & quiditate subiecti virtualiter includitur tota ratio scientiæ: nec per ipsam demonstrationem acquiritur aliquo modo de subiecto, *quid est*, imo totaliter præsupponitur; sed tantum per demonstrationem acquiritur cognitio passionum, inhærentium sibi; & ita erit de cognitione respectu principij, quod cognitio principij totaliter præsupponitur demonstrationi, & in nullo perfectior acquiritur per demonstrationem. 3. D. 14. Q. 2. *§. Contra rationem*. *℣. Item tunc*. H.12.

Cognoscere obiectum in aliquo, in quo habet *esse* perfectius, quàm in se, non est cognoscere in genere proprio; non enim esset nata sic cognosci sessio Petri, nisi esset præsens in se. 3. D. 14. Q. 3. *§. Ad quæstionem*. *℣. Loquendo tamen*. B.6.

Cognoscitur perfectè nihil, *vel sic*: Nihil cognoscitur perfectè, nisi cognito eo, quod est de essentia sua. 1. D. 3. Q. 5. *§. Ad rationes*. *℣. Ad argumentum*. L.14.

Cognoscere posse omnia cognoscibilia, cum hoc non sit producere ipsa in *esse*, non requirit, nisi potentiam intellectiuam, & habitus, vel species, quorum anima est capax: ideo intendendo in scibilia, non cansando ea, sed tantum cognoscendo, non requiritur tanta perfectio in fundamento, quo absolutè cognoscit, sicut requiritur in fundamento Omnipotentiæ, quo potest omnia possibilia causare. 3. D. 16. Q. 2. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. E.9.

Cognoscitur nihil, *vel* Nihil cognoscitur, nisi per hoc, quod cognitum est in cognoscente; cum hoc dicitur, concedatur suo modo *essendi in*, scilicet per speciem obiecti, vel per habitum, secundum alios: quando autem additur quod cognitum est in cognoscente per modum naturæ suæ, ex hoc habemus tantùm quod cognitio est perfectio proportionata naturæ cognoscentis, & quod per cognitionem obiectum est proportionatum naturæ cognoscentis. 4. D. 49. Q. 11. *§. Respondeo, dicitur*. *℣. Respondeo ad primam*. n.4.

Cognoscere sic, vt perfectio potentiæ sensitiuæ in cognoscendo competat potentiæ intellectiuæ, non potest ipsa potentia intellectiua, nisi cognosceret existens, & vt in existentia propria præsens est, vel in aliquo obiecto intelligibili, ipsum eminenter continente. *Quodl*. Q.6. *§. Et statim*. *℣. Secundo arguitur*. G.8.

Cognoscere iudicialiter.

Cognoscere in causa, & sententiare de ea est eiusdem, & vt eiusdem iurisperiti: hæc est manifesta, quia ad hoc cognoscit iste, & vt iste, vt rectè sententiet. 4. D. 21. Q. 2. *§. In ista quæstione*. *℣. Contra rationem*. A.5.

Cognoscere nostrum.

Cognoscimus, vt experimur in nobis, actu vniuersale: ens, vel qualitatem sub ratione aliqua communiori, quam sit ratio primi obiecti sensibilis, etiam respectu supremæ sensitiuæ: relationes consequentes naturas rerum etiam non sensibilium: relationes rationis, quæ sunt secundæ intentionis, scilicet relationem vniuersalis, generis, & speciei &c. & plura alia, quorum quodcunque cognoscere est impossibile alicui sensitiuæ. 4. D. 43. Q. 2. *§. Respondeo*. *℣. Præterea habemus*. E.10.

Cognoscibile.

Cognoscibilia necessaria ex se perfectissimam sui cognitionem habent in intellectu diuino, absque actu suæ voluntatis. *Prolog*. Q. 4. *§. Si obijciatur, quia tunc*. *℣. Cum verò improbatur*. Q.35.

Cognoscibile perfectissimum existit. 1. D. 2. Q. 2. *§. Quarta via*. *℣. Summum cogitabile perfectissimum*. Bb.32.

Cognoscibile nihil, *vel* Nihil cognoscibile per essentiam perfectissimè cognoscitur, nisi cognoscatur per essentiam suam, vel per aliquid perfectius, includens essentiam suam, quàm ipsa sit in se. 1. D. 2. Q. 3. *§. In ista quæstione*. *℣. Prima via*. n.2.

Cognoscibile perfectissimum à nobis, loquendo de ordine perfectionis simpliciter, etiam naturaliter est Deus: vnde in hoc etiam ponit Philosophus fælicitatem naturalem 10. Eth. cap. 10. & post ipsum species specialissima perfectior in vniuerso, & deinde species proxima illi: & sic vsque ad vltimam speciem, & post omnes species specialissimas, genus proximum abstrahibile à specie perfectissima, & sic semper resoluendo. 1. D. 3. Q. 2. *§. Nunc de ordine*. T.29.

Cognoscibile est aliquid secundum speciem: *vel sic*, Dico secundum Augustinum 9. de Trin. cap. 10. quod aliquid est cognoscibile secundum speciem, & aliquid secundum priuationem; cognitio secundum speciem est eius rei, quæ cognoscitur in se: secundum priuationem cognoscitur, quod cognoscitur per aliud, & idem dicit Phil. 4. 7. & 9. Met. quod priuatio cognoscitur per habitum. 4. D. 50. Q. 3. *§. Respondeo*. *℣. Secundo est*. B.3.

Cognoscibilia perfectius secundum proportionem (loquendo de notitia perfectiore secundum proportionem ad cognoscibile) sunt perfectiora sensibilia, & sensus efficacius mouentia; quia intellectus noster plus attingit ad illa, secundum gradus cognoscibilitatis eorum; & quæ sunt remotiora ab illis, sunt minus cognoscibilia, secundum proportionem suæ cognoscibilitatis. 1. D. 3. Q. 2. *§. Nunc de ordine*. *℣. Si autem loquamur*. V.29.

Cognoscibilitas.

Cognoscibilitatis rei ad eius *esse* ratio sic, vnumquodque sicut ad *esse* se habet, sic ad cognoscibilitatem ex 2. *Met*. *Tex*. 4. 1. D. 2. Q. 2. *§. Ostenso proposito*. *℣. Secundo iuxta*. A a.30.

Cognoscibilitas & si sequatur entitatem proportionaliter, non oportet tamen quod res sicut se habet ad entitatem, sic se habeat ad cognosci, nisi intelligatur ab illo intellectu, qui respicit intelligibilia omnia secundum gradum proprium cognoscibilitatis eorum, qualis non est noster intellectus, sed maximè cognoscit sensibilia. 1. D. 3. Q. 2. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. V.30. & Q. 4. *alias* 4. *Ad secundum principale*. I.26.

Cognoscibilitas tota singularis non continetur sub cognoscibilitate vniuersalis. 2. D. 3. Q. 11. *§. Contra istam viam*, *℣. Ad primam rationem*. D.9.

COL

Collatio.

Collationem nullus sensuum habere potest, quia hoc est proprium intellectus. 4. D. 45. Q. 3. *§. Circa istam quæstionem*. *℣. Sed non est*. D.7.

Collatio obiecti voliti per actum voluntatis ad aliud non magis est realis, quam comparatio obiecti intellecti ad aliud per actum intellectus. 4. D. 16. Q. 2. *§. Respondeo*. *℣. Secunda conclusio*. E.7.

Collectio.

Collectio partium materiæ corporis resuscitandi, aute resurrectionem, fiet ministerio Angelorum, & ideo in tempore: Antecedens patet ex illo dicto Saluatoris Math. 24. *Mittet filius hominis Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis à summis cælorum vsque ad terminos eorum*: Quod est dictu, quocunque dispersæ fuerint partes materiæ corporis in elementa, siue in ignem, siue in terram *à summis Cælorum vsque ad terminos eorum*: siue in quodcunque corpus medium aqueum, aereum, vel imperfectè mixtum, *à quatuor ventis* omnes materiæ partes recolligentur, & reunientur: consequentia apparet per hoc, quod dictum est in 2. lib. D. 8. Qu. *Vnica*, quod Angelus non potest mouere corpus in instanti. 4. D. 43. Q. 5. *§. De primo dico*. A. 3.

Color.

Color (si vna est qualitas sensibilis in corpore in nocte lucente, quod in lumine diei repræsentat se sub ratione colorati, in lumine autem noctis sub ratione lucentis) quodammodo continet lucem, cum sit lux in corpore terminato, & ideo in alio, & alio lumine causat diuersa repræsentatiua, aliud scilicet in maiore, & aliud in minore. 1. D. 3 Q. 6. *§. Contra istam opinionem* ꝟ. *Confirmatur, quia lumen*. B. 7.

Color, & figura, vtrumque est per se visibile, & per consequens positiuum. 2. D. 2. Qu 9. *Ad secundum principale*. ꝟ. *Præterea secundum superficiem*. L. 28.

Color in albedine est vnum specie, quia quicquid est in vna specie, est vnum specie; ergo non habet vnitatem minorem vnitate speciei; non sequitur, nam sicut aliquid potest dici animatum denominatiuè, vt corpus, vel per se primò, vt homo; & ita superficies dicitur alba denominatiuè, superficies alba dicitur alba per se primo modo, quia subiectum includit prædicatum; ita dico, quòd potentiale quod contrahitur per actuale, informatur ab illo actuali, & per hoc informatur ab illa vnitate, consequenter illam actualitatem, siue illum actum, & ita est vnum vnitate propria illius actualis: sed denominatiuè est sic vnum, non autem est de se sic vnum, nec primò, nec per partem essentialem; color ergo in albedine est vnum specie, licet non de se, nec per se, nec primò, sed denominatiuè tantum. 2. D. 3. Q. 6. *§. Ad quæstionem ergo*. ꝟ. *Respondeo sicut*. E. 10.

Coloris receptiuum, secundum *esse* materiale, est superficies corporis terminati; receptiuum autem eius sine materia est corpus perspicuum, siue non terminatum. 2. D. 3. Q. 8. *Ad tertium principale*, L. 16.

Color non est propria perfectio substantiæ corporeæ, quia non recipitur in illa, nisi mediante superficie, quæ realiter distinguitur ab ea; & reciperetur in ipsa, si esset separata ab ipsa, & maneret: ideo substantia est colorata per accidens. 2. D. 16. Q. *Vnica*. §. *Dico igitur*. ꝟ. *Et præterea*. H. 15.

Color, vt quid commune abstractum, non videtur ab oculo, sed hoc album, & hoc nigrum, quorum neutrum est obiectum adæquatum visui; quia nulla potentia habet obiectum adæquatum non abstractum, nisi diuinus intellectus; quia nulla res est, in qua contineantur omnia perceptibilia à potentia, nisi essentia diuina. 2. D. 24. Q. *Vnica. Ad secundum principale*. E. 6.

Color nullus idem sicut potest esse albedo, & nigredo: *vel sic*, Sicut nullus idem color potest esse albedo, & nigredo simul, sic nec idem corpus potest esse album, & nigrum simul; quia quæ formaliter, ex se, esse simul repugnant, in quolibet repugnabunt simul esse. 3. D. 1. Quæst. 4. §. *Potest ergo dici*. ꝟ. *Sed primum*. B 3.

Color si se habeat ad superficiem primò, vt perfectio ad perfectibile, & non determinatur, ex natura alterius extremi, ad aliquid inferius, vt sit extremum proportionis, qualibet superficies potest perfici à quocunque colore: quod si extrema determinentur aliunde, putà quod superficies, vnde talis, substantiæ scilicet lapidis fiat determinatum extremum talis coloris: tunc ista superficies non potest recipere quemcunque colorem, quod non est ex parte eius, qua perfectibile est, sed in quantum illud, cuius est, determinat sibi certam speciem, vel certum gradum coloris: sed si absolutè esset perfectibile & reliquum, perfectio qualibet posset perfici à quocunque gradu. 3. D. 13 Qu. 4. §. *Ad primam quæstionem*. ꝟ. *Præterea, quando*. G. 7.

Color respicit quantitatem pro per se subiecto: corpus autem Christi non habet in Eucharistia ordinem ad locum, ratione quantitatis, ergo nec ratione coloris: hinc non sequitur, nisi quòd color non habet ordinem ad locum eo modo, quo quantitas, quæ est subiectum eius, non habet ordinem ad locum: hoc autem non est, nisi quia non est extensio proportionalis extensioni quantitatis illius corporis: si ergo inferas quod color non coextenditur extensioni quanti continentis, quod concedo: sed si inferas, ergo non potest alterare medium, nihil ad B. 4. D. 10. Q. 9. §. *Hic dicitur*. ꝟ. *Ad secundam*. A. 4.

Colorum commensurationes sequuntur commixtionem propriarum qualitatum: & ideo secundum diuersas complexiones habebunt corpora Beatorum diuersos colores; vnde & modò magis delectatur vnus in vno colore, quam in alio, quia conuenieus est complexioni suæ; & sic omnes Beati non erunt æquè clari, etiam habentes sibi similem complexionem, sed secundum merita sua. 4. D. 49. Q. 15. §. *Respondeo*. A. 2.

Coloris susceptiuum est densum, quia color non est nisi in perspicuo terminato, *ibidem*, *Ad primum principale*. C. 3.

Color, & lux secundum se, potest dici quod non repugnant nec ex parte sensitiui, sed ex parte Agentis: & ideo simul ab Agente creato non possunt induci: sed partes perspicuæ non sunt receptiuæ lucis, sed tantum luminis: & ideo colorata, & quæ habent lucem non possunt esse perspicua: vel si sint perspicua, & cum hoc habent lucem, non sunt nisi sicut noctiluca, *ibidem*.

Color si est primum obiectum visus, ipsum, secundum se, est visibile, non per se primo modo: Et hoc est, quod dicit Aristotel. 2. de Anima. Tex. 56. *visibile est color; hoc autem secundum se visibile, secundum se ipsum autem, non ratione*, scilicet, *non ratione*: hoc est, hoc prædicatum, quod est visibile, non cadit in ratione subiecti, sed per se secundo modo, quia in subiecto est causa prædicati; & hoc intendit ibidem cum subdit, *sed quoniam in se ipso habet causam*. *Quodl.* Q. 8, *§. Ad ista* ꝟ. *Ad tertiam*. H. 14.

Color ad hoc, quòd agat in visum, requiritur alia causa concurrens, scilicet lumen: ideo tunc solùm est color visibilis in potentia propinqua, quando est actu illuminatus. *Quodl.* Q. 15. §. *Si vero*. ꝟ. *Ad aliud* Q. 19.

Color, quem video, & si participet entitatem suam à primo ente, & visibilitatem à primo visibili: non tamen color visus requirit primum ens, vel primum visibile prius videri, quia non videtur participatione eius, vt visi, sed vt entis, vel visibilis. *Quodl.* Q. 16. *De primo*. ꝟ. *Hic potest*. G. 6.

COM

Combustibile.

Combustibile, vt lignum v. g. igni approximatum non comburit se, nec ignis est causa tantum, *sine qua non*, sed verè comburit lignum: voluntas autem, & apprehenso obiecto, est causa actiua suæ volitionis, & non obiectum apprehensum, quod se tantum habet respectu volitionis tanquam causa, sine qua non; quia rationabile est quod tam nobilis perfectio animæ, cuiusmodi est voluntas, qua anima est in actu primo, possit eatre in actum secundum, quo anima formaliter perficitur in actu secundo, nullo alio actiuo requisito: Sed ad huiusmodi passiones, quæ sunt calefieri, & vmectari, quibus corrumpitur natura ligni, & non perficitur, non potest poni rationabiliter ipsum lignum habere actum primum, seu principium actiuum, quo actiuè, (præsente igne, sicut causa, *sine qua non* solùm) reducat se ad actum illum secundum, quo natura ligni corrumpitur. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*, ꝟ. *Ad aliud, sustinendo*. M. 18 P. 20.

Comestio.

Comestio, quæ præcedit nutritionem, non est, nisi diuisio cibi per motum localem maxillarum, & traiectio in ventrem per motum localem: & tunc potest fieri exhalatio, vel resolutio in humores, vel elementa in corpore assumpto ab Angelo: & isti motus locales possunt fieri circa corpus, virtute actiua Angeli corpus assumentis. 2. Dist. 8. Quæst. *Vnica*. *§. In ista quæstione*. *℣. Quantum autem*. E. 4.

Comestio Christi post resurrectionem coram discipulis, cum alijs argumentis multis, quæ sunt in Euangelio, bene probat veram Christi resurrectionem, & si non per se tantùm: vel dico quod erat comestio ordinata ad veram nutritionem, quia non est inconueniens, quod corpus gloriosum possit conuertere corpus non gloriosum in ipsum, sicut esse simul potest cum corpore non glorioso: nec propter hoc est corruptibile, quia potest aliud conuertere in se: posset enim Deus facere corpus gloriosum in minima quantitate, & illud augere per comestionem, nec tamen aliquid corrumperetur de nutrito, & aucto, in corporibus tamen talibus assumptis ab Angelis non est nutritio, sed tantum additio, vel appositio. *ibidem*. *℣. Respondeo*. G. 5.

Commensuratio.

Commensuratio, vel magis propriè, coextensio corporis quanti in ordine ad aliud corpus, est relatio extrinsecus adueniens, quæ non necessario sequitur quantitatem positam, & terminum; & de tali commensuratione loquimur, cum negamus commensurationem corporis Christi in Eucharistia ad locum, siue ad partes loci, vel locantis: nam si loquaris de commensuratione secundum æqualitatem, vel inæqualitatem, quia scilicet hoc sit maius, vel minus, istam concedo in proposito, quia corpus Christi est maius hostia, sed non istam commensurationem, quæ dicitur propriè coextensio, quæ propriè dicit simultatem partis cum parte. 4. D.10. Q.1. §. *Dico ergo*. *℣. Dico quod*. P.16.

Commensuratione locati ad locum secundum multum, & vnum attenta, ex qua aliqui arguebant contra possibilitatem eiusdem corporis in pluribus locis circumscriptiuè simul; sic: sicut locatum commensuratur dimensionibus loci secundum quantum, & continuum, sic commensuratur secundum vnum, & plura; ergo si idem locatum sit in diuersis locis, erit simul vnum, & plura, impossibilius erit duo corpora esse simul magis, quam vnum corpus in duobus locis, quia aut ideo oportet locatum multiplicari multitudine illa locorum, quia commensuretur loco, aut propter aliquam rationem specialem: Si propter primum, cum æquè oporteat loca commensurari locatis, sicut è conuerso, quia commensuratio talis est respectus communis, tunc sequitur quod ad multiplicationem locatorum sequitur multitudo locorum, & ideo sequitur propositum, scilicet, quod æquè est impossibile duo corpora esse simul, sicut idem in pluribus; Si verò propter aliquid aliud, hoc non potest esse, nisi posterioritas naturalis, vel simultas loci respectu dimensionis locatæ; nam prius naturaliter non oportet commultiplicari posteriori, sed posterius priori: sed si ista est ratio, manifestum est quod dimensiones loci sunt posteriores dimensionibus locati, ergo magis oportet dimensiones loci multiplicari ad multitudinem dimensionum locati, quam è conuerso. 4. D.10. Q.2. §. *Alius sic arguit*. *℣. Sed contra istud*. C.6.

Commensuratio actualis videtur esse posterior æqualitate, quia videtur importare coextensionem, & applicationem aliquorum æqualium, & modum talem extendendi, siue habendi quantitatem, secundum quam possunt extendi, & applicari ad hoc, quod sint commensurabilia. *Quodl.* Q. 6. §. *Istarum quatuor*. *℣. Præterea, quod additur*. Dd. 25.

Commentator.

Commentatoris auctoritatibus, adduci solitis de motu grauium, & leuium, non multum est innitendum, quia de hoc videtur variè loqui in diuersis locis. 2. D.2. Qu.10. *§. Et si dicatur*. *℣. Respondeo dico*. B. 5.

Commodum.

Commodum maximũ maxime appetitur à voluntate, nõ sequente regulã iustitiæ, & ita primò, quia nihil aliud regulat illam voluntatem non rectam, nisi inordinatus appetitus, & immoderatus illius maximi commodi: maximum autem commodum est beatitudo perfecta. 2. D.6. Q.2. §. *In ista quæstione*. *℣. Et videtur ibi*. C. 5.

Commodum summum est beatitudo, & esset commodum, licet, per impossibile, non esset honestum. 4. D.46. Qu.4. §. *Ad quæstionem*. *℣. De primo*. A. 4.

Commoda, secundum Anselmum De concordia cap. 10. nolle non possumus. 3. D. 26. Q. *Vnica*. *§. Ad primum horum*. *℣. Ad tertium*. K. 21.

Commune.

Commune si potest causare habitum, non sequitur quod speciale possit, & è conuerso; Non enim quodlibet contentum sub illo communi respicit habitum illum, vt effectum eius, sed tantùm aliquod primum obiectum continentiuum, quod virtualiter continet omnia, ad quæ habitus se extendit. *Prolog.* Qu. 3. §. *Contra istud*. *℣. Ad primum*. D. 5.

Commune aliquod quando diuiditur primò per differentias oppositas, impossibile est vtramque differentiam inueniri in aliquo vno, contento sub illo communi. *Prolog.* Q.4. §. *Alia opinio*. *℣. Contra istam*. N. 30.

Communiora, quantum ad notitiam habitualem, vel virtualem, sunt prius nota via originis, vel generationis. 1. D.3. Q.2. §. *Quantum ad notitiam*. *℣. Quantum ad istam*. R. 28.

Communioris, & minus communis ratio quandocunque concurrunt in aliquo, quicquid in illo sequitur per se rationem communioris, sequitur etiam eam vbi inuenitur, absque ratione minus communis: hoc apparet in omnibus communibus, habentibus proprias passiones, & eorum inferioribus. 1. D.9. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. *℣. Per istam rationem*. B. 3.

Commune omne dictum de Deo, & creatura: *vel sic*, Quicquid dicitur communiter de Deo, & creatura, est indifferens ad finitum, & infinitum, loquendo de essentialibus quibuscunque; vel saltem ad finitum, & non finitum, loquendo de quibuscunque; quia relatio diuina nec est finita, nec infinita: nullum autem genus potest esse indifferens ad finitum, & infinitum. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem*. *℣. Ex primo arguo*. G. 16.

Commune aliquid sicut ab aliquo absoluto, & respectiuo, loquendo quidditatiuè, potest abstrahi, ita etiam ab incommunicabili tali, & tali abstrahitur aliquid, quod nec est de se incommunicabile absolutum, nec incommunicabile relatiuum: tale quid describit Ricardus, & Boet. describendo personam: hoc addito, quod illud sit in natura intellectuali, ita quod, sicut descriptio Superioris non debet includere propriam rationem alicuius inferioris, ita descriptio personæ, quæ sit incommunicabilis in natura intellectuali, non debet includere aliquid, propriè pertinens ad incommunicabile absolutum, nec propriè ad incommunicabile relatiuum, sed debet esse indifferens ad vtrumque, & ita describit vterque personam. 1. D. 26. Qu. *Vnica*. §. *Ad illa de quarta via*. *℣. Ad tertium de Ricardo* Bb. 52.

Communis diuisio communis est in habitum, & priuationem, sicut animal in rationale, & irrationale: irrationale quidem dicit priuationem in boue, non eius, quod natum est haberi in boue secundum speciem, sed eius, quod natum est haberi in eo secundum quòd est animal: genus quidem quasi commune habitui, & priuationi est illud, cui conuenit aptitudo ad vtrumque. 1. D.28. Q.2. §. *Quantum ad primum*. *℣. Respondeo*. C. 5.

Commune non potest esse perfectius quocunque imperfecto includente ipsum. 4. D.49. Qu.5. *Ad tertium principale*. F.6.

Commune nihil vnum est in diuinis personis, nisi essentia, vel essentiale. 1. D. 31. Qu. *Vnica*. *Ad primum principale*. H.8.

Commune, & quodlibet in Deo vnius rationis, realiter in re, & non tantum in conceptu, est vnicum. *ibidem*. *℣. Ad secundum concedo*. L. 10. *Additio*.

Commune, quod non est de se hoc, & per consequens ei de se non repugnat esse in hoc, quia deficit, non est vniuersale in actu, quia deficit & illa indifferentia, secundũ quã

Commune.

completiuè vniuersale est vniuersale, secundum quam scilicet ipsum idem, aliqua identitate, est prædicabile de quolibet indiuiduo, ita quod quodlibet sit ipsum. 2. D. 3. Quæst. 1. §. *Sed contra istud*. ℣. *Ex hoc apparet*. I. 9.

Commune, plurificabile eiusdem rationis, non determinatur ex se ad certam pluralitatem inferiorum. *Quodl.* Q. 2. §. *De secundo articulo*. I. 16.

Commune eo modo, quo in diuinis est vnum reale: *vel sic*, Eo modo, quo in diuinis commune est vnum reale, eodem modo commune in creaturis non est idem reale; ibi enim commune est singulare, & indiuiduum, quia ipsa natura diuina de se est hæc; eodem modo manifestum est quod nullum vniuersale in creaturis est realiter vnum: hoc enim ponendo, esset ponere quòd aliqua natura creata non diuisa prædicaretur de multis indiuiduis, prædicatione dicente *hoc est hoc*, sicut dicitur, Pater est Deus, & Filius est idem Deus: tamen in creaturis est aliquod commune vnum, vnitate reali, minori vnitate numerali; & illud quidem commune non est ita commune, quòd sit prædicabile de multis, licet sit ita commune, quòd non repugnet sibi esse in alio, quam in eo, in quo est. 2. D. 3. Qu. 1. §. *Sed contra istud*. ℣. *Ad secundum*. I. 9.

Commune, quod determinatum est de facto, licet non repugnet sibi esse in alio, præcisè potest poni in creatura realiter. *ibidem*, ℣. *Dupliciter*. K. 9.

Commune ponere fieri indiuiduum per aliquid alterius generis, est ponere illud esse commune simul, & indiuiduum, & singulare. 2. D. 3. Q. 4. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Præterea quando*. E. 8.

Commune quodlibet, & tamen determinabile, adhuc potest distingui, quantumcunque sit vna res, in plures realitates formaliter distinctas, quarum hæc formaliter non est illa. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Respondeo omnis*. K. 15.

Commune quoddam vniuocum abstrahitur à sensibilibus particularibus, putà ab albo, & nigro, & ab alijs, ad quæ se extendit potentia visiua, quæ ad illa limitata est; & vltra ab huiusmodi sensibilibus, & alijs aliarum potentiarum quoddam commune vniuocum: & tandem potest procedi sic abstrahendo, quod vnum erit vniuocum obiectum sensibile, commune omnibus sensibilibus. 2. D. 24. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. ℣. *Dico, quod si ens*. F. 7.

Commune quando determinat sibi aliud commune, & inferius sub communi non determinat sibi aliquod inferius sub alio communi, si tunc arguitur à permutata proportione ad hoc, quod non est posse esse sine hoc, consequentia non valet, quia ex eo, quod commune determinat sibi aliud commune, non sequitur nisi quod inferius determinet sibi idem commune; Exemplum, sicut superficies ad hanc superficiem, sic color ad hunc colorem, & è conuerso, ergo permutando sicut superficies non potest esse sine colore; sic nec hæc superficies sine hoc colore: non sequitur, quia & si commune vnum determinat sibi aliud commune, non tamen singulare. 4. D. 43. Quæst. 3. §. *Quantum ad istum articulum*. ℣. *Ad propositum*. G. 15.

Commune tribus personis in habendo: *vel sic*, In habendo illud, quod est commune tribus personis, non est aliqua distinctio, nisi pertinens ad originem, putà, quòd prima persona habet illud à nullo, secunda ab vno, tertia à duobus. *Quodl.* Qu. 19. §. *De primo*. ℣. *Contra hoc*. B. 3.

Commune quod est omnibus: *siue sic*, *Quod commune est omnibus in eadem specie, naturale est*. Damasc. lib. 1. cap. 14. ista auctoritas intelligenda est de eo, quod est commune omnibus in specie à principio intrinseco, vel à causa naturali, quomodo resurrectio non est communis omnibus in specie humana: & patet quod sic intelligit, quia propositionem sic intellectam applicat ad operationem duplicem de Christo, quæ est in omnibus in specie humana à causa intrinseca, vel saltem naturali. 4. D. 43. Qu. 4. *Ad argumentum principale*. F. 5.

Commune terminis potest aliquid esse dupliciter, vel communitate reali, sicut materia, quæ est commune substratum vtrique termino in corruptione: hoc modo non oportet in conuersione totali aliquid esse commune terminis, imò tale commune repugnat conuersioni totali; alio modo potest intelligi commune communitate rationis, putà, quòd vterque terminus contineatur sub ente: & hoc sufficit ad excludendum rationem creationis, & annihilationis; quia in illis alter terminus non continetur sub ente: & hoc modo diceretur quod species consecratæ, & illud præexistens, in quod conuerterentur, haberent aliquid commune. *Quodl.* Q. 10. *Ad argumentu principale*. P. 25.

Commune posset poni aliquid terminis conuersionis non essentialiter, sed communis habitudo ad idem Agens, quia potentiæ Agenti eodem modo subiacet vterque terminus conuersionis: & hoc etiam sufficit ad excludendum annihilationem, quia *nihil* propriè non subiacet potentiæ Agentis, cum non sit aliquid causabile. *ibidem*, ℣. *Aliter posset*.

Communicabile.

Communicabile dicitur aliquid, vel per identitatem, ita quòd illud, cui communicatur sit ipsum: vel per informationem, ita quod illud, cui communicatur sit ipso, non ipsum: primo modo vniuersale communicatur singulari, & secundò modo forma materiæ. 1. D. 2. Qu. 7. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Vbi sciendum*. D d. 38. & D. 23. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Multi volunt*, vel *Dico quod*. C. 4.

Communicabilis quare aliqua entitas originatur in essentia diuina, & alia incommunicabilis? Respondeo, quod huius non est ratio formalis alia, nisi quia hæc entitas est hæc, & illa entitas est illa; ita quod ista originari non posset, nisi incommunicabilis formaliter oriretur, nec illa, nisi communicabilis formaliter oriretur: ratio autem istius extrinseca, quasi fundamentalis, vel originalis est, quia essentia est radicaliter infinita, ex qua oriri possunt intrinsecè non tantùm perfectiones simpliciter, & communicabiles, sed etiam proprietates personales incommunicabiles: quælibet tamen, quando originatur, originatur in summa determinatione sibi possibili. 1. D. 26. Q. *Vnica* §. *Ad primum tertiæ viæ*, ℣. *Et si obijcias*, X. 46.

Communicabile quicquid sic est, quod non habet in se entitatem positiuam, repugnantem dependentiæ speciali ad verbum, siue communicationi eius Verbo, vt natura communicatur supposito, est assumptibile: & quod non habet vnde repugnet sibi talis communicatio, non habet vnde repugnet sibi dependere, & assumi à Verbo. 3. D. 2. Q. 1. §. *Contra istud*. D. 6.

Communicabile est quicquid est in diuinis; *vel sic*, Quicquid est in diuinis, non tantum substantia, sed etiam ad se, communicabile est. *Quodl.* Q. 3. §. *Ad secundum*, ℣. *Et ex hoc*. Q. 17.

Communicabile terminans dependentiam accidentis in creatis scilicet aliqualiter substantia singularis, quando dico quod non ultimate terminat, hoc est, quod illa dependentia, licet terminetur aliqualiter ad substātiam singularem, non tamen est vltima terminatio, nisi ad singularem, vt incommunicabilem; quia dependentia, quæ & in communicari non videtur habere statum, nisi ad incommunicabile; quando, inquam, hoc dico, non tamen intelligo, quod communicabile terminans dependeat ad incommunicabile: & propter hoc communicabile non vltimatè terminat, sed illud, ad quod ipsum dependet, quia non est verum substantiam singularem communicabilem dependere ad suppositum substantiæ, sed est ibi vera identitas singularis communicabilis, & suppositi, sed pro tanto, quod dependet ad singulare communicabile, vltimatè dependet ad incommunicabile, quia communicabile est alicui incommunicabili ratio essendi: & quod dependet ad illud, quod est alicui ratio essendi, dependet vlterius ad illud, cui ipsum est ratio essendi; incommunicabile autem non sic est ratio essendi alicui, & ideo, quod dependet ad ipsum, non oportet vlterius dependere ad aliquid, quasi habens *esse* per ipsum. *Quodl.* Q. 19. §. *secundo potest*. ℣. *Nec tamen*. O. P. 14.

Communicabile esse nulli simpliciter repugnat: *vel sic*, Nulli simpliciter repugnat esse communicabile,

nec

Communicabile.

nec tanquam communicabile dependere, nisi sibi sit simpliciter proprium aliquod positiuum, quod sit ratio repugnantiæ communicabilitatis, & dependentiæ: tamen communicari, & dependere potest, secundum quid, repugnare alicui per solam negationem. *ibidem*. §. *De tertio*. ✠. *Ad illa*. Y.20.

Communicabilis in descriptione dependentiæ personalis naturæ creatæ ad suppositum, scilicet, quod sit *dependentia naturæ, vt communicabilis, ad personam propriam alterius naturæ, vt terminantem eius dependentiam*, illud, inquam, quod dicitur, *vt communicabilis* exponitur sic: potest vno modo aliquid communicari alicui sic, quòd illud sit ipsum, quod communicatur, sicut vniuersale communicatur singulari: alio modo sic, quòd illud, cui communicatur, sit isto tanquam formali principio essendi: Et hoc dupliciter, vel vt forma partialis, quæ communicatur materiæ informatæ, & consequenter communicatur composito constituto per ipsam: vel vt forma totalis, sicut quiditas communicatur supposito, & humanitas Sorti: In proposito intelligitur communicabile tertio modo, scilicet, quod sic communicatum sit forma totalis, quam habens dicatur, secundum eam, esse formaliter tale, sed proprium suppositum naturæ dicitur hoc modo tale secundùm illam, non secundùm dependentiam, sed magis propter per se identitatem: sed ad suppositum non proprium, non potest esse per se identitas, sed illud, quod potest ibi esse quasi supplens vicem identitatis, est perfecta dependentia naturæ, & perfecta sustentatio ex parte suppositi, siue terminatio dependentiæ. *ibidem*. §. *Potest dici*. ✠. *Ratio autem*. Cc. 22.

Communicabilitas.

Communicabilitas & si dicat tantum relationem rationis in essentia diuina: tamen potest repugnare personæ ex aliquo, quod est in re, & propter idem potest sibi incommunicabilitas competere. 1. D.23. Q. *Vnica*. §. *Item arguo*. ✠. *Cum arguitur*. I.8.

Communicare.

Communicare in diuinis dicit relationem originis, & quasi rationis, concomitantem relationem realem, quod est *producere*; cum igitur dicitur, quod *communicare*, & *communicari* sunt relationes oppositæ, dico, quòd sunt relationes rationis oppositæ secundum proprias rationes suas, licet necessariò concomitentur aliquas relationes reales oppositas, scilicet *producere*, & *produci*: sed istæ relationes, & illæ non sunt eorumdem relatorum formaliter. 1. D.5.Q.1. *Ad secundum in oppositum*. ✠. *Ad rationem*. C.9.

Communicans, & producens licet concurrant in eodem supposito, quia natura non dicitur propriè communicans: tamen communicans non dicit formaliter eamdem relationem, quam dicit producens, vt producens: communicari autem, & produci, nec eamdem dicunt relationem, nec idem primò denominant. *ibidem*. ✠. *Per idem*. H.9.

Communicare se in identitate numerali, & adæquata communicatione sibi, ponit perfectionem in principio productiuo. 1. D.7.Q. *Vnica*. §. *Loquendo tunc*. M.10.

Communicare naturam non est actio transcendens voluntatis in communi, sed producere velle sibi proportionatum, & obiecto: ideo infinita voluntas infinitum producit, & ex consequenti naturam. 1. D.10.Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ✠. *Ad minorem*. E.8. *Additio*.

Communicare cum sit actio in diuinis, cuius formale principium est essentia, vt *quid*: quodammodo prius in ea erunt relationes pertinentes ad communicationem, quam aliæ æqualitatis, & similitudinis. 1. D.26.Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. ✠. *Ad istud*. Cc.53.

Communicandi essentiam ratio est essentia, vt *quid*: nec solùm hoc, sed cum hoc, essentia, vt est intellectus, & vt est voluntas, est principium productiuum personæ, & communicatiuum essentiæ. *ibidem*. ✠. *Respondeo essentia*. 54.

Communicari non repugnat negationi de se, sed tantùm per aliquam affirmationem, cui primo conuenit talis incommunicabilitas, ergo negatio non erit prima ratio incommunicabilitatis. 1. D.28. Qu.2. §. *Contra istam*. I.12.

Communicare *esse* naturæ assumptæ, scilicet humanæ in incarnatione non est idem, quòd *esse* diuinum informare formaliter naturam humanam, nec etiam effectiuè communicare, quòd scilicet persona assumens effectiuè det aliquod *esse* naturæ assumptæ ex hoc, quod assumens est: sed istud *communicare* est terminare dependentiam existentiæ actualis naturæ assumptæ: Et hoc non est, quod existentia realis naturæ assumentis sit ratio terminandi, sed subsistentia, idest, incommunicabilis existentia: & tunc concedo quod assumens communicat *esse*, hoc est, existentiam suam incommunicabilem, vt existentia incommunicabilis non ex aliò, putà, ex natura est ratio terminandi dependentiam naturæ assumptæ. 3. D.1. Q.5. *Ad secundum principale*. C.8.

Communicari, & dependere potest secundum *quid* repugnare alicui per solam negationem, quia dum negatio illa inest, affirmatio non potest inesse: Sed non propter hoc est simpliciter impossibile affirmationem inesse, nisi illud, cui talis negatio inest, esset necessaria ratio, quod talis negatio consequeretur, & tunc negatio esset simpliciter propria, alias non esset, nisi secundum *quid* propria. *Quodl*. Qu.19.§. *De tertio*. ✠. *Ad illa*. Y.20.

Communicari alicui potest aliquid vno modo sic, quod illud sit ipsum, quod communicatur, sic vniuersale communicatur singulari: alio modo sic, quod illud, cui communicatur, sit isto tanquam formali principio essendi: & hoc dupliciter, vel vt forma partialis, quæ communicatur materiæ informatæ, & consequenter communicatur composito constituto per ipsam: vel vt forma totalis, sicut quiditas communicatur supposito, vt humanitas Sorti. *ibidem*. §. *Potest dici*. ✠. *Ratio autem*. Cc.22.

Communicare Sacramentaliter.

Communicans, & tunc in actu peccans mortaliter peccato interiori, vel exteriori, communicando peccat mortaliter. 4. D.9. Q. *Vnica*. §. *Dicendum*. ✠. *De primo*. A.2.

Communicans post mortale peccatum præteritum, de quo, quia non recolit, non pænituit, nec pænitet; Si est negligentia affectata, vel crassa, propter quam non recolit peccatum, non excusatur a peccato, licet minus peccet, quàm communicans, dum actu peccat mortaliter: quod patet 1. Cor. 11. *Probet*, inquit, *se ipsum homo &c.* tenetur enim se examinare, secundùm diligentiam nostræ fragilitati possibilem: Si autem non sit negligentia crassa, putà, quia præcessit examinatio sufficiens, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus prius, non peccat communicando, licet fortè aliquid lateat, vel traditum fuerit obliuioni. *ibidem*. ✠. *De secundo*. A.B.2.

Communicando, siue ad communicandum non requiritur maior examinatio, quam ad securè moriendum: post autem diligentem inquisitionem peccatorum præteritorum, nostræ fragilitati possibilem, contritus, & confessus si moreretur, saluaretur, ergo &c. *ibidem*.

Communicans si post diligentem inquisitionem &c. peccaret mortaliter communicando, quilibet se exponeret periculo communicando, quia dicit Psal. 18. *Delicta, quis intelligit*: Et Eccles. 9. *Nescit homo, an odio, vel amore dignus sit*, ergo si oportet communicantem scire se esse in charitate, quilibet communicando exponeret se periculo, nesciens, an illo actu peccaret. *ibidem*.

Communicans, facta diligenti examinatione, & sufficienti, & de omnibus occurrentibus contritus, & confessus, & alia obliuiscens, si communicando peccaret mortaliter, tunc Eucharistia non esset Sacramentum Viatoris, quia certitudo quod ipse sit in charitate non conuenit Viatori; propter hoc dico, quod diligenti inquisitione facta secundum possibilitatem nostræ fragilitatis, & præmissa contritione, & confessione, quantum videtur homini sufficere, si

Communicare Sacramentaliter.

tunc communicet, non peccat: imò, si quæ alia peccata lateant, per istud Sacramentum remittuntur. *ibidem*.

Communicare volens, & de peccato mortali præterito pœnituit, vel pœnitet, non tamen confessus est, nec pœnituit in Ecclesia, si occurrat opportunitas, tenetur prius confiteri, quam communicare, quia non tantum debet reconciliari Deo, sed ecclesiæ, ad hoc, quòd dignè recipiat Sacramentum Ecclesiasticæ vnitatis; si autem non occurrat opportunitas confitendi, si potest sine scandalo vitare, ne tunc communicet, tenetur non communicare, sed expectare confessionem propter eamdem rationem; si verò occurrit scandalum, nisi statim communicet, vtpotè, si est indutus, & postquam indutus est, occurrit sibi conscientia de peccato mortali, de quo non fuit confessus, & non habet in promptu idoneum Confessorem, tunc cum contritione, & voluntate confitendi tempore opportuno, potest celebrare, vt scandalum euitetur. *ibidem*. ✝. *De tertio*. C. 3.

Communicaturus (qui non celebrat) habens conscientiam peccati mortalis, de quo pœnituit, & non confessus est, tenetur prius confiteri, si adest opportunitas confessoris, si autem non occurrat opportunitas confessoris idonei, & non potest sine scandalo omittere communionem, potest contritus, cum intentione confitendi cum opportunitate, communicare ad vitandum scandalum: vtpotè consuetudo est in aliqua Religione, vel Ecclesia, vt omnes non Sacerdotes communicent: in simili casu, scilicet tunc cùm debet communicare non habet idoneum confessorem, potest tunc non confessus communicare: nec est dicendum, quòd peccat mortaliter, vel transgreditur præceptum, vt euitet scandalum, quia nullum præceptum excludit istum ab isto actu in hoc casu, quia dilatio confessionis in actu, quæ nunc habetur in affectu, non excludit quin sit membrum Ecclesiæ militantis habile ad actus, in quibus membra communicant, & tenetur vitare scandalum proximi. *ibidem*.

Communicare quis potest non confessus de suo peccato veniali, nec de hoc oportet dubitare, quia de illo non est necessitas pœnitentiæ: Verumtamen auctoritas quædam de Ecclesiasticis dogmatibus 22. videtur facere mentionem de peccato veniali: ait enim, *Licet quis peccato mordeatur, si peccandi de cætero non habet voluntatem, & satisfaciat lacrymis, & orationibus, accedat securus: & hoc de illo, quem mortalia peccata non grauant*: Ergo videtur, quod nullus potest securus accedere, nisi qui sit sine voluntate peccandi venialiter, & de præteritis satisfecerit lacrymis, & orationibus: Respondeo potest intelligi de mortali peccato, non quod iam inest, neque præterito sine omni pœnitentia, sed iam confesso, *si mordeatur*, quia non complete satisfecit, & tunc intelligitur de peccato mortali: & tunc sequitur, *quem mortalia peccata non grauant*, supple in actu, vel præterita, sine pœnitentiis sequente, *ibidem*. ✝. *De peccato*. & ✝. *Respondeo*. D. 4.

Communicare nullus tenetur in peccato mortali Extra cap. vtriusque sexus &c. Et sicut quilibet Christianus tenetur semel in Anno communicare, ita tenetur laborare, vt sit extra peccatum mortale, per pœnitentiam *Extra eodem capite*. *ibidem*. *Ad primum principale*. D. 5.

Communicandi quotidie deuotio, postquam multiplicata est fides post primitiuam Ecclesiam, contrabatur: & tunc fuit necessitas habendi multos ministros ad singula ministeria ad Eucharistiam pertinentia: & ideo tunc Ecclesia multos ministros in singulis gradibus instituit, nec tamen tunc de nouo instituti sunt &c. sed modo in Ecclesiis non sunt in singulis ordinibus determinati ministri, quia & si modo est multiplicata multitudo fidelium, tamen est diminuta lætitia deuotionis: Vnde multi semel vix in anno volunt communicare; Et ideo circa Eucharistiam dispensandam non oportet modò tot mistros assistere. 4. Distinct. 24. Quæst. *Vnica*. *Ad tertium principale*, K. 12.

Communicatio.

Communicatio essentiæ in diuinis fit per ipsam essentiam personæ ad personam: ista autem communicatio præsupposiriuè includit infinitatem essentiæ, quia ipsa non posset sic communicari pluribus suppositis, nisi esset infinita, & ideo generatio est incomprehensibilis quantum ad præsuppositum. *Quodl*. Q. 5. §. *Ad primum*. S. 21.

Communicatio perfecta naturæ non potest esse sine communicatione eius in propria sua magnitudine, & per consequens, nec sine æqualitate inter communicantem, & illum, cui communicatur. *Quodl*. Q. 6. §. *De secundo*. ✝. *Tertium probatur*. Y. 20.

Communicatio, siue generatio perfecta naturæ, quæ importatur in hoc, quod Christus *Patrem suum dicebat Deum*, Ioann. 5. quod præexigatur ipsi æqualitati, probatur per hoc, quia qualis ordo realis est inter aliqua, si illa essent distincta realiter, talis ordo est inter ea, vbi sunt eadem, solùm distincta ratione: nunc autem si essentiæ magnitudo differret realiter ab ipsa essentia, essentia prior esset realiter magnitudine, & per consequens communicatio essentiæ communicatione suæ magnitudinis; ergo qualiscunque distinctio sit inter illa in proposito, tali modo communicatio essentiæ erit prior communicatione magnitudinis, & per consequens æqualitate, quia non est in altero extremo, nisi secundum magnitudinem communicatam. *ibidem*.

Communicatio perfectissima non est, nisi perfectissimi termini communicabilis, & in perfectissima magnitudine, secundum quam omninò fit æqualis productus producenti, ergo si ex natura rei communicatio in generatione diuina est necessariò perfectissima, sicut terminus perfectissimus communicatur in magnitudine perfectissima, quia datur Filio, quod est maius omnibus, sicut ipse dicit; sic ex natura rei data est sibi æqualitas ipsi Patri, habenti eamdem essentiam in eadem magnitudine. *Quodl*. Qu. 6. §. *De tertio*. ✝. *Ex istis*. Kk. 31.

Communicatio idiomatum.

Communicatione, *siue* Per communicationem idiomatum si operationes humanæ verè dicantur de Verbo: tamen actus proprij Verbi in natura diuina non erant in potestate illius hominis, vt ipse, inquantum homo, posset mereri actibus illis. 1. D. 17. Q. 2, aliàs 3. §. *Ad primum de secunda via* ✝. *Ad tertium*. Qq. 36.

Communicationis idiomatum ratio cum sit, quòd suppositum Verbi recipit prædicationem in concreto illius naturæ, in qua subsistit: & si subsisteret in natura lapidis, non videtur ratio, quare lapis non prædicaretur de eo, dicendo *Deus est lapis*, sicut modo dicitur, quod *Deus est homo*, & æqualiter vtraque est vera (concessa vna, conceditur altera): sed cum vlterius infertur, illa esset perfectior communicatio, quia quælibet pars lapidis esset lapis, & quicquid est Dei, est Deus &c. Dico, quod pars lapidis & si recipiat prædicationem lapidis in communi, sicut pars homogenea, vel subiectiua in suo toto, non tamen recipit prædicationem illius, cuius est pars integralis, sicut nec totum integrale prædicatur de parte integrali, vt non dicimus quòd paries est domus; tunc enim Verbum esset lapis non in vniuersali, sed hic lapis aliquis totus: & quia nulla pars lapidis esset hic lapis, ideo nulla pars lapidis prædicaretur de eo. 3. D. 2. Q. 1. *Ad primum principale*. §. *Cum arguitur*. H. 13.

Communicatio idiomatum in prædicationibus fit propter vnionem, & its præsupponit vnionem: non ergo fit secundum illa, quæ exprimunt vnionem: & ideo *Deus est factus Deus*, licet sit *factus homo*: sicut hic natura diuina assumpsit naturam humanam, ergo natura diuina assumpsit naturam diuinam, non sequitur: ab illa ergo regula de communicatione idiomatum excipiuntur illa, quæ exprimunt vnionem naturæ ad personam. 3. Dist. 7. Quæst. 2. *Ad tertium principale*. E. 9.

Communicatio idiomatum, secundum aliquos, non fit in negationibus, neque in his, quæ dicunt respectum vnius naturæ ad aliam naturam. 3. D. 11. Quæst. 1. §. *Aliter dicitur quod non*, n. 4. *Impugnatur*: *ibidem*. §. *Contra*, *sicut*, n. 5.

Com-

Communicatum.

Communicatum, inquantum productione communicatur, non præsupponit illud, cui communicatur, quia iſta communicatio non eſt alicui iam exiſtenti, ſicut eſt in alteratione, ſed eſt alicui, vt ſit: ideo nec natura communicatur ante productionem ſuppoſiti, quia tunc communicaretur non producto: nec etiam è conuerſo ſuppoſitum eſt antequam natura communicetur, licet abſolutè communicatum ſit prius ratione propria ſuppoſiti prioritate perfectionis, & etiam prioritate eſſendi, ſicut inuicem in creaturis primæ prioritati correſpondet hic, quia in Deo eſſentia eſt formaliter infinita, relatio autem non. 1. D. 5. Q. 2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Tunc ad formam*. R. 18.

Communitas.

Communitas entis ad ſenſibile, & inſenſibile eſt ratio appropriandi ipſum potentiæ operatiuæ circa vtrumque obiectum per ſe. 1. D. 3. Q. 3. §. *Ad rationes*. ℣. *Per hoc*, D. 22.

Communitas, qua eadem forma numero eſt communis participantibus eam, non eſt in creaturis, ſed communitas vniuerſalis ad participantia, ſine communitate vniuerſalis, quæ eſt per identitatem ad multa inferiora, quorum quodlibet eſt ipſum, ſicut vniuerſale communicatur ſingularibus. 1. D. 7. Q. *Vnica*, *Ad ſecundum principale*. ℣. *Quæ autem*. X. 19.

Communitas nulla realis alicuius vnius ſecundum naturam, & ſecundum numerum, (ſicut eſſentia diuina eſt communis tribus perſonis) eſt in creaturis: eſt tamen communitas alicuius vnius, vnitate minori, quàm ſit vnitas numerica. *ibidem* §. *Quia autem. aliàs* §. *Nota*. ℣. *Ad Damaſcenum*. Q. 23.

Communitas conceptus quidditatiui communis ad finitum, & infinitum non poteſt eſſe in concepto generis. 1. D. 8. Q. 3. *Ad primum principale*. Y. 26.

Communitas, & ſingularitas non ita ſe habent ad naturam, ſicut *eſſe* in intellectu, & *eſſe* verum extra animam; quia communitas conuenit naturæ extra intellectum, & ſimiliter ſingularitas: & communitas conuenit ex ſe naturæ, ſingularitas autem conuenit naturæ per aliquid in re contrahens ipſam; ſed vniuerſalitas non conuenit rei ex ſe: & ideo concedo quod quærenda eſt ratio vniuerſalitatis: non tamen quærenda eſt cauſa communitatis alia ab ipſa natura, & poſita communitate in ipſa natura ſecundum propriam entitatem, & vnitatem, neceſſariò oportet quærere cauſam ſingularitatis, quæ ſuperaddit aliquid illi naturæ, cuius eſt. 2. Diſtinct. 3. Qu. 1. §. *Sed contra iſtud*. ℣. *Ad confirmationem*. L. 10. in fine.

Communitas aliqua realis eius, quod eſt perſona in diuinis, ſi ponatur ad tres perſonas, poſſet concedi communis ratio terminandi vnionem eadem ad perſonam diuinam, non tamen propria. *Quodl.* Q. 19. §. *De primo*. ℣. *Reſpondeo*. C. 3.

Communitas rerum.

Communitas omnium rerum, poſt lapſum, eſſet contra pacificam conuerſationem, cùm malus, & cupidus occuparet vltra ea, quæ eſſent ſibi neceſſaria, & hoc etiam inferendo violentiam alijs, qui vellent ſecum eiſdem omnibus ad neceſſitatem vti, ſicut Gen. 10. legitur de Nembroth, quòd *erat robuſtus venator coram Domino*, ideſt hominum apprehenſor: Item eſſet contra neceſſariam ſuſtentationem, propter illud, quia fortiores bellatores priuarent alios neceſſarijs: & ideo politia Ariſtot. 2. Politic. quòd non ſint omnia communia, multo melior eſt, quàm Politia Socratis, quem reprehendit de omnibus communibus ſecundum illum ſtatum, quem Philoſophus inuenit in hominibus. 4. D. 15. Q. 2. §. *Hic ſunt*. ℣. *Secunda concluſio*. B. 5.

Communitas politica.

Communitas aliqua videns aliam bene legibus ordinatam, poteſt illas leges, quas iudicat rationales, & vtiles ſibi aſſumere, vt ille, qui habet authoritatem condendi leges in iſta Communitate, ſtatuat hic eas obſeruari: & tunc obſeruabuntur hic, non quia leges illius Communitatis, ſed quia ſtatutæ à legiſlatore in iſta Communitate. 4. D. 15. Q. 3. §. *De ſecundo*. ℣. *Hoc patet*. D. 5.

Communitas aliqua in hoc habet vnitatem proportionatam vnitati corporis, quia ibi eſt ordo ſuperioris, & inferioris: & tenetur ſuperior influere in inferiorem, & inferior ſubminiſtrare ſuperiori, iuxta illam parabolam Pauli de corpore myſtico, & naturali in diuerſis locis. 4. Diſt. 21. Quæſt. 2. §. *In iſta quæſtione*. ℣. *Quarta ratio*. E. 10.

Communitas Chriſtianorum vtitur matrimonio, per cuius vſum multiplicatur populus Chriſtianus: & ideo ſic ordinari debet, vt in eius contractu, & vſu vitentur ea, quæ obuiant charitati, ſiue in Deum, ſiue in proximum; & ſeruanda ſunt, quæ congruunt honeſtati, vt ſic honeſtum matrimonium Chriſtianum ſignificet illam benedictam coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, de qua Ad Ephes. 5. dicit Apoſtolus, *Sacramentum hoc magnum eſt, dico autem in Chriſto, & Eccleſia*. 4. D. 42. Q. *Vnica*. §. *Ex ſtatuto*. ℣. *Tres alij*. N. 12. in fine.

Commutans.

Commutans quando non ſtatim recipit illud, pro quo commutat, ſed differtur huiuſmodi receptio, quæritur, quid iuris? Reſpondeo, quòd præter alias regulas pertinentes ad iuſtum, & iniuſtum in ſingulis contractibus, pro præſenti, addo hic iſtas duas: Prima eſt, quòd commutans non commutet, vel vendat tempus, quia tempus non eſt ſuum: ſecunda, quòd non ponat ſe in tuto pro lucrando, & illum, cum quo commutat de damno; intelligo in tuto ſemper, vel vt in pluribus. 4. D. 15. Q. 2. §. *De ſecundo*. ℣. *Sed quando*. & ℣. *Reſpondeo*. P. 20

Commutans (dicatur feſtum Natiuitatis Domini A., & feſtum S. Ioannis Baptiſtæ B.) Commutans, inquam, tradit alij rem ſuam in A. pro aliquo recipiendo pro B.: ſi ergo tunc eam erat venditurus, & non in B.: vel determinat nunc pretium ſecundùm quòd currit tempus pro A., & tunc facit miſericordiam, quia ſupplet indigentiam proximi, antequam teneatur illam ſupplere, quando ſcilicet expectat ſolutionem huius vſque in B.: aut determinat pretium maius, quàm ſit iuſtum pro A, & tunc eſt vſurarius, quia vendit tempus contra primam regulam; quod probatur extra de vſuris. C. Conſuluiſti. *ibidem*. ℣. *Exiſtis*. P. 20.

Commutans rem ſuam alij in A. expectans ſolutionem pro B. ſi modo non eſſet eam venditurus, ſed aliàs, quando videretur, quòd ſecundum curſum temporis plus poſſet lucrari: ſi ergo nunc ponit certum pretium ſecundum quod res nunc valet, non eſt dubium, quin faciat miſericordiam magnam: ſi vero maius, quam nunc valet, non tamen immoderatum pretium, quin tempore ſolutionis veriſimiliter quandoque plus, quandoque minus valeat res vendita, ratione dubij excuſatur, quia contra nullam regulam facit, quod probatur per capitulum Nauiganti. §. Ratione. Et ſi obijciatur contra hoc per illud ibidem In tua. Reſpondeo, ibi continetur monitio vtilis, non præceptum neceſſarium *ibidem*. ℣. *ſi autem non eſſet*. P. 20. 21.

Commutans rem ſuam &c. ſi determinationem pretij ex valore futuro illius rei pendere relinquat, ſi pro tempore determinato illius ſolutionis, vel alio, in quo conſueuit regulariter res plus valere, quàm quando dat rem ſuam: tunc miſericordiam facit: vtpotè concedo tibi iſtud pro tanto tempore, pro quanto valebit in B., vel aliquo tempore citra B., cùm tamen illa res conſueuit communiter carior eſſe in B., quàm in aliquo tempore præcedente. *ibidem*. ℣. *Si autem determinationem*. Q. 21.

Commutans tradens rem ſuam &c. ſi velit pretium determinari pro tempore indeterminato hoc modo, vt ponat ſe in tuto lucri, vt in pluribus, & alium in damno, vtpotè volo quod tantum ſoluas mihi pro iſto, quantum valebit

Commutans.

valebit pro quocunque tempore vsque ad B. quando carius vendetur; vsurarius est, quia ponit se, vel partem suam quo ad lucrum, vt in pluribus, in turo, & illum, cum quo contrahit, ad damnum: & tunc habet pro se illud, quod euenit in pluribus, & contra se illud, quod euenit in paucioribus: Est etiam ibi alia industria, quia aliquo die determinato oporteret eum exponere rem suam venditioni, & non in tempore particulari vago, & in illo contingeret, quòd minus carè venderetur, quàm in die carissimo inter A. & B.; & per consequens in tali pacto facit se certum de lucro, vltra quam humana industria pertingere posset. *ibidem*. ✝. *Si autem velit*, &c. ✝. *Est etiam ibi*.

Commutatio.

Commutatio œconomica est, quando commutans intendit rem accipere, pro qua commutat, vt non mercetur ea, sed vt ea vtatur. 4.D. 15. Q. 2. §. *De secundo*. ✝. *Est etiam*. R. 21.

Commutatio negotiatiua est, vbi commutans intendit mercari de re, quam acquirit, quia emit, non vt vtatur, sed vt vendat, & hoc carius: & hæc negotiatiua dicitur pecuniaria, vel lucratiua: de hac, vltra alias regulas, quid iustum, & quid iniustum, addo duo: primum, quod talis commutatio sit vtilis Reipublicæ: secundum est, quòd talis iuxta diligentiam suam, & prudentiam, & sollicitudinem, & pericula accipiat in commutatione prettum correspondens. *ibidem*. §. *Sequitur*. R. S. 22.

Commutatio non est, nisi secundum apprehensionem valoris commutati ad illud, pro quo commutatur. 4. D. 30. Q. 1. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Si arguatur*. D. 6.

ommutatione in omni, quantum est ex parte commutantium, & commutatorum, stricta iustitia requirit æqualitatem commutatorum, quantum possibile est, & hoc ad illum finem, propter quem commutatur. 4. D. 33. Q. 1. §. *Hic primo*. A. 2.

Commutario corporum, in contractu matrimoniali, fit per duas causas: vna scilicet propter procreationem prolis, alia in remedium vitandæ fornicationis. *ibidem*.

Comparare.

Comparare obiectum aliqua comparatione, quæ non est ex natura rei, non solum intellectus potest, sed etiam voluntas potest, hoc acceptando: & forte posse comparare obiectum comparatione, quæ non est ex natura obiecti, competit illis potentijs per rationem communem in eis, scilicet propter immaterialitatem earum. *Quodl.* Q. 17. §. *De secundo*. ✝. *Meritorium*. C. 3.

Comparatio.

Comparatio simpliciter sicut est in simpliciter vniuoco. 7. Phys. Tex. 24. ita omnis comparatio est in aliqualiter vniuoco; quando enim dicitur, hoc est perfectius illo, si quæratur, quid perfectius? oportet ibi assignare aliquid commune vtrique, ita quod omnis comparatiui determinabile commune est vtrique extremo comparationis: non enim homo est perfectior homo, quàm Asinus, sed perfectius animal: & ita si aliqua comparantur in entitate, in qua est attributio vnius ad alterum, hoc perfectius est illo: quid perfectius? ens perfectius, ergo oportet entitatem esse aliquo modo communem vtrique extremo: ita etiam posset argui de numero, vel de distinctione, quia omnia numerata, vel discreta habent aliquid commune, sicut vult Aug. 7. de Trinit. cap. 4. vel 26. *si tres personæ, commune est eis illud, quod est persona*, ita quod determinabile termini numeralis semper est commune omnibus numeratis, secundum Augustinum. 1. D. 8. Q. 3. *Ad tertium pro opinione*. E. 12.

Comparatio secundum Philosoph. 7. Phys. Tex. 29. fit in specie atoma, quia est vna natura, non autem in genere, quia genus non habet talem vnitatem. 2. Dist. 3. Qu. 1. § *Contra istud*. ✝. *Præterea secundo*. A. 3.

Comparatio.

Comparatio non fit in vnitate numerali. *ibidem*. B. 3.

Comparatio æterni ad temporale non est, nisi respectus rationis. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Si dicatur*. D. 13.

Comparatio ad Agens non variat aliquid quantum ad *esse* in genere, quia aliquid ponitur in genere secundum propriam quiditatem formalem, circumscripta relatione ad Agens. 4. D. 6. Q. 10. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Hoc idem*. M. 14.

Comparatio potest fieri inter illa, quorum vnum includit, vel præsupponit aliud: *vel sic*, quando aliquid includit, vel præsupponit aliud, illa possunt comparari, vel secundum illud, quod præcisè pertinet ad vtrumque, vel secundum illud, quod secundum ponit, præsupposito primo: & quidem secunda comparatio non est per se, quia scilicet vniuersaliter secundum excedit primum, sicut duo bona excedunt alterum eorum; sed prima est per se, quia est secundum præcisas rationes comparatorum. 4. D. 7. Q. ✝. *Respondeo*. A. 1.

Comparatio non fit ad ignotum, & ideo essentia diuina nunquam est comparata, nisi prius intelligatur illud, ad quod fit comparatio. 4. D, 50. Q. 3. §. *Respondeo*. ✝. *Sed quid*. C. 4.

Comparatio essentiæ diuinæ ad quodcunque extra habet proprium, & primum *esse* suum actuale per *intelligere* diuinum, ergo intellectus in Deo, vt actu intellectus, non includit aliquam comparationem ad extra. *Quodl.* Q. 15. *De altero*. ✝. *Tertia ratio*. K. 12.

Comparatio cuiuscunque intrinseci in Deo ad quodcunque extrinsecum, cum sit respectus rationis, habet *esse* suum primum, & proprium per actum alicuius intellectus comparantis; sed quodcunque intrinsecum potest ad quodcunque extrinsecum per quemcunque actum intellectus creati comparari, illud idem comparari potest per actum intellectus diuini; quia intellectus ille potest obiectum illud sub omni ratione, ex parte obiecti, intelligere, sub qua est intelligibile, cum sit ei adæquatus, & eius comprehensiuus; sed quicquid intellectus diuinus potest ad quodcunque comparare intelligendo, hoc actu intelligendo comparat, quia nulla est ibi potentia sine actu ad quodcunque intrinsecum; ergo per actum intellectus diuini actu comparatur quodcunque intrinsecum ad quodcunque aliud, ad quod potest intelligendo comparari, & per consequens, comparatio cuiuscunque talis ad quodcunque tale habet *esse* suum proprium actuale per actum intellectus diuini comparantis: non dico, quæcunque comparatio huius ad hoc, quia non formaliter illa, qua intellectus creatus comparabit, sed aliqua comparatio huius extremi ad hoc extremum. *ibidem*.

Comparatio alicuius intrinseci in diuinis ad aliquod extrinsecum habet suum primum *esse*, & proprium per *intelligere* diuinum, quia illud *intelligere* est primum *intelligere* respectu huius obiecti, & primitate essentiali, siue perfectionis, & primitate durationis, quia æternum. *ibidem*.

Comparatio relationis ad essentiam in diuinis si est omnino ipsamet relatio diuina, patet, quod ipsa sit res: & cum ipsamet relatio sit sua comparatio ad essentiam, ergo ipsa, vt comparata ad essentiam est res; si autem sit aliquid superueniens, siue rei, siue rationis (non curo, quantum ad propositum) nulla habitudo adueniens cuicunque absoluto, siue respectiuo, siue etiam illa habitudo sit realis, siue rationis, destruit illud, cui aduenit, sed potius præsupponit: patet de intentionibus secundis, quæ non destruunt rationes intentionum primarum, quibus adueniunt: non ergo destruitur illa realitas relationis per hoc, quod est comparata, & per consequens patet, quòd vt comparata est res. *Quodl.* Q. 3. §. *De secundo*. ✝. *Secundo sic*. D. 5.

Comparatio relationis ad essentiam, cum dico *quòd relatio, vt comparata ad essentiam diuinam est res*, si sit ratio inhærentiæ huius prædicati, quod est *res*; illa propositio est falsa, quia illa comparatio ad essentiam est sola comparatio rationis; est enim inter extrema non distincta realiter, relationem scilicet, & essentiam, quæ tamen potest intellectus comparare, & ita est inter ea relatio rationis: sed si comparatio sic intelligatur ibi, quod vt relationi

Comparatio.

- lationi confideratæ fub tali comparatione conuenit hoc prædicatum *res*; tunc eft fenfus, quòd Paternitas, non folùm præcisè accepta fecundum quòd Paternitas, fed etiam fecundum quòd confiderata fub ifta ratione, vt comparatur ad effentiam, vel vt eft in effentia, eft res, quia ifta comparatio non diminuit, nec deftruit Paternitatem effe rem, fed præfupponit. *ibidem*. §. *Quantum autem*. H. 8.

Comparatio Paternitatis ad effentiam non facit quòd Paternitati repugnat fua propria realitas, quæ eft realitas ad alterum. *ibidem*. §. *Refpondeo ad primum*. M. 12.

Comparatio albedinis ad fuperficiem non eft eadem albedini: Comparatio autem fimilitudinis ad fundamentum eft eadem fimilitudini, quia non eft contradictio albedinem effe fine illa comparatione, & eft contradictio, fimilitudinem effe fine comparatione ad fundamentum. *ibidem*. §. *Ad fecundum*. ꝟ. *Et ex hoc*. P. 16.

Comparatio quando fit ad prædicatum refpectiuum per ly *fecundum*, vt in illa propofitione Auguftini 5. Trinit. 7. *æqualis eft Patri Filius fecundum fubftantiam*, hæc propofitio *fecundum* non femper notat fum cafuale effe rationem formalem vltimam inhærentiæ prædicati, fed Communius, vel faltem communiter notat ipfum effe rationem fundamentalem: dico Sortem fecundum albedinem effe fimilem Platoni, cum tamen albedo non fit ratio formalis proxima effendi fimilem Platoni, fed fimilitudo effendi fimilem, ficut albedo effendi album; Pro tanto tamen hoc conceditur, quia albedo eft ratio fundamentalis fimilitudinis: dico tunc, quòd Auguftinus intelligit ibi quòd æqualis eft Patri Filius fecundum fubftantiam, quia Paternitas, & Filiatio non funt propriè rationes fundamentales ipfius æqualitatis, fed aliquid aliud, quod eft commune eis, & aliquid, quod eft ad fe. *Quodl*. Q. 6. §. *Iftarum quatuor*. ꝟ. *Ad quartum*. F f. 27.

Comparatio caufata in obiecto per actum voluntatis, poteft dici, quod (ftrictè accipiendo relationem rationis, fcilicet pro habitudine caufata in obiecto per actum potentiæ rationalis per effentiam, fcilicet intellectus) non eft relatio rationis; quia comparatio ifta immediatè caufatur per voluntatem, ficut ipfa immediatè habet actum comparatiuum: & tunc fequitur quod fic ftrictè accipiendo relationem rationis non omnis relatio eft realis, vel rationis, fed eft tertia, fcilicet voluntatis comparantis; Alio modo poteft intelligi relatio rationis pro quacunque comparatione facta per actum potentiæ rationalis, fiue per effentiam, fiue per participationem, & fic ifta poteft dici relatio rationis. *Quodl*. Q. 17. §. *De fecundo*. ꝟ. *Et fi quæras*. C. 4.

Complacentia.

Complacentia diuina aliorum à fe, quantum ad actualem exiftentiam, eft merè ex voluntate diuina, abfque alia ratione determinante ex parte eorum. 3. D. 32. Q. *Vnica*. §. *Tertium patet*. *Ex hoc*. I. 6.

Complexio.

Complexio contingens non eft nata cognofci ex terminis, quia tunc non tantum effet neceffaria, fed etiam prima, & immediata. 1. Dift. 39. Quæft. 1. 2. 3. §. *Contra rationes*. A. 7.

Complexionem contingentium fi intellectus diuinus offert voluntati diuinæ, offert eam ficut neutram, & voluntas eligens vnam partem, fcilicet coniunctionem iftorum pro aliquo *nunc* in te, facit illud determinatè verum, hoc erit pro A.: hoc autem exiftente, determinatè verò, effentia eft ratio intellectui diuino intelligendi iftud verum, & hoc naturaliter, quantum eft ex parte effentiæ. *ibidem*. §. *Vifo de contingentia*. M. 23.

Complexio contingens non poteft cognofci ex notitia quidditatum, & vniuerfalium, quæ fcilicet funt neceffaria. 2. Dift. 3. Quæft. 11. §. *Refpondeo ergo*. ꝟ. *Præterea fecundo*. E. 11.

Complexionis contingentis rationes fi habet Angelus fibi concreatas, aut iftæ rationes iftorum, fcilicet terminorum, me federe cras repræfentant determinatè hanc veritatem me federe cras, vel non determinatè: fi determinatè, igitur impoffibile eft per ipfos terminos ipfum habere notitiam, quòd hoc fit contingens, fi non determinatè, ergo nunquam per hos terminos habebit quod determinatè fedeam; igitur oportet quod accipiat aliunde certam notitiam huius. *ibidem*. ꝟ. *Confirmatur*.

Complexiones contingentes, pertinentes ad actualem exiftentiam rerum, non funt euidentes ex terminis. 2. Dift. 9. Quæft. 2. §. *Ad vlteriorem*. ꝟ. *Similiter*. E. 20.

Complexorum contingentium veritas ex cognitione terminorum non poteft cognofci de illis terminis: *vel fic*; Ex cognitione terminorum non poteft cognofci veritas complexorum contingentium de illis terminis, quia illatum complexionum veritas non includitur in terminis, ficut in fpeciebus, & terminis earum includitur veritas neceffaria complexionalis fcientialis. 3. D. 14. Q. 3. §. *Ad quæftionem*. ꝟ. *Et fi dicatur*. B. 6.

Complexio eadem non eft fimul vera, & falfa: nec fimul contingens, & neceffaria: ideo non eft formaliter eadem complexio cum dicitur modo, & credituta nobis, *Chriftus natus eft*, quia hæc eft vera nunc; & hæc, *Chriftus nafciturus eft*, quia hæc eft modo falfa: fimiliter prima eft non contingens, quia de præterito: fecunda erat contingens, quia dependebat ex libera Dei voluntate: Non eft igitur eadem complexio de Redemptore, quam crediderunt antiqui, & quam credimus nos: poteft tamen dici eadem complexio materialiter, & eadem vnio terminorum, fi abftrahatur fignificatum complexionis à modo fignificandi, quam ipfi crediderunt, & quam nos credimus modò de Redemptore; vt fcilicet concipiatur fignificatum nominaliter, & non verbaliter, ficut curfus, vt concipitur fine tempore, confignificato per verbum præteriti temporis, & futuri, & abftrahitur complexio ab omni modo fignificandi cum tempore. 3. D. 25. Q. 1. §. *Vltimo*. H. 10.

Complexio fi intelligatur fic pro aliquo inftanti determinato, & abftrahatur illud inftans à refpectibus ad tempus præteritum, & futurum, quia huiufmodi refpectus non includuntur in ratione inftantis: tunc eamdem complexionem potuerunt antiqui concipere, & pro eodem inftanti, quam nos credimus de Redemptore: quia tamen complexiones non funt formaliter eædem, nifi concipiatur fignificatum cum modo fignificandi, & modus fignificandi, ratione verborum, eft confignificare tempus, ideo non eft formaliter eadem complexio, quam crediderunt antiqui de mediatore, & quam nos credimus modò; fed ipfi Chriftum nafciturum, nos Chriftum natum; & vna eft modo falfa, & alia vera: vna modo neceffaria, de præterito, alia tunc contingens de futuro. *ibidem*.

Complexionem aliquam eft impoffibile concipere, cuius extrema non concipiuntur. 4. D. 10. Q. 8. §. *Refpondeo*. B. 5.

Complexum.

Complexa non funt contradictoria, nifi accipiatur pro eodem inftanti, pro quo oportet illa ambo enunciare prædicatum de fubiecto; incomplexa autem abfolutè fumpta, non determinando ad aliquod inftans, funt contradictoria. 2. D. 2. Q. 9. *Ad fecundum principale*. ꝟ. *Poffet etiam argui*. B. 34.

Complexum hoc *Angelum effe æqualem Deo* non eft volibile volitione abfoluta, quæ non nifi alicuius obiecti fimplicis continetur fub primo obiecto volibili, quia non eft aliquid fimplex includens in fe rationem primi obiecti, fed tantum eft quædam habitudo obiecti fimplicis ad aliud obiectum, quorum vtrumque obiectum fimplex eft per fe volibile: nam & illud, quod vult, & illud, cui vult, eft per fe volibile: quando igitur dicitur, quod hoc totum non includit in fe rationem primi obiecti fui, falfum eft, loquendo de partibus totius; vtraque enim pars, fcilicet, *quod*, & *cui*, per fe includit in fe obiectum voluntatis: & hoc fufficit ad hoc, quod voluntas velit vnam partem in ordine ad aliam, ficut ad hoc, quòd intellectus componat quodcunque fimplex cuicunque fimplici, fufficit quod vtrumque fimplex poffit per fe apprehendi ab intellectu. 2. D. 6. Q. 1. *Ad fecundum pro opinione*. ꝟ. *De prima volitione*. F. 5.

Compo-

Componere.

Componere includit imperfectionem, scilicet potentialitatem. 2. D. 1. Q. 4. §. *Oppositum non minus*. n. 3.

Componi quæ intelliguntur: *siue sic*, Illa, quæ intelliguntur componi, secundum intellectum includentem contradictoria, sunt incompossibilia: vnde in talibus non valet, possum hoc intelligere, ergo hoc potest fieri, quia non est infinitas: hoc enim non est intelligibile, nisi secundum, quòd intellectus est in se falsus, & hoc includit contradictionem: & licet sic intellectum non sit infinitum, tamen habet aliquam incompossibilitatem, & repugnantiam in se. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum*. ℣. *Ad secundum dico*, I. 12.

Componibile.

Componibile omne potest esse pars, & per consequens excedi, quia totum est maius sua parte. *Quodl*. Q. 5. §. *Tertio arguitur*. O 15.

Componibile omne potest esse pars alicuius totius compositi, quod est ex ipso, & alio componibili. 1. D. 8. Q. 1. §. *Secundo probo*. ℣. *Secundo ostendo*. F. 5.

Componibile omne caret perfectione illius, cum quo componitur, ita quod illud aliud componibile non habet in se omnem perfectionem, & omnimodam identitatem cum illo, quia tunc non posset cum illo componi. *ibidem* ℣. *Et confirmatur*. G. 5.

Compositio.

Compositio aliqua est in albedine, licet non rei ad rem: tamen talis, qualis non conceditur in Deo, propter non identitatem. 1. D. 2. Q. 7. §. *Sed hic restat*. ℣. *Ista differentia*. Hh. 45.

Compositionem, vel compositum ratio relationis, licet in re non sit formaliter eadem rationi essentiæ in diuinis; ideo tamen in eodem concurrentes non constituunt, quia ista ratio est eadem perfectè illi: *vel sic*, Qualiter stat, quòd ratio relationis in re non sit formaliter eadem rationi essentiæ, & tamen in eodem concurrentes non constituunt compositum, vel compositionem, hoc est, quia ista ratio est eadem perfectè illi; Propter enim infinitatem vnius rationis quicquid potest esse cum ea, est idem perfectè sibi; perfectio enim identitatis excludit omnem compositionem, & quasi compositionem. 1. D. 5. Quæst. 2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Qualiter*. L. 15.

Compositio ex re, & re si sit in quolibet creato: accipio illam rem componentem, & quæro, si sit simplex, aut composita: si simplex, habetur propositum, quod scilicet aliquod creatum sit simplex, aut compositum: si compositum, erit processus in infinitum in rebus. 1. D. 8. Q. 2. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra istam*. n. 2.

Compositio ex positiuo, & priuatiuo, quæ est in creatura, non est in essentia rei, quia priuatio non est de essentia alicuius positiui. *ibidem*. A. 2.

Compositio actus, & potentiæ obiectiuæ sequitur ad compositionem ex positiuo, & priuatiuo; Quicquid enim est ens, & caret aliqua perfectione entis, est simpliciter possibile, & terminus potentiæ simpliciter, cuius terminus non potest esse ens infinitum, quod est *necesse esse*. *ibidem*. B. 2.

Compositio realitatum potentialis, & actualis minima est, quæ sufficit ad rationem generis, & differentiæ: realitas enim si esset de se infinita, quantumcunque præcisè sumpta, non esset in potentia ad aliquam realitatem. 1. D. 8. Q. 3. §. *Teneo opinionem meam mediam*. ℣. *Hanc rationem*. K. 16.

Compositionem in omni creatura probat Aug. 6. de Trinit. c. 6. hac via: nam concipiuntur ab aliquo multa accidentia, concurrentia in eodem, putà talis qualitas, & talis quantitas, & probatur neutrum illorum esse alterum, quia vtrumque illorum manet sine altero. probatur etiam secundò; Vtrique illorum aliquid aliud esse subiectum commune, quia vtrumlibet illorum potest destrui, non destructo altero; ergo aliquid concluditur esse subiectum vtrique, vt quantitati, & qualitati: illud autem, quod subest, non concipitur in conceptu quidditatiuo, nisi entis, vel huius entis; & tamen frequenter accidit

Compositio.

quod talis qualitas, & talis quantitas coniunguntur in aliquo, & alibi non coniunguntur: & hoc non est ex natura qualitatis, & quantitatis, vt præostensum est supra; Concluditur igitur quòd hoc est ex natura illius tertij, in quo fundantur ambo ista: non autem coniunguntur talia in isto tertio, qualia in illo: Ex quo etiam diuersimodè coniunguntur in diuersis, concluditur substratum istis esse diuersum à substrato illis, & ex hoc concluditur tertium illud esse aliud ab alio tertio; ergo cognoscitur aliud tertium esse substratum, & similiter quòd sit aliud à subiecto alterius; Neque enim cognosco distinctè quod sit in se, nisi quod sit ens, vel res affecta talibus accidentibus; Vnde vlterior conceptio, quam possum de illo habere quid sit, est res aliqua, habens talia accidentia, & relationes. 1. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Potest dici*. n. 2.

Compositionem esse in creaturis per potentialitatem essentiæ ad actum existentiæ, non videtur rationabile, quia nihil videtur esse ibi, quod cum alio componatur; si enim tota albedo præexistat in potentia, vt terminus potentiæ, & postea ipsamet fit in actu, non est propter hoc aliqua compositio rei, & rei; Igitur si præexistat res secundum *esse* essentiæ, & ipsa producatur secundum *esse* existentiæ, quòd non est aliud, secundùm ponentes istam compositionem, ab *esse* essentiæ, sicut nec generaliter relatio est aliud à fundamento (propter quod non ponunt relationem, & fundamentum facere compositionem) non erit res composita propter ista duo. 1. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ℣. *Quod etiam*. B. 5.

Compositio non est ex potentia obiectiua, & actu terminante, sed alio modo est ipsa compositio, sicut dictum est Distinct. 8. primi libri. 2. D. 1. Q. 2. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ista tamen*. G. 10. in fine.

Compositio omnis in entibus videtur negari, si relatio nihil sit à fundamento, quia si A. & B. componant *Ab.*, & istarum partium vnio ab inuicem nihil aliud sit realiter, nisi ista absoluta A. & B. ergo separatis realiter A. & B. manet tota realitas illa, quæ est ipsorum A. & B. vnitorum, & tunc A. & B. separata manent realiter vnita, & ita manet compositum, separatis partibus componentibus, & ita compositum non erit compositum; quia quòd manet compositum, separatis partibus componentibus, non est compositum ex eis, nihil enim esset tunc, nisi vnum aggregatione, sicut Phil. videtur deducere 7. Meta. Tex. 6. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam*. ℣. *In ista etiam*. n. 6.

Compositio vera est, vbi est actus, & potentia: compositio autem ex albo, & similitudine, ex quibus fit compositum istud *album simile*, non est compositio ex duobus entibus absolutis, quia altera entitas non est absoluta entitas. *ibidem*. *Ad primum alterius opinionis*. F. 15.

Compositio potest intelligi propriè, prout est ex re actuali, & ex re potentiali: vel minus propriè, prout est ex realitate, & realitate actuali, & potentiali in eadem re: primo modo non est indiuiduum compositius respectu naturæ specificæ, quia nullam rem addit, nec materiam, nec formam, nec compositum: secundo modo est necessariò compositius, quia illa realitas, à qua accipitur differentia specifica, potentialis est respectu huius realitatis, à qua accipitur differentia indiuidualis, sicut si essent res, & res; Non enim realitas specifica ex se habet vnde per identitatem includat realitatem indiuidualem, sed tantum aliquod tertium includit ambo ista per identitatem. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Et per hoc*. L. 16.

Compositio ex realitate actuali, & potentiali in eadem re non potest stare cum simplicitate diuina; Illa enim non tantum non compatitur compositionem rei, & rei actualis, & potentialis, sed nec realitatis actualis cum realitate potentiali. *ibidem*.

Compositionem negat illa via, quæ dicit quòd materia prima est in potentia obiectiua tantùm, sicut albedo est in potentia obiectiua, quando non est, quæ tamen secundum *quid* est, quia est in virtute causæ, vel causarum suarum; Ista, inquam, via negat compositionem: sicut enim quando albedo de potentia obiectiua redit ad actum, non propter hoc fit in albedine realis compositio: sic cum ex igne in potentia fiet ignis in actu, nulla erit

compo-

Compositio.

compositio, & idem ponens materiam in sola potentia obiectiua, & non subiectiua, negat omnem rationem Philosophi de materia. 2.D.12.Q.1.§. *Est igitur*. ℣. *Similiter etiam*. B.10.

Compositionem, & complexionem propositionis, & assentire compositioni, discurrere, & assentire euidentiæ discursus, probantur ex relatione rationis, quod quamuis es experiamur in nobis, tamen cognitionem eorum est impossibile alicui sensitiuæ potentiæ attribuere, quia non sunt sine relatione rationis, in quas non potest sensus. 4.D.43. Quæst. 2. §. *Respondeo*. ℣. *Assumptum*: G.11.

Compositionis, & diuisionis multiplicitatem, *vel sic*, Multiplicitatem secundum compositionem, & diuisionem docuit Philosophus in illis tantum, vbi eadem materialia composita, & diuisa diuersum sensum faciunt. 1. D. 21. Quæst. *Vnica*. §. *Ad primum*. ℣. *Sed istud*. A.5.

Compositum.

Compositum primo generatur ex Phil. 7. Meta. 26. 27. & 32. quia est quod primò habet esse per generationem, hoc est, adæquatè: in composito tamen, forma est formalis terminus generationis, non autem terminus per accidens, sicut apparet per Phil. 2. Phys. Tex.14., vbi probat formam esse naturam per hoc, quod generatio est naturalis, quia est via in naturam: est autem via in formam, ergo &c. Quæ ratio nulla esset, si forma esset tantum terminus per accidens generationis. 1. D. 5. Q.1. *Ad tertium principale*. G.9.

Compositum generatur primò, licet nulla pars eius generetur primò, loquendo de isto modo eius, quod est generari. 1. D.19. Q.2.§. *Quantum ergo*. A.6.

Compositum in creaturis habet materiam aliquid sui, & verè habet, licet non sit terminus formalis generationis: & similiter habet formam, & verè aliquid sui, licet non sit subiectum generationis. 1. D. 27. Q.2. vel 3. *Contra ista, generatio*. ℣. *Præterea si primo*. C.9.

Compositum necesse est de non composito, vt parte, fieri, vel produci, vel ibitur in infinitum: & ita de materia secundum suam substantiam absolutè, vt de parte, potest produci corpus aliquod, quod est substantia composita, & concomitatur substantia quanta, quia quantitas est passio istius substantiæ compositæ. 2. D. 3. Quæst. 4. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Dico, quod necesse*. M. 17.

Compositum a quocunque efficiente generatur: *vel sic*, A quocunque efficiente generatur compositum, ab eodem effectiuè est esse compositi: sed aliquod compositum generatur ab aliqua causa creata; ergo *esse* compositi est ab aliqua causa creata. 4. D.1. Quæst.1. §. *Sed ista*. B. 7.

Compositum a quocunque generatur: *vel sic*, A quocunque generatur compositum, per eius actionem forma est in materia: formam autem esse in materia, est compositum habere *esse*; quia si non, aut ergo *esse* sequitur naturaliter ipsum compositum, quod est terminus generationis, aut præcedet naturaliter: si præcedat; ergo prius est *esse* compositi, quam ipsum compositum, quod non est intelligibile: si sequatur; ergo sine contradictione posset compositum produci ab Agente, absque hoc, quod Deus daret illi composito producto *esse*: imo simpliciter posset Deus non dare *esse* illi composito producto, cum non agat extra se, nisi contingenter. *ibidem*.

Composito omni ex materia, & forma erit aliquid prius. 1. D.8. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Primum sic*. D. 2.

Compositum nihil est, *siue*. Nihil est compositum sine vnione partium componentium, ita quod, partibus separatis, non manet compositum: nihil autem reale dependet ab eo, quod est tantum ratio, & præcipuè quod est tantum ratio causata per actum intellectus nostri, & saltem reale tale, quod non est artificiale; igitur nullum totum compositum erit reale naturale, si necessariò ad suum *esse* requirat relationem, quæ relatio nihil est, nisi ens rationis. 2. D 1. Q.4. §. *Et quia*. ℣. *Secundum probatur*. B.11.

Compositi vnitas necessario est ex ratione actus, & potentiæ, sicut assignat Philos. 7. Meta. Tex.54. & 8. Meta. Tex. 16. 1. D. 5. Qu.2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Respondeo*. L.15.

Compositum hoc quando quæritur, quare est per se vnum? non est reddenda alia causa, nisi quia habet talem formam, quæ est per se ens, ideo per se vnum: & ita de composito non est alia causa reddenda: & ideo sicut ens per se potest esse simplex, & compositum, sic nec repugnat per se passioni eius, scilicet suæ vnitati esse simplex, vel compositum. 2. D. 12. Q.1. §. *Dico igitur*. ℣. *Quando ergo*. G.13.

Compositi partes quare sunt per se vnum? vel dant esse per se vnum? alia rationem nesciuit dare Philos. 8. Meta. Tex.15. 16. nisi quia *hoc est actus, & illud potentia*; ita quod hoc est potentia essentialiter receptiua secundum totum genus suum, & illud actus essentialiter perficiens aliud: & ideo ex his fit vnum per se, scilicet ex materia, & forma. *ibidem*. ℣. *Respondeo, Philosophus*. C. 14.

Compositi per se vnitas requirit materiam recipere formam, & subesse formæ; non quod tunc materiæ detur aliqua actualitas noua, quando non est sub forma. 2. D. 12. Quæst. 2. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Item sicut*. G. 9.

Compositum per se generatum, per se est vnum 8. Meta. Tex. 15., alias esset minus vnum, quàm terminus augmentationis, vel alterationis. 3. D.22. Q. *Vnica* §. *Contra ista*. ℣. *Præterea ens*. A.6.

Compositum quomodo fit vnum per se ex materia, & forma? Philos. 8. Meta. Tex.15. assignat pro ratione, quia *hoc per se est actus, illud per se potentia*. 3. D. 2. Q. 2. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ideo dico*. E.10.

Compositum ex partibus integralibus, vt animatum, quantò est perfectius, tantò requirit plura organa; & probabile est quòd distincta specie per formas substantiales, & tamen ipsum est verius vnum, verius, inquam, idest perfectius; sed non verius, idest, indiuisibilius, quàm minus compositum; idest pars. In compositis enim frequentius inuenitur cum maiori compositione verior vnitas, & entitas, quam in partibus cum minori compositione. 4. D. 11. Q. 3. § *Ad rationes*. ℣. *Ad primam*. Bb. 46.

Compositum non est illud, quod est, nisi ex partibus, & hoc, non vt diuisis, sed vt vnitis, vt patet ex 7. Meta. Tex. 6. respectu huius syllabæ *Ab* de A. & B. & ita vniuersaliter de partibus, & de toto: nec solū hoc est verum de partibus materialibus, quas vocat ibi Philosophus elementa, sed etiam de partibus essentialibus, quæ sunt materia, & forma; Compositum enim ex hoc vnum est, quia *hoc est potentia, & illud actus*, sicut vult 8. Meta. Tex. 15. hoc est, quia vna pars, quæ est potentialis, informatur: & alia, quæ est actus informat ipsam. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ℣. *Contra istud*. C.8.

Compositum, cuiusmodi est homo, non est, nisi forma vniatur materiæ, vt perfectio perfectibili. 3. D.22. Q. *Vnica*. *In argumento in oppositum*. n. 1.

Compositis in omnibus cum per se rationi partium non repugnet vt illæ maneant, & totum non maneat, aliqua erit entitas propria ipsius totius alia ab entitatibus partium, sicut arguit Philos. 7. Meta. Tex.6. quia manet A. & B. & non *Ab.*; & idem realiter non potest manere, & non manere, ergo *Ab.* est aliud realiter ab A. & B. 3. D. 2. Quæst. 2. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Tertiò potest*. C.7.

Compositum sicut non includit suam entitatem, quam est hoc, in quantum naturam, ita nec materia in quantum naturam includit suam entitatem, qua est hæc materia, nec forma in quantum natura, includit suam. 2. D. 3. Quæst. 6. §. *Ad quæstionem*. *Respondeo omnis*. K. 15.

Compositum potest intelligi aliud propter materiam, sicut propter causam alietatis præexistentem, quia scilicet ipsa præexistit priuata, & ideo non potest esse eadem cum materia informata. *ibidem*. § *Ad quæstionem quintam*. ℣. *Potest etiam*. S.22.

Compositum primum est compositum ex primo receptiuo, & actu primo, realiter distincto ab illo. 2. D. 12. Q. 1. §. *Positio ista*. ℣. *Item idem*. A.8.

Com-

Compositum.

Compositum esse ex aliquo, & aliquo non est inconueniens, sicut non est inconuenienss quòd aliquid sit compositum.*ibidem.§.Dicuigitur.*✝. *Respondeo vt prius*. C. 13.

Compositum per se abstractum in genere sit ex forma, & materia abstracta ab hac forma, & ab hac materia, quia fit ex eis per se vnum; quia hæc potentia, & ille actus in commune, sicut hæc materia, & hæc forma, quia hæc potentia, & hic actus in speciali faciunt vnum hoc signatum: illud ergo compositum sicut est per se vnum, ita habet quiditatem per se vnam, & sicut sua entitas, vel vnitas includit per se materiam, & formam, sic & sua quiditas. 3. D.22.Q. *Vnica.§.Contra istam.*✝.*Præterea rationi*. B.7.

Compositum, quod fieret ex materia prima, & anima intellectiua, eam immediatè informante, absque forma mixtionis, non videretur homo, cum non haberet illud, quod est de essentia hominis: necesse non homo, quia haberet illud, quo formaliter homo est homo. 4. D.11. Q.3.§. *Aly concedentes*. ✝. *Contra tertium*. T. 39.

Compositum ex subiecto, & accidente habet *esse* formale illius accidentis per illam transmutationem naturalem, qua forma est in materia, & ab eodem Agente transmutante: sed non habet *esse* formale illius subiecti, quia illud præfuit ante mutationem.4.D.12 Q.1.§. *Hic dicitur*, ✝. *Item formam*. A. 3.

Composito conuenit maior actualitas, licet non maior simplicitas. 1. D. 8. Q.1. *Ad primum principale*. G. 6.

Compositum non potest esse commune, & eiusdem rationis in diuersis, quin quodlibet, quod est de essentia eius, possit esse eiusdem rationis cum eis. 2. Dist. 3. Quæst. 5. §. *Hic dicitur*, ✝. *Contra istud*. n. 3.

Composito ex susceptiuo, & forma conuenit denominatiuum formæ: *vel sic*, De composito ex susceptiuo, & forma prædicatur denominatiuum, siue concretum formæ per se primo modo, specialiter, si subiectum est per se vnum, quantum ad conceptum, sicut homo dicitur rationalis,siue animatur per se primo modo. *Quodl*. Q 3.§. *Respondeo ad primum.*✝.*Respondeo aliqua*. O.14.

Compositum substantiale solum est per se ens, accipiendo *esse* pro vltimo actu, cui scilicet non adnenit aliquis actus, dans esse simpliciter. *Quodl*. Q.9. §.*De tertio* ✝. *Potest igitur*. L. 17.

Compositum substantiale verè corrumpitur: sicut enim generatio videtur terminari ad *esse* generati, ita *esse* corrupti videtur *esse* terminus à quo corruptionis, & per consequens non manere. *ibidem*. ✝. *Ad aliud*, *habens*. K. 16.

Compositum in resurrectione posset dici quòd potest idem redire, licet non redeat vnio eadem partium, quia illa vnio non est de essentia totius, nec illa vnio est illa entitas totalis, quæ est ex partibus, nec forma illius entitatis: sed quia vnio est simpliciter necessariò requisita ad entitatem totalem, & non videtur aliquid esse idem numero, nisi illud sit idem numero, quod necessariò requiritur ad ipsum: ideo verius videtur quod vnio redibit eadem; & hoc si accipiatur pro illa relatione partium vnitarum ad inuicem, non autem pro ipsa passione, quæ non manet, nisi in instanti resuscitationis; Illa enim posset poni alia, sicut & illa mutatio alia est à generatione. 4.Dist. 43. Quæst.1. *Ad vltimum principale*. I. 13.

Compositum tertium non fit ex persona assumente, & natura assumpta, sicut nec ex natura, & natura: sed tantum modus loquendi est alius, dicendo vnitatem naturæ, & vnitatem personæ; quia in primo modo loquendi notatur vnitas identitatis, vel compositionis, in secundo non notatur, nisi vnio ad personam, vt ad terminum. 3.D.1.Q.2.§.*Sed contra secundum*.✝.*Respondeo licet*. G. 10. in fine.

Compositum ex possibilitate transmutabilitatis estò poneretur in speciebus Eucharistiæ, & possibile esset de illa actione naturalis Agentis, vt volebant aliqui, producere materiam, vel compositum, adhuc frustra poneretur; quia Agens naturale non posset agere, nisi inquantum actu est, quod non esset hic. 4. D. 12. Q. 6. §. *Quarta opinio*, ✝. *Item esto*. A.10.

Compossibile.

Compossibile, vel incompossibile alicui ideo est aliquid, quia ipsum est tale in se, & non è conuerso; quia veritas negatiuæ firmatur, & fundatur super veritatem affirmatiuæ; Ideo homo non est asinus, quia homo est homo 2. Perhiermen.in fine,& 4.Meta.Tex.16.1.D.13.Q.*Vnica*. §. *Aliter ponitur*,✝. *Contra istam viam*. A.4.

Compossibile aliquod infinito intensiuè in eodem supposito si non esset omnino idem sibi, tunc ipsum non esset omnino incompossibile, quia tunc ibi esset aliqua compositio, saltem aliquo modo, actus, & potentiæ: habemus ergo quòd infinitum est idem realiter ei, quod est sibi compossibile in eodem supposito.*Quodl*.Q.5 §.*Tertio igitur*. O. 15.

Compossibile quodlibet est ponendum, vbi non apparet ratio incompossibilitatis. *Quodl*. Q.19.§. *Potest dici*. Bb. 22.

Comprehendere.

Comprehendere nihil potest, *siue* Nihil comprehendit obiectum formaliter infinitum, nisi ipsum comprehendens sit formaliter infinitum. 1. D. 13.Q.*Vnica*.§. *Alia est opinio*.✝.*Quod autem*. M.15.

Comprehenditur quicquid, *siue*: *Quicquid scientia comprehenditur, scientis cognitione finitur* ex Aug. 13. Ciuit. cap. 18. quod non est intelligendum, quòd absolutè finiatur, quia tunc Deus non comprehenderet se; sed finitur cognoscenti, quia respectu eius se habet, ac si esset finitum; videtur enim solus ille intellectus comprehendere aliquid intelligibile, cuius tanta est perfectio in intellectualitate, quanta est perfectio, vel intelligibilitas intelligibilis: & ideo ibi est commensuratio, & adæquatio, & propter hoc neutrum est respectu alterius excedens, & ita vtrumque quasi finitum est alteri, quia simpliciter adæquatum. 3. D.14.Q.2. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. ✝. *Et tunc ad illas*. E F.7.

Comprehendere Deum nullus intellectus creatus potest (& si videat quodcùque visibile ex parte Dei) quia non est commensuratio hinc inde, nam nullus intellectus talis potest habere tantam intellectualitatem in actu primo, neque in actu secundo, quanta est intelligibilitas Dei, vt obiecti, imo in infinitum excedit. *ibidem*.

Comprehensibile.

Comprehensibile quod non est: *vel sic*; Quod non est comprehensibile, nisi ab intellectu infinito, est formaliter infinitum: ista propositio est vera sic intelligendo, quòd si obiectum est incomprehensibile propria incomprehensibilitate, est etiam infinitum propria infinitate. *Quodl*. Q. 5. §. *Ad primum*. S. 20.

Comprehensibile intellectui finito posset dici quòd est necessariò finitum; & incomprehensibile illi intellectui non est finitum: & sic concedimus quòd generatio, in diuinis, vt generatio, est incomprehensibilis intellectui creato, & ita secundum propriam entitatem, & comprehensibilitatem non est finita; sed ex hoc non sequitur quod sit infinita, ergo illa propositio, quod non est comprehensibile, nisi ab intellectu infinito, est formaliter infinitum, est neganda, accipiendo incomprehensibile negatiuè pro non possibili comprehendi; quia ad hoc, quod esset vera, oporteret illud intelligere quasi contrariè, scilicet pro habente quantitatem virtualem, extendentem se vltra omne comprehensibile, vel omne comprehensibile excedentem, quod non est in proposito. *ibidem*. ✝. *Respondeo posset*. T. 22.

Comprehensio.

Comprehensio vnica infinita, & infiniti adæquatur vni intellectui infinito. *Quodl*. Q.5.§. *Prima ratio*. ✝. *Ex his tribus*. L. 12.

Compre-

Comprehensiuus.

Comprehensiua intellectio Dei sola repugnat intellectui creato, sed alia de Deo sub ratione immensitatis eius potest esse non comprehensiua eius, quia actus comprehensiuus obiecti infiniti est infinitus intensiuè; quia est ita perfectus in ratione actus, sicut obiectum in ratione obiecti, & ideo simpliciter adæquatus, sed obiecti, vt immensi, potest esse actus non infinitus, quia sicut obiectum potest esse simpliciter perfectius actu, & hoc sub illa ratione, sub qua est obiectum actus, ita infinitum, siue infinite actus. 1. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De ratione*. ✝. *Secundo sic sola*. C. 4. *Additio*.

Comprehensiuum actum circa obiectum infinitum non habemus nos, nec est possibile. 1. D. 3. Q. 1. *Ad tertium principale* ✝. *Et cum arguitur*. H. 20.

Comprehensor.

Comprehensor aliquis quod fruatur essentia non fruendo persona, secundum quosdam, non est possibile, de potentia Dei absoluta. 1. D. 1. Q. 2. §. *De secundo*. B. 3. *Impugnatur*. *ibidem*. §. *Quantum ad istum*. C. 5.

Comprehensori soli competere potest certitudo infallibilis de beatitudine: Viator autem, & comprehensor distinguuntur, sicut esse citra terminum, & esse in termino. 2. D. 20. Q. 1. §. *Dico ad quæstionem*. ✝. *Non posse peccare*. A. 2.

CON

Conceptio.

Conceptio communis animi, *siue*: Communis animi conceptio est, quam quisque probat auditam, ex Boetio de Hebdomadibus. 1. D. 3. Q. 4. §. *Primo iste*. ✝. *Quod autem*. n. 5.

Conceptus quo ad res.

Conceptus sunt signa rerum naturaliter: primo Perihermen cap. 1. 4. D. 10. Q. 4. §. *Hic duo videnda*. ✝ *Sed dubium*. A. 3.

Conceptus rerum sunt iidem apud omnes 1. Perihermen. cap. 1. & communiter in qualibet lingua est vnum nomen impositum tali conceptui communi, qualiscunque sit illa communitas, siue analogiæ, siuè vniuocationis. *Quodl*. Q. 3. §. *De primo*. ✝. *In secundo*. B. 2.

Conceptus quiditatis.

Conceptus quiditatis, prout importatur per nomen confusè, est prius notus naturaliter, quam conceptus eius, vt importatur distinctè per diffinitionem, & ita alius conceptus, & aliud extremum. 1. D. 2. Q. 1. §. *Quoniam secundum*. ✝. *Hoc probatur*. A. 2.

Conceptus substantiæ.

Conceptum nullum quiditatiuum habere poterimus de substantia, nisi sit aliquis talis, qui possit abstrahi à conceptu accidentis; substantia enim non immutat immediatè intellectum nostrum ad aliquam intellectionem sui, sed tantum accidens sensibile: sed nullus talis quiditatiuus abstrahabilis est à conceptu accidentis, nisi conceptus entis. 1. D. 3. Q. 3. §. *Quantum ad secundum*. ✝. *Secundum rationem*. I. 9.

Conceptus quosdam communes habemus de substantijs immaterialibus, & materialibus, & istos possumus ad inuicem componere; sed istæ complexiones non habent euidentiam, nisi ex veris immediatis, quæ sunt de istis quiditatibus sub ratione propria, & speciali, sub qua ratione non concipimus istas quiditates, & ideo nec scimus illas veritates generales de conceptibus generalibus. *Prolog*. Q. 1. §. *Contra istam rationem*. ✝. *Ad istud*. F. 16.

Conceptus communis.

Conceptus communis duobus est neuter formaliter: & ita concedo quòd conceptus entis non est formaliter conceptus creati, nec increati; Si autem intelligatur quod iste conceptus est ita neuter, quòd neutrum contradictoriorum dicatur de eo, falsum est: ita est in rationali, & irrationali, quòd conceptus animalis neuter est formaliter, & tamen illud, quod concipitur non est neutrum, sed verè est alterum istorum; Alterum enim contradictoriorum dicitur de quolibet, & tamen non oportet quemlibet conceptum esse formaliter alterum conceptum contradictoriorum. 1. D. 8. Q. 3. *Ad primum pro opinione*. ✝. *Ad confirmationem*. E. 11.

Conceptus aliquis communis Deo, & creaturæ (non tamen communis, vt generis) stat cum simplicitate Dei. *ibidem*. §. *Teneo opinionem meam*. F. 16.

Conceptus habens indifferentiam ad al qua, ad quæ non potest conceptus generis esse indifferens, non potest esse conceptus generis: sed quicquid dicitur communiter de Deo, & creatura est indifferens ad finitum, & infinitum, vel saltem ad finitum, & non finitum, loquendo de quibuscunque, quia relatio diuina, nec est finita, nec infinita: nullum autem genus potest esse indifferens ad finitum, & infinitum. *ibidem*. ✝. *Ex primo arguo*. G. 16.

Conceptus aliquis communis licet possit haberi, qui dicatur *in quid* de generatione, & spiratione diuina; imò fortè, qui dicatur *in quid* de Paternitate diuina, & creata: tamen nulla realitas potest esse in diuinis aliquo modo distincta ex parte rei, à qua sumatur iste conceptus *in quid*, quæ realitas sit determinabilis per aliam realitatem, sicut conceptus communis est determinabilis in intellectu per alium conceptum. 1. D. 26. Q. *Vnica*. *Ad primum tertiæ viæ*. ✝. *Ad aliud dico*. Y. 48.

Conceptus quiditatiuus, secundum se, communis speciebus est ratio diuisibilitatis eius in species; sed non est ratio distinguendi species ab inuicem, sed species vna ab alia distinguitur per differentiam. 2. D. 3. Q. 6. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad argumentum*. O. 19.

Conceptus ille communis Deo, & creaturæ concedo quòd est finitus, hoc est, non est de se infinitus positiuè, ita quod de se includat infinitatem; quia si esset infinitus, non esset communis de se finito, & infinito: nec est de se finitus positiuè, ita quòd de se includat finitatem, quia tunc non competeret infinito; sed est de se indifferens ad finitum, & infinitum, & ideo est finitus negatiuè, idest, non ponens infinitatem, & tali finitate est determinabilis per aliquem conceptum 1. D. 8. Q. 3. *Ad primum principale*. ✝. *Etsi dicas*. Z. 28.

Conceptus vnus est in vnaquaque lingua indifferens ad omnia illa, quæ sunt extra animam: conceptus enim sunt iidem apud omnes 1. Perihermen. cap. 1. & communiter in qualibet lingua est vnum nomen impositum tali conceptui communi, qualiscunque sit illa communitas, siue analogiæ, siue vniuocationis: Et sic, quando dicit Auicen. 1. Meta. cap. 5. quod *ea, quæ sunt communia omnibus generibus, sunt res, & ens*, non potest illud intelligi de vocabulis in vna lingua. *Quodl*. Q. 3. §. *De primo*. ✝. *In secundo*. B. 2.

Conceptus quidam indifferentior, quàm sit conceptus relatiuus incommunicabilis, vel forma absoluta incommunicabilis, ab ipso conceptu relatiuo incommunicabili, & ab illa forma absoluta incommunicabili (qui conceptus considerantur in ratione constitutiua personæ) fortè potest abstrahi: hæc scilicet forma, vel entitas incommunicabilis: & illud in suo singulari proprio posset intelligi *esse quo* huius personæ, licet non intelligatur in singulari aliquo alicuius conceptus inferioris, sicut intelligo aliquando non solum ens, sed hoc ens; vel substantiam hanc, non determinatè concipiendo in intellectu meo singulare alicuius inferioris, putà hoc animal, vel hunc lapidem: sicut quando video à remotis, prius apprehendo quod est corpus, quàm animal, & animal, quàm hoc animal: & istum conceptum indifferentem formæ incommunicabilis fortè intellexit ille, qui concepit suppositum in diuinis, non determinando, in intellectu suo, illud suppositum esse absolutum, vel relatiuum, quomodo oportet dicere de Philosophis; nisi ponatur quòd omnis eorum de Deo conceptus ad extra sit falsus. *Quodl*. Q. 4. §. *Ex istis duabus*. ✝. *Respondeo, ab ipso*. V. 29.

Conceptum indifferentem, nec absolutum, nec relatiuum bene possibile est ab aliquibus abstrahi; & tamen quodcunque signatum existens extra animam necessariò, & determinatè est hoc, vel illud, ita quod indifferentia conceptus abstrahibilis à pluribus non concludit indifferentiam singularis existentis ad hoc, vel illud. *ibidem*.

Conceptus

Conceptus contrahens.

Conceptus contrahentes, communes finito, & infinito, dicunt modum intrinsecum ipsius contracti, & non aliquam realitatem, perficientem illam, (aliàs illud, vel illum.) 1. D.8. Q.3. *Ad primum principale*. Y.26.

Conceptus vltimæ differentiæ.

Conceptus vltimæ differentiæ est conceptus actualior, & principalior vnitatis diffinitionis. 4. D.11. Q.3. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad primam*. Cc.47.

Conceptus vniuocus.

Conceptum vniuocum dico, qui ita est vnus, quòd eius vnitas sufficit ad contradictionem, affirmando, & negando ipsum de eodem: sufficit etiam pro medio syllogistico, vt extrema vnita in medio sic vno, sine fallacia æquiuocationis, concludantur inter se vnum. 1. D.3. Q.1. vel 2. §. *Secundo non asserendo*. ℣. *Et ne fiat*. B.5.

Conceptus proprius.

Conceptus proprius est conceptus alij repugnans; ergo concipiens per hunc habet conceptum repugnantem alteri, v.g. visus non videt aliquid repugnans nigro, quin per illud distinguat à nigro. 1. D.8. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Præterea intellectus*. n.1. *Additio, quæ deest in editione recentiori Hibernorum*.

Conceptus intentionis primæ.

Conceptus omnis est intentionis primæ, qui natus est fieri immediatè à re, sine opere, vel actu intellectus negotiantis, qualis est conceptus non tantum positiuus, sed etiam negatiuus. 1. D.23. Q. *Vnica*. §. *Item arguitur*. ℣. *Ad primum*. G.6.

Conceptus logicus vnus per accidens.

Conceptum illum esse vnum conceptum per accidens dicit logicus, si ex duobus, quæ sunt in propositione per accidens, cuius scilicet subiectum non includit rationem inhærentiæ prædicati, fiat vnus conceptus, quorum neuter est per se determinatiuus alterius: *vel sic*, Logicus dicit propositionem per accidens, cuius subiectum non includit rationem inhærentiæ prædicati: Et si ex duobus talibus fiat vnus conceptus, quorum neuter est per se determinatiuus alterius, dicit illum conceptum esse vnum conceptum per accidens: Exemplum non est in creaturis de conceptu vno per accidens logico, nisi cui correspondet vnum per accidens metaphysicum; quia etsi hæc sit per accidens *Rationale est animal*, tamen iungendo vnum conceptum alteri, vnus est per se determinatiuus alterius, & ideo totus conceptus non est vnus per accidens, sed tantum aliquis, aggregans conceptus duorum generum, est vnus per accidens, & ei semper correspondet vnum per accidens, apud metaphysicum. 1. D 26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Ad aliud de supposito*. Z.48.

Conceptus vagus.

Conceptus vagus, formatus in intellectu Angeli loquentis est intelligibilis, secundum Henricum, ab Angelo alio, virtute naturali; ergo multò magis conceptus determinatus, quem exprimit ille conceptus, vt vult idem Henricus; quando enim duo intelligibilia comparantur ad eundem intellectum, non alligatum virtuti phantasticæ, magis actuale, & perfectius, non excedens facultatem naturalem illius, magis est intelligibile ab illo intellectu: ille autem determinatus est perfectior, & magis intelligibilis: & intellectus cuiuscunque Angeli habet conceptum creatum quemlibet pro intelligibili, non excedente suam virtutem, nec alligatus est virtuti phantasticæ, vt patet, ergo. 2. D.9. Q.2. §. *Contra secundum*. ℣. *Præterea quando*. n.12.

Conceptus incommunicabilis.

Conceptus incommunicabilis, qui negat communicationem actualem, & aptitudinalem, vniuocus est Deo, & creaturæ; personæ diuinæ, & creatæ; negatio enim est vniuoca multis, quando idem negatum à pluribus negatur: Sed negatio communicabilitatis, quæ includit repugnantiam ad communicari, non est vniuoca, quia non conuenit creatis: & hoc modo concedo non esse personam in creatis: Vnde si incommunicabile, prout pertinet ad rationem personæ perfectæ, dicit non tantum negationem communicationis vtroque modo, sed etiam repugnantiam ad communicari, nulla erit perfectè persona, nisi diuina: Illa enim includit aliquid absolutè, quo contradictoriè repugnat sibi communicari quocunque modo, & *vt quod*, & *vt quo*: persona enim diuina non tantum habet negationem communicationis actualis, & aptitudinalis, sed etiam habet repugnantiam ad communicationem, & *vt quod*, & *vt quo*: & repugnantia talis nunquam potest esse, nisi per entitatem positiuam; & ideo sequitur personam istam nunquam esse sine tali entitate: sed persona creata non est sic incommunicabilis, & ideo non oportet sibi tribuere talem entitatem personalem. 3. D.1. Q.1. §. *Per hoc*. ℣. *Respondeo*. G.10.

Conceptus non per se vnus.

Conceptus, qui non est in se vnus per se, de nullo vno per se enunciatur, nec aliquid sic vnum de eo, sicut ratio in se falsa, secundum Philos. 5. Met. Tex.34. de nullo est vera. 3. Dist.6. Quæst.1. §. *Quinto videndum*. ℣. *Sed contra*. D.8.

Conceptus simplex, & simpliciter simplex.

Conceptum simpliciter simplicem voco, qui non est resolubilis in aliquos conceptus simplices, quorum quilibet possit actu simplici distinctè cognosci. 1. D.2. Q.1. vel 2. §. *Ex his*. ℣. *Maior manifesta*. D.5.

Conceptus alius est simplex, & alius simpliciter simplex, conceptum simpliciter simplicem voco, qui non est resolubilis in plures conceptus, vt conceptus entis, vel vltimæ differentiæ: conceptus simplex, sed non tamen simpliciter simplex est quicunque potest concipi ab intellectu actu simplicis intelligentiæ, licet possit resolui in plures conceptus seorsum conceptibiles, sicut est conceptus diffiniti, vel speciei. 1. D.3. Q.2. §. *Loquendo igitur*. ℣. *Quantum ad primum*. K.21.

Conceptus quilibet differentiæ vltimæ est simpliciter simplex, & ideo non potest secundum aliquid concipi, & secundum aliquid ignorari, sicut patet per Philos. 9. Meta. Tex. vltimo in fine, *de conceptibus simpliciter simplicibus, quod non est circa eos deceptio, sicut est circa quiditatem complexorum*: quod non est intelligendum, quasi intellectus simplex formaliter decipiatur circa intellectionem quiditatis, quia in intellectione simplici non est verum, vel falsum; Sed circa quiditatem compositam potest intellectus simpliciter virtualiter decipi: Si enim ista ratio est in se falsa, tunc includeret virtualiter propositionem falsam, quod autem est simpliciter simplex, nec includit virtualiter, nec formaliter propositionem falsam: & ideo circa ipsum non est deceptio: vel enim totaliter attingitur, vel non attingitur, & tunc totaliter ignoratur; De nullo igitur simpliciter simplici conceptu potest esse certitudo secundum aliquid eius, & dubitatio secundum aliud. 1. D.3. Q.3. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Vel aliter*. L.11.

Conceptus duo simpliciter simplices non sunt in intellectu, nisi vterque fuerit distinctè ibi, quia talis aut omninò ignoratur, aut totaliter attingitur 9. Meta. cap. vltimo, igitur de illo non est intellectus certus secundum aliquid; & incertus, vel dubius, vel deceptus secundum aliud. 1. D.8. Q.3. §. *Contra istam positionem* ℣. *Contra arguitur sic*. n.7. *Additio, quæ deest in editione recentiori Hibernorum*.

Conceptus compositus.

Conceptus compositus per se vnus componitur ex conceptu potentiali, & actuali, siue ex conceptu determinabili, & determinante, sicut ens compositum componitur ex actu, & potentia; Sicut igitur resolutio entium compositorum stat vltimo ad simpliciter simplicia, scilicet ad actum vltimum, & potentiam vltimam, quæ sunt primo diuer-

Conceptus compositus.

diuersa, ita quod nihil vnius includit aliquid alterius, alioquin hoc non esset primò actus, nec illud primò esset potentia; Quod enim includit aliquid potentialitatis, non primò est actus: ita oportet in conceptibus omnem conceptum non simpliciter simplicem, & tamen per se vnum, resolui in conceptum determinabilem, & determinantem; ita quod ista resolutio stet ad conceptus simpliciter simplices, scilicet ad conceptum determinabilem tantùm, ita quòd nihil determinans includat: & ad conceptum determinantem tantùm, qui scilicet non includit aliquem conceptum determinabilem. 1.D.3. Q.3.§. *Ad quæstionem.* ✝. *Secundo sic, sicut ens*. E.6.

Conceptus vnus, si virtualiter includat conceptus communiores, & minus communes, & particulares, prius perficiet intellectum sub ratione conceptus prioris, & vniuersalioris, quam sub ratione conceptus particularis; sicut conceptus plures communiores, & minus communes, habituales, & virtuales nati sunt perficere intellectum via generationis, vel originis, ita quòd imperfectior, est semper prius. 1.D.3.Q.2.§. *Quantum ad notitiam.* ✝. *Quantum ad istam*. K. 28.

Conceptus abstractus.

Conceptus aliquis abstractus, si sit indifferens, potest contrahi per conceptum absolutum, quousque sit determinatissimus sub genere absoluto: consimiliter de conceptu relatiui sub genere relatiuo; Neuter igitur est per se contractiuus, vel determinatiuus alterius, quia vterque (scilicet conceptus relatiuus, & conceptus absolutus) natus est habere conceptum determinatum in propria coordinatione. *Quodl.* Q.13.§. *De tertio*. Y.24.

Conceptus causatus per orationem.

Conceptus, qui causatur per orationem prolatam, non habetur per eam, nisi in vltimo instanti prolationis orationis, quia non habetur conceptus omnium partium orationis ante illud instans: conceptus enim totius orationis non habetur sine conceptibus omnium partium. 4. D.8.Q.2.§. *Aliter ergo*. G.14.

Conceptus formatus per dictionem non habetur ante instans vltimum prolationis illius dictionis, ergo à simili de oratione: & ratio similitudinis est, quia sicut partes dictionis nō significant conceptū simplicē, quē dictio significat, ita dictio non significat conceptum aliquem cōplexū, quē significat tota oratio; Sed differentia est, quia pars orationis aliquem conceptum simplicem significat: sed ad propositum non est ista differentia, quia vtrobique totus conceptus non habetur, nisi in fine omnium dictionum prolatarum. *ibidem*.

Conceptus, cum fiat in instanti in intellectu post prolationem orationis, vel dictionis, non fit per illam, quia illa non est, sed, in fine prolationis cuiuscunque dictionis, per aliquid causatum in phantasia, dum fuit in prolatione, intellectus causat in se conceptum aliquem dictionis: vel ad propositum magis, per aliqua derelicta à singulis dictionibus, dum proferebantur, intellectus in vltimo instanti per collationem suam causat intellectum, vel conceptum totius: ideo autem dixi de conceptu, qui causatur per orationem, quia secus potest esse de conceptu illo signato, qui non causatur per eam, vtpotè conceptus, qui est apud hominem, quem scilicet intendit per orationem exprimere. *ibidem.* ✝. *Respondeo, patet*. G.H.14.

Conceptum non oportet in eodem instanti, vel in eodem tempore causari in audiente per orationem prolatam, & veritatem illius conceptus intelligi, siue vnionem extremorum; Nam si dicam, *Deus creauit Mundum*, conceptus istius orationis causatur in vltimo instanti: tamen veritas illius, seu vnio extremorum intelligitur pro primo instanti temporis; Non est ergo idem dicere *in quo* instanti concipiatur oratio, & *pro quo*, quia concipitur in vltimo completæ orationis, & concipitur *pro illo*, pro quo extrema denotantur vniri in intellectu, siue extra in se. *ibidem.* ✝. *Secunda conclusio*. I.15.

Conceptus propositionis de præterito, siue vnio extremorū, potest dici quòd de virtute sermonis non habetur, quod intelligatur præcisè pro vltimo instanti totius orationis; Sed si intelligitur pro instanti, magis debet intelligi pro instanti completæ prolationis ipsius verbi: partes etiam, quando proferuntur, significant: & si natura significationis earum est talis, quod non extendit se, nisi ad aliquid, quod est præsens, quando significat, oportet illud significatum esse præsens, quando partes proferuntur. *ibidem.* ✝. *Potest ergo*. S.20.

Conceptum aliquem complexum ad exprimendum bene possibile est aliquem determinare se. *vel sic*, Bene possibile est aliquem determinare se ad exprimendum aliquem conceptum pro instanti, & conceptus omnium partium illius conceptus accipi pro illo eodem instanti vltimo prolationis: hoc enim modo disputantes determinant se ad proferendum intellectus suos in suis responsionibus ad idem instans: alioquin nunquam respondens potest redargui, quantumcunque concederet contradictoria. *ibidem*.

Conceptum suum si quis velit alij exprimere per orationem de præsenti, non causabit in eo conceptum de virtute sermonis pro vltimo instanti prolationis, sed potest sibi exprimere, aut exponere, quod pro illo instanti proferat: & tunc ex tali expositione, non ex virtute sermonis, conciperet illam vnionem extremorum pro illo instanti; sed si ipsemet proferens intenderet per suam propositionem aliquid causare, sicut etiam posset intendere exprimere conceptum suum pro vltimo instanti, ita posset causare illum effectum pro illo instanti: si etiam ad prolationem istius intendens aliquem conceptum, & omnes eius partes accipi pro aliquo instanti, aliquis alius videns intentionem eius vellet aliquid causare, posset causare pro vltimo instanti, pro quo intendit ille omnia significare. *ibidem*. S.21.

Conceptus, qui ponitur haberi per orationem Sacramentalem, putà *Hoc est corpus meum*, in vltimo instanti, nullo modo est instrumentum Dei ad illam actionem Dei, quæ ponitur sequi in eodem instanti naturæ, quia Deus ad operationem suam non vtitur aliquo Sacramentali, nisi sensibili. *ibidem.* ✝. *Istud etiam*. Y.25.

Conceptus causati per orationem prioritas naturalis ad veritatem patet manifestè in addiscente; Prius enim aliqua conclusio non demonstrata concipitur à discipulo, & tunc quidem, vt neutra: & tamen totus per se eius conceptus percipitur, vel concipitur: secundo demonstratione ad ipsum applicata, concipitur, vt vera. *ibidem*. ✝. *Istud etiam*. X. 23.

Conceptus certus, & dubius.

Cōceptū omnis intellectus certus de vno cōceptu, & dubius de diuersis, habet de quo est certus, alium à conceptibus, de quibus est dubius: *vel sic*, Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuersis, habet conceptum, de quo est certus, alium à conceptibus, de quibus est dubius, subiectum includit prædicatum. 1.D.3 Q.1. vel 2.§. *Secundo non asserendo.* ✝. *Et vniuocationem*. B.6.

Conceptus idem nullus, vel Nullus idem conceptus est certus, & dubius, igitur vel alius, quod est propositum, vel nullus: & tunc non erit certitudo de aliquo conceptu. *ibidem*.

Conceptus aliqui quando non possunt concipi sub vnitate, nisi simul, vel prius naturaliter concipiantur sub distinctione propria sibi, quæ præsupponitur illi vnitati, non potest intellectus esse certus de eis, inquantum habent illam vnitatem, & dubius de eis, inquantum sunt distincti. 1.D.8.Q.3.§. *Contra istam positionem*. ✝. *Contra, quando*. n.7.

Conceptus consequentis potest esse certus, & antecedentis dubius: nec idem conceptus est certus, & dubius. 4.D.8.Q. 2.§. *Aliter ergo.* ✝. *Conclusio duodecima*. R.18.

Conceptus idem.

Conceptum eundem impossibile est esse priorem, & posteriorem; haberi, & non haberi de eodem: sed idem potest prius concipi secundum nomen, quàm secundum diffinitionem, ergo. 1.D.2.Q.2.§. *Quoniam secundum.* ✝. *Hoc probatur secundo*. A.2.

Conceptus idem licet posset diuersificari penes modus grammaticales, & logicales: grammaticales, vt penes quoscunq; modos significandi. logicales, vt penes quoscunque modos considerandi diuersos, sicut penes vniuersale, & particulare, vel penes explicitè, & implicitè: explicitè, sicut diffinitio exprimit: implicitè, sicut diffinitum exprimit: & per istas

Conceptus idem.

differentias poſſunt poni non tantum certitudo, & incertitudo, ſed etiam veritas, & falſitas: congruitas, & incongruitas: tamen quod idem conceptus eodem modo conceptus, quantum ad iſtos modos ſit certus, & dubius, hoc eſt idem omnino affirmare, & negare. 1. D.8. Q.3. §. *Contra iſtam poſitionem*. ℣. *Reſpondetur*. n.6.

Conceptus ſpeciei.

Conceptus ſpeciei non eſt tantum conceptus realitatis, & modi intrinſeci eiuſdem realitatis, quia tunc albedo poſſet eſſe genus, & gradus intrinſeci albedinis poſſent eſſe differentiæ ſpecificæ; Illa autem, per quæ commune aliquod contrahitur ad Deum, & creaturam, ſunt finitum, & infinitum, quæ dicunt gradus intrinſecos ipſius, ergo illa contrahentia non poſſunt eſſe veræ differentiæ, nec cum contracto conſtituunt ita compoſitum conceptum ſicut oportet conceptum ſpeciei eſſe compoſitum; imo conceptus ex tali contracto, & contrahente eſt ſimplicior, quàm poſſit eſſe conceptus ſpeciei. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem*. ℣. *Secundo ex eodem*. K.17.

Conceptus creaturæ.

Conceptui creaturæ non ſubeſt aliquis conceptus, vel ſpecies repræſentans aliquid proprium Deo alterius omnino rationis ab eo, quod conuenit creaturæ. 1. D.3. Q.2. §. *Quinto dico*. ℣. *Ex hoc apparet*. F 17.

Conceptus de Deo.

Conceptus, qui poteſt fieri de Deo virtute creaturæ eſt imperfectus: qui autem fieret virtute eſſentiæ eſt perfectus. *Prolog*. Quæſt. 1. §. *Contra iſtam rationem*. ℣. *Hæc ratio*. H.17.

Conceptus aliquis de Deo dictus, non communis ſibi, & creaturæ, poteſt eſſe in intellectu noſtro, vt neceſſario ens, vel ens infinitum, vel ſummum bonum, & de tali conceptu poſſumus prædicare *eſſe* eo modo, quo à nobis concipitur, puta *neceſſarium eſſe*. 1. D.2. Q.1. vel 2. §. *Ex his*. ℣. *Sed ſi quæritur*. B.4.

Conceptus nullus, quem habemus de Deo, proprius ſibi, & non conueniens creaturæ eſt ſimpliciter ſimplex, vel ſaltem nullus, quem nos diſtinctè percipimus eſſe proprium Deo, eſt ſimpliciter ſimplex, *ibidem*; ℣. *Tertio, quia nihil*, C.5.

Conceptus ad multos, ſiue ad multos conceptus proprios de Deo poſſumus peruenire, qui non conueniunt creaturis, cuiuſmodi ſunt conceptus omnium perfectionum ſimpliciter in ſummo. 1. D.3. Q.1. vel 2. §. *Quarto dico*. E.17.

Conceptus perfectiſſimus; in quo quaſi in quadam deſcriptione perfectiſſimè cognoſcimus Deum, eſt concipiendo omnes perfectiones ſimpliciter, & in ſummo. *ibidem*.

Conceptus perfectior, & ſimplicior nobis poſſibilis eſt conceptus entis ſimpliciter infiniti; Iſte enim eſt ſimplicior, quam conceptus entis boni, vel entis veri, vel aliquorum ſimilium, quia infinitum non eſt quaſi attributum, vel paſſio entis, ſiue eius, de quo dicitur; ſed dicit modum intrinſecum illius entitatis, ita quod, cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quaſi per accidens ex ſubiecto, & paſſione, ſed conceptum per ſe ſubiecti in certo gradu perfectionis, id eſt infinitatis. *ibidem*.

Conceptus dictus de Deo, & de creatura *in quid* contrahitur per aliquos conceptus dicentes quale contrahentes; Sed ipſe conceptus dictus *in quid* non eſt conceptus generis, nec illi conceptus dicentes *quale* ſunt conceptus differentiarum, quia iſte conceptus quidditatiuus eſt communis ad finitum, & infinitum, quæ communitas non poteſt eſſe in conceptu generis. 1. D.8. Q.3. *Ad primum principale*. Y.26.

Conceptus omnis realis poſſibilis haberi de eſſentia diuina natus eſt fieri in intellectu, virtute illius eſſentiæ, 1. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Sed contra*. n.1.

Conceptus vnicus, quem eſſentia diuina eſſet nata de ſe facere, eſt huius eſſentiæ, vt hæc. *ibidem*.

Conceptus omnis, qui natus eſt haberi, & etiam cauſari virtute eſſentiæ diuinæ in aliquo intellectu, eſt natus haberi in virtute eius in intellectu comprehendente ipſam:

Conceptus de Deo.

talis eſt diuinus intellectus, ergo ſi eſſentia diuina nata eſt tantum facere conceptum vnum realem in intellectu diuino, vt volunt aliqui, igitur & in quocunque intellectu; & vltra ſequitur quòd conceptus nullus realis poſſit haberi de iſta eſſentia, niſi vnus. 2. D.3. Q.9. §. *Contra primum*. ℣. *Præterea eſſentia*. n.4.

Conceptum omnem realem, quem poteſt aliquis intellectus habere de eſſentia diuina, ipſa poteſt cauſare, alioquin non eſſet perfecta in ratione obiecti, quia illud, quod eſt in ratione obiecti imperfectiſſimum, poteſt cauſare omnem conceptum de ſe cauſabilem. *ibidem*.

Conceptus quicunque de Deo cauſatus ex ſenſibilibus, eſt imperfectior, quam actus cognitionis ſenſitiuæ, quia impoſſibile eſt intellectum agentem, cum obiecto ſuo, cauſare conceptum perfectiorem ſuo perfecto verbo, quia realiter eſt effectus ſibi adæquatus: ſed vnus effectus eſt adæquatus vni cauſæ, ergo non poteſt perfectiorem illo cauſare de Deo, ergo in nullo tali conceptu cauſato de Deo ex ſenſibilibus eſt beatitudo. 4. D.49. Q.8. §. *Reſpondeo*. ℣. *Si dicas*. B.5.

Conceptus ſimplex virtualiter includens iſtam, *Deus eſt Omnipotens*, & etiam virtualiter includens ſuam immediatam præcedentem, ſtante ſimpliciter ſtatu viæ, citra ſcilicet omnem notitiam permanentem, vel tranſeuntem, quæ ſcilicet repugnat ſtatui viæ, poſſet haberi. *Quodl.* Q.7. §. *Secunda concluſio*. E.7.

Conceptus diſtinctiſſimus ſubiecti Theologiæ, quod eſt Deus, poteſt haberi citra cognitionem intuitiuam: & ille conceptus, & virtualiter, & euidenter continet omnes veritates neceſſarias de illo ſubiecto: contingentes autem non poteſt includere, quia illæ non ſunt natæ includi in ratione alicuius ſubiecti; Quæcunque enim veritas includitur ſufficienter in aliquo ſimplici conceptu, eſt neceſſaria. *ibidem*. ℣. *Exemplo ſic*. H.10.

Conceptus virtualiter, & euidenter includens totam coordinationem ſcientiæ *propter quid* poſſibilis de Deo, non eſt poſſibilis Viatori ex puris naturalibus pro ſtatu iſto, quia non eſt ſibi poſſibilis ex naturalibus, niſi conceptus, qui poteſt cauſari virtute intellectus agentis, & phantaſmatum: nihil enim aliud eſt naturaliter mouens intellectum viatoris de lege communi: iſtorum autem virtute, ſcilicet phantaſmatum, & intellectus agentis, non poteſt cauſari in nobis conceptus diſtinctus de Deo, qui virtualiter, & euidenter includit veritates ordinatas vſque ad iſtam, *Deus eſt omnipotens*, vtroque modo, quo accipitur omnipotentia. *ibidem*. §. *Tertia concluſio*. I.11.

Conceptus, qui non eſſet vniuocus alicui obiecto relucenti in phantaſmate, ſed omnino alius, & prior, ad quem habet iſte analogiam, non poſſet fieri virtute intellectus agentis, & phantaſmatis; ergo talis conceptus analogus Deo, & creaturæ, qui ab aliquibus ponitur naturaliter in intellectu Viatoris, nunquam erit; nullus enim conceptus ſimplex fit modò naturaliter in intellectu noſtro, niſi qui poteſt fieri virtute iſtorum: & ita, ſi non ſit vniuocus, non poterit naturaliter haberi aliquis conceptus de Deo, quod eſt falſum. 1. Diſt. 3. Quæſt. 2. §. *Secundo non aſſerendo*. ℣. *Secundo principaliter*. B.8.

Conceptus vnius perſonæ diuinæ in intellectu noſtro, cum ſit partialis reſpectu conceptus totius Trinitatis: illa creatura, quæ ducet nos in cognitionem Trinitatis per modum imaginis, repræſentabit Trinitatem quantum ad illum conceptum, quem intellectus noſter poteſt habere de ea; Repræſentabit igitur diſtinctionem trium perſonarum, vnitatem eſſentiæ, & ordinem originis, quia illa diſtinctio realis eſt in diuinis per originem. 1. D.3. Q.9. §. *De ſecundo*. A.2.

Conceptum proprium, & determinatum aut poſſumus habere de Verbo, & tunc propoſitio hæc, *Verbum eſt homo*, eſt vera contingens, ſed immediata, & non nota ex terminis, quia tunc oporteret terminos habere neceſſariam habitudinem, ita quod ratio terminorum includeret neceſſariò vnionem eorum, quam exprimit propoſitio: aut non habemus conceptum de Verbo proprium, & tunc iſta propoſitio, *Verbum eſt homo*, quantum ad conceptum, quem habemus de terminis, eſt mediata contingens. 3. D.7. Q.1. § *Secundo oportet*. A.2.

Con-

Conceptus de Deo.

Conceptum nullum habeo, in aliquo lumine, de Deo Trino, & Vno, quem non possit habere hæreticus, & simpliciter infidelis: quod patet ex hoc, quia eundem conceptum, quem ego affirmo de istis terminis, & de conclusione facta, ipse hæreticus negat; sed certum est, quod hæreticus non habet conceptum terminorum distinctè sub proprijs rationibus, igitur nec ego habeo. 3. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Contra hæc primo* ℣. *Præterea comparando*. B. 11.

Conceptus simplex perfectissimus, ad quem attingit Metaphysicus de Deo, non includit euidenter veritates ordinatas ad istam, *Deus est omnipotens*, vtroque modo, quo accipitur omnipotentia; quia Philosophi multi attingentes, vt supponitur, ad conceptus perfectissimos possibiles viatori ex naturalibus de Deo, ad notitiam huius veritatis attingere non potuerunt: quod tamen fuisset eis possibile, si talem conceptum simplicem habuissent, imo fuisset eis quasi necessarium, quia ex vittute illius vidissent illam veritatem quasi immediatam, & vlterius applicando per illam, ex ista necessaria deductione, sciuissent veritatem illam mediatam. *Quodl*. Q. 7. §. *Tertia conclusio*. K. 12.

Conceptus obiectiuus in diuinis.

Conceptum habens per se vnum, ex fundamento proprio respectus ad extra, quod sit intrinsecum Deo, cum sit reale, & respectu ad extra, cum sit rationis, non potest esse aliquid: *vel sic*, ex isto fundamento intrinseco, cum sit reale, & respectu ad extra, cum sit rationis, non potest esse aliquid habens conceptum per se vnum, ergo si aliquod nomen simul importat illud intrinsecum Deo, quod est fundamentum comparationis ad extra, & cum hoc illam comparationem ad extra, illud nomen vel non significabit conceptum per se vnum, vel non significabit ambo illa, sed tantum alterum significabit, & alterum connotabit. *Quodl*. Q. 1. §. *De altero termino*. ℣. *De primo*. F. 7.

Conceptum per se vnum non faciunt essentia diuina, & relatio originis: nullus enim conceptus vnus est per se ad se, & per se ad alterum. *Quodl*. Q. 6. §. *Secundo contradicitur*. ℣. *Contra istam*. G g. ante 30.

Conceptus inclusus in alio, & relatiuus.

Conceptu alicuius, quod includitur essentialiter: *siue sic*, Quod includitur essentialiter in conceptu alicuius, sicut pars conceptus, non potest abeo excludi, sub quocunque modo concipiatur, si enim sub aliquo modo concipiatur, & illud excludatur, tunc ille modus repugnat rationi conceptus, qui concipitur; cum ergo in conceptu relatiui, ex hoc, quòd conceptus relatiuus, non vt hoc modo conceptus, vel illo, necessariò includatur correlatiuum, vt terminus eius, quia non potest esse, nec intelligi sine eo, sicut nec sine termino, hoc est enim esse eius, ergo quocunque modo concipiatur, siue adiectiuè, siue substantiuè, semper includeretur correlatiuum, vt terminus, & ita nullo modo potest intelligi, vt absolutum. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta logica*. ℣. *Contra modum*. R. 12.

Conceptus naturalis.

Conceptus nullus realis causatur in intellectu viatoris naturaliter, nisi ab his, quæ sunt naturaliter motiua intellectus nostri. 1. D. 3. Q. 1. vel 2. §. *Secundo non asserendo*. ℣. *Secundo principaliter*. B 8.

Concessum.

Concessum quod non est: *siue sic*, Quod non est concessum, est prohibitum: vera est regula de his, quæ non conueniunt regulariter, nisi alicui ex aliqua concessione speciali: & tunc ex eiusdem auctoritate tenentur generaliter Christiani excommunicatum vitare, cuius auctoritate incurrunt pœnam excommunicationis minoris, si non vitant; Illam enim incurrunt auctoritate legislatoris, non auctoritate huius iudicis particularis. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ℣. *Ex hoc sequitur*. L. 16.

Concipere.

Concipi dicitur aliquid confusè, quando concipitur, sicut exprimitur per nomen: distinctè verò, quando concipitur, sicut exprimitur per diffinitionem. 1. D. 3. Q. 2. §. *Loquendo*. ℣. *Secundo* L. 21.

Concipitur distinctè nihil; Vel sic. Nihil concipitur distinctè, nisi quando concipiuntur omnia, quæ includuntur in ratione eius essentiali. *ibidem*. ℣. *Secundo dico*. N. 24.

Conclusio.

Conclusionem eamdem demonstrat Astrologus, & naturalis, putà, quòd terra est rotunda, sed Astrologus per mediũ mathematicum, idest, à materia abstractum: naturalis autem per medium circa materiam consideratum: Vnde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus physicæ scientiæ tractant secundum quod sunt cognoscibilia lumine naturalis rationis, etiam aliam scientiam tractare, secundum quod cognoscuntur lumine diuinæ reuelationis. *Prolog*. Q. 1. §. *Ad secundum*. R. 27. *Impugnatur hoc ibidem*. ℣. *Contra hoc*.

Conclusio ex altera de necessario, & altera de contingenti sicut non sequitur, nisi de contingenti: *vel sic*, sicut ex altera de necessario, & altera de contingenti non sequitur conclusio, nisi de contingenti: ita ex certo, & incerto, concurrentibus ad aliquam cognitionem, non sequitur conclusio certa. 1. D 3. Q. 4. §. *Primo istæ rationes*. n. 5.

Conclusionis scientia non dependet, nisi ex euidentia principiorum, & ex euidentia Syllogisticæ illationis, igitur cuilibet naturaliter scita potest esse quæcunque conclusio demonstrabilis ex præmissis per se notis. *ibidem*. ℣. *Quod autem ista*. A. 5.

Conclusio non est, nisi quædam veritas partialis principij, quod habet quasi totalem veritatem, sicut singulare est quædam veritas partialis respectu vniuersalis. 1. D. 8. Q. 5. §. *Istis rationibus*. ℣. *Hac instantia*. Q. 18.

Conclusio prima Geometriæ, quod illæ lineæ trianguli sic constituti sint æquales, non videtur esse, nisi quoddam particulare istius vniuersalis, omnes lineæ ductæ à cẽtro vsque ad circumferentiam sunt æquales, & ita in multis alijs conclusio non videtur esse, nisi particulare, vel vnius vniuersalis, vel multorum, ex quibus simul infertur: sicut si sũgamus isti istam vniuersalem, *quæcunque vni*, & *eidem sunt æqualia, inter se sunt æqualia*: & licet prædicatũ primò conuenit subiecto ipsius vniuersalis, idest, adæquatæ, non tamen conuenit primo tali primitate subiecto minus vniuersalis: nec propter istam primitatem in principio, & nõ primitatem in conclusione, est talis causalitas in principio respectu conclusionis, qualis est in entitatibus vnius entis respectu alterius, ita quod illa causalitas in principio ponat veritatem aliam formaliter à veritate conclusionis, sicut in entibus, entitas causæ est formaliter alia ab entitate causati: primitas autem prædicationis est propter primitatem terminorum, & termini speciales, licet non sint adæquati illis prædicatis, tamen attributio prædicati illis terminis specialibus particulariter sumptis includitur in attributione eiusdem prædicati, terminis communibus vniuersaliter sumptis, includitur, inquam, sicut aliquid illius veritatis. *ibidem*. Q R. 18.

[Margin: 1. elemen. euclid. prop. 1. & est proble. ma, vbi docetur quomo. do supra quamcunque rectam lineam datam constituatur triangulum æquilaterũ.]

Conclusiones practicæ resoluuntur in principia practica, & non in principia speculatiua, sicut conclusiones speculatiuæ in principia speculatiua, & non in principia practica. 2. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud*. ℣. *Quod etiam dicit*. B. 7.

Conclusiones omnes mathematicæ demonstrant relationes de subiectis, quod apparet ex auctoritate Phil. 13. Meta. cap. 1. in fine. Boni autem maximè species, & ordo, & commensuratio, & determinatum, quæ maximè ostendunt Mathematicæ scientiæ, quia illa ars est in proportione, & mensuris aliquorum ad inuicem. 2. D. 1. Q. 4. §. *Et quia*. ℣. *Quartum probatur*. C. 12.

Conclusionibus in omnibus mathematicis communiter, vt habetur per experientiam, prædicatum est aliqua passio relatiua, sicut patet incipiendo à prima conclusione geometriæ, vbi ostenditur æqualitas laterum de triangulo, vel de linea recta hoc prædicatum, *posse esse basim*, vel *latus trianguli æquilateri* & ita in omnibus alijs, putà, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, passio demonstrata de tribus angulis trianguli est ista, scilicet æqualitas duobus rectis, & ita est in alijs. *ibidem*.

Conclusio.

Conclusio de possibibili simpliciter, & absolutè non sequitur à præmissa de possibili, vt *nunc*, & alia de possibili pro alio *nunc*, quia præmissa illæ non significat ex forma sua extrema vniri ipsi medio: & sic non sequitur vnio extremorum inter se, nec etiam est possibilis pro aliquo eodem. 2. D. 2. Q. 9. *Ad secundum principale*. ✠. *Ista est*. K 24.

Conclusio non cognoscitur ex se, nisi ex collatione ad principium, 2. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Est igitur*. ✠. *Primo ex actu*. B. 3.

Conclusio demonstrationis practicæ est de actu circumstantionato. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Secundo videndum*. ✠. *Respondeo, conclusio*. Q. 25.

Conclusiones rationis superioris sunt principia ad concludendum, vt per se sumptæ, & vt illatæ ex principijs rationis superioris: & sic bene possunt sumi oppositæ minores sub principio de eodem per accidens, quarum sit vera rationis vnius partis totius, & altera ratione alterius. *ibidem*. §. *Ad primum alterius*. ✠. *Per idem ad secundum*. V. 31.

Conclusioni assentiens propter principia, magis assentit principijs. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra, si fides*. ✠. *Quæro igitur*. D. 7.

Conclusio est minus certa, quàm principium, ex quo tota certitudo eius est à certitudine principij. *ibidem*. ✠. *Præterea fides*. E. 8.

Conclusionem aliquam immediatam impossibile est intelligere, nisi prius natura saltem intelligantur aliqua principia immediata, ex quibus illa concluditur, quia tota euidentia conclusionis dependet essentialiter à principijs. 3. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Contra istam*. ✠ *Præterea comparando*. B. 11.

Conclusioni huic *Christus resurrexit* 1. Corint. 5. vel illi, *Mortui resurgent*, credo, sicut antecedenti, & è conuerso, sicut enim credo, quòd mortui resurgent, ita credo Christum resurrexisse, quia nullam certitudinem habemus de Christi resurrectione, nisi ex testimonio aliorum, sicut patet per Apostolum ibidem, qui dicit, *si Christus non resurrexit, inuenimur falsi testes*: & ita tota certitudo, quæ habetur de resurrectione Christi, & mortuorum non est, nisi certitudo fidei, & non vltra. *ibidem*. §. *Ad propositum*. ✠. *Respondeo quòd argumentum*. E. 15.

Conclusionis certitudo in omni mixtione) scilicet quando vna ex præmissis est altera minus certa) est certitudo præmissæ minus certæ, vt ex maiori de necessario, & minori de contingenti, non sequitur conclusio de necessario, sed de contingenti: & cum præmissa sumpta ex scriptura non sit euidens ex terminis, sed credita, igitur nec conclusio erit demonstrata generans scientiam, quamuis possit generare alium habitum à fide (quando scilicet alia præmissa est philosophica, licet euidenter vera) *ibidem*. §. *Si loquamur*. E. 16.

Conclusiones multæ sunt necessario inclusæ in articulis crediti s, quarum tamen veritas adhuc non est declarata, vel determinata per Ecclesiam, quas antequam sint per Ecclesiam declaratæ, & explicatæ, non oportet quemcunque credere: oportet tamen circa eas sobrie opinari, vt scilicet homo sit paratus eas tenere pro tempore, pro quo veritas fuerit declarata 4. D. 5. Q. 1. *Ad quintum principale*. C. 6.

Conclusio aliqua non demonstrata prius concipitur à discipulo, & tunc quidem vt neutra: & tamen totus per se eius conceptus percipitur, vel concipitur: secundo, demonstratione ad ipsam applicata, concipitur, vt vera. 4. D. 8. Q. 2. §. *Aliter ergo*. ✠. *Istud etiam*. X. 24.

Conclusio non sequitur ossi iuris positiui ex maiori de lege naturæ, & minori de lege positiua: *vel sic*, ex maiori de lege naturæ, & minori de lege positiua non sequitur conclusio, nisi iuris positiui: Maior ista, *Deus est colendus*, est de lege naturæ, saltem quia est valde conformis legi naturæ: sed hæc minor, *vult sic coli*, est merè de iure positiuo, variatur autē pro alio, & alio tempore, ergo conclusio, scilicet, *sic colendus est*, est merè de lege positiua, quia semper conclusio sequitur conditionem præmissæ inferioris. 4. D. 17 *Vnica*. *Ad tertium principale*. ✠. *Respondeo ex maiori*. Y. 30.

Conclusionem certissimam, & summe necessariam tenere propter rationem generalem, quæ videtur multis habere plures instantias non est doctrina conueniens. *Quodl*. Q. 2. §. *Prima ratio*. ✠. *Esto etiam*. A. 5.

Conclusio ex altera præmissa de necessario, & altera de contingenti, non sequitur, nisi contingens, vel vnto contingens extremorum. *Quodl*. Q. 5. §. *De primo*. ✠. *Ex hoc*. D.

Conclusiones practicæ resoluuntur in principia practica, saltem, vt in principia proxima: imo videtur quod non possint resolui in principia speculatiua; nisi practica sint subalternata speculatiuæ, quia omnis doctrina conclusiones proprias resoluit in principia propria, nisi sit subalternata alicui superiori, cuius conclusiones habet pro principijs. *Quodl*. Q. 8. §. *Ad ista*. ✠. *Illud etiam*. E. 11.

Conclusio per principium necessariò scitur: non sic per bonitatem finis necessario appetitur illud, quod est ad finem. *Quodl*. Q. 16. §. *De primo*. ✠. *Hic potest dici*. G. 6.

Conclusio est certa per principium, tanquam per causam suæ certitudinis. *Quodl*. Q. 17. §. *Contra conclusionem*. ✠. *A illud*. L. 11.

Conclusio licet habet veritatem à principio, tamen habet propriam veritatem, quia propriam conformitatem eius quod affirmatur ad existentiam rei, & ad ipsos terminos proprios conclusionis; Non enim cōclusio est vera formaliter veritate principij, sed est vera veritate mediata, & demonstrata, & ita habet veritatem demonstrabilem. *Quodl*. Q. 18. §. *Contra ista*. ✠. *Ad primum*. S. 14.

Conclusiones multæ, sequentes ordinatè ex eodem principio, habent veritates proprias distinctas, & forte prior est verior, & magis necessaria, quia in necessitate sua non dependet à posteriori, sed è conuerso. *ibidem*. T. 14.

Conclusiones falsæ, repugnātes eidē vero, habēt proprias falsitates, quia proprias disconuenientias eius, quod enunciatur ad illud, quod est in se. *ibidem*.

Concomitari.

Concomitantur quando aliqua se necessario: *vel sic* Quando aliqua necessario concomitantur se, si vnum est per factionem alicuius, & reliquum. 3. D. 7. Q. 2. §. *Sed tantum*. ✠. *E quod sit*. A. 4.

Concretum.

Concretum nomen, *siue*: Nomen concretum de per se significato non importat hoc, quod est *habens*, siue *habere*, sed tantum de modo significandi, in quo distinguitur ab abstracto; Solum concretum enim importat ipsam formam, quia album solam qualitatem significat: vnde importat hoc, quod est *habens*, quia concernit suppositum habens suam significatum: tamen idem significat concretum, & abstractum, licet modus significandi sit alius, & ideo in huiusmodi etymologijs, & descriptionibus non oportet, quod quidquid potest vere coniungi cum descriptionibus, & descriptis. 1. D. 4. Q. 1. *Ad quartum principale*. E. 4.

Concretum siue significet, siue connotet, saltem dat intelligere subsistens in forma, vel natura: abstractum autem præcisè dat intelligere formam: & sic sit alicui dubium de cōcreto adiectiuo; saltē hoc videtur certum de substantiuo cōcreto, quod vel signat, vel necessariò connotat subsistens in natura, quæ importatur per abstractum eius: abstractum autem præcisè dat intelligere formam. 1. D. 26. Q. *Vnica*. *Ad secundum pro opinione*, *Præpositiui*. Dd. 57.

Concretum, & abstractum idem per se significant, licet alio modo significandi, sicut filius, & filiatio; Quia sicut filiatio significat relationem de genere relationis, ita & filius, per modum tamen denominatiui, suppositum relatiuum: & si accipiatur substantiuè, idem significat cum tali subsistente. 1. D. 27. Q. 1. 2. 3. §. *Ad secundam quæstionem*. I. 20.

Concretum, & abstractum formæ non differunt, nisi in sola denominatione subiecti. 1. D. 30. Q. 1. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Quod enim forma*. C. 6. *Additio in editione Francis*.

Concreta non plurificantur, nisi plurificentur tam formæ, quam suppositum; sola enim plurificatio formæ non sufficit, maximè vbi plures formæ, siue eiusdem rationis, siue eodem nomine expressæ possunt esse in eodem, quemadmodum Christus non est plures volentes, licet habeat plures voluntates secundum Damascen. lib. 3. cap. 14. vnde in forma arguendi, filiatione, est filius, ergo alia filiatione est alius filius, est fallacia consequentis à destructione antecedentis. 3. D. 8. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. F. 18.

Concretum non omne cuiuscunque generis habet creatum pro superiori, sed tantum illud concretum, cuius primum

Concretum.

mum *esse* est *esse* illius denominatiui, idest, cuius primum *esse* est *esse* creatum. 3. D.11. Q.1. *Ad quartum principale*. H.14.

Concretum non numeratur, ad solam numerationem formæ, sed oportet quod cum hoc sit numeratio suppositi habentis formam. *Quodl.* Q.11.§. *De tertio*. ℣. *Respondeo*. H.11.

Concreti, idest, in concretis quando est prædicatio per se primo modo, sequitur, quod abstractum prædicatur de abstracto: patet in exemplo, *Album est coloratum* per se primò, & per consequens non ratione subiecti, sed ratione formæ; & ideo hæc est vera, *albedo est color*. *Quodl.* Q.13. §. *De secundo*. ℣. *Ex hoc*. G.7.

Concupiscentia.

Concupiscentia potest accipi, vel pro vt est actus, vel habitus, vel pronitas in appetitu sensitiuo: & nullum istorum est formaliter peccatum. 2.D.32.Q. *Vnica*. §. *Quo ad primum*. ℣. *Respondeo*. B.7.

Concupiscentiæ oculorum, quæ scilicet respicit diuitias, non potest esse prima, loquendo de diuitijs, in quantum sunt bonum vtile, & non delectabile, quia si loquamur de diuitijs, in quantum sunt pulchræ, hoc est, in quantum sunt bonum delectabile, sic possunt primò concupisci, sicut aliud pulchrum visibile. 3.D.43.Q. *Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *Vlterius*. K.15.

Concupiscentia potest accipi prout est pronitas in appetitu rationali, idest, in voluntate ad concupiscendum delectabilia immoderatè, quæ nata est condelectari appetitui sensitiuo, cui coniungitur: & hoc modo concupiscentia est materiale peccati originalis, quia per carentiam iustitiæ originalis, quæ erat sicut frænum cohibens ipsam ab immoderata delectatione, ipsa, non positiuè, sed per priuationem, fit prona ad concupiscendum immoderatè delectabilia, sicut exemplificat Ansel. lib.1. de conceptu virginali, cap.5. de naui, fracto guberuaculo: & de equo, fracto fræno, qui dimittitur sibi, & ex hoc sequitur motum inordinatum, quem cohiberet illud frænum. 2.D.32. Q. *Vnica*. §. *Quo ad primum*. ℣. *Respondeo*. B.7.

Concupiscentia aliqua & si possit concludi esse contra legem naturæ: hominibus tamen corruptis non erat notum esse contra legem naturæ, ideo necessarium fuit explicare per legem datam. 3.D.37.Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. G.13.

Concupiscentiæ prohibentur per præcepta secundæ tabulæ: & de illis concessum est, quod non sunt per se nota. *ibidem*.

Concupiscentiæ actus licet posset esse bonus, si fit debitè circumstantionatus: tamen non est bonus ex ratione sui, vel obiecto etiam Deo, quia potest esse immoderatus; quod apparet. 83.QQ. Q.30. *Per uersitas est in vtendo fruendis*. 4. D. 49.Q.5.§ *Ad quæstionem*. ℣. *Secundo non*. B.3.

Concupiscentiæ actus non est, nec esse potest primus actus voluntatis respectu finis, quia omne concupiscere est in virtute alicuius actus amicitiæ; ideo enim concupisco huic bonum, quia amo hunc, cui concupisco. *ibidem*. C. 3.

Concupiscentiæ actus inest voluntati, secundum quod habet affectionem commodi, quia necessario inest secundum illam, etiamsi sola illa esset. *ibidem*.

Concupiscentiæ actus tendit in obiectum, vt est bonum mihi. *ibidem*.

Concupiscentia quo ad concupitum licet sit magis ad beatitudinem, non tamen concupita est beatitudo, nisi propter me, sicut propter finem: vnde concedo quod omnis appetitus affectione commodi sibi concupiscit. 4 D.50.Q.2.§. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo de minori*. F.15.

Concupiscere.

Concupiscere primum Angeli mali inordinatum non processit ex affectione iustitiæ, sicut nec aliquod peccatum processit ex illa affectione, sed processit ex affectione commodi, quia omnis actus voluntatis elicitus, sicut elicitur secundum affectionem iustitiæ, aut commodi, secundum Anselmum, maximum igitur commodum maximè appetitur à voluntate non sequente regulam iustitiæ, & ita primò, quia nihil aliud regulat illam voluntatem non rectam, nisi inordinatus appetitus, & immoderatus illius maximi commodi: maximum autem commodum est beatitudo perfecta. 2.D.6. Q.2.§. *In ista quæstione*. ℣. *Et videtur*. C.5.

Concupiscere, cuius est obiectum honestum: *vel sic*, cuius est concupiscere obiectum honestum, eius est fugere obiectum inhonestum. 3.D.26.Q. *Vnica*. §. *Contra illam*. ℣. *Contra tertia*. B.8.

Concupiscere hoc, scilicet huic, ibi sistendo, non potest esse actus eiusdem virtutis, cuius est *velle* illud ordinatè in se, licet concupiscere hoc huic, vt per hoc ille tendat in illud, vt est ostensum in se, sit actus eiusdem virtutis. *ibidem*. *Ad argumenta pro prima via*. L.22.

Concupiscere omne est in virtute alicuius actus amicitiæ; ideo enim concupisco huic bonum, quia amo hunc, cui concupisco. 4. D.49.Q.5.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Secundo non*. C.3.

Concupiscibilis.

Concupiscibilis est concupiscere bonum amato, eius etiam est amare bonum amatum, cui concupiscit illud bonum. 2. D.6.Q.2. *Ad secundum, & tertium in oppositum*. T.18. in fine.

Concupiscibilis, & irascibilis si debeant poni in voluntate, poni videntur propter distinctionem virtutum moralium perficientium voluntatem, non autem propter distinctionem virtutum Theologicarum spei, & Charitatis, sicut ponit vna opinio. 3.D.26.Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. B.9.

Concupiscibile respicit illud, quod ea se natum est esse conueniens, vel disconueniens, ita quod, nullo alio posito circa ipsum, nisi sola apprehensione facta, natus est sequi actus delectandi, vel tristandi: siue prosequendi, vel fugiendi quantum est ea parte eius: talia non respicit irascibilis. 3.D. 34.Q. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. ℣. *Quarum distinctio*. F.10.

Concupiscibilis sicut indiget ordinari circa ea, quæ sunt nata primo appeti, ne inordinatè appetat, sed secūdū moderamē rectæ rationis, ita etiam irascibilis indiget moderari per habitum, ne immoderatè velit propellere offendens, vel vlcisci de illo, sed moderatè velit propellere propellenda, & non propellere non propellenda. *ibidem*. F.11.

Concupiscibilia prima à natura rationali sunt honor, & delectatio strictè sumpta. *ibidem*. §. *His suppositis*. ℣. *Vlterius*. K.15.

Condemnatio.

Condemnatio malorum [antequam ea sistant] licet de eis non sit iudicium de facto, quia non peccauerunt, potest tamen dici iudicium de eis in præsentia Dei, vbi dicuntur mali & tunc inscrutabilitas iudiciorum potest referri ad malos, ea parte quorum ponitur aliqua ratio, licet illæ rationes ex parte diuersorum, propter quas, quasi ex parte eorum feruntur iudicia, sunt inscrutabiles. 1.D.41.Q. *Vnica*. *Ad primum in oppositum*. ℣. *Et si contra*. C.15.

Conditio.

Conditio nulla ex parte Ministri Eucharistiæ requisita, & non obseruata facit incurrere irregularitatem, nisi defectus Sacerdotij, vel alia pœna simpliciter prohibens, & remouens ab exercitio Sacerdotij. 4.D.13. Q.2.§. *Primo videndum*. ℣. *Sed hic potest*. I.12.

Conditio ista, *accipio te in meam, si Dominus permiserit*, semper intelligitur in contrahendo matrimonio quantumcunque sit absoluta locutio: & isto modo debet intelligi verbum contrahentis per metum, *accipio te in meam*, supple, *quantum in me est*, præsupposita violentia ista: & si Deus ratificaret per talem consensum, qualem nunc habeo traditionem corporis fieri, traderetur tibi meum, & in tantum trado, in quantum tradi potest per talem consensum. 4. D.29.Q. *Vnica*. §. *De secundo*. ℣. *Respondeo ista conditio*. E.10.

Conditio imperfecta non inest alicui enti, nisi enti infiti conditio perfectior, cum imperfectum dependeat à perfecto. *Quodl.* Q.7 §. *Tertia conclusio*. ℣. *Propter hoc aliter*. K.12.

Conditio intrinseca ipsius potentiæ vel absolutè, vel in ordine ad actum perfectum non repugnat perfectioni in operando. *Quodl.* Q.16. §. *De secundo*. ℣. *Præterea conditio*. L.8.

Cōfessio videtur difficilius Cōfessio Sacramentū, quod est in Ecclesia; Difficile enim videtur alicui homini peccata sua priuata, soli Deo, & sibi nota, reuelare alicui homini: sed ibi apposita sunt remedia, ita quod propter reuelationem talem non oportet timere confusionem: obligatur enim audiens ad maximum sigillum secreti. 3. D.40.Q. *Vnica*. §. *Onera*. ℣. *Quantum enim*. D.5.

Confessio.

Confessio est duplex, laudis, & fraudis: confessione laudis nullus dignè confitetur, nisi prius suscitatus; quomodo intelligendus Aug. super illud Ioann. 11. de suscitatione Lazari dicens, *nemo potest confiteri, nisi prius suscitatur*, quia, secundum Hieronym. in illa epistola, *Cogitis me, non est speciosa laus in ore peccatoris: sed confessio fraudis accepta est Deo in ore peccatoris*, hoc est eius, qui adhuc est peccator, eo modo, quo peccatum manet post actum; concedo igitur quod ante perceptionem dignam pœnitentiæ oportet suscitari, vel simpliciter, & tunc per pœnitentiæ Sacramentū non deletur peccatum, sed gratia, que infuit, augetur: vel suscitari secundum *quid*, scilicet, vt habeat aliqualem displicentiam de peccatis, & propositum cauendi de cætero, & velit suscipere sacramentum pœnitentiæ, in quo attritio fit contritio: & tunc suscitatur simpliciter per sacramentum: & quidem est necessarium. 4. D. 14. Q. 4. *Ad secundum principale*. G. H. 9, 10.

Confessio, quæ est dispositio præuia ad sacramentum pœnitentiæ, facta laico nihil valet ex virtute operis operati: Et adhuc dubium est an sit in detrimentum salutis, quia non potest esse confessionalis, *ibidem*. *§. Quo ad secundum*. ℣. *Et ex hoc*. C. 5.

Confessio, & satisfactio non sunt in voluntate, vt in subiecto, sed sunt quædam exteriora. 4. D. 16. Q. 1. *§. Hic intelligendum*. ℣. *Item ista duo*. B. 5.

Confessio simpliciter requiritur ad Sacramentum pœnitentiæ, quia Sacerdos non absoluit reum arbitrarie, nisi prius reus sibi fuerit accusatus in foro illo, *ibidem*. ℣. *Hac tamen*. E. 7.

Confessio, vbi peccatum occultum propalatur homini, est causa proxima erubescentiæ, vel verecundiæ. *ibidem*. ℣. *Sed loquendo*. D. 6.

Confessio de peccatis occultis propriis Sacerdoti non fiebat in tota lege Mosaica; sed de peccatis occultis tantùm Deo fiebat confessio: de quibusdam tamen defectibus publicis, & obseruantia legalium fiebat confessio, vt vniuscuiusque, quando scilicet obtulit pro tali delicto sacrificium & generalis confessio Sacerdotis pro populo erat ista, *iniustè egimus, peccauimus*, & huiusmodi: Et isto modo publica confessio Sacerdotis erat quædam dispositio ad petendam misericordiam Dei pro populo, sicut modo in Ecclesia, non confessione ista, de qua loquimur, confitemur nos peccasse, & petimus misericordiam, & nobis, & omni populo, 4. D. 17. Qu. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad secundum*. D. 6.

Confessiones generales faciebant in lege veteri Sacerdotes, vt Daniel, & multi alij viri sancti: & de illis loquuntur omnes auctoritates, adducibiles ex veteri testamento, ad probandum confessionem sacramentalem (sunt enim ad hanc probandum tantū vocales, non sententiales) vel de illa confessione delicti sui publici in obseruatione legalium, vt sint istæ irregularitates in contrahendo immunditias legis. *ibidem*. ℣. *Respondeo de illa generali*. D. 7.

Confessionem non cadere nisi sub præcepto Ecclesiæ non potest faciliter improbari, nisi quia vel Ecclesia non attentasset tàm arduum præceptum imponere Christianis, nisi esset præceptum diuinum; vel quia non inuenitur vbi ab Ecclesia imponatur istud præceptum, quin ante hoc Sancti reputarent hoc præceptum de confessione obligare; Si enim allegatur illud capitulum Extra de pœnitentia, & remissione: Omnis vtriusque sexus; patet quod illud est Innocentij III. in Concilio lateranensi; Ante autem illud tempus per multos annos fuit Augustinus plusquam per 800. annos, qui prædicauit confessionem valde esse necessariā, vt patet in libro suo de vera, & falsa pœnitentia: & auctoritates quædam illius ponuntur in littera Magistri: quædam in Canone; De pœnitentia distinct. 6. nec Canonista facilè inueniret aliquod Concilium, vel præceptum propriè, vbi ex primatur præceptum de confessione facienda, sicut hic loquimur. *ibidem*. ℣. *Si tertium membrum*. E. 9.

Confessionem esse institutam à quadam vniuersali Ecclesiæ traditione potius, quam ex nouo testamento, vel veteris auctoritate, melius dicitur, inquit Glossator: De pœnitentia distinct. 5. in principio; Sed, salua gratia sua, irrationabiliter loquitur; Turpe enim esset Theologo dicere aliquid esse in Biblia, & nescire vbi illud inueniretur: Et ita inconueniens esset Canonistæ dicenti aliquid esse ex vniuersali traditione Ecclesiæ, & non inuenire in Canone, si Canon sufficienter continet vniuersales traditiones Ecclesiæ: non allegat autem aliquod capitulum Canonis ad istam traditionem, sed tantum post subdit quod traditio Ecclesiæ est obligatoria, & ad hoc allegat ur: Distinct. 11. In his rebus. *ibidem*. ℣. *Hanc tamen*, E. ante. 10.

Confessio.

Confessio si esset ex præcepto tantū Ecclesiæ, videtur quod Papa non teneretur confiteri, quia sicut: extra: de verborum significatione: Ea ijt, qui seminat *non habet imperium par in parem*: Item non videretur quod infideles tenerentur ad præceptum de confessione, quia secundum Apostolum 1. Corint, 5. *Quid mihi est de his, qui foris sunt iudicare*. *ibidem*. ℣. *Item si hæc*. & ℣. *Item non*. E. 10.

Confessio quòd cadat sub præcepto diuino positiuo videtur rationabilius teneri: Sed tunc oportet videre an explicitè habeatur in Euangelio à Christo immediatè (quia patet quod non in veteri lege) an ab ipso explicitè in aliqua doctrina Apostolica? an nec sic, sed dato à Christo, & voce tenus ab Apostolis Ecclesiæ promulgato? Primum istorum esset magis conueniens tenendum, si posset euidenter haberi illud præceptum ex Euangelio: nec oportet ad hoc adducere illud Math. 16. *tibi dabo claues regni Cælorum*, quia non est nisi promissio de datione futura; Si autem aliquid in Euangelio valet ad hoc, videtur illud Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata* &c. *ibidem*. ℣. *Breuiter videtur*. F. 11.

Confessionem non diuidendo, tenetur pænitens omne peccatum mortale, de quo habet memoriam, & hoc, præmissa inquisitione diligenti, secundum possibilitatem fragilitatis humanæ, confiteri, non diuidendo inquam confessionem, quia dicit Aug. de vera, & falsa pœnitentia: dist in 5. cap. Consideret, *Quidam vni celant, quod alij manifestandum conseruant, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, ad quam credunt per frustra peruenire, ibidem*. §. *De secundo*. ℣. *Sed quod*. M. 19.

Confessio est Sacerdoti facienda, ille enim in Ecclesia habet solus authoritatem ligandi, & soluendi: Et Sacerdoti habenti iurisdictionem, quia sententia à non suo iudice data nulla est. *ibidem*. ℣. *Continet etiam*. N. 21.

Confessionem facere tenetur homo, quandocunque est in articulo mortis; Quilibet enim, quando imminet iudicium damnationis, vel misericordiæ, debet se præparare ad misericordiam, quando potest: istud autem non tantum in infirmitate mortali, sed etiam quando aggreditur actus arduos, in quibus est verisimile quod mors immineat, vt in bello mortali, in naufragio, & huiusmodi: & etiam quando vult exercere actus aliquos, quibus debetur reuerentia specialis, vt quando vult communicare, quia, habita commoditate Confessoris, nullus debet sine confessione communicare; & in similibus simile est iudicium. *ibidem*. ℣. *Continet quarto*. N, 21.

Confessio facta laico potest esse materia verecundiæ: & in hoc confitens soluit aliquam pœnam, quam solueret, si confiteretur Sacerdoti; Sed quia accusatio ad hoc ex præcepto fit (& non ad aliud) vt sequatur sententia, & laicus nullam habet sententiandi authoritatem, sequitur quod nullum præceptum est accusandi se laico: & fortè vtilius esset non accusare se illi, si posset æqualem verecundiam habere apud se, recogitando eadem peccata, & sic æquè puniri. *ibidem*. §. *De tertio articulo*. ℣. *Respondeo talis*. T. 27.

Confessio iterata eorundem peccatorum videtur probabile quod, vi Clauium, plus, & plus de pœna remittat, quia eiusdem rationis est absolutio secunda cum prima, ergo potest eandem virtutem habere respectu alicuius partis pœnæ remittendæ, & per consequens per aliquot absolutiones finitas, cum culpa illa habeat partitionem in partes finitas, posset totaliter remitti; si quidem omne finitum, per ablationem partium finitarum aliquoties sumptarum, totaliter consumitur; Quid ergo melius, quam semper confiteri quousque post centesimam, vel millesimam confessionem esset tota pœna remissa, debita quibuscunque peccatis commissis? Videtur probabilius quod secunda absolutio, virtute clauium, nullam partem pœne remittat; Nam hic fugere ad partes eiusdem quantitatis, vel eiusdem proportionis nihil est, quia non est ratio,

Confessio.

ratio, quæ secunda absolutio non potest auferre partem eiusdem quantitatis, si quam potest; Nec mirum, si nullam potest, quia illud iudicium semel latum, sine errore, Deus ratificat in Cælis, quod est irreuocabile; ergo rationabile est quod sic ratificetur, quòd sit irreiterabile: non dico quòd illicitum, vel impossibile sit iterari, sed tamen cum fructu, quem nunc habet, non est iterabile. 4. D. 19. *Ad primum principale*. ✠. *Et cum dicitur*, & ✠. *Videtur probabilius*. G. 30. 31.

Confessionem reuelans, occasione data, retrahit aliquos à confessione. 4. D. 21. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Secunda conclusio*. F. 11.

Confessionem reuelans dat occasionem indebitè exequendi Christi præceptum de confitendo, quia mendaciter: Dat enim occasionem, vt aliquis in confessione se ipsum laudet; & alium, quem odit vituperet, vt indignè à Confessore promoueatur, & alius puniatur. *ibidem*. ✠. *Tertio sic*.

Confessionem confitentis alius, à Confessore, audiens, si audit casualiter, non peccat: tenetur tamen ad silentium: si verò dolosè, mortaliter peccat, & adhuc tenetur ad silentium. *ibidem*. ✠. *De quis*. H. 13.

Confessionem fieri per scriptum absenti Sacerdoti, vt legitur de Thoma Episcopo Cantuariensi, qui misit ad Curiam pro absolutione, videtur esse contra rationem confessionis; quia omnis scriptura, ex sui natura, nata est esse publica: quantumcunque enim conseruet secretè apud se scriptum, tamen ex quo mittit illud, vel propter nuncium, vel propter illum, ad quem mittitur, potest publicari, & semper, ex sui natura, est patulum cuicunque legenti, loquens, quod ibi continetur; Quilibet ergo scribens aliquid, facit in hoc quod est contra naturam signi idonei in confessione: in ista scriptura tollitur verecundia, quæ est pœna magna in confessione, & hoc nisi confitens sit præsens, quando per scriptum confitetur: & ideo, quod dicitur 30. Quæst. 5. Qualis debeat. Ioannes exponit, quando confitens est præsens, quia absens non potest licitè: igitur absens expectat pœnitentiam, cum proposito confitendi, ea habita. 4. D. 17. Q. *Vnica*. *Ad sextum principale*. Y. 32.

Confessor.

Confessor potest licitè, extra confessionem dicere peccatum sibi confessum, ita tamen, quod nullo modo sit relatum ad personam confitentem, vt possit deueniri ad notitiam eius. 4. D. 21. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Item secundum*. A. 6.

Confessor si mentiretur dicendo, extra confessionem, se in confessione audiuisse Petrum peccauisse peccato homicidij, per hoc, quod hoc audiuit in illo foro in persona Christi, cuius ibi, vt supponitur, personam gessit, quam gerere non potest extra illum; sequeretur quod nullo modo posset extra confessionem dicere peccatum sibi in ea detectum, etiam non relatum ad personam determinatam, quin mentiretur; quia nesciens particularem, nisi pro determinato singulari, si nesciat singulare, nescit particulare: sed iste nescit aliquam personam tale peccatum fecisse, nisi pro hac persona sibi confessa, & hoc peccato sibi confesso, igitur si mentiretur de hoc, & de hac, quia nesciens, consimiliter de aliquo, & de aliqua. *ibidem*.

Confessoris reuelatio non est contra legem naturæ, propter hoc, quòd reuelans mentiatur, & per consequens hanc rationem de mentiendo non teneo. *ibidem*.

Confessor, siue Sacerdos non audit confessionem, vel absoluit in persona Dei sic, quòd prætendit simpliciter personam eius, vt fit communiter in iocosis, & eo modo, quo est de locutionibus Angelorum in persona Dei; sed tantum est minister Dei in illo actu, & vt minister agit, & si vt minister, ergo non in persona propria: concedo igitur quod iste si audit et in persona, & loqueretur in persona Dei, posset illud veraciter dicere, quod in persona propria non posset; Nam in persona Dei hoc vere diceret, *ego sum Deus*, *ego creaui mundum &c.* Sed in persona propria sic loquens mentiretur: Sed Sacerdos in confessione nec audit, nec loquitur in persona Dei, sed in persona propria, licet authoritate Dei, vt eius minister. *ibidem*. ✠. *Respondeo igitur*. C. 7.

Confessor.

Confessor non solum, sed & is, cui confessor reuelat (licet illicitè) tenetur celare: probatio, quia transferens aliquid in alium de facto, quod non potest licitè de iure transferre, non dat illi alteri ius vtendi, vel transferendi istud in alterum, quia ex quo non habuit ius, non potuit ius in alium transferre; quia nemo dat quod non habet: sed confessor reuelans non habuit ius transferendi illud in alterum; ergo si de facto transfetat, alius non habet ibi ius vlterius transferendi. *ibidem*. ✠. *De quis*. H. 13.

Confessor tenetur non reuelare peccatum in Confessione auditum pro semper, & ad semper, & semper, quia est præceptum negatiuum: & ex hoc sequitur quod non magis post mortem confessi, quàm eo viuo. *ibidem*. ✠. *Sed quando*. H. 14.

Confessor tenetur peccatum confessum celare cuilibet, etiam superiori; quia rationes ad hoc ita concludunt de superiori, sicut de inferiori, nisi in casu, quando scilicet inferior non potest absoluere, sed recipit, vt referat superiori, qui potest absoluere: & tunc censendum est quòd confitens sibi, vt inferiori, narrat sibi, vt interpreti tantùm, & tunc stat totum intra vnicum actum confessionis, in quo confitens, & superior, qui solus tunc est Confessor, sunt iudicandos, & iudex; Medius autem, qui audit, & refert, tantummodò est interpres: tenetur tamen ad silentium quantum ad omnem alium ab illo, cui est interpres. *ibidem*. ✠. *Sed cui*.

Confessor peccatum confitentis non relatum, nec determinatum ad personam confitentem potest dicere, & vtiliter, pro requirendo consilio in dubio aliquo non tantùm à superiori, sed à quocunque alio, prudenti tamen, qui scilicet sciat consulere: imo dici potest non solum vtiliter, sed etiam necessariò tale peccatum à Confessore pro requirendo consilio in dubio, quandò non est ita peritus, vt sciat ipse consulere: tunc, inquam, potest vtiliter, & necessariò dicere cuicunque prudenti, qui scit consulere sibi. *ibidem*. ✠. *Et similiter*. I. 15

Confessor confesso volente peccatū suū confessū prodi, quid faciet? Dico, quòd pænitens potest postea peccatum extra confessionem dicere: & si vt secretum, adhuc licentia sequens non absoluit confessorem à lege naturæ, quin teneatur celare: sed si dicit vt non habeatur secretum, & maximè apud aliam personam, vel apud alias certas, quibus fortè licet propter aliquem bonum finem, qui potest sequi ex reuelatione illis facta, vel illi: tunc Confessor potest dicere illud tanquam sibi publicè dictum, extra omne secretum. *ibidem*. *Ad primum principale*. K. L. 18.

Confessor indiscretè ministrans Sacramentum pœnitentiæ tenetur non statim confiteri de facto suo indiscreto, quando scilicet Confessor suus poterit statim deuenire in notitiam personæ, circa quam indiscretè exercuit vsum clauium: & hoc ad minus tenetur non in speciali exprimere culpam, circa quam, & modum, quo indiscretè exercuit, sed vel præcisè in vniuersali, dicendo scilicet, mea culpa indiscretè, & indebitè ministraui Sacramentum pœnitentiæ: vel si vrget eum conscientia de confessione facienda secundum hoc in speciali, quia est peccatum mortale speciale, & circumstantiæ notabiliter aggrauantes, tenetur expectare opportunitatem confitendi alicui, qui ex tali confessione peccati, & circumstantiarum non possit deuenire in notitiam personæ huic confessæ; Quod si nunquam possit haberi talis Confessor, quin ex explicatione peccati, & circumstantiarum posset deuenire in culpam, & personam isti confessam cognoscendam, iste est in casu impossibilitatis ad confitendum homini, quia plus tenetur ad præceptum non prodendi culpam sibi confessam, quam ad confitendum explicitè culpam suam, quia ad primum tenetur multipliciter ex lege naturæ, & multipliciter ex lege positiua diuina: ad secundum verò ad plus de lege positiua diuina, ergo iste confiteatur Deo. *ibidem*. *Ad quartum principale*. M. N. 21.

Confessor, dixit aliquis, nullo modo potest se habere aliter ad confessum ratione confessionis quantùm ad quemcunque actum extra forum illum, quam si penitus nihil audisset. *ibidem*; *Ad quintum principale*. N. 23.

Confirmare.

Confirmasse in primitiua Ecclesia, licet alij non legantur quàm Apostoli, tamen si tunc quicunque Sacerdotes erant Episcopi, vel æquales quantum ad istum actum, non sequitur necessariò ex hoc, quòd solis Episcopis debetur ex Officio; Potest enim responderi quòd vel nulli alij ab Apostolis erant Sacerdotes, quia illi soli tunc potuerunt sufficere: vel si alij erant, detulerunt Apostolis in isto actu, propter manifestationem Spiritus Sancti, scilicet euidentem, quæ fiebat in collatione istius Sacramenti, vt cum maiori reuerentia, & deuotione susciperetur, propter excellentiam ministrorum. 4. D. 7. Q. 1. §. *Circa istam.* ℣. *Sed si contra.* & ℣. *Respondeo.* E. 7.

Confirmatio.

Confirmatio requiritur, in lege Euangelica, ad roborationem spiritualem. 4. D. 2. Q. 1. §. *Respondeo.* ℣. *Conditio ista.* C. 3.

Confirmationis patet institutio Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum &c.* vel in die Pentecostes Actuum. 2. *ibidem.* §. *Secunda conclusio.* ℣. *De confirmatione.* D. 4.

Confirmatio, *seu* Sacramentum confirmationis est vnctio hominis viatoris aliqualiter consentientis, vel libero arbitrio nunquam vsi, facta in fronte in figura Crucis, cum Chrismate Sanctificato, & hoc à ministro idoneo, simul cum intentione debita in vngente, & verba certa proferente, significans efficaciter, ex institutione diuina, vnctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum cum constantia fidem Christi. 4. D. 7. Q. 1. §. *Circa istam.* ℣. *Confirmatio.* A. 1.

Confirmationis Sacramentum supponitur esse institutum à Deo, licet tempus, & modus huius institutionis in scriptura non legatur, fortè quia historiographi Scripturarum vsque ad tempus illud non produxerunt; non enim produxerunt vltra ad tempus Apostolorum, nec etiam vsque ad plures annos ante mortem eorum; Toto autem tempore Apostolorum fortè mansit donum linguarum in Sacramento confirmationis: nec est improbabile multa esse tradita authoritatiuè à Christo Ecclesiæ per Apostolos, quæ tamen in scriptura non legimus, vt dicit Damascen. 4. lib. cap. 4. vbi loquens de adoratione imaginum ait, *est autem nobis tradita ista traditio, quemadmodum oportet ad orientem adorare Crucem, & altera plurima his similia. ibidem.* ℣. *Ad primum.* C. 3.

Confirmationis Sacramentum non est simpliciter necessarium ad salutem, iuxta illud Math. vltimo *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*; & De Consecrat. Dist. 5. cap. Spiritus Sanctus: vbi habetur quòd baptizatus per solum baptismum saluatur; Est tamen necessarium adulto sic, quòd non contemnat, sicut dicitur extra: de sententia excommunicationis, vbi dicitur, in Glos. quòd *non est plenus Christianus, qui contemnuit.* 4. D. 7. Q. 2. §. *Respondeo.* A. 0.

Confirmatio, comparatione facta ad baptismum sic, quòd secundum includit primum, & illud, quod addit primo, multum addit baptismo. 4. D. 7. Q. 3. §. *Respondeo.* B. 0.

Confirmatio potest dici secundum *quid* nobilior baptismo, ratione ministri, quia à nobiliori ministro confertur: sed non est hoc simpliciter propter eius nobilitatem, sed propter baptismi maiorem necessitatem, iste pluribus ministris conceditur, illa non nisi specialibus: & in hoc sensu De consecrat. Dist. 5. cap. nouissime Sacramentum Confirmationis præfertur baptismo. *ibidem.* ℣. *Potest etiam.*

Confirmationis Sacramentum posse conferri per simplicem presbyterum probatur per caput Olim. 95. Dist. quod super illud verbum Pauli 1. Timot. 4. fundatur, *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri*: Quoniam ait, presbyteri, Episcopi nominantur secundum quòd dictum est ad Episcopum, *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi &c.* & alibi. Act. 20. *ad maiores natu, Qui vos posuerunt Episcopos regere Ecclesiam*: Hæc Hieronymus. Non distinguit ergo Episcopum à presbytero: nec etiam in actibus legitur distinctio Sacerdotum ab Apostolis, qui erant Episcopi, & si istud est verum, tunc Sacerdoti, ex officio, potuit competere confirmare, sicut Episcopo, quia ex prima institutione non erat alius gradus in Ecclesia: tamen, propter necessitatem, postea multiplicati sunt Sacerdotes, & restricta est potestas ab eis, quantum ad aliqua, quæ reseruata sunt solis Sacerdotibus maioribus, qui dicti sunt Episcopi, & talis actus esset *confirmare*; Quod si verum est, Gregorius bene potuit Sacerdotes illos (De quibus dist. 95. Peruenit) subiectos Ianuario Episcopo licentiare ad confirmandum, quia in hoc non concessit potestatem eis, non conuenientem eis, sed reuocauit prohibitionem prius eis factam. 4. D. 7. Q. 1. §. *Circa istam.* ℣. *Ad tertium.* D. 6.

Confirmationis Sacramentum conferre si à principio non licuit Sacerdoti simplici, Papa tamen potuit quemlibet Sacerdotem illius regionis facere Episcopum, quantum ad istum actum, non conferendo sibi simpliciter gradum Episcopalem, nec quantum ad alios actus: & tunc quilibet eorum verè confirmauit tanquam Episcopus, quantum ad istum actum: & ratio conferendi istum gradum cuilibet Sacerdoti, quantum ad istum actum, poterat esse Scandalum, vitandum, *ibidem.* ℣. *Quartus modus.* E. 8.

Confirmationis materia proxima, scilicet illud visibile, quod concurrit in fundamento [nam materia, propriè accipiendo, sicut illud, in quo est forma rei, est totum illud, quod est ibi sensibile, in quo fundatur relatio signi, quod est formale in confirmatione, sicut in baptismo] materia, inquam, proxima, scilicet illud visibile, quod concurrit in fundamento relationis signi ad signatum, & dicitur materia relatè ad verba, quæ sunt altera pars fundamenti relationis signi, est vnctio facta in fronte, in figura Crucis, cum Chrismate Sanctificato: materia autem remota est Chrisma compositum ex oleo oliuæ, & balsamo, & Sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi. *ibidem.* §. *Circa istam.* ℣. *Hic patet.* A. 2.

Confirmationis forma est talis: signo, vel: consigno te signo Crucis, confirmo te Chrismate salutis, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ibidem.*

Confirmationis suscipiens, (seu subiectum) est homo viator aliqualiter consentiens (vel libero arbitrio nunquam vsus, vt in descriptione), quod intelligendum est, sicut de baptismo; sed hic tantum suscipiens est secundum determinatam partem, propter quod additur in descriptione *in fronte. ibidem.* B. 2.

Confirmationis Minister est Episcopus, vel alius, cui committi poterit, & ideo in descriptione in generali dicitur *à Ministro idoneo*: ex parte Ministri requiritur simul, tas in faciendo vtrumque actum, scilicet vnctionis, & prolationis formæ, & etiam debita intentio. *ibidem.*

Confirmatio iterari non debet ita, quòd scienter, quia iterans peccat mortaliter: sed nec potest iterari sic, quòd iteratum habeat propriam efficaciam: Ratio principalis est institutio diuina, & congruentia, quia per istud Sacramentum instituitur aliquis in determinato gradu Ecclesiæ, scilicet in gradu bellatoris: & Sacramentum instituens in gradu determinato non iteratur: & iuxta hoc adducitur conuenientia, quia imprimit effectum indelebilem, scilicet characterem. 4. D. 7. Q. 4. §. *Respondeo.* A. 0.

Confirmationis materia remota, scilicet Chrisma, habet similitudinem cum effectu huius Sacramenti; oleum enim nitorem habet, & supereminet cæteris liquidis, & est materia proxima incendij: per primum significat castitatem, vel munditiam: per alia duo significat charitatem: & balsamum, quod habet bonum odorem, significat bonam famam 2. Corint. 8. *Christi bonus odor sumus Deo*: balsamo etiam corpora mortuorum condiuntur, ne putrefiant, ideo significat incorruptionem; Per illam ergo materiam, scilicet Chrisma confectum ex oleo, & balsamo, significatur quod confirmatus debet habere munditiam, & charitatem, & bonam famam; quia sine istis non est multum authentica confirmatio fidei Christianæ. 4. D. 7. Q. 1. §. *Circa istam.* ℣. *Quartus modus.* E. F. 8.

Confirmationis ad materiam ideo, vltra oleum oliuarum, requiritur balsamum, quia est ad confessionem, & ad confirmationem fidei: & ideo in confirmato requiritur, non tantum puritas conscientiæ significata per oleum, sed

Confirmatio.

sed odor bonæ famæ significatus per balsamum. 4. Dist. 23. Quæst. *Vnica*. §. *De secunda*. ℣. *Exponendo ergo*. D.5.

Confirmatio inducit cognationem spiritualem, sicut Baptismus. 4. D.42. Q. *Vnica*. §. *Ex statuto*. ℣. *Ex Confirmatione*. K.9.

Confirmatus.

Confirmatus in iustitia aliquis potest dici, vel quia non potest peccare, eo modo, quo non posse peccare potest creaturæ competere: alio modo potest dici confirmatus, quòd non peccat, vel non peccabit, sicut de multis Viatoribus sanctificatis in vtero: & forte omnes peccauerunt venialiter, quia *si dixerimus, quia peccatum non habuerimus, &c.* 2. Dist. 20. Quæst. 1. §. *Dico ad quæstionem*. n.2.

Confitens.

Confitens sacramentaliter vult famam personæ, cum qua peccauit, saluare, id est, deberet velle, sicut sui; Imo eo magis, quòd persona illa sibi fuit coniuncta in crimine: tantum enim magis tenetur ei ad boni restitutionem, quod per illam amisit, & ad custodiam illius boni, quod potest custodiri, non obstante illo malo commisso; Fidelitas etiam, & veracitas, & vnitas, seu communitas patet hic. 4. D.21. Q.2. §. *In ista quæstione*. ℣. *De quo*. K.10.

Confiteri.

Confiteri priusquam Ecclesia determinasset præceptum de confessione ad semel in anno, quod Christiani tenebantur statim habita opportunitate Confessoris: *vel sic*, Quod Christiani tenebantur statim confiteri, habita opportunitate Confessoris prius, quam Ecclesia determinaret præceptum de confessione semel in anno; Nunc autem post illam determinationem, quod non teneantur vsque ad Quadragesimam: vtrumque est dubium aliquibus, quibusdam dicentibus quòd & tunc, & nunc tenetur statim, habita opportunitate Confessoris, confiteri: quibusdam dicentibus quòd nec tunc, sed tantùm in voto confiteri pro aliquo tempore ante mortem, nec nunc, sed pro voto confiteri semel in anno: secundum videtur mitius, quia præcepta pœnalia non sunt amplianda, sed restringenda: nec inuenitur quando præceptum illud affirmatiuum liget, vel obliget, nisi ad aliquando: & illud *quando* ante specificationem Ecclesiæ fuit indeterminatum ad quodcunque *quando* ante mortem, sed post specificationem est indeterminatum ad quodcunque *quando* vnicum in anno; Semper tamen oportet habere voluntatem confitendi tunc, pro *quando* præceptum obligat: hoc dico sic, quod pro *nunquam* voluntatem habeat. 4. D.17. Q.1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Respondeo vtrumque*. & ℣. *Secundum*. V.28.

Confitendum non est pluribus simul Sacerdotibus necessariò, vt melius iudicent: Quod si fiat, non est sacramentalis confessio; Maxime autem videtur quod non sit confitendum per interpretem, quando timetur ipsum non esse secretarium idoneum: & si in tali casu iste habet impossibilitatem confitendi homini idoneo, confiteatur Deo, cum proposito confitendi homini, opportunitate oblata. *ibidem*. *Ad quintum principale*. ℣. *Ex hoc patet*. Y.31.

Conforme.

Conforme, quod est necessario etiam necessitate consequentiæ, alicui necessario, non potest esse contingens. 1. D.38. Q. *Vnica*. §. *Quamuis supra*. ℣. *Ad primum*. D.3.

Conformitas.

Conformitas actus ad rationem rectam, plenè dictantem de circumstantijs omnibus debitis illius actus, est bonitas moralis actus principaliter. 1. D.17. Q.2. alias 3. §. *Quantum ad istum*. P.3.

Conformitas voluntatis creatæ ad increatam in bonitate actus, & obiecti (quicquid sit de conformitate earum in omnibus circumstantijs) non sufficit ad hoc, vt actus voluntatis creatæ sit bonus moraliter, quia potest esse

Conformitas.

difformitas in alijs circumstantijs, quæ necessariò requiruntur ad bonitatem actus voluntatis. 1. D.48. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. A.2.

Conformitas tam actus, quam habitus vnius virtutis ad rectam rationem, circa illud, quod eligit operans, potest esse sine concordia aliarum virtutum, concurrentium in eodem operante. 3. D.36. Q. *Vnica*. §. *Dicitur aliter*. ℣. *Illud dictum*. A.5.

Conformitatis relatio signi ad signatum, qua Sacramentum efficaciter, vt signum practicum, signat, seu significat signatum Sacramenti, siue pertineat ad essentiam Sacramenti, siue non pertineat ad rationem Sacramenti, sed sit accidens concomitans, vt in pluribus, saltem ista ratio est illud vltimum de potentia signi practici, & sic virtus, sumendo virtutem, vt sumitur 1. Cæli, & Mundi cap. 116. pro eo, quod est *vltimum de potentia*. 4. D.1. Q.5. §. *Ad quæstionem secundam*. H.16.

Conformitas signi practici ad signatum si pertineat ad essentiam Sacramenti, tunc oportet quod Sacramentum non tantum includat rationem signi cum suis differentijs, sed etiam aliquam rationem conformitatis ad signatum, quæ dicitur veritas in signo: & patet quod istarum relationum vna accidit alteri, & quasi posterior fundatur in alia priori, conformitas enim in signo fundatur, & posset esse signum sine ea. *ibidem*.

Conformitas accidentis separati in Eucharistia, quam, secundum aliquos, habet tale accidens substantiæ panis præexistentis (Dicunt enim, quod habet *esse* conforme substantiæ panis, & propter hanc conformitatem dicunt quod posset tolli dimensio quantitatis separatæ, sicut substantia:) conformitas, inquam, ista non potest intelligi in aliquo positiuo, quia nihil tale aduenit ipsi accidenti per hoc, quod est sine subiecto; sed illud, quod ei aduenit conforme, est tantùm in ista negatione *non inhærere actu*: sed conformitas in ista negatione non sufficit ad hoc, vt vniformiter tollatur; quia ideo tollitur *esse* substantiæ, quia est passum proportionatum Agenti naturali, scilicet habens partem potentialem, & actualem, quarum potentialis potest esse sine actuali: istud autem habens conformitatem in negatione non habet aliquas tales partes; ergo accidens separatum, siue dimensio quantitatis separatæ, propter conformitatem istam, non potest tolli ab Agente naturali. 4. D.12. Q.5. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra conclusionem*. n.3.

Confusè, & confusum.

Confusè intelligere aliud est, & aliud confusum intelligere: confusum enim idem est, quod indistinctum, & sicut est duplex indistinguibilitas, scilicet totius essentialis in partes essentiales, & totius vniuersalis in partes subiectiuas; ita est duplex distinctio duplicis totius prædicti ad suas partes; Confusum igitur intelligitur, quando intelligitur aliquid indistinctum altero prædictorum modorum: sed confusè dicitur aliquid concipi, quando concipitur sicut exprimitur per nomen: distinctè vero, quando concipitur sicut exprimitur per diffinitionem. 1. D.3. Q.2. §. *Loquendo igitur*. ℣. *Secundo præmitto*. L.21.

Confusio.

Confusio esset, si quodlibet esset in alio, secundum opinionem Anaxagoræ, quia sic quodlibet esset in alio, sicut pars eius, sicut videtur Philosophus imponere sibi. 1. D.19. Q.2. *Ad primum principale*. F.11.

Coniugatus.

Coniugatus quando intrat in Religionem, vxore viuente, & consentiente, de hoc cautum est in regula Fratrum Minorum, vbi de his, qui volunt vitam istam accipere, dicitur, *Si Vxores non habent: vel si habent, & iam Monasterium intrauerint vxores, vel licentiam eis dederint authoritate Diœcesani Episcopi, voto continentiæ iam emisso, & illius ætatis sint vxores, quod non possit ex eis oriri suspicio, dicant illis verbum Sancti Euangelij &c.* Vnde prætermissis istis conditionibus, scilicet, *Voto continentiæ emisso*, vel saltem *licentia data auctoritate Diœcesani Episcopi*, videtur quòd hodie fieret secundum illud caput 1. Laicus. Extra. De conuersione coniugatorum, scili-

Coniugatus.

scilicet, quòd vir extraheretur, & redderetur vxori. 4.D. 32.Q. *Vnica.* ℣. *Si autem.* D. 4.

Coniugato ingresso Religionem, & in ea professo de licentia vxoris, si vxor non emisit votum castitatis, nec licentiam dedit, authoritate Diœcesani Episcopi, non sufficienter, & perfectè renunciauit iuri suo de petendo debito, quantum ad forum Ecclesiæ, quæ determinauit modum debitum istius renunciationis per votum continentiæ emissum, & licentiam datam, authoritate Diœcesani Episcopi: Et quod in hoc casu tangitor de peccato mortali reuocati (scilicet quod reuocatus, siue redditus vxori non volenti continere, sic ingressus Religionem, peccaret mortaliter contra votum castitatis emissum) posset dici quod tenetur non petere debitum, quia renunciauit iuri suo quantum in se fuit, sed potest reddere, qoia non potuit renunciare iuri alieno, & qoia putauit se absolutum à iure illius, ideo pro tunc non peccauit: tamen quando constat sibi per Ecclesiam quod non fuit absolutus à iure vxoris, tenetur reddere illud, cui non potuit renunciare, *ibidem*.

Cognitum.

Coniungium cum alienigenis non fuit prohibitum tempore legis Mosaycæ, nisi cum Cananæis; Illos enim voluit Deus ex toto extirpare: ideo Esther non illicitè oupsit Assueto 1 Esth. 2. 4. D. 39. *Ad tertium principale.* G.7.

Coniunctio.

Coniunctio animæ Christi cum Deo, per actum fruitionis, fuit tanta, & tam excellens, quod ad ipsam non potuit præcedere meritum: & nobilius est habere actum, ad quem non potest præcedere meritum, ex liberalitate dantia, quam habere actum debiliorem, cum multo merito præcedente. 3.D.18. Q. *Vnica.* §. *Hoc viso.* ℣. *Ad primum.* F. 13.

Coniunctio perfecta fini perfectè quietans, secundum omnem modum, ipsum coniunctum, scilicet secundum affectionem iustitia, & secundum affectionem commodi (secundum affectionem iustitiæ vult primò bonum Deo, & secundariò sibi: & affectione commodi vult semper sibi bonum, quomodo alij Sancti à Christo coniunguntur Deo, quia sunt totaliter extra viam, in termino) licet prohibeat sic mereri, sicut & peccare; quia tamen affectio iustitiæ potest separari ab affectione commodi, vt scilicet aliquis affectione iustitiæ summè coniungatur fini, ita quod nullo modo possit iniustè velle, vel peccare; tamen non coniungatur affectione commodi, vt habeat summum bonum commodum summè sibi coniunctum, & in tantum possit pati: primo, portio superior in Christo coniungitur cum Deo per gloriam quietantem illam portionem; & per affectionem iustitiæ totus homo, vt peccare non posset; Potuit tamen pati, quia aliquid accidere potuit contra affectionem commodi, & illud potuit Christus ordinatè velle, & acceptare, & ita mereri: & sic patet quòd non est simile de Christo, & Beatis. *ibidem. Ad primum principale.* G.16.

Coniunctio vaga maris, & fœminæ est contra bonum prolis, quod est finis intentus in matrimonio; contra bonum familiæ; & contra bonum Ciuitatis. 4. D. 26. Qu. *Vnica.* §. *Ad solutionem.* ℣. *Sequitur secunda.* D.5.

Coniunctio cum consanguineo in linea recta semper fuit contra matrimonium, & magis filij ad matrem, quàm Patris ad filiam, quia maior irreuerentia est: vnde 8. de animalibus: dicit Aristot. de equo, qui velatus cognouerat matrem suam, & postea discoopertus, oculis videns hoc, se præcipitauit: & alibi legitur de Elephante, qui ingentatus, vt matrem suam cognosceret, post hoc ingeniatorem occidit: Ex quo patet quòd est contra legem naturæ, etiam vt competit brutis per propagationem, & ideo primus gradus descendens, & potissimè matria ad filium, maximè impedit matrimonium. 4 D. 40. Qu. *Vnica.* §. *Hic præmittenda.* ℣. *Ad propositum.* C. 3.

Coniunctionem illam Christi benedictam, & Ecclesiæ, de qua dicit Apostolus Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est, dico autem in Christo, & Ecclesia*, honestum matrimonium Christianorum significat: quæ coniunctio nunc est per fidem, & aliqualem dilectionem; sed in Patria erit per visionem, & fruitionem sponsæ, non habentis maculam, neque rugam, ad sponsum speciosum præ filijs hominum. 4. D. 42. Qu. *Vnica.* §. *Ex statuto.* ℣. *Tres alij.* N. 12. in fine.

Coniunctio *enim* in forma Consecrationis non est de essentia formæ, sed, secundum vnum Doctorem, ponitur ad designandum ordinem consecrationis Sacramenti ad vsum Sacramenti: qood patet ex verbia *Accipite, hoc est* enim &c. qoasi dicat, quia talis est consecratio, ideo vtimini consecrato: sed alia ratio potest assignari, scilicet, quod *enim* ponitur ad continuandum, ne illa verba, quæ sunt de forma, proferantur sine præcedentibus 4.D.8 Q.a. §. *De secundo.* ℣. *Coniunctio.* & ℣. *Sed alia.* B. 4. & *Ad secundum principale.* Y. 26.

Coniungere.

Coniunguntur quando aliqua: *vel sic*, Quando aliqua coniunguntur præcisè per actum voluntatis, contingenter se habentis ad illã coniunctionem; si vnum illorũ secundũ se sit mobile omninò improportionatũ alicui mouenti, & reliquum proportionatum; ipsum, non eadem motione, potest mouere vtrumque istorum, quia si mouet vnum, quod est sibi proportionatum, non propter hoc per accideos mouet reliquum, quia reliquum non est presens illi moto: nec sicut actus potentiæ, nec è conuerso, nec simpliciter ex aliqua necessitate natorali, sicut graue est præsens illi, cui innititur, & propter hoc simul mouetur cum illo; sed tantummodo est sibi præsens voluntate aliqua, contingenter se habente ad illam coniunctionem, quæ, per consequens, potest non velle coniunctionem illam, stante tamen motione alterius illorum. 4.D.10. Qu. 6. §. *Ad intellectum.* ℣. *Sed vt contra.* E. 4.

Coniux.

Coniux innocens, idest non fornicatus, altero coniuge fornicante, potest coniugem suum lapsum, si sibi publicè constiterit, repellere: & amisit lapsus ius prætendendi, pro eo quod non seruauit fidem: & ideo non est necessariò sibi fides seruanda, saltem affirmatiuè: si autem vterque lapsus sit, tunc paria crimina pari vindicta sunt delenda. 4.D.32. Q. *Vnica.* §. *Ad quæstionem.* ℣. *Primum contingit.* B. 2.

Cooiux non habet ius petendi debitum statim post matrimooium ratum, licet adhuc non amiserit, qoia nondum peccauit, eò quod, post matrimonium ratum, potest intrare Religionem: nec oportet statim, sed ad tempus potest stare in sæculo, & deliberare: Et si teneretur statim reddere, teneretur facere se inhabilem Religioni. *ibidem.*

Coniux, quando obligatur fortiori vinculo ad non reddendum debitum, puta si vergat in detrimentum propriæ incolumitatis, oon tenetur reddere; tenetur enim magis diligere propriam incolumitatem, quam istud debitum reddere alteri coniugi: Vel sit causa occisionis fœtus, Vel sit causa abortus: ad hæc enim cauenda tenetur fortiori vinculo, quam ad reddendum debitum isti. *ibidem.* ℣. *Secundus Casus.* E. 5.

Coniux maiori præcepto tenetur non agere, vnde proles nascatur leprosa, quæ posset aliàs procreari sana; quam pro nunc satisfacere voluntati mulieris, pro quando, vt in pluribus, puer nascitur leprosus; vnde non sine causa in lege Mosayca: Leuit. 20. accedens ad mulierem menstruatam debuit mori: nec mors infligebatur ibi, nisi pro peccato mortali, & graui: nec est probabile quod in lege Euangelica, quæ est lex castitatis, sit minus prohibitus ad menstruatam accedere. *ibidem.* F. 5.

Coniugem sanum in coniunctione carnali cum leprosa non est probabile lepram incorrere: sed diuturna cohabitatio non præcipitur: Extra; de coniugio cap. 1. quia potest sanus infici ab infirmo: Esto etiam quod timeretur, ex tali coniunctione, infectio lepræ in sano reddente, saltem ex frequenti, quoties leprosa peteret: Dico quod ad talem pœnam se obligauit in contractu matrimonij, & alicubi Sacerdotes expressè ad ostium Ecclesiæ exprimunt illud. *ibidem.* ℣. *Si autem obijcias.* G.6.

Connexio.

Connexio voluntatis cum appetitu sensitiuo potest dici, quòd præsentato appetibili per intellectum voluntati, sufficit ad hoc, vt conueniens appetitui sensitiuo sit conueniens voluntati, & disconueniens sit disconueniens, & triste: sic enim ponitur aliqua delectatio surreptitia præcedere in voluntate omnem actum liberum voluntatis: Et sicut ponitur in delectationibus surreptitijs, ita poni potest in tristitijs, vel doloribus, respectu obiectorum tristium. 3. D.15. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. F.16.

Connexio cuiuslibet virtutis cum sua prudentia, secundum aliquos, est necessaria. 3. D.36. Q. *Vnica*. § *Secundus articulus*. ℣. *Quantum ad primum*. E.11. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra hoc*.

Connexio alicuius virtutis moralis ad prudentiam dictatiuam de sua materia non est omninò necessaria; tamen è conuerso sic, quia nulla electio potest esse recta moraliter, nisi sit concors suæ regulæ, & suæ mensuræ, quæ est dictamen rectum: dictamen autem rectum est natum generare prudentiam, etiamsi sit vnicum: ideo, è conuerso, potest concedi connexio, quia virtus moralis non potest esse sine prudentia circa suam materiam. *ibidem*. §. *Licet istud*. ℣. *Potest ergo*. K.20.

Connexio agibilium, vt respiciuntur ab vno habitu, non est maior, quam factibilium. *ibidem*. §. *Quantum ergo*. L.22.

Connotatio.

Connotatio, qua relatio signi ad suum significatum in Sacramento baptismi fundamentum, & terminum connotat, non obstat quo minus Sacramentum illud possit diffiniri, quia sic relatio quæcunque connotat: nec quod in fundamento sint multa connotata, quia vna relatio rationis potest fundari in quantumcunque distinctis in re: talis tamen connotatio bene prohibet habere diffinitionem primò: nihil enim habet diffinitionem primò, nisi substantia, quæ non diffinitur per aliquod additum; neque sicut correlatiuum additur in diffinitione correlatiui; nec sicut subiectum in diffinitione accidentis: talia enim habent diffinitionem, sed non primò, patet 7. Meta. Tex.18. ʃ. Illud palam. 4. D.3. Q.1. §. *In solutione*. B.1.

Connotatio, qua aliquid connotat aliud, quam non connotat alterum, sicut misericordia connotat aliud, quam iustitia, secundum aliquos, non requirit aliquam distinctionem huius ab illo, vt est in se, sed tantummodo, vt concipitur, & signatur; quia ad hoc requiritur connotatio: sed argumentum, quo probatur iustitia distingui à misericordia, quia scilicet connotant diuersos effectus, quia effectus misericordiæ est liberare sine meritis: effectus iustitiæ est condemnare, vbi non sunt merita, vel saluare pro meritis, & idem principium formale non habet nisi eumdem effectum; argumentum, inquam, hoc requirit quod illorum inter se, vt sunt causæ distinctorum effectuum, sit aliqua distinctio: nec sufficit, vt videtur, ad hoc differentia rationis, quia res rationis non est illud, quo aliquis effectus realiter efficitur: imo realiter nulla distinctio realis in effectu dependet à relatione rationis in causa: ista autem distinctio effectuum essentialiter dependet ex distinctione in causa, ergo non est solius rationis. 4. D 46. Q.3. *Ad secundum principale*. B.3.

Consanguineus.

Consanguineos Ecclesia, propter nimiam propinquitatem, illegitimauit ad matrimonium inter se in quarto gradu, & infra: & ita in simili gradu affines. 4. D.42. Q. *Vnica*. §. *Ex statuto*. ℣. *Primo modo*. I.8. & D.40. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. D.4.

Consanguinitas.

Consanguinitas est vinculum personarum, ab eadem persona, carnali propagatione, descendentium. 4. D.40. Q. *Vnica*. §. *Hic præmittendæ*. ℣. *De primo*. A.2.

Consanguinitatis primus gradus descendens, & potissimè Matris ad filium, maximè impedit matrimonium. *ibidem*. ℣. *Ad propositum*. C.3.

Consanguinitas.

Consanguinitatis quotu gradu aliquis distat ab alio, toto gradu affinitatis distat ab eodem illa, quæ est ab isto carnaliter cognita; non dico vxor, quia hic non requiritur: non solum enim cum vxore, sed cum concubina, & meretrice contrahitur affinitas consanguineorum ipsius viri. 4. D.41. Q. *Vnica*. §. *Hic breuiter*. ℣. *Quoto gradu*. B.3.

Consanguinitas est merè carnalis propinquitas. 4. D.42. Q. *Vnica*. §. *Ex statuto*. ℣. *Et est ordo*. K.9.

Conscientia.

Conscientia fit ex vno syllogismo practico deducendo euidenter aliquid conclusum ex primis principijs practicis: habitus autem appetitiuus non generatur ex vno actu, igitur conscientia non est habitus appetitiuus acquisitus: patet etiam quod non innatus, neque potrio, neque vis. 2. Dist.39. Quæst. 2. §. *Contra istud*. ℣. *Contra aliud*. n 3.

Conscientia potest poni habitus proprius conclusionis practicæ, secundum cuius actum nata est conformari electio rectè in agibilibus; & ita dicitur stimulare ad bonum, in quantum liberum arbitrium totum habet vnam causam partialem rectè dispositam: Et sequeretur recta, & bona volitio, nisi esset defectus alterius causæ partialis, concurrentis, scilicet voluntatis. *ibidem*. §. *Ad quæstiones istas*. B.4.

Conscientiam esse in intellectu, & non in voluntate habetur ex Ecclesiaste 7. *Scit enim conscientia tua, quod maledixisti ei &c.*: hoc etiam patet de actibus conscientiæ, qui sunt testificare, accusare, iudicare &c. Quæ omnia pertinent ad rationem, & intellectum. *ibidem*. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Conscientiam habens de acceleratione mortis infirmi paruuli, in articulo mortis constituti per baptizationem eius, habet conscientiam erroneam, quæ, si nullus alius adsit, qui baptizet, facit illum perplexum: nullus enim perplexus est ex lege diuina, sed potest esse in aliquo actu, vel casu perplexus ex erronea conscientia: nam si ille decedat sine baptismo, damnatur; ergo ille tenetur de necessitate salutis, si nullus adsit, baptizare istum, ne damnetur; magis enim tenetur diligere vitam eius æternam, quam vitam eius temporalem: Si ergo peccaret non saluando, in casu necessitatis, vitam eius corporalem, puta permittendo eum submergi, nolendo ei porrigere manum ad extrahendum, multò magis peccaret mortaliter, permittendo istum damnari propter defectum baptismi: Si etiam ille, stante illa conscientia erronea, quod baptizando acceleret mortem, baptizet, peccat mortaliter, quia, secundum conscientiam, facit homicidium: Quid ergo? necesse est, si nullus alius adsit, qui possit baptizare, dimittere istam conscientiam, quia in casu illo nullum est aliud remedium vitandi peccatum mortale. 4. D. 5. Q.3. ʃ. *Iuxta hoc*. ℣. *Dicitur*. A.2.

Consecratio.

Consecrationes Eucharistiæ passiuæ, si Sacerdos vnus consecrans plures hostias consecret, sunt plures, quamuis Sacerdos, proferendo semel verba consecrationis, plures hostias consecret simul: & etiam posset concedi quod essent plures Eucharistiæ, sicut plures hostiæ: similiter plura vina consecrata, sicut plura vina. 4. D.6. Q.2. *Ad primum principale*. ℣. *Respondeo*. M.8.

Consecratio Sacramenti Eucharistiæ consistit in fieri, & ideo requirit aliquam formam verborum; sed illa non est forma Sacramenti, sed consecrationis Sacramenti. 4. D. 8. Q.1. *Ad tertium principale*. G.6.

Consecratio Eucharistiæ, si istud Sacramentum est vnum vnitate integritatis, non indiuisibilitatis, quia in se includit duo signa partialia, quæ primo signant duo propria signata, & proxima scilicet corpus, & sanguinem; & remota, scilicet cibationem, & potum, est duæ consecrationes partiales; Sicut enim aliqua res est vna, sic est vna eius inceptio; & sicut plures, sic plures eius inceptiones; & sicut consecratio est plures, sic eius inceptio est plures: Est ergo consecratio plures partiales consecrationes, tamen vna vnitate integritatis, & sic est

vna

Consecratio.

vna forma consecrationis vnitate integritatis, sed tamen continens in se plures formas partiales. 4. D.8.Q.2.§.*Respondeo*. ☩. *De primo*. A 3.

Consecratio Episcopalis est necessaria ad hoc, vt oleum sit materia apta Sacramenti extremæ vnctionis, quia communiter in Sacramentis consistentibus in vsu, solus baptismus non requirit materiam specialiter consecratam, quia Christus tactu mundissimæ carnis suæ, quando voluit à Ioanne baptizari, totam aquam consecrauit, hoc est in vsum istum dedicauit. 4. D.23. Q. *Vnica*. §. *De secunda*. ☩. *Exponendo*. D.5.

Consecratus.

Consecrata, siue sanctificata alia ab homine, vt patet in calice sanctificato, tum in Ecclesia dedicata, vel aqua benedicta, & vestibus Sacerdotalibus, & huiusmodi, non recipiunt formam inhærentem eis, quia non sunt capacis: homo autem capax est gratiæ, & dispositionis cuiusdam ad gratiam: & ideo, quando propter impedimentum suum non recipit gratiam, recipit tamen istam dispositionem (in quibusdam Sacramentis) & ista est character. 4. Dist.6. Quæst.9. §. *Ad quæstionem*. ☩. *Ad illud*. K.16.

Consensus.

Consensum non præbens, siue non consentiens potest intelligi contrariè, vel negatiuè; negatiuè tantum negat actualem consensum: contrariè verò ponit actualem dissensum: Et patet distinctio, quia non est idem non velle, & nolle: Si autem accipiatur contrariè pro dissentiente actu, aut dissentit simpliciter, aut secundum quid: & intelligo simpliciter, quod quis, vt fugiat aliquod incommodum, vult aliquid, simpliciter vult illud; sicut proijciens merces in mare, vt fugiat submersionem, simpliciter vult proijcere merces, nam potentiam suam motiuam ad proijciendum voluntas mouet imperando, & ipsa se ipsam liberè mouet, quia cogi non potest; simpliciter ergo volens proijcit, sed secundum *quid* nolens, hoc est, sub conditione nolens. 4. D.4. Q.4. §. *Hic distinguo*. ☩. *De tertio*. C.3.

Consensus expressus verbis sufficientibus, includendo duo, scilicet actum voluntatis liberum, & mutuam donationem corporum, nihil aliud est, quam contractus matrimonij: & ideo se habet ad matrimonium, sicut iste contractus: sed non est dicendum quod iste contractus sit propriè causa efficiens vinculi matrimonij, sed est dispositio præuia, sicut baptizari, & ordinari, est præuia dispositio ad characterem. 4. D.27. Q.2. §. *Solutio istius*. A. 2.

Consensus secundum *quid*, coactus scilicet ex metu cadente in constantem virum, non sufficit ad contractum matrimonij, vt expressè habetur extra de despon. cap. cum locum: cap. veniens 2. & cap. consultationi. 4. D.29. Q. *Vnica*. §. *De secundo dico*. D.7.

Consensus, *siue* per consensum coactum, præbitum scilicet ex metu imminenti peccati, mortis, vel carceris, non transfert aliquis potestatem sui corporis in illam, in quam sic consentit, quia nullus consensus est translatiuus, nisi merè liber. *ibidem*. ☩. *Ad primum*. E.9.

Consensus sufficiens ad matrimonium non posset esse, qui esset ex metu pœnæ proximi, si tantummodo timeatur pœna in proximo: *vel sic*, Si tantummodo timeatur pœna proximi in proximo, vt si dicat, quod alius, vel ipsa occidet se, nisi ducatur à tali: si tantummodo, inquam, timeatur illa pœna in proximo, dico, quod non posset esse ex tali metu consensus sufficiens ad matrimonium: sed si timeatur peccatum in proximo (v.g. in muliere) vt si dicat proximo, quòd se prostituet statim, nisi ducatur, & hoc timeatur valde certitudinaliter: opus perfectum esset, si quis illam acciperet, ne peccaret, & si acciperet, teneret matrimonium, quia esset consensus liber ex charitate. *ibidem*. ☩. *Ad tertium*. F.10.

Consensus coactus impedit professionem Religionis, vt habetur 20. Q.3. cap. præsens. 4. D.29. Q. *Vnica*. *In secundo ad oppositum*. n.2.

Consensus in matrimonium est in traditionem mutuæ potestatis corporum ad prolem procreandam, & per consequens in vsum, si petatur: sed in matrimonio B. Virginis cum Ioseph fuit certitudo, quod nunquam ille vsus à coniuge peteretur. 4. D. 30. Qu. 2. *Ad quartum principale*. E.8.

Consensus primus viri in matrimonium cum muliere, quæ peccauerat carnaliter cum illo viro, viuente prima ipsius vxore, hæc vero secunda nescia ipsum tunc habuisse Vxorem viuentem, non fuit matrimonialis: & ideo nullus actus potest esse licitus in virtute illius consensus; & ideo ad hoc, vt sint coniuges, requiritur nouus consensus. 4. D.35. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo, tria*. ☩. *Respondeo, primus*. D.5.

Consentire.

Consentit si adultus simpliciter; & secundum *quid* dissentiat: *vel sic*, Si adultus secundum *quid* dissentiat, sed simpliciter consentiat in ablutionem baptismalem, & hoc non tantum in illam ablutionem tanquam quoddam balneum, sed in ablutionem eo modo, quo illam intendit facere Ecclesia, ille simpliciter recipit Sacramentum: & de tali loquitur Concilium Toletanum, quod allegatur Extra: De Baptismo, & eius effectu: Cap. Maiores &c. Exemplum huius, qualiter aliquis potest consentire in illam ablutionem suscipiendam eo modo, quo confertur ab Ecclesia, & tamen nollet, si posset euadere tormenta (supponitur, quod ob timorem tormentorum suscipit baptismum) quia non credit eam aliquid valere, sicut potest haberi de eo, qui non credit verba incantationis posse habere aliquem effectum; tamen concedit incantanti, quod dicat illa verba super eum, ea intentione, qua solet ea dicere, dicendo in corde suo, valeant quantum valere poterunt, iste verè diceretur incantatus: Et si talis incantatio super aliquem diceretur consecratio diabolo, ille esset diabolo consecratus. 4. D.4. Q.4. §. *Hic distinguo*. ☩. *De tertio*. E.4.

Consentiens, vel dissentiens negatiuè, idest, omnino non consentiens, vel dissentiens, si quis esset vtens ratione (licet difficile esset aliquem talem inuenire, præcipuè, qui prius aliquando cogitasset de baptismo, quia vel tunc placuisset sibi baptizari, vel non placuisset, imo displicuisset, & secundum vltimum modum iudicaretur talis habitualis consensus (vel dissensus esse in posterum): tamen si quis esset talis negatiuè consentiens, vel dissentiens, tam actualiter, quam habitualiter, & tamen vtens ratione, non esset capax Baptismi; quia ex quo vtitur ratione, oportet, quod habeat deuotionem aliquam ad Sacramentum, si debet sibi valere; aliter enim videretur contemnere. *ibidem*. ☩. *De secundo, licet*. H. 5.

Consentire habitualiter fortè, secundum communem opinionem, non sufficit ratione vtenti ad recipiendum Sacramentum Baptismi, sine consensu virtuali: tamen illud est dubium, quia minor consensus sufficit ad susceptionem Sacramenti, quam ad meritum: sed ad meritum sufficit virtualis consensus. 4. D.6. Q.11. §. *Dico ergo*. ☩. *Particulæ*. D.5.

Consequens.

Consequens debet differre ab antecedente improbato. 2. D. 1. Q.4. *Ad primum principale*. §. *Quæstionis*. ☩. *Sed contra*. P.26.

Consequens non oportet quod velit aliquis, si vult antecedens, quando consequens non est de per se intellectu antecedentis: sicut ponitur exemplum, quod aliquis potest appetere Episcopatum non volendo sacerdotium: cuius ratio est illa, quia sicut ad scire antecedens non sequitur scire consequens, nisi sciatur consequentia huius ex illo: ita ex *velle* antecedentis non sequitur *velle* consequentis, nisi sit *velle* huius consequentiæ; si enim vel nesciatur consequentia, vel non sit *velle* consequentiæ, non oportet propter *velle* antecedentis velle consequens. 2. D.6. Quæst. 1. §. *Ad argumenta*. ☩. *Tamen ad formam*. H.7.

Consequentia.

Consequentia in eadem possunt esse multæ rationes, propter quas illatio esset necessaria ; & ita multi loci sumpti ex multis rationibus talis consequentis in ipso antecedente : & ideo vbicunque aliqua illarum rationum, sine aliquis illorum locorum inueniri potest, similis illatio inueniri potest, & inferri: Exemplum, *homo currit*, ergo *animal currit:* sequitur bene per locum à specie, & non solum hoc, sed per locum communiorem, quia per locum à parte subiectiua: & non tantum vbicunque illatio est speciei ad genus, est bona consequentia, sed & vbicunque est argumentum à parte subiectiua ad totum, est bona consequentia. 2. D. 1. Qu. 3. *§. Tenentes istam. Ad tertium.* B. 11.

Consequentia erit necessaria, & naturalis vbicunque est similis ratio inferendi, non tantum secundum illam rationem generalem, sed etiam specialem: *vel sic*, Vbicunque est similis ratio inferendi non tantum secundum illam rationem generalem, sed etiam specialem, erit consequentia necessaria, & naturalis: & ita dico, quod hoc exemplum est bene ad propositum: Quod si ignem esse ab æterno inferat splendorem diffusum esse ab æterno per rationem producentis naturaliter; licet antecedens hoc fuerit impossibile, & est incompossibile, & est consequens similiter, consequentia tamen est necessaria, & bona. *ibidem.*

Consequentiæ multæ entimematicæ tenent, non præcisè virtute alicuius veræ subintellectæ, sed quandoque virtute alicuius falsæ subintellectæ, dum tamen includatur in antecedente. 2 D. 2. Quest. 11. *Ad argumentum principale.* D. 7. in fine.

Conseruare.

Conseruari continuè à Deo est continuè causari. 2. D. 5. Q. 2. §. *Respondeo primò.* ✝. *Item secunda.* D. 4.

Conseruat nunquam Deus; *siue:* Deus nunquam conseruat, nec potest conseruare rem sine suis principijs essentialibus; vt hominem sine Anima, & corpore humano, ergo nec distinctas res potest conseruare sine distinctis principijs essentialibus: talia sunt materia, & forma, &c. 4. D. 49. Q. 16. *§. Alij dicunt.* ✝. *Et si dicas.* E. 13.

Conseruare totam naturam, & totaliter est solius Dei. 4. D. 1. Q. 1. *Ad quartum principale.* Pp. 33.

Conseruari, idest, hæc vox *conseruari* imponitur ad significandum *esse* non tantum, vt notatur dependentia in essendo, sed cum hoc habitudo illius *esse* quasi ad idem *esse*, vt præhabitum. *Quodl.* Q. 12. §. *De secundo.* E. 7.

Conseruatio.

Conseruatio est ipsa actio creatiua; nam vna actio semper manens respectu creaturæ est creatio, in quantum intelligitur coexistere primo *nunc* temporis, quia *nunc* temporis præcessit non *esse* illius creaturæ: & illa eadem actio manens dicitur conseruatio inquantum coexistit alijs partibus temporis non immediatè sequentibus non *esse*, sed *esse* præhabitum illis partibus temporis: & ita illa actio est quasi continuatio *esse* præhabiti non comparando ad *esse*, vbi non est prius, nec posterius, sed comparando ad partes temporis, quibus coexistit. 2. D. 2. Q. 1. *Ad primum pro opinione.* E. 19.

Conseruatio, & productio, siue creatio differunt sola actione intellectus: Et potest conseruatum non esse quando conseruatur, & quando producitur in sensu diuisionis. *ibidem.* ✝. *Et si dicatur.* F. 21.

Conseruatio, actio, vel passio non requirit nouitatem in termino, ergo nec conuersio: consequentia declaratur ex hoc, quod sicut Deus volens hoc habere *esse*, quasi post idem *esse* conseruat illud: sic volens illud habere *esse* post *esse* illius, conuertit illud in istud, quia facit *esse* istius, & si non propriè, tamen aliquo modo succedere ipsi *esse* illius: non requiritur autem ad hoc, quod illud sit terminus actionis, quod simpliciter, & propriè succedat alteri, scilicet tanquam nouum, sicut patet in conseruatione. *Quodl.* Q. 10. *§. Ad ista.* ✝. *Tertius intellectus.* L. 19.

Conseruatio causæ conseruantis est creaturæ ratio habendi *esse*, iuxta illud August. 4. super Gen. capit. 14. *Creatoris namque potentia, & omnipotentis, atque omnitenentis Virtus causa subsistendi est omni creaturæ; quæ virtus ab iis, quæ creata sunt, regendis si aliquando cessaret, simul*

Conseruatio.

& illorum cessaret species, omnisque natura concideret; neque enim sicut structor ædium, cum fabricauerit, abscedit, atque illo cessante, & illo abscedente, stat opus eius; ita mundus nec ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimen subtraxerit. *Quodl.* Quæst. 12. *§. De primo.* ✝. *Tertia pars.* B. 3.

Consiliari.

Consiliatur nullus de impossibilibus, nec præcipit intellectui practico ad inquirendum media ad illud: & hoc modo habet intelligi verbum Philosophi 3. & 6. Eth. *Electio non est impossibilium.* 2. D. 6. Q. 1. *Ad primum pro opinione.* D. 4.

Consilium.

Consilium, donum Spiritus Sancti, acceptum pro habitu est habitus prudentiæ. 3. Dist. 35. Quæst *Vnica.* §. *Solutio* A. 2.

Consilium, & etiam præceptum alicuius superioris licet contemnere, idest irrationabile, & infructuosum iudicare; Sed non licet, dum est Prælatus, contemnere non obseruando, quia dicitur Math. 23. *Super cathedram Moysi sederunt &c.* Istud autem de contemptu consilij, vel præcepti superioris probatur, quia non tenetur aliquis necessariò habere falsam opinionem de suo superiori, sed monitio eius, vel præceptum potest in se esse irrationabile, & infructuosum: Et rationabiliter, & vtiliter tunc laborandum est ad eius reuocationem, & ad correptionem, vel amotionem talis prælati fatuè præcipientis, ergo non tenetur subditus reputare præceptum eius tanquam rationabile, & fructuosum, sed potest oppositum reputare, & sic contemnere non approbando. 4. D 3. Q 4. *§. Quantum ad primum.* ✝. *Hæc autem.* E. 6.

Consilium contemnens contemnit consulentem in quantum consulentem; & ideo nolens seruare consilium diuinum Euangelicum quasi contemnens illud tanquam irrationabile, & infructuosum, peccat mortaliter: vnde videant mordentes paupertatem Euangelicam, ne fortè, cum nolint seruare, quia non est necessarium, contemnant; quia tales contemnentes, vel paruipendentes contemnunt Christum, qui hanc suasit obseruari tanquam meritoriam, & vtilem ad vitam æternam, vt habetur in 6. lib. de verb. signif. *ibidem.* ✝. *Debuit autem.* E. 5.

Constituere.

Constituit nihil, *vel* Nihil constituit aliquid in aliquo *esse*, nisi in quantum est forma eius. 1. D. 28. Q. 3. §. *Aliter distinguitur.* ✝. *Contra hoc.* B. 3.

Constituunt, & distinguunt personaliter in diuinis prima pullulantia in essentia, quæ possunt personaliter distinguere: *vel sic*; Prima ibi pullulantia, quæ possunt personaliter distinguere, distinguunt personaliter, & constituunt. 1. Dist. 31. Quæst. *Vnica.* *Ad quartum principale.* M. 11.

Constitutio.

Constitutiones pœnales sunt restringendæ, non ampliandæ. 4. Dist. 7. Quæst. 5. *§. Respondeo.* ✝. *Sed aliter.* A. 0.

Constitutiuum.

Constitutiuum, & distinctiuum personæ in diuinis non est commune tribus. 1. D. 26. Q. *Vnica.* §. *Alia est opinio.* ✝. *Pro hac.* n. 4.

Constitutiuum, generaliter est constituto ratio differendi, vel conueniendi: non autem ipsum, vt conueniens, vel differens, sed secundum se constituti; sicut rationale, non secundum se, non vt conueniens, nec vt differens, constituit hominem, licet homo constitutus per rationale, per ipsum distinguatur formaliter, vel conueniat: distinctio ergo, vel conuenientia conuenit constituto per rationem formalem constitutiuam, non autem includitur in ipsa ratione constitutiua. *Quodl.* Q. 4. §. *Contra illud.* ✝. *Præterea, generaliter.* L. 20.

Consti-

Constitutum.

Constitutum per formale constitutiuum distinguitur ab omni alio, etiamsi per impossibile quodcunque aliud ab illo circumscribatur, quia per illud distinguitur primò, idest, adæquatè, ab omni non tali: sed quodcunque non habens formam illam constitutiuam est non tale, igitur per illam distinguitur ab omni alio non habente illam. 1. D. 11 Q. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Secundo sic*. C. 7.

Constitutis, idest à constitutis magis videtur, quod possit abstrahi commune; *vel sic*, Magis videtur quod à constitutis possit abstrahi commune, quam à constituentibus: & quandocunque a constitutiuis formalibus aliquorum potest abstrahi aliquod commune primæ intentionis; pari ratione, vel maiori, potest abstrahi aliquod commune à constitutis per illa. 1. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. A. 2. & ℣. *Item prædicta*. B. 3.

Constructio.

Constructione in transitiua, *vel* In constructione transitiua nunquam effectus, vt effectus construitur cum ablatiuo: Diligere autem est verbum transitiuum. 1. D. 32. Q. 1. 2. §. *Contra istud*. ℣. *Præterea in*. n. 5.

Consuetudo.

Consuetudo Ecclesiæ bona est, quòd nullum adultum baptizet, nisi respondeat pro se ipso: Et est consuetudo laudabilis, vt soluni volens ascribatur familiæ Christi: Sed licet non responderet, quia scilicet non vteretur ratione, vt dormiens, posset sibi Sacramentum conferri, dum tamen esset habitualiter consentiens: Sed non expedit facere, sed expectare tempus, quo actualiter consentiat. 4. D. 4. Q. 4. *Ad quartum principale*. L. 6. in fine.

Consuetudo quamuis esset rationabilis, quòd in hac Ecclesia fiant anniuersaria defunctorum sepultorum in hac Parochia: absolutè tamen posset esse rationabilis consuetudo, quòd in eodem die in ista Ecclesia non dicatur Missa pro mortuis, nisi vna: non possunt istud ratio. nabiliter esse consueta in isto casu, scilicet, quando iustitia requirit pro singulis obligationibus singulas Missas dici, quia æquè requirit iustitia in Ecclesia collegiata, sicut à simplici Sacerdote, nisi ille, cui Sacerdos tenetur, velit cedere iuri suo, saltem implicitè, acceptando pro se consuetudinem illius Ecclesiæ, quam non debet præsumi acceptare, nisi sit sibi nota. *Quodl.* Q. 20. §. *De tertio*. ℣. *Aliter dici potest*. T. 30.

Consummatum.

Consummatum est Ioann. 19 Hoc intelligitur de his, quæ scripta sunt de filio hominis, iuxta illud Luc. 18. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis*: vel si illud referatur ad antiquam legem, debet intelligi *consummatum est* in causa, nam mors Christi causa est confirmationis legis Euangelicæ: sed illa non fuit confirmata tanquam necessaria ad obseruandum ante prædicationem eius publicam, quæ non incepit in Passione, sed in Pentecoste, tempore enim intermedio sederunt in cœnaculo Apostoli, nemini solemniter, vel publicè prædicantes. 4. D. 3. Q. 4 §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad illud*. N. 18.

Contactus.

Contactus requiritur ad hoc vt Agens agat in passum, vbi præsentia proportionata non potest haberi, nisi per contactum (illa autem tangunt se, quorum vltima sunt simul;) vniuersaliter enim hoc est verum, quod oportet Agens esse præsens patienti, saltem secundum virtutem actuam: vbi autem verior potest haberi, illa multò magis sufficit ad actionem: sed multò verior potest esse præsentia Spiritus ad corpus per coexistentiam, quam sit illa per contactum. 4. D. 44. Q. 2. *Ad tertium principale*. Q. 17.

Contactus virtualis, non mathematicus potest dici, quod requiritur ad hoc, vt Agens agat in passum: contactus autem virtualis est, quòd aliquid in isto possit esse terminus virtutis in illo; quod nihil est aliud, quam illud habere virtutem causatiuam alicuius in illo: Et isto modo Deus, si non esset citra Orbem Lunæ, præsens esset centro terræ. *ibidem*.

Contactus, vt dicit habitudinem corporis ad corpus extrinsecum, non videtur necessariò requisitus ad aliquam actionem absolutam, cuiusmodi est immutatio sensus; quia actio absoluta videtur posse præcedere quemcunque talem respectum extrinsecus aduenientem; ergo licet corpus vt hic, non contingat, excludendo talem respectum extrinsecus aduenientem ad corpus aliud, non sequitur, quin possit alterare, quod est immutare, ad formam absolutam sensationis. 4. D. 10. Q. 9. §. *Hic dicitur*. ℣. *Argumentum primum*. A. 3.

Contemplatio.

Contemplatio Dei de lege communi stat in conceptu communi de ipso Deo, & ideo stat in aliquo conceptu, qui est minoris intelligibilitatis, quam Deus in se, vt hæc essentia, & ideo debet intelligi ad aliquid sub Deo, hoc est, ad aliquid in ratione intelligibilis, cuius intelligibilitas est inferior intelligibilitate Dei in se, vt hæc essentia singularis: & secundum hoc intelligendus est Greg. hom. 8. super Ezechiel. dicens, *Quantumcunque mens nostra in contemplatione Dei profecerit; non ad illud, quod ipse est, sed ad illud, quod sub ipsa est, attingit*: quod non debet intelligi, quod contemplatio sistat sub Deo in aliqua creatura, quia hoc esset *frui vtendis*, quod est *summa peruersitas* secundum Aug. 83. QQ. Q. 30. Sed conceptus illius essentiæ, sub ratione entis est imperfectior conceptu illius met essentiæ, vt hæc essentia est, & quia imperfectior est, ideo est inferior in intelligibilitate. 1. D. 3. Q. 1. *Ad quartum principale*. H. 20.

Contemplatio, secundum Aug. non est, nisi actus respiciens æternum: & praxis eiusdem portionis superioris est actus eius respiciens temporale respectu æterni, sue in ordine ad æternum. 2. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Dico, quod potest*. A. 2.

Contemplatiuus.

Contemplatiui quandoque experiuntur se magnam delectationem habere, quandoque etiam cum æquali conatu minorem, vel nullam: hoc verum est de deuotione, hoc est de delectatione consequente, non autem de ipso actu amandi elicito, qui quandoque est intensior, & magis meritorius, licet ipsum sequatur minor delectatio, vel quasi nulla, & quandoque minorem actum, & in se, & in acceptatione diuina concomitatur maior delectatio ad alliciendum paruulos, vt auidius sequantur illud, cuius dulcedinem prægustarunt. 1. D. 17. Qu. 2. *aliàs* 3. §. *Ad argumenta pro illa opinione*. ℣. *Quod igitur*. Qq. 34.

Contentum.

Contenta in aliquo vnitiuè sunt in duplici differentia, quia quædam sunt de natura continentis, vt quæcunque sunt superiora ad continens: verbi gratia, ab eadem re accipitur ratio albedinis, coloris, qualitatis sensibilis, & qualitatis; & hæc sunt superiora ad hanc albedinem; & ideo omnia sunt de essentia eius: alia sunt contenta in aliquo vnitiuè quasi posteriora, quia quasi passiones continentis, nec sunt res aliæ ab ipso continente: isto modo ens continet multas passiones, quæ non sunt res aliæ ab ipso ente, vt probat Arist. in 5. Met. Tex. 3. & 5. distinguuntur tamen ab inuicem formaliter, & quidditatiuè, & etiam ab ente, formalitate dico reali, & quidditatiua, aliter Metaph. concludens tales passiones de ente, & illas considerans, non esset scientia realis. 2. D 16. Q. *Vnica*. §. *Ideo dico*. K. 17.

Continens.

Continens virtualiter cognitionem conformem praxi eliciendæ est virtualiter ipsi conforme, & ita cognitio eius est practica, quis cognitiones practicæ habent principia practica: proxima autem cognitio illi, quæ est de fine, est cognitio fruitionis finis, & ista nata est esse conformis

Continens.

formis formaliter praxi fruitionis. *Prolog.* Q.4.§. *Ad quaestionem.* ỿ. *Ad secundum.* O.32.

Continens in omnibus aliquid continentibus plura, sicut anima rationalis continens secundum aliquos, animam vegetatiuam, & formam substantiae: & hoc ens quamlibet passionem entis; & in diuinis essentia continens per identitatem relationes originis: Continens, inquam, in omnibus istis, & maximè in creaturis (quae quòd contineant aliquid vnitiuè per identitatē, non est ex perfectione illius contenti, sed ex perfectione continentis) non est praecisè contentum, sed est ita perfecta entitas in se, sicut esset, si contentum esset extra se, vel sibi additum; imo perfectior entitas est, quia ex perfectione sua continet omnem aliam entitatem. 2. D.1. Q.4. aliàs 5. §. *secundum membrum.* ỿ. *In omnibus.* O.25.

Continens sic virtualiter aliquid, quod eminenter contineat in se omnem eius cognoscibilitatem, sicut & omnem eius entitatem, est etiam motiuum ad eius cognitionem. *Quodl.* Q.5.§. *Prima ratio.* ỿ. *Ex his.* K.11.

Continentia aliqua differre specie, & tamen quod contenta non differunt specie, bene est possibile, sicut passiones entis continentur per identitatem in entibus quantumcunque distinctis: & tamen illae passiones in eis non distinguuntur specie; vnitas enim lapidis, quae non est realiter aliud à lapide, & vnitas hominis, quae est realiter eadem homini, non ita distinguuntur formaliter specie, sicut homo, & lapis: imo haec vnitas, & illa tantum videntur differre numero. 2. D.1.Q.5. *alias* 6. §. *Potest etiam addi.* D.5.

Continens praecisum alicuius localiter est indiuisibile: nihil autem indiuisibile de genere quantitatis per se existit, sed in aliquo diuisibili: & ideo sequitur illud praecisum continens esse vltimum alicuius diuisibilis continentis: ista autem vltimitas non est de ratione loci, sicut est de ratione continentis praecisè, quia si posset indiuisibile per se esse, & nullius diuisibilis, vltimum illud indiuisibile, verè manens per se, posset esse praecisum continens. 2.D.2. Q.5.6. §. *Ad quaestionem.* ỿ. *Exponendo.* D.7.

Continentia.

Continentia omnium perfectissima secundum entitatem eorum, quae sunt in eo, quantumcunque concedatur Deo: non tamen potest continere opposita formaliter absoluta in se, licet possit habere talia opposita virtualiter, & relatiua formaliter: sed ex hoc concluditur infinitas fundamenti. 2.D.1.Q.4.§. *Contra istam opinionem.* ỿ. *Praeterea, secundo.* A.8.

Continentia vnitiua secundum Dionys. De diuinis nominibus, non est eorum, quae omninò sunt idem, quia illa non vniuntur; nec eorum, quae manent distincta ista distinctione, qua fuerunt distincta ante vnionem: sed quae sunt vnum realiter, manent tamen distincta formaliter: siue quae sunt idem identitate reali, distincta tamen formaliter. 2.D.16.Q. *Vnica.* §. *Ideo dico.* K.17.

Continentia ita perfecta est in essentia diuina respectu naturae creatae, sicut in persona diuina respectu personae creatae, imò quoad aliquid magis, quia essentia est absolutè infinita, non sic entitas personalis. 3.D.1.Qu.1. §. *De secundo.* ỿ. *Istud argumentum.* C.4.

Continentia virtualis perfectionis suppositi creati, & illa ratio, per quam natura humana est in potentia obedientiali ad verbum, non sunt rationes ad probandum possibilitatem incarnationis. 3.D.1.Q.1.§. *De secundo.* ỿ. *Istud argumentum.* C. 4. & Quaest. 5. *Ad primum principale.* C.8.

Continentia virtualis, quae est in termino dependentiae naturae assumptae, & potentia obedientialis in dependente, vel contento, pertinent ad dependentiam causati ad causam: vnde propter istas rationes non posui verbum posse terminare dependentiam, sed propter subsistentiam independentem, *ibidem.* Quaest. 5. §. *In ista quaestione.* n.4.

Continentia, & si non sit relatio realis mutua, tamen praesentia est relatio mutua. 4.D.10.Q.1. §. *Quantum ergo.* ỿ. *Etsi habeas.* I.11.

Continentia coniugalis videtur esse virtus, & tamen est sine virginitate, quae videtur esse virtus, & hoc conceditur.

Continentia.

3.D.36.Qu. *Vnica. Ad sextum principale.* T.32. Et est ipsa propositio argumenti. n.1.

Continere.

Continet quando aliquid in creaturis &c. *Vel sic*, Quando in creaturis aliquid continet per idenditatem, siue vnitiuè plura; non est hoc ex perfectione illius contenti, sed ex perfectione continentis. 2.D.1.Q.4. *alias* 5.§. *Secundum membrum.* N. *immediatè ante.* O.25.

Contineri sicut possunt per identitatem in eodem illa, quorum est distinctio formalis specifica: *vel sic*, Sicut in eodem possunt contineri per identitatem illa, quorum est distinctio formalis quasi specifica, sicut in eadem anima includuntur perfectiones intellectiuae, & sensitiuae, quae ita sunt distinctae formaliter, sicut si essent duae res: ita è conuerso potest aliquid indistinctum formaliter contineri in distinctis. 2.D.1.Qu.6.§. *Potest etiam addi.* ỿ. *Hoc etiam.* E 5.

Contingens.

Contingentium Veritatum est ordo, quia aliqua est prima vera contingens, & ita subiectum primum multarum veritatum contingentium potest poni illud, de quo primo, idest immediatè dicitur praedicatum contingentis, quae est quasi primum principium in ordine contingentium, vel praedicata plura primarum contingentium, si plures sunt primae. *Prolog.* Q.3.§. *Nunc autem.* N.13. & 1. D.3 Q.4. §. *De tertijs.* G.10. & D.8. Qu.5.§. *Ad argumenta pro opinione.* ỿ. *Etsi dicas.* Z.24.

Contingentis primae veritatis dicitur primum subiectum: *vel sic*, Dicitur primum subiectum primae veritatis contingentis, quod visum, vt tale, natum est primò videri coniungi cum praedicato illo; quia primum notum in contingentibus non est, nisi per intuitionem extremorum, ergo primum intuibile, cui insit primum praedicatum primae veritatis contingentis, est primum subiectum omnium veritatum contingentium ordinatarum. *ibidem.* ỿ. *Dicitur autem.*

Contingens aliquod potest primo dici de Verbo, & aliquod de Spiritu Sancto, & aliquod de Deo Trino, vt creare: erunt igitur personae quasi partes subiecti Theologiae contingentium, sicut etiam aliqua necessaria sunt primo vera de diuersis personis. *ibidem.* ỿ. *Respondeo.*

Contingentia, vt pertinent ad Theologiam, nata sunt habere cognitionem certam, & euidentem, &, quantum ex parte sui, euidentiam perpetuam: hoc patet, quia omnia contingentia theologica sunt nata videri in primo obiecto theologico, & in eodem nata est videri coniunctio istarum veritatum contingentium: visio autem extremorum veritatis contingentis, & vnionis eorum necessario causat euidentem certitudinem de tali veritate euidente; quantum est etiam ex parte obiecti theologici ostenderis, talia vera nata sunt videri in tali obiecto perpetuo, quantum in se est, igitur contingentia, vt pertinent ad theologiam, nata sunt habere perfectiorem cognitionem, quam scientia de necessarijs acquisita. *Prolog.* Q.4. *Laterali.* §. *Sed aliud.* ỿ. *Quod autem.* C.28.

Contingentium cognitio numquid est scientia? Dico, quod secundum illam rationem scientiae positam in primo Post. quae requirit necessitatem obiecti, non potest de eis esse scientia, quia cognoscere contingens vt necessarium, non est cognoscere contingens: tamen secundum quod accipit Philos. 6. Ethic. cap. 4., & 7. vt diuiditur contra opinionem, & suspitionem, bene potest esse scientia, quia est habitus, quo determinatè verum dicimus. *ibidem.* ỿ. *Sed numquid.* D.28.

Contingens, circa quod est scientia pratica, est finis, vel ens ad finem: in agibilibus autem actio est finis vltimus secundum Philos. 6. Ethic. cap.3. ergo contingentia actionis sufficit ad scientiam praticam, vel obiectum scientiae praticae. *Prolog.* Q.4. *Ad secundum principale.* Aa.41.

Contingentium, *seu* De contingentibus sunt multae veritates necessariae, quia actus, qui contingenter elicitur, concluditur necessariò debere esse talis ad hoc, vt sit rectus: De ipso ergo est scientia quantum ad conclusionem demonstratam necessariò, licet in se sit contingens. *ibidem.* ỿ. *Ad primum respondeo, de contingentibus.*

Contin-

Contingens.

Contingentium (idest Veritatum) est ordo: *sive* Ordo est in contingentibus, quòd aliqua est prima, & immediata; alioquin, vel esset processus in infinitum in contingentibus, vel aliquod contingens sequeretur ex causa necessaria, quorum vtrumque est impossibile. 1.D.3.Q.4.§. *De tertijs.* ℣. *Nec obstat.* G.10.

Contingentia non videntur in regulis æternis ex Aug.9.de Trinit.6. *non qualis sit vniuscuiusque hominis mens* &c. quasi dicat contingentia non videntur ibi, sed necessaria: & in 4.lib.cap.16. contra Philosophos arguit, *numquid quia verissimè disputant, & documenta certissima suadent* &c. vbi intelligit, quòd per regulas æternas non cognoscuntur illa contingentia, quæ tantum per sensus cognoscuntur, vel per historias creduntur: & tamen specialis illustratio magis requiritur in credendis contingentibus, quam in cognoscendis necessarijs: imo ibi maxime remouetur illustratio specialis, & sufficit sola generalis. *ibidem.* §. *Ad quæstionem.* ℣. *Et ex isto.* S.21.

Cotingentium, *sive* In contingentibus est aliquid primum, quod est immediatum, & tamen contingens, quia non statur ad necessarium; non enim ex necessariò sequitur contingens: & ideo hic oportet stare ad istam, *Voluntas Dei vult hoc*, quæ est contingens, & tamen immediata, quia nulla alia causa prior est ratione voluntatis, quare ipsa sit huius, & non alterius. 1.D.8.Q.5.§. *Ad argumenta pro opinione Philosophorum.* ℣. *Et si dicas.* Z.24.

Contingens non potest esse, quòd necessariò, etiam necessitate consequentiæ, est conforme necessariò. 1.D.38.Q. *Vnica.* §. *Quamuis supra.* ℣. *Ad primum istorum.* D.3.

Contingens si est aliquod ens, *vel*; si aliquod ens est contingens, ergo aliquod ens est necessarium, sequitur; quia in passionibus disiunctis entis, quarum vna est perfecta, & altera imperfecta, in talibus, inquam, non posset enti particulariter inesse imperfectius extremum, nisi alicui enti inesset perfectius extremum à quo dependeret, 1.D. 39.Q.1.2.3.&c.§. *Quantum ad primum.* C.13.

Contingens, quod est vna pars huius disiuncti *necessarium, & contingens* non posset ostendi de aliquo supposito necessariò de aliquo per aliquod prius, vt per necessarium, non enim si perfectius est in aliquo ente, necesse est imperfectius esse in alio ente: & hoc, nisi illa extrema disiuncta sint correlatiua, sicut causa, & causatum: Et ideo videtur ista: *aliquod ens est contingens* esse vera primò, & non demonstrabilis propter quid. *ibidem.* ℣. *Sed nec isto.*

Contingens aliquod ens qui negant: *vel* Qui negant aliquod ens contingens, exponendi sunt tormentis, quousque concedunt quod possibile est eos non torqueri. *ibidem.*

Contingens esse aliquod ens, *sive* Aliquod ens esse contingens supponitur, tanquam manifestum verum. *ibidem.* ℣. *Supposito ergo.* D.14.

Contingentem aliquã complexionem volũtas diuina determinans fore aliquid ostensũ ab intellectu diuino facit esse veram, & ideo intelligibilem: & ex hoc istud est præsens intellectui in ratione obiecti: & sicut voluntas potest facere illud volitum, & non facere: ita posset esse verum, & non verum: & ita potest cognosci, & non cognosci ab isto intellectu naturali, non quidem propter aliquam contingentiam, quæ quidem sit prius in isto Agente naturali, sed propter contingentiam ex parte obiecti, quod contingenter est verum. *ibidem.* *Ad tertium principale tertiæ quæstionis.* T.30.

Contingentia relata ad diuinam scientiam sunt necessaria, necessitate consequentiæ: hoc est, ista consequentia est necessaria, si Deus scit illa futura, illa erunt: non tamen sunt necessaria necessitate absoluta, nec necessitate consequentis. *ibidem.* *Ad primum principale pro tertia opinione.* Z.35.

Contingens nunquam est formaliter contingens, nisi quando est; ideo contingens quando est, contingenter est; non tamen loquor in sensu compositionis: non enim omne ens, quod est, est necessarium; voluntas ergo in primo instanti, vt prior natura suo actu, ita contingenter elicit actum suum, sicut si per diem præcessisset actum elicitum: Vnde sicut entia antequam sint, quædam sunt contingentia, & quædam necessaria; si etiam quando sunt, quædam sunt contingenter, & quædam necessariò. 3.D.18.Q. *Vnica.* *Ad quartum principale.* H.17.

Contingens.

Contingentia sunt aliqua credibilia, vt illa quæ respiciunt extrinseca, cuiusmodi est incarnatio Filij, resurrectio mortuorum, & huiusmodi, quæ dependent à voluntate diuina, quæ contingenter illa ordinauit ab æterno, quamuis sint necessaria ex præsuppositione diuinæ voluntatis, scilicet si ordinauit ea fieri: & tunc necessitas illorum est conditionata. 3.D.23.Quæst. *Vnica.* §. *Aliter potest poni.* F.10.

Contingentia non sequuntur ex necessarijs; & ideo ista, voluntas diuina, qua vult hoc, & producit pro *nunc*, est immediata, & prima causa, cuius non est aliqua causa, quærenda: sicut enim non est ratio, quare voluit naturam humanam in hoc indiuiduo esse, & esse possibile, & contingens: ita non est ratio, quare hoc voluit nunc, & non tunc esse; sed tantum, quia voluit hoc esse, ideo bonum fuit illud esse; Et quærere huius propositionis, licet contingentis, immediatè causam, est quærere causam, siue rationem, cuius non est ratio reddenda. 2.D 1.Qu.2. *Ad quartum principale.* F.9.& 3.D.12.Q. *Vnica.* *Ad tertium principale.* B.4.

Contingens non est illud propter habitudinem sui ad aliquam causam, ad cuius euentum causa superior est determinata, cuius causæ determinationem necessario sequitur determinatio omnium causarum inferiorum. 2.D.37.Qu *Vnica. alias* secunda. §. *Ideo meritò.* ℣. *Præterea, ex secunda.* M.3.

Contingentia quare sunt contingentia, non est ratio, *vel sic*, Non est ratio quare contingentia sunt contingentia, quia eorum causa duratione præcessit, sed quia causa quando causat, contingenter causat. 3.D.18.Q. *Vnica.* *Ad quartum principale.* H.17.

Contingens dum est contingens, scilicet dum est in causa sua, non potest sciri ab intellectu creato: Sed quantumcunque sit aliquid contingenter in causa sua, postquam tamen contingenter positum est in *esse*, sicut iam habet determinatam entitatem, ita iam potest habere determinatam cognoscibilitatem, & hoc in quocunque intellectu respiciente totum ens. 4.D.10.Q.8. *Ad quartum principale.* N.13.

Contingentes veritates de subiecto non potest includere distinctissimus conceptus subiecti Theologiæ, quod est Deus, quia illæ non sunt natæ includi in ratione alicuius subiecti; quæcunque enim veritas includitur sufficienter in aliquo simplici conceptu, est necessaria. *Quodl.* Q.7. §. *Secunda conclusio.* ℣. *Iuxta istam.* H.10.

Contingentium, *sive* De contingentibus sunt quædam veritates necessariæ, non quidem de actu eorum, sed de possibilitate: & illæ (quatenus continentur virtualiter, & euidenter in conceptu distinctissimo subiecti Theologiæ, quod est Deus; qui conceptus de Deo haberi potest citra cognitionem intuitiuam) sciri possunt: vtpotè Deus est potens creare, potens resuscitare, potens beatificare, & sic de alijs articulis fidei respicientibus contingentiam; nec vltra istud verum necessarium de eo, quod est, Deum posse, est aliquid propriè scientificè cognoscibile quantum ad tale propositum. *ibidem.*

Contingenter.

Contingenter causatum est illud, cuius oppositum potest fieri, quando illud fit. 1.D.2.Q.2. §. *Ostenso esse.* ℣. *Ad secundum.* K.21.

Contingenter aliquid euenit in rebus: & voco contingenter euenire, euitabiliter euenire; aliter si omnia ineuitabiliter euenirent, non oporteret consiliari, neque negotiari, vt dicit Arist. 1. Periherm. cap. vlt. 2.D.25.Q. *Vnica.* §. *Dico ergo.* ℣. *Vna ratio.* S.22.

Contingenter eueniens, siue; Illud, quod contingenter euenit, non euenit à causa determinata, quia pro isto instanti, pro quo est sic determinata, effectus non potest euenire contingenter, ergo à causa indeterminata ad alterum oppositorum. *ibidem.*

Contingenter quicquid se habet ad quodlibet cuiuslibet generis absoluti, habet se contingenter ad illud genus absolutum. 2.D.12.Quæst.2. §. *Respondeo.* ℣. *Item non est.* C.4.

Contin-

Contingenter.

Contingenter coniuncta, *siue* Quæ contingenter coniunguntur inter se, & eidem tertio; potest vnum illorum conuenire illi tertio, absque eo quod aliud conueniat eidem, quia non est ratio inseparabilitatis eorum ex parte eorum inter se, cum contingenter coniungantur: nec ex parte tertij, quia contingenter vniuntur illi tertio. 4. Dist. 10. Quæst. 4. *Ad quintum principale*. ℣. *Pro hoc est*. N. 14.

Contingentia.

Contingentia nulla potest esse in causatione alicuius causæ respectu sui effectus, nisi prima causa contingenter se habeat ad causam proximam sibi, vel ad suum effectum. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Contra ista*. B. 12.

Contingentia in entibus saluatur per hoc, quod nulla causatio alicuius causæ potest saluare contingentiam, nisi prima causa ponatur immediatè contingenter causare; & hoc ponendo in prima causa perfectam causalitatem, sicut Catholici ponunt; Primum autem est causans per intellectum, & voluntatem: & si ponatur tertia potentia executiua alia ab istis, non iuuat ad propositum, quia si necessario intelligat, & velit, necessario producit: oportet ergo contingentiam istam quærere in voluntate diuina, vel in intellectu diuino: non autem in intellectu, vt habet actum primum ante omnem actum voluntatis, quia quicquid intellectus intelligit hoc modo, intelligit merè naturaliter, & necessitate naturali; & ita nulla contingentia potest esse in sciendo aliquid, quod non scit, vel in intelligendo aliquid, quod non intelligit tali intellectione prima: primam ergo contingentiam oportet quærere in voluntate diuina. *ibidem*. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Supposito*. & ℣. *Primam ergo*. D. 14.

Contingentia obiecti cogniti ab intellectu diuino stat cum determinatione intellectus diuini ad illud existens, ad quod determinatur voluntas diuina, cum certitudine infallibilitatis, & immutabilitate in cognoscendo illud obiectum contingens: cum istis, inquam, stat contingentia obiecti cogniti, quia voluntas volens hoc determinatè, contingenter vult hoc. *ibidem*. §. *Viso de contingentia rerum*. ℣. *Et hoc quantum*. O. 23.

Contingentia obiecti contingentis in *esse* veri, & cognoscibilis, in quo *esse* est contingenter, est à parte voluntatis diuinæ producentis ipsum in tali *esse*; & ista contingentia voluntatis potest esse sine mutatione voluntatis. *ibidem*. *Ad tertium principale tertiæ quæstionis*. ℣. *Respondeo*. T. 30.

Contingentia propter quam potest Deus non scire A. sicut potest non velle A. primò est in voluntate ad obiecta secundaria, & ex hoc concomitanter in intellectu. *ibidem*. *Ad secundum principale quintæ quæstionis*. Y. 33.

Contingentia non est tantum priuatio, vel defectus entitatis, sicut est deformitas in actu secundo, qui est peccatum: imo contingentia est modus positiuus entitatis, sicut necessitas est alius modus: & omne positiuum, quod est in effectu, principalius est à causa priore, & ideo non sicut deformitas est ipsius actus à causa secunda, & non à causa prima, ita est contingentia, imo contingentia per prius est à causa prima, quam secunda, propter quod nullum causatum esset formaliter contingens, nisi à causa prima contingenter causaretur. *ibidem*. *Ad secundum pro tertia opinione*. Z. 35. in fine.

Contingentia non potest esse in Deo, nisi à parte voluntatis. 1. D. 45. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Contingentia, qua hoc potest fore, vel non fore, si sit ab intellectu dictante sic propter conclusiones oppositas, quatenus scilicet intellectus determinaret voluntatem indifferentem ad alterum contradictoriorum, puta hoc fore, vel non fore, de vno demonstrando; & de altero paralogizando, ita quod concludendo decipiatur (alio enim modo non potest determinare voluntatem indifferentem &c.) si illa, inquam, contingentia sit ab intellectu dictante isto modo; Secundum hoc à voluntate Dei, vel à Deo nihil contingenter eueniret, quia ipse non paralogizat, nec decipitur. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Dico ergo*. ℣. *Contra, intellectus*. S. 22.

Contingentiam esse in entibus, & aliqua contingenter fieri dixerunt Philosophi: & tamen dixerunt primam causam esse necessariò causantem; nam negauerunt communiter esse aliquod primum principium contingenter causans; Sed contradictionem includit aliquid contingenter fieri in entibus, & primam causam necessariò causare. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes istam positionem*. ℣. *Ad aliud, quod additur*. E. 15.

Contingentia voluntatis, in suo ordine, concludit contingentiam simpliciter effectus, quia cuiuscunque est contingentia, concludit contingentem effectum, & per consequens simpliciter, contingens est quod non peccet beatus; tamen nunquam eueniet, quia causa superior semper præseruat. 4. D. 49. Q. 6. §. *Dico ergo*. ℣. *Aliter potest*. K. 15.

Contingentia in agendo reducitur ad primum non naturaliter actiuum, sed liberè. *Quodl*. Q. 16. §. *De secundo*. ℣. *Idem probatur*. L. 8.

Contingentia, siue indifferentia vno modo est maior respectu immediatè imputabilis, idest, immediatè eliciti à voluntate; quia scilicet non requiritur ad illum, nisi voluntas, supposita ostensione sufficienti intellectus, vnde per alia posteriora quæcunque impediri non potest, ne eliciatur: Sed ad actum imputabilem mediatè, quatenus scilicet est, vel imperatur à voluntate vt eliciatur, vel impeditur ne eliciatur, requiritur alia potentia, per cuius impotentiam impeditur potentia ad actum illum: non igitur ex sola indifferentia voluntatis est contingentia eius, sicut contingentia primi actus: cum igitur contingentia cuiuslibet alterius causæ, vel potentiæ in agendo magis recedat à ratione contingentiæ simpliciter, quàm contingentia voluntatis in causando, sequitur, quod simpliciter maior est contingentia respectu actus voluntatis primo modo imputabilis, quàm alterius: pro quanto tamen actus secundo modo imputabilis dependet à pluribus, ex quorum quocunque, vel defectu eius potest accidere, ne ille effectus eueniat; potest dici effectus ille magis contingens, vel magis propriè multiplicius contingens. *Quodl*. Q. 18. §. *De secundo*. ℣. *Et est differentia*. P. 11.

Contingere.

Contingere aliquid potest ad vtrumlibet (vt ad motum, vel quietem) itaquod ex parte ipsius Cœli non est repugnantia ad hoc, quod est de se in potentia contradictionis: Sed completiuè contingentia ad vtrumlibet est contingentia ex parte ipsius causæ voluntariè mouentis sic, quod eius voluntas nec necessariò determinetur ad mouendum, nec ad non mouendum. 4. D. 48. Q. 2. *Ad tertium Philosophi*. Q. 18.

Continuitas.

Continuitas est vnitas partis ad partem in toto, sed vnitas totius ad seipsum, est vera identitas. 4. D. 10. Q. 2. *Ad quartum principale*. E. 7.

Continuum.

Continuum permanens si componeretur ex solis indiuisibilibus, sequeretur quod pars esset æqualis toti. 2. D. 2. Q. 9. *Ad secundum principale*. B ante 11.

Continuum esse per se, & primò inest substantiæ corporeæ, ergo per se, licet non primò inest pani, quia quod per se primò inest superiori, per se, licet non primò, inest inferiori, & per consequens (si continuitas est passio substantiæ, vel respectu substantiæ est sicut passio, vt volunt aliqui, & secundum eosdem passio non est separabilis a subiecto) non poterit panis manere sine continuitate, nec continuitas eadem sine pane, quia accidens non migrat à subiecto in subiectum: & ita non posset quantitas in Eucharistia manere sine substantia panis, quod ipsi negant, & communis schola. 4. Dist. 13. Quæst. 1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Quando autem*. Bb. 36.

Continui cuiuslibet sunt duo termini distincti. 2. Dist. 2. Quæst. 2. §. *Istam instantiam*. ℣. *Ad hoc etiam*. C. 5.

Continuum aliud habet in actu, aliud in potentia. 2. D. 2. Quæst. 9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Secundo Aristoteles*. C. 16.

Continuum.

Continuum sicut est vnum per se: *vel sic*, Sicut continuum vnum est per se in actu, & plurs in potentia, in quæ est diuisibile; ita qualitas sensibilis, vt existens in continuo, est vna in actu, & plures in potentia, licet per accidens: & tunc reducta potentialitate quanti per se ad actum, reducitur potentialitas passionis per accidens ad actum, ita quod nunqusm quantitas per diuisionem diuiditur in quanta mathematica. 2. D.2.Q.9.S. *Ad argumenta quæstionis.* ✠. *Secundo Aristoteles* .C.16.

Continuum est immediatum suo termino(accipiendo *immediatum* inter quod secundum se totum, & aliud non est medium) quia inter indiuisibile terminans, & diuisibile terminatum nihil cadit medium: accipiendo verò immediatum, quod secundum se totum est eum altero statim, vel post alterum, indiuisibili terminanti continuum nihil est immediatum; nihil enim secundum se totum statim sequitur illud indiuisibile, sed pars illius totius, quod est immediatum totum: primo modo sequitur indiuisibile secundum partem ante partem in infinitum, *ibidem*. ✠. *Aliter Respondeo* S.35.

Continuum est, cuius motus est vnus, & indiuisibilis 5. Meta. Tex. 8. & ita simul pertransit pars spacium sibi correspondens, & totum mobile spacium totum sibi correspondens: & hoc intelligendo de transitione diuisibilis super aliquod spacium, & tunc intelligendo de toto, non ratione totius, sed ratione partis: & hoc non comparando partem ad *vbi* sibi æqusle, & totum ad *vbi* sibi æqusle. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ✠. *Si autem*, X,38.

Continui in diuisione potentiæ multæ non sunt partes vnius potentiæ demonstratæ, vel determinatæ, idest, non est ibi aliquis vnus actus, in quo contineantur omnes actus terminantes potentias ordinatè reducibiles ad actum; & ideo dicere *sunt partes vnius potentiæ demonstratæ*, tantum valet, sicut dicere, in quibuscunque ordinatis quilibet actus, secundum quemcunque gradum, est per se factibilis, ibi supremum in potentia potest simul esse in actu, quia vnica potentia potest reduci in actum: In quibus autem ordinatis *esse* tantum in fieri sunt multæ potentiæ ordinatæ; non potest aliquod vnum summum possibile dari in actu, quantum contingit esse in potentia, sed vltra quodlibet factibile in fieri, potest fieri aliquod maius, licet non vnica factione. 3. D.13.Q.4.S. *Ad primam quæstionem*. ✠. *Dico ergo*. E.3.

Continuum 5. Metaph. Tex. 8. est *illud, cuius motus est vnus secundum se; vnus autem, cuius indiuisibilis, indiuisibilis autem secundum tempus*: aliqui enim motus sunt tales; quibus necessariò totum simul secundum omnes sui partes mouetur, hoc est, non prius vna pars, quam alia, vt motu locali; si enim moueretur vna pars continui, alia non mota, solueretur continuum. *Quodl*. Q.20. §. *De primo*. ✠. *Dico, quod aliqui*. F,10.

Contractus.

Contractus, in quibus dominia transferuntur, quidam sunt rei vtilia pro re vtili immediatè, sicut vini pro blado, & huiusmodi, & dicitur rerum permutatio, *Do, vt Des*: vel *Do, si des*: Quidam rei vtilis pro numismate, vel è conuerso; quia enim difficile erat res vsuales immediatè commutare: ideo inuentum est medium, per quod talis commutatio faciliter fieret, quod vocatur numisma: & dicitur commutatio numismatis pro re vsuali *emptio*: è conuerso vero *venditio*: Quidam tertio numismatis pro numismate, & dicitur *mutui datio, & mutui acceptio*. 4. D.15. Q.2. §. *De secundo*. ✠. *Huiusmodi contractus*. K.12.

Contractus tres sunt, in quibus transfertur dominium, quibus correspondent alij contractus, in quibus transfertur vsus, vel ius vtendi, retento dominio; nam rerum permutationi correspondet mutua, vel permutuata accomodatio: emptioni correspondet conductio, & venditioni locatio: mutuationi non correspondet aliquid propriè in translatione vsus rei. *ibidem*. ✠. *Sunt ergo*.

Contractum rescindit lex, vbi contrahens decipitur vltra medietatem iusti pretij: tamen infra illud, si ex alio apparet iniustitia, debet restitutio fieri correspondens. *ibidem*. ✠. *Quæ autem*. L.15.

Contractus inter homines esse, durum est, in quibus contrahentes non intendant aliquid de illa indiuisibili iustitia remittere sibi mutuò, vt pro tanto omnem contractum concomitatur aliqua donatio: & si iste est modus commutantium quasi fundatus super illud legis naturæ; *Hoc facias alij, quod tibi vis fieri*, satis probabile est, quod quando sunt mutuo contenti, mutuo volunt sibi remittere, si secundum aliquid deficiunt ab illa iustitia requisita. *ibidem*. ✠. *Quæ autem*. L. ante 16.

Contractus permutationis, vel venditionis, & emptionis celebrando, in istis vtrisque contractibus licet permutantem, & vendentem pensare damnum suum, non autem commodum ipsius ementis, siue eum quo permutat: hoc dico in carius vendendo, vel emendo: & intelligo sic; si quis multum indiget re sua, & per magnam instantiam inducatur ab alio, vt vendat, vel permutet pro re alia, vel vellet se præseruare indemnem, & ex venditione, vel permutatione ista multum damnificatur, potest carius vendere, quàm si aliàs, sine tali damnificatione, venderet, vel permutaret: Sed si emens magnum commodum consequatur ex illa re sibi vendita, vel permutata, non potest carius vendi, vel permutari; nam propter maius commodum eius, quod consequitur, nec res mea est in se pretiosior, nec mihi melior; & ideo non debet mihi maius pretium apportare: secus autem est, quando damnificor, quia tunc est mihi pretiosior, licet non in se. *ibidem*. ✠ *Consimilis conclusio*: M.16.

Contractus omnis includit duas partes, scilicet assensum huius, & illius: & in vtroque etiam duos actus, scilicet interiorem, & exteriorem significantem istum interiorem. 4. D. 27. Q.1. *Ad argumentum principale*. n.2.

Contractus non est, si vnus contrahentium contrahit animo simplici, & alter dolose vtens signis contractus sine animo contrahendi, quia deficit ibi principalior causa, *scilicet* actus mutuus voluntatis, sine quo causa minus principalis, scilicet signum exterius, non sufficit. 4. D.30. Q.1. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Tertia conditio*. B.3

Contractus commutatiuus est conditionalis, & si non expressa conditione; tamen vniuersaliter ex natura contractus subintellecta: & contractus conditionatus non est, nisi stante conditione, *ibidem*: ✠. *Respondeo, quædam*. E.6.

Contractus Matrimonialis.

Contractu mutuæ donationis honestum est marem, & fæminam transferre in se inuicem potestatem &c. *vel sic*, Marem, & fæminam transferre in se inuicem potestatem corporum suorum pro vsu perpetuo, ad finem procreandæ prolis &c. honestum est, & hoc contractu mutuæ donationis: hoc patet ex hoc, quod obligationem illam indissolubilem expedit ex actu voluntatis personarum obligatarum innasci: hoc, inquam, patet ex ista conclusione, visa ratione contractus mutuæ donationis: Dicitur enim contractus, quasi simul tractus duarum voluntatum, & per consequens necessario requirit actus voluntatum concordes in translatione mutua corporum, sicut in permutationibus, & venditionibus communiter accidit: nec hoc sufficit, sed oportet istos actus per aliqua certa signa mutuò exprimi; alioquin neutri constaret de actu voluntatis alterius; si ergo expedit illos obligari per proprias voluntates, & non sine signis expressis, ergo expedit ibi esse contractum, ex quo nascitur illa obligatio: sed contractus ille non potest esse, nisi mutuæ donationis, vel permutationis, (quod idem est,) potestatis corporum pro vsu perpetuo ad istum finem: nam potestatem sui corporis, quæ sua est, nullus transfert in alium, nisi per actum voluntatis suæ, quia per illum fit Dominus, & desinit esse Dominus, & sic facit alium dominum, & per consequens illud, quod alius acquirit in corpore alterius, transfertur in ipsum per actum voluntatis liberè transferentis, & hoc cum signo extrinseco euidenti, in quo habetur ratio contractus prædicti: forma istius contractus est, *do, si des*, vel *Do, vt des*. 4. Dist. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ✠. *Secunda conclusio*. G. H. 8.

Contractus matrimonialis est donationis liberæ, & voluntariæ. 4. D.30. Q.1. S. *Ad istam*. A.2.

Contractum matrimonialem aliud est præcipere, & aliud

præcipere

Contractus Matrimonialis.

præcipere adhæsionem perpetuam personarum contrahentium: primum benè expedit præcipi pro tempore illo, pro quo esset necessitas propagationis, & maximè si homines essent difficiles ad hoc sine præcepto: sed pro alio tempore, pro quo non est necessitas, non oportet præcipi: & hinc est, quod Deus post lapsum bis dedit præceptum de contrahendo primo Gen. 1. & iterum, deletis omnibus post diluuium præter octo animas, Gen. 8. & 9. Sed præceptum secundum expedit dari pro semper, quia illam indissolubilitatem constat esse consonum legi naturali: & minus seruaretur, nisi super hoc esset præceptum diuinum. 4. D. 26. *Vnica. §. Ad solutionem.* ℣. *Sed intelligendum*. H. 10.

Contractui matrimoniali congruum est annecti collationem gratiæ, quia iste contractus est difficilis, cum ex eo nascatur obligatio valde difficilis, cuius difficultas coniuncta est honestati: ad honestum autem, & difficile congruum est gratiam conferri. *ibidem.* ℣. *De quarta*. I. 11.

Contractui matrimaniali expedit Sacramentum proprie dictum coniungi, quia signum efficax gratiæ tunc collatæ. *ibidem.* ℣. *Tertia conclusio.*

Contractui matrimoniali annexit Deus Sacramentum propriè dictum, saltem pro lege euangelica, alioquin non esset Sacramentum nouæ legis. *ibidem.* ℣. *De primo*. K. 13.

Contractus matrimonij, si Deus determinauit strictissimè quòd forma huius Sacramenti consistat in verbis præcisis, sequitur quod multoties est sine Sacramento etiam in lege euangelica, quia multoties contrahitur per alia verba, quàm per ista, *accipio te in meam, vel in meum*. *ibidem.* ℣. *Sed hic est*. L. 14.

Contractus matrimonialis, si Deus determinauit verba formæ huius Sacramenti, sed indifferenter consensum istum exprimentia, quæcunque sint ista; adhuc tamen, cum contrahatur quandoque inter mutos, sequitur quod alicubi est sine Sacramento: nec istud est absurdum, quia possibile est quod vsque ad legem euangelicam frequenter contrahebatur, vbi tamen nunquam fuit Sacramentum, vt hic loquimur, scilicet propriè. *ibidem.*

Contractu in omni matrimoniali potest dici, si Deus non determinauit quod iste contractus sit Sacramentum gratiæ magis, quam ex impositione humana determinetur signum sufficiens ad contractum: tunc, inquam, potest dici, quòd in quocunque contractu matrimoniali in lege euangelica concomitatur Sacramentum, quia illud signum, quod requiritur ad contractum, est ex institutione diuina Sacramentum. *ibidem*. L. ante 15.

Contractus matrimonij est maris, & fæminæ mutua translatio corporum suorum pro vsu perpetuo ad procreandum prolem, debitè educandam. *ibidem.* ℣. *Possunt autem.* P. 17.

Contractus matrimonij institutus est à Deo ante lapsum Gen. 2. *Hoc nunc os ex ossibus meis*: & Gen. 1. *Crescite, & multiplicamini*: & post lapsum Gen. 3. *Multiplicabo conceptus tuos, & ærumnas*, dixit Dominus Euæ, & Gen. 9. *Crescite, & multiplicamini*: & est institutio per modum præcepti affirmatiui; ita quod obligat semper, sed non ad semper. *ibidem.* §. *Per hoc patet.* P. 18.

Contractus matrimonij tempore necessitatis non tantum in principio, sed adhuc videtur eodem modo obligare, si paucitas in filijs ex aliqua causa accideret, puta ex bello, peste, vel clade, & huiusmodi: & hoc probat, quomodo iste contractus est à Deo per legem positiuam diuinam institutus, & etiam aliter est ab ipso, scilicet vt imprimente legem naturæ cordibus hominum, de qua lege naturæ est iste contractus, licet non primo, nec vt necessarium notum, tamen vt secundariò consonum. *ibidem*. Q. 18.

Contractus matrimonij nunquam in veteri testamento inuenitur præceptus, vel laudatus, nisi ad procreationem prolis: semper enim mandatum diuinum est ad hoc, crescite &c. quod non est, nisi propagando: saltem in nouo testamento certificati sumus de hoc, propter alium finem, scilicet propter vitandam fornicationem 1. Corinth. 7. *Hoc autem secundum indulgentiam dico &c.* & verisimile est quod ista indulgentia non fuerit primò facta in noua lege, sed à principio humani lapsus. *ibidem.* ℣. *Respondeo non apparet*. S. 20.

Contractus matrimonij institutio ad vitandam fornicationem non habetur ita per rationem naturalem, sicut habetur institutio eius, & obligatio in ordine ad finem propagandi prolem: imo vix tanquam licitum ex institutione diuina, nisi, vt indulgente: iustitia tamen ibi per rationem indissolubilitatis, & Sacramentum concomitans contractum illum eodem modo concomitatur, vt prius de matrimonio instituto propter primum finem. *ibidem.*

Contractus matrimonij non est dicendum, quod sit propriè causa efficiens vinculi derelicti inter coniuges, sed est dispositio præuia, sicut baptizari, & ordinari est præuia dispositio ad characterem. 4. D. 27. Q. 2. §. *Solutio*. A. 1.

Contractum ad matrimonij, *vel* Ad contractum matrimonij sufficit parentes contrahere pro filijs, & sufficeret sine quibuscunque verbis contractus per litteras, siquidem in alijs contractibus emptionis, & venditionis firmior contractus habetur in litteris, quam in verbis nudis: sed an in istis alijs signis à verbis, vel exhibitis ab alijs, vel à contrahentibus saluetur ratio Sacramenti, est probabile. 4. D. 27. Q. 2. *Ad secundum principale*. B. 2.

Contractus matrimonij, qui scilicet inducit obligationem, vel vinculum, quod dicitur vinculum matrimoniale est datio, & si non liberalis, tamen datio pro alio accipiendo, qui est permutatio, & traditio saltem mutua, potestatis corporum: sed nullus promittendo dat illud, quod promittit; imo est contradictio, quia promissio est de tradendo in futurum; consensus autem de futuro expressus signis conuenientibus tali consensui non est, nisi promissio; ergo impossibile est ibi esse traditionem, nec per consequens contractus matrimonij. 4. D. 28. Q. *Vnica*. §. *Respondeo, sicut*. A. 2.

Contractus matrimonij est datio, & licet non liberalis, quia datur, vt detur sibi æquale: est tamen libera datio, quia contra rationem dationis est quod non sit libera. 4. D. 29. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. ℣. *Respondeo, & à causa*. D. 7.

Contractus matrimonij non claudicat: & ideo si secunda persona non dat (vt si aliquis ad exequendum libidinem dicat verba animo tamen non intendens contrahere, alia persona simplici animo contrahit) nihil fit, vt habetur ex ratione illius contractus, cuius forma est, *Do, vt des*, vel *Do, si des*: & ideo si illa non dat ita, nihil facit, licet ex parte sua non sit impedimentum facti, nisi ex consequenti. 4. D. 30. Q. 1. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad primum dico*. B. 4.

Contractu, *idest*, In contractu matrimonij est mutua datio corporum ad copulam carnalem, non nisi sub conditione implicita, scilicet, si petatur: vnde contrahentes cum proposito statim vouendi castitatem, verè contrahunt: hæc autem conditio non præiudicat voto castitatis, posito etiam contractu matrimonij, nisi illa conditio ponatur in effectu; ergo vbi est certitudo simpliciter, quòd nunquam ponetur in effectu, ibi in nullo præiudicat voto castitatis contractus matrimonij. 4. D. 30. Q. 2. §. *De secundo*. ℣. *Respondeo*. D. 5.

Contractus facti sub aliqua conditione repugnante alicui trium bonorum matrimonij, scilicet, vel fidei, idest fidelitatis, vel prolis, vel Sacramenti, non sunt matrimoniales, ratio quare non sunt matrimoniales, est, quia non tenent, nisi sub illa conditione, cum sint conditionales: sed impossibile est, quod sint matrimoniales sub illa conditione, quia repugnat contractui matrimoniali, imo nullus contractus est, quia iste non potest dare se contra præceptum superioris: prohibitio superioris est de translatione sub istis conditionibus, quia præcepit translationem, quæ debet fieri, sub oppositis conditionibus fieri. 4. D. 31. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Est ratio*. E. 9.

Contractus Matrimonialis,

Contractus matrimonij & est ad bonum prolis, vt ad finem principalem, & ad vitandum fornicationem, vt ad finem minus principalem, ergo secundum rectam rationem debent contrahentes sic commutare, vt commutatio plus valeat ad procreationem prolis, licet minus valeat ad illam redditionem: Hoc autem fit in commutatione vnius corporis viri pro pluribus corporibus mulierum; & sic absolutè faciendum est in casu necessitatis, quia quando est valde necessarius finis principalis, negligendus est finis minus principalis. 4. D.33. Q.1. §. *De secundo*. ℣. *Qualiter autem*. D.5.

Contractus matrimonialis est datio potestatis corporum ad actum carnalem, si petatur: sed habens impotentiam simpliciter, & perpetuam, cui scilicet subueniri non potest per naturam, vel artem, ad talem actum, si petatur, non habet potestatem ad talem actum, ergo nihil tale potest dare, & ita nec contrahere. 4. D 34. Q.*Vnica*, §. *Hic primo*, ℣. *Prima, quia*. A.2.

Contractu in matrimoniali contrahens obligat se ad actum carnalem, si petatur: sed huiusmodi est sibi, si est simpliciter, & perpetuò impotens, impossibilis, etiamsi petatur, ergo obligat se ad impossibile: obligatio autem ad impossibile est nulla, ex lege diuina, ergo lex diuina non approbat talem obligationem, ergo nulla est. *ibidem*. ℣. *Præterea ad contractum*,

Contractum matrimonij ineundum, *vel* Matrimonium contrahendum promissio cum iuramento de ducenda alterius coniuge, post mortem legitimi viri, per se non impedit, sicut habetur Extra: de eo cap. vlt. *Si quis, vxore viuente, fide data, promiserat se aliam ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nihil aliud fuerit, non est matrimonium, quod cum ea contraxit, post vxoris obitum, dirimendum*. 4. D.35. Q.*Vnica*. §. *Respondeo, tria*, ℣. *De his*. B.3.

Contractibus omnibus matrimonij præcedentibus legem euangelicam non fuit annexum Sacramentum propriè dictum: nec fuisset annexum contractui in statu innocentiæ, si semper in illo mansisset: nec tamen tuno defecisset aliquid de perfectione pertinente ad contractum matrimonij. 4. D.39. Q.*Vnica*. §. *Hic sunt*. ℣. *Tertia etiam*. A.3.

Contractum matrimonij celebrans cum aliqua dolosè, cum errore scilicet dationis, puta ista dat credens istum posse redonare, siue secum posse permutare, ille autem non redonat, licet proferat verba, doloso animo tantùm, scilicet, vt extorqueat libidinem; talis, inquam, est puniendus: pœna autem ipsius, scilicet, qui decipit in contractu, est vt veraciter illud impleat, quod fallaciter simulabat, quia tenetur reddere isti illud, pro quo reddendo ista commutauit: & ideo in foro conscientiæ cogendus est, vt veraciter cum illa contrahat: Si autem iam veraciter contraxit cum alia, & per consequens non posset cum ista: pœniteat de peccato illo, & de impossibili, & procuret illi restitutionem equiualentia, quantum potest, vt scilicet reddatur illi mulieri per ipsum corpus alterius viri potentis, æquiualentis corpori suo quantum ad contractum illum, vel saltem satisfaciat ei in alijs, secundum arbitrium boni viri. 4 D.42. Q.*Vnica*. §. *Si primo*. ℣. *Triplex deceptio*. F.5.

Contractus matrimonij exterior, dolosè factus ab aliquo mulierem decipiente in foro contentioso si probaretur, cogetur seruare illum tanquam verum: Sed si eum secunda contraxit tempore intermedio, adhuc Ecclesia præcipiet, vt adhæreat primæ (sed in foro conscientiæ dicetur oppositum, quia secunda est vera vxor eius, prima non): & iste debet seruare sententiam Ecclesiæ, seruando veritatem legis diuinæ, & imputet sibi, quod tanta pœna manet super ipsum propter talem fraudem, quam fecit. *ibidem*.

Contractus matrimonialis quia est obligatorius ad aliqua bona, puta ad fidem seruandam, & indissolubilitatem, & prolem suscipiendam, & educandam, si euenit; quæ tria bona sunt matrimonij: Et generaliter in omni contractu contrahens sub conditione opposita illi contractui, nihil facit: Et ideo contra rationem istius contractus est conditio opposita repugnans alicui bono matrimonij; ita sunt tria impedimenta ex triplici conditione opposita contractui contra tria bona matrimonij. *ibidem*. ℣. *Quia etiam*, G.5.

Contradictio.

Contradictio si includitur in cogitatione alicuius, illud in cuius cogitatione includitur contradictio, dicitur non cogitabile, quia tunc sunt duo cogitabilia opposita nullo modo faciendo vnum cogitabile, quia neutrum determinat alterum. 1. D.2. Q.2. §. *Quarta via*. ℣. *Per illud*. Bb.32.

Contradictio non ponit aliquam perfectionem. 1. D.8. Q.5. *Ad primum pro Philosopho*. Z.25.

Contradictio non videtur esse, quod aliquid quasi originaliter, vel causaliter habeat ab aliquo hoc, quod sibi conuenit formaliter; sicut calidum formaliter contrariatur frigido, licet causaliter sit ab igne, cui ignis non contrariatur formaliter. 1. Dist. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Dico, quod quasi*. X.45

Contradictiones multas latentes concesserunt Philosophi, sicut negauerunt communiter esse aliquod primum principium contingenter causans, sed dixerunt primam causam esse necessariò causantem, & tamen dixerunt contingentiam esse in entibus, & aliqua contingenter fieri: Sed contradictionem includit aliquid contingenter fieri in entibus, & primam causam necessariò causare. 1. D.1. Q.3. §. *Tenentes istam positionem*. ℣. *Ad illud, quod additur*. D.15.

Contradictio non esset, quod lapis esset prior duratione omni dependentia ad Deum, si ista dependentia differret realiter, sicut accidens à substantia lapidis: & per consequens non esset contradictio lapidem non dependere ad Deum, quod videtur absurdum. 2. D 1. Q.4. §. *Contra istud*. L.20.

Contradictio contradictoriorum volitorum à Deo in æternitate, puta Deus voluit me sedere pro A., & non sedere pro B. per ipsa *nunc* posteriora eis adiecta non videtur posse tolli respectu huius, quia licet Deus voluit me sedere pro A., & non sedere pro B. tamen prius naturaliter volita sunt ab eo ipsa obiecta, quam ipsa *nunc* mensuranda, & in illo priori oportet quærere non contradictionem ipsorum volitorum. 2. Dist.2. Quæst. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Et si arguatur*. F.22.

Contradictio alio modo est in complexis, & alio modo est in incomplexis: complexa non sunt contradictoria, nisi accipiantur pro eodem instanti, pro quo oportet illa ambo enunciare prædicatum de subiecto: incomplexa autem absolutè sumpta, non determinando ad aliquod instans, sunt contradictoria: de prima contradictione loquitur Philos. In Periherm. lib. 4. cap. de oppositione; de secunda vero in Prædicamentis. 2. D. 2. Quæst 9. *Ad secundum principale*. ℣. *Posset etiam argui*. R. 34.

Contradictio est aliquid esse, & non esse aliquid, quod est idem sibi: sed si istud non dependeret ab aliquo, & illud, quod est idem sibi dependeret posset illud esse sine illo. 4. D.11. Qu. 3. §. *Alius tenetur*. ℣. *Item nihil*. Q.29.

Contradictionis qualibet duo extrema sunt incompossibilia æquè inter se. 3. D.24. Q.*Vnica*. §. *Contra hoc*. ℣. *Contra quælibet*. A.8.

Contradictio ex Philos. 1. Poster. Tex. 4. est oppositio, cuius non est medium secundum se. 4. D.1. Q.1. §. *Ratio secunda*. ℣. *Hoc etiam*. F.11.

Contradictio in vna contradictione est maior, quam in alia, quia plus distat Deus à non Deo, quam anima à non anima, quia nulla virtus potest facere de non Deo Deum, nec è conuerso: aliqua autem potest facere de non anima animam; Si autem quælibet esset infinita, nulla posset esse maior, quia infinitum non potest excedi. *ibidem*. ℣. *Præterea, Minor*. F.12. *Additio in editione de Fantis*.

Contradictio ideo ponitur relatio rationis, quia habet fundamentum, vel terminum negationem. 4. D.6. Q.10. §. *Sed restant*. ℣. *Istud etiam*. H.10.

Contradictio, quæ est ratio vniuersaliter distinguendi, est

Contradictio.

est immediata ratio distinguendi plura sub ente: vtpotè si hoc, & illud recipiant contradictionem in essendo, quia si hoc est, & illud non est, non sunt idem ens in essendo. 4. D.11.Q.3. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad quartam*. Gg. 54.

Contradictio est, quod in per se ratione absoluti includatur aliquis respectus, quia tunc esset absolutum, & non absolutum. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ex ista ratione*. E.10.

Contradictionem, quæ est in accidente quoad separari à subiecto, Philosophus noluit ponere in prima ratione quidditatiua accidentis, sicut non potuit esse in subiecto esse de prima ratione quidditatiua albedinis: sed tantum est illa impossibilitas, apud eum, propter necessitatem, quam posuit in ordine causarum. *ibidem*. ℣. *Istud dictum*. E. ante 11.

Contradictionem includens verissimè est nihil: *vel sic*, Verissimè illud est nihil, quod includit contradictionem, & solùm illud, quia illud excludit omne *esse* extra intellectum, & in intellectu, quod enim est sic includens contradictionem, sicut non potest esse extra animam, ita non potest esse aliquid intelligibile, vel aliquod ens in anima; quia nunquam contradictorium cum contradictorio constituit vnum intelligibile, neque sicut obiectum cum obiecto, neque sicut modus cum obiecto. Quodl. Q.3. §. *De primo*. ℣. *Communissimè*. A.2.

Contradictorium.

Contradictoria, quod non sunt simul vera de eodem immateriali, quàm materiali non magis dubitatur: *vel sic*, Non magis dubitatur, quòd contradictoria non sunt simul vera de eodem immateriali, quam materiali, *Prolog*. Q.1. §. *Ad tertium*. ℣. *Contra, certum*. S.29.

Contradictoria non distant per aliqua media, quia contradictoria sunt immediata, ita quod quantumcunque parum aliquid recidit ab vno extremo, statim est sub altero. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur*. ℣. *Sed quicquid sit*. Z.29.

Contradictoria distare in infinitum, vt dicitur communiter, potest sic intelligi, idest indeterminatè; quia sicut nulla est ita parua distantia, quæ non sufficiat ad contradictoria, ita nulla est ita magna, etiamsi esset maior maxima possibili, quin ad illam contradictoria se extendant: est igitur eorum distantia infinita, idest, indeterminata. *ibidem*. ℣. *Quod autem dicitur*.

Contradictoria, sicut nec idem, & diuersum, non sunt immediata circa quodcunque prædicatum, vt per se dictum de subiecto; nec enim homo est per se albus, nec per se est non albus; tamen inter contradictoria absolutè sumpta, vel absolutè dicta de quocunque non est medium. 1. D.2. Q.7. *Ad primum principale*. ℣. *Ad probationem*. KK.52.

Contradictoria sicut ex rationibus proprijs contradicunt, nec potest per aliquid manifestius hoc probari: ita non repugnantia non repugnant: nec videtur posse ostendi, nisi explicando rationes ipsorum. 1. D.2. Q.2. §. *Quarta via*. ℣. *Aliter arguitur*. Bb.31.

Contradictorijs de complexis loquendo (nam contradictio est tam in complexis, quam in incomplexis) semper verum est, quod altera est vera, altera falsa: & sic est hic: hæc est falsa, *Deus genuit alium Deum*, & hæc vera, *Deus non genuit alium Deum*, quæ est sua contradictoria, & non ista, *Deus genuit alium non Deum*. 1. D.4. Q.1. *Ad tertium principale*. D.4.

Contradictorijs de incomplexis loquendo, dico, quod licet de quolibet dicatur alterum illorum: non tamen dicitur de quolibet quodcunque prædicatum determinatum per alterum illorum, quia nec ipsum determinabile dicitur de quolibet. *ibidem*. ℣. *Et si arguitur*. E.4.

Contradictoria inter, *siue*, Inter contradictoria est medium, cum ly *in quantum*, ita quod neutrum inest cum *in quantum*, sicut nec *homo in quantum homo est albus*, neque *in quantum homo est non albus*: tamen non sunt contradictoria complexa simul falsa; ista enim contradictoria est vera, *homo non in quantum homo est albus*. 1. Dist.5. Quæst.1. *Ad vltimum logicum*. L.15.

Contradictorio, *idest*, A contradictorio ad contradictorium nunquam est transitus sine mutatione: patet ex diffinitione mutationis; si enim nulla mutatio esset in aliquo, non esset ratio quare magis unum contradictoriorum posset modo esse verum, quam reliquum, nec quare magis vnum falsum, quam aliud, & ita vel ambo simul falsa, vel ambo simul vera. 1. D.30. Q.2. §. *Respondeo igitur*. ℣. *Absolutè igitur*. H.11. & Dist.39. Quæst.1.2.3. &c. *Ad primum principale tertiæ quæstionis*. S.29.

Contradictoria scire esse, vel esse vera, nihil est scire. 1. D.39. Q.1.2.3. &c. §. *Contra rationes*. ℣. *Præterea, ideæ*. A.7.

Contradictoria possunt apprehendi ab intellectu, & etiam simul apprehenduntur, alioquin nullo modo intellectus diceret ea esse contradictoria, sicut generaliter patet ex argumento Phil. 2. de anima Tex. 145. vbi probat de sensu communi, & alijs sensibus particularibus, quod nullus sensus, nec vllus intellectus comparat extrema, nisi apprehendat vtrumque: sed sic apprehendi est vix intelligi, quia non est intelligi, quia dicimus nos intelligere, quod credimus esse verum, & non intelligere, quod non credimus esse verum, licet tamen apprehendamus illud. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes istam positionem*. ℣. *Ad illud de vix*. D.14.

Contradictoria latentia, quamdiu non percipitur contradictio euidens in eis, possunt aliquo modo apprehendi ab intellectu, non tamen certitudinaliter, & ita contradictio ista, (scilicet Mundum fuisse productum à Deo, & non habuisse principium) si est, tamen latuit, & potuit ab eis (hoc est à Philosophis) vix intelligi. *ibidem*. ℣. *Vel tertio*. 15.

Contradictoria si de aliquibus duobus dicantur eo modo, quo dicuntur de eis, videntur esse non idem; & ita si contradictoria respectu *esse*, scilicet *esse*, & *non esse* dicantur de eis, videntur esse non idem in *esse*, siue non idem ens. 2. D.1. Q.4. § *Contra istam opinionem*. n.5.

Contradictorium vnum ex mensuratis mensuratur indiuisibili, & aliud mensuratur diuisibili. 2. D.2. Q.9. *Ad secundum principale*. ℣. *Ad propositum*. S.35.

Contradictorium inter, *siue* Inter contradictorium, secundum quod est in tota mensura sua, & contradictorium aliud nullum est medium, sicut nec inter totam mensuram eius, & mensuram alterius: contradictorium tamen, quod mensuratur diuisibili, non est alicui immediatum, ita quod secundum aliquod *esse* sui, videlicet prout est in mensura sua, statim reliquum contradictorium sequatur. *ibidem*.

Contradictoria nunquam conceduntur esse vera de Christo, sicut nec de quocunque alio, quia etsi ratione duarum naturarum oppositæ proprietates dicantur de toto, quia sufficit ad hoc, quod vtraque affirmatiua habeat aliquam causam veritatis secundum quam possit inesse subiecto, tamen negatiua illarum affirmationum simul eidem inesse simpliciter est impossibile; & ita contradictoria nunquam sunt simul vera; vno sicut est passibilis, & impassibilis, ita falsum est illum non esse passibilem, & similiter ipsum non esse impassibilem. 3. Dist.11. Quæst.2. *Ad secundum principale*. ℣. *Dico*. C.7

Contradictoria quæcunque licet sint æque incompossibilia inter se, non tamen æque distantia; Plus enim distat Deus à non Deo, quam album à non albo, quia extremum positiuum est maius in comparatione ad negationem. 4. D.1. Q.1. §. *Ratio secunda*. ℣. *Ad aliam probationem*. H.13.

Contradictoria nulla sunt de eodem concedenda, propter distinctionem modorum essendi. 4. D.10. Q.4. §. *Hic duo*. ℣. *Respondeo nulla*. G.9.

Contradictoria non sunt simpliciter vera de eodem secundum idem; & non oportet addere ad *idem*, quando illud prædicatum est absolutum. *ibidem*. ℣. *Hic etiam*. K.11.

Contradictoria (sic arguit Philos. 4. Metaph. Tex.14.) si sint simul vera, ergo omnis prædicatio est per ac-

Contradictorium.

cidens, & per consequens necesse est prædicationem in infinitum ire. 4. D. 12. Q. 2. *Ad secundum principale.* L. 16.

Contradictorium cum contradictorio nunquam constituit vnum intelligibile, neque sicut obiectum cum obiecto, neque sicut modus cum obiecto. *Quodl.* Q. 3. §. *De primo.* ℣. *Communissimè.* A. 2.

Contradictoria referuntur ad idem *nunc* non solum in ordine durationis, sed etiam naturæ, & originis: ista propositio est vera intelligendo de per se contradictorijs, prout affirmatio comparatur ad negationem: non est autem vera intelligendo de affirmatione, & negatione, comparando ad tertium, de quo dicuntur, sicut album pro A, & non album pro B, non contradicunt inter se, nec ad quodcunque comparantur, & hoc intelligendo per A, & B, siue signa durationis, siue signa naturæ, vel originis; Sed si ista comparantur ad aliquid, cui conueniunt, vel conuenire possunt, non oportet, quod album conueniret ipsi C, pro A, quod non album conueniret ipsi C, pro A: nihil enim est, quod non omnino primò ipsum sit ipsum, sicut homo omninò primò est homo. *Quodl.* Q. 4. §. *Contra istum.* ℣. *Ad rationem.* E. 10.

Contradictoria vt sint *esse ab aliquo*, & *non esse ab aliquo* intelligendum est ea referri ad idem instans, siue *nunc* cuiuslibet ordinis, vt scilicet pro quo *nunc* affirmatur esse ab alio, quod ponit, pro eodem *nunc non esse* abneget illud idem: sed non oportet, quod illi, de quo ista dicuntur, conueniat æquè primò *non esse ab*, sicut illi conueniret *esse ab*, si *esse ab* illi conueniret. *ibidem.*

Contrahens.

Contrahentia commune aliquod ad Deum, & creaturam, *siue*; illa, per quæ commune aliquod contrahitur ad Deum, & creaturam, sunt finitum, & infinitum, quæ dicunt gradus intrinsecos ipsius, ergo ista contrahentia non possunt esse veræ differentiæ; nec cum contracto constituunt ita compositum conceptum, sicut oportet conceptum speciei esse compositum; imo conceptus ex tali contracto, & contrahente est simplicior, quam possit esse conceptus speciei. 1. D. 8. Q. 3. §. *Teneo opinionem.* ℣. *Secundo ex eodem.* K. 17.

Contrahens genus quandoque est aliud à forma, à qua sumitur ratio generis, quando scilicet species addit rem aliquam super naturam generis: quandoque autem non est res alia, sed tantum alia formalitas, vel alius conceptus realis eiusdem rei: & secundum hoc aliqua differentia specifica habet conceptum non simpliciter simplicem, puta, quæ sumitur à forma; aliqua habet conceptum simpliciter simplicem, quæ scilicet sumitur ab vltima abstractione formæ. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Vlterius.* F. 12.

Contrarietas.

Contrarietas est oppositio realis; quod patet, quia realiter vnum (nam vnius oppositionis realis sunt duo extrema realia) destruit, & corrumpit aliud, circumscripto omni opere intellectus, & non nisi quia sunt contraria. 2. D. 3. Q. 1. §. *Contra istud.* ℣. *Præterea quarto.* B. 4.

Contrarium.

Contraria si pertinent ad eamdem scientiam, ergo non contraria non pertinent ad eamdem scientiam: in hoc argumento, secundum Comment. 3. Meta. Tex. 10. Commentar. 3. est fallacia consequentis. 1. D. 3. Q. 3. §. *Contra istam vniuocationem.* ℣. *Ad primum.* N. 14.

Contraria aliqua sunt, *vel* Aliqua sunt contraria secundum formam, non autem secundum subiectum, vt singularia, quæ in subiecto conueniunt, idem enim subiectum substat vtrique. 1. Distinct. 7. Qu. *Vnica.* §. *Ad argumenta igitur.* Q. 13. *Additio, quæ deest in Hibern.*

Contraria in summo sunt incompossibilia in eodem: in gradibus vero remissis non; hoc non est, nisi quia aliquid est in contrario intenso, quod non est in remisso; si enim tota realitas est in remisso, quæ est in intenso, non est repugnantia intensi ad intensum. 1. Dist. 17. Q. 3. *aliàs* 5. §. *Contra istam opinionem.* V. 3.

Contrariorum incompossibilitas in eodem non est habitudo ad subiectum, nec ex habitudine aliqua ad subiectum: prior enim est incompossibilitas formarum in se, quam sit formarum in subiecto recipiente; quia enim sunt incompossibiles in se, ideo non possunt recipi in eodem, non è conuerso, ergo istud, quod est ratio incompossibilitatis in formis intensis oppositis, est aliquid positiuum in eis secundum se, non tantum in ordine ad subiectum. *ibidem.*

Contraria relatiua inesse eidem non videtur inconueniens, vt patet de relationibus mouentis, & moti in eodem, & maximè si illud, cui insunt, sit illimitatum ad illa: inconueniens tamen esset de contrarijs absolutis. 2. D. 2. Q. 7. *Ad tertium principale.* C. 2. *Additio.*

Contrarium contrario succedens verè est ei contrarium, licet non simul in eodem instanti. 2. D. 2. Q. 9. *Ad secundum principale.* ℣. *Confirmatur hoc.* R. 34.

Contrarijs, idest; *In contrarijs tenet consequentia in se ipsis.* 2. Top. cap. 20. illa regula non intelligitur, nisi in contrarijs præcisis, hoc est, vbi non ambo contraria ex vna parte subsunt vni extremo alterius contrarietatis; si enim color haberet contrarium, puta A, non sequitur Album est coloratum, igitur nigrum est A. 3. D. 30. Q. *Vnica Ad quartum principale.* H. 14.

Contrariorum illa descriptio, *contraria nata sunt fieri circa idem, & per consequens sibi succedere circa idem*, non debet intelligi de quibuscunque contrarijs, acceptis secundum numerum, nec de quocunque eodem secundum numerum, sed de contrarijs secundum speciem acceptis, & de eodem secundum speciem, & si de eodem secundum numerum, non omni, sed aliquo. 4. Distinct. 49. Quæst. 13. §. *Respondeo.* ℣. *Nec valet.* A. 3

Contrarium beatitudinis habet rationem formalem odibilis, non contradictorium: *vel sic*, Contradictorium beatitudinis non habet rationem formalem odibilis, sed contrarium; contrarium enim est maioris odij, quam contradictorium, quia ex affectione beatitudinis est odibilitas: non enim appeto non esse, nisi velle beatus esse: sed huic opponitur miseria. 4. D. 50. Q. 2. § *Ad secundam quæstionem.* ℣. *Respondeo, de minori.* F. 15.

Contraria non quia diuersa, idest, in nullo conuenientia, ideo sunt incompossibilia: nam hoc modo diuersa genere, sunt magis diuersa, quam contraria, sed quia in illis est repugnantia, licet in multis conueniant, qualis repugnantia non est in illis, quæ in nullo, vel in paucis conueniunt. 3. D. 1. Q. 1. *Ad tertium principale.* L. 16.

Contraria non requiritur, quod habeant eamdem causam, sed idem susceptiuum, quando sunt merè absoluta, quia à quibuscunque causis causentur, contraria sunt, & opposita, vt albedo, & nigredo, quia non dependent essentialiter ab aliquo extrinseco: sed si ista contraria sunt absoluta, & dicant necessario respectum consubstantialem ad obiecta, & ad causas, non erunt opposita, nisi compararentur ad idem obiectum formale. 3. D. 15. Q. *Vnica. Ad primum principale.* ℣. *Ad istud in oppositum.* X. 34.

Contrariorum apparentium in S. Scriptura solutio habet tantam certitudinem, ex quanta procedit in accipiendo, quia si accipiatur à Scriptura, habet certitudinem, quam habere potest cum Scriptura, cui innititur; nunquam tamen certitudinem cum euidentia. 3. D. 24. Q. *Vnica.* §. *Si loquamur.* F. 16.

Contritio.

Contritionis actus, *siue* Actus, qui est contritio, in eodem instanti temporis præcedit natura delectionem peccati; Licet vt contritio, hoc est, vt formatus, sequatur delectionem ordine naturæ: Et sic debet concedi in sensu diuisionis, quod per actum, qui est contritio, deletur peccatum, vt per dispositionem omninò proximam: nec est inconueniens, imo conueniens dispositionem proximam simul esse cum forma, ad quam disponit. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *De secundo principali.* ℣. *Respondeo, actus.* Q. 16.

Contritio potest correspondere huic peccato, & illi, & illa est eadem secundum speciem. maximè si obiecta sint eadem secundum speciem. 4. D. 15. Q. 1. §. *Ex hoc patet*. G. 9.

Contritio de pluribus peccatis numero, simul in generali, potest vna numero correspondere pluribus illis. *ibidem*.

Contritio intensa ex vna parte, & ipsamet remissa, cum alijs pœnis, ex alia parte differunt etiam specie, licet sint æquiualentes in acceptione diuina. *ibidem*. ℣. *Possunt etiam*. H. 9.

Contritio licet possit delere quodcunque peccatum, non sequitur tamen, ergo pro nullo correspondet aliqua alia propria satisfactio; tum quia contritio includit aliquam satisfactionem, in voto saltem: & licet quandoque contritio sit tam intensa, quòd sufficiat pro tota pœna, vel satisfaciat; tamen præceptum de aliqua pœna infligenda non est irrationale, quia regulariter contritio non est, nisi satisfactio partialis: & præcepta generalia dantur propter remedium generale, & secundum illas conditiones, quæ inueniuntur in hominibus, vt in pluribus. *ibidem*. *Ad quartum principale*. ℣. *Sed si arguas*. R. 18.

Contritio, confessio, & satisfactio nullo modo sunt partes pœnitentiæ virtutis, quia illud est quædam forma simplex in volontate, vt charitas, vel quæcunque alia iustitia: & per aliud patet, quia illud est permanens, sicut permanentia pertinet ad virtutem; contritio autem, confessio, & satisfactio sunt quædam habentia *esse in fieri*: permanens autem non constat ex partibus habentibus *esse in fieri*: Item ista duo vltima non sunt in voluntate, vt in subiecto, sed sunt quædam exteriora. 4. D. 16. Q. 1. §. *His intelligendum*. ℣. *Ad propositum, tria*. B. 5.

Contritio, confessio, & satisfactio non sunt partes pœnitentiæ acceptæ pro actu proprio elicito pœnitentiæ virtutis, quia & actus ille est quidam actus simplex, sicut est actus virtoris simplicis: patet etiam ex alio, quia ille actus est immediatè voluntatis, vt elicitus à voluntate; Sed confessio, & satisfactio non sunt actus immediatè eliciti à voluntate, sed imperati. *ibidem*. ℣. *Item ista duo*.

Contritio, confessio, & satisfactio, loquendo de pœnitentia, prout est causa proxima ipsius pœnæ infligendæ (quæ causa est actus imperatus ab actu pœnitentiæ virtutis) istius partes possunt poni: & consimiliter istius, quod est *puniri*, partes, possunt poni tres pœnæ, quæ concomitantur istos tres actus: & hoc modo iustitia commutatiua vniuersaliter respicit æqualitatem in commutatione, non rei, sed magis secundum rectam rationem, ergo hoc modo iustitia punitiua, quæ est quædam commutatio in punitione, respicit pœnam æqualem, siue commensuratam illi culpæ, & hoc secundum rectam rationem illius legis, secundum quam ipsa est vindicatiua. *ibidem*. ℣. *Sed loquendo*. C. 5.

Contritio, confessio, & satisfactio, loquendo de pœnitentia Sacramento, nullo modo sunt partes eius, quia pœnitentiæ Sacramentum est illa absolutio Sacramentalis facta certis verbis &c. huius autem nulla pars est contritio, quæ est quoddam spirituale in anima: neque confessio, quia nihil est ipsius sententiæ Sacerdotis, sed actus rei accusantis se: neque satisfactio, sed sequitur illam absolutionem Sacramentalem: hæc tamen tria ad Sacramentum pœnitentiæ, ad hoc, vt dignè recipiatur, requiruntur, vel præuia, vel sequentia; simpliciter enim requiritur confessio, quia Sacerdos non absoluit reum arbitrariè, nisi prius reus sibi fuerit accusatus in foro illo: non est etiam vtilis ista absolutio, nisi præcedat in pœnitente aliqua contritio, vel attritio. *ibidem*. ℣. *De pœnitentia*. Et ℣. *Hæc tamen*. E. 7.

Contritio, confessio, & satisfactio non sunt partes Sacramenti pœnitentiæ, neque pœnitentiæ virtutis, nec etiam actus illius virtutis, sed actus imperati ab illa virtute, qui est actus proximus punitiuus: & pœnæ concomitantes eos sunt partes effectus remoti actus pœnitentiæ: tamen actus elicitus pœnitentiæ posset aliquo modo dici habere partes istas, non formaliter, sed quasi causaliter, pro quanto ipse est aliquo modo distinctos, vt imperat istam, partem, & illam: & hoc modo remotissimè possunt dici partes ipsius virtutis pœnitentiæ, vt inclinat ad omnes istas infligendas. *ibidem*. *Ad tertium principale*. H. 9.

Contritio dicitur ille actus, qui est propria causa proxima: *siue sit*, Actus ille, qui est propria causa proxima tristitiæ, dicitur contritio: causa autem propria tristitiæ interioris est detestatio peccati commissi à se, siue displicentia de peccato: & hæc includit duas causas partiales, scilicet considerationem peccati commissi, & nolitionem eius: & inter istas principalior est causa nolitio ipsa etiam posita, necessariò ponit aliam, non è conuerso. *ibidem*. D. 6.

Contritio potest esse tanta, quòd in ea, etiam ante confessionem, deletur peccatum: quod tamen est ita graue, quod confessio eius sequens sit podorosa: vnde illa verba Ambrosij super illud Luc. 22. vbi habetur, quod Petrus post negationem Christi *fleuit amarè, lacrymæ lauant delictum, quod voce pudor est confiteri* non sunt sic intelligenda, quod sine confessione pudorosa in actu, vel in habitu lauetur delictum. 4. Dist. 17. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale*. ℣. *Et consimiliter*. X. 29.

Contritio delens peccatum ante confessionem habet propositum, seu promissionem confessionis secuturæ, & sic non deletur peccatum sine proposito confitendi: Quod patet per finem auctoritatis Cassiodori super illud Psal. 31. Dixi confitebor &c. dicentis, *Magna misericordia Dei, quod ad solam promissionem remittit peccatum*, vbi subdit, *Votum pro opere iudicatur*, quasi diceret votum, vel voluntas confitendi iudicatur pro confessione futura: nec tamen sequitur ex hoc, quod peccatum deleatur quantum ad pœnam debitam, quia illa confessio est vna pœna: vel si illa non soluatur hic, si sit tamen voluntas soluendi, soluetur alibi: Si autem mutetur voluntas soluendi illam, iam recidiuat à vera pœnitentia, & peccat mortaliter, vt dicitur de baptizato baptismo flaminis contemnente postea baptismum fluminis. *ibidem*. *Ad secundum principale*. X. 30.

Contritus.

Contritus, & confessus post diligentem inquisitionem, ita scilicet, quod se examinauit secundum diligentiam nostræ fragilitati possibilem, & non sit negligentia crassa, puta, quod præcessit examinatio sufficiens, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, vel confessus, licet fortè aliquid lateat, vel traditum fuerit obliuioni: post, inquam, talem inquisitionem contritus, & confessus si moreretur, saluaretur. 4. Dist. 9. Quæst. *Vnica*. §. *Dicendum*. ℣. *Defecundo*. B. 2.

Contritus prius si contemnit postea confiteri, peccat nouo peccato mortali in illo contemptu: nec tamen redit culpa dimissa per contritionem, neque, inquam, redit quantum ad malitiam, nec quantum ad reatum, sed semper sola pœna manet temporalis debita, licet pœna damnationis debeatur nouo peccato mortali: Alio modo posset dici, quòd quando pro peccato habetur pœna completa, quantum ad tres partes pœnitentiæ, contritionem, confessionem, & satisfactionem; tunc commutata est pœna damnationis in pœnam temporalem: non sic autem de peccato, de quo habetur contritio, sine alijs duabus partibus pœnitentiæ: Sed prima responsio est conuenientior, quia peccatum in confessione simpliciter deletur, ita quod non manet, nisi obligatio ad pœnam temporalem, & si sequatur con-

Contritus.

temptus satisfactionis, seu confessionis, nouum peccatum mortale est, & aggrauatum propter culpam priorem in contritione dimissam. 4. D.22.Q.*Vnica*. *Ad tertium principale*. S.21.

Conueniens,

Conueniens delectat, & disconueniens tristat: hoc dictum commune non debet intelligi causaliter, quasi conuenientia, & disconuenientia sint rationes causandi delectationem, & dolorem in potentia, sed abstrahimus quasdam rationes generales ab ipsis absolutis distinctis, quibus conuenit effectus ille, qui est delectare, & ab illis quibus conuenit effectus ille, qui est causare dolorem: & illas rationes *conuenient*, *vel disconuenient* vocamus, sicut dicimus, omne actiuum approximatum passo agit in illud; actiuum, & passiuum non sunt rationes agendi, vel patiendi, loquendo de istis relationibus, sed vt per illas circumloquamur absoluta. 3. D.15.Q.*Vnica*. §. *Aliter potest dici*. C.9.

Conueniens quod est alicui, *siue* Illud, quod est conueniens alicui, dicitur ei bonum, hoc est, illi perfectio, vel bonitas: Sed non dicitur denominatiuè, vel accidentaliter bonum in se: illud autem, cui aliquid conuenit, dicitur denominatiuè bonum eò, quod habet illud, quod sibi conuenit: Et in primo est denominatio quasi formæ à subiecto, sicut anima dicitur humana, sic dicitur bonum homini, quia bonum humanum: sed in secundo, è conuerso, est denominatio subiecti à forma, cum dicitur homo est bonus secundum illud bonum suum; actus autem natus est conuenire Agenti, & etiam habere aliquam conditionem sibi conuenientem; vtroque igitur modo habens illam potest dici bonus bonitate accidentali, *Quodl*. Q.18. §.*De primo*, C.3.

Conuenientia,

Conuenientia actus ad rationem rectam est; qua posita, actus est bonus; qua non posita, quibuscunque aliis conueniat, non est bonus, quia quantumcunque actus circa obiectum qualecunque, si non fit secundum rationem rectam inoperante, puta si ille non habeat rectam rationem in operando, non est bonus actus. 1.D.17.Q.2. *alias* 3. §.*Quantum ad istum*. O.2.

Conuenientia, & disconuenientia obiecti ad sensum, vt accipitur in omnibus sensibilibus, non est relatio æquiparantiæ, sed disquiparantiæ, prout conueniens dicitur illud, ad quod sensus inclinatur, vt ad aliquod perfectiuum extrinsecum; & disconueniens à quo declinat, vt à corruptiuo, & offensiuo extrinseco: nec est alia ratio, quare visus inclinatur sic ad album, nisi quia talis visus est talis naturæ, & album talis: sicut nec est aliqua ratio, quare materia inclinatur ad formam, vt ad perfectionem extrinsecam, nisi quia materia est talis entitas absoluta, & forma talis. 3. D.15.Q.*Vnica*. §. *Aliter potest dici*. B.8.

Conuenientiam oportet esse inter recipiens, & receptum: si ista propositio accipiatur pro maiori syllogismi ad probandum, quod anima separata non possit acquirere cognitionem alicuius prius ignoti, eam accipiendo à rebus materialibus: si inquam ad istud probandum accipiatur pro maiori illa propositio, & pro minori ista, *res materialis extra non habet conuenientiam cum intellectu*: quid sequitur? ergo *intellectus non recipit rem materialem extra*, *nec è conuerso*; Si autem concludas, quod *non recipit à re materiali extra*, sunt quatuor termini, quia istud prædicatum non fuit in maiori; Si autem accipiatur maior ista, (quam tamen author huius rationis non ponit in scripto, sed primam) *oportet esse conuenientiam inter recipientem, & illud, à quo recipit*, dico, quod magis propriè diceretur esse proportionem, quam conuenientiam, quia recipiens habet rationem passi, & illud à quo recipit, rationem Agentis; Agens autem, & passum sunt proportionalia, non autem propriè conuenientia, nisi extendendo conuenientiam ad proportionem, imo proportio eorum requirit disconuenientiam, quia requirit quod vnum sit in actu tale, & aliud in potentia tale; Sic ergo maior ista noua, vel erit falsa, si intelligatur de conuenientia propriè dicta, vel si extendas conuenientiam ad proportionem, concedatur: Et tunc minor *Res extra non habet conuenientiam isto modo cum intellectu*, falsa est; est enim in actu, saltem virtuali, tale, quale formaliter intellectus est in potentia, 4. D.45.Q.2.§. *Hic tenetur*, ✝. *Rationes opinionis*. n.7.

Conuenientia alicuius ad aliud, vel est à natura extremorum, vel si debeat reduci ad iudicium alicuius intellectus, adhuc est naturalis, quia hoc erit, cum intellectus sit mensura conuenientiæ, hoc est, mensura totius naturæ, qui est intellectus diuinus. *Quodl*. Q.18. *De primo*. D.3. *Additio*.

Conuenire.

Conuenire alicui primo illud dicitur, quod non conuenit ei secundum aliquam partem sui, sed secundum quod est ex omnibus partibus suis integratum. 1. D.19. Q.2.§.*Contra illud*. ✝. *Contra hoc*. n.5.

Conueniat licet non aliquid rei, *vel sic*, Licet aliquid non conueniat rei, nisi ex opere, vel actu intellectus: tamen potest repugnare rei ex se sine actu intellectus; sicut Sorti vniuersalitas repugnat, quæ tamen non conuenit homini, nisi per actum intellectus operantis, & negotiantis circa hominem. 1. D.23.Q.*Vnica*. §. *Item arguo*. ✝. *Cum arguitur*. I.8.

Conuenire potest aliquid alicui per accidens: *vel sic*, Bene potest esse aliquid conueniens alicui per accidens, & tamen necessario: per accidens, inquam, quia non in ratione formæ illius, necessariò tamen requisitum ad illud, quia sine illo illud non esset, sicut priuatio est principium per accidens naturæ 1. Phys. Tex.66, 2. Dist. 3. Quæst. 4. *Ad secundum principale*. I.19.

Conuenit quod huic, *siue*; Quod conuenit huic, & repugnat aliis eiusdem speciei, non conuenit huic per se, secundum illud, quod est commune istis: vel saltem præexigit distinctionem in istis necessariò, scilicet huius ab illo. *Quodl*. Q.2. §. *Prima ratio*. ✝. *Si dicatur*, B.6.

Conuenit quod alicui: *siue sic*, Vniuersaliter quod conuenit alicui sic, quòd omnimoda contradictio sit illud esse sine hoc, hoc est idem realiter illi, & per oppositum; vbi non est omnimoda contradictio, non oportet idem esse omnino. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ✝. *Si quæras*. P.16.

Conuersio.

Conuersiones docuit Aristoteles 1. Prior. cap.2.9. 10. propter perficiendam imperfectionem imperfectorum syllogismorum: non autem exclusiue aliam locum teneret in perficiendo syllogismum imperfectum, quam aliqua indefinita non exclusiua, quia non aliam conclusionem inferret, quam prius inferebatur in syllogismo imperfecto; & ideo bene, & sufficienter docuit conuersiones, quantum sibi necessarium fuit ad propositum. 1. D.21,Q.*Vnica*. *Ad secundum principale*, ✝.*Respondeo*. C.7.

Conuersio intellectus nudi super se formatum est necessaria secundum aliquos ad hoc, vt intellectus nudus formetur ab intellectu formato. 1. D.2.Q.7. §. *Ista opinio*. ✝. *Tertius articulus*. L.17. *Impugnatur ibidem*. ✝. *Hic non video*.

Conuersionis intellectus ad phantasmata duplex est necessitas: vna est conformitas actionum potentiæ intellectiuæ, & phantasiæ, quia quicquid intelligimus in vniuersali, illud idem phantasiamur in singulari, & simul necessariò: Ex quo accidit quod, impedita actione phantasiæ, impeditur intellectus, sicut simul operatio sensus communis, & particularis, & impedita operatione sensus particularis, impeditur operatio sensus communis; Quo autem ad causam secundam, vel necessitatem, est intelligendum quod species intelligibilis abstrahitur à phantasmate, vt actu per ipsum phantasiatur obiectum particulare phantasia: antequam igitur intellectus habeat speciem, necessariò oportet ipsum conuerti ad phantasmata, sicut proprium passiuum conuertitur ad suum proprium actiuum, à quo simul, & ab intellectu agente recipit speciem intel-

Conuersio.

intelligibilem : & si eam habet , recipit intensionem actus , quia clarius videt obiectum : stante enim voluntate ad hoc , & phantasia non fatigata , quantò ipsa est in actu ordinato , intellectus intensius videt obiectum suum proprium . 1.D.3.Q.6.§. *Ad quæstionem igitur.* ✝. *Ideo dicendum.* S.28.

Conuersio summa diligendo naturam humanam in Christo, quæ erat optima creatura quantum ad plenitudinem gratiæ , potuit esse in Deum, quæ summa conuersio fit per actum vtendi creatura , quia illa creatura erat maxime coniuncta fini , & maxime refectibilis ad Deum, vt in finem . 3.D 9. Q. *Vnica.* §. *Quantum ad istum.* ✝. *Ad aliud dico.* H.13.

Conuersio voluntatis ad creaturam nec per se constituit , nec distinguit peccatum . *Quodl.* Q.18.§. *Ex isto.* ✝. *Et hinc.* Y.17.

Conuersio ad phantasmata est necessaria non sicut ad principium intelligendi, sed sicut illud , quo oportet potentiam inferiorem vti ad hoc , vt superior habeat operationem suam , & hoc propter ordinem potentiarum in agendo , quasad perfectè agendum, oportet concurrere in agendo circa idem obiectum . 4. D. 45. Q. 1. §. *Alia opinio.* ✝. *Ad tertium.* E. 7.

Conuersio vnius in aliud .

Conuersio non aufert terminum in quem est , à loco suo . 4. D. 10. Q. 2. §. *Alius sic arguit .* ✝. *Et hæc ratio.* D.7.

Conuersio in generatione substantiæ secundum Philosophum 1. Gener Tex. 10. 23. est totius in totum categorematicè , quia tam corruptum , quàm generatum est per se vnum : in generatione verò secundùm quid , qualis est in alteratione , vel augmentatione , vbi generatum non est per se vnum secundum Philosophum 7. Meta. cap. 6. Tex. 32. *non fit* , inquit , *quale, sed quale lignum ; nec quantum* , *sed quantum lignum* , & ideo ibi genitum non est vere vnum . *Quodl.* Q.10. §. *De primo.* A.3.

Conuersionis terminum quod oportest esse , vbi præfuit conuersum , siue maneat illud , quod fuit , siue non , credo, quod ista propositio sit falsa . 4. D.10.Q.2.§. *Alius sic arguit.* ✝. *Quando ergo.* D. 8.

Conuersionis nouæ terminus potest esse aliquid manens in eodem esse, quod iam prius habuit , nullo omnino nouitate facta circa ipsum: istud declaratur esse possibile hoc modo : quando Deus conseruat creaturam , terminus illius conseruationis non est aliquid nouum , sed idem , & secundum idem *esse* , quod prius habuit ; non ergo requiris conseruatio actio , vel passio nouitatem io termino , ergo nec conuersio . *Quodl.* Q. 10. §. *Ad ista.* ✝. *Tertius intellectus .* L. 19.

Conuersio vnius in aliud iam præexistens , & manens in sua eadem existentia , si saluaretur per hoc , quod conuersum destruetur, & terminus ille sic præexistens conseruaretur sine vlla nouitate in eo , vel circa ipsum : secundum hoc posset dici Deum quicquid annichilat conuertere in solem, quia vult solem manere in suo *esse* post *esse* illius annichilati, sicut hoc præexistens manet post *esse* illius conuersi . *Quodl.* Q.10.§. *Ad ista.* ✝. *Contra istam.* M.20.

Conuersionis , cuius terminus est præexistens ,& manens sine nouitate in eo probabilitas poreit declarari : & hoc sic: Quod potest esse terminus conuersionis , concomitante ipsum aliquo posteriori , quod non includitur in per se termino ipsius , illo circumscripto , potest esse terminus eiusdem : hoc patet , quia vt prius , est terminus conuersionis ; & à priori , vt prius , potest circumscribi posterius . *ibidem* . ✝. *Aliter potest* . N. 20.

Conuersione in totali non oportet aliquid esse commune terminis communitate reali , sicut materia , quæ est commune substratum virique termino in corruptione ; imo tale commune repugnat conuersioni totali: alio modo potest intelligi commune communitate rationis,puta, quod vterque terminus contineatur sub ente : & hoc sufficit ad excludendum rationem creationis , & annichilationis , quia in illis alter terminus non continetur sub ente , & sic potest esse. *ibidem. Ad argumentum principale.* P.25.

Conuersio in Eucharistia.

Conuersio alterius in Corpus Christi in Eucharistia non est illi formaliter ratio essendi hic: hoc patet , quia transeunte conuersione , manet terminus conuersionis hic , ergo , sine aliqua contradictione potest Deus conferre alicui esse hic , sine conuersione aliqua alterius in ipsum . 4. D.10.Q.2.§. *Alius sic arguit.* ✝. *Arguo ergo.* E.9.

Conuersionem prætetitam panis in corpus Christi Deus de potentia absoluta non potest facere non præteriisse , ergo si conuersio ista, vt præterita, esset causa præsentiæ eius hic, de potentia absoluta non posset facere sic præsens non esse præsens , quod nihil est. *ibidem.* ✝. *Contra, Deus.* E. 10.

Conuersio , manifestum videtur , quod non est formalis ratio: *vel sic* , manifestum videtur quod conuersio non est formalis ratio Corpori Christi essendi hic, nec vt præsens, quia ipsa transeunte , manet corpus hic , nec vt præterita , quia tunc non posset Deus facere corpus suum non esse hic , sicut nec conuersionem præteritam non esse præteritam. 4. D.10. Q.3.§ *Conclusio est certa.* ✝. *Sed contra.* A.2.

Conuersio , nec Sacramentum : *vel sic* , Nec conuersio , nec Sacramentum est formalis ratio corpori essendi hic , nec aliquo modo de essentia eius , ergo Deus potest facere corpus esse hic , sine vtroque istorum. *ibidem* .

Conuersionem ponendo in Eucharistia , & ponendo , quod hoc sit signum sensibile continens verè corpus Christi hic præsens , quod sensibile dicatur Sacramentum (quod quidem verum est , scilicet corpus Christi de facto , hoc est , post consecrationem , vel conuersionem esse sub Sacramento) non tamen sic, quin posset esse non per conuersionem , nec sub Sacramento , loquendo de quocunque sensibili determinato,non video. *ibidem* . ✝. *Contra* . A. 4.

Conuersio panis in corpus Christi modo non est inceptio corporis , nisi secundum *quid* , quia corpus Christi iam præhabet esse simpliciter . 4. D. 10. Q.4.§. *His duo* . ✝. *Ad rationem*. F.8.

Conuersio , siue propria mutatio non est propria ratio formalis, nec præcisa corpori Christi ad essendum hic . *ibidem. Ad primum principale* . K. 12.

Conuersionis terminus, concesso secundum communem opinionem , quod ibi possit esse, vbi præfuit conuersum , dico quod debet intelligi *vbi* non præcisè , sed vel sic , vel secundum partem , & sic vbi præfuit panis , posset esse corpus Christi , vt quantum , vel præcisè , vel sicut in parte sui *vbi* , ita quod pars esset ibi , & pars esset in vbi circumstante : esto etiam , quod teneretur illud principium aliquorum , quod terminus conuersionis est , vbi præfuit conuersum,non tamen erit ibi localiter: & sic posset concedi, quod si quantitas esset primus terminus conuersionis, esset vbi præfuit substantia panis, non tamen esset localiter 4.D. 11. Qu.2. *Ad secundum principale* . ✝. *Dico, quod* . D. 7.

Conuersionis panis in corpus Christi possibilitas absoluta est ex plena obedientia vtriusque termini respectu virtutis diuinæ. 4. D.11. Q.3.§. *Quantum ergo ad istum articulum dico.* L.22.

Conuersio, quæ est transubstantiatio,est vnica, quia vnius substantiæ panis prius præsentis istis speciebus in vnum corpus,vt præsens eisdem ; ibi enim non est , nisi vnicum primò præsens,scilicet illud , quod est primum signatum huius signi; alia autem præsentia, vel sunt partes ipsius, vel concomitantia ipsum . *ibidem.* ✝. *Ad tertium.* N. 23.

Conuersionis, scilicet transubstantiationis, in termino ad quem, sicut in conuerso,sunt duo,scilicet materia, & forma ponitur enim hic compositum primo conuerti in compositum, & ita in vtroque termino aliquid esse formale , & aliquid materiale . *ibidem.* §. *De secundo articulo.* O. P. 25.

Conuersio

Conuersio in Eucharistia.

Conuersio transsubstantiatiua panis in corpus Christi non potest esse in animam, vt dat esse corporeum distinguendo contra esse intellectiuum: ista, inquam, conuersio non potest esse in animam sub tali ratione, vt in per se terminum. *ibidem*, ℣. *Item terminus*. P.28.

Conuersionis transsubstantiatiuæ panis in corpus Christi primus terminus nec est materia sola, nec materia sub quantitate, quia tunc non esset transsubstantiatio, sed transquantitatio: nec materia sub modo quantitatiuo: nec compositum ex materia, & anima intellectuali, sed compositum ex materia, & forma quadam priori intellectiua, quæ mansit eadem realiter cum Christo viuo, & in corpore mortuo, & quæ mansit tanquam formale rei primò contentæ sub Eucharistia semper, ex quo Eucharistia fuit instituta. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. L l. 58.

Conuersione transsubstantiatiua panis in corpus Christi panis non annihilatur. 4.D.11.Q.4.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Potest ergo teneri*. I. 14.

Conuersio panis in corpus Christi potest dici, quod sit sicut substantiæ in substantiam, non quantum ad *esse* substantiæ simpliciter, sed quantum ad hic *esse*, vt sicut corpus, vt hic succedit pani, vt hic, ita panis, vt hic conuertitur in corpus, vt hic: Et illæ mutationes licet sint inter substantias, tamen non sunt inter substantias, vt inter terminos, termini enim sunt tantummodo præsentialitas, & non præsentialitas, quæ possunt reduci ad genus *vbi*. *ibidem*. K. 15.

Conuersio transsubstantiatiua non potest verè signari per verbum essendi, nec fiendi, nec etiam per hoc verbum *posse*, vel *possibile*, & hoc secundum nullam differentiam temporis, nec enim panis fuit corpus, nec est, nec erit: & è conuerso corpus non fuit, nec est, nec erit panis: & ratio omnium istorum est, quia *esse* notat vnionem extremorum essentialem, vel accidentalem pro illo tempore, quod assignat: sed pro nulla differentia temporis habent hæc extrema vnionem essentialem, vel accidentalem, sed pro omni instanti, vel disparationem (putà quando extrema sunt entia positiua:) vel maiorem repugnantiam (scilicet entis ad non ens) pro illo instanti, pro quo vnum est, & aliud non est. 4. D 11. Q.5. §. *Vltimo*. ℣. *Respondeo*. A. 1.

Conuersionis transsubstantiatiuæ vtrumque extremum, scilicet *panis*, & corpus accipiendo in recto, vnum de altero non oportet prædicari, nec per verbum essendi, nec fiendi, nec etiam per hoc verbum *posse*, vel *possibile*, & hoc secundum nullam differentiam temporis: si ergo vera debet esse prædicatio, oportet alterum eorum in obliquo accipere denotando ordinem extremi ad extremum: & hoc potest esse dupliciter, vel cum hac propositione *ex*, vel *de*, addendo terminum à quo (sicut dicit Philos. 2. Meta. cap. 3. Tex. 7., quòd *ex manè fit meridies*, & *non è conuerso*. *Et hoc modo potest concedi quod ex pane*, vel de *pane fit corpus Christi*: alio modo addendo termino ad quem hanc præpositionem *in*, quæ denotat ipsum esse terminum ad quem, hoc modo, *panis transit in corpus Christi*: & omnes aliæ locutiones de virtute sermonis ad aliquam istarum reducuntur, sed secunda est magis propria, quia non denotat aliquod commune manere, sicut aliquo modo denotat ista propositio *ex* secundum modum proprium accipiendi *Ex*; non enim ex opposito fit oppositum, nisi ex subiecto communi vtrique secundum Phil. 2. Phys. Tex. 18. 1. Generat. Tex. 10. 11. Meta. Tex. 6. *ibidem*. ℣. *Qualiter*. D. 2.

Conuersio totalis vbi ponitur esse possibilis, non est aliqua specialis ratio impossibilitatis in quantitate separata, quin ipsa possit æque conuerti in quodcunque, sicut possit aliud creatum. *Quodl*. Quæst. 10. §. *De primo*. A. 3.

Conuersionis, *siue* Ad conuersionem totalem quantitatis separatæ impossibilitatis, conceditur communiter, quòd non est aliqua ratio specialis in præexistentia termini: *vel sic*, Conceditur communiter, quòd non est aliqua ratio specialis impossibilitatis ad istam conuersionem in præexistentia termini ad quem, quia in Eucharistia ponitur panis conuerti in corpus Christi præexistens. *ibidem*. §. *De secundo*. F. 9.

Conuersionem fieri in præexistens, quòd aliquando fuit, & nunc non manet, non habet aliquam difficultatem magis de termino præexistente, nisi istam, si Deus potest destructum idem numero reparare, quod conceditur ab omnibus Catholicis: nec mirum, quia non est ibi contradictio. *ibidem*. ℣. *De istis*. G. 11.

Conuersionem fieri in præexistens, quod scilicet præfuit, & nunc in eodem *esse* manet, est amplior difficultas, quam fieri in illud, quod aliquando fuit, & nunc non manet, quia nulla mutationum de quibus loquitur Philosophus 5. *Phys*. videtur posse poni ad terminum præexistentem sic. *ibidem*.

Conuersio est possibilis in præexistens manens simpliciter in *esse* præhabito, tamen aliqua nouitate superaddita illi *esse*, vt sit terminus nouæ conuersionis, puta quod ibi fit noua præsentia illius termini, quia ita videtur de facto ponendum in Eucharistia; corpus enim Christi præhabens, & retinens idem *esse* simpliciter, per istam conuersionem fit de nouo præsens speciei panis: & consimiliter posset poni de quantitate conuertenda in præexistens, quia non est aliqua repugnantia ea parte termini. *ibidem*.

Conuersione posita panis, *siue* Post conuersionem panis in corpus Christi, quòd panis non sit nihil, sed aliquid sic, quòd aliquitas corporis sit eius, quod fuit panis non est verum, quia quod nullo modo aliter se habet in se post conuersionem, quam prius se habuit, nec aliquod aliter habet, non habet aliquam aliquitatem, quam prius non habuit: corpus Christi nullo modo se habet in se aliter post conuersionem, quam ante: sed ante conuersionem panis non habuit in se aliquitatem panis, nec aliquitas corporis erat aliquitas panis, ergo nec post conuersionem. *ibidem*. §. *De tertia*. ℣. *Contra illud*. N. 21.

Conuersiuus.

Conuersiua dicitur esse oratio illa, quæ significatiuè agit pro illo instanti, pro quo conuertens agit realiter. 4. D. 8. Quæst. 2. §. *Aliter ergo*. ℣. *Decima tertia conclusio*. R. 18.

Conuersum.

Conuersum, *siue* Illud, quod conuertitur in aliquid præexistens, magis acquirit conditiones eius, quam è conuerso. 4. D. 10. Quæst. 1. §. *Contra, suppono*. ℣. *Tertio sic*. D. 8.

Conuertere.

Conuertere posset Deus panem in corpus Christi prius factum præsens pani, non est magis contradictio hic, quàm quòd modo conuertatur in corpus non prius præsens, ergo per talem conuersionem tunc factam in corpus præsens speciei panis non fieret præsens sibi: vel oporteret dicere, quod fieret præsens postquam fuit præsens, & quod eadem præsentia terminaret duas mutationes, scilicet substantialem, & localem. 4. D. 10. Q. 1. §. *Contra, suppono*. ℣. *Contra, in corpus*. C. 8.

Conuertere posset Deus panem in corpus Christi, vt habens *esse* in Cœlo, quia non est ibi maior contradictio, quam in conuersione, quæ nunc ponitur: sed tunc non haberetur corpus Christi sub specie panis ex ipsa conuersione, ergo nec nunc. 4.D.10.Q.1. §. *Contra, suppono*. ℣. *Quarto sic*. D. 8.

Conuertere potest Deus panem in Angelum, & vbi præfuit conuersum, ibi est illud, in quod conuertitur, saltem si ratio ipsius locationis manet, ergo Angelus est vbi fuit panis; sed non potest esse ibi præsens, quin sit in loco secundum modum sibi conuenientem essendi in loco, & tamen manet in proprio loco in Cœlo. 4. Dist. 10. Qu. 2. §. *Alius sic arguit, si idem*. ℣. *Quarto arguo sic*. E. 10.

Conuertere posset Deus quodcunque corpus vniuersi in corpus Christi, sicut panem. *ibidem*. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad primam*. I. 14.

Conuerti non potest Deitas in creaturam, quia nihil potest conuerti, nec vt terminus *a quo*, nec vt terminus ad *quem*, nisi cuius *esse*, & *non esse* subest virtuti conuertentis: nihil autem intrinsecum in Deo subest potentiæ diuinæ, quia illa potentia non respicit pro obiecto nisi possibile; sed quicquid est Deo intrinsecum,

est

Conuertere.

est *necesse esse* 4. D. 11. Quæst. 2. §. *Hæc quæstio*. ℣. *De primo*. A. 3.

Conuerti potest à Deo quodlibet creatum in quodlibet creatum, quia vtrumque extremum in creaturis subest potentiæ diuinæ, & quantum ad totale *esse*, & quantum ad totale *non esse*. *ibidem*. ℣. *De secundo*.

Conuertere nulla virtus creata potest quodcunque corpus in quodcunque. *ibidem*. *Ad tertium in oppositum*. ℣. *Sed hoc*. E. 8.

Conuertatur quodcunque in aliquod: *vel sic*, Quodcunque in aliquod conuertatur, semper terminus habebit suum proprium modum existendi, sicut terminus *à quo* conuersionis habuit ante conuersionem suum proprium modum existendi. *ibidem*. *Ad quartum in oppositum*. F. 9.

Conuerteretur si aliquod in chimeram verè esset annihilatum. 4. D. 11. Quæst. 4. §. *Hic dicitur*. ℣. *Item aliquid*. A. 4.

Couertere potest quemcunque in quemcunque terminum totaliter illud Agens, quod in virtute sua actiua habet vtrumque terminum æquè totaliter quantum ad *esse*, & *non esse*, & etiam quodlibet necessariò concomitans vtrumque terminum in essendo. *Quodl*. Q. 10. §. *De primo*. A. 3.

Conuerti potest aliquid in aliud eo modo, quo istud potest succedere isti. *ibidem*. ℣. *Secundo modo sic*. A. ante. 4.

Conuertibile.

Conuertibilia in se inuicem non sunt, nisi quæ habent materiam communem, secundum Boetium de duabus naturis, & vna persona Christi in parte, qua disputat contra Eutichen, *neque*, inquit, *corporea substantia in incorpoream mutari potest; neque incorporea in se inuicem proprias formas mutant; solæ enim in se mutari possunt, quæ habent vnius naturæ subiectum commune*: nec hæc omnia sicut ait ibi, sed ea tantum, quæ in se facere, & pati possunt; Vnde dicit ibidem, quod non potest æs in lapidem permutari: vnde non loquitur de quacunque conuersione, quæ requirit materiam communem, imo & vltra hoc etiam qualitates actiuas, & passiuas oppositas, quæ sufficiunt ad conuersionem merè naturalem, quia aliter intelligi non potest, quod æs non posset conuerti in lapidem, nisi de conuersione naturali, & non quacunque, sed immediata. *Quodl*. Q. 10. §. *De primo*. ℣. *Ad aliam auctoritatem*. C. 6.

COO

Cooperari.

Cooperari Spiritum Sanctum igni ad calefaciendum non est miraculum; cooperari autem aquæ frigidæ ad calefaciendũ (si tamen sine contradictione possit sibi competere aliqua causalitas respectu calefactionis) hoc esset miraculum: ita dico, in proposito quòd Spiritum Sanctum cooperari voluntati habituatæ ad actum meritorium eliciendum secundum habitum charitatis, hoc est de communi lege, qua Deus assistit causæ secundæ ad suum actum; sed ipsum cooperari voluntati non habituatæ esset miraculum. 1. D. 17. Quæst. 2. *alias* 3. *Ad secundum de secunda via*. Qq. 35.

Cooperatur Spiritus Sanctus voluntati habenti charitatem, non quidem quia habet charitatem, ita quod charitas eius sit causa prior mouens Spiritum Sanctum ad cooperandum, sed quia Spiritus Sanctus omni causæ secundæ generaliter cooperatur ad illum actum, ad quem secundum formam suam ordinatur, quomodo est diligere in voluntate habituata. *ibidem*.

Cooperaturum se Lucifero Deus præsciit ad substantiam illius actus, qui erit peccatum: hoc autem præscit, quia vult cooperari illi, si est peccatum commissionis; vel præscit se non cooperaturum ad actum aliquem, si non vult ipsum: & hoc, si iste actus primus est peccatum omissionis: & sciendo se cooperaturum ad talem substantiam actus cum non circumstantijs debitis, vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens, quem omittet, sciet illum peccaturum, ita quod scit hunc peccaturum non solùm, quod scit se permissurum, sed etiam, quia scit se cooperaturum huic ad substantiam actus non circumstantionati, & per consequens iste committet: vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens iste omittet. 1. D. 41. Qu. *Vnica*. §. *Primum istorum*. D. 13.

Coordinatio.

Coordinationem, & distinctionem alterius præsupponens: *vel sic*, Illud, quod præsupponit coordinationem, & distinctionem alterius, non est prima ratio distinguendi ipsum, vel determinandi ipsum. 2. D. 3. Qu. 3. §. *Contra istud*. ℣. *Ex hoc*. A. 2.

Coordinatione in prædicamentali sunt omnia, quæ per se pertinent ad illam coordinationem, circumscripto quocunque, quod nihil est illius coordinationis, quia secundum Phil. 1. Poster. Tex. 34. status est in quolibet prædicamento, & in sursum, & in deorsum, igitur sicut inuenitur supremum in genere, præcisè considerando illud sub ratione essentiæ, & inueniuntur genera intermedia, & species, & differentiæ, ita inuenitur etiam infimum, idest singulare absque omni existentia actuali; quod patet euidenter, quia hic homo non plus includit formaliter existentiam, quam homo. *ibidem*. ℣. *Contra*.

Coordinatione in quacunque prædicamentali sunt omnia pertinentia ad illam coordinationem circumscripto quocunque alio, quod non est aliquid illius coordinationis essentialiter: hoc probatur, quia duæ coordinationes sunt primo diuersæ, & ita nihil illius est tale per aliquid coordinationis alterius; sed ad coordinationem istam, in quantum finita, & in sursum, & in deorsum secundum Phil. 1. Poster. Tex. 34. sicut pertinet aliquod primum prædicatum, de quo nihil prædicatur, ita pertinet infimũ subiectum, cui nihil subijcitur, ergo singulare, vel indiuiduum est in qualibet coordinatione per nihil alterius coordinationis. 2. D. 3. Q. 4. §. *Contra istam*. ℣. *Ex tertia*. D. 7.

Coordinatio scientiæ *propter quid* non est possibilis intellectui, nisi habenti conceptum de subiecto virtualiter, & euidenter includentem totam illam coordinationem. *Quodl*. Q. 7. §. *Tertia conclusio*. I. 11.

COP

Copula.

Copulæ carnalis actus, nec ex natura rei, nec ex lege diuina est forma Sacramentalis, nec matrimonij, nec Sacramentum. 4. D. 28. Qu. *Vnica*. *Ad primum principale*. ℣. *Respondeo veritas*. B. 3.

Copulam carnalem sequentem sponsalia Ecclesia præsumit esse ex affectu matrimoniali, quia præsumit (ante Concil. Trident. de Clandestinis) sponsum, & sponsam non peccare mortaliter in illo actu. 4. D. 29 Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. ℣. *Secundo peccat*. A. 5.

Copulæ carnalis in actu priuatur homo magno bono, scilicet vsu rationis secundum Phil. 7. Eth. cap. 18. *talis*, inquit, *actus sfaratur intellectum sepissimè sapientis*: Vnde Aug. 14. Ciuit. 16. *Voluptas qua maior in corporis voluptatibus nulla est, ia ipso momento temporis, quo ad eius peruenitur extremum, pæne omnes acies, & quasi vigilia cogitationis obruitur*. 4 D. 31. Q. *Vnica* §. *Hic dicitur*. n. 2.

Copulæ carnalis actus in matrimonio ordinatur ad procreandum prolem, debitè, & religiosè educandum, ergo proles religiosè educanda, si sequatur, est bonum extrinsecum matrimonij tanquam finis principalis. *ibidem*. *Ad quæstionem*. A. 4.

Copula carnalis, *vel* Actus coniugalis secundum veritatem, vbi est certa impossibilitas ad bonum prolis, non videtur multum excusari per illud bonum, nisi dicas, quod miraculosè Deus daret fæcunditatem sterili; sed si nec illud est probabile, nec intentum abastis vtentibus tali actu alia duo bona excusant: & tunc matrimonium est ibi tantum in remedium, non autem in officium. *ibidem*. *Ad tertium principale*. F. 10.

Copulæ carnalis actus non liceret mari, & fœminæ ante contractum, licet tamen post contractum, non quod ipsi se ipsos

Copula,

ipsos licentiare possint, sed faciunt quemdam actum, quo facto, Deus licentiat eos ad quemdam actum sequentem, ad quem non licentiaret sine illo præuio: quæ responsio videtur bene persuadere, quod iste vsus non est licitus ex sola iustitia, qua voluntate propria dant se mutuò, sed adueniente approbatione superioris. 4. D.32.Q. *Vnica. Ad primum principale*. H.7.

Copula à coniugali 1. Corint. 7. non dicit Apostolus absolutè abstinendum tempore Sacro, sed consuluit ad tempus, vt vacetur orationi, & iterum reducantur in se ipsis, ne tentet eos Satanas. *ibidem. Ad tertium principale*.

Copulam post coniugalem non potest aliquis accedere ad Eucharistiã omninò cum reuerentia debita: & cum dicis, nõ excluditur aliquis propter actum præcepti à communicando, nego, quia aliquis actus præceptus est, propter quem est minus dispositus ad reuerenter percipiendum Eucharistiam; si tamen loquaris de excludi ex necessitate præcepti, concedo, quod non, quia non videtur quomodo propter hoc solùm peccaret mortaliter si reciperet Corpus Domini. *ibidem*.

C O R

Cor.

Cor est magis dispositum ad susceptionem vitæ, quam alia pars; & ideo anima non potest animare partem remotiorem à corde, nec dare sibi vitam organicè, nisi det cordi vitam, quo mediante influat vitam in cæteras partes magis distantes, sicut patet per Phil. in libro de animalibus. 4. D. 49. Q. 14.S. *Respondeo, hic sunt. ℣. Assumptum declaro*. C. 6.

Cor, quia in partibus primi perfectibilis ab anima intellectiua, scilicet totius corporis organici est ordo originis, vel in se, vel in habendo animam, & ob hoc in perfici primum est, deinde aliæ partes, ideo &c. vel sic; Primum perfectibile animæ intellectiuæ, idest, adæquatum est totum corpus organicum; sed quia in partibus huius totius est ordo originis, vel in se, vel in habendo animam, quia primum est cor, deinde aliæ partes; 16. de animalibus, ideo ista forma non primò, idest æque immediata perficit totum, sed sic primò perficit cor immediatè, & mediante ipso alias partes. 1. D. 28. Q.3. S. *Sed tunc est. ℣. Ad hoc*. H.13.

Cor est calidum, & cerebrum est frigidum, sicut & hepar: vnde calor in corde potest alterare frigiditatem hepatis, siue cerebri. 2. D.15.Q.*Vnica. Ad tertium principale, & quartum in oppositum. ℣. Dico vno modo*. G.9.

Cor si sit causa superior, & manus inferior respectu litterarum; vtrumque causat, tam cor, quam manus; nec tamen prius cor, quam manus producit litteras in aliquo vero *esse*, & postea manus addit eis aliquem respectum. 1. Dist. 36. Quæst. *Vnica. §. Per idem. ℣. Ad ipsum*. M. 15.

Cor non credo quod Christus habuit magis dilatatum, quam alij. 3. D.15.Q.*Vnica. Ad quintum principale*. Aa. 36. *Additio apud de Frantir, licet in multis exemplaribus ponatur in littera, & nouissimè in editione Hibernorum, quamuis cum dubitatione*.

Cor contristatur cum non dilatatur per gaudium, sicut si esset tristitia amoris. *ibidem*.

Cordis cogitationes, & mysteria gratiæ quicunque Angelus malus (si absolutè permittatur vti sua potentia cognitiua naturali) ex quo posita sunt in effectu, posset intelligere: Sed sicut dicit Magister lib. 2. Dist. 7. multa possent ex natura sua, quæ non permittuntur eis: & ita supponitur, quod non permittitur angelo malo videre secretum cordis. 4. D.10. Q.8. *Ad tertium principale*. M. 12.

Corporale.

Corporale nullum quòd non potest agere in spiritum, vt totale agens, & vt totalis causa, vel principalis, ratio Aug. 12. super Genes. ad litteram, scilicet *Agens est præstantius patiente* bene concludit; non tamen vt partialis, & minus principalis. 2. D.3.Q.11. *Ad secundum principale*. H. 13.

Corporale non transmutatur in aliud, nisi per alterationem,

Corporale.

quæ recipitur in corporali, & modo extenso, & ita nec productum producitur, nisi extensum, & habens modum extensi. *Quodl.* Q.10.S. *De primo. ℣. Respondeo, si aliquid*. C. 6.

Corporale aliquod nunquam potest esse ratio immediatè causandi aliquod spirituale, nec per consequens transferendi ab ordine sensibilium ad ordinem intelligibilium. *Quodl.* Q. 15. S. *De tertio. ℣. Præterea secundo*. M. 14.

Corporalia non sunt, secundum Aug. 12. Ciuit. cap. 19. *Sed corporalibus similia, quibus animæ exutæ afficiuntur*: hoc potest exponi de his, quibus afficiuntur immediatè, quia illa sunt similia corporibus: non autem de illis, quibus afficiuntur spiritus mediatè, quia illa sunt corporalia; vel quod idem est, exponatur de afficiente formaliter, non effectiuè. 4. D. 44. Q. 2. *Ad secundum principale*. D. 17.

Corporale pro celebratione Missæ debet esse ex sindone munda, & quod cooperiat ad minus locum calicis, & hostiæ, quæ debent collocari super altare consecratum, siue totum immobile consecratum sit, siue super mobile, vbi requiritur vsus eius. 4. D.13.Q.2.S. *Sequitur secundum. ℣. Respondeo verum*. M.16.

Corporeitas.

Corporeitas alia ab intellectiua frustra poneretur, si ipsa includat vegetatiuam, & sensitiuam: & vegetatiua, & sensitiua includant corporeitatem. 4. D.11.Q.3. *§. Ad rationes. ℣. Ad quartum dico*. Gg. 54.

Corporeitas est ratio fundamentalis respectu huius, quod est *esse locabile*: & respectu huius etiam, quod est *locari*, propria quidem, & proxima respectu vtriusque, quia cuius est potentia, eius est & actus: Sed respectu primi est ratio necessaria, respectu secundi ratio non necessaria, quia aptitudo est intrinseca per istam rationem etiam præcisè acceptam: Sed illud, ad quod est aptitudo non inest actualiter, nisi per Agens reducens aptitudinem ad actum. *Quodl.* Q.11.S. *De primo. ℣. Respondeo, quod corporeitas*. B.4.

Corpus quo ad generare, & generari.

Corpus posset generari de eo, quod non esset corpus; sed fortè non posset naturale Agens generare de non corpore corpus, sicut de corrupto, quia materia non corrumpitur, sed totum; sed de eo, quod fuit corpus vsque ad instans generationis, & hoc quantitate inhærente sibi potest Agens naturale aliud quantum alia quantitate generare illo instanti, quia sicut potest producere substantiam, quæ non præfuit, ita potest producere omnia accidentia consequentia eam. 2. D.3.Q.4. *§. Ad primam. ℣. Ad Auerr*. M. 17.

Corpus aliquod, quod est substantia composita, absolutè de materia vt de parte potest produci, & concomitatur substantia quanta, quia quantitas est passio istius substantiæ compositæ. *ibidem. ℣. Dico, quod necesse*.

Corpus omne generans generat corpus naturale, non tantum superficiem, & tamen non est immediatè præsens, nisi secundum superficiem, & in superficiem eiusdem geniti agit; ergo generans, vbi non est per essentiam, nec per contactum mathematicum præsens, agit; Est tamen ibi per contactum virtualem, & hoc sufficit ad agendum, sicut si esset præsens per essentiam, vel mathematicè. 2. D. 9. Q.2.S. *Ad quæstionem istam. ℣. Præterea tertio*. B. 17.

Corpus habens formam substantialem ponebant antiqui esse materia, & subiectum generationis, vt patet 1. Gen. Text. *alij scilicet terram &c.* & sequitur, quòd faciebant omnem generationem alterationem: sed ego ponens materiam, vt est subiectum generationis, in actu, non pono quod sit actuata, & distincta per aliquam formam substantialem. 2. D.12. Q.1.S. *Dico igitur. ℣. Dico, quòd antiqui*. D. 15.

Corpus generatum est densius Saugninibus, ex quibus generatur, secundum Damasc. lib. 3. c. 2. 3. D.2.Q.3. *In primo argumento principale*. n.1.

Corpus

Corpus substantiale compositum.

Corpus compositum substantiale necesse est de non composito vt parte fieri, vel produci, vel ibitur in infinitum. 2. D. 3. Quæst. 4. §. *Ad primam*. ℣. *Dico quod necesse est*. M. 17.

Corpus quo ad locum.

Corpori cuilibet, præter vltimum, cuius non est alius extra continens, sex conueniunt: primo esse in loco: secundo esse in loco actuali: tertio esse in loco determinato, & æquali: quarto esse in loco commensuratiuè: quinto esse in loco determinatè hoc, vel illo: sexto esse in loco naturaliter, vel violenter: quatuor prima conueniunt corpori in quantum quantum, vel inquantum corpus: quintum conuenit sibi ab Agente: vltimum conuenit sibi inquantum est corpus naturale. 2. D. 2. Q. 5. 6. §. *Ad quæstionem igitur*. C. 6.

Corpus cubum si ponatur in aere, vel in aqua, licet nullam haberet passionem naturalem, tantum tamen facit distare latera corporis continentis, quantum est ipsum corpus ibi positum, ita quod quantum est ipsum corpus, tantum facit distare, & hoc non conuenit sibi inquantum est naturale tantum, sed inquantum est quantum præcisè, & ita mathematicum. *ibidem*.

Corpus omne quantum aliud à primo, primò est in loco, hoc est continente præcisè, etiam immobili per illam diffinitionem *Phil.* 4. *Phys. Tex.* 41. de loco, scilicet, *Locus est vltimum continentis, immobile, primum* &c *ibidem*. ℣. *Exponendo*. D. 7.

Corpus omne aliud à primo corpore numquid necessariò est in loco, quia quantum? Philosophus diceret quod sic, quia diceret non posse esse aliquod corpus aliud à corpore cœlesti, quin sit in sphæra actiuorum, & passiuorum, & diceret illud necessariò contineri sub aliquo præcisè continente. *ibidem*. ℣. *Sed numquid*. F. 10.

Corpus omne aliud à primo non necessariò esse in loco videtur verius, secundum Catholicos, quia Deus posset facere lapidem (non existente aliquo alio corpore locante lapidem existentem) separatum ab omni alio corpore, & quia posset illum facere extra vniuersum: Et vtroque modo esset non in loco, & tamen esset idem secundum omne absolutum in se: Per nihil igitur absolutum in se, necessariò requirit esse in loco, sed tantum habet necessariò potentiam passiuam, qua possit esse in loco; & hoc, posito loco in existentia locali, & posita præsentia eius respectu alicuius corporis locantis. *ibidem*. ℣. *Tamen oppositum*. G 10.

Corpus quantum, supposito, quod sit in loco, est in loco in actu, quia in præcisè continente actualiter; non enim potest esse in loco, quin istud vltimum, quod est primum continens, faciat illud esse in actu, quia facit latera corporis continentis distare. *ibidem*. ℣. *De secundo*.

Corpus propter quantitatem necessariò exigit locum sibi coæqualem: & propter idem est in loco commensuratiuè, ita quod pars superficiei contenti correspondeat parti superficiei continentis, & totum toti: & competit illi etiam esse in loco ex determinato loco locante. *ibidem*. ℣. *De tertio. De quarto. Quintum*.

Corpori competit esse in loco naturaliter, vel violenter, in quantum est corpus naturale, ex hoc scilicet, quòd in quantum habet formam substantialem determinatam, & qualitates determinatas natum est ab aliquo locante conseruari, & saluari, & ab aliquo corrumpi; Et quando continetur ab vltimo illius, quod natum est illud saluare, dicitur esse in loco naturali, licet naturalitas multùm accidat rationi loci: pro tanto igitur est in loco naturali, quia est in locante naturaliter, idest, in vltimo alicuius continentis, quod natum est saluare contentum. *ibidem*. ℣. *Sextum competit*. H. 10.

Corpus aliquod non est ita imperfectum in vniuerso, quin habeat in virtute sua actiua aliquod *vbi*. 2. D. 8. Quæst. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *De tertio*. C. 4.

Corpus, quantum est ex se, posset esse, si locus non esset, & tamen esset indiuiduum: sed nunc non est corpus sine loco, quia est cum alio corpore, & in alio, in quo continetur, sicut etiam patet de vltima sphæra. 4. D. 49. Q. 16. §. *Ad primum argumentum*. B. 5.

Corpus quo ad locum.

Corpus vnum replet locum vnum, inquantum natus est repleri. *ibidem*. ℣. *Ad secundum*. B. 6.

Corpus esse sine aliquo corpore continente, & per consequens sine vbi, non includit contradictionem, imo ita est de primo Cœlo, quod non habet corpus continens: posito etiam quod esset locus, non tamen quicunque, sed aliquis capax huius corporis, non esset adhuc contradictio, quòd corpus non habeat vbi: tamen primi est, quia non est contradictio absolutum manere sine respectu ad illud, quod non est prius, nec simul natura cum ipso; nunc autem locus nec est prius natura corpore, nec simul, imo videtur posterius corpore: Ex hoc potest accipi ratio secundi. *Quodl*, Quæst. 11. §. *De primo*. A. 3.

Corpus locatur, hæc non est per se secundo modo, licet concedendum sit hanc esse per se, *corpus est locabile*: exemplum huius hæc est per se secundo modo, *homo est risibilis*, hæc autem contingens, *homo ridet*. *ibidem*. ℣. *Respondeo quod corporeitas*. B. 4.

Corpus hoc si non est huic loco præsens, patet, quod non circumscribitur isto loco, igitur non habet *vbi* in loco: si etiam non est huic loco præsens, secundum cursum naturæ est in alio loco, & secundum naturam non potest simul habere duo *vbi*, ergo non habet hoc *vbi*, & tamen iste locus manet, quia manet hoc vltimum corporis continentis. *ibidem*. §. *De tertio*. G. 11.

Corpus hoc si modo quantitatiuo sit præsens huic loco sine alio corpore sic præsente, planum videtur quod talis præsentia non potest esse sine tali *vbi*, sicut non potest poni sine circumscriptione passiua corporis in loco, quia circumscriptio illa non videtur aliquid ponere vltra hoc, quod est *corpus esse præsens* huic loco modo quantitatiuo, scilicet tanquam coextensum, & commensuratum. *ibidem*. §. *De quarto*. ℣. *De primo*. L. 12.

Corpus successiuè secundũ partem aliam, & aliam fit præsens eidem parti loci; similiter corpus secundum eamdem partem fit successiuè præsens alij, & alij parti loci, ita quod tam ex diuisibilitate corporis, quam loci sequitur diuisibilitas circumscriptionis corporis a loco, & diuisibilitas successiua, quando pars post partem acquiritur; Non est ergo diuisibilitas in respectu, sine diuisibilitate in absoluto, sed est successio in respectu, qui est circumscriptio sine successione in forma absoluta corporis, vel loci. *ibidem*. ℣. *Diceretur*. L. 14.

Corpus hoc si esset præsens huic loco, sed non modo quantitatiuo, hoc est, non tanquam coextensum loco, nec commensuratum, potest dici quod tunc propriè non haberet *vbi* in hoc loco, quia propriè *vbi* est forma per se diuisibilis, cum secundum eam per se posset esse motus, & ideo non conuenit alicui, nisi diuisibili, & per modum diuisibilis se habenti; corpus autem, quod non coextenditur loco, sed est totum præsens cuilibet parti illius loci, non habet modum diuisibilis in comparatione ad locum, nec per consequens habet *vbi* propriè respectu eius: Extendendo tamen *vbi* ad talem præsentiam simplicem, secundum quam Angelus dicitur esse hic, sic concedendum esset, quòd corpus præsens secundum istum intellectum diceretur impropriè habere *vbi*, nam verè est hic præsens, sed non circumscriptum. *ibidem*. ℣. *De tertio*. O. 17.

Corpus hoc potest esse sine hoc loco, & sine illo, non sequitur, ergo pari ratione sine omni. 2. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Hic est*. ℣. *Quod autem*. n. 4.

Corpus quo ad vacuum.

Corpus genitum supernaturaliter ex alio, quando est minus corpore corrupto: tunc vel Deus immediatè mouebit omnem aerem circumstantem, vt contingat minoris corporis superficiem, vel potest non mouere, quia hoc non est necesse simpliciter ad hoc, quòd corpus minus sit hic, quia potest Deus dimittere naturam sibi: & cum natura non possit mouere aerem in instanti, vt applicetur lateribus illius corporis minoris, erit ibi vacuum ad tempus, quousque scilicet natura possit aerem circumstantem contiguare corpori illi. 4. D. 43. Qu. 5. §. *De secundo dico*. ℣. *Concedo conclusionem*. D. 6.

Corpus

Corpus quo ad vacuum.

Corpus minus corpore corrupto ponendo quod Deus subito faciat (quod non includit contradictionem) & dimittat aerem circumstantem sibi ad actionem naturæ, vacuum erit per tempus; non ergo vacuum esse in vniuerso includit contradictionem, imo si natura faceret in instanti minus re maiore, videretur posse concludi vacuum esse per tempus, sine diuino miraculo. *ibidem*. ¥. *Ex quo patet*. E.6.

Corpus quo ad motum, & quietem.

Corporum grauium terminus quietis est centrum. 1. D.1. Q.5. §. *Ad solutionem*. n.2.

Corpus aliquod graue centro, tanquam termino vltimo, adhæret per se, & primo, puta terra, quæ non per naturam alterius corporis adhæret alicui, à quo participet grauitatem, & istam adhæsionem. *ibidem*.

Corpus aliquod adhæret centro immobiliter, & per se, sed non primò, quia adhæret per grauitatem, & adhæsionem participatam à terra, per se tamen adhæret, quia per formam intrinsecam, & firmiter, quia est intrinsecum terræ, quæ primò quiescit, vtpotè lapides, & metalla in visceribus terræ, & talia, licet non primò, tamen perfectè quiescunt, quia perfectè coniuncta sunt centro mediante primo quiescente, cui sunt quasi perfectè vnita. *ibidem*.

Corpus aliquod adhæret centro mediante terra, sed mobiliter, & non firmiter, vt graue aliquod existens in superficie terræ, & tale licet verè quiescat ad aliquod tempus, non tamen ita determinatur ad quietem, sicut corpus quiescens, quod adhæret centro immobiliter, & per se, sed non primò, *ibidem*. ¥. *Aliquod corpus*.

Corpus aliquod potest adhærere vniformiter corpori proximo, & respectu illius quiescere, & tamen non quiescere respectu vniuersi, si illud, cui proximo adhæret, non vniformiter adhæreat centro: verbi gratia de homine iacente in naui, & si in potestate corporis esset se ipsum quietare, illud corpus graue, quod se ipsum finaliter quietaret in aliquo tali mobili, non autem in centro, nec mediatè, nec immediatè, inordinatè se quietaret; quia etsi, quantum est ex se, quietaret se propter suam firmam adhæsionem tali corpori mobili; tamen non adhæret illi, cui secundum naturam suam adhærere deberet, vt quietaretur. *ibidem*. ¥. *Quarto modo*.

Corpus nullum potest à se moueri primò, quia, vt arguit Phil.7. Phys. Tex.1. & 2. tunc quiesceret ad quietem partis: non enim primò mouetur, nisi motus inesset cuilibet parti eius; Si enim alicui eius parti non inesset motus, tunc toti primò actu non inesset. 1. D.19. Q.2. §. *Quantum ergo*. A.6.

Corpus potest Deus facere, quod non potest deordinari in suo motu deordinatione culpabili, quia corpus tale non potest esse susceptibile peccati, vel culpæ, sicut voluntas: tamen non potest facere corpus, quod non posset moueri difformiter, nec cui repugnat necessariò ex principio intrinseco difformiter moueri, si Deus velit illud sic moueri. 2 Dist.23. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale*. E.8.

Corpus quod pertranseat infinita *vbi* in tempore finito propter hoc, quòd non est nisi in potentia in illis *vbi*, bene concludit, quòd tempus Angeli bene potest esse ex partibus finitis eiusdem quantitatis, & tamen in illo tempore potest pertransire spacium infinitum, sed non concludit, quòd in vno instanti possit pertransire totum spacium, imo concludit oppositum; corpus enim ita pertransit totum spactum in aliquo tempore; quòd in alia, & alia parte pertransit aliam, & aliam partem spacij. 2. Dist.2. Quæst.11. §. *Contra primam positionem*. ¥. *Quod autem*. n.4.

Corpus quando mouetur de loco ad locum, & expellitur aliud corpus, communiter sunt ibi quatuor motus, vel mutationes, & octo termini; duæ scilicet in corpore expellente, & duæ in expellendo: nam corpus expellens mouetur ab *vbi* suo ad priuationem eius, & illa priuatio, quæ est inter terminum *à quo* positiuum, & terminum *ad quem* priuatiuum, potest dici deperditio prioris *vbi*: idem etiam corpus à carentia secundi *vbi* mouetur ad illud *vbi* secundum, & ita à priuatione, vt à termino *à quo* ad *vbi*, vt ad terminum *ad quem*, & illa potest dici acquisitiua vbi: consimiliter sunt duæ mutationes, & quatuor termini circa corpus, quod expellitur, cum primum corpus intrat locum eius. 4. D.10. Q.1. §. *Quantum ergo*. ¥. *Dico ergo*. F.9.

Corpus aliquod si moueretur, & non expelleretur aliud corpus de loco suo, iam non essent nisi duæ mutationes, & ambæ in ipso corpore moto, vna scilicet deperditiua prioris *vbi*, & alia acquisitiua noui *vbi*. *ibidem*.

Corpus non recedens à priori *vbi*, si fieret in nouo *vbi*, ibi esset tantum vna mutatio, scilicet à priuatione noui *vbi* ad illud nouum *vbi*, & hæc acquisitiua, & nulla ibi esset deperditiua, quia non esset à priori *vbi* ad eius carentiam, quia prius *vbi* non deperditur, ex hypothesi, licet illud corpus ponatur in *vbi* nouo; Sed si nulla mutatio ponatur omninò, non est intelligibile quòd corpus sit, vbi non fuit prius. *ibidem*.

Corpus agile mouet se secundum locum, non motu naturali, cuius principium est elementum prædominans, sed anima. 4. D.49. Q.14. §. *Respondeo hic sunt*. ¥. *Secundo videnda*. B.3.

Corpus nullum est ita imperfectum, quod non habet in virtute sua *vbi*, quod est terminus motus localis eius, & similiter ad mouendum aliud ad istum terminum, quia lapis trahit secum ad locum suum aliud, si sibi coniungatur. *ibidem*. ¥. *Tertio videndum*. B.4.

Corpus quo ad grauitatem, & leuitatem.

Corpus neutrum, vt circulare, quod nec de se est natum ferri sursum, nec deorsum, possibile est ferri deorsum, & sursum. 1. Dist.18. Quæst. *Vnica*. *Ad tertium principale*. H.8.

Corporis hominis, quòd maneat, & dominetur in eo terra, & tamen non maneat in eo grauitas, est omninò inconueniens, sicut dicere quòd fiat Sol, & aliud corpus cæleste, & dominetur in ipso terra: & quòd non maneat grauitas, manente terra, esset idem dicere, sicut, quòd remaneret lapis, & non esset durus. 4. Dist. 49. Quæst.14. §. *Respondeo hic sunt*. ¥. *Istam opinionem*. F.10.

Corpus hominis si esset ita densum, sicut aurum, non esset perfectibile ab anima; ita si non haberet grauitatem, & alias qualitates naturales suas, non esset perfectibile ab anima. *ibidem*. ¥. *Istam opinionem*. F.10.

Corpus hominis non est capax leuitatis, quia quando aliquid determinat sibi vnum oppositorum, alterum oppositorum non potest sibi inesse nec per se, nec per accidens; ergo si corpus humanum est receptiuum qualitatis, quæ repugnat grauitati, non esset determinatum naturaliter ad grauitatem, quod apparet falsum, ergo per talem formam non erit corpus hominis agile. *ibidem*. ¥. *Præterea corpus*. G.10.

Corpora duo in eodem loco.

Corpus vnum, siue vna dimensio replet eumdem locum secundum vltimum capacitatis suæ, & ideo aliud non potest esse cum eo replens locum, sed bene potest esse cum eo aliud corpus non replens locum. 1. D.2. Q.2. *Ad secundum principale*. D d.35.

Corpus infinitum si esset cum alio, fieret totum maius vtroque ratione dimensionum, quia dimensiones alterius corporis essent aliæ à dimensionibus corporis infiniti, & eiusdem rationis cum eis, & idem totum maius esset propter diuersitatem dimensionum, & totum non maius, quia dimensio infinita non potest excedi. *ibidem*. ¥. *Similiter alia*.

Corpus hoc potest esse in hoc loco in A. instanti, & aliud corpus potest esse in eodem loco in A. instanti, igitur ista duo corpora possunt esse simul in A. instanti: non sequitur: ita enim hoc corpus potest esse ibi, quod potest illud corpus non esse ibi, & è conuerso; & ideo non sequitur, si potentia est ad vtrumque pro eodem siue in instanti; siue in loco, ergo ad ambo simul, sed fallit quandocunque vtrumlibet illorum duorum excludit alterum. 1. D.39. Q.1. 2. 3. &c. §. *Sed contra ista*. ¥. *Ad istud*. K.20.

Corpora duo in eodem loco.

Corpus aliud si esset modo extenso cum hoc corpore in hoc *vbi*, potest dici quod in isto intellectu vtrumque corpus haberet *vbi* in hoc loco, quia cum vtrumque ponatur hic sicut coextensum & commensuratum, vel vtrumque erit locatum, quod est propositum, vel neutrum, & tunc est locus iste vacuus, in quo ponerentur esse duo corpora modo extensiuo, quòd nullus diceret: similiter vtroque istorum amoto, altero remanente, illud remanens habebit hic *vbi*: sed non alium modum habebit hic ea parte sui ad locum continentem, quam modo habeat. *Quodl.* Q. 11. *§. De quarto.* ℣. *Potest tamen dici.* M. 15.

Corpora duo si ponantur in eodem loco simul extensiuè, concedendum est quod vtrumque simul existens extensiuè in hoc loco facit latera huius loci distare quasi formaliter, qua ratione medium interceptum dicitur facere distare: hoc inquam modo concedendum esset quod vtrumque corpus hic extensiuè existens facit latera huius loci distare, quia vtrumque est medium inter extrema: effectiuè autem neutrum corpus facit latera distare, sed ipsum Agens, quod primo diuidit hoc latus ab illo: Et per hoc etiam patet quomodo vtrumque replet, quia non effectiuè, sed formaliter, non enim est maius inconueniens locum plenum repleri de nouo, aliquo replente formaliter, quam continens vnum sibi commensuratum, de nouo continere aliud simul modo continendi. *ibidem.* ℣. *Ad aliam.* N. 15.

Corpus fuisse cum alio corpore in partu virgineo miraculum fuit, & fortè nouum miraculum aliud ab illo, quo Virgo concepit sine actione causæ naturalis superioris. 3. D. 4. Q. *Vnica. Ad primum principale.* L. 15.

Corpora duo gloriosa non posse esse simul in eodem loco: vel si darentur duo Dij, qui essent pares, quod neuter posset esse cum alio; Si verum esset, oporteret aliunde probare, quam ea ratione eius, quod est esse in loco eodem modo *essendi in*: quia ex hoc non videtur esse repugnantia aliqua simultatis. 2. D. 2. Q. 8. *Ad secundum principale.* B.

Corpora duo videntur habere incompossibilitatem respectu *vbi* eiusdem, sicut qualitates contrariæ respectu eiusdem subiecti: sicut ergo idem Agens effectiuè inducit calorem, & frigus expellit, non autem effectiuè calor expellit, sed tantum formaliter, ita de expulsione ad *vbi* per aliud corpus. 4. D. 1. Q. 5. §. *Ad primam ergo quæstionem.* ℣. *Ad intellectum.* F. 15.

Corpus vnum, quod effectiuè mouet localiter: *siue sic*, Quod effectiuè mouet localiter vnum corpus, effectiuè expellit aliud corpus, & non ipsum corpus motum effectiuè expellit aliud, sicut nec calor in ligno expellit effectiuè frigus à ligno, sed ipsum calidum, quod effectiuè causat calorem in ligno, effectiuè expellit frigus ab eo; possibile tamen est virtuti diuinæ ponere corpus aliquod maius, alio corpore iam existeore, diuinitus genitum in *vbi*, & conseruare ibi corpus, quod prius, & tunc duo corpora simul: sed tunc esset nouum miraculum vltra subitam positionem corporis maioris hic: si autem simul, cum hac positione Corporis, hoc expellat aliud, non est nisi vnum miraculum. 4. D. 43. Q. 5. *§. De secundo.* ℣. *Concedo conclusionem.* C. 6.

Corpora duo posse esse simul in eodem loco Theologi habent necessariò ponere. 4. D. 49. Qu 16. §. *Dicunt quidam.* ℣. *Ista rationes,* A. 4.

Corpori non repugnat esse cum alio corpore simul in eodem loco, nisi quia est repletiuum loci naturaliter, quantum aptus natus est repleri; sed quia iam repletus est ab vno corpore, non potest ibi esse, quia non esset cum effectu suo, qui naturaliter sequitur esse corporis in loco: hoc autem non impedit, quin per potentiam diuinam possit ibi esse, quia Deus potest facere causam naturalem sine suo effectu, sicut calorem potest facere sine calefactione. *ibidem.* §. *Ad primum argumentum.* ℣. *Ad secundum.* B. 6.

Corpora duo posita in eodem loco simul non faciunt maius, vt sunt in loco vno: non tamen sequitur, quòd sunt vnum. *ibidem.* ℣. *Hanc solutionem.* D. 8.

Corporum duorum existentium simul in eodem loco distinctionem quod solus Deus, vt aliqui dicunt, potest facere, non videtur prima facie probabile; quia vel manent principia essentialia illorum corporum, vt sunt in vno loco distincta, vel non: Si sic, ergo solus Deus non conseruat, quia cum causis secundis manentibus, & concurrentibus conseruat, cuius contrarium dicitur in positione: si non, sequitur quòd Deus conseruat, & non conseruat; conseruat, secundum te illud esse distinctum in eis; non conseruat, quia non conseruat, nisi quod est, sed materia illius est istius secundum te, & forma illius est forma istius, ergo non sunt distincta, ergo nec conseruat, vt distincta: & sic ponis contradictoria, *ibidem.* §. *Alij dicunt.* ℣. *Contra hac opinio.* D. 12.

Corpus quando dicitur, quod Deus potest facere cum alio corpore: *vel sic*, Quando dicitur quòd Deus potest facere corpus cum alio corpore, & conseruare ipsum per aliquod tempus cum eo, & perpetuò, concedatur: Et quando dicis vltra, si potest ipsum perpetuò conseruare, potest sibi dare formam, per quam sit cum alio corpore: Respondeo, si intelligas per illam formã respectum quemdam extrinsecum ad aliud corpus, qui respectus sit simultas, concedo: si autem intelligas quod det sibi formam priorem, quæ sit causa simultatis, nego, *ibidem.* §. *Aliter est.* ℣. *Ad aliud, quando.* E. 15.

Corpus aliquod natura non potest facere, quòd accipiat vnum *vbi*: *vel sic*, Natura, absolutè loquendo, non potest facere quòd corpus aliquod accipiat vnum *vbi*, & non priuetur alio *vbi*, quia natæ sunt concurrere mutationes positiuæ, & priuatiuæ in talibus: Sic non est quando facit duo corpora simul, quia priuat corpus vno situ, & ponit ipsum in alio situ: non tamen facit illam mutationem priuatiuam circa illud corpus, sed in se. *ibidem. Ad secundum principale.* ℣. *Sed posset.* L. M. 20.

Corpora duo esse simul in eodem loco, & vnum corpus esse simul in duobus, vtrumque non est, nisi potentiæ increatæ, ergo æqualis virtutis: neutrum enim est possibile potentiæ creatæ. *ibidem.* ℣. *Ista solutio.* L. 20.

Corpora duo si ponantur in vno loco, sequitur quod fieret mutatio, quæ non est terminate motum, sine mutatione, sicut fieret si vnum corpus poneretur in duobus locis simul. *ibidem.* ℣. *Sed posset.* M. 20.

Corpora duo ad hoc vt in vno loco sint, nõ requiritur aliqua actio positiua, & sic nec aliqua virtus actiua, sicut requiritur ad hoc, vt vnum corpus sit in diuersis locis. *ibidem.* ℣. *Potest etiam.*

Corpora duo posse esse simul localiter in eodem loco diceretur non esse inconueniens, nec impossibile, quia contradictio non apparet, cum vnitas loci non sit formaliter vnitas corporis, sed corpus habet propriam vnitatem intrinsecam, cui accidentaliter aduenit esse in vno loco, ergo non sequitur, quodcunque corpus est in hoc eodem loco, ergo est idem corpus: nec simultas variat vnitatem corporis, vel loci. *Quodl.* Quæst. 10. §. *Ad ista.* ℣. *Istae duae.* K. 18.

Corpora duo quòd sint simul videtur Aristoteles probare esse impossibile ex intentione. 4. Phys. Tex. 76. Ad quam authoritatem dici potest, quòd probatio sua ad hoc procedit, quòd virtute propria, vel naturæ creatæ propter sui limitationem non potest idem corpus esse in diuersis locis adæquatis, sed de virtute diuina illimitata non concludit. *ibidem.* §. *Contra ista.* ℣. *Praeterea, si.* H. 13. & *Ad ista.* ℣. *Istae duae.* K. 17.

Corpus idem in diuersis locis.

Corpus idem esse localiter simul in diuersis locis non est ex terminis manifestum impossibile, nec ex eo impossibilitas, vel contradictio euidenter concluditur. 4. D. 10. Qu. 2. §. *Alius sic.* ℣. *Contra istam.* C. 5.

Corpora duo esse simul non minus inconueniens est, quam idem corpus in duobus locis; Sed Deo est possibile primum, vt patet de corpore glorioso, & non glorioso in resurrectione Christi de dote subtilitatis, ergo & secundum. *ibidem.* ℣. *In speciali.*

Corpora duo secundum rationem, quæ est commensurari secundum molem, & vnum, impossibilius erit esse simul, quàm vnum corpus in duobus locis, quia aut ideo oportet locatum multiplicari multitudine illa locorum, quia commensuratur locis, aut propter aliquam aliam rationem specialem: Si propter primum, cum æquè oporteat loca com-

commensurari locatis, sicotè conuerso, quia commensuratio talis est respectus communis, tunc sequitur quod ad multiplicationem locatorum sequitur multitudo locorum; & ideo sequitur propositum, scilicet quòd æquè est impossibile duo corpora esse simul, sicut idem in pluribus: Si verò propter aliquid aliud, hoc non potest esse, nisi posterioritas naturalis, vel simultas loci respectu dimensionis locatæ; nam prius naturaliter non oportet commultiplicari posteriori, sed posterius priori, & simul ei, cum quo est simul: sed si ista est ratio, manifestum est quod dimensiones loci sunt posteriores dimensionibus locati, ergo magis oportet dimensiones loci multiplicari ad multitudinem dimensionum locati, quam è conuerso. *ibidem.* ℣. *Sed contra.* C.6.

Corpus quod simul possit esse in pluribus locis potest hac ratione probari: duo corpora possunt simul esse, ergo idem in duobus locis simul: probatio consequentiæ, quia magis possibile est cum vnitate prioris naturaliter stare multitudinem posteriorum naturaliter, quam è conuerso: dimensio autem locati prior est naturaliter dimensione loci, ergo magis possibile est vni corpori locato correspondere plures dimensiones locorum, quam è conuerso. *ibidem.* ℣. *Et hæc ratio.* D.7.

Corpus idem simul facere in diuersis locis localiter Deo simpliciter est possibile: *vel sic*, Maxima mihi certissima est, quòd Deo est possibile omne, quod non includit euidenter contradictionem, & ad quod non sequitur necessariò contradictio: hoc est huiusmodi, ergo possibile est Deo; Dico ergo quòd Deo simpliciter est possibile idem corpus simul facere in diuersis locis localiter: hoc patet ex intellectu terminorum. *ibidem.* §. *Dico ergo.* F. 11.

Corpus idem cum dico simul esse localiter in diuersis locis, nihil dico super hoc corpus, nisi quemdam respectum extrinsecus aduenientem, fundamentum in vno quanto ad aliud quantum circumscribens: respectum autem talem multiplicari super idem fundamentum ad diuersos terminos, non apparet contra aliquid notum secundum rationem, quia respectus intrinsecus aduenientes, de quibus minus videtur, possunt plurificari, fundamento eodem manente, ad diuersos terminos; vt super eandem albedinem possunt duæ similitudines fundari ad duos terminos. *ibidem.* ℣. *Cum enim.*

Corpus sicut in vno *vbi* existens se haberet: *vel sic*; Sicut corpus in vno *vbi* existens se haberet in ratione actiui ad diuersa sibi approximata in illo *vbi*, sic ipsum, vt existens in duobus *vbi* se habet ad eadem sibi in illis *vbi* approximata. *ibidem.* ℣. *Tertia propositio.* I.13.

Corpus ea parte sui esse æque susceptiuum omnium *vbi*, & dorum negatur à negantibus idem corpus posse poni simul in diuersis locis localiter: tamen concedo quod ex parte Dei actiui, & corporis, vt susceptiui, æqualis est possibilitas in corpore ad duo *vbi*, quæ sunt simpliciter distincta, & ad quotcunque, & tunc ad omnia: & cum dicitur: Per nullam virtutem potest vnum corpus habere omnis *vbi*, nec esse vbique; falsum est: & probo, quia ipsi concedunt, quòd corpus Christi posset vbique esse sacramentaliter; posset enim Deus quodcunque corpus vniuersi conuertere in corpus Christi, sicut panem: Et ego dico, quòd non est maior limitatio ad esse alicubi localiter, quam sacramentaliter; quicquid enim potest fieri per causam secundam actiuam, potest Deus facere immediatè. *ibidem.* ℣. *Ad primam.* I. 14.

Corpori huic isto loco applicetur vnum Agens, scilicet ignis, & in loco eodem aliud Agens, scilicet aqua, dico, quòd aut sunt æqualis virtutis in agendo, aut vnum vincit alterum: Si sunt æqualis virtutis, sicut approximata isti corpori habenti vnum *vbi*, alterum, vel vtrumque impedit alterum, ita quòd neutrum ageret, vel ageret ad quemdam effectum medium, in quo passum, nec perfectè assimilatur vni, nec alteri: Sic eodem modo dico nunc, quando sunt approximata eidem corpori in diuersis locis: Si autem virtus alterius vincat vel simpliciter assimilat sibi passum, vel magis, quam alterum: & eodem modo dico, si sint in diuersis locis, quòd non est maior difficultas hic, quam si ignis, & aqua ponerent ur simul (quod tamen non negatur posse fieri à Deo), & idem corpus approximatum igni, & aquæ habentibus idem *vbi*; quod enim oportet ibi dicere ad vitandum contraria in passo, hoc facilius, vel æquè facile vitare potest quicunque in proposito. *ibidem.* ℣. *Ad illud argumentum.* K.15. & *Quodl.* Q.10.§. *Ad ista.* ℣. *Secunda propositio.* K.17.

Corpus si ponatur in diuersis locis, dico quod, si remanet in eodem *vbi*, in quo prius erat, potest acquirere nouum *vbi* vnica mutatione, & duabus mutationibus: & si quæras, illæ mutationes, aut sunt eiusdem speciei, aut non? detur vnum, vel alterum, non curo: & cum arguis, duæ mutationes eiusdem speciei non sunt simul in eodem; dico, quòd non est incompossibilitas mutationum, nisi ex incompossibilitate terminorum, vel formarum, secundum quas sunt; primò ergo oportet probare incompossibilitatem duorum *vbi*, quod nego, quare non erit incompossibilitas duarum huiusmodi mutationum. *ibidem.* ℣. *Ad aliud alterius Doctoris, dico, quod si.* & ℣. *Et si quæras.* N. 18.

Corpus si ponatur in diuersis locis, sibique in illis applicarentur diuersa agentia eiusdem, vel diuersæ speciei, potest concedi quòd si materia corporis locati in duobus locis transmutatur à duobus Agentibus ad duas formas, non esset nouum miraculum, sed tantùm per antiquum miraculum esset proportionata ad recipiendum actiones illorum agentium: Dico aliter, quòd si idem ponatur esse in duobus locis, non sequitur quòd eadem materia duabus formis informetur simul substantialibus, neque eiusdem speciei: eodem quidem modo potest argui de hoc, & de alio, si Agentia ponantur eiusdem speciei, vel alterius. *ibidem.* ℣. *Ad secundum.* P.22.

Corpus idem locatum localiter in diuersis locis, quando dicitur quod moueretur simul, & quiesceret, dico secundum illam propositionem, Quæcunque sunt priora essentialiter ipso *vbi*, vniformiter insunt corpori, quamuis habenti diuersa *vbi*; nec variabuntur variato ipso *vbi*; quæ verò posterius, vel simul natura, variabuntur secundum varietatem ipsius *vbi*: Dico, inquam, secundum istam propositionem, quòd cum moueri, & quiescere secundum locum sit simul cum *vbi*, vel posterius, ideo variatur ad variationem *vbi*, & ita poterit in vno *vbi* quiescere localiter, & in alio *vbi* moueri, quia quiescere hic localiter nihil aliud est, quam habere continuè idem vbi, quod priua t. & ibi moueri nihil aliud est, quam habere aliud, & aliud *vbi*; sicut autem est possibile quod idem corpus habeat hic permanenter *vbi* vnum, & aliud ibi, sic possibile est quòd permanenter habeat hic vnum *vbi*, & alibi plura successiuè. *ibidem. Ad quartum principale.* R.26. & *Quodl.* Q.10.§. *Ad ista.* ℣. *Istas duas.* K.17.

Corpori s existentis in duobus locis possibile est quòd hic omnes partes quiescant in toto, & ibi aliquæ moueantur, vt manus, vel pes, quia omnia ista consequuntur *vbi*, puta hoc, & illud. *ibidem.*

Corpus positum in diuersis locis si ex hoc quod hic quiescat, & ibi moueatur, vel secundum totum, vel secundum partem; vel partes, arguatur quòd vt est in vno *vbi*, posset moueri ad se ipsum, vt est in alio *vbi*, & ita accederet ad illud *vbi*, in quo iam est, & tunc, vel expelleret se ipsum de alio *vbi*, ad quod accedit: & tunc esset incompossibile sibi ipsi secundum *vbi*, sicut aliud corpus: vel non expelleret, & tunc desineret habere illud *vbi*, virtute propria accipiens tantum illud *vbi* quiescens: vel faceret se, vt habens aliud *vbi* cum se ipso, & ita quasi duo corpora simul: similiter si esset animatum, posset se ipsum mouere pellendo, vel trahendo, & posset idem homo habens mille *vbi* facere choreas, & maximum exercitum in campo, & multa alia, quæ videntur mira; & iterum loqui, & tacere, & disputare cum se ipso: Dico, quòd hæc sunt puerilia, & imaginationem sensui innitentem sequentia; si enim quæratur ratio eorum, de quibus arguitur, nulla est difficultas maior, quòd corpus moueatur ad illud *vbi* in quo quiescit, quàm ad aliud *vbi*. *ibidem.* ℣. *Et si arguas.* Et. ℣. *Dico, quod hæc.* R. 26.

Corpus existens in pluribus locis, & quiescens in vno *vbi*, si moueatur secundum aliud *vbi* ad istud *vbi*, in quo quiescit: & tunc cum peruenerit ad illud *vbi*, dico quod idem

Corpus idem in diuersis locis.

idem corpus expelleret se de illo vbi, in quo quieuit, nisi fortè illa virtus agens, per quam habuit aliud *vbi* desinat conseruare ipsum, vt aliud vbicatum: Et tunc non habebit nisi tantum *vbi*, quod habuit prius quiescens: sed prius non habebat illud, vt terminum sui motus, imo desinet secundum *vbi*, quod habebat in motu; habere autem quodcunque *vbi*, siue vt in motu, siue in termino motus nihil facit ad variationem, vel multitudinem absolutorum, quæ sunt in re. *ibidem*. ℣. *Dico, quod*.

Corpus idem si potest fieri in pluribus locis non sub modo naturali, non video quin etiam possit fieri modo naturali, cum in primo, idest, modo essendi non quantitatiuè, vel non dimensiuè sint duo miracula: in secundo tantùm vnum: in primo quidem sunt duo miracula, vnum scilicet in causando præsentiam corporis hic, & aliud in separando ipsum à suomodo naturali: sic ergo potest modo naturali, sicut sub Sacramento. 4. D.10.Q.3. *§.Conclusio*. ℣. *Et fortè*. B.4.

Corpus illud, quod simul est in duobus locis, illimitatum est, licet non virtute propria, sed virtute Dei agentis quantum ad *vbi*: Et ideo, quæ sunt simul cum sic illimitato, non oportet, quod sint simul inter se. *ibidem*. *Ad tertium principale*. D.6.

Corpus vnum esse simul localiter in duobus locis, & duo corpora esse simul localiter in eodem loco, vtrumque non est, nisi potentiæ increatæ, ergo æqualis virtutis: neutrum enim est possibile potentiæ creatæ; sicut ergo vnum posset esse per dotem, ita & reliquum. 4. Dist. 49. Quæst. 16. *Ad secundum principale*. ℣. *Ista solutio*. L. 20.

Corpus aliquod quod accipiat vnum *vbi*, & non priuetur alio *vbi*, absolutè loquendo, natura non potest facere, quia natæ sunt concurrere mutationes positiuæ, & priuatiuè in talibus. *ibidem*. ℣. *Sed potest dici*. M.20.

Corpus vnum ad hoc, vt sit in diuersis locis, requiritur aliqua actio positiua, & sic aliqua virtus actiua: non autem ad hoc, quòd duo corpora in vno sint, & ideo non est simile. *ibidem*. ℣. *Potest etiam dici*.

Corpus idem moueri in hoc loco, sine *vbi*, & quiescere in alio *vbi*, non sunt repugnantia, sicut nec habere hoc *vbi*, & illud, quia ista duo, scilicet moueri, & quiescere secundum *vbi*, sunt posteriora ipso *vbi*, ideo possunt variari secundum variationem in illo priori. Quodl. Q. 10.§.*Ad ista*. ℣ *Istæ duæ*. K.17.

Corpus idem non aliter calefieret, & frigefieret existens in duobus *vbi*, quam existens in vno *vbi*, in quo haberet ista duo Agentia approximata: Et sicut tunc, si alter Agentium simpliciter vinceret virtutem reliqui Agentis, illud assimilaret sibi passum, & impediret reliquum, quod esset minoris virtutis, assimilare sibi passum: Si autem essent aliquo modo æqualia in virtute, alterarent passum quasi ad quoddam medium inter duo extrema: Sic etiam quando ponitur idem in duobus *vbi*. *ibidem*.

Corpus idem esse in pluribus locis simul, sicut & animam rationalem esse in diuersis partibus corporis, sunt apta &c. *vel sic*, Exempla de anima in diuersis partibus corporis, & vno corpore in diuersis locis non sunt ad propositum ad probandum quòd vna numero natura possit assumi à tribus personis diuinis, quia non includitur aliquid incompossibile animæ informanti, vel corpori locato, sicut hic includitur. 3. Dist.1. Quæst.2. *Ad secundum pro prima opinione*. F 9.

Corpus organicum.

Corporis organici animalis pro generatione recurrendum est ad virtutem diuinam, sicut Auerroes facit, vt patet in dissolutione illarum quæstionum difficilium 2. Cœli, & Mundi Tex.69. & Galenus etiam virtutes seminum vocat diuinas: illa igitur virtus, quæ facit diuersitatem organorum in corpore animalis, oportet, quod sit Agens difforme, & huiusmodi est difformis actio caloris, vel corporis cælestis, quæ consona est virtuti diuinæ. 2. D. 18. Quæst. *Vnica*. *§.Dico igitur*. ℣. *Præterea principium*. I. 10.

Corpus organicum ad hoc, quòd sit idem numero, non requirit Agens idem numero, licet requiratur ibi materia eadem numero; & tunc, materia existente eadem, induceretur à diuersis generantibus eadem forma numero. 2. Dist.20. Quæst.2. §. *Dico, quod soli*. ℣. *Dico, quod non*. B.3.

Corporis organici tantum ad *esse*, & non ad animam intellectiuam, cum inducatur simul ad *esse* corporis in nobis, est mutatio: *vel sic*, Cum anima intellectiua inducatur simul cum *esse* corporis in nobis, ad animam propriè non est mutatio, sed tantum ad *esse* corporis organici: & illius mutationis subiectum est materia, quæ fuit sub forma sanguinis. 3. Dist.32. Quæst.3. *Ad tertium principale*. E.17.

Corpus organicum, quod est aliquid corporis animati, est terminus mutationis propriè dictæ, cuius scilicet primò terminus est forma inducta per ipsam. *ibidem*.

Corporis nostri in formatione præcedit motus localis de loco ipsius corporis corrumpendi, ad locum conuenientem generationi ipsius corporis organici ex eo; hunc motum localem sequitur figuratio illius corporis, quæ figuratio non est sine motu locali: tertiò sequitur condensatio istius corporis corrumpendi, quæ est quædam alteratio præcedens generationem corporis densioris ex isto corpore rariori; & ista alteratio non est sine loci mutatione, non quidem, qua acquiritur nouus locus, sed qua occupatur minor: in vltimo instanti istius alterationis inducitur forma, qua corpus est completè organicum, siue illa, secundum aliquos, sit anima intellectiua, siue, secundum alios, sit forma alia præcedens illam; & hoc secundum istos secundus, siue ipsa sit vna totius corporis organici, & partium heterogenearum, siue sit alia totius ab illis, quæ sunt propriæ, & substantiales partium heterogenearum; siue tertio modo nulla sit alia forma totius corporis organici à formis particularibus substantialibus partium heterogenearum; & secundum hoc tertium membrum corpus esse completè organicum esset omnes formas partiales esse completè inductas: & licet secundum membrum, & tertium istorum posset poni non omnes partiales simul induci, sed vnam prius, ad quam sufficeret alteratio breuior, & aliam posterius, ad quam requiritur alteratio prolixior; tamen secundum omnia tria membra aliquid est in vltimo instanti, quod non præfuit, & sine quo non est corpus completè organizatum. 3. Dist.4. Quæst. *Vnica*. §. *Potest dici*. ℣. *Ad quod*. B. 7.

Corpus organicum si præcederet duratione animationem: primum *esse* hominis esset *esse* corporis organici, accipiendo primum *esse* totius pro *esse* primæ partis alicuius in illo toto. 3. D.21. Q.1. §. *Cui ista opinio*. ℣. *Esse autem*. B.9.

Corpus organicum si fuisset ab æterno inanimatum, & in tempore animaretur, totus homo diceretur creatura, licet non accepisset totum *esse* post non *esse* (quia *esse* alterius partis est æternum) sed primum *esse* totale. *ibidem*.

Corpore organico existente dispositò per actionem Agentis naturalis, posuit Philosophus, quòd Deus necessariò creat animam in corpore, animando ipsum, sicut aere existente summè calido, & summè disposito ad formam ignis, sequitur necessariò quod ignis ignitat aerem, corrumpendo formam aeris: Et hoc habuit dicere Philosophus, quia ipse posuit Deum naturaliter agere, ex necessitate naturæ, omne, quod agit; Sed sicut Philosophus errauit in illo principio ponendo Deum causare omnia extra se ex necessitate naturæ: sic Theologi negantes ipsum in illo principio debent consequenter negare illum in quolibet, quod sequitur ex principio illo, scilicet, quod Agens naturale possit simpliciter necessitare materiam ad animationem passiuam; Sed qualibet dispositio inducta in materiam ab Agente naturali est in potentia contradictionis ad animationem, & formam respectu Dei, quia Deus voluntariè, & contingenter causat quicquid extra se causat. 3.D.16.Q.2.§.*Ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo nulla*. G.13.

Corpus altera pars compositi,

Corpus,quod est altera pars compositi manens quidem in *esse* suo proprio sine anima, haber per consequens formam, qua est corpus isto modo,& non habet animam: & ita illa forma est necessariò alia ab anima, sed non est aliquod indiuiduum sub genere corporis, nisi tantum per reductionem,vt pars, sicut nec anima separata est per se inferius ad substantiam,sed tantum per reductionem. 4.D.11.Q.3.S. *Ad rationes.* ¶. *Ad quartam.* Hh. 54.

Corpus, quod est altera pars compositi, dicitur denominatiuè animatum, propriè tamen, siue per se secundo modo, siue per accidens, quia illud non est totum includens formam *Quodl* Q.3.§.*Respondeo ad primum*. ¶. *Respondeo aliqua*. O. 14.

Corpus quo ad animam,

Corpus,acceptum pro primo perfectibili ipsius animæ, non est contradictio esse sine anima,& sine accidentibus. 4.D. 10.Q.4.S. *Hic duo.* ¶. *Sed dubium*. A.3.

Corpus acceptum pro primo perfectibili &c. non continet Sanguinem,quia non est animatus, & per consequens nec aliqua pars primi animati, *ibidem*.

Corpus acceptum &c.differt essentialiter ab anima,& ab aliis, vt Sanguine, & huiusmodi.*ibidem*.

Corpus mortuum,

Corpus mortuum efficitur grauius, non quia plus de quantitate,aut materia apponatur, sed quia spiritus vitales corrumpuntur,& humores grossi inducuntur.4.D.49.Q.14.§. *Respondeo ergo.* ¶.*Ex parte*. H.11.

Corpus viuum à quocunque,& qualitercunque corrumpatur, dum tamen statim non resoluatur in elementa,semper producitur cadauer idem,& eiusdem rationis; patet ad sensum:sed idem non potest esse terminus proprius actionis huius, & illius agentis, ergo non est nouum productum per actionem corruptiuam ipsius animati, sed est derelictum.4.D.11.Q.3.§. *Aliy concedentes*. ¶. *Item manifestius*. R.38.

Corpus nullum animabile habet simpliciter *esse* perfectum, & quietum, recedente anima, imò statim est in continua tendentia ad resolutionem sui in elementa,*ibidem.* §. *Ad rationes.*¶.*Respondeo,aliqua*. Hh. 55.

Corpus humanum,

Corpus humanum componitur ex multis partibus organicis, & heterogeneis, quæ distinctio partium requiritur propter multitudinem operationum,quarum anima est principium propter sui perfectionem: & partes illæ heterogeneæ componuntur ex partibus homogeneis. 4. D.44.Q.1.S. *Circa istam quæstionem*.n.3.

Corpus humanum magis est fluxibile secundum partes materiales,quam corpus alicuius animati, vel inanimati inferioris, quod non est,nisi ex dominio alicuius qualitatis, quod exigit animal.4.D.49.Q.13.§.*Respondeo*. ¶.*Sed quia illa*. B. 5.

Corpus humanum, cum sit mixtum non est capax qualitatis cælestia. *ibidem*.

Corporia humani omnes partes si ex falsa suppositione essent æquè dispositæ ad recipiendum motum, siue vitam, anima æquè daret esse vitale cuilibet parti, & hoc æquè immediatè;sed quia non sunt æquè dispositæ,non potest causare vitam in parte remotiori, nisi prius causet in parte propinquiori:sic etiam de mouere organicè, & non organicè. 4.D.49. Q.14.S. *Respondeo hic sunt*. ¶. *Assumptum*. C.7.

Corpus quantum,

Corpore à quanto possibile est Deum separare positionem, quæ ponitur prædicamentum, à quibusdam, qua scilicet partes corporis quanti locati coextenduntur partibus loci: hanc,inquam,habitudinem, seu positionem possibile est Deum separare à quanto,manente etiam positione,quæ est differentia quantitatis,quæ scilicet dicit ordinem partium in toto:& hoc non solùm per negationem termini, sicut Deus posset facere aliquod corpus quantum extra vniuersum, & tunc non haberet istam positionem commensurationem,seu coextensiuam in ordine ad locum, quia non haberet aliquod continens, cuius partibus partes contenti commensurarentur;sed etiam,posito termino, eui scilicet præsenti posset fieri commensuratio, seu coextensio alterius corporis, possibile est Deum conseruare quantum, & coexistentiam eius ad aliud quantum,& tamen sine ista coextensione partium vnius ad partes alterius,quam dicit positio ista,de qua loquimur.4.D.10.Q.1.§. *Dico ergo*. N. 14.

Corpus quantum se haber contingenter ad quamcunque positionem partium in loco:patet, quia possum mouere corpus meum à quacunque positione ad aliam, ergo corpus habens positionem partium in toto, non simpliciter se habet necessariò ad positionem istam, quæ est prædicamentum;nec ista coexistentia quanti ad quantum est simpliciter necessaria ratio positionis secundæ; quia contingit intelligere coexistentiam alicuius ipsi toti,absque hoc,quod intelligatur coexistentia,vel coextensio partium partibus: hæc enim coexistentia est alia ab illa, etiam quando se concomitantur;nec ista in ratione sua formali includit illam; ergo absolutè corpus quantum habens primam positionem potest esse sine omni positione extrinseca, & intelligi quantum coexistentiam habere ad aliud quantum sine ista positionem.*ibidem*.¶.*Et si instes*.N.O.15.

Corpus vbicunque est quantum: *vel sic*, Vbicunque corpus est quantum,habet ibi illud, quod est formale principium essendi quantum.4.D.10.Q.4. *Ad quintum principale*. ¶. *Contra, vbicunque*. N.15.

Corpus idem si haberet duas superficies, secundum vnam posset esse album, secundum aliam nigrum: & non esset contrarietas,vel contradictio,quia non inesset, secundum idem. 4.D.10. Q.4.S. *Hic duo*. ¶. *Hic etiam posset*. K. 11.

Corpus quo ad similitudinem.

Corpus habens albedinem si secundum eam est simile multis,multas habet similitudines, quia similitudo numeratur, termino numerato; sed tamen ipsum non est multa similia, sed vnum simile, sicut habens multas scientias vnum sciens;quia concretum non numeratur ad solam numerationem formæ, sed oportet quod cum hoc sit numeratio suppositi habentis formam.*Quodl*.Q.11 S.*De tertio*. ¶. *Respondeo*. H.11.

Corpus cæleste.

Corpus aliquod cæleste licet poneretur in se necessarium, non tamen in se est summè simplex, quin posset recipere in se aliquam realitatem non necessariam, aliam à se. 1. D.30. Q.2.§. *Ad secundam quæstionem*.¶. *Ad quartum*. O.16.

Corpora cælestia sunt simul cum inferioribus,in quæ agunt, secundum medium.2. D.14.Q.3. *Ad primum principale*. I.7.

Corporibus in cælestibus, quòd dicit Phil. 1. Cæl. & Mun. Tex. 92. tantum in vna specie est vnum singulare, siue vnum indiuiduum, vt in Sole, Luna &c. Respondeo, sua ratio fuit, quòd tale corpus singulare fuit ex tota materia illius speciei, & hic non tantum actuali, sed etiam potentiali, secundum eum, quia secundum eum, nulla erat potentia possibilis, manente specie tali; nihil enim potuit produci nouum in immobilibus, seu in sempiternis, secundum quod talia sunt, scilicet immobilia, & sempiterna: & quia non concordant cum eo Theologi in hac propositione, omne corpus sempiternum est ex tota materia illius speciei actuali, & potentiali; ideo non est concordandum cum eo in conclusione. 2.D.3.Q.7. *Ad vltimum principale*. ¶.*Respondeo*. I. 11.

Corporis cælestis formam substantialem probabile est consequi aliquam formam actiuam, sicut formas substantiales generabilium, & corruptibilium consequuntur qualitates actiuæ; non est autem alia qualitas consequens formam substantialem corporis cælestis, quam lux. 2. D.13.Q. *Vnica*. S. *Hic tria*. ¶. *De primo*. A. 2.

Corpus Cæleste.

Corporis vnius cælestis est tantum vnus motus proprius. 2. Dist. 14. Qu. 2. §. *Ad videndum*. ℣. *Vlterius etiam*. A. 3.

Corpus naturaliter incorruptibile tam secundum partes, quam secundum totum, quale ponitur esse Cælum, est naturaliter indiuisibile: & ita non potest esse motus alicuius in Cælo non moto per aliquod Agens naturale. *ibidem*. *Ad tertium principale*. A. 7.

Corpora cælestia non solum causant motum in istis elementis sibi propinquis, sed in remotioribus, vt in aqua. 2. D. 14. Q. 3. §. *Dico ad quæstionem*. ℣. *Præterea corpora*. A. 3.

Corpus cæleste non est receptiuum qualitatis elementaris, vel cuiuscunque corporis corruptibilis, sicut neeè conuerso. *Quodl*. Q. 15. *Ad argumentum principale*. ℣. *Non est igitur*. A 2, 24.

Corpora cælestia non semper generant de verè mixtis, sed de mixtis per iuxtapositionem; & tale mixtum potest habere qualitatem, quæ est via ad formam perfectiorem. 2. Dist. 18. Quæst. *Vnica*. §. *Dico igitur*. ℣. *Qualiter ergo*. K. 11.

Corpus cæleste licet sit simpliciter impossibile conuerti in elementare isto modo, quo impossibile est spiritui conuerti in ignem, quia respectu cuiuscunque Agentis creati vtrumque est impossibile: respectu tamen Agentis increati sicut vnum est possibile, ita & aliud; tamen istud dicitur possibile, & aliud impossibile, quia hic est aliqua ratio impossibilitatis, quæ non est ibi. 4. D. 11. Quæst. 2. *Ad tertium in oppositum*. ℣. *Ideo dico*. E. 8.

Corpus quo ad conuerti in aliud.

Corpus quodcunque creatum nulla virtus creata potest conuertere in quodcunque. 4. D. 11. Q. 2. *Ad tertium in oppositum*. ℣. *Sed hoc*. E. 8.

Corpus omne habet quamdam non repugnantiam, vt conuertatur in corpus, puta, quia habet materiam, quantitatem, & similes rationes concurrentes ad conuertibilitatem: Omnis spiritus habet oppositas rationes istis, ergo licet sit impossibile simpliciter corpus cæleste conuerti in elementare isto modo, quo impossibile est spiritui conuerti in ignem, quia respectu Agentis cuiuscunque creati vtrumque est impossibile; respectu tamen Agentis increati sicut vnum est possibile, ita & aliud: tamen istud dicitur possibile, & aliud impossibile, quia hic est aliqua ratio impossibilitatis, quæ non est ibi. *ibidem*. ℣. *Ideo dico*.

Corpus omne in omne corpus posse mutari non defuerunt qui assererent; corpus autem aliquod conuerti in animam, fierique naturam incorpoream, nec quemquam sensisse scio, nec fides habet, Aug. 7. super Genes. c. 4. Intentio Augustini ibi est probare quod anima, in prima productione, non sit producta de aliquo corpore, sicut ipse procedit: & primò per viam diuisionis de singulis corporibus, & tandem summatim de omni corpore per illud, quod allegatum est, *corpus conuerti in animam &c.* productio autem primaria non habet opus miraculosum, sed talis est, qualis competit rebus productis; non vult ergo negare, quin Deus posset conuertere corpus in animam, sed vult dicere, quòd hoc in prima rerum productione non sit factum, vel non potuit fieri secundum modum illius productionis, quia illa non erat miraculosa, sed correspondens naturis rerum productarum. *Quodl*. Qu. 10. §. *De primo*. ℣. *Ad primum*. B. 5.

Corpus conuerti in animam est impossibile, non solum propter illas rationes, propter quas ignis, verbi gratia, non potest conuerti in Cælum, putà quia non habent ista corpora principia transmutandi se inuicem, cuiusmodi sunt qualitates actiuæ, & passiuæ, formaliter, vel virtualiter oppositæ; quia etiam non habent subiectum receptiuum transmutationis ad inuicem: non propter istas, inquam, rationes solas est impossibile corpus conuerti in animam, sed propter aliam rationem repugnat, quæ scilicet est, quod vnum est extensum, aliud non: & sic non conueniunt in aliquo, quod est natum manere commune in transmutatione vnius corporis in aliud, quia corporale non transmutatur in aliud, nisi per alterationem, quæ recipitur in corporali, & modo extenso, & ita nec productum producitur nisi vt extensum, & habens modum extensum. *ibidem*. ℣. *Respondeo si aliquid*. B. 6.

Corporis præseruatio.

Corporis sui dissolutionem qui non præseruat cum possit, peccat. 3. Dist. 16. Qu. 2. *In secundo argumento in oppositum*. n. 2.

Corpus quo ad corruptibilitatem.

Corpora, quæ non nutriuntur, nec fluit aliquid ex illis, vt aurum, & huiusmodi inanimata, dico, quòd dubium est, vtrum habeant corruptionem intrinsecam, quæ vocatur marcedo: sed de omnibus viuis manifestum est quòd habent corruptionem intrinsecam, quia nutriuntur, propter restaurationem deperditi; sed huius causa non est quia habent in se contraria elementa in actu, quia extrema, vt sunt in medio, non agunt ad corruptionem; non enim rubor, in quo dicuntur extrema manere, corrumpit se magis, quam albedo, vel aliud extremum. 2. Dist. 15. Qu. *Vnica*. *Ad quartum principale*. G. 9.

Corpus, secundum aliquos, in statu innocentiæ fuisset immortale, ratione negationis in hoc, *quod est immortale*, æquipollet huic, *corpus in statu innocentiæ non potuit mori*: hæc tamen distinguitur, quia ly *non* potest determinare, vel addi ad hoc verbum *potuit* in habitudine ad illud infinitiuum *mori*, & sic est falsa: secundo modo potest præcisè determinare, vel addi ad illud infinitiuum *mori*, dicendo sic, homo in statu innocentiæ potuit non *mori*: & sic est vera. ex quo enim modò habet potentiam moriendi, cum per peccatum non sit facta mutatio in natura, ad hoc, quòd dicta propositio sit vera, negatio non debet addi ad *posse*, vel ad potentiam, quam semper habuit, sed ad terminum illius potentiæ, qui potuit non esse. 2. D. 19. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. n. 2.

Corpora, in statu innocentiæ, poterant corrumpi; illa tamen potentia non fuisset reducta ad actum, quia fuisset præuenta per translationem ad gloriam *ibidem*. *Ad secundum principale*. F. 7.

Corpus mixtum non propter periodum corrumpitur, vel habet certum terminum durationis. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ista rationes*. ℣. *Vltimum argumentum*. n. 4.

Corpus omne alterabile, & corruptibile per approximationem actiui dominantis potest corrumpi. *ibidem*. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Nec fuit*. F. 11.

Corporis mixti de quiditate potest aliqua passio demonstrari: passio autem corporis mixti, compositio ex elementis, est corruptibilitas, igitur potest ostendi corpus esse corruptibile, non solùm quod hoc corpus est corruptibile, quia demonstratio est vniuersalium, sicut scientia ex 7. Meta. Tex. 13. & 1. Poster. Tex. 43. igitur hoc erit per medium commune, & vniuersale: hoc autem non est dare, nisi materiam in resolutione tanquam medium primum, & immediatum, quia quamuis mixtum corrumpatur, quia est ex contrariis; non tamen esset mutua actio, nisi quia aliquid in potentia est, quod possit aliam formam recipere. 3. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Rationes, quas*. B. 9.

Corpus simplex & si agat in simplex, ratione contrarietatis; prima tamen radix corruptibilitatis est materia cum priuatione, quæ est in potentia, vt transmutatur in aliam formam, vt aer ad aquam, & è conuerso, ita quod medium immediatum, ad quod stat resolutio, vt corruptibilitas demonstretur de corpore aliquo, est materia. *ibidem*.

Corpus est corruptibile; si materia non includeretur in quiditate corporis, hæc conclusio non plus sciretur de aliquo composito, vel quiditate composita, quam de Angelo, quod falsum est. *ibidem*.

Corpus mixtum in sua vniuersali, siue generali ratione, & quiditate includit materiam; licet enim nunquam corrumpatur actu, nisi in hoc corpore, tamen de hoc corpore non demonstratur passio primò, sed de corpore in communi; nam scientia naturalis est vera scientia, & vniuersalium. *ibidem*.

Corpus hominis cum sit per se corruptibile, post iudicium

Corpus quo ad corruptibilitatem.

ignis præsens poterit habere in illo actionem realem, & intentionalem, quia non repugnant, & est ibi tam susceptiuum, quam causa actiua vtriusque. 4. D.44.Q.3.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad propositum*. A.2.

Corpus mixtum, & maximè humanum perfectius quoddam est naturale quocunque elementorum; & ideo, quod naturale est illi corpori, hoc est simpliciter magis naturale, quam quod esset naturale cuicunque elemento secundum se; magis ergo naturale est, quod conseruetur corpus hominis (etiamsi non negaretur elementa esse realiter in mixto) & elementa violenter in eo, quam quod violenter dissoluatur corpus hominis; & vnumquodque elementum sua naturalitate tendat in suum proprium locum. 4.D.49.Qu. 13. *Ad tertium principale*. I.13.

Corpus agens in spiritum.

Corpus non potest esse totalis causa alicuius actionis in spiritum, quod concedo; & hoc probat Aug. 12. super Genes. quia nullum corpus est præstantius spiritu: potest tamen esse causa partialis, quia pauços potest excedere in nobilitate causam partialem agentem. 2.D.9.Q.2. *Ad tertium principale*. ℣. *Ad illud Aug*. S.34.

Corpus vt assumitur ab Angelo.

Corpus Angelum assumere non est informare corpus, nec etiam hypostaticè sibi vnire, sed tantum esse intrinsecus motor corporis: nam tunc assumit, idest ad se sumit, quia ad operationes proprias ibi explendas vtitur illo, sicut instrumento: nec dicitur ista assumptio fieri, quando corpus assumptum mouetur motu progressiuo, quia talis motus non congruit fini, propter quem assumpsit tale corpus. 2. D.8.Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Nam tunc*. n.2.

Corpora mixta iam à natura generata potest assumere Angelus, sicut est cadauer mortui, vel lapis, vel aliquid tale: & quando assumit aliquod corpus, quod non videtur prius causatum, vel formatum à causis naturalibus, sed quasi formari tunc, & subitò, completa operatione, disparere, sicut fuit de Raphaele, & Samuele; tunc videtur probabile quod illud sit corpus mixtum, propter accidentia, quæ apparent in corpore, sed non mixtum plena mixtione. *ibidem*. ℣. *Secundo dico*. A.3.

Corpus elementare non est susceptiuum illorum accidentium, in quibus Angelus apparet. *ibidem*.

Corpus mixtum plena mixtione non videtur illud, quod assumitur ab Angelo subitò, & completa operatione disparet, quia non posset ita subito formari; quia non esset natum generari, nisi secundum determinatum processum naturæ, qualis non est ibi. *ibidem*.

Corpus quod quasi subitò formatur, & resoluitur ab Angelo illud assumente, est mixtum imperfecta mixtione, qualis potest induci ab Agentibus naturalibus quasi subito, facta approximatione elementorum, ita quod magis tale corpus assimilatur impressioni, quæ est imperfectè mixta: & signum huius est, quia quando disparet tale corpus non remanet aliquid talis corporis, in quod naturaliter esset resolubile tale corpus assumptum, si perfectè fuisset mixtum: corpus enim humanum, si esset perfectè mixtum, non esset natum redire, nisi ad cadauer: sed tale imperfectè mixtum resoluitur statim in elementa, sicut ex eis potuit statim generari, propter eorum imperfectam mixtionem. *ibidem*. B.3.

Corpus aliquod non est ita imperfectum in vniuerso, quin habeat in virtute sua actiua aliquod *vbi*, vt patet de graui respectu centri, ergo multò magis habet hoc Angelus respectu corporis. *ibidem*. ℣. *De tertio dico*. C.4.

Corpus à se assumptum potest mouere Angelus de loco ad locum, quod non improportionabiliter excedit ipsius virtutem motiuam, & hoc potentia sua motiua, non quidem organicè, sed motiua superiori. *ibidem*. *Ad tertium principale*. I.6. in fine.

Corpus Christi vt assumitur à verbo D.

Corpus natum est in se subsistere, & non præcisè ex hoc, quod anima informans ipsum subsistit in se, ergo non suppletur illud in corpore Christi, nisi ipsum immediatè assumatur; est enim corpus capax talis assumptionis, sicut & subsistentiæ in se. 3 D.2.Q.2.§. *Contra primum*. ℣. *Præterea tertio*. n.4.

Corpus si mediante anima assumptum fuisset à Verbo, tunc in morte Christi fuisset noua assumptio, quia tunc corpus fuit immediatè vnitum Verbo, & non per animam. *ibidem* ℣. *Præterea tunc*.

Corpus animatum si in aliquo tempore est in se subsistens, est persona: falsum est autem quod natura humana assumpta à verbo fuerit aliquando in se persona, & non in verbo, quando scilicet fuit caro animata, quia tunc B. Virgo non fuisset vera mater Dei; Non enim genuisset Deum, sed istum hominem purum, cuius natura fuisset post vnita Deo contra Damasc. lib. 3. c.58 vbi contra Nestorium determinat, quod B. Virgo fuit vera mater Dei, & non alicuius puri hominis tantum, quia terminata fuisset tota ratio maternitatis Mariæ in productione illius naturæ. 3. D.2.Q. 3.§. *Quantum ad primum*. A.3.

Corpus Christi, vt reliqui referunt ex Damasc. lib.3. c.3. *fuit vnitum verbo indissolubiliter*: Hic non loquitur Damasc. de vnione corporis ad suppositum, sed de vnione duarum naturarum in supposito, quod expressè patet per verba sua, dicit enim sic in translatione linconen. *inuertibiliter*, *& inalterabiliter vnitæ sibi inuicem naturæ, neque natura diuina exeunte à propria simplicitate, neque vtique humana vertente in diuinitatis naturam*: illa igitur aduerbia *inalterabiliter*, *& inuertibiliter*, non referuntur ad corpus, & suppositum, sed ad istas duas naturas, quia vult, quod neutra versa sit in aliam, sed manserunt distinctæ in supposito: si enim referantur ad indepositionem naturæ à supposito, ita quod nunquam dimiserit, quod assumpsit, & hoc per antiquum miraculum, tunc antiquo miraculo semper conseruasset vnionem partium naturæ humanæ, scilicet animæ cum corpore: & si vnquam fuerunt separatæ, sicut fuerunt, tunc oportet dicere, quod nouo miraculo fuit mortuus; Ex quo enim antiquo miraculo, si non superuenisset aliud, semper fuissent partes inter se vnitæ, sicut fuerunt in verbo, sequitur ex quo fuerunt separatæ, quod hoc fuit nouo miraculo. 3.D.21.Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Præterea, diuinitas*. C.4.

Corpus Christi quo ad generari.

Corpus Christi erat generatum ex purissimis Sanguinibus Beatæ Virginis, secundum Damascenum lib.3. cap.2. 3.D. 2.Q.3. *In primo principali*. n.1.

Corpus Christi in partu.

Corpus Christi quòd simul fuerit cum alio corpore, scilicet Virginis in eius partu, ibi fuit miraculum, & fortè nouum miraculum aliud ab illo, quo Virgo concepit sine actione causæ naturalis superioris: sed de partu satis communiter conceditur tanquam non difficile, quòd ibi mater operabatur quicquid aliæ matres, sicut & in fouendo, & conseruando, & nutriendo fœtum in vtero: & tamen ibi posset fieri difficultas specialis, quòd nulla esset vis actiua in matre potens mouere corpus prolis localiter ad exeundum, & maximè ad essendum simul cum suo corpore, quia nulla virtus creata potest mouere localiter corpus ad aliquod *vbi*, nisi expellat aliud corpus, saltem loquendo de corpore non glorioso. 3.D. 4.Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ℣. *Si obijcias*. & ℣. *Et tamen*. H.55.

Corpus Christi quo ad complexionem.

Corpus Christi fuit optimè complexionatum, sicut anima illius corporis erat perfectissima. 3.D.15.Q. *Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. H.18.

Corpus Christi quo ad mortalitatem, & passibilitatem.

Corpus Christi habet modo eamdem potentiam materiæ, quam prius; & simili modo priuatam, quia non habuit alium actum modo, quam ante: & ideo sient anima ante non abstulit priuationem, communicando se per essentiam corpori, sic nec post, quia non communicauit se materiæ post resurrectionem, nisi sicut ante; ergo si ideo, vt aliqui volunt, Christus ante passionem habuit necessitatem moriendi, quia in eo fuit potentia materiæ, sicut in alijs hominibus, & fuit priuata alijs formis, & materia prima est necessaria causa corruptionis, hæc eadem ratio concludit de corpore eius modo, vel de corpore post iudicium, quod habeat necessitatem moriendi, sicut ante. 3. D. 16. Q. 2. §. *Rationes istæ*. ℣. *Prima non*. n. 4.

Corpus Christi in Cœlo est mixtum; & est ibi contrarietas, quam ante; & elementa nata sunt esse in regionibus proprijs, cum sint extra, & magis extra, quàm prius in corpore Christi: & in corpore secundum se, non vt accipitur secundum organa sensuum, maxime dominatur terra, & illa in cœlo existens est maximè extra locum suum; ideo maximè faceret corruptionem, appetendo locum proprium; ergo si corpus Christi, ex hoc, quod in ipso ante passionem erat contrarietas qualitatum, & elementa in ipso appetebant propria loca, habuit necessitatem moriendi, etiam nunc eam haberet. *ibidem*. ℣. *Præterea secunda, & tertia*.

Corpus Christi in quarto instanti necessariò fuit corruptibile, quia in tertio instanti fuit non redundantia gloriæ in ipsum (in primo quippe fuit vnitum Verbo cum anima, & in secundo fuit anima illa gloriosa) nec fuit (in quarto scilicet illo instanti, & deinceps vsque ad mortem) in potestate animæ à passione præseruari. *ibidem*. §. *Ad secundam quæstionem*. & ℣. *Nec fuit*. F. 11.

Corpus Christi fuit alterabile, & corruptibile à primo instanti vnionis vsque ad mortem; igitur per actiuum approximatum potuit in corpus induci indispositio, vel qualitas incompossibilis animationi passiuæ illius corporis, & ita potuit per mortem priuari vita, quia anima non perficit, nisi corpus dispositum, & proportionatum ei. *ibidem*.

Corpus Christi (comparando Verbum ad naturam gloriosam assumptam in tertio instanti sine redundantia gloriæ animæ in corpus) necesse fuit esse mortale, licet hoc fuerit nouum, & specialiter miraculum, quod gloria animæ non redundauerit in corpus: facto tamen miraculo isto, corpus illud habuit necessitatem moriendi, quia nec gloria redundauit in ipsum, nec corpus habuit iustitiam originalem, præseruantem à corruptione. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Dico ergo*. A. B. 5.

Corpus Christi: per Aug. de Baptismo paruulorum cap. 2. facto illo miraculo de non redundantia gloriæ animæ in corpus, habuit necessitatem moriendi. *ibidem*.

Corpus Christi sibi dimissum, per priuationem redundantiæ gloriæ, fuit animale, & ideo non sub pleno dominio animæ ad prohibendum passionem in corpore: ideo fuit in corpore eius corruptio, & restauratio per sumptionem alimenti: Sed non potuit fieri restauratio ita perfecta, quòd corpus semper maneret, nisi anima perfectum dominium habuisset supra corpus. *ibidem*. ℣. *Sed vnde*.

Corpus mortuum est propter peccatum Rom. 10. corpus quidem propter peccatum mortuum est demeritoriè: Et ex hoc sequitur quod cum in Christo nullum fuerit demeritum, quòd in primo instanti, in quo assumpsit naturam innocentem, non fuit causa demeritoria mortis in eo: & sic procedit illud Gen. 2. *in quacunque die comederis, morte morieris*, quod postquam comederunt, habuerunt primi parentes necessitatem moriendi ex demerito: sed alia causa fuit in Christo, scilicet debilitas virtutis, & impuritas alimenti extrinseci, quæ fuissent causa sufficiens suæ mortis naturalis. *ibidem*. *Ad primum principale primæ quæstionis*. D. 9

Corpus Christi quo ad putrefactionem.

Corpus Christi in morte fuisset putrefactum quantum est ex parte causarum inferiorum naturalium (hoc intellige si non accelerata fuisset resurrectio) si non fuissent prohibitæ, quia habuit causam intrinsecam resolutionis, scilicet calorem, & humorem: & extrinsecam, sicut alia corpora, scilicet frigus, & alia; quarum causalitatem prohibuit Deus, & prohibuisset, etiamsi corpus illud non fuisset viuificatum vsque ad generalem resurrectionem: Et quia illud dicendum est simpliciter futurum, quod futurum est secundum causas superiores, vincentes causalitatem inferiorum causarum, quantum in eis esset; ideo simpliciter dicendum est quòd illud corpus nunquam fuisset putrefactum: & secundum illam viam tenendum est, & verè, quòd illa etiam sunt simpliciter possibilia, quæ sunt possibilia secundum causam superiorem, non autem secundum inferiorem, nisi secundum quid. 3. D. 21. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. A. 2.

Corpus Christi quod non fuisset putrefactum vsque ad generalem resurrectionem, si vsque tunc non fuisset viuificatum, hoc fuit nouo miraculo, non antiquo, quo scilicet illud corpus fuit vnitum primò Verbo diuino indissolubiliter; quia naturaliter, actiuo approximato naturaliter passiuo, non impeditis per causam supernaturalem impedientem, actiuum naturaliter agit in passiuum, & passiuum naturaliter patitur: & si impediatur eius actio per causam supernaturalem, hoc erit per miraculum nouum; sicut patet de igne trium puerorum: in Daniel. 3. sed corpus Christi in morte fuit naturaliter passibile, & resolubile, quia non fuit gloriosum, constat: nec illa vnguenta, scilicet, myrrha, & aloes prohibuissent semper resolutionem, quin aliquando alteratio fuisset inchoata, & terminata, licet non ita citò, si non fuisset corpus illud vnctum, & habuisset sibi approximatum actiuum naturale intrinsecum, & extrinsecum, non impeditum per aliam causam naturalem; igitur si corpus illud non fuisset aliquando resolutum, hoc fuisset nouo miraculo. *ibidem*. ℣. *Contra, probo*. B. 3.

Corpus Christi nouo miraculo fuit præseruatum à putrefactione, ita quòd alia volitione, secundum rationem, voluit corpus vniri verbo, & alia corpus præseruari à resolutione, impediendo actiones causarum naturalium: & non ponitur aliud pro miraculo, nisi alia volitio secundum aliam, & aliam rationem respectu diuersorum obiectorum: & secundum illam viam plus valet ratio Beati Petri, quia probauit corpus eius non esse putrefactum, quia ita citò accelerauit resurrectionem. *ibidem*. §. *Tunc dico*. D. 5.

Christi corporis putrefactio nullo modo nobis fuisset proficua, quia non meritoria: & ideo Deus voluit inchoare motum mortis corporis Christi per separationem animæ, quia consonabat effectui redemptionis; non autem voluit illum terminare per putrefactionem corporis. *ibidem*. *Ad primum principale*. E. 6.

Christi corporis putrefactio nihil nobis valuisset, nec fuit decens, imo fuisset causa erroris, & incredulitatis resurrectionis eius. *ibidem*. *Ad secundo principale*.

Corpus Christi quo ad sanguinem.

Corpus Christi potest accipi strictè, prout includit partes animatas animæ Christi, cuiusmodi non est sanguis, licet sit in potentia propinqua vt conuertatur in carnem animatam: Et sic corpus est aliud essentialiter à sanguine, & in se etiam potest esse aliud signum in Sacramento Eucharistiæ, & per consequens potest esse huius proprium signum, sicut est & propria diffinitio. 4. D. 8. Qu. 1. §. *Hic tria*. ℣. *De vnitate*. B. 4.

Corpus Christi potest accipi sic, vt omnia illa includat, quæ pertinent ad totum corpus organicum, siuè sint partes animatæ, siuè sint alia non formaliter animata, vt humores, & spiritus: & hoc modo sanguis est aliquid corporis. *ibidem*.

Corpus Christi, accipiendo strictè, licet ipsum, & sanguis sint primò diuersa signata, tamen constituunt vnum signatum totale, quod est corpus acceptum, vt includit animata, & alia non animata, pertinentia ad corpus organicum, & ita signum proprium corporis, primo modò, & signum proprium sanguinis possunt esse vnum signum vnitate integritatis, non autem indiuisibilitatis. *ibidem*.

Corpus Christi in Eucharistia,

Corpus Christi, potentia infinita fit præsens in altari. 2, D.2. Q.12. *Ad secundum principale*. E.5.

Corpus Christi esse sub specie panis, & vini in Sacramento Eucharistiæ verè, & realiter, est simpliciter de substantia fidei eo modo, quo veritas alicuius sacramenti pertinet ad articulos fidei; ista enim veritas à principio fuit expresse tradita, ex quo Eucharistia fuit instituta: fundamentum autem auctoritatis est Math. 26., & Lucæ 22. vbi in cœna ait Christus, *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*. 4. Dist. 10. Quæst. 1. ∫. *Hic duo*. ℣. *De primo*. A. 3. & D. 11. Quæst. 3. §. *Hic duo*. ℣. *De primo*. A.3.

Corporis Christi veritatem in Eucharistia, nec Christus Ioann. 6. videns aliquos abijsse propter prædicationem suam de Eucharistia, cum postea exposuit se dicens, *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam, verba, quæ locutus sum vobis spiritus, & vita sunt*, nec Aug. de consec. Dist. 2. *Prima hæresis*, aiens, *non hoc corpus quod videtur, manducaturi estis, nec sanguinem effundendum: sacramentum aliquod vobis commendaui, spiritualiter intellectum viuificabit vos:* veritatem, inquam, corporis Christi, nec Christus per ista verba, nec Aug. exponens vult negare; sed quod non est in Sacramento Corpus Christi sic carnaliter, sicut ipsi intellexerunt qui abierunt retro scilicet visibiliter in forma propria, sed per oppositum ad istum modum intelligendi est ibi spiritualiter, & intellectualiter: & hoc est quod dicit Augustinus, & Magister adducit, & est de Consec. Dist. 2. *Ipsum quidem, & nō ipsum corpus, quod videbatur, manducatur, ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter*. Isto etiam modo de Eucharistia diffusè pertractatur à Paulo 1. Corin. 11. Sancti omnes postea Catholici, exponentes ista loca scripturarum, verba huius scripturæ dicunt esse intelligenda de reali præsentia corporis Christi, non figuratiuè; vnde est simpliciter hæresia hodie sentire quod non sit ibi realiter verum corpus Christi. *ibidem*. ℣. *Dico, quod*. A.4.

Corpus suum Deus potest facere præsens cum pane, manente substantia panis: Et tunc non erit per aliquam mutationem, quæ sit ad substantiam, vt per se terminum: Et tamen per istam acquiretur præsentia eiusdem rationis cum illa, quæ nunc habetur: ergo oportet quòd per mutationem eiusdem rationis; ergo per aliam fieret, quàm per mutationem substantialem. *ibidem*. ∫. *Contra, suppono*. ℣. *Secundo sic*. B.7. & D. 11. Quæst. 3. §. *Hic duo*. ℣. *Aliud autem*. C. 10.

Corpus Christi, quod possibile sit incipere esse in altari, sine sui mutatione locali, vt declaretur, non videtur necessarium fugiendum esse ad conuersionem panis in corpus Christi (præcipuè cum a principio, ex quo res huius sacramenti fuit credita, fuit semper creditum) quòd Christi corpus non mutatur de loco suo in Cœlo, vt sit hic: Et tamen non fuit in principio ita manifestè creditum de ista conuersione. *ibidem*. *In priori loco*. ∫. *Quantum ergo*. E.9.

Corpus Christi non est inconueniens esse de nouo præsens alicui, non habenti nouam formam absolutam, nec nouum respectum respectu eius: vel si habet huiusmodi nouum respectum, pari ratione & corpus Christi habebit nouum respectum eius; quia si species sunt de nouo præsentes corpori Christi, & corpus est de nouo præsens eis; & si enim continentia non sit relatio realis, mutua tamen præsentia est relatio mutua: non erit ergo inconueniens dare in corpore Christi talem mutationem ad respectum extrinsecus aduenientem, *ibidem*. ℣. *Sic ergo*. l. 11.

Corporis Christi partes non esse extra se inuicem in hostia consecrata, sed in se inuicem per mutuam subintrationem non est probabile, quia hoc tollit à corpore Christi positionem in toto, & communem figuram, quæ necessaria forte est ad corpus animatum; si enim non distat caput à pede, sed totum subintrat totum, vsque ad minimam partem naturalem, iam non habebit ordinem partium in toto necessarium ad corpus animatum, nec figuram, *ibidem*, §. *De secundo*. ℣. *Sed contra*. L, 13.

Corpus Christi sacratum Deus potest facere, secundum omnes, & facit de facto, sacramentaliter, idest, non sub modo suo naturali, simul in diuersis locis; ergo potest idem facere in eisdem sub modo naturali, scilicet localiter, & dimensiuè. 4 D.10. Q.2. §. *Alius sic arguit*. ℣. *Arguo ergo aliter*. E 9.

Corpus suum qui negant Deum posse facere in pluribus locis aliter, quàm per conuersionem sub sacramento, fortè negarent etiam hoc, nisi quia fides docet hoc: de modo autem isto essendi, idest, non quantitatiuè, vel dimensiuè, vel localiter non video, si potest fieri idem in pluribus, locis non sub modo naturali, quin etiam possit fieri modo naturali, cum in primo sint duo miracula, in secundo tantum vnum: in primo quidem sunt duo miracula, vnum scilicet in causando præsentiam corporis hic, & aliud in separando ipsum à modo suo naturali: sic ergo potest modo naturali, sicut sub sacramento. 4. D. 10. Q. 3. §. *Conclusio*. ℣. *Et forte*. A. 4.

Corpus Christi est formaliter præsens in hostia consecrata, & species, cum non sit formaliter in corpore Christi, non est ratio corpori Christi essendi formaliter aliquale; & hoc loquendo generaliter de aliquali pro quocunque, quod formaliter inest corpori Christi: Ergo per aliquid aliud, quam per conuersionem, vel speciem conuersi est formaliter præsens in sacramento, sicut dicit Hugo, qui totum tribuit potentiæ Dei. 4.D.10.Q.2. ∫. *Alius sic arguit*. ℣. *Contra; species*. E.10.

Corpus Christi esse simul cum substantia panis non est maior repugnantia, quàm cum quantitate eius; quia non magis substantia repugnat substantiæ, quam substantia quantitati, quo ad talem simultatem; sed, corpore Christi existente in Cœlo, potest Deus facere idem corpus simul cum quantitate panis, secundum omnes; ergo potest facere idem simul cum substantia panis quanta, & per consequens sine conuersionem. 4. D.10. Q.3. §. *Conclusio*. ℣. *Item non*. A.3.

Corpus Christi, secundum illud Aug., & ponitur de consecrat. dist. 2. *Prima hæresis; sursum est, & in vno loco esse oportet*: Augustinus sic intelligit, *oportet*, idest, opportunum est, idest, congruum est illud corpus gloriosum habitare in illo regno, præparato gloriosis: *sed non oportet*, idest, non simpliciter est necessarium: potest enim aliquando etiam localiter non esse ibi, mouendo se de illo loco; & multò fortius potest esse alibi, & sacramentaliter, & localiter, per diuinam actionem, absolutè absque, deperditione illius *vbi* in Cœlo, sicut modo tenemus illud corpus præsens esse in Eucharistia localiter. *ibidem*. *Ad primum principale*. B. 5.

Corpus Christi modo duplici existit: in cœlo suo modo naturali, & in Eucharistia modo sacramentali: primum patet per illud Augustini De consecratione. dist. 2. *Prima hæresis. Donec*, inquit, *finiatur sæculum sursum est Dominus*: secundum patet per ea, quæ dicta sunt quæstione prima huius distinctionis. 4. D. 10. Qu. 4. §. *Hic duo*. n. 3.

Corpus Christi, vt est in Eucharistia, non continet animam, nec accidentia, tanquam partes: hoc est possibile, accipiendo corpus pro primo perfectibili ipsius animæ; quia non est contradictio corpus illud esse sine anima, & sine accidentibus: hoc etiam congruum est; quia species istæ repræsentant alimentum; ergo substantiam, & non accidentia: hoc etiam factum est; quoniam si in triduo Eucharistia consecrata fuisset, fuisset ibi vera res Eucharistiæ, & tamen non fuisset ibi anima. *ibidem*. ℣. *Sed dubium*. A. 3.

Corpus Christi, acceptum pro primo perfectibili ipsius animæ, non continet sanguinem; quia sanguis non est animatus, & per consequens nec aliqua pars primi animati. *ibidem*.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, quod non contineat animam, accidentia, aut sanguinem, tanquam partes, hoc possibile est ex parte sacramenti; quia alterius essentialiter potest esse aliud signum; corpus autem, sumptum pro primo perfectibili ab anima, differt essentialiter ab anima, & ab alijs, vt sanguine, & huiusmodi; ergo potest habere aliud signum ad placitum: & hoc probatur à minori, quia potest habere non idem signum naturale; sunt enim duo conceptus istorum realiter distincti, qui conceptus sunt signa rerum naturaliter: primò Perihermen. cap. 1. sanguis autem est essentialiter aliud a corpore, vt est primum perfectibile ab anima; ergo eius potest

esse

esse non idem signum, quod est sanguis. *ibidem.*

Corpus Christi si sub modo sibi naturali habet partes, & proprietates, non est simpliciter necessitas quod habeat easdem sub modo Sacramentali: hoc breuiter apparet, quia post resurrectionem non erit Eucharistia, nec etiam corpus Christi habebit sub isto modo proprietates, seu passiones; & tamen tunc corpus sub modo essendi naturali habebit illas. *ibidem.* ℣. *De primo.* C.4.

Corpus Christi si habet partes, & proprietates sub modo Sacramentali, non est simpliciter necessitas quòd propter hoc eas habeat sub existentia naturali: probatur, quia quando existentia est indifferens ad duos modos, sicut potest simpliciter haberi sub vno modo, sic & sub alio: sed existentia corporis Christi simpliciter, seu realis, est indifferens ad istos duos modos, scilicet naturalem, & Sacramentalem; ergo potest haberi sub isto modo, licet non sub illo. *ibidem. Conclusio secunda.*

Corporis Christi existentia, sub modo naturali, non est de essentia existentiæ sub modo Sacramentali, nec est eius causa; ergo ista non dependet ab illa, quia nihil dependet ab aliquo, quod non est de essentia eius, nec causa eius. *ibidem.* ℣. *Contra, & est.*

Corpus Christi post incarnationem posset desinere esse sub modo naturali, & tamen Eucharistia verè manere, & quantum ad veritatem signi, & quantum ad veritatem signati, & contenti; hoc patet, quia si ad corpus Christi realiter contineri in Eucharistia non necessariò sequitur corpus illud habere existentiam modo naturali; ergo primum potuit fieri sine secundo, sine præcedendo, siue remanendo post destructionem illius secundi. *ibidem.* ℣. *Secundum est.* E.6. & Q.6. §. *Ad intellectum.* ℣. *Respondeo, quod.* F.7.

Corpus Christi, *fine* Ad corpus Christi realiter contineri in Eucharistia si non necessariò sequitur corpus illud habere existentiam modo naturali, ergo primum potuit fieri sine secundo. *ibidem in priori loco.* E.7.

Corpus Christi potest simpliciter habere existentiam realem sub modo existentiæ Sacramentali: vbicunque autem res temporalis potest habere veram existentiam realem, ibi, postquam non fuerit, potest incipere esse simpliciter; ergo corpus Christi, postquam non fuit, hic potest simpliciter esse; ergo non oportet ad hoc, vt sub hoc modo incipiat esse, quòd sub alio modo incipiat etiam esse. *ibidem.* ℣. *De præcessione.*

Corpus Christi si æquè habet existentiam realem sub modo Sacramentali, sicut sub modo naturali, & illa non dependet ab alio modo existendi, sequitur quòd potest habere simpliciter inceptionem sub isto modo Sacramentali, absque hoc, quòd habet inceptionem sub illo. *ibidem.* ℣. *Hæc responsio.*

Corpus Christi, siue quodcunque habens *esse* simpliciter, si incipit sub alio modo, manens, non incipit, nisi secundum *quid*: & simpliciter manens si definit alicubi sub alio modo, non definit, nisi secundum *quid. ibidem.* ℣. *Respondeo, quòd neutra.* F.8.

Corpus illud idem Christi possibile esset fuisse formatum de sanguinibus virginis, & hoc sub modo essendi naturali, non obstante, quòd Eucharistia præcessisset vera: sed illa formatio tunc non fuisset inceptio corporis, nisi secundum *quid*: & tota ratio est, quia quando sic incipit, præhabet esse simpliciter. *ibidem.* ℣. *Ad rationem de incarnatione.*

Corporis Christi desitio sub modo naturali non esset desitio, nisi secundum *quid*, si maneret idem corpus, habens existentiam realem sub modo Sacramentali. *ibidem.* ℣. *Similiter dico.*

Corpus Christi non posset sub modo naturali fieri inanimatum, quin fieret sub Sacramento inanimatum, & è conuerso; nec etiam resolui in materiam, separata forma corporeitatis hic, quin ibi fieret tale sub modo Sacramentali, nec è conuerso: Sed si loquamur de corruptione partium totali, idest desitione totius existentis sub isto modo, & sub isto modo, bene posset desinere esse, vt hic, non desinendo esse ibi, & è conuerso; quia totum posset desinere habere vnum modum suæ existentiæ, retinendo sibi alium modum, sub quorum modorum vtroque verè tota illa existentia saluaretur. *ibidem.* ℣. *Respondeo, nulla.* G. ante 9.

Corpus Christi æquè verè habet esse suum reale sub modo existendi in alio, sicut in se: & ita ista propositio: Si corpus Christi non haberet in se existentiam sub modo naturali, non posset habere eam sub Sacramento, est falsa, si *in se* intelligatur interimendo, vel præscindendo omnem modum essendi in aliquo: Si autem intelligatur *in se* non præscindendo, sed ponendo propriam existentiam huius realem, concedo illam propositionem, *illud, quod nihil est in se, nihil est in altera:* & tunc dico, quod si corpus est tantum in Eucharistia, non sequitur quod non sit hoc modo in se, quia ita verum *esse* habet isto modo in se in Eucharistia, vbi est sub signo, sicut in Cœlo, vbi est non sub signo. *ibidem.* ℣. *Dico, si in se.* L.9.

Corpori Christi existenti sub modo naturali, & Sacramentali necesse est, necessitate secundum *quid*, supposita scilicet existentia subiecti consequentis, easdem proprietates, & partes inesse sub isto modo essendi, & illo: probatio; quia nullum absolutum definit esse in aliquo, aduenientè sibi præcisè nouo respectu extrinseco; proprietates, & partes in corpore suo verè absoluta, sed præsentia ista in Eucharistia est tantum respectus extrinsecus aduenìens. *ibidem.* ℣. *De secundo membro.* K. 10.

Corpus Christi, cum absolutum naturaliter prius insit cui inest, quàm respectus fundatus in illo absoluto, & maximè extrinsecus, & contingenter aduemens, in illo priori, antequam intelligatur habere respectum nouum in Eucharistia, habebat quantitatem, & qualitatem, & omnia absoluta, quæ sunt in eo: alioquin enim sequeretur contradictoria simpliciter esse vera de eodem; nam ista affirmatio, & negatio non possent dici inesse secundum diuersa, putà secundum hoc, & illud; vel præsentiam hanc, & illam, quia sicut affirmatio ista non est *in esse* secundum *vbi*, ita nec negatio è conuerso. *ibidem.* ℣. *Hic etiam posset.* K.10.

Corpus Christi si hic non habet absoluta, & ibi habet, hoc est idem, & simul, & secundum idem: duæ primæ conditiones patent: probatio tertiæ: nihil aliud est hic, & ibi, nisi vbi, & vbi: Sed nec affirmatio absoluta, nec negatio inest secundum *vbi*; quod patet, quia posito quòd corpus posset bene localiter moueri hic, & ibi, non pro tantò, quia ista insunt secundum *vbi* aliud, & aliud: tunc est fallacia consequentis. *ibidem.*

Corpus Christi, quod est primum signatum speciei panis, si teneatur quod non continet per se sanguinem tanquam aliquid eius: tunc facilè diceretur quod tantummodo est sanguis concomitanter sub specie panis: & tunc non est ibi bis, ex vi Sacramenti: nec tamen frustra est concomitanter sub specie panis, cum sit sub specie vini ex vi Sacramenti, quia hoc est ad saluandum veritatem rei contentæ, quæ vbicunq; ponatur, semper habet eadem absoluta; nec sequitur quòd accepit esse hic, postquam fuit hic, loquendo eodem modo essendi; præfuit enim hic concomitanter, & incipit hic esse ex vi consecrationis. *ibidem.* §. *Ad argumenta. Ad secundum principale.* L.13.

Corpus Christi, vt corpus est primum signatum speciei panis, si teneatur quòd sanguis est per se pars: tunc oportet dicere quòd bis est hic sanguis, ex vi Sacramenti, sed adhuc non eodem modo, quia sub specie vini est per se, & primò, quia primum signatum eius: sub specie vero panis est per se, sed non primò, imo aliquid primi signati: nec tamen est frustra, quia per se est sub specie panis, vt saluetur veritas rei contentæ primò: nec incipit esse postquam est, eodem modo essendi, sed incipit esse primò, postquam non fuit primò, licet per se habuerit ibi esse. *ibidem.* ℣. *Si autem.*

Corpus Christi licet absolutè posset poni sine alijs, puta sine anima, & sine alijs, tamen posita existentia corporis alibi, cum illis proprietatibus, & partibus, non potest hic esse sine illis, propter contradictionem de affirmatione, & negatione absoluti sub duobus respectibus. *ibidem.* ℣. *Ad tertium principale.* M.13.

Corporis Christi existentia posita hic, & ibi (idest, in altari, & in Cœlo (posset dici quod non est necesse quod illa, quæ insunt corpori sub vna existentia, insint sibi sub alia, loquendo etiam de formis absolutis; Nec tamen sequitur

contradictio, scilicet, quòd sit quantum, & non quantum, imo est quantum hic, sed non quantitate, quæ sit hic, sed quantitate, quæ est in Cœlo, *ibidem*. ℣. *Ex ista*. M.14

Corpus Christi animatum, vel substantia quanta potest esse sine duabus præsentijs, scilicet præsentia huius partis speciei Eucharistiæ, & præsentia illius partis: & illæ duæ præsentiæ contingenter coniunguntur, quia neutra est per se causa alterius; ergo & substantia quanta, vel corpus animatum potest esse cum vna præsentia sine alia: & tunc nihil aliud esset, nisi quòd quantitas informaret suum perfectibile; sed non haberet duplicem præsentiam, sicut habet suum perfectibile, & ita suum perfectibile est quantum vtrobique, sed non quantitate præsente vtrobique. *ibidem*. *Ad quintum principale*. ℣. *Ex hoc*. N.15.

Corpus Christi si in cruce fuit infrigidatum, apparet, quòd frigus etiam fiebat in corpore Christi, vt in pixide? concomitanter, sed non primò: & ad illud fieri non requirebatur approximatio Agentis ad passum ibi; ergo à simili qualitas operationis vitalis, cum sit in se absoluta, licet in fieri requirat præsentiam obiecti ad potentiam, hoc non erit, nisi vbi primò insit; Potest ergo concomitanter in fieri sine tali respectu. 4. D.10. Q.5. §. *Respondeo*. ℣. *Contra, etiam aliæ*. B.3.

Corpore in Christi, *siue* In corpore Christi, vt in Eucharistia, organum sensus non est sub modo illo, qui requiritur ad hoc, quòd immutetur ab obiecto, quia oportet quòd tale habeat modum quantitatiuum, & sic sit localiter in loco, ad hoc vt patiatur à corporeo obiecto: similiter ei, vt in Eucharistia, non est obiectum approximatum, ita enim est hic præsens cuicunque corpori, vt Agenti, ac si non esset præsens, quia sic hic est, ac si nunquam esset, quantum ad rationem patiendi à corpore; esse enim corpus Agens requirit passum approximatum sibi localiter; sed solum species est hic isto modo: nec illud est magis præsens hic alicui corpori in ratione passi, quàm si Angelus esset hic; ergo nulla sensatio potest sibi inesse primò, vt in Eucharistia existit. *ibidem*. ℣. *Secunda conclusio*. D.5.

Corpus Christi potest intelligi moueri motu strictè, vel magis extensè sumpto; primò, vel concomitanter: Et ex parte Agentis sic, vel sic moueri tali, vel tali modo potest intelligi, vel virtute creata, vel immediatè à Deo. 4. D.10. Q.6. §. *Ad intellectum*. ℣. *Distinguo secundo*. & ℣. *Tertio*. A.2.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, non potest moueri primò, motu, vel mutatione propriè dicta, à virtute creata, *ibidem*. ℣. *Secundum hoc*. B.2.

Corpus Christi, potest primò moueri, motu propriè dicto, immediatè à Deo. *ibidem*.

Corpus Christi potest moueri, & mouetur primò, motu extensiuè sumpto. *ibidem*.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, motu propriè, aut extensiuè sumpto non mouetur, nisi immediatè à Deo. *ibidem*.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, potest concomitanter moueri, & mouetur omni motu ad formam absolutam, quò mouetur primò, vt in Cœlo, & ab eodem Agente, à quo ibi mouetur. *ibidem*.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, non mouetur concomitanter motu locali, quo mouetur primò, vt in Cœlo, nec aliquo motu simili motui locali. *ibidem*.

Corpus Christi est in Eucharistia, non vt in loco, & per consequens nulli approximatum secundùm locum; imo tantùm illa species, sub qua est, approximatur cuicunque Agenti, illa approximatione, quæ potest haberi ad illud *vbi*, *ibidem*. ℣. *Prima conclusio*. C.3.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, habet dispositionem omnem necessariam, ad recipiendum calorem, quam habet, vt in Cœlo; ergo sibi, vt hic, non repugnat recipere calorem, esto, per possibile, vel impossibile, quod nusquam alibi esset, & per consequens cum virtus diuina omnem formam possit imprimere passo, cuius passum est receptiuum, sequitur quod Deus potest corpus suum, vt hic, transmutare primò ad calorem. *ibidem*. ℣. *Secunda conclusio*.

Corpus Christi vbicunque est hostia, ibi verè est: *vel sic*, Vbicunque est hostia consecrata ibi verè est corpus Christi; ergo propter præsentiam vniformem corporis ad hostiam, quæ hostia habet aliam, & aliam præsentiam localem primò ad aliud, & aliud continens, sequitur quod corpus Christi habeat aliam, & aliam præsentiam ad aliud, & aliud continens: hæc autem alia, & alia præsentia non est hic sine mutatione sic extensiuè sumpta: & isto modo inest primò corpori, vt hic, quia nullo modo corpus Christi, vt in Cœlo, habet istam præsentiam, imo neutram. *ibidem*. *Tertia conclusio*.

Corpus Christi esse præsens speciei non est simpliciter necessarium, sed tantum ex ordinatione diuina, de qua certificauit Ecclesiam: posset ergo Deus, de potentia absoluta, facere corpus suum non esse præsens speciei isto modo, manente specie, & facere ipsum præsens aeri circumstanti hostiam, & etiam successiuè nunc vni parti aeris, nunc alteri; & sic transferre corpus de loco hostiæ vsque ad quamcunque partem vniuersi, & semper sub eodem modo existendi non localiter cum alio corpore, & replente locum, *ibidem*. ℣. *Et si quæras*. D.3.

Corpus Christi cum sit præsens speciei consecratæ tantum per actum voluntatis diuinæ, si facio speciem habere nouum *vbi*, per illam motionem non est ibi corpus (per meam motionem) quia nullo modo subest præsentialitas illius corporis, neque noua, neque antiqua voluntati meæ, nec etiam per accidens; quia non est forma, nec pars illius, quod subest meæ motioni. *ibidem*. ℣. *Sed vt contra*. E.5.

Corpus Christi si est calidum in existentia naturali, concomitanter est calidum in Sacramento, secundum quod omnes concedunt. *ibidem*. ℣. *Primo quidem*. F.7.

Corpore à Christi, *siue* A corpore Christi in existentia naturali si pars quantitatiuè recederet, vel adueniret, consimiliter adueniret, vel recederet in Eucharistia, quia easdem partes habet corpus sub vno modo essendi, quas sub alio: consimiliter de nutritione, quia nutritio est aggeneratio partis toti nutriendo; non autem potest esse aliqua pars aggenerata hic, quæ non est ibi: eodem modo de corruptione, quæ opponitur nutritioni, si aliqua pars deperit corpori in existentia naturali, ipsa non manet pars eiusdem in Sacramento, nec è conuerso: non tamen dico quod si corpus corrumperetur in existentia naturali, quòd propter hoc corrumperetur in Eucharistia. *ibidem*. F 7.

Corpus Christi si corrumperetur corruptione propriè dicta, quæ est separatio formæ à materia, manente postea sub priuatione formæ, in existentia naturali, non maneret sic in Eucharistia materia sine forma. *ibidem*. ℣. *Vbi sciendum*. G.8.

Corpus compositum ex materia, & forma (siue includat sanguinem, siue non, non curo) est primum signatum Eucharistiæ; ergo non manente aliquo toto sub ratione primi signati, nihil eius remanet, tanquam signatum eius per se: sed separata forma corporis à materia in existentia naturali, non manet illud primum signatum eius per se sub Eucharistia, quia simul materia haberet formam, & non haberet; ergo sub illo signo nihil omnino manet istius signati, neque materia sine forma omnino, quia non continetur hic nisi quia pars totius; neque materia sub alia forma, quia tunc simul haberet, & non haberet illam aliam formam. *ibidem*.

Corporis Christi desitio sub existentia naturali potest esse tota, & totalis, quasi esset annihilatio; & verè esset annihilatio, si corpus alicubi non esset, tamen maneret totum idem hic sub alio modo existendi; Sed si sit ibi corruptio illa partialis destructio, idest, separatio partis à parte manente, & illa non potest esse ibi, non existente simul separatione vbicunque; nec separatio illa potest stare hic cum hoc, quòd aliquid corporis sit in Sacramento, quia nihil corporis est in Sacramento, nisi vt est pars totius; pars autem materialis separata à parte formali non est pars totius; ergo non sequitur, si potest desinere esse hic, non desinendo esse ibi; ergo potest corrumpi ibi, & corrumpi hic, quia primum nullam includit contradictionem; non enim ponit nisi vnum respectum manere in absoluto, alio non manente; secundum autem ponit contradictionem, scilicet eamdem formam absolutam informare idem, & non informare, posita sola

varia-

variatione respectum. *ibidem*. ✠. *Respondeo, quod illa* H.9.

Corpus Christi vulneratum in cruce, si accipiatur vulnus pro ipsa formali diuisione continui partium, ita diuisum fuisset in pyxide: si autem accipiatur pro ipsa, vt insita à corpore, vt ibi subintrante, & diuidente partes corporis, verum est quòd illa diuisio non in fiebat corpori primò, vt in pyxide: ista etiam diuisio partium corporis in pyxide fuisset, comparando partes ad totum, cuius sunt partes: non autem comparando ad locum, vel continens, quia partes diuisæ non habuissent *vbi*, & *vbi* distantia, sicut habuerunt partes diuisæ in cruce: & ratio huius est, quia partes in cruce habuerunt extensionem corporalem, correspondentem extensioni continentis; non sic autem partes in Eucharistia, imo partes ibi diuisæ, & discontinuæ, vt in toto, non habuissent partes distinctas continentis sibi correspondentes. *ibidem. Ad primum principale*. I.11.

Corpus Christi si alicubi modo naturali existens nutriretur, etiam in Eucharistia nutriretur, ita quod nutritio fuisset corporis existentis, vtrobique, accipiendo nutritionem pro aggeneratione partis substantiæ ipsi toti nutrito; sed non sequitur ex hoc mutatio corporalis primò corporis, vt hic, quia non esset per nutrimentum approximatum, vt hic; sed tantum esset hic concomitanter, propter conuersionem nutrimenti alibi approximati, & propter identitatem substantiæ hic, & ibi, quam oportet vbique habere easdem partes. *ibidem. Ad secundum principale*. K.12.

Corpus si non nutritur hic, nisi concomitanter, quia alibi primò; & nutritio est necessaria ad conseruationem vitæ mortalis; ergo non potest corpus hic continuari in vita, nisi quia continuatur alibi. *ibidem*. ✠. *Hic intelligendum*. K.13.

Corpus, quod non nutritur hic, nisi per concomitantiam (sicut corpus Christi in Eucharistia) si nusquam alibi esset modo naturali, vel moreretur (si scilicet non esset gloriosum) deficiente nutrimento iam conuerso; vel perpetuò maneret in vita mortali sine susceptione nutrimenti; si ergo nusquam esset localiter, sed tantum Sacramentaliter, semper maneret ibi sub eodem modo essendi, quo inceperat ibi; non enim magis posset mori, vt ibi, quàm nutriri; ergo possibile esset corpus sub aliquo modo essendi viuere vita mortali, & tamen immortaliter etiam sine nutritione, & respiratione, & alijs, quæ ad vitam mortalem communiter requiruntur. *ibidem*. ✠. *Et ex hoc*. L.13.

Corpus Christi in Eucharistia absolutè potest moueri primò motu corporali propriè dicto, sed non à quocunque, sed à Deo immediatè; Ideo autem non ab alio Agente, concomitanter etiam; quia Agens creatum ad hoc, vt transmutet corpus, requirit ipsum localiter approximatum; Deus autem potest in corpus quantumcunque non localiter existens, quia potentia eius respicit passum absolutè, secundum quòd ipsum est susceptiuum termini; non autem respicit ipsum præcisè secundum illas conditiones accidentales approximationis, & distantiæ localis, quæ sunt necessariæ, respectu Agentis cuiuslibet naturalis. *ibidem*. *Ad quartum principale*. K.12.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, non potest pati physicè; ergo nec agere, 4. D.10. Q.7. *In primo ad oppositum*. n.1.

Corpus Christi, in Eucharistia nutritur, si nutritur in existentia naturali, sed non sequitur, ergo vt hic agit; quia nutritio non est, nisi aggeneratio partis ipsius substantiæ nutritæ, & ista aggeneratio potest esse per actionem virtutis nutritiuæ, siue vt hic, siue vt ibi. *ibidem*. *Ad secundum principale*. G.6.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, non respirat aerem, nec inspirat; tunc enim oporteret ponere aerem aliquem, vt hic, simul cum corpore Christi sub hostia; sed tamen corpus Christi, vt hic, habet pulmonem refrigeratum, sicut alibi in existentia naturali, quia frigus causatum per aerem ibi attractum, causatur hic concomitanter, licet non primò. *ibidem*. *Ad tertium principale*. H.6.

Corpus agens in aliud requirit determinatam approximationem secundum locum ad aliud corpus: corpus Christi non est in Sacramento localiter, imo quantum ad omnem habitudinem ad aliud corpus, est hic, ac si non esset hic, quia non replet hic locum. *ibidem*. *In secundo ad oppositum*. n.1.

Corpus Christi, secundum aliquos, non potest cognosci naturaliter ab intellectu viatoris (in Eucharistia) quia est obiectum fidei: potest tamen bene cognosci à Beato, & hoc actu beatifico, quia eorum, quæ ænigmaticè cognoscuntur in via, succedit in beatitudine clara visio. 4.D.10. Q.8. §. *Hic dicitur*. n.4.

Corporis existentia in Eucharistia potuit nobis infieri (forte quo ad notitiam) ex alia existentia, vtpoté alicuius continentis in continente, seu signati in signo, vel tecti in tegente. *ibidem*. §. *Respondeo*. ✠. *Respondeo, docet*. B.6.

Corporis Christi substantiæ præsentiam, *siue sic*, præsentiam substantiæ corporis Christi, in Eucharistia, intellectus abstractus à sensibus potest cognoscere. *ibidem*. ✠. *Contra hoc*. F.8.

Corpus Christi, vt in Eucharistia existens, intellectus noster, pro statu isto viæ, non potest naturaliter videre: hoc probatur, quia intellectus, qui non intelligit, nisi ex sensibilibus, eodem modo intelligit, sensibilibus eodem modo sibi præsentibus, noster autem intellectus pro nunc est huiusmodi; sensibilia autem sunt sibi in eodem modo præsentia, antequam sit ibi corpus Christi, & postea; ergo &c. sed ante non videt intuitiuè; ergo nec post videt intuitiuè. *ibidem*. §. *Respondeo*. ✠. *Et sic prima*. C.6.

Corporis Christi existentiam in Eucharistia naturaliter potest videre omnis intellectus non alligatus sensibilibus in intelligendo, siue Angelicus, siue animæ separatæ, siue hominis beati. *ibidem*. ✠. *Secunda conclusio*. D.7.

Corpus Christi in se est obiectum proportionatum intellectui abstracto, scilicet, non alligato sensibilibus in intelligendo, vt intuenti, ergo modus accidentalis ipsius corporis (qualem scilicet habet in Eucharistia) non impedit, quin sit obiectum inuisibile eidem intellectui. *ibidem*. ✠. *Contra hoc*. F.8.

Corpus Christi in Eucharistia nullo modo videt intellectus beatus, actu beatifico. *ibidem*. ✠. *Tertia conclusio*. H.10.

Corpus Christi esse in Eucharistia non est obiectum beatificum, nec inclusum in obiecto beatifico; patet, quia æquè essentialiter pertinet ad obiectum beatificum includere in ratione obiecti vnam rem, vel veritatem vnius sacramenti, sicut alterius; sicut æquè pertinet ad veritatem fidei credere veritatem vnius articuli, sicut alterius. *ibidem*.

Corporis Christi existentiam in genere proprio quod Beatus videat in Eucharistia multò minus requiritur ad beatitudinem, quam quod videat eam in Verbo; quia multò minus ad beatitudinem requiritur talis perfectio visionis, quàm visionis in Verbo. *ibidem*. ✠. *Addo iuxta hoc*.

Corpus Christi in Eucharistia non est præsens speciei alicui, nisi minimo sensibili, quia nulli indiuisibili est præsens ibi: minimum autem sensibile potest percipi à sensu perfectissimo, secundum Arist. in fine de sensu, & sensato in dubitatione vltima; ergo istud poterit percipi à visu perfectissimo, non obstante suo modo existendi hic. 4.D.10.Q.9.§. *Hic dicitur*. ✠. *Ponitur alia*. n.3.

Corpus in Eucharistia est quantum coloratum, & figuratum, non sic autem substantia separata. *ibidem*.

Corpus Christi, vt in Eucharistia, licet non contingat (sensum) excludendo respectum extrinsecus aduenientem ad corpus aliud, non sequitur quin possit alterare, quod est immutare ad formam absolutam sensationis. *ibidem*. ✠. *Argumentum primum*. A.3.

Corporis Christi visionem Deus, de potentia absoluta, posset causare in oculo glorioso, vel non glorioso, licet istud corpus nusquam esset, nisi in Eucharistia; ergo, sine contradictione, potest fieri sine respectu præsentialitatis ad obiectum, vel quocunque tali respectu. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. B.5.

Corpo-

Corporis Christi, vt in Eucharistia, nulla visio, etiam causata à Deo, potest esse primò: *vel sic*, Nulla visio, etiam sic causata, potest esse corporis, vt hic primò, quia hæc includeret corpus, vt hic, vel esse causam primò visionis, vel esse proprium, & primum terminum visionis: sed corpus, vt hic, neque potest causare primò, neque terminare primò, quia tam causatio, quàm terminatio talis requirit in obiecto primò causante, vel terminante, dispositionem debitam, & hoc secundum locum, vtpotè approximationem, & distantiam debitam: sed corpus illud, vt hic, non potest approximari organo, vel distare debitè, quia non est in loco, vt hic: nec miraculum ad hoc iuuat, quia corpus, vt hic, absolutè non est visibile, nec vt causatiuum visionis, nec vt terminatiuum; miraculum autem non est ad illud, quod includit contradictionem. *ibidem*. ℣. *Secundo dico*. B. 5.

Corpus Christi si videretur ab oculo corporeo in Eucharistia, videretur sub pyramide, cuius basis est in re visa, & conus in oculo: sed non est ibi dare basim pyramidis, quia illa esset simul cum base pyramidis, sub qua videtur hostia, nam vbique est corpus cum hostia: & tunc corpus Christi, & hostia simul viderentur sub æquali angulo correspondenti; sed quæ videntur sub eodem angulo videntur æqualia, ergo corpus Christi videretur æquale speciei: sequeretur etiam quod corpus Christi videretur vt rotundum, quia basis, sub qua videtur species, est rotunda. *ibidem*. *In argumento in oppositum*. n. 1.

Corpus Christi benè fuisset Deo possibile instituisse quòd verè esset præsens, substantia panis manente; vel cum accidentibus, pane annihilato: & tunc fuisset ibi veritas Eucharistiæ, quia & signum verum, & signatum verum: sed hic non est modo tota veritas Eucharistiæ, non enim sic instituit, vt dicunt auctoritates, quæ ad hoc adducuntur. 4. D. 11. Q. 3. *Ad primum pro prima, & secunda opinione*. F 14.

Corpus Christi, considerando in quantùm nunc est immortale, & impassibile, licet non posset, per naturam, conuerti in panem: hoc tamen non est quia careat materia receptiua formæ panis, sed quia materia eius inseparabiliter continetur à forma sua, scilicet anima impassibili. *ibidem*. §. *De secundo articulo principali*. ℣. *De primo*. H. 10.

Corporis *esse*, quod succedat ipsi *esse* panis, quia corpus manet secundum suum *esse* simpliciter, pane desinente esse: hoc non est succedere, sicut terminum termino, quia sic sol potest diei succedere cuicunque corrupto hic inferius, quia manet in suo esse, illo desinente esse. *ibidem*. §. *Quantum ergo ad istum articulum dico*. ℣. *Si dicas*, & ℣. *Contra*. O. 24.

Corpus, quod vnus Doctor ponit primum terminum conuersionis panis in Eucharistia, scilicet materiam sub modo quantitatiuo, aut est corpus mathematicum, vel naturale (non enim distinxit Philop. corpus in plura) si mathematicum; ergo includit actu quantitatem; ergo habetur, quòd vitas: si naturale; vel ergo est per formam substantialem naturalem, vel per qualitatem: si primo modo, habetur propositum, quia illa forma non est anima intellectiua: si secundo modo, & qualitas naturalis præsupponit quantitatem, adhuc habetur propositum, quia primus terminus conuersionis includet materiam cum quantitate, & qualitate, & erit non tantum ens per accidens, sed dupliciter ens per accidens. *ibidem*. §. *Alius tenens*. ℣. *Præterea, aut illud*. Q. 30.

Corporis in consecratione cum dicitur, *Hoc est corpus meum*, non ponitur aliquid distrahens à veritate carnis, & ossia huiusmodi, sed potius includit omnes partes eius, quod est primò animabile: Sed si diceretur, *Hæc est caro, vel os*, videretur fictio ponere terminum conuersionis esse tantum materiam sub modo quantitatis, ergo multò magis in proposito, accipiendo corpus, vt est quoddam includens omnia ista, sicut hic accipitur. *ibidem*. ℣. *Præterea cum dicitur*. Q. 31.

Corpore in Christi *siue* In corpore Christi, tenendo quod non est alia forma substantialis, quam anima intellectiua, nullus modus dicendi saluat sufficienter veritatem Eucharistiæ: sed nec saluat sufficienter vnitatem rei contentæ in Eucharistia, scilicet vnitatem corporis Christi, quia sicut in existentia naturali, ita & in Eucharistia erat idem corpus, & mortuum, & viuum, quod probatur per multas auctoritates. *ibidem*.

Corpus idem, inquit Ambrosius, loquens de Eucharistia, quomodo efficitur corpus Christi, & ponitur. De consecr. Dist. 2. cap. omnia quæcunque; *quod ex Virgine sumptum est, quod passum est, & sepultum est, quod resurrexit, & in Cælum ascendit*: Item dicit Leo Papa in sermone de Ascensione Domini, *non dubia fide, sed certissima scientia tenemus eam naturam in Patris consessuram throno, quæ iacuerat in sepulchro*: Idem habetur ab Aug. in sermone de Ascensione, quæ incipit, Omnia charissimi; Item de fide ad Petrum cap. 17. *Idem homo in vtero matris, & pependit cruce, & iacuit in sepulchro, & resurrexit*: Hoc etiam vult Damascen. lib. 3. cap. 30. *Nullam*, inquit, *partium natus à deposuit*: Item Greg. super illod Ioann. 20. Maria stabat &c. *Quod moriendo in sepulchro posuit, surgendo super Angelos leuauit*: Hoc etiam habetur ab August. ad Filicianum, & habetur lib. 3. Dist. 21. *Illam carnem in sepulchro non deseruit, quam in vtero firmauit. ibidem*. Q. 31. 32.

Corpus Christi per se includit materiam, & ad minus formam vnam mixti, priorem intellectiua; & per istam formam est in actu partiali, & proximum receptiuum animæ intellectiuæ, licet non sit per illam in genere corporu, vt corpus est genus, nisi per reductionem: & in illud compositum (quod tamen per se est pars hominis) fit conuersio panis, quia totius in totum, & partium in partes; & per consequens hæc forma est formalis terminus conuersionis, siue forma termini conuersionis. *ibidem*. §. *Ad rationes*. ℣. *Quantum ergo*. K K. 57.

Corpus Christi nullo alio modo se habet in se post conuersionem, quam ante, ergo nec aliquid alio modo habet esse in ipso. 4. D. 11. Q. 4. §. *Hic dicitur*. ℣. *Secundo*. A. 3.

Corpus Christi non includit *non esse* panis; patet, quia disparatio illa corporis ad panem fuit, manente vtroque extremo: non includit ergo illam negationem *esse* panis, nisi vt hic: sed ille terminus, *vt hic*, non pertinet ad genus substantiæ; ergo negatio illa non per se terminat desitionem, vt saluatur in corpore, vt hic. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Item quando*. F. 11.

Corpus Christi, in transubstantiatione, sicut habet nouam præsentiam, non deperdendo antiquam; & mutationem acquisitiuam sine deperditiua, ita etiam (& in hoc patet satis pulchra correspondentia) panis deperditiuam sine acquisitiua, quia desinit esse hic, & non acquirit aliam præsentiam alibi; quia ergo non deperditur, sicut nec acquiritur, per hanc conuersionem, vt est translatiua, nisi tantum *esse hic, & non esse hic*, sequitur quod per hanc conuersionem, vt hæc est, non deperditur esse substantiale, & per consequens non annihilatur. *ibidem*. ℣. *Potest ergo teneri*. K. 15.

Corpus Christi de pasta, quæ probabiliter non differt à pane, non potest confici, quia noluit Christus in Sacramentis suis istam subtilem disputationem de differentia specifica imponere nobis: sed quòd panem triticeum vsualem haberemus communiter pro materia consecrationis, vt sic, secundum Damasc. lib. 4. cap. 5. vel 6. illud, quo communiter consueuit esse nutrimentum corporale, ipsum, vel simile esset nobis Sacramentum institutum spirituale. 4. D. 11. Q. 6. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Quod ad secundum*. A. 3.

Corporis Christi à susceptione Sacramentali, post copulam coniugalem, necessariò abstinendum, non videtur tutè colligi ex Apostolo 1. Cor. 7. quia non dicit absolutè &c. 4. D. 32. Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. H. 7.

Corpus Christi in Eucharistia non est quantum quantitate panis, nec multò magis figuratum hac figura, sed figura corporis humani: nec est coloratum hoc colore, sed colore conueniente corpori humano. 4. D. 12. Q. 1. *In secundo argumento in oppositum*. n. 2.

Corpus Christi sub nulla quantitate est in Eucharistia, nisi per conuersionem, & consecrationem; sed per conuersionem, & consecrationem non accipit *esse*, nisi sub ista quantitate

Corpus Christi in Eucharistia.

titate (quæ, secundum aliquos, in rarefactione, & condensatione noua omninò, & distincta à prima producitur in hostia consecrata), & illa est omninò alia, sicut quantitas alterius hostiæ non consecratæ; ergo per illam conuersionem, & consecrationem non est sub illa quantitate; ergo nullo modo. 4. D.12. Q.4. S. *Quantum ad istam*. ✝. *Etsi fugiat*. D.17.

Corpus Christi non diutius manet sub specie panis, quam natus esset hic manere panis, qui conuersus est; sed sub alia quantitate non maneret hic panis, qui conuersus est, si panis est hic per quantitatem; ergo nec corpus Christi. *ibidem*.

Corpus Christi non est sub aliquo indiuisibili, nec sub aliquo, quod non est pars illius quanti consecrati: & ideo terminus, aut linea, continuans aliud quantum, appositum illi quanto consecrato, cum non sit pars illius quanti, non se tenet ex parte illius quanti, quod est sine subiecto, *ibidem*. *Ad quæstionem*. ✝. *Dicitur*. K. 26. *Additio*.

Corpus Christi non aliter se habet per hoc, quòd panis conuertitur in ipsum; ergo è conuerso posset panis conuersus redire eo modo, quo conuersus est in ipsum, absque hoc, quod corpus Christi aliter se haberet in se; quia sicut habendo in se istam entitatem, post conuersionem, non aliter se habet positiuè, ita non habendo, putà si rediret panis, non aliter se haberet priuatiuè. 4. D.12. Q.6. §. *Est alia opinio*. ✝. *Modus autem*. n.6.

Corpus Christi conficitur actione alicuius creaturæ, vt agentis instrumentaliter; non quidem attingentis terminum, sicut aliqua instrumenta habent actionem instrumentalem, attingentem terminum, sed eo modo, quo Agens præuium dicitur agere principaliter ad formam principalem, quam non attingit: & actio eius dicitur instrumentalis, quia dispositiua, & præuia. 4. Dist. 13. Quæst. 1. S. *De tertio articulo*, ✝. *Quantum ergo*. F f. 40.

Corpus Christi in Eucharistia non est commensuratum alicui habenti quantitatem, sed nec commensurabile potentia propinqua sub eo modo, quo habet ibi æqualitatem: non est ergo argumentum vllo modo à priori; Non est realis commensuratio; ergo non est realis æqualitas. *Quodl*. Q.6. S. *Istarum quatuor*. ✝. *Præterea quod*. D d. 25.

Corpus Christi in Eucharistia præhabens, & retinens idem *esse* simpliciter, per conuersionem fit de nouo præsens speciei panis. *Quodl*. Q.10. S. *De secundo*. ✝. *De istis*. H. 11.

Corpus Christi, si terminus per se transubstantiationis est substantia, & secundum esse substantiæ, cum secundum esse substantiæ non succedat pani, propriè loquendo de successione, quia & si habeat *esse* post *non esse* panis, non tamen incipit habere illud *esse*, desinente pane, quod videtur necessarium ad hoc, quòd propriè diceretur succedere ibi *esse*, alioquin posset dici sol succedere vermi corrupto, quia habet *esse* suum post *esse* vermis; neganda est ergo illa propositio; secundum hoc aliquid est per se terminus ad quem, secundum quod succedit termino *à quo*; quia secundum idem est prius, & nunc manens; & per consequens alteri propriè non succedens corpus Christi diceretur terminus ad quem transubstantiationis; & hoc ideo, quia illa non est productiua termini ad quem, sed tantummodo conuersiua alterius in ipsum: secundum autem illud *esse* non dicitur propriè succedere termino *à quo*, accipiendo propriè succedere. *ibidem*. S. *Ad ista*. H.14.

Corpus Christi nunc est, vbi fuit panis: nec tamen quantitas, quæ fuit pani formalis ratio essendi hic, est formalis ratio corpori Christi essendi hic: quia quantitas ista non est formaliter in corpore Christi; ergo nec aliquid corpori Christi competit per illam, vt per rationem formalem. *ibidem*. ✝. *Ad secundum*. I. 15.

Corpus Christi nullo modo se habet in se aliter post conuersionem, quam ante: sed ante conuersionem panis non habuit in se aliquitatem panis, nec aliquitas corporis erat aliquitas panis; ergo nec post conuersionem. *ibidem*. §. *De tertio*. ✝. *Contra illud*. N.21.

Corpus Christi verum, & mysticum.

Corpus Christi verum, & mysticum; vel consecratio huius, & absolutio illius sunt distincti termini; ergo illud quod est relatio ad consecrationem, non est idem cum potestate ad absolutionem. 4. D.19. Q. *Vnica*. S. *De tertio*. ✝. *Item, vt dictum*. E.9.

Corpus quo ad Matrimonium.

Corpore suo [hic vna ratio insinuatur pro cohonestando matrimonio contracto sola delectationis causâ, licet in ea non quiescat Doctor] vti volens quicunque: *vel sic*, Quod si dicatur quod quicunque volens vti corpore suo ad delectationem peccati, ne vtatur iniustè non sua, potest commutare corpus suum pro corpore alterius, quo iustè vtatur tanquam suo: nec oportebit tunc quòd de licentia diuina vtatur se, vel corpore suo ad talem actum ad hoc, quod licitè vtatur quia; Deus vnicuique commisit se, & sua, in quibus non obligauit eum sibi: si hoc non sufficiat, nec institutio ad illum actum erit magis laudabilis, quam illa coniunctio, vel commutatio ad vnum alium actum, qui non esset laudabilis, putà commutatio ad vtendum alio ad locum alium pro simili vsu, & contra: saltem potest hic recurri ad institutionem Dei &c. 4. Dist. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Per hoc patet*. ✝. *Respondeo non apparet*. R. 19.

Corpus viri, in commutatione matrimoniali, est maioris valoris, quam corpus mulieris in ordine ad procreationem prolis; quia pro eodem tempore idem vir potest plures fæcundare, quàm eadem mulier possit à viris concipere: quantum ergo ad istum finem, de stricta iustitia, videtur bigamia licita, vt vir cum tot corporibus mulierum corpus suum commutet, quot potest fæcundare, eo modo, quo est eis possibile fæcundari. 4. D:33. Q. 1. §. *De primo*. ✝. *Quantum ad primum*. A.2.

Corpus viri, & mulieris, quantum ad finem matrimonij, qui est ad vitandum fornicationem, & qui tantum est pro statu naturæ lapsæ, æqualis valoris sunt: & ideo de stricta iustitia, pro statu naturæ lapsæ considerando contractum istum, vt est ad vtrumque finem, requiritur commutatio vnius corporis pro vnico. *ibidem*. ✝. *Quantum ad secundum*. B. 3.

Corpus quo ad resurrectionem.

Corpus mixtum idem absolutè possibile est naturæ reducere, supposita illa opinione, quæ ponit quòd & si non omnia possunt redire eadem numero per actionem naturæ, tamen aliquid potest redire idem numero; sed non est possibile idem eodem modo, quo reducetur, scilicet in resurrectione. 4. Dist.43. Qu.3. S. *De secundo articulo*. M. 19.

Corpus mixtum humanum est perfectum inter ista corruptibilia, & ideo ad ipsum determinatur magnus ordo in formis præuijs secundum ordinem naturalem, vtpotè seminis, sanguinis, & carnis &c. nunc autem tales formæ non præcedunt illam formationem corporis eo modo, quo reparabitur; quia subito reparabitur de cineribus, vel pulueribus, & alijs, in quibus fuit prius resolutum; ergo tota natura creata non potest reparare illud corpus eo modo, quo tunc reparabitur. *ibidem*. ✝. *Secunda conclusio*. N. 20.

Corpus, in resurrectione, prius, ordine naturæ, oportet reparari, quàm animam reuniri: illam autem reparationem corporis præcedit collectio partium materiæ, quæ dispersæ erant, per resolutionem corporis, in diuersa, statim, vel cum mora. 4. Dist.43. Quæst. 5. §. *Respondeo*. n. 3.

Corporis partium collectio, quod est præambulum ad resurrectionem, fiet ministerio Angelorum, & ideo in tempore: antecedens patet ex illo dicto Saluatoris Math. 24 *mittet filius hominis Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, à summis cælorum, vsque ad terminos eorum*; quod est dictu quocunque dispersæ fuerint partes materiæ corporis in elementa, siue in ignem, siue in terram; *à summis Cælorum vsque ad terminos eorum*; siue in quodcunque corpus medium, aqueum, aereum, vel imperfectè mixtum: *à quatuor ventis*, omnes materiæ partes recolli-

Corpus quo ad Resurrectionem.

recolligentur, & reunientur: consequentia apparet per hoc, quod dictum est in 2. lib. Dist.8. Quæst. Voica, quod Angelus non potest mouere corpus in instanti. *ibidem. De primo.* A.3.

Corporis formatio in resurrectione erit in instanti, quia fiet immediatè virtute diuina; nam Angelus non poterit illam formam substantialem inducere in materiam; virtus autem diuina etsi possit successiuè agere, & successiuè inducere formam, sicut virtus creata; & forma substantialis posset successiuè induci, quod aliqui negant; tamen magis congruit quòd illa virtus formam inducibilem in instanti inducat in instanti, quia nunquam est successio necessaria, nisi propter aliquem defectum agentis. *ibidem.* §. *Desecundo.* B.4.

Corpus formatum in instanti virtute diuina in resurrectione erit densius, vel rarius puluetibus illis, ex quibus formatur; & siuè sic, siue sic, vel maiorem locum occupabit, quàm illud, ex quo generatur, vel minorem; & sic erit motus localis, non tantum ipsius, sed aeris circumstantis. Deinde quia illud corpus erit alterius figuræ, quàm illud, ex quo formatur; ergo occupabit locum suæ figuræ proportionaliter correspondentem; ergo motua localis erit in instanti: concedo conclusionem istorum argumentorum, quòd accipiendo generaliter motum localem, prout quando generatum succedit corrupto, occupans maiorem, vel minorem locum, quàm corruptum, dicitur aliqua loci mutatio, quia maioris, vel minoris loci occupatio, licet non ab eodem corpore in actu, sic in instanti est loci mutatio; nec solum sic, sed aer circumstans statim pellitur, si corpus est maius: & quidem in primo instanti, quando scilicet pellitur, concedo quòd in instanti pellitur, & hoc à virtute diuina immediatè, quia illa immediatè ponit corpus maius, vbi fuit minus. *ibidem.* ℣. *Sed hic.* ℣. *Secundo.* & ℣. *Concedo.* B.C.5.

Corpus in resurrectione.

Corporis animatio, in resurrectione, non erit tantum in instanti, quia erit à solo Deo immediatè, cuius virtuti actiuè nihil resistit; sed necesse est eam esse in instanti, quia non posset esse successio in receptione formæ, nisi vel propter partes formæ inducendæ, vel propter partes corporis, quarum vna prius recipit formam, quam alia; Sed neutrum potest poni in animatione. *ibidem.* §. *De tertio,* F.7.

Corpus, in resurrectione, quod est susceptiuum animæ, vel animationis, quod quidem non est materia prima, non habebit priuationem ipsius animæ, à qua transeat ad formam, quia nec simul habebit eam cum anima, quia tunc priuatio, & forma essent simul; nec prius habebit eam, quam formam, quia non prius ipsa erat corpus, quàm anima. *ibidem.* ℣. *Dico, quod non.* G.8.

Corpus hominis, in resurrectione, est probabile quòd reparabitur ex partibus purioribus, quæ aliquando fuerunt partes huius corporis; ergo habebit totum illud, quod contractum est ex parentibus, quia hoc fuit purissimum, & de alijs genitis ex nutrimento semper purioribus, vsque ad quantitatem sufficientem toti corpori. 4. D.44.Q.1.§. *De secundo.* ℣. *Hic duplex.* M 16.

Corpore in resuscitando illæ erunt partes probabiliter vsque ad quantitatem debitam: *vel sic,* Vsque ad quantitatem debitam illæ erunt partes in corpore resuscitando, quas natura magis ex intentione fecit esse partes illius corporis: sed huiusmodi sunt illæ, quæ adueniunt, vt augeaut; non autem illæ, quæ adueniunt, vt restaurent; ergo resurget corpus ex illo, quod primò tractum est ex parentibus, & ex alijs partibus generatis ex nutrimento, propter augmentationem debitam corporis, vsque ad quantitatem sufficientem illi corpori. *ibidem.* ℣. *Huic additur.* O. 16.

Corpus, in resurrectione, quo ad partes, quæ resurgent, quomodo erit, Duæ viæ in hoc consonant, quod quicquid tractum est à parentibus resurget: quia, secundũ primã viam, illud est purissimum inter omnes partes corporis: secundũ aliam viam, illud est maximè de intentione naturæ in isto supposito; sed discordant quantum ad partes genitas ex nutrimento; quia prima ponit huic adiungi partes, quæ fuerunt puriores in illo corpore, secundum totum fluxum vitæ eius; alia ponit huic adiungi partes, quæ magis, ex intentione naturæ, fuerunt de veritate huius corporis; non autem eædem sunt puriores in toto fluxu temporis, & magis de intentione naturæ partes huius; quia semper priua genitæ, regulariter, erant puriores, siue magis, siue minus intentæ, semper autem siue prius, siue posterius illæ, quæ vltra restaurationem necessariam deperditi fuerunt genitæ, fuerunt magis de intentione naturæ. *ibidem.* ℣. *Illæ duæ.* O.17.

Corpus vt beatificabile.

Corpus licet non sit beatificabile beatitudine propriè dicta, sicut loquitur Aug. ad Dioscorum, quæ scilicet est in actu intellectus, & voluntatis; tamen est secundum quid beatificabile, vt siue illa beatitudo corporis sit immediatè à Deo, siue ex redundantia beatitudinis animæ, tamen ordo est ibi, quod beatitudo animæ non est perfecta, sine illa corporis. 4. D.49. Q.12. §. *Respondeo.* ℣. *De impossibilitate.* C. 5.

Corpus, vt mortale, non est susceptiuum beatitudinis concedo talis, qualis animæ: est tamen susceptiuum, & productiuum alicuius effectus, cui repugnat effectus beatitudinis, & è conuerso. *ibidem. Ad tertium principale.* G.7.

Corpus, vt est distinctum contra animam, nullum habet actum secundum; confitet ergo beatitudo corporis in esse primo, vt est perfectibile ab anima beata: & hoc propter duo, vel propter maiorem perfectionem in operando, vel propter maiorem perfectionem corporis ab anima; quia materia est propter formam, & non è conuerso. *ibidem. Ad quintum principale.* ℣. *Ex hoc sequitur.* H.8.

Corpus hominis beati erit impassibile; post resurrectionem quia homo non potest esse beatus in vita mortali: totus autem homo erit beatus, quia totus meruit; ergo totum erit beatum in corpore immortali. 4. D.49.Q.13. §. *Respondeo patet.* A.2.

Corpus beati hoc, numero, non potest poni quod non sit natum tunc recipere contrarium post contrarium, quia susceptiuum manet idem, quod nunc, & per consequens susceptiuum eiusdem naturæ secundum speciem, *ibidem.* ℣. *Nec valet.* B.3.

Corpori beati magis connaturale est causam superiorem coagere ad conseruationem eius contra contrarium corrumpens, quàm coagere contrario in corrumpendo; quia causa superior perfectiua agit cum secunda perfectioni: & licet hoc nunc esset miraculum de corpore iusti, quia nunc est tempus mutationis, & actionis mutuæ in corporibus; tamen tunc erit status quietis, & immutationis in corporibus, & pro tunc erit naturale, & consuetum, secundum communem cursum, quòd agat ad quietem, sicut nunc ad motum. *ibidem.* §. *Dico ergo.* ℣. *Ad tertium dico.* E.F.11.

Corpus beati perfectè subdetur voluntati suæ, hoc est, sicut volet, sicut ipsa subditur Deo: Sed ipsa subditio corporis sui erit effectiuè à voluntate diuina. *ibidem.* ℣. *Ad rationes pro tribus.* F.11.

Corpus gloriosum.

Corpus gloriosum posse in se, per veram nutritionem, conuertere corpus non gloriosum, non est inconueniens, si cut esse simul potest cum corpore non glorioso: nec propter hoc est corruptibile, quia potest aliud conuertere in se; Posset enim Deus facere corpus gloriosum in minima quantitate, & illud augere per comestionem, nec tamen aliquid corrumperet rerum de nutrito, & aucto. 2. D.8 Quæst. *Vnica.* §. *In ista quæstione.* ℣. *Respondeo.* G.5

Corpus gloriosum, & non gloriosum si simul sint in eodem loco, sunt duo *vbi*, & tamen ab vno loco circumscribente. 3. D. 1. Qu. 2. *Ad quartum principale.* C.7.

Corpora glorificata, post resurrectionem, mouebuntur ab anima, & non organicè, sed totum corpus simul mouebitur, non vna parte mota, & alia quiescente, quia *volabunt, & non deficient* Isa.40. Hæc autem motio totius corporis non est per organa; ergo in anima est virtus alia, quam

quam illa, quæ potest mouere organicè. 4.D.49.Qu.14. §. *Respondeo*. ℣. *Præterea corpora*. B.5.

Corporibus gloriosis, amotis humoribus grossis, & spiritibus quibus repletū est corpus, & caput fumositatibus, & multis alijs, quæ reddunt hominē pigrū, & quæ non pertinent ad veritatem humanæ naturæ, spiritus boni, & subtiles dabuntur, per quæ redderur corpus multum agile ad motum. *ibidem*. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Ex parte*. H.11.

Corporis pondus aggrauans animam aufertur a corpore glorioso, vt loquitur Aug. 21. De ciuit. 10. *corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam*, Sap. 9. Et ideo hoc pondus aggrauans aufertur, non tamen omnino grauitas corporis aufertur; requiritur enim grauitas ad hoc, quod sit corpus perfectibile ab anima, & non leuitas: Vnde sicut Philosop. dicit, de cœlo lib. 21. comm. 37. quod si esset vna stella addita, vel amota, non moueretur ab intelligentia, ita si corpus fieret leue, non esset perfectibile ab anima, nec anima compararetur ad illud, vt motria: vnde videmus quod leuitas in aliquibus impedit motum. *ibidem*. §. *Ad illud*. K.12.

Corpori glorioso naturalius est perfici ab anima, & quòd fiat conueniens perfectibile eius, & quòd moueatur motu competenti animæ, quam quod moueatur motu proprio ad centrum, & ideo secundum inclinationem naturæ superioris quiesceret naturaliter extra centrum, sed secundum quid innaturaliter. *ibidem*. ℣. *Ad primum*.

Corpus gloriosum, cum non sit ens infinitum, aliquam imperfectionem habet, & mouetur ad terminum, per quem terminum sequitur sibi aliqua perfectio, quaterius per motum coniūgitur ad aliquod corpus, circa quod operatur, nunc circa vnum, nunc circa aliud, laudando beatitudinem, & sapientiam in Deo: Vnde concedo, quòd ille motus sit alicuius, quod est secundum quid imperfectum. *ibidem*. *Ad primum principale*. ℣. *Concedo*. M.13.

Corpora, sicut fient gloriosa in instanti resurrectionis, & habebunt dotem agilitatis, sic per dotem illam rapientur obuiam Christo: Et si portabuntur ab Angelis, vel rapientur in nubibus, non sequitur aliqua imperfectio, vel violentia in corporibus; Hoc enim fiet ad reuerentiam, non ad supplendam indigentiam, vel imperfectionem virtutis motiuæ in eis. *ibidem*. *Ad secundum principale*. N.13.

Corpora beata, seu gloriosa erunt clara. 4.D.49.Qu.15.§. *Respondeo, & dico*. A.2.

Corpora Beatorum, si loquamur de claritate coloris sui corporia, dico, quòd erunt clara, quia habebunt colorem perfectè manifestatiuum sui, quia quilibet habebit colorem pulchrum secundum gradum complexionis suæ, quia non omnes habebunt eundem colorem, nec secundum eumdem gradum, qui habent similem colorem, quia commensurationes colorum sequuntur commixtionem propriarum qualitatum, & ideo secundum diuersas complexiones habebunt diuersos colores. *ibidem*.

Corpus Beati si sit capax lucis, & non tantum coloris, placet mihi quòd ponatur ibi: talem autem colorem, scilicet vltra perfectionem complexionis suæ cum refulgentia, talem esse dotem claritatis voco. *ibidem*. B.2.

Corpora gloriosa videtur, quod secundum auctoritatem Gregorij 18. moral. super illud Iob. cap. 28. *non æquabitur ei aurum* &c., vbi dicit quod *patebit oculis corporalibus Beatorum harmonia interiorum*: Secundum istam, inquam, authoritatem, videtur quòd illa corpora erunt peruia, & perspicua, sicut vitrum coloratum, & cum hoc lucida, quod videtur mirabile. *ibidem*. *Ad primum principale*. B.3.

Corpora Beatorum si sint lucida, non videtur quòd sint peruia, nec per illa possit videri aliquod corpus, quia susceptiuum lucis est opacum, & densum: susceptiuum autem coloris est densum, quia color non est, nisi in perspicuo terminato: ideò videtur magis possibile, quòd corpus Beati sit lucidum, & coloratum, quàm quod sit lucidum, & luminosum, susceptiuum enim luminis est peruium. *ibidem*. C.3.

Corpus gloriosum non video quomodo possit dici peruium, nisi propter poros, non propter aliquam perspicuitatem, ita quod caro solida Beati fiat tanquam crystallus: tamen in corpore eius erunt pori, & minores quam modo sunt: & tunc oculus Beati per suam limpiditatem poterit videre per illos poros, sicut si esset transparens, sicut dicitur, quod lynx potest videre per parietem: Si autem non sic videat, tunc saltem videbit oculis mentis: & sic saluabitur auctoritas Gregorij. *ibidem*. ℣. *Quomodo ergo*. C.4.

Corpora Beatorum sunt colorata: & si lux in eis possit recipi, placet mihi quòd dicantur lucida; & tunc oportet dicere quòd lux, & color absolutè non repugnant, nisi per comparationem ad actionem Agentis creati. *ibidem*. *Ad secundum principale*.

Corporis sui anima beata habet potestatem plenam, & ideo est aliquorum fictio talis, quòd potest corpus suum ad quamcunque figuram, & quantitatem reducere, & sic per corpora porosa potest corpus tale transire, & in eis esse; Sed si isti volunt dicere quòd non potest esse simul cum corpore alio, nisi subintrando poros, magis debent dicere consequenter quòd non potest esse cum alio, nisi quia aliud cedit sibi, sicut aer cedit sagittæ; sunt ergo (secundum istos) corpora gloriosa penetrabilia, quia virtus diuidit quodcunque corpus, cum quo volunt esse & tunc secundum hoc, oportet consequenter dicere quòd quotiescunque mouerentur localiter, diuidatur eis Cœlum per potentiam diuinam. 4. D.49. Q. 16. §. *Dicunt quidam*. ℣. *Est vna*. A.4. *Impugnatur ibidem*. ℣. *Contra*.

Corpora Beatorum sunt simul cum Cœlo Empyreo: nec valet illa fictio de paruitate, quia nullum corpus impassibile recipit passionem sibi disconuenientem; Sed corpora gloriosa sunt impassibilia, ergo non recipiunt tales passiones; rarefactio autem, & condensatio sunt passiones disconuenientes corpori impassibili, quia causantur a passione &c. *ibidem*. ℣. *Præterea corpora*.

Corpus gloriosum est sensibile corpus; sed fatuum est dicere quod locus, in quo est corpus sensibile, sit vacuus; vacuum enim, vt patet 4. Phys. Tex. 6. est locus priuatus corpore, ergo vbi est corpus gloriosum, ibi est corpus sensibile, & per consequens est locus plenus: nec hoc tollit ab eo gloriam, nec gloria tollit ab eo, quin repleat locum: sed corpus replens locum expellit aliud corpus naturaliter; ergo gloria non tollit, quin expellat aliud corpus. *ibidem*. §. *Alij dicunt*. D.11.

Corpus gloriosum Deus de potentia absoluta potest facere cum glorioso, sicut cum non glorioso: non tamen Deus disposuit, & pro tanto dicitur quòd potest facere gloriosum cum non glorioso, non autem cum glorioso. *ibidem*. §. *Alius est*. ℣. *Ad secundum*. E.14.

Corpus gloriosum, post resurrectionem, non erit onus animæ, non quia non habet hoc propter qualitatem aliquam in ipso, per quam posset se virtute propria facere cum alio corpore, sed quia ita citò virtute diuina potest facere se cum alio corpore, sicut si esset sine corpore, posset esse cum alio corpore virtute sua. *ibidem*. ℣. *Ad tertium*. E.15.

Corpus gloriosum, quando est cum alio corpore, est in loco sibi æquali, nec vnquam tollitur ab eo, quin sit in loco sibi æquali, ergo nec modus quantitatiuus, licet bene concedam quod Deus bene potest hoc facere, non tamen facit illud; Sed quod est in loco sibi æquali, est localiter in loco; ergo corpus gloriosum, quando est cum alio corpore, est localiter in loco. *ibidem*. ℣. *Contra, hoc*. E.16.

Corpore in glorioso, *idest*; In corpore glorioso est possibilitas essendi cum alio corpore: probo: Ad simpliciter impossibile non est aliquid in potentia actiua, sed ad hoc est potentia, vt fide tenemus de corpore Christi in natiuitate, & alijs exemplis, ergo &c. *ibidem*. §. *Respondeo*. ℣. *Ad primum*. F.17.

Corpori glorioso conuenit, & debetur possibilitas essendi cum alio corpore, vt ab hac anima gloriosa informatur: & hæc possibilitas est dos subtilitatis: vnde sicut perfectio huius est debitus ordo ad gloriam, sic est perfectio corporis, quòd sit cum alio corpore pro libito voluntatis animæ beatæ ad coagendum illi alteri. *ibidem*. ℣. *De secundo*. H.18.

Corporis gloriosi possibilitas essendi simul cum alio corpore non est aliqua qualitas absoluta, quia hæc possibilitas non

Corpus gloriosum

non est aliud in hoc corpore, nisi vt non repugnet ad coexistendum alteri corpori; talis enim non repugnantia non est qualitas absoluta, *ibidem*, ℣. *Sed de tertio*, I. 19.

Corpus gloriosum non erit subtile per carentiam alicuius partis materiæ, sed per possibilitatem existendi cum alio corpore, secundum libitum voluntatis animæ suæ, non tamen ex se effectiuè, sed per aliam, scilicet voluntatem diuinam. *ibidem*. *Ad primum principale*. L. 20.

Corpori glorioso non est data potestas coexistendi alteri glorioso, licet sibi possit dari, quia dos subtilitatis est, quòd ad imperium voluntatis suæ sit cum alio, propter perfectionem aliquam; quod autem sit cum glorioso, non requiritur dos subtilitatis, nec perfectio aliqua. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. N. 21.

Corpus gloriosum licet magis conueniat cum glorioso, quàm cum non glorioso: tamen propter hoc non oportet, quòd deberent magis esse simul, nisi essent cætera paria; non omnis similitudo est ratio simultatis: si enim ratio valeret, concluderet, quòd cum duæ dimensiones plus conueniant inter se, quàm quantitas cum qualitate, ergo magis possent esse simul, quod falsum est. *ibidem*, ℣. *Ad illud*.

Corpus gloriosum potest dici quod non potest esse cum alio glorioso, propter imperium voluntatis alterius Beati Non enim habet imperium super corpus gloriosum, sicut super non gloriosum, *ibidem*. ℣. *Potest etiam dici*, in fine.

Corpora Beatorum transeunt per Cœlum, quod est corpus indiuisibile; & post resurrectionem poterunt moueri ad omnem situm inferius, & superius: neque hic oportet, propter hoc, ponere semper miraculum, *ibidem*. *In secundo argumento in oppositum*. n. 1.

Corpus Beati, post iudicium, posset vniformiter se habere in sua dispositione, licet nullum corpus aliter se haberet, quia non oportet quòd aliqua corpora inferiora aliter se habeant ad hoc, vt Beati vniformiter se habeant; nec aliqua alia corpora ponuntur tunc esse mouenda. *Quodl.* Q. 11. §. *De secundo*. ℣. *Contra ista*. F. 9.

Corpora Beatorum propter merita præterita habent sua, vt præseruentur à corruptione, & hoc ad commodum illorum corporum: & secundum hoc potest dici ad illam auctoritatem Augustini ad Dioscorum, *tam potentem fecit animam Deus, vt ex eius plena felicitate redundet in corpus sanitas perpetua, & vigor incorruptibilis*, quod illa sanitas, & vigor deriuatur ab anima, quia est quædam ordinabilitas, vt conseruetur, & vigor & sanitas à Deo. 4. D. 49. Q. 13. §. *Dico ergo*, ℣. *Ad aliud patet*. E. 10.

Corpus respectu ignis post iudicium.

Corpus hominis, cum sit per se corruptibile, post iudicium ignis præsens poterit habere in illo vtramque actionem, realem, scilicet, & intentionalem, quia non repugnant; & est ibi tam susceptiuum, quam causa actiua vtriusque, nisi dicas realem tunc impediri propter defectum motus Cœli, de quo aliàs. 4. D. 44. Q. 3. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad propositum*. A. 2.

Corpus damnati.

Corpora damnatorum non habent ius, vt post resurrectionem præseruentur ab omni corruptione, imò illa præseruantur ad afflictionem, propter demerita præcedentia. 4. Dist. 49. Quæst. 13. §. *Dico ergo*, ℣. *Ad aliud patet*. E. 10.

Corpora damnata si erunt sine motu locali, ita quòd non mouebuntur de loco ad locum, tunc afflictiua erunt inæqualia, quia sic sunt pauciora miracula in damnatione eorum; si enim est afflictiuum æquale; & tamen vnus minus, alius magis punitur, erit ibi perpetuum miraculum; Si autem sunt mobiles, & transferantur de loco ad locum, tunc possunt transferri de vno afflictiuo in vno gradu ad aliud afflictiuum in alio gradu; secundum illud Iob 24. *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium*: Vel si erit æquale, potest dici quòd est eis intrinsecum afflictiuum eorum, vel perpetuo contiguatiuum, sicut concederetur modo de dæmonibus: & ad hoc videtur esse Aug. 12. De Ciuit. Dei cap. 16. in quadam auctoritate, quæ sic incipit, *non est negandum*. 4. D. 50. Qu. 6. §. *Ad primam quæstionem*, ℣. *Dico quod si*. R. 15.

Correlatiuum.

Correlatiuum non est de intellectu correlatiui, sicut aliquid eius, puta pars essentialis, vel integralis iuxta illud Philos. 1. Phys. Tex. 8. *Si tantum principium est, principiatum non est*, sed sicut aliquid, ad quod terminatur intellectus eius, & tale est sufficienter diuersum ab incluso, tanta diuersitate, quanta diuersitas requiritur ad hoc, quòd ipsum excludatur. 1. D. 21. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Sed hoc*, A. 3.

Correlatiua quantumcunque sint, *siue* Quantumcunque sint correlatiua, tamen circa extrema sunt duo actus intellectus, sicut patet de accidente, & subiecto; qui enim intelligit accidens, non propter hoc intelligit subiectum eadem intellectione, licet actus comparandi sit vnus. 2. D. 43. Quæst. 1. §. *Respondeo*. ℣. *Sed hoc*. B. 3.

Corelatiua sunt simul natura, ita quòd destructo vno destruitur & reliquum. 3. D. 8. Q. *Vnica*. §. *Contra istam*, ℣. *Præterea correlatiua*. B. 8.

Correspondentia.

Correspondentia iusta priuationis commodi ad priuationem honesti ordinat culpam damnati irremissibilem, sicut potest ordinari malum, absolutè enim est contra ordinem, & ideo non potest manere in toto, stante illo, nisi aliquid adiungatur, quod ordo totius requirit adiungi. 4. D. 46. Q. 4. §. *De tertio*. ℣. *Secunda pœna*. G. 8.

Corrigere.

Corrigit corrigens gratia correcti; sed vindicans non gratia correcti per se, nec gratia sui ipsius, sed gratia legis, & vlterius gratia boni communis, & tunc gratia sui, si est ipse finis legis. 4 D. 14. Q. 2. §. *Primus articulus*, ℣. *Ad confirmationem de primo*. F. 8.

Corrumpere.

Corrumpi, inquit Greg. super illud Ioann. 20. Infer digitum tuum &c. *necesse est, quod palpatur*: Si concedatur ista auctoritas (quæ tamen non videtur necessaria, quare enim non possit palpari Cœlum digito ibi existente: hoc modo intelligendo palpationem, quòd illud corpus subtiliter resisteret tactui, licet non immutando per aliquam qualitatem sensibilem ibi derelictam, vtpotè nec vt durum, nec vt molle, nec vt calidum, nec vt frigidum &c.) quod autem palpatur secundum aliquam qualitatem sensibilem immutando tactum, bene est corruptibile sibi derelictum: & ita non plus sequitur, nisi quod illud corpus, nisi præseruaretur a Deo, esset passibile passione corruptiua. 4. D. 49. Quæst. 13. *Ad primum principale*. G. 12.

Corrumpi aliquid non posse, planum est, quod non concederet Philos. *vel sic*, Planum est, quod Philosophus non concederet aliquid posse corrumpi, nisi haberet potentiam distinctam ab actu, sicut partem a parte: sed hoc poneret, quia ponit ordinem causarum simpliciter necessarium, vel quia ponit simpliciter nihil posse corrumpi, nisi cuius pars manet post corruptionem; Et ideo dixit 7. Meta. Tex. 22. *materia est, qua res potest esse, & non esse*: sed nec in ordine causarum, nec in ista separatione partis a toto concordamus cum ipso. 4. D. 12. Q. 5. *Ad tertium principale*. C. 5.

Corrumpentia hæc, & illa non sunt nata inducere eandem formam, & hoc statim absque vlla alteratione præuia. 4. D. 11. Quæst. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Item manifestius*. R. 38.

Corruptibile.

Corruptibile omne necessariò corrumpetur 6. Meta. Tex. 7. quia contraria in eodem semper agunt, & patiuntur ad inuicem: cum igitur corpus Christi fuerit compositum ex con-

Corruptibile.

ex contrarijs, tandem corrumpetur naturaliter. 3. D.16. Q.1. *In primo argumento in oppositum*. n. 2.

Corruptibilium, *id est*, De corruptibilibus potest esse demonstratio; nec est medium ad hoc, nisi quia habent materiam. 3. D.22. Q. *Vnica*. §. *Rationes*. B.9.

Corruptibile cum dicitur aliquid ratione materiæ, dico quod corruptibile potest dicere potentiam propinquã ad corruptionem, vel remotam: illud est corruptibile potentia remota, quod habet in se vnde possit dici corruptibile, non tamen potest exire in actum, nisi prius fiat in potentia propinqua, sicut calefactiuum dicitur quòd habet calorem, non tamen potest calefacere, nisi sit approximatum passo: illo modo dicitur ignis corruptibilis, & est prædicatio de secundo modo, sicut color est visibilis; sed tamen ignis non est in potentia propinqua ad corruptionem, nisi sit inesse existentiæ, sicut nec ignis generatur proximè, sed hic ignis existens. *ibidem*. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ℣. *Per hoc ad formam*. G.15.

Corruptibile, & incorruptibile differunt plusquam secundum genus 10. Meta. Tex. 26. hic loquitur Phil. de genere physico; sic enim nulla sunt eiusdem generis, nisi transmutabilia ad inuicem; Sed idem genus logicum bene potest continere multa, quæ non pertinent ad idem genus physicum, vt patet de substantia corporea, & incorporea; de qualitate corporali, & spirituali. 4. D.6. Q.10. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Hoc idem*. M.14.

Corruptibilitas.

Corruptibilitas est passio mixti compositi ex elementis, igitur potest ostendi corpus esse corruptibile, nō solum quòd hoc corpus est corruptibile, quia demōstratio est vniuersalium, sicut scientia ex 7. Meta. Tex. 53. & primo posteriorum Tex. 43. igitur hoc erit medium commune, & vniuersale. 3. D.22. Q. *Vnica*. §. *Rationes*. B.9.

Corruptio.

Corruptio rectitudinis in actu secundo, in qua consistit formalitas peccati, non intelligo quòd sit illa, quæ est mutatio de *esse* ad *non esse*; potest enim peccatum manere post talem mutationem iustitiæ ad *esse* in *non esse*: sed intelligo corruptionem formaliter; sicut priuatio dicitur formaliter corruptio rectitudinis in actu secundo, quæ opponitur rectitudini, vt priuatio habitui, non quidem rectitudini, quæ inest, quia tunc duo opposita simul inessent: nec quæ prius infuit illi actui, quia actus non manet, vt possit ab opposito in oppositum, sed quæ deberet in esse. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Istæ quæstiones*. ℣. *Concedo igitur*. B.6.

Corruptio non est à solo respectu, vt termino a quo. 3. D.2. Q.2. §. *De secundo*. D.8.

Corruptionem esse sine generatione, in quocunque genere, non videtur probabile. 3. D.3. Q.2. § *Sed contra*. ℣. *Praeterea non videtur*. n. 2.

Corruptio vnius est generatio alterius 1. Generat. Tex. 17. & 20. quamuis ista sit aliquo modo probabilis: pro tanto tamen hoc verum est, quia nullum Agens naturale per se intendit corrumpere aliquid, sed per accidens corrumpit illud, quod est incompossibile generato, quod per se intendit. 2. D.1. Quæst. 3. *Ad tertium principale*. L.21.

Corruptio vltima potest concomitare vltimam generationem, putà quando omnia mixta resoluentur in elementa, & tunc erit status tàm generationis, quàm corruptionis, licet illa corruptio non sit annihilatio, quia est ad materiam. *ibidem*.

Corruptio ab intrinseco vno modo accidit non tantùm propter contrarietatem partium organicarum, verum etiam propter corruptionem, quæ potest accidere in eadem parte; vt in digito sunt diuersæ qualitates, nam vna pars fluit, & alia refluit, quæ conuertitur in carnem, virtute caloris naturalis, quæ debilitatur in agendo, cum sit actiuum naturale, & caro secundò genita non est ita pura, sicut prima, & ideo magis est disposita ad iterum fluendum, & sic tamen redditur improportionabilis animæ: & sic ex ista actione contraria accidit corruptio intrinseca in omnibus illis, quæ nutriuntur, licet non habeant partes organicas diuersarum complexionum. 2. D.15. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. ℣. *Dico vno modo*. H.9.

Corruptio naturalis ab intrinseco accidit in animatis, non propter actionem elementi in elementum, nec propter aliquam qualitatem elementarem actiuam, vel passiuam, quia nec elementa, nec eorum qualitates manent in mixto, sed propter actionem vnius partis organicæ in aliam partem, corrumpendo ipsam, vt corpus fiat indispositum & inhabile ad animationem. 2. D. 19. Qu. *Vnica*. §. *Concedo*. A.3.

Corruptio corporis Christi sub modo naturali, si loquaris de corruptione, quæ est separatio partis à parte, sicut corporis ab anima, vel formæ corporeitatis à materia, si talis corruptio est existentis sub alio modo, est etiam eiusdem sub quocunque modo, alioquin eadem forma simul informaret idem, & non informaret; & per consequens non posset corpus Christi, sub modo naturali, fieri inanimatum, quin fieret sub sacramento inanimatum, & è conuerso, nec etiam resolui in materiam, separata forma corporeitatis hic, quin ibi fieret tale sub modo sacramentali, nec è conuerso; sed si loquamur de corruptione partium totali, scilicet desitione totius existentis sub isto modo, & sub isto modo, bene posset desinere esse, vt hic, non deficiendo esse ibi, & è conuerso, quia totum posset desinere habere vnum modum suæ existentiæ, retinendo sibi alium modum, sub quorum modorum vtroque verè tota illa existentia saluaretur. 4. D. 10. Qu. 4. §. *Hic duo*. ℣. *Respondeo nulla*. G. ante 9.

Corruptione, *siue* Per corruptionem, quam natura posset facere in corpore Christi, scilicet separando partem à parte, necesse esset separationem fieri partium huius rei eodem modo hic, & ibi; (hoc est in sacramento) sed per illam desitionem, quam posset Deus de potentia absoluta facere, non quidem esse rei simpliciter, sed rei sub isto modo, posset res illa non habere illum modum essendi, & tamen habere illum. *ibidem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. H.9.

Corruptio propriè dicta est separatio formæ à materia, manente sub priuatione formæ. 4. D.10. Q.6. §. *Ad intellectum*. ℣. *Vbi sciendum*. G.8.

Corruptio partialis corporis Christi, scilicet separatio partis à parte manente, si fit in Cœlo, & illa non potest esse ibi, non existente simul separatione vbicunque; nec separatio illa potest stare hic cum hoc, quòd aliquid sit in sacramento, quia nihil corporis est in sacramento, nisi vt est pars totius; pars autem materialis separata à parte formali non est pars totius, ergo non sequitur, si potest desinere esse hic, non desinendo esse ibi, ergo potest corrumpi ibi, & non corrumpi hic, quia primum nullam includit contradictionem; Non enim ponit vnum respectum manere in absoluto, alio non manente; secundum autem ponit contradictionem, scilicet eamdem formam absolutam informare idem, & non informare, posita sola variatione respectuum. *ibidem*. ℣. *Respondeo quod illa*.

Corruptio non est modò annihilatio, non propter hoc solùm, quia generatio concomitatur eam, quia si propter hoc, & propter terminum generationis præcisè non esset annihilatio, esset mutatio positiua ipsa corruptio, propter terminum positiuum mutationis, quod falsum est. 4. D. 11. Q. 4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Contra istud*. B.7.

Corruptio nunc secundum propriam rationem, vt distinguitur essentialiter à generatione concomitante, non est annihilatio, quia aliquid corrupti manet, scilicet materia: & ex hoc sequitur quòd negatio, ad quam est, est negatio in apto nato, ergo priuatio. *ibidem*. B.7.

Corruptionem esse annihilationem non negatur præcisè propter generationem concomitantem, sed propter duas causas, quarum vna includit aliam, scilicet quia est subiectum commune, & ideo negatio terminana est priuatio; Sed si posset sine vtraque istarum stare tertia, quòd negatio terminaret, vt in aliquo positiuo disperato, adhuc non esset illa transitio annihilatio. *ibidem* ℣. *Per hoc ad rationem*. D.9.

Cor-

Corruptio.

Corruptio non omnis; *siue* Non omnis corruptio est per separationem alterius ab altero: accipiendo enim *esse* Angeli, si illud ponatur, secundum aliquos aliud ab essentia, illud non est separabile à se ipso, & tamen est destruibile per successionem oppositi ad ipsum *esse*. 4. D. 43. Quæst. 2. *§. Potest dici*. ✠. *Ad aliud*, *non omnis*. Q. 23.

Corruptio cum sit destructio partialis, scilicet, non nisi secundum formam, ibi relinquitur altera pars compositi, scilicet materia per se: si ex hoc, sequitur quòd corruptio non est annihilatio, quòd scilicet præcisa ratio, quare non est annihilatio fit, quia aliquid corrupti manet, tunc forma videretur annihilari, quia nihil eius maneret. *Quodl.* Q. 10. §. *De tertio*. ✠. *Aliter potest dici*. N. 22.

Corruptionis per se terminus ad quem non est illud manens post corruptionem; ideo magis adhuc distinguitur per se corruptio ab annihilatione per suum per se terminum, quia ille non est nihil, siue negatio absoluta, sed est negatio in apto nato, siuè priuatio; & pro tanto etiam forma posset dici non annihilari, quia ei succedit pro termino non nihil, sed priuatio illius formæ. *ibidem*. O. 23.

Corruptio quòd non potest continuari generationi, vt sit vna mutatio probat Phil. 8. Phys. Tex. 6. quia tunc idem mobile à principio mutaretur oppositis mutationibus, quia corruptione, & generatione: nam in quacunque vna mutatione, siue continua, verum est dicere, quod à principio mutatur ad vltimum ternunum: ille autem est terminus generationis, igitur à principio mutatur mutatione generationis, & tamen tunc, per positum, mutatur mutatione corruptionis, quia illa ponitur præcedere, vt continuanda generationi. *Quodl.* Q. 12. §. *De tertio*. ✠. *Ad primum*. H. 12.

Corruptus.

Corrupta violenter mulier, si haberet delectationem surreptitiam præcedentem in voluntate omnem actum liberum voluntatis, diceretur, quòd licet delectaretur in voluntate ex delectatione appetitus sensitiui, non tamen peccaret, quia delectatio, & delectabile posset esse non volitum quantum ad omnem actum elicitum voluntatis: secundum autem aliam viam oporteret dicere quòd licet delectaretur secundum tactum, non tamen secundum voluntatem, nisi obiectum esset liberè volitum. 3. D. 15. Q. *Vnica*. *§. Quantum ad secundum*. F. 16.

Corruptum in generatione, & corruptione naturali non habet, vltimum sui *esse*, quia tunc habet qualitates conuenientes, saltem in tali gradu, quo possent stare cum forma illius: Et si sic, non subito abijceretur; nec igitur corruptum subito corrumperetur: Et sicut corruptum non habet vltimum sui *esse*, sic habet principium in *non esse*, quia cum *esse* geniti concurrit *non esse* corrupti. *Quodl.* Quæst. 12. *§. De tertio*. ✠. *Ad aliud dico*. K. 15.

Costa.

Costa illa Adami, ex qua formata est Eua Gen. 2. non fuit de veritate naturæ in Adam, quia præter illam habuit costas sufficientes, secundum quod competit homini communiter; illa autem fuit sibi data tanquam superflua quo ad suppositum, sed necessaria quo ad intentionem naturæ; sicut in masculo est semen, non tanquam aliquid naturæ illius suppositi, sed propter generationem alterius suppositi est in illo tanquam in vase: Vnde non est animatum anima istius; ita fuit de illa costa: vel si omninò fingatur quòd illa fuit costa simpliciter sibi necessaria, sicut pars integralis, sequitur tamen, *repleuit carnem pro ea*, id est aliam costam formauit: primum verius credo; sed dato secundo, non resurget in Adam costa translata. 4. D. 44. Q. 1. *Ad argumenta*. ✠. *Ad primum*. Q. 18.

Creabile.

Creabile omne prius erat possibile creari, ex parte sui: sed ista possibilitas non fundatur in aliquo *esse* simpliciter, sed in *esse* cognito; ita quod *esse* cognitum concomitatur possibilitas ad *esse* simpliciter, licet formaliter *esse* cognitum non sit *esse* possibile, quia *esse* cognitum est *esse* in actu, licet secundum quid; *esse* possibile est *esse* in potentia ad *esse* simpliciter; Sed est fallacia secundum quid ad simpliciter. 2. Distin. 1. Quæst. 2. §. *Ad primum argumentum*. ✠. *Quod arguebatur*. G. 10.

Creare.

Creare repugnat naturali Agenti. 1. Dist. 17. Quæst. 3 *aliàs* 4. §. *Contra istam positionem*. ✠. *Præterea quæro* S. 8.

Creare est aliquid de nihilo producere in effectu. 2. D. 1. Qu. 2. *§. Respondeo*. A. 3.

Creare posse Deum: *siue* Deum posse creare, & aliquid de nihilo producere, pro vt ly *De* notat ordinem naturæ concedunt Philosophi, vt patet per Auic. 6. Meta cap. 2. & intelligo istud de prioritate naturæ, sicut prius natura potest aliquid dici positiuè, quia ipsum inest alicui, & prior est entitas illius, quam illa, quæ dicitur posterius natura inesse illi; sicut est de animali, & rationali in homine; de substantia, & accidente in composito per accidens; de materia, & forma respectu compositi per se: Alio modo prius natura dicitur esse vnum alio, quasi priuatiuè, quia scilicet non inest ei, cui dicitur primò conuenire, sed inesset ei, nisi per aliud impediretur; sicut si dicatur in materia prius naturaliter esse priuatio, quam forma; non quidem, quòd ista duo sint simul in materia, ita quod priuatio prius insit, quam forma; sed priuatio pro tanto potest dici prius natura, & prius natura in materia, quam forma, quia priuatio semper inesset materiæ, nisi ab aliquo Agente reciperet formam, ita quod ad habendum formam sufficit sola materia cum negatione, vel priuatione causæ extrinsecæ; Ad habendum autem formam requiritur causa extrinseca; nec tamen priuatio est de ratione materiæ, sicut nec forma, nec ambo sunt simul in materia; ita intelligo in proposito, quod creatura non habet ex se *non esse*, nec habet ex se *esse*, nec quod simul sint in ea *esse*, & *non esse*, quasi simul sint *esse*, & non *esse*: nec aliquo modo habet *non esse*, quando est, sed, quantum ex se, haberet *non esse*, nisi causa extrinseca suum *non esse* impediret, dando sibi *esse*. *ibidem*.

Creare potest Deus de nihilo, idest, non de aliquo secundum *esse* existentiæ, & per consequens de nihilo, idest, non de aliquo secundum *esse* essentiæ, quia nunquam esse essentiæ separatur realiter ab *esse* existentiæ: tamen non potest aliquid creari, idest produci ad *esse* simpliciter de nihilo, idest, nullo modo ente, nec simpliciter, nec secundum quid; nihil enim creatur, quod non prius habet *esse intellectum*, *vel volitum*; & in esse intellecto fuit possibile formaliter, & tunc fuit quasi in potentia propinqua, vt posset esse obiectum omnipotentiæ, & poni in *esse* simpliciter. *ibidem*. *§. Quantum ad istum*. C. 7.

Creari non est produci in *esse* intelligibili: *vel sic*, Produci in *esse* intelligibili non est creari, quia non terminatur ad *esse simpliciter*, sed *secundum quid*. *ibidem*.

Creari, & conseruari non stant simul in sensu compositionis, sicut non stant simul in sensu compositionis Angelum conseruari, & annihilari: Sed in sensu diuisionis stat circa Angelum esse quandoque creationem, siue conseruationem, tamen, quòd quandoque possit non esse, & sic possit esse annihilatio. 2. D. 2. Q. 1. *Ad primum pro prima opinione*. ✠. *Respondeo*, *sicut*. E. 20.

Creare posset Deus aliquid sine omni tempore, dato etiam quòd creatio, vel annihilatio diceretur esse mutatio quo ad hoc, quòd est ibi successio formæ post negationem eius, quia non est mutatio eo modo, quo Philosophus loquitur de mutatione, quia non est indiuisibile necessariò terminans fluxum sui oppositi, nec vt primo fluentis, nec vt necessariò concomitantis motum mensuratum tempore. 2. D. 2. Qu. 4. *§. Concedo conclusionem*. ✠. *Per hoc*. F. 13.

Creat

Creare .

Creat quod Deus immediatè: *siuefic*, Quod Deus immediatè creat, immediatè conseruat, vel potest conseruare. 2. Dist.c2. Quæst.2.*ſ. Respondeo . ỽ. Item quod*. B. 4

Creati dicit quoddam *fieri*, ita quòd vltra *fieri* addit aliquid, & quantum ad respectum, quem dicit fieri ad causam efficientem, & quantum ad illum respectum, quem dicit ad oppositum præcedens. 3. D.cc.Qu.c.§. *Cui ista opinio*. A.7.

Creari propriè respicit primum efficiens, vt immediatè producens, ità quòd nihil dicitur propriè creari, nisi quod à solo primo efficiente immediatè producitur ad *esse*. *ibidem*.

Creari propriè sumptum, vltra id, quod *fieri*, dat intelligere, scilicet oppositum præcedens qualecunque, siue positiuum, siue priuatiuum, addit quod oppositum immediatè præcedens sit contradictorium, putà negatio, non in aliquo subiecto, ita quòd nec priuatio, nec contrarium. *ibidem*.

Creari strictè, scilicet accipere *esse* à primo efficiente immediatè, & post omnino *non esse*, siue post purum nihil, dicuntur solummodo Angeli, & anima intellectiua, & gratia, & quædam huiusmodi, quæ de nihilo producuntur à primo efficiente. *ibidem. ỽ. Hoc modo*.

Creari generalius accipitur prout dicit habitudinem ad primum efficiens, licet non vt immediatè producens, excludendo omnem causam: dicit etiam ordinem ad oppositum præcedens, scilicet negationem, sed non excludendo quòd sit in aliquo susceptiuo: & à *creari* hoc modo generalius dicto dicitur creatura generaliter de omnibus alijs à Deo, præterquam de Christo; omnia enim alia à primo efficiente recipiunt *esse*, & dicuntur creari, licet etiam sint effectus aliarum causarum; non tamen dicuntur aliarum causarum creaturæ, quia creatura isto modo non dicit relationem ad aliquam causam secundam: accipiunt etiam *esse* sui primum post *non esse*, siue illud sit nihil, siue in aliquo susceptiuo. *ibidem. ỽ. Alio modo*. A. B.8.

Creare est dare *esse*, prima causalitate, post *non esse*; Hoc Christo non repugnat: *creari* est accipere *esse primum* à primo efficiente post *non esse*: Hoc Christo repugnat. *ibidem . Ad primum principale* . G. c3.

Creare vtrum sit Dei solius, quando quæritur: *vel sic*; Quando quæritur, *vtrum solius Dei sit creare?* non quæritur, siue non intendit sic quærens quærere *vtrum solius Dei sit creare omne creabile?* quia tunc ista quæstio includeret, *An aliquid aliud à Deo posset creare se ipsum?* de quo nullus vnquam dubitare potuit secundum August c. Trinit. c. quærens igitur intendit quærere aliquam quæstionem dubitabilem, scilicet, *An aliquid aliud à Deo possit creare, saltem aliquid inferius se?* 4. Distinct. 1. Quæst.1. §. *Sed istæ. ỽ. Hic dicitur; vel Ista confirmatio*. C. 8.

Creare significat relationem passionis, & connotat actum essentialem diuinum intrinsecum, non tantum absolutè, sed vt transit super obiectum extra: Deum autem velle creaturam esse principaliter dicit actum diuinum, licet connotet transitum eius super obiectum.4.D.13.Qu.1.*ſ. Ad argumenta contra istam. ỽ. Ad secundum*. 23.

Creari, vel creatio, idest, hæc vox *creare*, vel *creatio* significat dependentiam ipsius *esse* ad causam, non præcisè, sed vt est cum respectu ad *non esse* immediatè præcedens, quia ibi non tantum notatur dependentia rei ad causam in essendo, sed vltra in accipiendo tunc primò illud *esse* post *non esse*. *Quodl*.Qu.c2.§. *De secundo*. F. 7.

Creari, non curo disputare de significato huius vocis *creari*; An per se significet respectum ad creatorem, & connotet respectum ad *non esse* præcedens; An è conuerso illum per se significet, & illum connotet ad causam; An vtrumque significet, & tunc non significat præcisè conceptum per se vnum, sed duos respectus, & vnus est realis, & alius rationis, qui non faciunt conceptum per se vnum, quia quodcunque istorum trium detur, hoc saltem saluatur, quòd vterque respectus aliqualiter importatur: præcisè tamen propter illum, qui est rationis, negatur idem simul creari, & conseruari. *ibidem. ỽ. Nec curo*. F.8.

Creari quòd potest aliquid, & nunquam conseruari, hoc est tantummodo verum ex ratione alterius, & alterius respectus importari in hoc, quod est creari, & conseruari, scilicet respectus ad oppositum, scilicet ad *non esse* præcedens, quantum ad creationem; & ad ipsummet *esse*, vt præhabitum, quantum ad conseruationem; qui duo respectus sunt tantum respectus rationis; primus est respectus negatiuus, quia ad *non esse*, & nullus talis est realis; secundus est eiusdem ad idem præhabitum, sicut primus ad idem *esse* non habitum: non est autem verum ratione respectus ad causam. *ibidem. Ad argumentum principale*. M.c6.

Creatio .

Creatione, idest, in creatione, propter perfectionem potentiæ productiuæ, ponentis primò totum in *esse*, verè est ratio productionis, inquantum per eam terminus productus accipit *esse*: sed non est ibi ratio mutationis, inquantum mutatio dicit aliquid substractum aliter nunc se habere, quàm prius ex 6. Phys. Tex. 32. in creatione autem non est aliquid substractum. 1. Dist. 5. Quæst. 2. *ſ. Ideo tenendo . ỽ. Primum declarari* . E. 11.

Creatio est dare *esse* rei post *non esse*, absolutè. 1. Distinct. 8. Quæst. 5. §. *Contra istam . ỽ. Item quod non*. C.7.

Creatione, *idest*, In creatione nihil susceptiuum præsupponitur. 1. D.17.Qu.2.*alids* 3. *Ad tertium pro opinione*. Pp.34.

Creatio charitatis, vel gratiæ, quæ est verè mutatio, scilicet illa, quæ est à *non esse* charitatis, vel gratiæ, ad esse gratiæ, nihil præsupponit, nec naturam, nec subiectum eius susceptiuum: alia autem est mutatio à subiecto non charo ad *esse* charum, & sic mutatur anima à *non esse* charo ad *esse* charum: & ista mutatio non est simpliciter creatio, quia præsupponit susceptiuum. 1 D.17.Q.3.vel 6.§. *Sexto. ỽ. Ad tertium*. Zz.5.

Creatio actio quod sit in Deo, & tamen quod non possit denominari ab ea, contradictio est. 1. D.30. Q.2. *ſ. Contra istam ỽ. Quod enim*. C.6. Additio.

Creatio est productio de nihilo. 1. D.36.Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. n. 3.

Creatio, si per eam non producitur effectus, nisi secundum respectum nouum ad efficiens, non videtur esse productio ad *esse simpliciter*, sed tantum *ad esse secundum quid*; & minus erit creatio productio simpliciter, quam sit alteratio, vbi est productio saltem alicuius secundum *esse* absolutum. *ibidem*.

Creatio verissimè est productio secundum illud *esse* essentiæ, quod ponit Henr. rem habere ab æterno: *vel sic*, Productio rei secundum illud *esse* essentiæ verissimè est creatio; Ipsa enim est merè de nihilo, vt de termino *à quo*, & ad verum ens, vt ad terminum *ad quem*: & productio ista secundum eum, est æterna, ergo & creatio est æterna, cuius oppositum nititur ostendere, & dicit se habere demonstrationes. *ibidem*.

Creatio, quæ est productio rei de nihilo, prout ly *De* notat ordinem durationis, negatur communiter à Philosophis, quia dicunt Deum necessario producere quicquid immediatè producit, & nullo præsupposito; Quod autē mediatè producit, producit aliquo præsupposito; de quo producit, quia tunc producit per causas secundas: & ita nec mediatum, nec immediatum effectum contingenter producit de nihilo, sic accipiendo *De*. 2.D.1.Q.2. *ſ. De secundo*. A.5. *Impugnatur . ibidem. §. Sed contra* .

Creatio non tantum videtur importare relationem ad Deum in ratione causæ efficientis, sed respectum ad *non esse* præcedens, & hoc ordine durationis, vt accipitur propriè creatio 2.D.1.Q.4.*ſ. Ad illam primam quæstionem*. Q 27.

Creatio quod non possit reparari, non concluditur ex hoc, quòd Deus non posset reparare eundem motum, vt

T   volunt

Creatio.

voluit aliqui; si enim hoc concedatur, concedit ur propter interruptionem, quæ secundum eos, prohibet identitatem motus reparati, & destructi; Sed hoc non concludit in proposito, nisi quòd creatio non possit reparari eadem, inquantum dicit ordinem immediatum ad *non esse*, non autem inquantum dicit respectum ad causam; vnde idem respectus potest reparari, quia eadem maternitas fuit in matre Christi ad ipsum post resurrectionem, quæ ante fuit. *ibidem. Ad tertium principale*. R. 28.

Creatio passiua quòd insit igni ab igne generante, concedi potest: illa scilicet creatio, qua omne aliud à Deo dicitur creari, siue creetur, siue generetur: nec sequitur; si est ab igne generante, ergo est ad ignem generantem, vt ad terminum; nam similitudo inest huic albo, & illi albo à generante ipsa, & tamen non oportet illam similitudinem esse ad generans, sicut ad terminum. *ibidem. Ad quartum principale*. S. 28.

Creatio est productio totius creati in *esse*, non præsupposita aliqua parte eius, ita quod licet creatum habeat duas partes, quarum altera naturaliter posset præcedere alteram, & eam recipere, vt suam perfectionem: tamen vt totum creatur, non debet primus terminus creationis esse pars aliqua, sed totale esse. *ibidem. Ad quintum principale*. T. 30.

Creatio nulla est mutatio, si dicatur mutatio habitudo potentialis ad actuale nouum, ita quòd potentiale præfuerit in se, & tamen sine illo actu, quia nullum potentiale præexistebat; si autem mutatio dicatur noua actuatio ipsius potentialis, ita quod illud potentiale non præfuit sub actu, nec tamen oportet, quòd in se præfuerit; nec sic creatio Angeli est mutatio, quia nullum potentiale est in eo; tamen sic posset dici quòd creatio ignis est mutatio, si ignis createtur, quia in eo est potentiale, vt actuaretur per formam, & aliter se haberet nunc, quam prius, non quòd prius fuerat, sed quòd non se habuerat prius, sicut modo, *ibidem*.

Creatio nulla vel non est mutatio: *siue sic*, Vel nulla creatio est mutatio, si oporteat semper potentiale præfuisse: vel saltem creatio simplicis non est mutatio, si sufficiat potentiale non fuisse sub illo actu, in quo nunc est, & ita nouiter fuisse sub actu per mutationem. *ibidem*. V. 30.

Creationem non esse eamdem realiter fundamento ratione ordinis immediati ad *non esse*, propter quem concessum est mutationem differre à forma, concessum est: *siue sic*, Ratione illius ordinis immediati ad non esse, propter quem concessum est mutationem differre à forma, concessum est etiam creationem non esse eamdem realiter fundamento, quia ille ordo immediatus ad *non esse* non est idem, si non manet, nisi in primo instanti, sicut propter illum eumdem ordinem non maneat creatio, nisi in primo instanti, cum forma. *ibidem, in fine*.

Creatio est vna ratio semper manens respectu creaturæ, inquantum intelligitur coexistere primo *nunc* temporis, quia *nunc* temporis præcessit *non esse* illius creati: & illa eadem actio manens dicitur conseruatio, inquantum coexistit alijs partibus temporis, non immediatè sequentibus *non esse*, sed *esse* præhabitum cum illis partibus temporis: & illa actio est quasi continuatio *esse* præhabiti, non comparando ad *esse*, vbi non est prius, nec posterius; sed comparando ad partes temporis, quibus coexistit. 2. D. 2. Q. 1. *Ad primum pro opinione*. E. 19.

Creationis termini non essent contradictorij, si illa non sunt contradictoria, quæ non sunt accepta pro eodem tempore, quia *non esse*, quæ præcedit *esse* creati, non potest esse contradictorium priuatiuum, nec medium inter hæc, quia in nullo susceptiuo est: & si non esset contradictorium ei creatio, ergo non esset inter contradictoria, vel contraria, quod videtur absurdum. 2. Dist. 2. Qu. 9. *Ad secundum principale*. ℣. *Posset etiam*. R. 34.

Creatio est actio, non concurrente alia causa alicuius generis, nisi tantùm primo efficiente, & primo fine, & talis nulla est actio creaturæ. 2. D. 9. Q. 2. *Ad primum primæ quæstionis*. L. 26.

Creatio ex Aug. 13. Confess. prius origine terminatur ad materiam, quam ad formam, licet secundum eum primò fuerit creata cum forma. 2. Dist. 12. Qu. 2. §. *Respondeo*. A. 3.

Creatio est productio, quæ excludit omnem aliam causalitatem, & causæ materialis, & seminalis, & efficientis creati. 2. Dist. 18. Qu. *Vnica*. §. *Contra primum*. ℣. *Ad rationem*. A. 4.

Creatio terminatur ad aliquod existens. 3. Distinct. 6. Quæst. 1. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea, anima*. A. 3.

Creatio non magis ponit primum *esse* termini, quam aliqua alia mutatio: Dico, quod hoc est falsum, quia istam specificationem addit creatio vltra alias mutationes, vt sicut aliquid non esset creatura, si esset tantum à secunda causa, pro eo quod *creari* dicit respectum ad primum efficiens: & tamen potest dici genitum respectu causæ secundæ: similiter licet per generationem acquiratur aliquod *esse* simpliciter, si tamen illud non sit primum *esse* geniti, & etiam primum *esse* geniti non sequatur *non esse*, tale genitum non dicitur creatura. 3. Dist. 11. Quæst. 1. §. *Contra istam rationem*. ℣. *Ad primum*. D. E. 11.

Creatio propriè dicta, sicut est productio de nihilo, idest, non de aliquo, quod fit pars primi producti, & recepui formæ inductæ; ita annihilatio est destructio in nihil, vtroque modo. 4. Dist. 1. Qu. 1. *Ad quartum principale*. P. 33.

Creationem Dei non est inconueniens concedere esse relationem rationis, cum necesse sit dicere creationem creaturæ non esse passionem de genere passionis, sed relationem propriè dictam. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Ad secundum*. Q. 23.

Creatio passio si non semper manet, tamen semper manet illa habitudo, quam creatura habet ad Deum, vt ad causam efficientem, dum creatura manet, ergo illa habitudo non est creatio passio de genere passionis. *ibidem*. ℣. *Ad secundum videtur*. X. 29.

Creationis vt talis, primus terminus formaliter est hic. Quodl. Quæst. 2. §. *Prima ratio*. ℣. *Præterea, instatur*. B. 5.

Creationi rei permanentis, in vno tantummodo instanti habentis *esse*, non concedo quod possit continuari annihilatio, vt sit vna mutatio creatio illa, & annihilatio, quia tunc secundum argumentum Philosophi quando creatur, verum est dicere, quòd annihilatur; sed tantummodo concedo, quod creationem consequitur annihilatio. Quodl. Q. 12. §. *De tertio*. ℣. *Ad primum*. H. 12.

Creatiuus.

Creatiua potentia per se, sine alio principio materiali, producit productum: ex hoc infertur à simili, quòd productiua potentia prima se ipsa sola producit, & sine alio principio productiuo concurrente, & ita sine alio, quasi materia: similis enim ratio videtur de principio productiuo, & creatiuo, quia si poneretur aliquod principium quasi materiale, noue sset, inquantum tale, summæ perfectionis; & ita videretur reducendum, in ratione principij, ad principium productiuum actiuè. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Item quarto*. C. 9.

Creatiui, & creatiuis relatio non est vna relatio rationis, sicut nec extrema, ad quæ comparatur, sunt ibi idem. 1. Dist. 30. Quæst. 2 §. *Contra istam*. ℣. *Præterea non potest*. B. 6.

Creator.

Creatorem esse, *siue* Esse Creatorem natum est denominare naturam, & suppositum ratione naturæ; non sic creatura. 3. D. 11. Q. 1. *Ad primum principale*. F. 13.

Creator non dicit aliquid repugnans naturæ, vel huic supposito, sicut creatura; creare enim est dare *esse*, prima causalitate post *non esse*: hoc Christo non repugnat: creari est accipere *esse* primum à primò efficiente post *non esse*: hoc Christo repugnat. *ibidem*. G. 13.

Creator.

Creator sicut est principium essendi in natura condita, ita Redemptor est principium reparationis in natura lapsa; ergo nullus potest recreari sine recreatore, vel Redemptore, sicut nec esse sine creatore. 3. D.25.Qu.1. *§. Sed hic occurrunt.* ✠. *Praeterea, sicut.* F.9.

Creatum.

Creata omnia, quia limitata nata sunt esse totius Vniuersi, quod est vnum vnitate ordinis, sicut patet 12.Meta.Tex. 52. & ideo quodlibet istorum est potentiale ad istam formam, quæ est ordo, vt scilicet habeat ordinem ad aliam partem: & hoc, vel secundum eminentiam, quæ est in naturis diuersis in Vniuerso; vel secundum æqualitatem; vel secundum actionem, & passionem; siue secundum causalitatem. 1. D.30.Q.2. *Ad tertium principale.* ✠. *Sed tamen.* Q.19.

Creatum omne quantum, siue mole, siue virtute ad aliud quantum creatum & si ponatur habere relationem realem propter hoc, quòd ordo, a quo est vnitas Vniuersi, potest attendi inter talia quanta: tamen quanti infiniti nulla potest esse habitudo realis ad quantum finitum, *ibidem. Ad quartum principale.* R. 20.

Creatis in rebus quicquid non secundum substantiam dicitur, restat vt secundum accidens dicatur: Aug. 5. Trinit. 5. & ibidem cap. 16. quando dicit, *illa sunt accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione eorum, de quibus dicuntur, accidunt.* Exponenda sunt hæc *secundum accidens dici*, quod non per se prædicatur *in quid*: & cum hoc est etiam mutabile, non tamen manente fundamento, sed post mutationem fundamenti, & prima conditio deficit in prædicatis essentialibus, vel potius in substantialibus dictis de creaturis: secunda conditio deficit in relationibus diuinis, sed ambæ concurrentes sufficiunt: & ita potest exponi vltima authoritas de 16. cap. *quia illa sunt accidentia in his, ad quæ dicitur Deus*, hoc est, sunt simpliciter mutabilia, non tamen amissibilia; & sunt dicta accidentaliter, hoc est, non essentialiter de substantijs, & vna conditio deficit in relationibus diuinis. 2. D.1.Q. 4. §. *Ad authoritates.* P.26.

Creatum quodlibet non minus dependet ad Deum, quam quodcunque causatum ad aliud causatum, quia dependentia ad primum videtur esse essentialissima. *ibidem.* §. *Oppositum.* n.3.

Creatum esse, & increatum, si in ipsa immediatè diuidatur ens, potest dici, quod diuisio est insufficiens, quia licet quodcunque vnum diuidatur in se per alterum istorum, non tamen quod in se implicat duo, scilicet naturam, & suppositum (vt Christus Dominus) quia ratione naturæ repugnat sibi vnum, & ratione suppositi repugnat sibi aliud. 3. D. 11.Qu.1. *Ad tertium principale.* G. 13.

Creatorum nihil dicitur de Christo, quia nihil est creatum in Christo, nisi natura humana, quæ non dicitur de Christo. *ibidem. In quarto argumento ad oppositum.* n. 2.

Creatum omne oblatum Deo tantum valet, pro quanto Deus acceptat illud, & non plus. 3. D. 20. Q. *Vnica. §. Contra illud.* B. 9.

Creatum aliquod non potest diligere Deus à parte diligibili infinitè, quia non est infinitum. 3.D.19 Quæst. *Vnica. Ad quartum principale.* H. 14.

Creatum forte dicit aliquid per se pertinens ad genus relationis, & tamen forte denominat quodlibet aliud à Deo, & solum illud aliud à Deo est proprie in genere, ergo potest iste respectus pertinere per se ad vnum genus, & tamen denominatiuè dici de relationibus, vel respectibus nouem generum. 4.D.12.Q.1. *§. Ad quæstionem.* ✠. *Respondeo bene.* D.7.

Creatum producitur productione, formaliter relatione propriè dicta. 4.D.13.Q.1. §. *Ad argumenta contra istum.* ✠. *Ad primum.* P. ante 21.

Creatum aliquod dicitur habere esse incorruptibile pro quanto non habet contrarium, vel non potest destrui ab aliquo creato, sed tantummodo potest annihilari à Deo non conseruante, 4. D.49.Q.6.§. *Hic duo.* ✠. *Concedo. ergo.* B.6.

Creatum aliquod, vt distinguitur ab æterno, quòd mensuretur æternitate, & non æuo, videtur manifestè fal-

Creatum.

sum, quia siue æuum includat successionem, siue possibilitatem ad deficiendum, videtur competere cuicunque creato, quod non est propriè temporale; Æternum enim sicut est totum simul actu, ita caret potentia non essendi. *ibidem.* §. *De secundo.* ✠. *Praeterea ad rem* K. 16.

Creatum nullum est pars Dei, cum Deus sit simplicissimus; sed omne finitum, cum sit minus illa entitate infinita, conformiter potest dici pars licet non sit secundum aliquam proportionem determinatam, quia exceditur in infinitum: & hoc modo omne aliud ens ab ente infinito dicitur ens per participationem, quia capit partem illius entitatis, quæ est ibi totaliter, & perfectè. *Quodl.* Q.5. *Ad argumentum principale.* A a. 26.

Creatum potest secundum se totum, & quodlibet eius, virtute diuina, succedere alteri creato. *Quod.* Q.10. §. *De primo.* ✠. *Secundo modo.* A. 3.

Creatum quodcunque potest esse terminus potentiæ causatiuæ, & hoc non tantùm absolutè, sed comparatum ad quodcunque aliud ens creatum, tanquam succedens illi. *ibidem.* ✠. *Respondeo, ratio.* D. 7.

Creatum totum, *siue* Totum creatum, & totum conseruatum in creatione, & conseruatione est totaliter à creante, & conseruante, non sic, vt aliquid eius passiuum recipiat formam ab Agente. *Quodl.* Q. 12. §. *De primo.* ✠. *Hic dici potest.* C. 5.

Creatum nihil: *siue* Nihil creatum potest esse causa præsentiæ diuinæ, etiam abstractiuæ, sub propria ratione diuinitatis apud intellectum, quia non potest causare aliquod, quod sit repræsentatiuum proprium, & per se diuinitatis, sub propria ratione cognoscibilis; quia tale repræsentatiuum nō potest causari, nisi vel ab ipsomet cognoscibili, vel ab aliquo perfectè continente ipsum sub ratione suæ cognoscibilitatis; Et si igitur Deus possit cognosci per aliquod repræsentatiuum, illud tamen non posset causari, nisi immediatè ab ipso Deo, illud voluntariè causante. *Quodl.* Q.14. §. *De secundo.* ✠. *Per idem.* N. 11.

Creatura.

Creatura strictè dicitur illud, quod accipit esse à primo efficiente immediatè, & post omnino *non esse*, siue post purum nihil. 3.D.11.Qu.1. §. *Cui ista opinio.* ✠. *Hoc modo.* A.7

Creatura, licet in se sit ens absolutum, tamen respectu Dei non est, nisi quidam respectus, secundum aliquos. 2.D.1.Q.4. §. *Hoc ergo.* G 17. *Impugnatur ibidem.* §. *Contra istam.*

Creaturæ, secundum opinionem asserentem creaturam esse tantùm respectum respectu Dei, non magis distinguuntur à Deo, quàm relationes in diuinis inter se. *ibidem.* ✠. *Tertio sic.* I. 18.

Creatura, si tantum sit relatio, & relatio opposita in Deo, sicut filiatio est relatio subsistens, opposita relationi patris, equalis erit distinctio hinc, & inde: & vlterius tunc suppositum creatum non esset nisi relatio quædam subsistens: & sic difficilius esset concipere modum existendi personæ creatæ, quàm increatæ. *ibidem.*

Creaturæ, si dicatur, quod differant in natura absoluta in se, non sic diuinæ personæ, hoc videtur destruere positum de constitutione creaturæ per respectum tantùm respectu Dei, quia tunc creatura habebit essentiam absolutam, quæ non tantum erit relatio. *ibidem.* ✠. *Et si dicat.*

Creatura si est tantùm relatio formaliter, videtur sequi, quòd minus differat creatura à Deo, quàm vna persona diuina ab alia persona diuina; quia in personis diuinis est relatio realis, & mutua, sed inter creaturam, & Deum non est mutua relatio realis. *ibidem.* ✠. *Videtur etiam.*

Creaturæ vel non differunt specie, vel creatura non erit præcisè illa relatio, qua refertur ad Deum; Relatio enim creaturæ ad Deum non distinguitur formaliter, nec specie in diuersis creaturis, quia illis relationibus omnibus in creaturis correspondet idem extremum ex parte Dei: relationibus autem alterius rationis non correspondet terminus eiusdem rationis. *ibidem.* ✠. *Quarto.*

Creatura.

Creatura, *idest*; In creatura est triplex relatio ad Deum, igitur qua ratione ipsa nihil erit, nisi vna relatio, pari ratione nihil erit, nisi alia relatio, igitur non potest præcisè esse aliqua vna istarum: nec potest esse omnes istæ: quia omnes istæ differunt formaliter inter se: & tunc quælibet vna essentia haberet distinctionem formalem à se ipsa. *ibidem.* ℣. *Quinto sic.* K. 19.

Creatura, *idest*; Hoc, quod est creatora, cum natum sit diei generaliter de entibus, tam de supposito, quàm de natura, non denominabit suppositum ratione naturæ, nisi conueniat supposito propria denominatione. 3. D. 11. Q. 1. §. *Ad istam*. F. 12.

Creatura licet de albedine dicatur, non tamen de albo, si album non est *esse* primum illius, de quo dicitur. *ibidem*. *Ad tertium principale*. H. 14.

Creatura nulla habet entitatem secundum totam perfectionem, quæ nata est esse entitatis in se. 1. D. 8 Q. 2. §. *Hic dicitur.* ℣. *Contra istam*. A. 2.

Creatura quo ad esse, & non esse.

Creatura, inquantum est fundamentum relationis æternæ ad Deum, vt cognoscentem, non habet verè esse essentiæ ex hoc, quod est sub tali respectu. 1. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Concedo conclusionem*. B. C. 6.

Creatura, vt homo, non est ex se, ens ratum, si ens ratum appellatur, quod habet *esse* firmum, & verum *esse*, siue essentiæ, siue existentiæ, sed est ens ratum ab efficiente, à quo habet *esse* verum, & essentiæ, & existentiæ; Sed si intelligantur ens ratum illud, quod primò distinguitur à figmentis, cui scilicet non repugnat *esse* verum essentiæ, vel existentiæ, dico, quòd homo, ex se, est ens ratum, quia formaliter, ex se, non repugnat sibi *esse*; sicut enim cuicunque repugnat aliquid primò, ei repugnat formaliter ex ratione eius, ita cui non repugnat formaliter, non ei repugnat per rationem ipsius, & & ideo si homini, de se, repugnaret *esse*, per nullum respectum aduenientem posset non repugnare sibi *esse*. *ibidem*. *Ad primum principale*. I. 11.

Creatura, vt lapis producta in *esse* intelligibili per intellectum diuinum habet, ex se, formaliter, & quasi principiatiuè per intellectum, quòd sibi non repugnat *esse*, & quòd non potest, ex se, *esse* necessariò. 1. D. 43. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*, ℣. *Sed contra*. B. 3.

Creatura producitur in *esse* intelligibili non de aliquo *esse* nec simpliciter, nec secundum *quid*, nec possibili ex parte sui in isto *esse*; Istud tamen produci non est creari, quia non terminatur ad *esse simpliciter*, sed *secundum quid*. 2. Dist. 1. Qu. 2. §. *Quantum ad istum*, C. 7.

Creatura sicut non potest actualiter tendere in *non esse*, & tamen semper fore; ita non potest actualiter fuisse post *non esse*, & tamen semper fuisse. 2. Dist. 1. Qu. 3. §. *Tenentes istam positionem*. ℣. *Ad quintum principale*. C. 13.

Creatura, secundum quodcunque *esse* eius, necessariò est posterior omni esse Dei ad intra, quodcunque enim esse attribuitur creaturæ, siue reale, siue diminutum, illud est à tota Trinitate: & ideo nihil intrinsecum in diuinis includit necessariò respectum ad creaturam. 1. D. 18 Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. E. 5.

Creatura in nullo *esse*, nec intra, nec extra, est *necesse esse*: neque in *esse* existentiæ, nec in *esse* essentiæ, scilicet diminuto, siue intellecto: ratio huius est, quia necessitas est conditio existentis, & tale *esse* abstrahit ab existentia. *ibidem*, §. *Hic dicitur*, ℣. *Sed hoc*. B. 4.

Creatura non habet, ex se, *non esse*, nec habet, ex se *esse*, nec simul in ea est *esse*, & *non esse*, nec aliquo modo habet *non esse*, quando est; sed quantum ex se haberet *non esse*, nisi causa extrinseca suum *non esse* impediret, dando sibi *esse*, quia ex sola ratione creaturæ non haberet *esse*, circumscripta omni causa extrinseca dante *esse*, quia nullo modo haberet *esse*, nisi per causam extrinsecam produceretur in *esse*, 2. D. 1. Q. 2. §. *Respondeo*. A. 3.

Creaturam non habere *esse*, ex se, formaliter magis propriè dicendum est, quam habere *non esse*, ex se, formaliter prout *ex se* affirmatur, nec habet *esse*, ex se, nec *non esse*, *ibidem*.

Creaturæ accipiunt *esse* sui primum post *non esse*, siue illud sit nihil, siue in aliquo susceptiuo. 3. D. 11. Q. 1. §. *Cui ista*. ℣. *Alio modo*. B. 8.

Creatura quæcunque accipit *esse* primum post *non esse*, vel quatenus primum *esse* dicitur illud, quo totum dicitur primò ens, hoc est adæquatè; vel quatenus primum *esse* dicitur *esse* primæ partis alicuius in toto; altero, inquam, istorum duorum modorum creatora accipit *esse* primum post *non esse*, vel totale, vel partiale, primæ partis. *ibidem*. ℣. *Esse autem*. C. 9.

Creatura nulla habet *esse* propriè in memoria diuina, vt memoria est; fit enim primò actu intelligibile per actum intelligentiæ diuinæ, & in illo est primò. 3. D. 32. Q. *Vnica*. §. *Ex isto*. ℣. *De verbo*. D. 4.

Creatura si haberet *esse* proprium in memoria diuina, vt memoria est, tunc esset ratio mouendi intellectum infinitum ad verbum exprimendum, inquantum est eius, & ita finitum moueret intellectum infinitum, & ita vilesceret ille intellectus; saltem si, per impossibile, in memoria diuina esset vnus lapis, sicut in memoria nostra est aliquando intelligibile, ille cum essentia in memoria esset ratio exprimendi verbum, quia verbum producitur de his, quæ sunt in memoria Patris: & tunc sequeretur, quod finitum esset ratio intelligendi intellectui infinito, & ratio producendi notitiam infinitam, quod videtur falsum. *ibidem*.

Creatura non prius ponitur *in esse* per actionem Patris, & postea sequitur actio Filij, sed virtus causandi ordinatè, secundum ordinem originis habetur in vtroque prius natura, quam terminus producatur: & ista virtute habita à tribus in eodem signo naturæ, completo tamen toto ordine originis, ponitur effectus omnino simul à tribus. *Quodl*. Q. 8. §. *De secundo*. ℣. *Ad ista*. O. 19.

Creatura in quocunque *esse* est vel possibilis, vel saltem non necessaria à se. *ibidem*. §. *De tertio*. Q. 20.

Creatura quo ad participationem.

Creaturæ, v. g. lapidis, de essentia non est respectus participationis summi boni, quia lapis perfectè cognoscitur, non cognito respectu ad Deum, & nihil perfectè cognoscitur, nisi cognito eo quod est de essentia sua. 1. D. 3. Q. 5 §. *Ad rationes*. ℣. *Ad argumentum*. L. 14.

Creatura non est aliquid Dei quasi partialiter, sicut partes sunt aliquid totius, licet sit aliquid Dei vt effectus, vel participans ipsum. 3. D. 27. Q. *Vnica*. §. *Istæ rationes*. ℣. *In alio*. F. 12.

Creatura dependens.

Creatura nulla est à prima causa independens, sed semper dependens à causa, nõ tamẽ dependẽtia continua, nec alia, & alia, sed eadem: & propter istam eandem potest quælibet creatura habere *esse* cum vna parte temporis, & non cum alia: & pro tanto potest cadere sub tempore, hoc est vt coexistat vni parti temporis, & non alteri, & ita dicatur fuisse non fore, & ita non æternum. 2. Dist. 2. Quæst. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Auctoritates adductas*. G. 24.

Creatura omnes dependent, dependentia causati ad causam, ad tres personas, vt sunt vnum in natura: nec propter illam dependentiam causati ad tres personas ponitur causatum illimitatum. 3. D. 1. Q. 2. *Ad secundum in oppositum*. E. 8.

Creatura dependet ad Deum, & hoc in ratione causæ effectiuæ: & tamen vna creatura dependet ad aliam, sicut ad talem causam, sed non vt ad causam omnino primam effectiuam, qualis est dependentia ad primum. 4. D. 12. Q. 2. *Ad secundum principale*. L. 18.

Creaturæ nulli potest esse notum per rationem naturalem illud, quod contingenter dependet à sola voluntate diuina, 4. Dist. 49. Qu. 6. §. *De secundo principali*. P. 22.

Creatura

Creatura quo ad dependentiam.

Creatura semper in essendo æquè dependet à Deo in *esse*, quia æquè semper ab ipso, per idem *velle* ipsius, habet idem *esse*: & hoc modo posset dici quòd productio personæ diuinæ semper est in fieri. *Quodl.* Q.12. §. *De primo*. ✠. *Respondeo Philos.* D.6.

Creatura quo ad entitatem.

Creatura quælibet habet entitatem cum priuatione alicuius gradus entitatis; Nulla enim creatura habet entitatem secundum totam perfectionem, quæ nata est esse entitatis in se, & ideo caret aliqua perfectione, quæ est nata competere entitati in se, & ideo priuatur. *Quodl.* Q.12. §. *Hic dicitur*. ✠. *Contra istam*. A.2.

Creaturæ ab essentia diuina recipiunt entitatem finitam, quia talis sola eis competit. *Quodl.* Q.5. §. *Ad primum istorum*. ✠. *Ad vltimum*. X.25.

Creatura quo ad productionem.

Creaturia, *hoc est*: In creaturis mutatio concomitatur productionem propter imperfectionem potentiæ productiuæ, quæ non potest dare *esse* totale termino productionis, sed aliquid eius præsuppositum transmutat ad aliam partem ipsius. 1. D.5. Q.2. §. *Ideo tenendo*. ✠. *Primum declarari*. E.11.

Creatura est post nihil, idest, post *non esse* sui, & cuiuscunque in ea. *ibidem*. §. *Ad argumenta*. ✠. *Sed dicer*. R.19.

Creaturæ in productione procedunt de potentia ad actum, & ideo de imperfecto ad perfectum. *ibidem*. §. *Tertio principaliter*. ✠. *Respondeo, quod in creaturis*. O.16.

Creaturæ omnes, secundum August. 4. super Gen. cap.23. erant simul productæ. 2. D.3. Q.9. *Ad quæstionem*. ✠. *Potest tamen*. D.10.

Creatura quo ad creationem, & conseruationem.

Creaturam quando conseruat Deus; *siue* Quando Deus conseruat creaturam, terminus illius conseruationis non est aliquid nouum, sed idem, & secundum idem *esse*, quod prius habuit; non ergo requirit conseruatio actio, vel passio nouitatem in termino. *Quodl.* Q.10. §. *Ad ista*. ✠. *Tertius intellectus*. L.19.

Creaturæ respectus ad Deum creantem, & conseruantem est idem; quod probatur sic: quia eiusdem, re, & ratione, ad idem, re, & ratione, non est dependentia essentialis, nisi vnica eiusdem rationis: Existentia autem creaturæ permanentis est eadem omnino in creatione, & conseruatione, & ea parte termini est omnino idem, re, & ratione, scilicet *velle* primum: & habitudo non solum ad creantem, sed ad conseruantem est habitudo dependentiæ essentialis, & eiusdem rationis, igitur, &c. *Quodl.* Q.12. §. *De primo*. A.2.

Creatura non creatur propriè: *vel sic*, De creatura non est verum dicere, quòd creatur propriè, nisi in primo instanti, quia non nisi in illo habet immediatum ordinem ad *non esse* præcedens: nec est verum dicere quòd conseruetur, nisi post primum instans, quia non nisi tunc habet immediatum ordinem ad se ipsum quasi præhabitum. *ibidem*. §. *De secundo*. F.8.

Creatura potest habere respectum ad Deum creantem, & tamen nunquam habere ad Deum conseruantem; Ista propositio cum infertur ex illa: Aliquid potest creari, & nunquam conseruari; concedi potest, si vniformiter, hoc est, quòd Deus nunquam dicatur conseruare illud quantum ad totum, quod importatur per *conseruare*; Si autem intelligatur quod nunquam habebit ad Deum respectum illum, quem importat hoc, quod est conseruari à Deo, qui est respectus dependentiæ ad causam in essendo, neganda est consequentia; quia etsi nunquam habeat respectum dependentiæ cum illo alio, qui est quasi successionis ad se ipsum, tamen illum qui est dependentiæ, necessariò habebit: & tunc in vltimo consequenti (scilicet *respectus creationis, & conseruationis non est idem*) non potest plus concludi, nisi quòd totum, quod importatur per illum terminum *creari*, non est idem toti, quod importatur per *conseruari*, scilicet duplex respectus hic duplici respectu ibi, quia licet ille, qui communiter vtrobique importatur sit omnino idem, tamen alter, qui importatur in hoc, quod est *creari*, alius est ab illo altero, quod importatur per hoc, quod est *conseruari*. *ibidem*. *Ad argumentum principale*. N.16. in fine.

Creatura quo ad creationem, & conseruationem.

Creatura quo ad esse ab æternum.

Creaturam non posse creari ab æterno, siue sine principio, tenent aliqui potissimè propter hoc, quòd non inuenitur contradictio in istis terminis *aliud à Deo esse sempiternum*: & secundò propter hoc, quòd rationes, quæ videntur probare contradictionem, sunt speciales: & ideo si de aliquo speciali probent contradictionem, non tamen probant hoc de omni alio à Deo: & tertio, quia quædam rationes fiunt, quæ videntur similiter posse fieri de futuro, sicut de præterito, cum tamen nulli negent possibilitatem futuri sine fine: aut possent fieri de successione, sicut de permanente. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes autem*. E.16.

Creatura aliqua, secundum tenentes possibilitatem creaturæ ab æterno, potuit semper producta fuisse, putà Angelus, cuius *esse* est in æuo: & si dicas quòd creatura illa aliquando fit; concederent, quod illa fit in instanti æui. *ibidem*. ✠. *Ad primum dicunt*.

Creatura, cum infertur ex hoc, quod semper fit in instanti æui, quòd tunc esset ens successiuum, non sequitur, quia filius Dei semper generatur, & tamen non est aliquid successiuum sed summè permanens, quia idem instans, in quo generatur, semper manet. *ibidem*.

Creatura, v. g. Angelus si esset ab æterno, dicerent hoc tenentes, quod tunc idem nunc maneret, in quo accepisset *esse*, & ita non esset successio, successiua enim semper aliam, & aliam partem accipiunt sui *esse*. *ibidem*. ✠. *Ad primum dicunt*.

Creatura si produceretur ab æterno, concedunt id tenentes, quòd haberet *esse* acquisitum, quia non haberet *esse*, quod ea se sit formaliter necessarium; Tamen non videtur necessarium, quòd sit acquisitum post *non esse*, quia acquisitio, sicut & receptio, videtur sufficienter stare, si ex se non habeat illud, quod dicitur acquirere, siue sit nouum, siue antiquum. *ibidem*.

Creatura non fuit ab æterno sub potentia ad *esse*, & sub potentia ad *non esse*, sub qua tamen prius? dico, quòd sub potentia ad *esse* secundum veritatem, quam sub *non esse*: & ita non sub potentia ad illud; si autem fuisset ab æterno, fuisset semper sub potentia ad *non esse*, & nunquam sub potentia ad *esse*, sed sub actu; si autem loquaris de potentia ante actum illum, sed quasi subiectiua, & assumatur creaturam non esse sic in potentia ad *esse*, falsum est. *ibidem*. ✠. *Vbi sciendum*. G.18.

Creaturæ, secundum Aug. qui ad Felicianum hanc assignat definitionem creaturæ, *est ex eo, quod Omnipotentis Dei voluntate ex non esse ad esse producta est eius substantia*: Dico quòd vel illa non est definitio creaturæ, sed descriptio quædam, concessa ab Arrio, contra quem arguit August. quia dicit filium Dei aliquando non fuisse: & tunc sufficit August. accipere istam definitionem, vel descriptionem contra eum, vt concessam, & ex negatione huius descriptionis à Filio Dei, concessæ ab eo, concludere contra eum, quòd non sit creatura: Vel si est definitio creaturæ, propriè loquendo de creatura, inquantum creatura; Non tamen propter hoc est definitio cuiuslibet alterius à Deo, putà Angeli, vel hominis, quia diceretur quòd huic, quod est esse creaturam, accidit hæc definitio; sed si illa poneretur definitio incipientis, & de facto esset omne aliud à Deo, tunc arguendo sic; Omne aliud à Deo est incipiens, ergo omne aliud à Deo est creatura, non sequitur, sed est fallacia accidentis propter extraneitatem medij respectu tertij, inquantum comparatur ad primum; non enim quicquid repugnat accidenti, repugnat subiecto, cui accidit tale accidens. *ibidem*. *Ad primum in oppositum*. M.22.

Creatura vt idea.

Creatura, vt intellecta à Deo, est idea, & ita cum Deus, qui licet principaliter sit sapiens sapientia essentiæ suæ, vt obiecti; tamen non omni modo, si non separet creaturam; quia non intellectis ideis, sapiens omnino esse non potest. 1. D.35. Quæst. *Vnica*. §. *Ad ista*. ℣. *Et tunc*, I. 13.

Creatura quo ad necessitatem.

Creatura necessariò produci ponentes Philosophi, habent dicere quòd ipsæ haberent entitatem, qua formaliter essent necessariæ, licet in illa entitate dependerent à causa necessariò producente. 1. D.2. Q.7. §. *Tenendo igitur*. *Respondeo Philosophi*. I.9.

Creatura si esset ex se necessaria, non posset non esse, circumscripto omni alio, cuius circumscriptio non implicat contradictionem: tamen circumscripta alia causa à se per impossibile, posset non esse. *ibidem*.

Creaturam si Pater naturaliter produceret, & necessariò produceret eam formaliter necessariam: tamen non esset tunc necessaria tanta necessitate, quanta est nunc Filius necessarius. *ibidem*.

Creaturæ si essent necessariæ, secundum Philosophos, non essent ità necessariæ sicut primum, sed haberent necessitatem tantùm participatam, & ideo ponere ista non esse, non esset ita impossibile, sicut aliquam realitatem in primo non esse; quia nullum istorum est ita necessarium, sicut quæcunque realitas in primo est necessaria. 1. D.30. Q.2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Secundo nec illæ*. O.16.

Creatura quo ad bonitatem.

Creaturæ, loquendo de esse earum, licet sint, & bona sint, non tamen, inquantum sunt, bona sunt. 1. D.3. Q.5. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad argumentum*. L.14.

Creatura quo ad cognoscibilitatem.

Creatura, verbi gratia, lapis licet prius habeat respectum ad Deum, quàm lapis cognoscatur, & ideo non cognoscitur, nisi cognito Deo: tamen lapis cognoscitur, non cognito respectu ad Deum; Et ex hoc sequitur quòd ille respectus non est de essentia lapidis, quia nihil perfectè cognoscitur, nisi cognito eo, quod est de essentia sua. 1. Dist.3. Quæst.5. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad argumentum*. L.14.

Creaturam Trinitas cognouit etiam intuitiuè, antequam produceatur, quia essentia sua, quam intuetur est ratio perfectissimè cognoscendi omnia alia, & per consequens est ratio cognoscendi intuitiuè quodlibet cognoscibile, licet nullum existeret in se. 1. D.10. Q. *Vnica*. *Ad vltimum principale*. S.14. in fine.

Creatura composita, & simplex.

Creatura aliqua est simplex, hoc est, non composita ex rebus: tamen nulla creatura est perfectè simplex, quin aliquo modo sit composita, vel componibilis. 1. D.8. Q. 2. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra istam*. A. 2.

Creatura est composita, quia habet entitatem cum priuatione alicuius gradus entitatis; Nulla enim creatura habet entitatem secundum totam perfectionem, quæ nata est esse entitatis in se, & ideo caret aliqua perfectione, quæ est nata competere entitati in se, & ideo priuatur: sicut talpa dicitur esse cæca, quia nata est habere visum secundum rationem animalis, non secundum rationem talpæ secundum Phil. 5. Meta. cap. de priuatione, Tex.27. Componitur igitur non ex re, & re positiuis, sed ex re positiua, & priuatione, scilicet ex entitate aliqua, quam habet, & ex carentia alicuius gradus perfectionis entitatis, cuius ipsum non est capax, tamen ipsum ens est capax; sicut talpa secundum se non est capax videre, sed secundum quòd animal nata est videre: nec tamen ista compositio ex positiuo, & priuatiuo est in essentia rei, quia priuatio non est de essentia alicuius positiui. *ibidem*.

Creatura est composita, compositione, quæ est actus, & potentiæ obiectiuæ, & sequitur ad compositionem ex

Creatura composita, & simplex.

positiuo, & priuatiuo; Quicquid enim est ens, & caret aliqua perfectione entis, est simpliciter possibile, & terminus potentiæ simpliciter, cuius terminus non potest esse ens infinitum, quod est necesse esse. *ibidem*. B.2.

Creatura quælibet est componibilis; quod patet de accidente, quod est componibile cum subiecto: In substantia etiam patet, tam de forma, quàm de materia: De substantia etiam per se generabili, & corruptibili patet, quòd est receptiua accidentis; nulla igitur substantia esset non receptiua, nisi propter perfectionem sui; sed perfectissima intelligentia est receptiua accidentis, quia capax est suæ intellectionis, & volitionis, quæ non est substantia sua. *ibidem*. ℣. *Est etiam*. C.2.

Creatura nulla est verè simplex, quia composita ex positione, & priuatione: actu, & potentia obiectiua, & componibilis alij creaturæ. *ibidem*. *Ad argumentum principale*. C.3.

Creatura omnis simplex quòd sit perfectior creatura non simplici, non sequitur ex hoc, quod simplicitas est simpliciter perfectionis secundum quòd excludit componibilitatem, vel compositionem ex actu, & potentia, vel ex perfectione, & imperfectione, quia aliquid, quod est simpliciter perfectionis potest repugnare alicui naturæ limitatæ, & ita illa non esset simpliciter, & perfecte talis natura, si haberet illud, quod repugnat sibi; sicut canis non esset simpliciter canis perfectus, si esset sapiens, quia repugnat sibi sapientia, 1. D.8. Q.1. *Ad primum principale*. G.6.

Creatura delata ad Deum.

Creatutarum relationes ad Deum sunt nouæ, & ex tempore, nec propter istas relationes, inquantum sunt ad eum, vt ad terminum, necesse est ponere aliquas relationes in Deo, ex tempore, terminantes istas, 1. D.30. Q.2. §. *Respondeo igitur*. E.9.

Creaturæ relationes omnes ad Deum pertinent ad tertium modum relatiuorum, igitur qualescunque sunt illæ, quæ sunt in vno extremo, non oportet alterum extremum, secundum aliquam relationem, in eo terminare illas relationes, sed potest terminare præcisè sub ratione absoluti. *ibidem*.

Creaturas referri ad Deum, vt ad absolutum, qui maximè habet rationem absoluti, vt creaturæ sunt ad eum, est rationabile. *ibidem*. ℣. *Hoc etiam*. G.10.

Creatura sicut respectum: *vel sic*, Sicut creatura dicit respectum vnius naturæ ad aliam, vt naturæ humanæ ad diuinam, ita videtur, quòd creator dicat è conuerso respectum naturæ diuinæ ad humanam. 3. D.11. Q.1. §. *Contra, sicut*. n.5.

Creaturæ ad Deum, vt ad causam efficientem, non est nisi vna relatio, & coæua fundamento: & illa potest dici creatio passiua: vel si hoc nomen *creatio* importat nouitatem, siue ordinem ad *non esse* præcedens, oportet vti alio nomine non importante nouitatem, quia illa nouitas non est coæua, nec relationi ad Deum, nec fundamento. 4. D.13. Q.1. §. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Respondeo ergo*. X.29.

Creatura imitans essentiam Diuinam.

Creaturæ non tantum imitantur essentiam diuinam sub ratione generalis attributi, sed etiam hanc essentiam, vt est hæc essentia, siue vt nuda, & vt in se est existens. 1 D.3. Q.2. §. *Tertio dico*. ℣. *Cum enim*. D.16.

Creatura repræsentans Deum.

Creaturæ, quæ imprimunt proprias species in intellectu, possunt etiam imprimere species transcendentium, quæ communiter conueniunt eis, & Deo: & tunc intellectus, propria virtute, potest vti multis speciebus simul ad concipiendum illa simul, quorum sunt istæ species, puta speciem boni; speciem summi, speciem actus, ad concipiendum summum, bonum, & actualissimum. 1. Dist.3. Quæst.2. §. *Quinto dico*. F.17.

Cra-

Creatura repræſentans Deum.

Creatura nulla repræſentat Deum, niſi ſecundùm conceptus communes, & non ſecundum conceptus ſpeciales. 1. Diſt. 3. Quæſt. 5. §. *Quantum ad hoc*. B. 3.

Creaturis, id eſt, In creaturis poſſunt multa aſſignari, quæ velut ſimilia repræſentant in diuinis aliqua appropriata perſonis, purà, vnum, verum, bonum: vnum in creatura repræſentat vnitatem appropriatam Patri: verum veritatem appropriatam Filio; bonum bonitatem appropriatam Spiritui Sancto: & iſtæ omnes perfectiones ſubſtantiæ ſunt abſolutæ, & repræſentant abſolutas Dei perfectiones, perſonis appropriatas. *ibidem*. §. *Quantum ergo*. E. 5.

Creatura licet communiter non repræſentet nec perſonam, vt perſona, quæ eſt in intellectu noſtro quaſi pars Trinitatis; nec appropriatum, vt appropriatum, niſi cognoſcatur illud, cui appropriatur; repræſentat tamen appropriabile, in quo ſaluatur quaſi ratio partis, quodam modo, reſpectu Trinitatis *ibidem*. ✝. *Reſpondeo*. F. 6.

Creatura veſtigium, & imago.

Creatura, ſeu qualibet eſſentis creata, inquantum talis eſſentia creata, eſt ſecundum determinatum exemplar, & ideoqualibet repræſentat Deum ſub ratione veſtigij; natura autem intellectualis, inquantum habet in ſe eſſentiam vnam, & operationes multas, inter quas eſt ordo originis; repræſentat Trinitatem ratione omnium iſtorum concurrentium in tali natura, ita quòd natura intellectualis non eodem modo eſt veſtigium, & imago. 1. Diſt. 3. Quæſt. 5. *Ad ſecundum principale*. M. 15.

Creatura illa, quæ ducit nos in cognitionem Trinitatis per modum imaginis, conceptus vnios perſonæ in intellectu noſtro ſit partialis reſpectu conceptus Trinitatis, repræſentat Trinitatem quantum ad illum conceptum, quem intellectus noſter poteſt habere de ea; repræſentabit igitur diſtinctionem trium perſonarum, vnitatem eſſentiæ, & ordinem originis; habebit etiam imitationem eſſentialem ad ipſam Trinitatem, quam repræſentat. 1. Diſt. 3. Quæſt. 9. §. *De ſecundo*. B. 2.

Creatura quo ad eſſe in alio.

Creaturis inſunt, *ſiue*. In creaturis ſunt veræ relationes originis, & principiantis, & principiati; & tamen ibi, propter diuerſitatem naturæ in ipſis relatiuis, neutrum eſt in alio. 1. Diſt. 19. Quæſt. 2. §. *Quantum ad ſecundum*. ✝. *Primum probo*. D. 9.

Creatura quo ad cauſare.

Creatura in nihil poteſt ſine virtute Dei principalis Agentis; ideo iſta propoſitio: In quodcunque ens producibile, non per creationem, poteſt aliqua ſecunda cauſa in virtute propria; falſa eſt, ſi accipiat virtutem propriam, præſcindendo virtutem cauſæ ſuperioris. 4. Diſt. 1. Quæſt. 1. *Ad vltimum principale*. ✝. *Ex iſtis*. S. 34. in fine.

Creatura quo ad creare, & annihilare.

Creatura non poſſe habere actionem aliquam reſpectu termini creationis Theologi communiter tenent. 4 D. 1. Q. 1. §. *In iſta quæſtione*. A. 5.

Creatura non poſſe habere aliquam actionem reſpectu termini creationis, ſecundum quoſdam, tenetur ſola fide, propter auctoritates Sanctorum. *ibidem*. §. *Vnus*, *quod*. F f. 27.

Creatura non poſſe habere aliquam actionem in terminum creationis ponitur ab aliquibus poſſe ratione naturali oſtendi, quæ deducitur ex limitatione efficientis, quæ determinat ipſum ad requirendum materiam in agendo; ratio autem iſta licet dicat propter quid concluſionis, ſcilicet illam limitationem efficientis: tamen iſtud *propter quid* non eſt multum euidentius concluſione, vt paret intuenti. *ibidem*. §. *Alio modo*. ✝. *Ratio iſta*.

Creatura non poteſt creare principaliter per formam intrinſecam actiuam reſpectu termini in ſuo ordine agendi: & hoc probatur per rationem, ſed non communem omni creaturæ, ſed per plures de diuerſis ſpeciales. *ibidem*. §. *Ideo dici poteſt*. G g. 28.

Creatura nulla poteſt formæ materiali dare *eſſe* abſolutum in ſe, hoc eſt, abſque hoc, quòd informet ſuum potentiale; quia ſi poſſet ſic dare eſſe, poſſet & illud conſeruare, & reſliter, virtute creaturæ, maneret in aliquo duratione talis forma ſine materia. *ibidem*. ✝. *Secunda concluſio*.

Creatura quo ad creationem, & annihilationem.

Creatura nulla poteſt inſtrumentaliter creare, ita quòd ſit inſtrumentum propriè actiuum: quod dico, quia fortè non omne inſtrumentum eſt propriè actiuum; Non enim poteſt eſſe actiuum, niſi vel ad diſpoſitionem præuiam, vel ad ipſum terminum: in creatione nihil poteſt præcedere, quod diſponatur; Non poteſt autem agere ad terminum, niſi habeat formam actiuam in ſuo ordine, quæ, ſcilicet, in virtute poſſit attingere ad totum effectum, & totaliter: talis autem non eſt aliqua virtus actiua alicuius creaturæ. *ibidem*. ✝. *Dico etiam*. L l. 31.

Creatura qualibet ſicut requirit ſecum cauſam concauſantem in fieri, ſcilicet principium potentiale, ita ſuper illud non poteſt deſtruendo, ſicut nec producendo, & per conſequens neceſſariò aliquid relinquit, ſicut neceſſariò præſupponit. *ibidem*. *Ad quartum principale*. P p. 33.

Creatura non poteſt creare ex Aug. ſuper Genes. lib. 9. cap. 21. *Angeli nullam omninò poſſunt creare naturam*: & ibidem cap. 22. *Creare naturam, tàm nullus Angelus poteſt quàm creare ſe ipſum*: Item Damaſcenus cap. 18. *qui dicunt Angelos eſſe creatores alicuius naturæ ſunt omnes filij Patris ſui Diaboli*: Item Auguſt. 12. de ciuitat. cap. 24. loquens de Angelis, *Tam nec eos dicimus creatores animalium, quàm nec agricolas frugum*: Item tertio de Trinitate, cap. 9. & 14. *Ita non poſſumus dicere Angelos creatores fuiſſe, ſicut non poſſumus dicere homines eſſe ſegetum creatores*: & poſt, cap. 10. vel 16. *Non eſt creator, niſi qui principaliter iſta formabat penes quem primitus ſunt omnium, quæ ſunt menſuræ, numeri, & pondera*. *ibidem*. *In argumentis in oppoſitum*. n. 4.

Creatura non poteſt agere inſtrumentaliter ad terminum creationis, ſecundum opinantem Sacramentum inſtrumentaliter tantùm diſpoſitiuè agere ad gratiam, & hoc, vt dicit alibi, maximè verum eſt de ſubſtantia corporea, cuiuſmodi eſt Sacramentum: diſpoſitio autem ad gratiam, qualem ponit, eſt terminus creationis. 4. D. 1. Q. 5. §. *Contra iſtam opinionem*. O. 4.

Creatura non poteſt aliquid annihilare. 4. D. 16. Q. 2. §. *Reſpondeo*. ✝. *Tertio ſic*. B. 5.

Creatura quo ad corrumpere.

Creatura non poteſt aliquid corrumpere in accidens per ſe exiſtens, quia non poteſt cauſare accidens per ſe exiſtens; ergo ſi corrumpat, corrumpet in ſubſtantiam, & per conſequens ſi non habet virtutem corrumpendi in ſubſtantiam, omninò non corrumpet 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo ad quæſtionem*. ✝. *Ad aliud dubium*. N. 20.

Creatura non poteſt magis ſeparare à ſubiecto formam in fluxu, quàm in quieto *eſſe*, ſed non poteſt creatura aliqua actiuè eſſe cauſa formæ in *eſſe* quieto ſine ſubiecto, ergo nec in fluxu. 4. Diſt. 12. Q. 4. §. *Quantum ad iſtam*. ✝. *Tertia ratio*. D. 18.

Creatura nulla poteſt naturam intellectualem, vel aliquid naturale in ea corrumpere: & ſi poſſet diminuere, poſſet aliquando deſtruere totaliter illam. *Quodl.* Queſt. 18. §. *Ex iſto*. ✝. *Tertio apparet*. A a. 18.

Creatura quo ad diligere.

Creatura aliqua intellectualis si esset à se, idest, non ab alio effectiuè; & esset de se infinita, sicut imponitur Philosopho quòd asserat hoc de intelligentijs alijs à prima; talis creatura posset diligere aliquid super omnia, & non aliud secundum rectam rationem, nisi primam: & tamen non esset participatio primi effectiuè. 3. D. 27. Q. *Vnica*. *§. Contra primam*. *ỽ. Praeterea aliqua*. B, 6.

Creatura quo ad reparari.

Creatura rationalis frustra fieret, nisi posset sommum bonum propter se amare, & ei per cognitionem, & amorem propter se inhaerere; aut ergo deducit Deus hominem ad hunc finem; aut non: si non, frustra igitur factus fuisset: si sic, cum iam lapsus fuerit per peccatum, necesse est ipsum reparari: hoc Anselmus, lib. Cur Deus homo cap. 1. 2. ideo in 4. cap. concludit, *ex his est facilè cognoscere, quod aut hoc perficiet Deus de natura humana, quod incepit, aut in vanum fecit tam sublimem naturam*. 3. D. 20. Q. *Vnica*. *§. Ad istam quaestionem*. n. 3.

Creatura quo ad gratiam.

Creaturae alicui quantumcunque concrearetur gratia, semper tamen gratia esset gratia: nec esset naturalis, ita quòd de natura sua, vel consequens naturam suam necessariò. 2. Dist. 23. Quaest. *Vnica*. *Ad quartum principale*. G. 9.

Creatura quo ad adoptionem.

Creatura omnis rationalis est filius Dei per adoptionem, vel potest esse. 3. Dist. 11. Quaest. 1. *In secundo ad oppositum*. n. 2.

Creatura quo ad beatitudinem.

Creatura non potest beatificari in se, quia non est bonum infinitum: in bono infinito beatificatur vt in obiecto, quod attingitur per operationes potentiarum, non vt tale bonum est perficiens essentiam eius, quantum ad actum primum. 3. Dist. 2. Quaest. 1. *Ad secundum pro opinione*. I. 14.

Creatura per nullum actum primum distinctum à secundo potest immediatè attingere essentiam diuinam. 4. D. 49. Q. 2. *§. Ad istam secundam quaestionem*. *ỽ. Contra istam opinionem*. A. 5.

Creatura est beata proportionaliter, aliquo modo, illi modo, quo Deus est beatus, sed Deus non est beatus praecisè per hoc, quod est idem sibi, sed per hoc, quod est intelligens, & volens se tanquam obiectum, *ibidem*, *ỽ. Praeterea, creatura*. A. 6.

Creatura intellectualis non potest ex suis naturalibus in beatitudinem, ergo beatitudo in natura sua est eminentioris permanentiae, quam creatura intellectualis: non sequitur, quia est accidens, & licet tale accidens, quod non consequitur principia subiecti, nec subest causalitati huius subiecti; est tamen in se quoddam minus nobile, & minus permanens. 4. D. 49. Q. 6. §. *De secundo*. *ỽ. Ratio eius*. K. 16.

Creaturae beatificabili Deus prius vult beatitudinem perfectam, quam gratiam, fidem, merita, & bonum vsum liberi arbitrij, vel aliquid istorum, & prius vult ei quodcunque istorum, quàm praeuidet ipsum habiturum quodcunque istorum, igitur propter nullum istorum praeuisum vult ei beatitudinem. 1. D. 41. Q. *Vnica*. *§. Potest aliter*, *ỽ. Primum probatur*. A. 11.

Creatura quatenus amatur à Deo.

Creatura tantùm contingenter amatur à Deo, vnde Spiritus Sanctus ex vi principiationis suae, neque primò, neque concomitanter est amor Creaturae. 1. D. 32. Q. 2. *Ad vltimum principale*. G. 14.

Creatura quo ad acceptationem.

Creatura potest esse formalis ratio acceptationis specialis, quia anima est accepta Deo tanquam digna vita aeterna, vt conceditur de charitate, quare ergo non effectiua ratio acceptationis? non videtur ratio. 4. D. 1. Q. 1. *Ad quartum principale*. P p. 13.

Creaturae quo ad complacentiam diuinam.

Creaturarum omnium complacentia, siue complacentia omnium aliorum à Deo, quantum ad actualem existentiam, est merè ex voluntate diuina, absque vlla alia ratione determinante ex parte eorum. 3. D. 32. Q. *Vnica*. §. *Tertium patet*. *ỽ. Ex hoc*, I. 6.

Corpus quo ad deficere, & crescere.

Creatura omnis potest tendere in nihil, & in *non esse*, eo quod de nihilo est; & sua actio similiter tendit in *non esse*: & huiusmodi tendentia surgit necessariò ex natura rei; sed ex hoc non potest poni defectus culpabilis. 2. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Dico*, *quod ista*. *ỽ. Dico igitur*. B. 5.

Creatura rationalis quantum cresceret in entitate, & nobilitate substantiali, tantum cresceret in potentia, vel capacitate. *ibidem*, *Ad quartum principale*. G. 9.

Creatura relata ad subiectum, & causam.

Creatura, *creari* generalius dicto, prout dicit habitudinem &c. dicitur generaliter de omnibus alijs à Deo, praeter quam de Christo; omnia enim alia à primo efficiente recipiunt *esse*, & dicuntur creari, licet etiam sint effectus aliarum causarum; non tamen dicuntur aliarum causarum creaturae, quia creatura isto modo non dicit relationem ad aliquam causam secundam: accipiunt etiam *esse* sui primum post *non esse*, siue in nihil, siue in aliquo susceptiuo. 3. D. 11. Q. 1. §. *Cui ista*. *ỽ. Alio modo*. B. 8.

Creatura si non est nata enunciari de toto ratione partis, nisi fortè illius partis, à qua totum habet esse primum, vel ratione totalis *esse* totius: & humanitas, vel natura humana in Christo non sit primum *esse* Christi, nec *esse* totale eius, non potest de Christo, ratione naturae creatae enunciari hoc, quod est creatura, neque simpliciter, neque cum reduplicatione. 3. Dist. 11. Qu. 2. *Ad secundum principale*. C. 6.

Creatura suprema possibilis.

Creatura suprema possibilis si poneretur, adhuc Deus distaret ab illa in infinitum, quia est infinitus; Tanta enim est distantia Dei à creatura, etiam suprema possibili fore, quantus est Deus. 4. D. 1. Q. 1. *§. Ratio secunda*. F. 11.

Creatura quo ad conuersionem eucharisticam.

Creatura non potest in conuersionem eucharisticam, vt Agens principale: Ratio est, quia in eam non potest, nisi Agens, cuius virtuti actiuae totaliter subest *esse*, & *non esse* vtriusque extremi: sed nullum est creatum huiusmodi, quia quodlibet praesupponit aliquam partem ipsius termini *à quo*, & *ad quem*. 4. D. 13. Q. 1. §. *De secundo articulo*. *ỽ. Dico tamen*. Y. 31.

Credere.

Credere non potest homo, nisi audiat aliquem praedicantem sibi credibilia, vt arguitur Roman. 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo audient sine praedicante? quomodo praedicabunt, nisi mittantur?* Igitur, secundum Apostolum, fides est ex auditu, auditus autem est ex praedicante: praedicare autem nullus potest, nisi mittatur, igitur de primo ad vltimum non potest homo credere, nisi audiat aliquem praedicantem sibi credibilia; Hoc argumentum non valet, nisi de fide acquisita; quia haec fides generatur in homine ex hoc, quòd audit verba praedicantis, adhibendo fidem dictis suis, quia non oportet quemlibet talem esse bonum moraliter

Credere ,

moraliter per charitatem infusam,sed potest esse in peccato mortali, & audiendo prædicantem, & videndo miracula fieri, credit ei: Et hoc, quia dictat sibi naturaliter ratio, quòd Deus non assistit falsitati alicuius, operando miracula ad falsa alicuius prædicata, vel dicta. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Præterea, ad Roman*. B. 5.

Credo sicut Deum esse Trinum, & vnum: *vel sic*, Sicut credo Deum esse trinum, & vnum, & non scio, nec scire possum illud pro statu isto: sic credo me habere fidem infusam inclinantem in illud, sicut in verum, quod est in se verum. *ibidem*. ∫. *Sed quid*, ℣. *Respondeo*. I. 17.

Credendi actus est simpliciter perfectior, quàm actus intelligendi (si loquamur de actibus istis in se) elicitus ab habitu naturali perfecto primorum principiorum, quia actus credendi à perfectiori principio est elicitus, & in perfectius obiectum tendit: Et est loqui de eis secundum quod plus, vel minus attingunt obiectum, in quod tendunt, quantùm ad intelligibilitatem obiecti: & sic dico quòd actus intelligendi est perfectior, quia eius obiectum non tantum excedit ipsum in intelligibilitate non intellecta, quantùm Deus excedit actum credendi in intelligibilitate non intellecta per actum fidei. *ibidem*. *Ad quartum principale*. M. 19.

Credere habens vsum rationis tenetur: *vel sic*, Habens vsum rationis, pro omni statu tenetur credere in vnum Deum, factorem Cœli, & terræ, & hoc pro aliquando. 3. D. 25. Q. 1. ∫. *Sed posito*. B. 3.

Credere necessariò debet explicitè simplex, quæ communiter prædicantur in Ecclesia tanquam de fide tenenda: *vel sic*, Aliqua sunt, quæ communiter prædicantur in Ecclesia, & talia sunt necessaria simplici ad credendum explicitè; scilicet, quòd Christus natus est de Virgine Maria: quod fuit Crucifixus pro redemptione generis humani; Sed si aliquid credendum, quod tamen non prædicatur communiter in Ecclesia, sed si prædicatur specialiter in vno loco de nouo, non est necessarium simplici credere illud, adhærendo illi firmiter tanquam vero, imo necessarium est magis illi non adhærere, quousque sciat illud credi ab Ecclesia tanquam verum, & cum hoc sibi constiterit, tenetur illi firmiter adhærere. *ibidem*. §. *Sed hic occurrunt*. ℣. *Ad primum*. E. 8.

Credendi actus dependet ex duobus, scilicet ex habitu inclinante, & præsentia credibilis, quod non est præsens in habitu: & ideo sine Doctore, & reuelatore non tenentur simplices, quibus non erant tot credenda explicita, tot credere, sicut Moyses; nec Moyses fortè, sicut tenentur modo maiores in Ecclesia, quia tot credibilia non erant sibi reuelata. *ibidem*. *Ad primum principale*. I. 11.

Credere quod aliquis potest nolens *vel sic*. Aliquis potest credere nolens, ex hoc, quòd fides sit in intellectu subiectiuè, & quæ sunt in intellectu præcedunt velle, non sequitur, quia actus credendi dependet ex duobus, scilicet, habitu inclinante, & credibili præsentato non quomodocunque, sed præsentato tanquam credibile: & sic communiter non præsentatur, nisi per doctrinam: & adhuc si sic præsentatur, non necessariò credit intellectus, vt sic credere præcedit velle, quia proponens credibile intellectui non demonstrat, ita quòd cogat intellectum ad assentiendum: ideo non credit, nisi volens, quamuis autem voluntas sic habeat imperium super actum credendi, non tamen habet imperium super oppositum actum, stante fide, vt intellectus dissentiat credibili proposito per imperium voluntatis, sed solùm potest impedire intellectum, ne exeat in actum suum credendi, elicitum circa credibilia proposita. *ibidem*. *Ad argumentum in oppositum*. ℣. *Etsi obijciatur*. K. 11. in fine.

Credendo Deum esse Saluatorem, & beatificatorem omnium bonorum non habeo aliud obiectum formaliter à Deo, de quo credo, quòd est vnus, & cæteros articulos; Sed per ista tantum comparo æternum ad aliquod temporale, quæ comparatio non dicit, nisi respectum rationis. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Si dicatur*. D. 13.

Credere me iustum finaliter saluandum non est, nisi fides applicata ad aliquid particulare; sed desiderare hoc est actus spei. *ibidem*. §. *Ad argumenta pro prima via*. L. 22.

Credendi, & spectandi actus non possunt attribui immediatè illi habitui, per quem Spiritus Sanctus inhabitat, propter imperfectionem istorum actuum, & perfectionem istius habitus, quo Spiritus Sanctus inhabitat mentes; iste enim debet esse ita perfectus, quòd nec in patria euacuetur, quando anima erit templum Dei; Tunc enim non manebunt credere, & sperare. 1. D. 17. Q. 2. vel 3. §. *Quantum ad tertium*. M m. 30.

Credere possumus, testimonio aliorum etiam, tàm firmiter, vt illud *credere* dicatur apud August. scite 15. De Trin. cap. 1. vel 23. *absit*, inquit, *vt scire nos negemus, quæ testimonio didicimus aliorum, alioquin nescimus esse Oceanum, nescimus esse terras, atque Vrbes, quæ celeberrima fama commendat*, igitur magis possumus, & magis debemus credere testi magis veraci: & adhuc magis communitati, quàm personæ singulari. *Quodl*. Q. 14. §. *De primo*. ℣. *Ex his*. F. 5.

Credendi actum si per hoc, quod est inniti fidei habituali intelligatur: *vel sic*, Si per hoc, quod est actum credendi inniti fidei isti intelligatur actum elici secundum inclinationem eius, tunc concedendum est quod actus credendi innititur vtrique fidei, infusæ, scilicet, & acquisitæ. *ibidem*. §. *De primo*. ℣. *Comparando*. G. 5.

Credendi actus, in quantum innititur fidei infusæ, non potest tendere in falsum. *ibidem*. ℣. *Alia differentia*. I. 7.

Credendi actus innititur fidei infusæ, tanquam regulæ certæ, & omninò infallibili, à qua actus habet quod non potest esse falsus; sed innititur acquisitæ tanquam regulæ minus certæ, quia non per illam repugnaret actui quod esset falsus, vel circa falsum obiectum. *ibidem*.

Credimus tantummodo in vniuersali, quòd tendens in aliquod complexum, secundum inclinationem fidei infusæ, in hoc non posset errare; quis autem, & quando, secundum eam, tendit, nec ipsemet tendens scit, nec alius, nec aliquis certitudinaliter experitur. *ibidem*. ℣. *Tertia differentia*. K. 8.

Credere supernaturale est actus, vt elicitur secundum inclinationem fidei infusæ; Credere autem naturale, est actus elicitus secundum certitudinem acceptam ab aliquo testificante. *Quodl*. Q. 17. ∫. *Contra conclusionem*. ℣. *Ad illud*. L. 10.

Credibile .

Credibilia reuelat Deus quando infundit habitum. 3. D. 23. Q. *Vnica*. ∫. *Secundo de fide*. D 6.

Credibilia possunt accipi, & cognosci à nobis naturaliter in quolibet genere credibilium, in conceptibus generalibus entis, & veri, & sic de alijs; Possumus enim hanc, *Deus est trinus, & vnus*, cognoscere in terminis suis generaliter, cognoscendo Deum sub conceptu generali, & similiter trinum, & sic de alijs terminis; Sed hanc, *Deus est trinus in personis, & vnus in essentia*, nunquam cognoscimus euidenter, nec est nobis euidens ex terminis, nisi termini eins apprehendantur à nobis in particulari sub proprijs rationibus; Licet igitur isti termini apprehendantur in vniuersali à nobis, vt tamen sic apprehensi non sunt termini propositionis immediatè simpliciter primæ, sed mediatè: ideo hæ propositiones *Deus est trinus, & vnus*: *Filius Dei est incarnatus*, & huiusmodi, præter omnem cognitionem, quam naturaliter possumus habere ex terminis illarum in vniuersali, adhuc remanent in nobis neutræ, ita quòd non possumus naturaliter scire eas esse veras, nec falsas. *ibidem*. §. *Aliter potest poni*. E. 9.

Credibilia licet non sint præsentia intellectui per fidem infusam, ita quòd repræsentat obiecta, sicut nec aliquis habitus facit, sed aliunde, putà per auditum, vel lectionem: inclinat tamen fides infusa in credibilia primò, sicut in sua obiecta, ita quod fides respiciat primam veritatem, vt de qua est, sicut de obiecto primo. *ibidem*. E. 11.

Credibilibus, *idest*; In credibilibus est aliquod primum, & imme-

Credibile.

immediatum, & necessarium, scilicet quod hic Deus, sub propria ratione, est trinus in personis, & vnus in essentia hac sub ratione huius; sed ad illam propositionem immediatam non attingimus, quia nec terminus, sub proprijs rationibus eorum, intelligimus, sed solùm in conceptibus vniuersalibus, in illis proprijs conceptibus inclusis virtualiter; Vnde noscimus Trinitatem secundum quòd abstrahitur à Trinitate in numeris, vel in rebus corporalibus numeratis: & concipimus Deum, non sub propria ratione eius in se, sed sub ratione entis, & causæ; & sic de alijs conceptibus generalibus, in quos deuenimus ex conceptibus communibus sibi, & creaturæ: Sed ad conceptus proprios Dei in se, sicut est Deitatis, Trinitatis personarum, & vnitatis naturæ, non deuenimus in via clarè, nec confusè, sed intelligimus in communi quid essentia, & quid persona, & postea credimus ibi esse tres personas, & vnam essentiam in tribus. 3. D.24.Q.*Vnica. Ad septimum principale*. N.22.

Credibilibus, *id est* In credibilibus non deuenimus ad aliquam propositionem immediatam (quamuis aliqua sit talis in se, aliter nulla posterior esset) & ideo scientiam de credibilibus non habemus, sed oportet resoluere omnem conceptum, quem nos habemus, in plures conceptus partiales, antequam deueniretur ad conceptum simpliciter primum de essentia, & personis. *ibidem*. in fine.

Credibilia non sunt præsentia in habitu, ideo requiritur Doctor, qui aliquo modo ipsa explicet, scilicet Deus, vel aliquis alius; Quilibet igitur tenetur ad tot credenda ex habitu, quot credibilia sunt sibi explicita ex alijs scientiibus: & quia nullus in veteri lege habuit tot sibi explicita, quot habemus nos in lege, ideo nullus tenebatur ad tot explicitè credenda: & si aliquis habuerit sibi tot reuelata, vt fortè Abraham, tenebatur illa credere, & alijs credenda explicare pro captu mentis, siue pro statu illo. 3. D. 25. Qu. 1. *§. Sed hic occurrunt*. ✝. *Ad actum*. G.9.

Credibile non est præsens in habitu, & ideo sine Doctore, & reuelatore non tenentur simplices, quibus non erant tot credenda explicita, tot credere sicut Moyses: nec Moyses fortè sicut tenentur modò maiores in Ecclesia, quia tot credibilia non erant sibi reuelata. *ibidem. Ad primum principale*. H.1.11.

Credibilium quicunque occursus ad intellectum, ad hoc vt habitus inclinet in actum firmiter eliciendum non sufficit, sicut patet de baptizato nunc, cui si statim occurrant phantasmata illorum terminorum *mori*, & *resurgere*, & componat apud se, *mortui resurgent*, non credet nisi prius sibi constiterit per aliquem, quòd articulus sit credendus; ideo necessario requiritur, cum fide infusa, fides acquisita ex auditu. *ibidem*.

Credibilia tot non fuisse ante Christi aduentum explicitè, & eodem modo reuelata, quot modo sunt à nobis credita, & eodem modo, concedo; credo tamen quod non sunt aliqua in nouo testamento, quæ non possunt extrahi de veteri in aliquo sensu allegotico, & tropologico, vel anagogico: tamen omnia concipiuntur in sensu historiæ, vel literæ in veteri testamento. *ibidem. Ad tertium principale*. K.12.

Credibilia omnia tenentur omnes implicitè credere *ibidem. Ad argumentum in oppositum*. K.13.

Credibile, tanquam credibile, communiter non præsentatur, nisi per doctrinam, *ibidem*. ✝. *Et si obyciatur*.

Credibilia vt sunt præsentia in se, siue in fide acquisita, vel infusa, licet hoc vltimo modo non sufficiant ad mouendum intellectum ad actum, sed voluntas (vt dicit quidam Doctor) simul mouet: & verum est pro quanto mouebat ad acquirendum fidem acquisitam: sed posita fide acquisita, credibili præsente, potest intellectus per habitum infusum, credere, dummodo voluntas non contra moueat; nec plus requiritur: Et esto requiratur motio positiua voluntatis, etiam sufficit voluntas ad sic mouendum in puris naturalibus; quia posito vero supernaturaliter præsente intellectui, potest voluntas mouere intellectum ad intelligendum illud, dummodo in intellectu esset habitus inclinans intellectum in istud, sicut est in proposito. 3. D.25 Q.2. §. *Ideo dico*. A.2.

Credibilia omnia in Deo, vt in obiecto, non concipiuntur à nobis, vt ex illo deduci possint, licet contineat omnia, vt causa effectiua omnium. *ibidem*. §. *Ad secundum*. C.3.

Credibilia quædam sunt, quorum visio per se pertinet ad beatitudinem, sicut est visio Trinitatis, & talia sunt scibilia, extendendo *scire*, & sunt visibilia, extendendo *videre*; Et de istis per se intelligendum est quòd fidei succedet visio in Patria. 3.D.31. Q.*Vnica. Ad tertium principale*. H.10.

Credibilia quædam sunt, quorum visio aliquo modo pertinet ad beatitudinem, non tamen essentialiter, sed concomitanter, quæ etiam non sunt scibilia, quia sunt quædam facta temporalia, sicut sunt credibilia de incarnatione; & de talibus concomitanter succedet fidei visio, non tamen rei in se, quia non videbitur in patria Christus in Cruce, nec in vtero Virginis, sed in Verbo. *ibidem*.

Credibilia quædam sunt, nec vnquam visibilia, nec scibilia, quia facta temporalia, nec pertinentia ad beatitudinem principaliter, nec concomitanter, cuiusmodi sunt aliqua vera pertinentia ad actus humanos: de talibus autem si quis viator haberet fidem, potest concedi quod in illo potest manere fides. *ibidem*.

Creditum.

Creditum nullum repugnat conclusioni sequenti ex veris principijs. 1 D.3.Q.7.§.*Contra istam opinionem intellectus*. ✝. *Hoc etiam*. D.8. *Additio*.

Credita quædam non est inconueniens esse euidentiora, quàm alia. 1. D.42. Q.*Vnica*. §. *Hic respondere*. ✝. *Præterea Philosophi*. C.3.

Creditorum veritatem inquirentes Doctores Catholici per rationes, & nitentes intelligere illud, quod crediderunt, per hoc non intendebant destruere meritum fidei. 2. D.1. Quæst.3. §. *Tenentes istam*. ✝. *Ad secundum*. A.10.

Credita vt intelligantur si non requiritur aliquod speciale lumen, vltra lumen fidei; nec propter notitiam literæ, & conclusionum explicandarum ex illo sensu requiritur aliquod tale lumen, & ita nullo modo necessario requiritur tale lumen. 3. D. 24. Quæst. *Vnica*. §. *Contra hæc*. A.7.

Credulitas.

Credulitas erronea, qua Adam, secundum Aug. lib. 14. De Ciuitate, cap. 11. & lib. 11. super Genes. cap. 4. Credidit peccatum suum fuisse veniale, vel comitabatur, vel sequebatur primum peccatum. 2. D.22. Qu.*Vnica. Ad primum principale*. C.3.

Credulitatis saltem acquisitæ notitia potest haberi, etiam modò, ex naturalibus: hoc probatur, quia secundùm Aug. 11. De Ciuit. cap. 3. *Ea, quæ remota sunt à nostris sensibus, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eique credimus, à quorum sensibus remota esse, vel fuisse non credimus*. *Quodl.* Quæst. 14. §. *De primo*. ✝. *Dico, quod prima*. F.4.

Credulitatis infusæ, & acquisitæ actus esto quòd differant specie, hoc non est per se, inquantum sunt prænij ad *diligere*: hoc est, Inquantum præcedunt ipsos actus diligendi, non requiritur illa differentia istorum specifica: Exemplum; si alicui demonstratiuè concluderetur hoc esse volendum, & alteri dialecticè, tamen actus, quo iste vellet hoc, non differret specie ab actu, quo ille vellet idem; quia in cognitionibus, inquantum sunt prauiæ, non requiritur illa differentia specifica. *Quodl.* Quæst. 17. *§. Contra conclusionem*. ✝. *Alia autem*. N.12.

C R I

Crimen.

Crimen quodcunque committendo publicè, incurrit committens læsionem dignitatis, & sic amittit famam, quantum est in se: nec publicatio illa postea, per quam notificatur illa læsio, aufert sibi famam, sed tantummodo

facit

Crimen.

facit deuenire magis in publicum illud, quod ex natura actus commissi priua, simpliciter erat publicum. 4. Dist. 15. Q.4. §. *Respondeo in genere*. ℣. *Respondeo, sicut*. C.2.

Crimen aliquod proximi narrans coram multis, dicens se tantum audiuisse, (nisi ex modo dicendi ostendat aliquam maiorem certitudinem, quam ex communi relatione,) non aufert, ex natura actus, in opinione aliorum famam ipsi, quia si illi firmiter concipiant illum, de quo est sermo, criminosum esse, leues sunt, quia *qui cito credit, leuis est corde*, Ecclesiast. 19. *ibidem*. ℣. *Respondeo, rara*. D.3.

Crimen verum, tamen occultum, (non seruato ordine iuris) in publico proponens non tenetur retractare verbum suum, quod proposuit in publico, quia hoc faciendo mentiretur, cum sciat illud, quod proposuit esse verum; & non tenetur mentiri propter quodcunque bonum reddendum alteri; sed tenetur alio modo licito reddere sibi famam, vtpotè per huiusmodi verba; Non credatis eum esse talem; malè enim dixi; & fatuè dixi; & hæc quidem vera sunt (malè dixi, fatuè dixi) quia non seruato ordine iuris proposuit, etiam in publico quod non est verum publicum, & persuasio ista (non reputetis istum malum,) bona est, quia quilibet præsumendus est bonus, donec probetur contrarium, iuxta illud Extra de scrutinio in ordine faciendo cap. vnico: *humana fragilitas illum, quem indignum esse non nouit, dignum debet æstimare*. Sed iste non est probatus malus coram istis, ergo bonum est persuadere eis, quòd ipsi non reputent eum indignum, nec malum. *ibidem*. §. *De secundo*. E. 4.

Crimen verum, in publico sibi impositum, negans publicè, negationem suam non tenetur retractare, quia non tenetur quicunque statim in iudicio confiteri se reum, nondum conuictus: tenetur tamen per quædam verba sobria restituere famam illi accusanti, quem indirectè notauit de calumnia, dicendo; Non habeatis eum pro calumniatore, quia credo quòd habuit bonam intentionem proponendo, vel fortè se credidit probare intentum suum, & deceptus fuit. *ibidem*. §. *In tertio*. F. 5.

Crimen verum, sed priuatum, in publico sibi oppositum negans nunquid peccat mortaliter? *Respondeo iustè quod iustum est exequeris*, Deuter. 16. Non ergo respublica omnia mala debet punire, sed quæ cum hoc, quod sunt punienda potest ista potestas iustè punire: talia autem sunt, quæ coram iudice sæculari sufficienter possunt probari; & ideo non læditur respublica, si diuinum iudicium excedat iudicium eius, vt aliqua reseruentur iudicio diuino, super quæ non potest esse iustum iudicium reipublicæ, quia *homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor*, 1. Regnum 16. *ibidem*. ℣. *Sed de illo*, & ℣. *Respondeo*.

Crimen verum, sed priuatum, in publico sibi oppositum negari publicè ab accusato: non est verum quod hoc sit perniciosum contra accusatorem, siue accusantem, sed ipsemet est sibi perniciosus, qui eo modo proponit, quo non deberet proponere; imo non deberet proponere, & ideo imputet sibi, si aliqua infamia sequitur, quia ipse est causa, non autem ille negans; quia defendit innocentiam suam in publico, vbi non est nocens, nec habendus est pro nocente, donec fuerit conuictus. *ibidem*. ℣. *Per hoc patet*.

Crimina commissa ante Baptismum non obsunt, quantum ad gratiam recipiendam, obsunt tamen quantùm ad gradum dignitatis in Ecclesia habendum: & sic exponi potest Hieronymus ad Occanum, & ponitur Dist. 26. cap. 1. *Vnius vxoris virum, idest, monogamum post baptismum, si ante baptismum coniugem habuit, quæ habuit virum, non imputetur ei, cui prorsus nouo, nec stupra, nec alia, quæ ante fuerant obsunt*: distinctio autem prædicta accipitur ex cap. vna Ambros. ibidem, vbi Ambros. *de Officijs ante baptismum iterata coniugia prærogatiuæ ordinationis impedimenta generant*: vel etiam negatur Hieronymus sicut communiter Canonistæ negant eum, tenentes Augustinum super Epistolam ad Titum, & ponitur dist. 26. capit. 2 *dicens, Acutius intelligunt, qui nec eum, qui Cathecumenus, vel Paganus ante baptismum vnam, & post baptismum aliam, ordinandum censuerunt*. 4. Dist. 33. Quæst. 2. *Ad primum principale*. C.2.

C R V

Crudelitas.

Crudelitatis videtur esse punire aliquem, non præexistente in eo culpa. 1. D.41. Q. *Vnica*. §. *Potest aliter*. ℣. *Secundum probatur*. A. 11.

Crudelitatis non est quod vindicta iusta, secundum legem fiat, exterminando reum, & non corrigendo eum, quia finis sic vindicantis proximus est conseruatio legis; & vlterior finis ille, qui est finis legis; finis autem legis positæ ab homine legem ferente non est ipse legislator, vel bonum eius, sed bonum commune; Propter illum ergo finem est lex, & obseruatio eius, & ita rationabiliter est vindicta in quantum est ad istum finem, quàm si esset ad bonum priuatum personæ priuatæ. 4. D.14. Q.2. §. *Primus articulus*. ℣. *Respondeo, vindicare*. E.7.

Crudelitas magna fuit in prima inductione seruitutis, de qua Phil. 1. Polit. 5. qua seruus est sicut pecus; quia hominem, arbitrio liberum, & dominum suorum actuum ad virtuosè agendum, facit quasi brutum, & libero arbitrio non vtentem, nec potentem agere virtuosè. 4. D. 36. Q.1. *Ad primum principale*. H.9.

C V B

Cubum.

Cubum, idest, corpus cubum accipiatur, & moueatur prima superficies eius, vel semper est in aliquo sibi æquali, & ita in superficie, vel correspondet sibi aliquid in magnitudine supposita, putà linea, & sic semper pertranseundo prius aliquid magnitudinis, quàm aliud, pertransit totam magnitudinem, ergo tota magnitudo supposita componitur ex linea, si ratio illorum valet, quòd scilicet totum planum componitur ex indiuisibili ex hoc, quod super illud continuè intelligatur transire indiuisibile. 2. D.2. Q.9. *Ad tertium principale*: ℣. *Præterea accipiatur*. T. ante 37.

C V L

Culpa.

Culpa eo modo eodem non est contra Deum, quomodo *non esse* est contra hominem, & vitam eius; quia per culpam non destruitur Deus, neque detrimentum fit ei, sicut *non esse* est detrimentum hominis, & contra hominem; Sed ideo dicitur contra Deum, quia culpa fit contra præceptum diuinum, nec propter culpam Deus vult hominem non esse simpliciter, nec peccator appetit non esse propter culpam, nec *non esse* est contra præceptum. 4. D.50. Q.2. §. *Contra primam*. ℣. *Dico ergo*. A.4. *Additio in Editione Frantis*.

Culpa est malum simpliciter, quia opponitur bono simpliciter, tollit enim Deo honorem debitum: vnde quia peccatum est contra Deum, & contra ordinem vniuersi, est malum simpliciter; *Non esse* autem est malum simpliciter, sed huic tantùm: totum hoc, si Deo, vel vniuerso posset esse peius in se propter culpam, verum esset; Sed turbatio vniuersi non est in toto vniuerso, sed tantum in hac parte, sicut damnatio, non est, nisi in hac parte; Si ergo intelligis per malum simpliciter huic, est verum; Si autem intelligis, quòd est simpliciter malum, & huic, falsum est, quia sic *non esse* est sibi simpliciter malum, quia *non esse* tollit totale *esse* eius, & sic est sibi totale malum; non autem sic culpa, quia non tollit totam naturam. *ibidem*. ℣. *Ad tertium*.

Culpa quo ad causam.

Causa ipsa est à voluntate, vt à causa actiua, sed tamen deficiente, & ipsa pœna est in voluntate, sicut in subiecto,

Culpa quo ad causam.

cto, quod per culpam priuatur bono conueniente; quod quidem bonum debitum erat, inquantum voluntas secundum primam rationem, scilicet, inquantum potuit agere ad rectitudinem sibi debitam, & non egit, & ideo carentia iustitiæ debitæ primo modo est culpa, & sic voluntaria, quia in potestate voluntatis, vt causa actiua; sicut præsentia dicitur in potestate nautæ, per quam posset saluare nauem, si præsens diligenter laboret: secundo modo carentia iustitiæ debitæ formaliter est pœna, quia corruptio, siue priuatio boni debiti in voluntate, & maximè sibi conuenientis, & sic non est formaliter voluntaria, quia voluntas, inquantum subiectum, non habet formam sibi inhærentem in sua potestate, & ita priuatio iustitiæ debitæ inhærens voluntati est contra inclinationem naturalem voluntatis, magis quàm quæcunque carentia boni commodi non insiti, vel præsentia incommodi. 2. Distin. 37 Quæst. *Vnica. aliàs* 2. *§. Ad quæstionem tertiam*. ✝. *Respondet*. C c. 23.

Culpa continuata sine remissione quæ continuatio potest dici obstinatio ipsa non habet Deum pro causa positiua; sicut enim culpa quando committitur, inquantum culpa, non habet causam positiuam aliquam, sic nec inquantum cōtinuatur, vt culpa est prima pœna, iuxta illud Aug. *Iussisti Domine,& ita est vt pœna sit sibi omnis peccator*; Hæc autem culpa, vt continuata, est à Deo vt causa negatiua, scilicet non remittente: nec tamen est prima causa negatiua, sed ipsa voluntas, voluntariè continuans, est causa demeritoria eius, quod est Deum non remittere, vel saltem ipsa voluntas, quando commisit, hæc demeruit, licet non semper, post actum illius peccati, continuet. 4. Distin. 46. Quæst. 4. §. *De secundo*. D. 6.

Culpa quo ad subiectum.

Culpa in essentia, vt essentia, non videtur esse formaliter. 2. D. 32. Q. *Vnica. § Circa tertium*. A. 6.

Culpæ nulla ratio est in aliquo præcedente actum voluntatis. 2. D. 42. Q. 4. *Ad primum principale tertiæ quæstionis*. R. 19.

Culpa quo ad remissionem, expulsionem, & gratiam.

Culpam quomodo Deus posset remittere non dando gratiam? videretur enim esse mutatio in Deo si non ponatur in ipso iustificato: De hoc in quarto D. 16. 2. D. 28. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Si obijciatur*. B. 7.

Culpæ dimissio, & collatio gratiæ, siuè coniunctim, siue separatim, non respiciunt, nisi potentiam diuinam. 4. D. 1. Quæst. 6. *§. Hic supponendum*. ✝. *Sed inquirendum*. A. 2.

Culpa per solam rectitudinem naturalem, sine gratia, potest (de potentia Dei absoluta) expelli. *ibidem*. *§. Contra istam*. B. 4.

Culpa vtrum possit non imputari ad pœnam, deordinatione eius non ablata, dubium est; sed hoc concesso, opposita deordinatio ista potest auferri absque collatione gratiæ. *ibidem*. *Ad tertium pro opinione*. D. 7.

Culpam Deus, pro statu naturæ lapsæ, nulli remittit, nisi cui dat gratiam; nullum enim liberat à perditione, nisi quem ordinat ad hoc, vt sit filius Regni. 4. D. 4. Qu. 2. §. *Ad quæstionem*. A. 2.

Culpa potest remitti absque hoc quod gratia infundatur; Potest enim Deus de potentia absoluta hominem creare in puris naturalibus sine culpa, & sine gratia; ergo & post lapsum talem reparare, & ita remittere culpam sine infusione gratiæ. 4. D. 16. Q. 2. §. *Respondeo*. ✝. *Item secundo*. B. 4.

Culpæ remissio, & infusio gratiæ possunt ab inuicem separari; Posset enim in statu innocentiæ in genere humano (& ita factum est in Angelis, qui non peccauerunt) gratia infundi absque remissione. *ibidem*. A. 4.

Culpa, & gratia non sunt formaliter opposita, nec formaliter repugnantia; probatio: Quia tunc Agens effectiuè, vel defectiuè potens super *esse* vnius, posset effectiuè, vel defectiuè super *non esse* alterius, vt patet vniuersaliter in incompossibilibus: voluntas autem creata potest effectiuè, vel defectiuè super *esse* culpæ, quia ab ipsa est culpa; ergo ipsa posset effectiuè, vel defectiuè super *non esse* gratiæ, quod est falsum; quia gratia non destruitur, nisi annihiletur, sed creatura non potest aliquid annihilare. *ibidem*. ✝. *Tertio sic*. B. 5.

Culpa quando remittitur, non est transitus (propriè accipiendo transitum) à contradictorio in contradictorium, licet ante remissionem iste, cui remittitur culpa, sit ordinatus ad pœnam, & dignus pœna, & post non; quia voluntas diuina pro instanti, pro quo iste peccat, & pro toto tempore habito vsque ad instans B: vult illum esse puniendum; non prout *puniendum* est participium futuri temporis passiui, sed prout est nomen, idest; vult illum esse dignum puniri, quod nihil aliud est, nisi velle punire istum pro tunc, & hoc volitione conditionata, videlicet, si fiat in termino: Vel si in instanti B pœniteat, vult istum, pro tunc, & pro toto tempore habito vsque ad instans noui peccati non esse puniendum, quod est velle istum conditionaliter non punire, si sit in termino; Hic ergo non est transitus aliquis ab vno opposito in aliud oppositum, sed hic est circa idem obiectum *velle* conditionatum affirmationis, pro vno instanti; & *velle* conditionatum negationis, pro alio instanti: Et ista duo *velle* in æternitate simul stant, & circa obiectum in æternitate volitum, licet non pro æternitate, sed pro alio, & alio nunc. *ibidem*. ✝. *Ad formam ergo*. I. K. 12.

Culpa, ad quam est motus peccati, vel peccandi, non manet vsque ad infusionem gratiæ; nec etiam tunc posset esse terminus *a quo* propriæ mutationis; Sed, illa culpa transeunte, manet sola obligatio in isto, vt est obiectum secundarium voluntatis diuinæ, & illa in iustificatione non potest esse terminus *a quo* alicuius mutationis propriæ. *ibidem*. *Ad primum principale*. N. 16.

Culpæ expulsio (quando arguitur) quòd non sit mutatio deperditiua, quia terminus eius *a quo* non est aliquid positiuum; nego: nec tamen culpa est aliquid positiuum, nec illa manet, sed obligatio sequens commissionem culpæ est aliquid positiuum, & illa manet (post commissionem culpæ), & est terminus *a quo* expulsionis. *ibidem*. *Ad primum in oppositum*. P. 18.

Culpæ expulsio si esset aliquod ens, & infusio gratiæ, via generationis prior esset expulsio culpæ; sed è conuerso via perfectionis, prior esset infusio gratiæ, quia immediatior ipsi fini, quod est simpliciter perfectum in isto ordine. *ibidem*. ✝. *Secundum argumentum*.

Culpæ expulsio, & infusio gratiæ, non sunt opposita immediate simpliciter ex natura extremorum, sed ea institutione diuina: & non sequitur inductio vnius ad amotionem alterius, nisi in oppositis immediatis secundum se. *ibidem*. Q. 18.

Culpæ venialis remissio potest dici quod nihil aliud est, quam solutio pœnæ temporalis debitæ pro ea, quia post actum transeuntem culpa quæ manet, nihil aliud est, nisi reatus ad pœnam debitam; Iste autem reatus venialis non est, nisi ad pœnam temporalem, & per consequens, soluta pœna temporali in purgatorio pro isto veniali, ex hoc ipso ipsa culpa venialis remissa est. 4. D. 21. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ✝. *Vno modo*. E. 7.

Culpa quo ad pœnitentiam.

Culpa nulla noua est ita grauis, ex aliqua circumstantia respiciente pœnitentiam præcedentem, quod illa circumstantia æquiparetur grauitati in se, siue propriæ malitiæ, nec forte in centesima parte. 4. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. ✝. *Respondeo, nulla*. Q. 18.

Culpa quo ad pœnam.

Culpa ex parua videmus, quod aliquando subtrahuntur maxima beneficia, licet pro illa non infligatur maxima pœna, imo modica. 2. D. 21. Q. 2. *Ad secundum principale*. H. 5.

Culpa

Culpa quoad pœnam.

Culpa, quæ tollitur, licet tollatur regulariter per pœnam, sicut obligatio ad aliquid tollitur per solutionem illius; & licet quandoque tollatur per aliud à pœna, æquiualens in acceptatione diuina; tamen regulariter per pœnam ordinatur, & si non tollatur. 4. D.14. Q.1. §. *De secundo articulo*. ♆. *Secundo dico*. K.9.

Culpam Deum dimittere, & punire eam, ex quo non est idem essentialiter: *vel sic*: Ex quo non est idem essentialiter Deum remittere culpam, & punire eam, videtur quod Deus posset vnum separare ab altero: Sed de potentia ordinata ista est via, vniuersaliter præfixa à lege diuina ordinante, scilicet peccatorem puniri per pœnam, tanquam per proprium correspondens. *ibidem*. L.9.

Culpa dupliciter ordinatur per pœnam: culpa enim manens ordinatur per pœnam concomitantem, sed inuoluntariam: & sic non deletur per eam: Culpa autem ordinata per pœnam voluntariam deletur per eam. *ibidem*. §. *De tertio*. ♆. *Et tunc*. M.10.

Culpa cum faciat delinquentem debitorem ei, in quem peccat; potest ibi ratio satisfactionis inueniri; vt scilicet reddat sibi æquiualens, & aliàs indebitum, quantum sibi abstulit per peccatum. 4. D.15. Q.1. §. *Respondeo*. ♆. *Quantum*. A.3.

Culpa regulariter sicut ordinatur per pœnam, & non per aliquod aliud magis bonum, quàm sit culpa; ita satisfactio generaliter accepta consistit in actionibus, vel passionibus habentibus rationem pœnæ: Et hoc est, quod dicit Aug. De vera, & falsa pœnitentia, & ponitur Dist.16. cap.1. *Isti autem actus pœnales, qui non sufficiunt pænitentibus; pænitentia enim grauiores fructus postulat, vt dolore, & gemitibus mortuus impetret vitam*. *ibidem*. §. *De tertio*. F.8.

Culpa derelicta, siue non remissa, vel desertio peccatoris in tali culpa sicut est à Deo, sic est iustè ab ipso; Iustè enim derelinquit, vel non remittit (hic est sermo de punitione damnatorum) siue quia voluntas voluntariè, continuè, malè vult; siue quia vsque ad terminum viæ permansit in peccato sine pœnitentia, quod tamen tempus erat sibi præcisè datum ad pœnitendum; Siue tertiò peccauit in via, vbi demeruit sic derelinqui. 4. Dist. 46. Quæst. 4. §. *De tertio*. ♆. *Prima quidem*. F.7.

Culpa sua, *siue*: Per culpam suam si quis se præcipitat in impotentiam euadendi non solum à se, sed etiam à quocunque, nisi ab illo, quem tunc offendit, iustè potest deseri in ista impotentia: Sicut si quis se voluntariè proijceret in foueam, de qua non posset per se euadere, nec aliquo modo, nisi per adiutorium alterius, quem contemnit, & offendit in proijciendo se, iustè potest in illa fouea derelinqui. *ibidem*.

Culpam damnati correspondentia iusta priuationis commodi ad priuationem honesti ordinat, sicut potest ordinari malum. *ibidem*. ♆. *Secunda etiam*. G.8.

Culpas sumendo, & puniendo eas, apparet in effectibus diuina iustitia; quæ non apparet, si nulla culpa sumeretur: Hoc dicit August. 21. De Ciuit. cap. 12. *Dispartitur genus humanum, vt in quibusdam demonstretur quid valeat misericors gratia, in certis alijs iusta vindicta, neque enim vtrumque demonstraretur in omnibus*. *ibidem*. ♆. *Ad secundum*. L.11. *Additio*.

Culpa aliqua talis est, quæ non meretur totalem exclusionem à ciuilitate, & hæc est temporalis: respectu autem vitæ ciuilis aliqua tanta est, quæ meretur totalem exclusionem ab illa vita ciuili, & illius intensio correspondet culpæ; Extensio autem accidit, scilicet, quod sit finita, quia vita finita: Sic culpa mortalis meretur omnem exclusionem ab illa Ciuitate superna: Sed ideo præcisè perpetua est, quia vita cum culpa est perpetua. *ibidem*. *Ad secundum principale*. ♆. *Respondeo*. P.20.

Culpa relata ad naturam.

Culpa non facit naturam esse aliam in se, ergo nec quin sit capax eiusdem, cuius fuit prius capax. 4. Dist. 1. Quæst.6. §. *Contra istam concl*. ♆. *Item qualemcunque*. B.5.

Culpa originalis.

Culpa originalis, secundum aliquos, est qualitas quædam morbida inficiens carnem, & inde animam; &, secundum istam viam, est culpa originalis in quolibet propagato per legem communem: & caro infecta sic seminatur, & ab illa infecta anima inficitur culpabiliter; quæ culpa, vel est carentia opposita rectitudini naturali voluntatis, vel concupiscentia, idest, pronitas ad concupiscendum effrænatè delectabilia, & remittitur, non in se, sed quantum ad reatum. 2. Dist.32. Quæst. *Vnica*. §. *Ad primum*, & §. *De quarto*. n.2.3. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam &c.*

Culpa originalis est maior pœna, quam ipsa carentia visionis diuinæ. 3. D.3. Q.1. §. *Contra primam*. ♆. *Ex secunda*. n.6.

Culpam originalem videntur aliqui dicere non posse deleri, de potentia absoluta, sine infusione gratiæ. 4. D.1. Q.6. §. *Quantum ad primum*. A.3. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam*. B.4.

Culpam originalem posset Deus, de potentia absoluta, dimittere non conferendo gratiam: & hoc maximè cum gratia non opponatur formaliter peccato originali, nec modo dimittatur illud peccatum per collationem gratiæ, nisi quia gratia includit æquiualenter in acceptione diuina iustitiam originalem, quæ formaliter opponitur peccato originali. *ibidem*. §. *Contra istam*. ♆. *Concedo ergo*. D.6.

Culpam originalem de potentia ordinata non est possibile, nec aliquam aliam mortalem dimitti, sine infusione gratiæ; quia licet absolutè sine contradictione possit esse medium in specie humana inter filium Regni, & filium perditionis, scilicet homo in puris naturalibus, tamen, secundum legem sapientiæ diuinæ, post lapsum nullum est medium inter gratum, qui est filius Regni, & peccatorem, qui est filius Carceris; Nec potest esse, loquendo de potentia ordinata, idest conformi legibus a sapientia, & voluntate diuina determinatis, & ideo nullum liberat, nec sic liberare potest à culpa, nisi cui dat gratiam. *ibidem*. §. *De potentia*. ♆. *Quo ad hoc*. H.9.

Culpæ originali opponitur rectitudo in puris naturalibus, etiam sine gratia: & patet de facto, secundum Magistrum ponentem hominem à Deo sic conditum: patet etiam de possibili, ratione: Quia si non posset natura fieri recta rectitudine naturali, & sine gratia, tunc gratia esset naturalis, licet non naturæ lapsæ, tamen naturæ in rectitudine propria institutæ; Illud enim est naturale, quod consequitur naturam secundum se; ergo sequitur, quod per solam rectitudinem naturalem, & sine gratia potest culpa expelli. *ibidem*. §. *Contra istam*. B.4.

Culpa originalis opponitur formaliter iustitiæ originali, & non gratiæ, nisi quia ipsa, in acceptatione diuina, æquiualet iustitiæ originali: sed nullo modo opponitur gratiæ, vt propriè, & præcisè priuatio eius. *ibidem*. §. *Ad argumenta pro opinione*. ♆. *Ad secundum*. D.7.

Culpa habitualis.

Culpa, vt ab ea post actum dicitur aliquis peccator, non est propria priuatio gratiæ, quia vnica gratia non habet, nisi vnicam priuationem. 4. D.16. Q.2. §. *Respondeo*. ♆. *Quarto sic*. B.5.

C V R

Curare.

Curat perfectè Deus, quando curat; Sed quando fictè baptizato imprimit characterem, non curat, imo tantum disponit istum, siue præparat ad curationem: & concedo quod tunc perfectè præparat: & istud est rationabile

quia

Curare.

quia licet in actionibus beneplaciti circa personas priuatas, fortè non conferat dona sua pertinentia ad salutem illius personæ, nisi perfectè sanando illam personam: in actibus tamen vniuersalibus concomitantibus remedia vniuersalia, cuiusmodi sunt sacramenta, rationabile est vt aliquos effectus vniuersales ordinaret causare cum talibus remedijs, non autem vltimatos, quia non omnes recipientes illa remedia sunt ad hoc idonei. 4.D.6.Q.9.§. *Ad quæstionem*. ỷ. *Ad tertiam*. M.20.

Curatus.

Curatus videtur debere prius applicare oblationem suo Patri, & Matri, quam suo Parochiano; Videtur enim, quòd de lege naturæ obligatur parentibus, & illi legi præiudicare non potest positiua obligatio: nec quisquam recipiens obligationem debet velle sibi Sacerdotem obligari contra ordinem legis naturæ: & ita interpretandum est quòd nunquam voluit Sacerdotem sic obligari, quin posset liberè reddere semper Patri, & Matri illud, in quo eis tenetur. *Quodl*. Q.20.§. *De secundo autem*. ỷ. *Cui autem*. K.18.

Curuum.

Curuum, & rectum, ex Auic. 2. Mer. cap. 1., sunt passiones lineæ. 4.D.49.Q.4.§. *Ad istam secundam quæstionem*. ỷ. *Huius instantiæ*. M.16.

CYP

Cyprianus.

Cyprianus si ita sensit, Apud hæreticos non esse baptismum; quod tamen promptus esset sentire animo circa hoc, quod Ecclesia determinauit, in nullo errauit, nisi fortè venialiter peccando; quia nimis asseruit illud, ad quod nec auctoritatem, nec rationem cogentem habuit, Ratio enim sua non valet, scilicet, quod quis non habet, non potest dare; quia baptizans non dat gratiam, sed sacramentum, & illud habet in virtute, quia habet ordinem: & hoc modo fortè innuit Aug. eum peccasse venialiter, cum dicit, libro de vnico baptismo, *Dum ecc*, inquit, *detestaretur, si quid purgandum erat, passionis falci tolleretur*. 4.D.5.Q.1. *Ad quintum principale*. D.6.

Finis Litteræ, C.



D

Dæmon.



ÆMones non habere corpora per hoc, quod legio fuit in corpore vnius obsessi, videtur arguere Richardus 4. De Trinit. non enim potuisset legio fuisse in aliquo, si habuissent corpora · ideo videtur arguere quod si habuissent corpora, fuissent corpora eorum simul in eodem loco; igitur modò quando non habent corpora, videtur dicendum quòd simul fuerunt absque corporibus, 2. D.2. Q.8. §. *In ista quæstione*, n.2.

Dæmones credunt, & contremiscunt. Iacobi 2. potest dici quod hoc probat verum, scilicet, quòd habent aliquem bonum actum diminutè bonitate morali, quia non malum malitia contraria, putà non habente aliquam circumstantiam contrariam circumstantiæ debitæ, licèt careat aliqua circumstantia debita; non enim credunt propter illum finem, propter quem credendum est. 2. D.7.Q. *Vnica, Ad primum principale*. ♆. *Potest ergo dici*, S 25.

Dæmones inferiores non videntur primò appetiuisse dominium disconueniens, nec etiam consensisse dominio Luciferi, quia magis videtur probabile, quod magis appetierunt subesse Deo, quàm Lucifero. 2. D.6. Q.2. *In quarto ad oppositum*. n.2.

Dæmoni attribuitur generare, quia idem primo succubus, & postea incubus semen à decidente primùm transfusum recipit, & deinde transfundit in matricem. 2. D. 8. Quæst. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ♆. *Sed quantum*. H. 5.

Dæmones, si sciuissent Christum esse verum Deum, non instigassent homines ad eius mortem, & hoc propter bonum secuturum ex morte, scilicet redemptionem hominis, quod bonum nolebant accidere; vnde primò, quando ignorauerunt hoc, instigauerunt Iudæos ad mortem; postquam verò sciebant ipsum esse verum Deum, persuaserunt contrarium: vnde vxor Pilati Matth. 27. misit ad eum dicens, *Nihil tibi, & iusto illi, multa enim passa sum ista nocte in visu propter eum*; bene tamen voluissent ipsum mori sine redemptione humani generis, si fieri potuisset. 3. D.20. Q *Vnica*. *Ad quartum principale*. F.12. in fine.

Dæmones, ex superbia sua præcipuè, appetunt honores diuinos; Deus enim permittit eos exercere potestatem suam ad impediendum aliquos ab aliquibus actibus, in quos possunt, si non essent impediti; & hoc vel propter peccatum eorum, vel propter aliquam aliam causam occultam. 4. Dist.34. Quæst. *Vnica*. §. *Hic primo*. ♆. *Secunda fit*. B.4.

DAM

Damascenus.

Damasceni authoritas lib. 1. cap.8. *A Patre procedentem, & in Filio quiescentem Spiritum Sanctum dicimus*, posset exponi; si loquatur de voluntate, & non de Spiritu Sancto, quia tunc posset dici quod voluntas, quæ est principium spirandi, ipsa est à Patre in Filium, quia Pater communicat eam Filio, & quiescit in Filio; Hoc est, non vlterius communicatur sua ratio principij fœcundi, licèt eadem voluntas communicetur Spiritui Sancto in se: Sed littera Damasceni ibidem videtur loqui de persona Spiritus Sancti; non de voluntate, qua spiratur. 1. D.11. Q. 1. *Ad primum principale*. C.5

Damascenus in illa authoritate lib. 1. cap.2. *omnia sunt vnum præter ingenerationem, & generationem, & processionem*, per ly *præter* non excludit aliqua personalia, sed excludit essentialia, & includit in proprietate inclusa omne personale illius personæ: vnde in generatione includitur tam Paternitas, quam Spiratio actiua, vt est in Patre, & omnia personalia, quæ conueniunt Patri: quod etiam probatur per eum alibi, vbi nominat Paternitatem, Filiationem, & Processionem, ergo non intendebat in primo loco solas illas tres esse proprietates personales; nec etiam intendebat illas tres constitutiuas esse personales, sed per illas intendebat omnes alias, & quòd omnia essentialia, quæ excluduntur per ly *præter* sunt vnum in tribus. 1. D.28. Q.2. *Ad arg. in oppos*. L.13.

Damascenus, cui maximè innituntur ponentes Angelum esse formaliter in loco per operationem, non est pro eis, quia omnes authoritates ex eo allatæ communiter semper copulant ad *esse operari*, vbi esset superfluitas, nisi aliud esset formaliter Angelum esse in loco, quàm ipsum operari in loco. 2. Dist.2. Quæst.5.6. §. *Alij autem*. ♆. *Præterea Damas*. A.5.

Damnare, Damnari.

Damnari potest iste, qui est prædestinatus; non enim propter eius prædestinationem est voluntas eius confirmata, & ita potest peccare, & ita pari ratione in peccato stare finaliter, & ita iustè damnari; sed sicut potest damnari, ita potest non prædestinari. 1. D.40. Q. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. ♆. *Consimiliter*. A.2.

Damnatur nemo, vel acceptatur propter bonum vsum &c. *Vel sic*, Propter bonum vsum præuisum alicuius, si superuixisset, non acceptatur, vel damnatur: tunc enim adultus, secundùm authores huius rationis, moriens in gratia non præmiaretur secundum merita, quæ non habet, sed secundum illa, quæ præuideretur habiturus, si superuixisset. 1. D.41. Q. *Vnica*. §. *Sed contra istud*. ♆. *Sed hoc ipse*. n.11.

Damnare velle Deum non videtur sibi immediatè attribui respectu obiecti, vt cogniti in suis puris naturalibus, sed tantùm respectu obiecti, vt cogniti in peccato mortali finali. *ibidem*. §. *Contra istud*. ♆. *Nec mirum*. B.12.

Damnatio.

Damnatio non videtur bona, nisi quia iusta, nam secundùm Aug. lib 11. super Gen. cap.4. *Non priùs Deus est vltor, quàm aliquis sit peccator*; videtur enim crudelitatis punire aliquem, non præexistente in eo culpa. 1. Dist. 41. Quæst. *Vnica*. §. *Potest aliter dici*. ♆. *Secundum probatur*. A.11.

Damnatus quo ad Deum.

Damnati odiunt Deum ex illo Psalm.73. *Superbia eorum, qui te oderunt &c.* odiens autem vult oditum non esse; secundum Philosoph. 2. Rhetoric. ergo volunt Deum non esse. 2. Dist.6. Quæst.1. §. *Quia tamen*. ♆. *Hoc etiam probatur*. A.2.

Damnati vix peccant sic, quòd habeant *nolle* Deum esse in se; vel aliquam perfectionem intrinsecam sibi inesse. Si enim nolunt Deum esse iustum; hoc tamen fortè non absolutè nolunt, sed quia nolunt effectum iustitiæ, scilicet punitionem, quam sentiunt, quod non pertinet ad portionem superiorem strictè sumptam. 3. D.15. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad tertium art*. K.20.

Damnati non acquiescunt huic tanquam verò *Deum esse odiendum*, quia tunc non esset verum illud Isa. vltimo *Vermis eorum non morietur*; nam simpliciter delectabiliter odirent Deum absque remorsu. 3. D.36. Q. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ♆. *Præterea damnati*. F.13.

Damnatus pro solo originali.

Damnati pro solo peccato originali, secundùm sententiam magistrorum, nullam habebunt pœnam sensus exterioris, putà ignis, quia nullam delectationem inordinatam habuerant, cui delectationi correspondeat acerbitas ignis affligentis, vt propria pæna; nullam etiam habebunt pœnam interiorem, vt tristitiam, quia si tristarentur de statu suo, & tristitia secundùm Aug. 14. de Ciuit. cap.15. sit de his, quæ nobis inuitis accidunt, ergo ipsi inuoluntariè

Damnatus pro solo originali.

riè sustinerent statum suum, & vellent oppositum, & ita murmurarent contra dispositionem diuinam, & ita haberent inordinatam dispositionem voluntatis, quod videtur absurdum. 2. Dist.33. Quæst.*Vnica*. § *Hic videtur*. A.2.

Damnati ob solum peccatum originale, cum nullam inordinatam volitionem in isto statu habuerunt, sequitur quod nullam tristitiam interiorem habebunt. *ibidem*.

Damnati ob solum peccatum originale, cùm non habebunt intellectum impeditum corpore corruptibili intantùm, quantum noster intellectus impeditur in isto corpore; nec etiam erit impedimentum per tormenta, sicut habebunt damnati; sine assertione potest concedi quod poterunt habere cognitionem naturalem rerum, & hoc de nouo acquisitam, quia hoc non repugnat immobilitati status eorum, cum hoc etiam non repugnat immobilitati status beatorum, quod de nouo intelligant aliqua facta contingentia. *ibidem*. § *Et si quæratur*. B.3.

Damnati ob solùm originale, cum non habeant ita perfectam cognitionem, ut nullam possint recipere, nec sit verisimile ponere in eis impedimentum, propter quod istam non possint accipere; videtur probabile concedere quòd omnium naturaliter cognoscibilium possunt naturaliter cognitionem habere excellentiùs, quàm aliqui Philosophi habuerunt pro statu isto; & ita aliqualem beatitudinem naturalem de Deo, cognito in vniuersali, poterunt attingere. *ibidem*.

Damnatis ob solum peccatum originale vel non dabitur cognitio beatitudinis supernaturalis in particulari, quia esset eis ad tristitiam, quam non demeruerunt habere (sicut demeruit Paganus, propter quod demeritum sibi cedit cognitio beatitudinis in particulari ad pœnam grauissimam, ut scilicet tristetur desperans se posse ad istam peruenire) vel si istam cognitionem in particulari habuerint, non tristabuntur, quia erunt contenti de statu suo; scientes Deum de se ita disposuisse, nec suo actu hoc aliquando demeruisse. *ibidem*. ✝. *Respondeo, sicut*. C.4.

Damnatus quo ad pœnam.

Damnatorum pœnam acceptat Deus, quia iusta est, & sit in vindictam offensæ iudicis, & eius interest habere maiorem complacentiam in infligendo iustè, quàm debeant habere beati, quia alij beati minus habere debent de complacentia, eo quod ad eos non pertinet vindicta; imo si placeret Deo, vellent eorum liberationem, vel saltem non displiceret eis liberatio eorum: vnde Deus acceptat id, quod iustum est in se, sed beati acceptant illud pro tanto, vt est ordinatum, & inflictum à Deo. 4.D.50. Quæst. 3. §.*Respondeo*. ✝. *Sciendum tamen*. D.6. In alio textu.

Damnati patientur [post iudicium] passione afflictiua ab igne infernali, & ideo necessario passione intentionali, non necessario autem ad afflictionem passione reali; sed si illa concomitetur, quia causa naturalis approximata susceptiuo, oporteт incorruptionem illius corporis ab extrinseco saluari aliquo prædictorum (operatione diuina) modorum. 4. D.44. Q.3. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Sic ergo*. H.8.

Damnatus quilibet, & præcisè dæmones si possunt stare in quieta cognitione sua, & dilectione sua perpetua, & non determinarentur vel ab hoc, vel ab alio, reputarent se beatos beatitudine naturali, & ideo in cognitione sua maximè quiescerent, & credo quòd, quia in hoc impediuntur, est in ipsis maxima pœna. 4. D.50. Q.6. §. *Ad primam quæstionem*. ✝. *Respondeo si quilibet*. P.13.

Damnatus nullus potest stare absolutè in cognitione, & consideratione sua, sed tantùm, vt est terminus cuiusdam alterius, scilicet inferni, vel carentiæ, vel priuationis tanti boni commodi [scilicet beatitudinis] sicut infirmus considerat se, non tamen delectatur, quia non considerat se, nisi vt est terminus concupitæ sanitatis, qua caret, quàm si obtinere non potest, amplius tristatur, & punitur: & tunc dico, quod diligens se ad habendum aliquid, quod nunquam poterit habere, illa dilectio est causa mæroris, & tristitiæ. *ibidem*. ✝. *Et tunc ad rationem*. P.13.

Damnatum eumdem pati à contrarijs, videtur dicere Scriptura Iob.24. *Ab aquis niuium transibunt* [aliàs transeant] *ad calorem nimium*: & licet saluaretur, iuxta illam superficiem literæ alternatio in istis afflictionibus: tamen posset probabiliter saluari, quòd simul pateretur in summo, & realiter à contrarijs: potest autem saluari quod in summo patiatur, & in summo intentionaliter ab eis, quia species contrariorum etiam in summo non sunt contrariæ, ergo illa via de intentionali, sine reali immutatione, potest plura saluare pertinentia ad eorum afflictionem, quàm alia. 4. D.44.Q.3.§. *Ad quæstionem*. ✝. *Prætereа tertio*. F.6.

Damnato cuilibet, post datam sententiam per illa verba *Ite maledicti &c.* accrescet aliquod supplicium, vltra supplicium partiale sibi taxatum in fine vitæ, quia integritas, vel repletio carceris vnumquemque carceratum angustiat. 4. D.47. Q.1. *Ad secundum, & tertium principale*. I.8.

Damnatorum [propter peccata actualia] sicut corpora patientur ab æterno igne, sed non dissoluentur, ita paruuli damnati carebunt perpetua visione Dei supernaturali, sine omni tali passione exteriori. 2. D.33. Q.*Vnica*. *Adsecundum principale*. D.4.

Damnati sunt miseri, miseria scilicet animæ, & corporis, sicut beati sunt beati in anima, & corpore: miseria autem est in duplici pœna, scilicet damni, & vermis. 4. D.50. Q.6 §. *Ad primam quæstionem*. N.12.

Damnatus quo ad peccatum.

Damnatus æternaliter tristatur de obstinatione sua in peccato, quæ est prima priuatio: vel saltem tristatur de peccato, quod commisit in vita, in quo nunc sine remissione derelictus est: non quidem tristatur de hoc vel *illo* secundùm se, quia talis priuatio, sed quia demeritum respectu pœnæ damni, hoc est, tristatur, non quia Deum offendit, sed quia commodo, quod immoderatè appetit, se peccando priuat. 4. D.46.Q.4. *Ad quæstionem*. ✝. *Duplex de*. B.5.

Damnatus iustè derelinquitur à Deo in suo peccato continuato in perpetuum, quia & continuo est in aliquo malo *velle*, vt videtur probabiliter; & vsque ad terminum viæ permansit impœnitens, & in via offendit labendo in peccatum, de quo non potest euadere per se, nisi tantummodo disponendo se meritoriè de congruo, & hoc pro statu viæ, quem totum sine tali merito infructuosè pertransit. *ibidem*. §. *De tertio*. *Hæc tria*. G.8.

Damnatus quo ad pænitere.

Damnati verè non pœnitent, quia nec pœnam tenent, cum non sit ibi voluntarium, sed remurmuratio. 4. D.14. Q.1. *Ad tertium principale*. Y.19.

Damnati quo ad appetere non esse.

Damnati licèt debent magis velle non esse, quàm in peccato permanere; credo tamen quod appetunt non esse, non propter culpam fugiendam, sunt enim obstinati, sed propter pœnam, quam sustinent, quia *non esse* non est maximum malum, nec per se odibile; sed miseria est per se malum, & per se odibile, ergo quilibet ipsam naturaliter refugit, nec ab hac fuga rettahitur; tale autem non est *non esse*. 4. D.50. Q.2. *Ad secundam quæstionem*. F.14.

Damnati ptopter fugam pœnæ, & miseriæ vellent non esse secundùm illud Apoc.9. *Desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis*. *Ibidem*. ✝. *Præterea illud est*. G.15.

Damnatorum locus.

Damnati non sic sunt sub terra, sicut aliqui imaginantur antipodes, quasi in superficie opposita; sed sunt sub terra, idest, sub superficie terræ, scilicet in centro terræ, vel concauo terræ, & sic non magis haberent lumen, si sol circumferretur, quàm si sol semper staret in vna parte. 4. D.48. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad quartum*. L.14.

Damna-

Damnatorum corpora.

Damnatorum corpora, licèt quædam via habeat ponere quod tunc [ideſt poſt iudicium vniuerſale] non corrumpuntur à cauſa intrinſeca, & hoc vel per conſeruationem diuinam miraculoſam, vel non miraculoſam, ſed iuſtam, quia correſpondentem ſtatui finali, in quo iam illa ſunt: tamen ſi ponatur actio realis, ibi eſt aliqua cauſa corruptiua extrinſeca, & miraculum videtur, ſi illud non corrumpit. 4. D.44.Q.3. §. *Ad quæſtionem. ℣. Præter ea congruum*. D.4.

Damnatorum corpora non habent ius, vt præſeruentur poſt reſurrectionem, imo illa præſeruantur ad afflictionem propter demerita præcedentia: corpora autem beatorum propter merita præterita habent ius, vt præſeruentur, & hoc ad commodum iſtorum corporum. 4. D.49. Q.13. §. *Dico ergo. ℣. Ad aliud patet*. E.10.

Damnata corpora ſi erunt ſine motu locali, ita quod non mouebuntur de loco ad locum, tunc afflictiua erunt inæqualia, & hoc eſt rationabilius, quod ſint inæqualia, quàm æqualia; quia ſic ſunt pauciora miracula in damnatione eorum, ſi enim eſt afflictiuum æquale, & tunc vnus minùs, & alius magis punitur, erit ibi perpetuum miraculum: ſi autem ſunt mobiles, & transferantur de loco ad locum, tunc poſſunt transferri de vno afflictiuo in vno gradu ad aliud afflictiuum in alio gradu, ſecundùm illud Iob.24. *Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium*: vel ſi erit æquale, poteſt dici quod eſt eis intrinſecum afflictiuum eorum, vel perpetuò contiguatiuum, ſicut concederetur modo de dæmonibus: & ad hoc videtur eſſe Aug.12. De ciuitate Dei cap.16. in quadam auctoritate, quæ ſic incipit, *Non eſt negandum*. 4. D.50. Q.6. §. *Ad primam quæſtionem. ℣. Dico quod ſi illa*. R.15.

Damnatus quo ad gratiam.

Damnatus quod non recipiat gratiam; hoc non eſt, quia non habet potentiam, & ſibi formaliter repugnet: ſed hoc eſt ex ordinatione diuina, quia eſt in termino ſuo. 3. D. 15. Q. *Vnica. Ad tertium principale*. X.34. *Additio*.

Damnatus quo ad beatitudinem.

Damnati ineſt, ſiue in eis eſt appetitus naturalis reſpectu beatitudinis, quia appetitus naturalis non addit aliquam perfectionem ſuper naturam abſolutam, ſed ſolùm inclinationem ipſius naturæ ad ſuam perfectionem, & ideo manente natura, manet ille appetitus. 4. D.49. Q.10. *Ad ſecundum principale primæ quæſtionis*. H.11.

Damnati cum habeant cognitionem de beatitudine, & eam conſiderant, poſſunt habere volitionem ſequentem appetitum naturalem ei conformem, & poſſunt, actu elicito, appetere beatitudinem, ſicut & mali in via; affectione tamen commodi immoderata, quia non moderata affectione iuſtitiæ, quomodo iuſti appetunt, vt commodum eis, & ideo immoderatius appetunt eam, quàm iuſti; & ideo concedo, quod damnati velle elicito appetunt beatitudinem. *ibidem*. I.12.

Damnati volitione ſimplici, & conditionata [ſi ſcilicet eſſet eis poſſibilis] volunt beatitudinem, vt bonum commodum, & fortè intenſiùs, quàm nos in via, licet eam apprehendant, vt impoſſibilem, & maximè delectarentur in conſideratione illius obiecti, ſi dimitterentur; & in hoc fortè habent maximam pœnam, quia ſic detinentur ab igne in conſideratione ſua, quod non permittuntur conſiderare Deum, vt eſt obiectum naturale beatitudinis, & etiam ſeipſos, in quibus maximè delectarentur. *ibidem*. ℣. *Secundo modo*. K.13.

Damnati non poſſunt non appetere beatitudinem, & ſic ſemper eſſe in quiete appetunt: Dico, quod conſequentia eſt bona, loquendo de voluntate efficaci; non eſt autem bona, loquendo de conditionata, ideſt ſi poſſent velle non eſſe; vnde illud argumentum procedit ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis, non deſtruendo totum conſequens; ſimul igitur poſſunt appetere beatitudinem, & *non eſſe*, voluntate conditionata. 4. D.50. Q.2. *Ad ſecundum principale ſecundæ quæſtionis*. G. 16. *Additio*.

Damnatorum pænæ relatæ ad beatos.

Damnatorum pœnas beati non vident viſione ſenſibili, quia nec eſt diſtantia debita ſimpliciter, ſi requiratur diſtantia debita inter intellectum, & obiectum; Etiam non cognoſcunt, quia non eſt diſtantia proportionata inter potentiam exiſtentem in cœlo empyreo, & obiectum in inferno: Sic ergo patet quod non in genere proprio. 4. D. 50. Q.3. §. *Reſpondeo*. ℣. *Patet*. A.2.

Damnatorũ pænarum ratio cognoſcẽdi in verbo eſt eſſentia diuina, nõ reſpectus, nec perſonale aliquod. *ibid*. ℣. *Remanet*.

Damnatorum pœnam damni, quæ eſt carentia viſionis diuinæ; ſiue culpam, quæ eſt cauſa pœnæ, non vident beati in eſſentia diuina, cognitione ſecundùm ſpeciem, quia non habent propriam ideam in Deo, nec imitantur ideam, quia nec in ſe, nec in aliquo gradu entis ſunt, [nec per conſequens imitantur illam in aliquo gradu, & ita iſta non eſt ratio cognoſcendi in eſſentia diuina ſecundùm ſpeciem, quia non habent propriam ideam in Deo, ſed ſecundùm ſimilitudinem per aliud. *ibidem*. ℣. *Si ergo*. C.4.

Damnatorum pœnæ, ſi loquamur de triſtitijs (ſiue ſcilicet de triſtitia de ipſa pœna; ſiue de triſtitia de culpa, non vt eſt offenſiua Dei, ſed vt eſt cauſa pœnæ; ſiue de igne continente perpetuò; ſiue de igne immutante, & retinente intellectum eorum in perpetua conſideratione ſua; ſiue de triſtitia de culpa, inquantum eſt vermis conſcientiæ) cognoſcuntur in eſſentia diuina à beatis ſecundùm ſpeciem, quia ſunt verè entia poſitiua, quæ habent verè propriam ideam in Deo. *ibidem*.

Damnatorum de pœnis non credo quod conſolentur abſolutè beati, quia nec Deus, qui eſt iudex inferens pœnam, conſolatur abſolutè, vt patet per Iſaiam 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis?* obiectum enim, circa quod ordinatur, eſt natura nuda, & illam non ordinat ad pœnam, niſi propter rationem mali, non ergo gaudent de eis, niſi propter iuſtitiam iudicis, ſi eſt, imo quia eſt nolita ab eis; aliud autem, vt culpa, eſt nolitum ab eis: aliter eſt in eis *velle*, quàm in Deo, quia Deus eſt iudex voluntariè inferens, ſed in eis non eſt niſi *velle* complacentiæ, inquantum eſt determinatum à iuſta voluntate diuina; &, ſi placeret Deo, vellent liberationem eorum, vel ſaltem non diſpliceret eis, ſi placeret Deo; & ſic patet quod non acceptant pœnam, vt primum obiectum, ſed vt eſt à iuſtitia diuina inflicta eis. *ibidem*. ℣. *Sed de tertio*. D.5.

Damnificare.

Damnificare animam nullus poteſt in bonis naturalibus animæ, cum illa naturalia bona ſint bona incorruptibilia. 4. D.15. Q.3. §. *Reſpondeo* ℣. *De primo*. A.2.

Damnificare non poteſt aliquis directè alium in bonis morum, quia peccatum; & omnia actus vitioſus adeò eſt peccatum, quo eſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium non eſt peccatum, ſecundum Aug. de vera religione, ergo ſola voluntate propria poteſt aliquis ſic damnificari: ſed aliquis poteſt indirectè damnificare inducendo eum in peccatum, & actus vitioſos, quibus virtutes corrumpuntur, & vitia generantur; & iſta inductio poteſt eſſe multiplex, ſcilicet conſulendo, perſuadendo, & rogando &c. *ibidem*.

Damnificans aliquem indirectè, quoad bona ſpiritualia animæ moralia, tenetur modo ſibi poſſibili reſtituere ſibi damnum, ſcilicet inducendo eum efficaciter ad pænitentiam, & ad actus virtuoſos: & ſi ſola inductio non ſufficiat, quia faciliùs eſt peccare, quàm conuertere, tenetur, & per ſe orando, & per orationes aliorum procuratas, impetrare ſibi conuerſionem, & per alios perſuaſores efficaces, dummodo tamen illa non prodat peccatum occultum illius alterius: Et ex hoc patet quantum periculum eſt alium ſollicitare, & inducere ad peccatum, quia vix poteſt dignè reſtituere; cum voluntatem illam allectam ad peccata vix poſſit, perſuaſionibus, & alijs multis vijs, reducere ad virtutem. *ibidem*. ℣. *De iſto*. B.3.

Damnum.

Damnum nemo facit, niſi qui illud facit, quod facere ius non habet, *ff. De reg. iur*. 4. D.15. Q.2. *Ad vltimum principale*. ℣. *Confirmatur*. L.l. 40.

Damnum non patitur quia propriè in ſomno; ſicut in actu copulæ carnalis; quia poſt ſomnum vigoratur intellectus;

Damnatus pro solo originali.

riè sustinerent statum suum, & vellent oppositum, & ita murmurarent contra dispositionem diuinam, & ita haberent inordinatam dispositionem voluntatis, quod videtur absurdum. 2. Dist.33. Quæst.*Vnica*. § *Hic videtur*. A.2.

Damnati ob solum peccatum originale, cum nullam inordinatam volitionem in isto statu habuerunt, sequitur quod nullam tristitiam interiorem habebunt. *ibidem*.

Damnati ob solum peccatum originale, cùm non habebunt intellectum impeditum corpore corruptibili intantùm, quantum noster intellectus impeditur in isto corpore; nec etiam erit impedimentum per tormenta, sicut habebunt damnati: sine assertione potest concedi quod poterunt habere cognitionem naturalem rerum, & hoc de nouo acquisitam, quia hoc non repugnat immobilitati status eorum, cum hoc etiam non repugnat immobilitati status beatorum, quod de nouo intelligant aliqua facta contingentia. *ibidem*. § *Et si quæratur*. B.3.

Damnati ob solum originale, cum non habeant ita perfectam cognitionem, ut nullam possint recipere, nec sit verisimile ponere in eis impedimentum, propter quod istam non possint accipere; videtur probabile concedere quòd omnium naturaliter cognoscibilium possunt naturaliter cognitionem habere excellentiùs, quàm aliqui Philosophi habuerunt pro statu isto; & ita aliqualem beatitudinem naturalem de Deo, cognito in vniuersali, poterunt attingere. *ibidem*.

Damnatis ob solum peccatum originale vel non dabitur cognitio beatitudinis supernaturalis in particulari, quia esset eis ad tristitiam, quam non demeruerunt habere (sicut demeruit Paganus, propter quod demeritum sibi cedit cognitio beatitudinis in particulari ad pœnam grauissimam, ut scilicet tristetur desperans se posse ad istam peruenire) vel si istam cognitionem in particulari habuerint, non tristabuntur, quia erunt contenti de statu suo; scientes Deum de se ita disposuisse, nec suo actu hoc aliquando demeruisse. *ibidem*. ℣. *Respondeo, sicut*. C.4.

Damnatus quo ad pœnam.

Damnatorum pœnam acceptat Deus, quia iusta est, & sit in vindictam offensæ iudicis, & eius interest habere maiorem complacentiam infligendo iustè, quàm debeant habere beati, quia alij beati minus habere debent de complacentia, eo quod ad eos non pertinet vindicta; imo, si placeret Deo, vellent eorum liberationem, vel saltem non displiceret eis liberatio eorum: vnde Deus acceptat id, quod iustum est in se, sed beati acceptant illud pro tanto, vt est ordinatum, & inflictum à Deo. 4. D.50. Quæst. 3. §.*Respondeo*. ℣. *Sciendum tamen*. D.6. In alio textu.

Damnati patientur [post iudicium] passione afflictiua ab igne infernali, & ideo necessario passione intentionali, non necessario autem ad afflictionem passione reali; sed si illa concomitetur, quia causa naturalis approximata susceptiuo, oportet incorruptionem illius corporis ab extrinseco saluari aliquo prædictorum (operatione diuina) modorum. 4. D.44. Q.3. §.*Ad quæstionem*. ℣. *Sic ergo*. H.8.

Damnatus quilibet, & præcisè dæmones si possunt stare in quieta cognitione sua, & dilectione sua perpetua, & non determinarentur vel ab hoc, vel ab alio, reputarent se beatos beatitudine naturali, & ideo in cognitione sua maximè quiescerent, & credo quòd, quia in hoc impediuntur, est in ipsis maxima pœna. 4. D.50. Q.6. §.*Ad primam quæstionem*. ℣. *Respondeo si quilibet*. P.13.

Damnatus nullus potest stare absolutè in cognitione, & consideratione sua, sed tantùm, vt est terminus cuiusdam alicuius, scilicet inferni, vel carentiæ, vel priuationis tanti boni commodi [scilicet beatitudinis] sicut infirmus considerat se, non tamen delectatur, quia non considerat se, nisi vt est terminus concupitæ sanitatis, qua caret, quàm si obtinere non potest, amplius tristatur, & punitur: & tunc dico, quod diligens se ad habendum aliquid, quod nunquam poterit habere, illa dilectio est causa mæroris, & tristitiæ. *ibidem*. ℣. *Et tunc ad rationem*. P.13.

Damnatum eumdem pati à contrarijs, videtur dicere scriptura Iob.24. *Ab aquis niuium transibunt* [aliàs transeant] *ad calorem nimium*: & licet saluaretur, iuxta illam superficiem literæ alternatio in istis afflictionibus: tamen posset probabiliter saluari, quòd simul pateretur in summo, & realiter à contrarijs: potest autem saluari quod in summo patiatur, & in summo intentionaliter ab eis, quia species contrariorum etiam in summo non sunt contrariæ, ergo illa via de intentionali, sine reali immutatione, potest plura saluare pertinentia ad eorum afflictionem, quàm alia. 4. D.44. Q.3. §.*Ad quæstionem*. ℣. *Præterea tertio*. F.6.

Damnato cuilibet, post datam sententiam per illa verba *Ite maledicti &c.* accrescet aliquod supplicium, vltra supplicium partiale sibi taxatum in fine vitæ, quia integritas, vel repletio carceris vnumquemque carceratum angustiat. 4. D.47. Q.1. *Ad secundum, & tertium principale*. I.8.

Damnatorum [propter peccata actualia] sicut corpora patientur ab æterno igne, sed non dissoluentur, ita paruuli damnati carebunt perpetua visione Dei supernaturali, sine omni tali passione exteriori. 2. D.33. Q.*Vnica*. *Ad secundum principale*. D.4.

Damnati sunt miseri, miseria scilicet animæ, & corporis, sicut beati sunt beati in anima, & corpore: miseria autem est in duplici pœna, scilicet damni, & vermis. 4. D.50. Q.6 §.*Ad primam quæstionem*. N.12.

Damnatus quo ad peccatum.

Damnatus æternaliter tristatur de obstinatione sua in peccato, quæ est prima priuatio: vel saltem tristatur de peccato, quod commisit in vita, in quo nunc sine remissione derelictus est: non quidem tristatur de hoc vel illo secundùm se, quia talis priuatio, sed quia demeritum respectu pœnæ damni, hoc est, tristatur, non quia Deum offendit, sed quia commodo, quod immoderatè appetit, se peccando priuat. 4. D.46. Q.4. *Ad quæstionem*. ℣. *Duplex de*. B.5.

Damnatus iustè derelinquitur à Deo in suo peccato continuato in perpetuum, quia & continuo est in aliquo malo *velle*, vt videtur probabiliter; & vsque ad terminum viæ permansit impœnitens, & in via offendit labendo in peccatum, de quo non potest euadere per se, nisi tantummodo disponendo se meritoriè de congruo, & hoc pro statu viæ, quem totum sine tali merito infructuosè pertransit. *ibidem*. §. *De tertio*. *Hæc tria*. G.8.

Damnatus quo ad pœnitere.

Damnati verè non pœnitent, quia nec pœnam tenent, cum non sit ibi voluntatium, sed remurmuratio. 4. D.14. Q.1. *Ad tertium principale*. Y.19.

Damnati quo ad appetere non esse.

Damnati licèt debent magis velle non esse, quàm in peccato permanere; credo tamen quod appetunt non esse, non propter culpam fugiendam, sunt enim obstinati, sed propter pœnam, quam sustinent, quia *non esse* non est maximum malum, nec per se odibile; sed miseria est per se malum, & per se odibile, ergo quilibet ipsam naturaliter refugit, nec ab hac fuga retrahitur; tale autem non est *non esse*. 4. D.50. Q.2. *Ad secundam quæstionem*. F.14.

Damnati propter fugam pœnæ, & miseriæ vellent non esse secundùm illud Apoc.9. *Desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis*. *Ibidem*. ℣. *Præterea illud est*. G.15.

Damnatorum locus.

Damnati non sic sunt sub terra, sicut aliqui imaginantur antipodes, quasi in superficie opposita; sed sunt sub terra, idest, sub superficie terræ, scilicet in centro terræ, vel concauo terræ, & sic non magis haberent lumen, si sol circumferretur, quàm si sol semper staret in vna parte. 4. D.48. Q.2. §.*Ad quæstionem*. ℣. *Ad quartum*. L.14.

Damna-

Damnatorum corpora.

Damnatorum corpora, licèt quædam via habeat ponere quod tunc [ideſt poſt iudicium vniuerſale] non corrumpuntur à cauſa intrinſeca, & hoc vel per conſeruationem diuinam miraculoſam, vel non miraculoſam, ſed iuſtam, quia correſpondentem ſtatui finali, in quo iam illa ſunt: tamen ſi ponatur actio realis, ibi eſt aliqua cauſa corruptiua extrinſeca, & miraculum videtur, ſi illud non corrumpit. 4. D.44. Q.5. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Præterea congruum*. D.4.

Damnatorum corpora non habent ius, vt præſeruentur poſt reſurrectionem, imo illa præſeruantur ad afflictionem propter demerita præcedentia: corpora autem beatorum propter merita præterita habent ius, vt præſeruentur, & hoc ad commodum iſtorum corporum. 4. D.49. Q.13. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliud patet*. E.10.

Damnata corpora ſi erunt ſine motu locali, ita quod non mouebuntur de loco ad locum, tunc afflictiua erunt inæqualia, & hoc eſt rationabilius, quod ſint inæqualia, quàm æqualia; quia ſic ſunt pauciora miracula in damnatione eorum, ſi enim eſt afflictiuum æquale, & tunc vnus minùs, & alius magis punitur, erit ibi perpetuum miraculum: ſi autem ſunt mobiles, & transferantur de loco ad locum, tunc poſſunt transferri de vno afflictiuo in vno gradu ad aliud afflictiuum in alio gradu, ſecundùm illud Iob.24. *Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium*: vel ſi erit æquale, poteſt dici quod eſt eis intrinſecum afflictiuum eorum, vel perpetuò contiguatiuum, ſicut concederetur modo de dæmonibus: & ad hoc videtur eſſe Aug. 12. De ciuitate Dei cap.16. in quadam auctoritate, quæ ſic incipit, *Non eſt negandum*. 4. D.50. Q.6. §. *Ad primam quæſtionem*. ℣. *Dico quod ſi illa*. R.15.

Damnatus quo ad gratiam.

Damnatus quod non recipiat gratiam; hoc non eſt, quia non habet potentiam, & ſibi formaliter repugnet: ſed hoc eſt ex ordinatione diuina, quia eſt in termino ſuo. 3. D. 15. Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. X.34. *Additio*.

Damnatus quo ad beatitudinem.

Damnatis ineſt, ſiue in eis eſt appetitus naturalis reſpectu beatitudinis, quia appetitus naturalis non addit aliquam perfectionem ſuper naturam abſolutam, ſed ſolùm inclinationem ipſius naturæ ad ſuam perfectionem, & ideo manente natura, manet ille appetitus. 4. D.49. Q.10. *Ad ſecundum principale primæ quæſtionis*. H.11.

Damnati cum habeant cognitionem de beatitudine, & eam conſiderant, poſſunt habere volitionem ſequentem appetitum naturalem ei conformem, & poſſunt, actu elicito, appetere beatitudinem, ſicut & mali in via; affectione tamen commodi immoderata, quia non moderata affectione iuſtitiæ, quomodo iuſti appetunt, vt commodum eis, & ideo immoderatius appetunt eam, quàm iuſti; & ideo concedo, quod damnati velle elicito appetunt beatitudinem. *ibidem*. I.12.

Damnati volitione ſimplici, & conditionata [ſi ſcilicet eſſet eis poſſibilis] volunt beatitudinem, vt bonum commodum, & fortè intenſiùs, quàm nos in via, licet eam apprehendant, vt impoſſibilem, & maximè delectarentur in conſideratione illius obiecti, ſi dimitterentur; & in hoc fortè habent maximam pœnam, quia ſic detinentur ab igne in conſideratione ſua, quod non permittuntur conſiderare Deum, vt eſt obiectum naturale beatitudinis, & etiam ſeipſos, in quibus maximè delectarentur. *ibidem*. ℣. *Secundo modo*. K.13.

Damnati non poſſunt non appetere beatitudinem, & ſic ſemper eſſe in quiete appetunt: Dico, quod conſequentia eſt bona, loquendo de voluntate efficaci; non eſt autem bona, loquendo de conditionata, ideſt ſi poſſent velle non eſſe; vnde illud argumentum procedit ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis, non deſtruendo totum conſequens; ſimul igitur poſſunt appetere beatitudinem, & *non eſſe*, voluntate conditionata. 4. D.50. Q.2. *Ad ſecundum principale ſecundæ quæſtionis*. G. 16. *Additio*.

Damnatorum pænæ relatæ ad beatos.

Damnatorum pœnas beati non vident viſione ſenſibili, quia nec eſt diſtantia debita ſimpliciter, ſi requiratur diſtantia debita inter intellectum, & obiectum; Etiam non cognoſcunt, quia non eſt diſtantia proportionata inter potentiam exiſtentem in cœlo empyreo, & obiectum in inferno: Sic ergo patet quod non in genere proprio. 4. D. 50. Q.3. §. *Reſpondeo*. ℣. *Patet*. A.2.

Damnatorũ pænas ratio cognoſcẽdi in verbo eſt eſſentia diuina, nõ reſpectus, nec perſonale aliquod. *ibid*. ℣. *Remanet*.

Damnatorum pœnam damni, quæ eſt carentia viſionis diuinæ; ſiue culpam, quæ eſt cauſa pœnæ, non vident beati in eſſentia diuina, cognitione ſecundùm ſpeciem, quia nec habent ideam in Deo, nec imitantur ideam, quia nec in ſe, nec in aliquo gradu entis ſunt, nec per conſequens imitantur illam in aliquo gradu, & ita iſta non eſt ratio cognoſcendi in eſſentia diuina ſecundum ſpeciem, quia non habent propriam ideam in Deo, ſed ſecundum ſimilitudinem per aliud. *ibidem*. ℣. *Si ergo*. C.4.

Damnatorum pœnæ, ſi loquamur de triſtitiis (ſiue ſcilicet de triſtitia de ipſa pœna; ſiue de triſtitia de culpa, non vt eſt offenſiua Dei, ſed vt eſt cauſa pœnæ; ſiue de igne continente perpetuò; ſiue de igne immutante, & retinente intellectum eorum in perpetua conſideratione ſua; ſiue de triſtitia de culpa, inquantum eſt vermis conſcientiæ) cognoſcuntur in eſſentia diuina à beatis ſecundùm ſpeciem, quia ſunt verè entia poſitiua, quæ habent verè propriam ideam in Deo. *ibidem*.

Damnatorum de pœnis non credo quod conſolentur abſolutè beati, quia nec Deus, qui eſt index inferens pœnam, conſolatur abſolutè, vt patet per Iſaiam 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis?* obiectum enim, circa quod ordinatur, eſt natura nuda, & illam non ordinat ad pœnam, niſi propter rationem mali, non ergo gaudent de eis, niſi propter iuſtitiam iudicis, ſi eſt, imo quia eſt nolita ab eis; aliud autem, vt culpa, eſt nolitum ab eis: aliter eſt in eis *velle*, quàm in Deo, quia Deus eſt iudex voluntariè inferens, ſed in eis non eſt niſi *velle* complacentiæ, inquantum eſt determinatum à iuſta voluntate diuina; &, ſi placeret Deo, vellent liberationem eorum, vel ſaltem non diſpliceret eis, ſi placeret Deo; & ſic patet quod non acceptant pænam, vt primum obiectum, ſed vt eſt à iuſtitia diuina inflicta eis. *ibidem*. ℣. *Sed de tertio*. D.5.

Damnificare.

Damnificare animam nullus poteſt in bonis naturalibus animæ, cum illa naturalia bona ſint bona incorruptibilia. 4. D.15. Q.2. §. *Reſpondeo* ℣. *De primo*. A.2.

Damnificare non poteſt aliquis directè alium in bonis morum, quia peccatum; & omnis actus vitioſus adeò eſt peccatum, quoeſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium non eſt peccatum, ſecundum Aug. de vera religione, ergo ſola voluntate propria poteſt aliquis ſic damnificari: ſed aliquis poteſt indirectè damnificare inducendo eum in peccatum, & actus vitioſos, quibus virtutes corrumpuntur, & vitia generantur; & iſta inductio poteſt eſſe multiplex, ſcilicet conſulendo, perſuadendo, & rogando &c. *ibidem*.

Damnificans aliquem indirectè, quoad bona ſpiritualia animæ moralia, tenetur modo ſibi poſſibili reſtituere ſibi damnum, ſcilicet inducendo eum efficaciter ad pænitentiam, & ad actus virtuoſos: & ſi ſola inductio non ſufficiat, quia facilius eſt pænitere, quàm conuertere, tenetur, & per ſe orando, & per orationes aliorum procuratas, impetrare ſibi conuerſionem, & per alios perſuaſores efficaces, dum tamen illis non prodat peccatum occultum illius alterius: Et ex hoc patet quantum periculum eſt alium ſolicitare, & inducere ad peccatum, quia vix poteſt dignè reſtituere, eum voluntatem illam allectam ad peccata vix poſſit, perſuaſionibus, & aliis multis viis, reducere ad virtutem. *ibidem*. ℣. *De iſto*. B.3.

Damnum.

Damnum nemo facit, niſi qui illud facit, quod facere ius non habet, *ff. De reg. iur.* 4. D.15. Q.2. *Ad vltimum principale*. ℣. *Confirmatur*. L.40.

Damnum non patitur quis propriè in ſomno; ſicut in actu copulæ carnalis; quia poſt ſomnum vigoratur intellectus;

Dampnum,

per actum istum hebetatur ; ita qood per istum actum non tantum priuatur quis illo bono, sed redditur minus aptus, vel habilis ad illud, & ad alia post actum illum: oppositum autem est de somno. 4. D.31. Q.*Vnica*, *§*. *Hic dicitur*. ✝. *Aliter dicitur*. n.3.

DAR

Dare,

Dare alicui esse formaliter necessariò ponit limitationem, quia sic dans *esse* non includit per identitatem illud, cui dat *esse*; nec potest separari à sic dare *esse* ioperfectio, quia nec limitatio, nec etiam dependentia omnimoda; licèt enim separaretur ab eo dependentia à materia; semper sameo manet dependentia ad efficiens, virtute cuius, forma informat materiam. 5. D. 8. Q.1. *Ad secundum principale*. L.8.

Dari Spiritum Sanctum ab æterno, *siue sic*, Spiritum sanctum dari ab æterno, includit creaturam, cui datur, fore ab æterno, non enim potest aliquid dari, nisi sit illud, cui datur. 5. D.18.Q.1. §. *Respondeo*. ✝. *Tamen propter auctoritatem*. F.6. *Additio*.

DAT

Datio,

Datio iustitiæ originalis, quando facta est voluntati Adæ tali modo, quod quasi eadem datione, quantum est ex se, dabatur similiter omni voluntati cuiuscunque filij, nisi poneretur obex; ergo ex tali datione fit voluntas cuiuscunque debitrix iustitiæ originalis. 2. D. 32. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. ✝. *Hanc instantiam*. C.11.

Datio doni iustitiæ originalis voluntati licèt non sit omnino similis in operibus meritorijs, datis virtualiter in gratia, & in proposito (de Adam quantum ad dationem illius doni filijs Adam, dando ipsum eis in voluntate Adæ) est tamen similis quantum ad propositum, quod vtrobique est præcisè datio ex parte dantis, scilicet voluntate antecedente, & non consequente; & ipsa est ratio ipsi voluntati, vt sit debitrix; sicut dono, vt sit debitum, *ibidem*.

Datio quædam est non liberalis, expectans redditionem futuram; quædam est exigens dationem præsentem, concomitantem, quæ propriè commutatio est: prima bene tenet, etiamsi postea non sequatur redditio expectata, quia in præsenti fit translatio solum sub spe redditionis futuræ: secunda nunquam est, nisi fit statim redditio, quia contractus commutatiui est conditionalis; etsi non expressa conditione, tamen vniuersaliter ex natura contractus subintellecta; & contractus conditionatus non est, nisi stante conditione. 4. D.20. Q.1. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Respondeo, quædam*. E.6.

Dator,

Dator, idest hoc nomen *Dator* non signat [in diuinis] primò respectum virtutis spiratiuæ Patris, sed primò signat respectum rationis ipsius ad creaturas, connotando processionem passiuam, vel proprietatem personalem Spiritus Sancti, per respectum tamen ad virtutem spiratiuam, per quam producitur primus amor spiratus infinitus. 1. D. 18.Q.1.§. *Respondeo*. ✝. *Tamen propter auctoritatem*. G.7.

DAV

Dauid.

Dauid. 2. Reg.7. non permisit Deus ædificare Domum nomini suo, multo sanguine effuso, & hoc propter horrorem sanguinis effusi. 4. D.25. Q.1. *§*. *In ista quæstione*. ✝. *Sequuntur etiam duo*. E.10. & D.33. Q.2. *§*. *De secundo*. ✝. *Dico ergo*. C.7.

DE

De.

De', *siue* per ly *De* in ista propositione *Filius est de substantia Patris* non tantum notatur efficientia, vel origo; si enim tantum efficientia, tunc creaturæ essent de substantia Dei; nec notatur per illud *De* tantum consubstantialitas quia tunc Pater esset de substantia Filij, sed notatur simul originatio & cōsubstantialitas, vt scilicet in casuali huius præpositionis *De* denotetur cōsubstantialitas sic, quod filius habet eamdem substantiam, & quasi formam cū Patre, de quo est originaliter; & per illud, quod construitur in genetiuo cum isto casuali notetur principium originans; ita quod totalis intellectus huius sermonis *Filius est de substantia Patris* est iste, *Filius est originatus à Patre, vt cum substantiali ei*, 1. D.5. Q.2. *§*. *Ideo tenendo*. ✝. *Secundo dico*. G. 12.

De licet possit multipliciter sumi, sicut patet per Anselm. Monolog. cap. 8. vno tamen modo accipitur, vt notat ordinem; tamen, vt notat ordinem adhuc est multipliciter dictum, quia potest notare ordinem naturæ, vel durationis: Si primo modo, concedunt Philosophi, Deum posse creare, & aliqoid de nihilo producere, vt patet per Auic. 6. Meta. cap.2. 2. D.1. Q.2. *§*. *Respondeo creare*. A. 3.

DEB

Debilitas.

Debilitas virtutis, & impuritas alimenti extrinseci fuissent sufficiens causa mortis Christi naturalis. 3. D. 16. Qu.2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Sed posito*. C.6.

Debitum iustitiæ originalis.

Debitum iustitiæ originalis non est formale in peccato originali; non enim fuit debitum in statu innocentiæ, nisi quia habens eam debuit eam; igitur non videtur formaliter remitti, nisi tollatur illa deformitas, vel carentia, aut in se, aut saltem per habitum aliquem æquiualentem habitui huius priuationis. 2. D. 32. Qu. *Vnica*. §. *Contra quartum*. A. 6.

Debitum iustitiæ originalis videtur concludi in paruulis propter hoc, quod Adam accepit iustitiam pro se, & pro tota natura, quæ tunc erat in eo; & ideo Deus instè exigit à tota natura, in quocunque est, illam iustitiam, quam dedit naturæ, ita quod secundum Anselmum De concept. Virg. cap 7. Adam, peccato personali, nudauit naturam iustitia debita, & nudata natura, tali iustitia debita, in quocunque facit naturam nudam, facit & talem debitricem, *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. ✝. *Ex istis*. C.8.

Debiti ratio tam ex parte doni, quod debetur, quam ex parte voluntatis, quæ debet, est ipsa datio dantis, qui dat donum receptum, & dat voluntati recipienti; ergo datio eiusdem rationis sufficit ad hoc, quod voluntas sit debitrix, qualis sufficit ad hoc, quod donum sit debitum: sed ad hoc quod donum sit debitum, sufficit datio voluntate antecedente, siue virtualiter dare, licèt non in se formaliter, ergo ad hoc, quod voluntas sit debitrix, sufficit similis datio facta ipsi voluntati: Sed quando facta est datio voluntati Adæ, facta est tali modo, quod quasi eadem datione, quantum erat ex se, dabatur similiter voluntati cuiuscunque filij, si non poneretur obex, ergo ex tali datione fit voluntas cuiuscunque filij debitrix, *ibidem*, ✝. *Hanc instantiam*. C. 11.

Debitum habendi iustitiam originalem est à Deo statuente legem istam, *Do iustitiam, tibi Adæ, & omnibus filijs tuis naturalibus do eadem datione, quantum est ex parte mea*: & ideo ex hac datione tenentur omnes eam habere, & ex Patre propagante, per cuius actionem iste est filius naturalis Adæ, ergo hoc debitum per nullas rimas ig notas intrat, sed per istas duas causas positiuas [scilicet Deum istam legem statuentem, & debitum habendi iustitiam originalem] carentia autem illius iustitiæ non habet causam, nisi negatiuè, scilicet non dantem iustitiam originalem; cuius si quæratur vlterius causa, non est nisi demeritoria, quia scilicet Adam demeruit, ne iustitia originalis daretur, negatiua non dans, Deus est; demeritoria, quare non datur, Adam peccans. *ibidem*. *Ad tertium principale primæ quæstionis*. H. 55.

Debitum habendi donum iustitiæ originalis in se soluitur in baptismo, & commutatur in debitum habendi donum æquiualens, scilicet gratiam, & illud debitum secundum semper, ex tunc, manet, nec primum redit; & qui caret secundo dono debito, grauius peccat, quàm qui caret primo; nec tamen est peccator peccato originali, quia non redit debitum habendi illam iustitiam. *ibidem*, *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. I 16.

Debitum Pœnæ æternæ.

Debitum pœnæ æternæ si posset stare cum gratia, peccatum mortale non remissum posset stare cum gratia, eo modo, quo manet post actum, & tunc idem esset amicus, & inimicus. 4. D.21.Q.t.§. *In ista quæstione.* ℣. *Primo sic.* C. 3.

Debitum ad quamcunque pœnam æternam includit pœnam damni æternam, & per consequens pœnam essentialem damnationis, quæ tamen non correspondet veniali. *ibidem.* ℣. *Item secundo.* C. 4.

Debitum coniugale.

Debitum coniugale reddere propter finem prolis est dupliciter laudabile: vno modo, quia ad finem laudabilem, scilicet ad bonum prolis; Alio modo, quia in se actus iustitiæ reddentis illi, quod suum est, quia ad finem, ad quem debet esse; Propter secundum finem, scilicet causa vitandæ fornicationis, est laudabile tantùm secundo modo. 4. D.32. Q. *Vnica.* §. *Ad quæstionem.* A. 2.

Debitum coniugale reddere, causa vitandæ fornicationis, est laudabile tantùm quia est actus iustitiæ: istud tamen iustè redditum non posset esse iustum, nec illi deberet reddere, nisi Deus dispensasset, propter pronitatem hominis post lapsum. *ibidem.*

Debitum coniugale reddere (præscindendo à bono prolis, sed loquendo de redditione debiti vniuersaliter, ex obligatione coniugum) est actus præcepti affirmatiui, explicantis iustitiam commutatiuam: præceptum autem affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper, sed pro quando actus potest esse debitè circumstantionatus; & ita sic in genere potest aliquis iustè non reddere debitum coniugi dupliciter; vno modo si coniux amisit ius petendi, vel non habet ius petendi pro tunc; alio modo, quando obligatur ad non reddendum vinculo fortiori. *ibidem.* B. 2.

Debitum petendi ius non habet coniux post matrimonium ratum (licèt adhuc non amiserit, quia nondum peccauit) eo quod post matrimonium ratum licet intrare religionem, nec oportet statim, sed ad tempus potest stare in sæculo, & deliberare: & si teneretur statim reddere, teneretur se inhabilem facere ad Religionem. *Ibidem.* ℣. *Primo contingit.* B. 2.

Debitum non tenetur, imò non debet reddere coniux alteri petenti, si vergat in detrimentum propriæ incolumitatis; tenetur enim magis diligere propriam incolumitatem, quàm istud debitum reddere alteri coniugi; vel sit causa occisionis fœtus in vtero prægnantis; vel sit causa abortus; ad hæc enim cauenda tenetur fortiori vinculo, quàm ad reddendum debitum isti: vbi ergo est probabile periculum extinctionis fœtus; vel quod nascatur abortus, non tenetur reddere. *ibidem.* ℣. *Secundus casus.* F. 5.

Debitum licèt coniugi leprosæ coniux sanus, vel leprosus debeat reddere secundum caput primum, Extra de coniugio leprosorum, & cap. sequen. Si virum: tamen non sequitur, quod tempore menstruorum, quia ibi non est contra bonum prolis, quod procreetur leprosa, imo magis est contra bonum prolis, quod nunquam procreetur de ista matre, si propter lepram vitetur: hic autem etsi proles non procreabitur tempore menstruorum, procreabitur tamen postea tempore competenti; & tunc sana, nunc autem leprosa. *ibidem.* ℣. *Respondeo.* G. 5.

Debitum in loco sacro, regulariter, non est reddendum: *vel sic,* Dico, quod in loco sacro, regulariter, abstinendum est, quia non statim imminet periculum fornicationis, quin statim committi possit in loco non sacro: si tamen diu oporteret eos commanere in loco sacro, negaret aliquis, illum peccare si redderet debitum ibi petitum. *ibidem. Ad vltimum principale.* H. 7.

Debitum coniugale esse coniugi petenti reddendum, habetur 1. Corinth. 7 *Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus: & vir vxori debitum reddat, & vxor viro.* & probatur ibi, *Quia vir non habet postatem corporis sui, sed vxor, & è conuerso similiter.* *ibidem. In argumento in oppositum.* n t.

Debitum coniugale potest petere furiosus, qui tempore interualli contraxit matrimonium; & est sibi debitum tunc reddendum; non autem pro tempore furiæ, quia tunc nescit ex iure suo petere, sed sicut brutum: tunc etiam reddere, esset alteri periculum in persona. 4. D.42. Qu. *Vnica.* §. *De primo.* ℣. *Si primo modo.* E. 4.

Decalogus.

Decalogus simpliciter manet in lege Euangelica, sed perfectius exponitur, quàm Iudæi intelligant, vt patet Math. 5. *Audistis, quia dictum est antiquis, non occides, ego autem dico vobis; Quicunque dixerit fratri suo Racha &c. Non mechaberis &c. ego autem dico vobis, quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam &c.* 4. D.3. Q.4. *Ad primum principale.* N.19.

Decipi.

Decipi, seu falli est rem opinari aliter esse, quàm sit pro tunc, quando creditur esse. 1. D 39. Q.t.2.3.&c. *Ad primum principale secundæ quæstionis.* Q.27.

Decipi, & non decipi non est à parte habitus, nec à parte assensus, quem facit, sed à parte obiecti, secundum quod obiectum, cui assentit, verè, vel falsè præsentatur habitui inclinanti. 3. D.23. Q. *Vnica.* §. *Ad quæstionem.* ℣. *Contra decipi.* H.t6.

Declarare.

Declarare non dicit relationem realem; nec per consequens relationem geniti. t. D 27. Q.3. §. *Ad quæstiones istas.* ℣. *Similiter.* F.t4.

Declarare omne declarabile competit formaliter Verbo: Producenti autem competit principiatiuè; sicut in nobis competebat memoriæ effectiuè: & tunc Verbum formaliter declaret omne declarabile; Pater autem Verbo declarat, non formaliter, sed principiatiuè, in quantum sibi communicat notitiam actualem infinitam, qua Verbum actualiter declarat. 1. D.32. Q.2. §. *Ad istam quæstionem.* ℣. *Ad propositum.* B.7.

Declarare, *idest*; Istud verbum *declarare* cum dicat relationem rationis, & nulla talis est propria alicui personæ, nec includitur in proprio alicuius personæ; hoc manifestare non est proprium Verbo, nec includitur in eius proprio, sed tantùm est appropriatum pro eo, quod Verbum, ex vi productionis suæ, habet notitiam sibi communicatam. *ibidem.* ℣. *Dicunt aliqui.* B.8.

Declarare conuenit notitiæ actuali vnde actualis; & ideo magis conuenit cum proprio filij, quàm cum proprio aliarum personarum, & ita magis sibi appropriatur: verè tamen est in omni alia persona. *ibidem.* & 3. D.32. §. *Ex isto.* ℣. *De verbo.* E. 4.

Declarare formaliter, & principiatiuè, *idest* Isti modi accipiendi *declarare* formaliter, & principiatiuè, non sunt ita vsitati, sicut illi, quibus Verbum dicitur declarare formaliter, & Pater principiatiuè Verbo, & ratio maioris vsitationis istorum verborum est propter appropriationem notitiæ actualis ad Verbum. *ibidem.*

Declarare formaliter, & principiatiuè, *idest* Iste duplex modus accipiendi *declarare*, scilicet formaliter, & principiatiuè, patet in alijs relatiuis sicut in *assimilare, & adæquare*; forma enim, qua aliquid est simile, formaliter assimilat ipsum alteri: sed Agens dans formam illam, assimilat effectiuè, vel principiatiuè. 3. D.32. Q. *Vnica.* §. *Ex isto.* ℣. *De verbo.* E.4.

Decretum.

Decreti Gratiani quodcunque capitulum oportet dicere; *vel sic,* Oportet dicere quòd quodcunque capitulum, incorporatū in corpore decretorum à Gratiano, confirmatum sit à Papa, vel multa capitula ibi posita non ligant totam Ecclesiam: vnde autem possit doceri quod omnia illa capitula ibi compilata Papa confirmat, non est manifestum, nec etiam eo modo, quo est manifestum de omnibus capitulis positis in decretalibus. 4. D.6. Q.8. §. *Iuxta hoc.* ℣. *Respondeo iterari.* B.2.

Decreta de ætate ordinandorum seruanda, non est mirum quod abrogata sunt, quia in primitiua Ecclesia pueri non erant statim instructi in his, quæ pertinent ad cultum, vel officium diuinum: imo bene adulti erant in talibus satis rudes; nunc autem pueri statim in talibus erudiuntur, & exercentur; & ideo sufficientiùs aliquis instructus est modo tredecim annorum in talibus actibus, quàm tunc fortè erat rusticus 25. annorum. 4. D.25. Q.2. *Ad tertium principale.* F. 6.

Decreta antiqua de ætate ordinandorum esto, quod de iure, ad omninò debitè sustinendū, deberent seruari (quod non credo) tamen nec simpliciter necessarium est, necessitate

Decretum.

præcepti, illa obseruare, nec simpliciter necessarium, necessitate facti; quia si, hoc prætermisso, ordo conferatur, verè suscipitur; & gradus determinatus ministrandi in Ecclesia confertur illi, qui pro tempore isto *ex ore infantium, & lactentium perficit laudem, ibidem,* in fine.

D E F

Defectibilitas.

Defectibilitas in voluntate aut est causa, per se, peccati, aut per accidens: si per accidens; ergo frustra ponitur: si per se, & defectibilitas in voluntate est à Deo, vt à, per se, efficiente; & quidquid est, per se, in causato, inquantum causatum, est, per se, à causa eius, igitur peccatum esset, per se, à Deo, 2. D.37. Q. *Vnica.* §. *Contra primam viam.* I. 15.

Defectibilitas est à Deo efficiente; quia licèt defectibilitas consequatur naturam creatam, quia est ex nihilo; non tamen est effectiuè ex nihilo, quia terminus à quo non dat effectui producto aliquam proprietatem sui; igitur defectibilitatem habet talis natura ab ipso Deo, sicut ab ipso efficiente. *ibidem.*

Defectibilitas, quæ conuenit alicui, inquantum est ex nihilo (non) cõuertibilis est cum peccato, voluntas autẽ creata videtur esse conuertibiliter causa respectu peccati, licet contingens; ergo magis propriè causa respectu, peccati, est voluntas talis, quàm voluntas defectibilis. *ibidem.* ℣. *Contra hoc arguitur.* I. 15.

Defectibilitas, *siue* esse defectibile, idest esse vertibile in nihil consequitur omnem creaturam, quia est ex nihilo: sed esse sic defectibile, scilicet peccando, est proprium naturæ voluntatis, & consequitur eam ratione, qua hæc natura specifica, quæ potest esse principium oppositorum, agendo scilicet, & deficiendo. 2. D.44. Q. *Vnic.* §. *Respondeo, aut potentia,* ℣. *Respondeo esse,* B. 1.

Defectus.

Defectus est carentia eius, quod natum est inesse. 4. D.49. Q.1. §. *De secundo.* ℣. *Nec modo.* Y.25.

Defectus vnius, & cuiuscunque circumstantiæ sufficit ad hoc, vt actus sit moraliter malus. 1. D.48. Q. *Vnica.* §. *Respondeo.* A.2.

Defectus causæ secundæ in agendo, in quantum defectus est, non est effectus causæ primæ; ergo defectus procedens à voluntate Angeli, in primo instanti suæ creationis si fuisset, non fuisset à Deo, vel à causa prima, sicut nec tunc est. 2. D.5. Q.2. §. *Respondeo primo.* ℣. *Item defectus,* B.4.

Defectus causæ secundæ, sicut infuisset à Deo in primo instanti creationis Angeli, cum Deus nunc causet voluntatem, sicut in primo instanti (nam conseruari continuè ab ipso est continuè causari) nunc causaret peccatum, sicut in principio. *ibidem.* ℣. *Item secunda.*

Defectus nullus est contractus ab origine increpabilis, nisi peccatum originale; & ideò licèt omnes defectus alij sint pœnæ, non tamen increpabiles: non ita iste. 2. D.32. Qu. *Vnica. Ad quartum principale primæ quæstionis.* I. 15.

Defectus actualis non potest poni causa per accidens [in voluntate] respectu peccati, quia tunc ante primum defectum voluntatis esset defectus; igitur tantùm potentialis: sed non alterius rationis ab illo actuali, qui inerit; quia iste defectus potentialis non est proxima causa per accidens, respectu actualis defectus alterius rationis; igitur erit idem defectus, vt potentialis, respectu suæ causæ potentialis per accidens. 2. D.37. Q. *Vnica.* §. *Contra primam viam.* ℣. *Præterea non.* I. 16.

Defectus, si ad *velle* voluntatis creatæ concurrunt duæ voluntates, scilicet voluntas creata, & diuina, potest esse in ipso velle: *vel sic* Si ad velle voluntatis creatæ concurrunt duæ voluntates, scilicet voluntas creata, & diuina, potest esse defectus in ipso *velle* ex defectu alterius causæ: & hoc quia illa causa posset rectitudinem dare actui, quam tenetur dare, & tamen non dat; alia autem licèt teneatur eam dare, tamen, quantum ex se, daret, si voluntas creata cooperaretur. *ibidem.* Q. *Vnica, alia secunda* §. *Ad solutionem.* T. 14.

Defectus est in effectu duarũ causarũ, non propter defectũ causæ superioris, sed inferioris; non quia causa superior causat rectitudinẽ, & inferior obliquitatem; sed quia causa superior, quantum est de se, causaret, si causa inferior, secundùm suam causalitatem, causaret, & ideo rectitudinem non causari est propter hoc, quia causa secunda, quantum ad se pertinet, non causat. *ibidem.*

Defectus in actione humana tantùm est propter deficere causæ secundæ in agendo; nec etiam potest Deus prius deficere, ita quod defectus in effectu sit peccatum, quia si ipse primò non ageret, carentia rectitudinis in actu non esset debita, *ibidem, Ad primum principale quartæ quæstionis.* A 2.20.

Defectus voluntarios sequitur debita pœna. Aug. 12. de Ciuit. cap.8. Ex quo sequitur quod in solo *velle* est peccatum primò, & in alijs nonnisi, mediante *velle.* 2. D.42. Q.4. §. *Ad quæstiones istas.* ℣. *Item Aug.* A.1.

Defectus super naturales aliquæ pœnæ canonicæ fundantur: *vel sic;* Aliquæ pœnæ canonicæ fundantur super defectus naturales: non enim voluit Ecclesia quascunque personas defectuosas ministrare in altari; & meritò, quia in veteri lege: Leuit.21. ponitur lex homini, qui habuerit maculam, quod non offerret Deo suo panem, nec accedat ad ministerium eius: Isti autem defectus sunt, in quibus esset scandalum pusillorum, si taliter defectuosus in naturalibus ministraret; & rationabiliter, quia quicquid sine peccato mortali potest dimitti, vitandum est, si ex exercitio eius oriatur scandalum pusillorum. 4. D. 13. Q.2. §. *Primò videndum,* ℣. *De primo.* E.8.

Defectus occultos sibi, secundùm iustitiam, incorrigibiles, Prælatus Dei correctioni dimittat. 4. D.21. Q.2. *Ad sextum principale,* ℣. *Respondeo consulat.* N.23.

Deficere.

Deficere, sicut desinere, potest exponi dupliciter: Vno modo per positionem præsentis, & negationem futuri; vel per positionem præteriti, & negationem præsentis: primo modo debet exponi in indiuisibilibus, & in his, quæ habent vltimum sui esse, illa enim non habent primum sui *non esse,* & tunc desinunt, cum sunt, & hoc modo nunc desinit in se, quia nunc est, & post hoc non erit: Et si quæras primum sui *non esse,* nullum est; sicut nec alicuius habentis vltimum *esse.* 2. D.2. Q.1. §. *Ad argumenta contra illam positionem.* ℣. *Et si quæras,* B. C.16.

Definibile.

Definibile oportet esse ens positiuum, per se vnum, & reale, & commune. 4. D.3. Q.1. §. *In solutione.* A. 1.

Definitio.

Definitio est alius terminus à definito, quantum ad rationem propositionis per se notæ, quia si esset idem conceptus definitionis, & definiti, in demonstratione potissima esset petitio principij. 1. D.2. Q.1.2. §. *Quoniam secundum,* ℣. *Vlterius,* A.2.

Definitio, per quam habetur cognoscere distinctè, inquiritur per viam diuisionis, incipiendo ab ente vsque ad conceptum definiti; in diuisione autem priùs occurrunt conceptus communiores; deinde genera, & differentiæ, in quibus concipitur distinctè conceptus inferior. 1. D.3. Q.2. §. *Loquendo.* ℣. *Secundo dico.* N.24. & Q.4. §. *Circa quartum.* ℣. *Præterea secundo.* O.16.

Definitionem siue terminum oportet ex Arist.8. Meta. Tex. 9. esse rationem longam, quia significat aliquid de aliquo, ita quod oportet illud esse materiam, & illud formam. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem,* ℣. *Prima pars,* I.16. & 3. D. 22. Q. *Vnica,* §. *Rationes.* ℣. *Præterea* 8. *Metaph.* C.12.

Definitio cuicunque formaliter repugnat: *vel sic,* Cuicunque repugnat formaliter definitio, eidem repugnat & definitum, *ibidem.* §. *Alij probant,* ℣. *Respondeo primo.* Q.20.

Definitio bonitatis in communi sicut non habet sapientiam in se, ita nec infinita infinitam. 1. D.8. Q.4. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Est ergo.* Q.17.

Definitio non tantum indicat rationem causatam ab intellectu, sed quidditatem rei. *ibidem.*

Definitio ex Phil.1. Topic. Tex 4. est oratio, indicans quid esse rei. 1. D.25. Q. *Vnica.* §. *Respondeo. Ad primum.* E.3.

Definitio, siue descriptio sicut non debet includere propriam rationem alicuius inferioris, ita descriptio personæ,

quæ sit incommunicabilis in natura intellectuali, non debet includere aliquid, propriè pertinens ad incommunicabile absolutum, nec propriè pertinens ad incommunicabile relatiuum, sed debet esse indifferens ad vtrumque, & ita describit vterque (scil. Ric. & Boethius) personam. 1. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad illa de quarta via*. ¶. *Ad tertium*. Bb.52.

Definitio est distincta cognitio definiti, secundum omnes suas partes essentiales. 1. D 36. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. I.11. & 4. D.1. Q.2. §. *De tertio*. M.9.

Definitio, quæ indicat totam entitatem rei, est perfecta: Definitio autem lapidis non includit formaliter, vel essentialiter respectum ad aliud, quia tunc non esset definitio lapidis, vt est in genere absoluto, & ita non esset definitio lapidis, vt est in genere substantiæ, vel vt est species substantiæ; ergo in essentia lapidis non includitur formaliter aliquis respectus. 2. D.1. Q.4. §. *Contra istam opinionem est*. ¶. *Præterea definitio*. I.18.

Definitio non esset illa ratio, quæ exprimeret quicquid conuenit ad entitatem indiuidui, si aliqua ratio posset exprimere quicquid conuenit ad entitatem indiuidui: *vel sic* Si aliqua ratio posset exprimere quicquid conuenit ad entitatem indiuidui; non tamen illa ratio erit perfecta definitio, quia non exprimit *quod quid erat esse*: Et secundum Philos. 1. Topic. c.4. *Definitio est exprimens &c*. 2. D.3. Q.6. §. *Ad quæstionem ergo*. ¶. *Ad illud de definitione*. M.17.

Definitio subiecti est medium in demonstratione potissima. *ibidem*. ¶. *Per hæc patet*.

Definitionem intelligens si non intelligit subiectum, neque intelligens passionem comprehendit illud: vel pro medio accipiatur passio prior, & pro tertio passio remotior, quæ inest per rationem passionis prioris; patet ibi propositio ista, Si ipsi A conuenit B, & C ordinatè; si intelligens B. non comprehendit A, multò magis, comprehendens C non comprehendit A. 3. D.14. Q.2. §. *Contra rationem*. G.10.

Definitio, secundum Phil. 7. Metaph. c. De defin. Tex.33. est ratio, & omnis ratio habet partes: sicut autem se habet tota ratio ad exprimendam totam rem, quæ definitur; sic oportet partem definitionis exprimere partem rei, ex quo definitio exprimit totam substantiam definiti; cum igitur materia sit pars rei, nisi definitio includeret materiam, non haberet vnde exprimeret totam rem, nec quòd pars eius exprimeret partem. 3. D.22. Q. *Vnica*. §. *Rationes*. ¶. *Ad tertium*. C.11.

Definitio, vel scientia non est propriè de indiuiduis generabilium, & corruptibilium; quia talia, dum abstracta sunt à sensibus, nesciunt an sint, vel non; Sed illorum in absentia est tantùm opinio. *ibidem*. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. E.14.

Definitio propriè dicta non est nisi ratio, verum esse significans, secundum Philosoph. 1. Top. cap.14. & ideo non est quæcumque ratio nominis, sed ratio, per quam distinctè indicatur verum quid rei: non est ergo propriè non entis; & hoc, siue non ens accipiatur propriè per impossibili, quod includit contradictionem; siue pro pura negatione, vel priuatione; quia non ens non habet *quid est*. 4 D.2. Q.2. §. *Hic primo*. A.2.

Definitio propriè dicta non est ratio eius, quod non est per se vnum, vt patet 7 Meta. Tex.16. intelligo autem *per se vnum*, scilicet quod est simplex, vel compositum, quod est ex per se actu, & per se potentia: nec ista vnitas impedit quòd definitum includat aliquid, tamquam terminum per se dependentiæ suæ, vt accidens includit subiectum; vel sicut aliquod, quod simul est secum natura, vt relatiuum includit correlatiuum; sed prohibet quod nihil includatur, tamquam per se pars in ipso, quò non se habet ad aliud in eodem, sicut per se actus ad per se potentiam; vel pars einsdem actus, vel eiusdem potentiæ, ad aliam partem. *ibid*.

Definitio propriè dicta non est entis rationis; quod est tantum ens diminutum; quia propriè *quid*, sicut & ens, non competit, nisi enti reali; patet 5. & 6. Meta. Tex.14 & 8. nec intelligo hic ens rationis, quod est in intellectu obiectiuè, quia sic omne vniuersale est in anima; nec illud, quod est tantùm in intellectu subiectiuè, quia sic intellectio, & scientia sunt in anima, quæ tamen sunt formæ reales, & in genere qualitatis: sed intelligo ens in anima tanquã secundò consideratũ, non tanquã primò consideratum (ad quod considerandum mouetur primò anima à re extra) sed tanquam ens in primo considerato, vt consideratum; & tale, vt in summa sit dicere, Non est, nisi relatio rationis, quia nihil habet præcise esse in considerato, vt considerato, nisi conceptus, qua considerantum comparatur ad aliud per actum considerantis; Ens ergò diminutum, vt hic accipitur, vniuersaliter est ens rationis. *ibidem*. B.3.

Definitione propriè dicta, *siue*, Per definitionem propriè dictam, non est quid expressibile, de quo non potest haberi, nisi conceptus simpliciter simplex, quia, secundum Phil 8. Meta. Tex.9. Definitio est ratio longa, & oportet terminum esse rationem longam, exprimentem *quid*, & *quale*: distinctè enim explicat quod definitum importat implicitè; ergo oportet quod de definito possint plurea conceptus formari, quidditatiuus scilicet, & qualitatiuus, per quos explicatur. *ibidem*.

Definitio propriè dicta non est singularis, quia non potest esse ratio omnino exprimens quidditatem eius, quin illa explicet aliud, quod non pertinet ad *quod quid erat esse*. *ibid*.

Definitio propriè dicta est entis positiui; per se vnius; realis; compositi realiter, vel quantum ad conceptus; vniuersalis: & solius talis. *ibidem*. ¶. *Ex his*. B.3. & D.3. Q.1. *In solutione*. A.1.

Definitionem nihil habet primò, nisi substantia, quæ non definitur per aliquod additum; neque sicut correlatiuum additum in definitione correlatiui; nec sicut subiectum in definitione accidentis; talia enim habent definitionem, sed non primò: patet 7. Meta. ∫. Illud autem palam Tex.18. 4. D.3. Q.1. §. *In solutione*. B.1.

Definitionem restringendo ad *quid* propriè dictum extra animam, Definitio sacramenti *Est signum sensibile* &c. non exprimit quid sacramenti; ergò non potest esse definitio eo modo, quo est ratio entis completi extra animam, sed eo modo, quo definitio exprimit vnum conceptum per se in intellectu; siue ille conceptus sit rei extra, siue rationis, bene potest definiri: & hoc modo tantùm, & non aliter, definiuntur omnes intentiones logicales. 4. D.1. Q.2. §. *De secundo*. ¶. *Tertio dico*. H.7.

Definitiones intentionum logicalium non signant quidditates extra animam, sed tantummodo conceptus in anima, sed per se vnos, alioquin logica non esset scientia: in talibus definitionibus etiam inuenitur genus, differentia, & proprium, eo modo, quo logicus loquitur de genere; differentia; & proprio, quia inuenitur prædicatum *in quid*, & in *quale essentiale*, & in *quale accidentale conuertibile*. *ibidem*. I.7.

Definitio duplex baptismi assignatur, quarum vna est, quòd *baptismus est ablutio hominis, aliqualiter consentientis* &c. alia, quod baptismus *est sacramentum ablutionis hominis à peccato* &c.: nec est differentia inter istas rationes, quin eadem secundum, vtramque sint necessaria ad baptismum: sed vna ponit in diffinitione eius solam ablutionem in recto: alia ponit ablutionem, & verba (addendo *& in verbis certis*) ex æquo ad eius rationem pertinere; quæ differentia consurgit ex diuerso opinandi modo de fundamento huius relationis, an sit sola ablutio circumstantionata; an simul ablutio, & verba. 4. D.3. Q.1. §. *In solutione*. ¶. *Nec est differentia*. E.4.

Definitio Magistri de baptismo est ista: *Baptismus est tinctio, scilicet ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta*: ista definitio potest dici propria eius in vno sensu, quia in ea magister videtur loqui secundum illam opinionem, quod ablutio circumstantionata sit baptismus: & sic ponendo, tangit ea, quæ principaliter pertinent ad rationem baptismi; licet multa concomitantia debeant intelligi, quæ exprimit ratio illa *Ablutio hominis* &c. *ibidem*. ¶. *Patet ergo*. &c.

Definitio non posset dari per genus remotum, & plures differentias, si differentia inferior, seu posterior includeret differentiam superiorem; quia eadem differentia proxima illus generis diuisiua remoti pluries diceretur: Consequens est planè contra Philosophum 7. Meta. Tex.42. qui dicit *Nihil aliud est in definitione, quàm primum dictum genus, & differentia, alia verò generæ sunt primum, & cum hoc comprehensæ differentiæ*: & exemplificat statim, *vt animal alatum, & animal bipes alatum, similiter autem, & si plura dicantur, omnino non differt per plura, aut per pauciora dici*: vult dicere quod nihil aliud est definitio, quàm primũ genus cum multis differentijs; vel proximũ genus, & vna differentia, quia proximum genus nihil aliud est,

Definitio.

quam genus remotum cum multis differentijs inclusis, & quilibet modus definiendi includeret nugationem, si differentia inferior per se includeret superiorem. 4. D. 11. Q. 3. *§. Ad rationes.* ℣. *Si tamen.* C c. 48.

Definitio exprimit conceptum perfectum definiti; & ideo quantumcunque essentialia formæ exprimerentur sine illo, cuius est forma, quamuis quidditas eius indicaretur, tamen non esset conceptus perfectus, quietans intellectum, & ideo nec definitiuus. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Respondeo quod nec.* L. 18.

Definitum.

Definitum si est relatiuum, illud, quod cadit in definitione, necessariò requiritur ad *esse* eius, ita quòd terminus cadit necessariò in definitione eius, & sine termino non potest definiri. Et hoc ideo est, quia istud est relatiuum, nec est alia ratio quare requirit necessariò terminum; non enim quia accidens; imò si esset relatio, & non accidens, sicut relatio in diuinis, adhuc requireret terminum: sed definitum, de quo loquimur, scilicet albedo, est absolutum, ideo non requirit additum, sicut respectus terminum, sed causam aliquam extrinsecam, & qualibet talis non necessariò requiritur, præter primam. 4. D. 12. Q. 1. *Ad tertium principale.* ℣. *Respondeo.* S. 27.

Deformitas.

Deformitas peccati, quæ est priuatio, vel defectus in actu secundo, est à causa secunda, & non à causa prima. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. *Ad secundum argumentum tertiæ quæstionis.* Z. 35.

Deformitas actus magis conuenit libero arbitrio, inquantum creatum, quàm inquantum liberum. 2. D. 23. Q. *Vnica.* *Ad tertium principale.* ℣. *Vel dici potest.* F. 9.

Defraudans.

Defraudans illum in substantia, qui putat permutando accipere aliam substantiam, vel quantitatem: vel in quantitate, qui putat accipere aliud quantum, dat occasionem damni, quia ille non permutaret, nisi crederet aliam substantiam, vel quantitatem, & qualitatem recipere; ergo videtur non tantùm fallacia de libro Elenchorum, sed præsumptione iuris, & secundum veritatem damnum dedisse. 4. D. 15. Q. 2. §. *De secundo articulo.* ℣. *Quod primo.* L. 14.

D E G

Degradatio.

Degradatio si fit amotio ab omni gradu clericali, tunc idem est depositio, & degradatio: si autem degradatio fit depositio tantùm à determinato gradu, reseruato tamen gradu alio, sicut à Sacerdotij gradu aliquo deposito, remanet gradus clericalis; tunc degradatio est quædam partialis pæna, respectu depositionis. 4. D. 25. Q. 1. *§. In ista quæstione.* ℣. *Prima, scilicet.* B. 4.

Degradatio, maximè si fiat circa Episcopum, dubium est vtrù excludat conferre ordines de facto, sed pro, & contra habetur, quæstione præcedente articulo secundo. *ibidem*, §. *De secundo articulo.* ℣. *De primo.* I. 14.

Degradatus.

Degradatus, per degradationem, non fit non Sacerdos, quia characterem non potest aliquis degradans delere: nec conceditur quod si quis potest aliquid ministerialiter conferre, quod sic possit ministerialiter auferre, quia Deus non sic eum instituit ministrum in amotione, sicut in collatione; & tunc illa regula, *faciliùs est destruere, quàm construere*, non conceditur de ministerialiter agente in Sacramentis; pro quo adduci potest illud Pauli 2. Corinth. cap. vltimo, *Non dedit nobis Deus potestatem in destructionem, sed in ædificationem.* 4. D. 13. Q. 2. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Nec obstat.* C. 4.

D E I

Deitas.

Deitas est ratio fundamentalis, respectu finis, vt finis, ad creaturas, *Prol.* Q. 3. §. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis.* ℣. *Ad aliud dico.* V 21.

Deitas.

Deitas, quæ est entitas formalis, non habet sibi adæquatè correspondens *quod*, nisi Deum, quia ipsam includit: Deitas autem est de se hoc, ergo Deus est de se hoc. 1. D. 4. Q. 1. §. *Respondeo.* A. 2.

Deitas est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, *siue* Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt Deitas, istæ sunt veræ per identitatem, non autem formaliter. 1. D. 4. Q. 2. §. *Respondeo.* ℣. *Respondeo sicut.* B. 2.

Deitati, vt Deitas est, correspondet *quod*, vel *quis*, quia illud *quod*, vel *quis* est primò deitate ens, vt Deitas est; & sicut Deitas est de se hæc, ita Deus, qui Deus est Deitate, est de se hic; & in isto conceptu non includitur incommunicabilitas, nec ratio personæ, quia Deitas communicabilis est, & ideo Deus, vt Deitate est Deus, non includit aliquid incommunicabile formaliter. *ibidem*, ℣. *Respondeo vnicuique.* B. 3.

Deitas est abstractum, vltima abstractione. 1. D. 5. Q. 1. *§. Quantum autem.* ℣. *Patet etiam.* E. 7.

Deitati, seu naturæ diuinæ adæquatè correspondet vnum singulare, quòd exprimitur nomine Dei, quod naturali intelligentia intelligitur, ante quamcumque proprietatem personalem. 1. D. 4. Q. 1. *Ad secundum principale.* E. 4.

Deitas de se est, qua Deus est Deus: & qua subsistens, siue persona, cuius proprium est A, est formaliter Deus, quia *esse* quò hoc modo non est imperfectionis in creatura, sed competit quidditati, vnde quidditas est. 1. D. 5 Q. 2. *Tertio principaliter.* ℣. *Contra istud.* I. 14.

Deitas ipsa per proprietatem personalem non determinatur, nec contrahitur, nec aliquo modo actuatur, quia hoc erat imperfectionis, & potentialitatis in natura creata; & Deitas de se est *hæc*; & ita sicut habet vltimatè vnitatem de se, ita & actualitatem: est igitur proprietas personalis ita proprius actus personæ, quòd tamen non est actus ipsius naturæ diuinæ, aliquo modo perficiens, vel informans eam. *ibidem.* I. K. 14.

Deitas si sit potentia generatiua, & constat, quòd sit sufficiens; sequitur quòd si per se sit Deitas, quòd per se generabit: Deus autem prius est in se aliquo modo, quàm intelligatur esse in persona, quia Deitas, vt Deitas, est per se esse, ita quòd tres personæ ipsa Deitate per se sunt, non è conuerso: 7. Trinit. c. 4. *Omnis creatura ad se subsistit, quantò magis Deus?* & infra, *Hoc est Deo esse, quod subsistere*; ergo in isto primo signo naturæ, antequam intelligatur in persona, generabit, & ita Deitas, sic considerata, distinguetur à genito. 1. D. 7. Q. *Vnica.* §. *Contra istud.* A. 2.

Deitas cùm modò communicetur in identitate numerali, & communicatione adæquata sibi, ita quòd Deitate non potest esse alia communicatio numero eiusdem rationis cum ista, sequitur quòd multò magis modò ponetur absolutum esse principium productiuum, quàm poneretur si Deus ea produceret alium Deum eiusdem rationis. *ibidem.* §. *Loquendo tunc.* ℣. *Partem affirmatiuam.* M. 10.

Deitatem, & Paternitatem abstrahendo quantumcunque præcisissimè, remanet adhuc alterum extremum, scilicet Deitas, formaliter infinitum, quæ infinitas est ratio sufficiens identitatis extremorum; & ideo remanet ratio identitatis eorum, & per consequens ratio veritatis compositionis affirmatiuæ; & ideo ista conceditur *Paternitas est Deitas*, & è conuerso. 1. D. 8. Q. 4. *Ad argumentum principale.* A s. 26.

Deitas est bonitas, in ista remanet infinitas non tantùm in vno extremo, sed in vtroque; ideo est hic veritas propter identitatem, inclusam virtualiter in vtroque extremo. *ibidem.*

Deitas est communis omni subsistenti in natura diuina, & est aliquid subsistentis in natura diuina, & ideò non posset realiter distingui ab aliquo, nisi esset aliquo modo componibile cum isto; quis non est intelligibile quòd in aliquo subsistente sint plures, nisi vnum sit componibile cum altero, 1. D. 19. Q. 2. *Ad secundum principale.* G. 11.

Deitatem ex quo Pater dedit Filio, etiam secundum Maximum, quis aliter nó esset generatio, sed Deitatem minorem, secundùm eum, Deitate Patris, ergo Deitas nó est infinita, ex se, quia infinito nó potest esse aliquid maius; nec infinitum potest minui, & si Deitas non est infinita; ergo habens eam non est omnipotens; nihil enim est omnipotens,

Deitas.

iens, cùm omnipotentia requirat potentiam infinitam, nisi habeat infinitam essentiam. 1. D. 20. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ✝. *Contra Aug*. F. 11.

Deitas est cõmunicabilis pluribus, ita quod est sit idem cuilibet eorum, & quodlibet est ipsum, sicut vniuersale dicitur communicari suis inferioribus, & etiam vt forma, qua aliquid est secundùm ipsum, sed non est ipsum, vt anima communicatur corpori: sed neutro modo persona est communicabilis: Deus habet vnam communicabilitatem; anima aliam; diuinitas vtramque. 1. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Multi volunt*. C. 4.

Deitas non esset ratio formalis alicuius realitatis intrinsecæ, nisi ipsa oriretur talis, vt in primo instanti, in quo est sit determinata vltima determinatione: si igitur produceret aliquid determinabile per aliquam rationem, quasi sibi aduenientem, ista productio non esset ab intrinseco in diuinis: Si etiam produceret aliquid communicabile, non produceret proprietatẽ personalem, sed aliquid aliquo modo aliud ab illa. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ✝. *Quod etiam*. Y. 47.

Deitas est communicabilis, ita quod repugnat sibi per aliquid quasi sui generis, secundùm vnam opinionem, esse incommunicabilem. *ibidem*. ✝. *Ad quartum*. A a. 51.

Deitas, etiam per potentiam absolutam, non potest conuerti in creaturam, quia nihil potest conuerti, nec vt terminus *à quo*, nec vt terminus ad *quem*, nisi cuius *esse*, & *non esse* totaliter subest virtuti conuertentis: nihil autem intrinsecum Deo subest potentiæ diuinæ, quia illa potentia non respicit pro obiecto nisi possibile: quicquid est Deo intrinsecum est *necesse esse*. 4. D. 11. Q. 2. §. *Hæc quæstio*. ✝. *De primo*. A. 3.

Deitas per illapsum veriùs perficit essentiam, quàm potentiam: ista propositio posset negari; quia illapsus in essentiam, vt essentia, est quodammodo generalis toti creaturæ, licet vnicuique proportionaliter secundùm suum gradum entitatis: sed ille, qui est essentiæ, vt obiecti in potentiam, est specialis naturæ nobilissimæ. 4. D. 49. Q. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ✝. *Potest etiam*. D. 10.

Deitas est infinita; Paternitas est Deitas; ergo Paternitas est infinita: Si intendat sic arguens concludere prædicationem formalem, & non tantùm per identitatem, ibi esset commutatio prædicationis identicæ in prædicationem formalem; & ideo in illatione est fallacia figuræ dictionis, commutatur enim *quale quid* in *hoc aliquid*, idest interpretatur medium, quod est *quale quid*, esse *hoc aliquid*; quia sicut ille, qui ex medio, dicente *quale quid* infert medium dicens hoc aliquid: ita hic ex vi illationis talis prædicationis, formalis, intendit inferre ac si esset hoc aliquid ex vi illationis, quæ aliter non teneret: altera autem non fuit vera, nisi per identitatem; ergo commutans prædicationem per identitatem in formalem videtur interpretari vtramque prædicationem in præmissis fuisse formalem: Sed non est ibi prædicatio formalis, quia non potest illa minor verificari, nisi per prædicationem identicam. *Quodl*. Q. 5. §. *De primo*. ✝. *Ex hoc patet*. D. 6.

D E L

Delectabile.

Delectabilia circa, & tristabilia; *vel sic*, Circa primò, & secundò delectabilia; vel tristabilia eadem potentia, vel vis omnino est ratio operandi. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. ✝. *Eodem etiam*. H. 13.

Delectabilia præsentia in se, vel in phantasmatibus, vehementer impressis ex vehementia habitus continuati, moltùm inclinant ad se inordinatè amanda, & per consequens magnam faciunt difficultatem ad habendum magnam displicentiam de eis, ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad delectionem culpæ. 4. D. 20. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✝. *Tertia ratio*. C. 6.

Delectabile dicit aliquid in se, vel si respectum, non nisi aptitudinalem, qui necessariò sequitur fundamentum: sed *delectare* dicit effectum posteriorem, contingenter causabilem, maximè ex contingenti determinatione voluntatis diuinæ ad coagendum ipsi delectabili. 4. D. 48. Q. 1. §. *Hic dicitur*. ✝. *Contra secundam*. C. 6.

Delectabiliter.

Delectabiliter, neque faciliter operari non dat habitus infusus, quæ conueniunt habitui acquisito, inquantum distinguitur ab infuso per hoc, quòd acquiritur ex frequenter agere. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs* 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad primum*. O o. 33.

Delectatio.

Delectatio est passio naturaliter consequens operationem perfectam: & sine sit delectatio de speculatione, siue de speculatiuo, propter extensionem ad illam, nulla, ex isto, ponitur cognitio practica, quia nec ista est praxis propriè loquendo. Prolog. Q. 4. §. *Contra hanc conclusionem*. ✝. *Quod additur*. ante. M. 24.

Delectatio consequitur actum perfectum ex 10. Ethic. cap. 3. vel 4. actus autem consensus bono propter se, est actus perfectus; ergo actum volendi bonum propter se consequitur aliqua delectatio. 1. D. 1. Q. 3. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Ex his*. A. 2.

Delectatio non est praua, nisi quia actus est prauus; nec delectatio est in potestate delectantis, nisi quia actus est in potestate Agentis. *ibidem*. §. *Quod tantum*. B. 3.

Delectationis causa efficiens, & non finalis videtur esse obiectum delectabile, & ita non tendit delectans in obiectum propter se. *ibidem*. ✝. *Similiter*.

Delectatio, ex Auic. 8. Meta. cap. vltimo est apprehensio conuenientis cũ conuenienti. 1. D. 1. Q. 4. §. *In primo principali*. n. 1.

Delectationis quietatio, siue qua est ipsa quietatio, concomitatur actum fruitionis, hoc est actus vltimatè terminans potentiam, inquantum potentia seipsa quietat actu suo, ita quod de ratione fruitionis, si dicit actum, non videtur esse, quòd ipsa quietet potentiam, quantum est ex parte obiecti, sed quantum est ex parte potentiæ, obiecto propter se inhærentis. 1. Dist. 1. Quæst. 5. §. *Ex his*. n. 3.

Delectatio est propter conditionem recipientis, cui conuenit operatio recepta, & obiectum, circa quod est operatio; nunquam delectatio est sine factione, quæ præcisè est factio, sed quia actio est in Agente, potest esse actio delectabilis, propter conuenientiam Agentis ad obiectum. 1. D. 17. Q. 2. §. *Qui vellet*. M. 12.

Delectatio est ex conuenientia operationis ad potentiam, & obiectum, circa quod est operatio, quæ conuenientia est obiecti ad potentiam, inquantum recipit actionem, & non inquantum elicit eam; quia factio sola, vt factio, nunquam est delectabilis, & ideo propter delectationẽ nunquã oportet ponere rationem principij actiui. *ibidem*. Q. 2. *alias* 3. §. *Qui vult tenere*. ✝. *Ad illas*. X. 11.

Delectatio est ab obiecto, quod attingitur per actum, & non tantum ab ipsa potentia agente circa obiectum. *ibidem*. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad quartum*. P p. 34.

Delectatio, quando obiectum non est præsens in se, sed in ænigmate, potest ab obiecto diuersimodè causari, nunc plus, nunc minùs, licèt actus circa ipsum, & æquè intensus semper eliciatur, ex æquali conatu. *ibidem*. Q. q. 34.

Delectatio maior quandoque minorem actum, & in se, & acceptatione diuina, concomitatur ad alliciendum paruulos, vt auidius sequantur illud, cuius dulcedinem prægustaturi. *ibidem*. ✝. *Quod igitur*.

Delectatio si esset solùm, appeteretur à voluntate, non regulata per iustitiam, & nihil aliud sine ea; non enim excellentia, vel quodcunque aliud, si esset triste, appeteretur, sed delectatio, vel aliquid tale appeteretur. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista quæstione*. ✝. *Quartò hoc*. D. 5.

Delectatio, sine consensu, in opus, quod intelligat Aug. 12. de Trin. cap. 1. quod sit peccatum mortale, patet per illud, quod dicit, *Si sola mulier cogitat de re illicita, totus homo damnabitur, nisi, mediatoris gratia interueniente liberetur*: quod si esset veniale, posset sine gratia opposita liberari. 2. Dist. 42. Quæst. 4. §. *Sequitur secundum*. L. 14.

Delectationes, quæ sunt in volũtate tanquã primi motus, sũt peccatum, quando sunt de obiecto illicito, vt quando voluntas delectatur appetitu sensitiuo; quia illæ non sunt sine actu rationis, & voluntatis præcedente. 2. D. 32. Q. 4. *Ad primum principale tertiæ quæstionis*. R. 19.

Delectatio.

Delectatio aliqua vehemens sensibilis impedit vsum rationis, secundùm Aug.14. Ciuit.15. *Quò maior*, inquit, *in corporis voluptatibus nulla est, ita in ipso momento temporis, quo ad eius peruenitur extremum, penè omnis eius acies, & quasi vigilia cogitationis obruatur*: & Philos.7. Eth. cap.9. dicit quod *delectatio vehemens furatur intellectum sæpissimè sapientis*. 3. D.15. Q.*Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Vlterius*. H.18.

Delectatio sequens in sensu ex approximatione sensibilis conuenientis, quia non est in potestate passiui in præsentia Agentis, dicitur esse passio, licet sit verè qualitas, & non de genere passionis, vt est prædicamentum: & propter similem rationem dicitur ipsa intellectio actio, licèt sit verè qualitas: Et sicut intellectus habet aliquid aliud, præter illam rationem, scilicet quod respicit obiectum vt actin, ita illud respicit causam effectiuam, à qua est sicut passio, ita quòd ex istis duobus dicitur, quod hoc est actio, illud passio. *ibidem*. §. *Aliter*. B.9.

Delectationem causandi ratio, *siue* Ratio causandi delectationem in sensu non est conuenientia, quæ fuit relatio in obiecto: nec etiam præsentia per perceptionem, quæ est alia relatio quasi approximatio Agentis ad passum: sed sola forma absoluta, super quam fundabatur relatio obiecti, est ratio causandi istud absolutum, quod est delectatio in illo absoluto, quod inclinabatur ad hoc absolutum, vt ad perfectiuum extrinsecum. *ibidem*.

Delectatio est coniunctio cuiuslibet virtutis cum conueniente Auicen.8. Meta. cap. vltimo: ipse accipit ibi virtutem, vt includit cognitiuam, & appetitiuam suam propriam, quia quælibet virtus cognitiua habet suam propriam appetitiuam: nec potest perfectè coniungi cum conuenienti, nisi secundùm vtramque coniungatur; & propter propinquitatem accipiuntur tamquam vna potentia, sunt enim inseparabiliter coniuncta, quàm operatio, & delectatio, quas Philosophi 10. Eth. cap.5. dicit non posse ab inuicem separari, & ideo videntur eadem: vnde talea prædicationes sunt causales, vt sit sensus, delectatio est coniunctio cuiuslibet virtutis cum suo conuenienti, quia causatur ex obiecto conuenienti sensui. *ibidem*. ℣. *Præterea virtutes*. D.11.

Delectatio aliqua surreptitia ponitur præcedere in voluntate omnem actum liberum voluntatis, ex hoc, quod connexio voluntatis cum appetitu sensitiuo, præsentato appetibili per iotellectum voluntati, sufficit ad hoc, vt conueniens appetitui sensitiuo sit conueniens voluntati. *ibidem*. ∫. *Quantum ad secundum potest*. F.16.

Delectatio summa potest esse circa aliqua, circa alia nulla: potest enim esse aliquis temperatus simpliciter circa venera, vt volens vti tantum sua, vel simpliciter nolens vti; & intemperatus circa gustabilia, volens comedere non comedenda, vel nolens comedere comedenda: potest etiam aliquis esse temperatus circa sensibilia, & intemperatus circa speculabilia, puta si voluntas sua delectet in hoc, quòd intellectus summè speculatur intelligibilia, quorum speculatio non est multum vtilis secundum se; hæc delectatio est immoderata, & moderanda. 3. D.34. Q.*Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *Vlterius*. K.16.

Delectatio vehemens, & magna expellit, seu excludit tristitiam non tantùm oppositam, sed etiam contingentem. 7. Eth. cap.18. Dicendum, quod hoc verum est de facto; vnde, secundum naturam, summa delectatio excludit tristitiam, & hoc propter colligantiam potentiarum ad inuicem; tanta enim potest esse delectatio in vna parte animæ, quod excludat vsum alterius partis animæ. 3. D.15. Q.*Vnica*. *Ad quartum principale*. Y.35. *Additio*. & 4. D.44. Q.3. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad primam*. I.8. & D.45. Q.3. *Ad tertium principale*. ℣. *Si hoc*. Q.24.

Delectatio summa amouet omnem tristitiam, non solùm oppositam, sed contingentem, & per consequens non sinitur appetitus sensitiuus hominis beati habere tristitiam circa passionem. 4. D.49. Q.12. ∫. *Respondeo*. ℣. *De impossibilitate*. C.4.

Delectatio perfecta in voluntate beati impedit omnem tristitiam, non solum oppositam, sed quamcumque contingentē. 4. D.50. Q.3. §. *Respondeo hic primo*. ℣. *Sed erit ne?* E.6.

Delectatio est formaliter in voluntate, & sequitur operationem, qua quietatur in alio, cui coniungitur. 4. D.49. Q.7. *Ad secundum principale*. B.4.

Delectatio.

Delectatio est ordine naturæ posterius operatione, quæ tamen non est talis, quòd operatio ordinetur ad ipsam, sicut ad finem, nec est perfectius operatione. *ibidem*. *Ad tertium principale*.

Delectatio realiter differt ab operatione. *ibid*. §. *Respond*. n.2.

Delectatio, seu gaudium est essentialiter passio, *ibidem*. ℣. *Contra, nulla*. n.3.

Delectationem propter, *siue* Propter delectationem non est operatio: *siue sic*, Operatio non est propter delectationem, sed magis è conuerso, vt Philos. dicit 10. Eth. cap.3. *Non enim laboras, vt quiescamus, sed quiescimus, vt laboremus*. *ibidem*. ℣. *Præterea*. 10. Eth. n.3.

Delectatio, strictè accipiendo beatitudinem, non est de essentia eius, quia est passio: beatitudo autem consistit in operatione. *ibidem*. ∫. *Dico ergo*. A.4.

Delectatio quietat voluntatem, vt est susceptiua passionum, sicut beatitudo quietat voluntatem, vt est susceptiua operationum, & est in virtute concupiscibili. *ibidem*. *Deest in editione P.P. Hibernorum*.

Delectatio quod verè sit qualitas, probatur ex dictis Phil. 10. Eth. cap.2. nam intendit probare, quod delectatio non est motio, *omnium*, inquit, *motionum proprium esse videtur velocitas vel in se, vel in comparatione ad aliud: delectationis autem nullum horum existit, transponere in delectationem velociter, vel tardè est; non est autem velociter delectari*; vult dicere, quod delectatio non est velox, & ideo non est motus, sed contingit velociter transponere, vel transmutari; igitur potest esse terminus transmutationis velocis; igitur potest esse terminus motus: sed secundum Phil. 5. Physic. motus non potest esse per se ad actionem, & passionem, igitur ipsa delectatio non est actio, vel passio, & tunc discurrendo per genera, relinquitur tandem quòd est qualitas. *Quodl*. Q.13. §. *Ad ista*. ℣. *Et si obijciatur*. Gg.29.

Deliberare.

Deliberare est intelligere illud, propter quod Agens agit. 3 D.33. Q.*Vn*. *Ad sextum principale*. ℣. *Consimiliter*. O.23.

Deliberandi promptè facilitatem de opposito dictamini recto posset aliquis acquirere: *vel sic*. Posset aliquis, ex habitu opposito habitui virtuoso acquirere facilitatem deliberandi promptè de opposito dictamini recto, & quasi in tempore imperceptibili: & talis deliberatio esset sufficiens ad rationem peccati, sicut esset sufficiens ad rationem meriti. 3. D.39. Q.*Vnica*. §. *Videtur ergo*. ℣. *Aduertendum*. B.4.

Deliberare non posse aliquem si dicatur propter excæcationem intellectus, hoc videtur absurdum, quia vnum peccatum mortale non facit aliquem intemperatum generali intemperantia, quia vna hirundo non facit ver. 2. D.28. Q.*Vnica*. *Contra hoc*. ℣. *Quod si dicas*. n.6.

Deliberare aut potest aliquis de peccato A. tempore illo, quo possit haberi deliberatio de hoc peccato A. *vel sic*, Tempore illo, quo possit haberi deliberatio de hoc peccato A. aut potest deliberare de A. & sequitur quòd dum deliberat, non peccat mortaliter, completa etiam deliberatione, cauere potest per te, (arguit contra Henric.) vt non peccet actualiter ipso peccato, nec alio tunc: Aut non potest deliberare de A, in illo tempore deliberationis; & ita non habebit vsum rationis. 2. D.28 Q.*Vnica*. §. *Contra hoc*. ℣. *Contra secundam*. n.5.

Deliberatio.

Deliberatio est eorum, quorum est electio: electio autem est eorum, quæ sunt ad finem; & est de conclusione, quæ deliberatiuè concluditur per syllogismum practicum. 4. D.49. Q.10. ∫. *Respondeo*. ℣. *Dico quod non*. E.7.

Deliberatio, respiciens plures intellectiones, non requiritur ad vnam volitionem, sed in vna sola volitione potest esse obliquitas, & peccatum. 2. D.5. Q.2. §. *Respondeo primo*. ℣. *Arguitur etiam quarto*. D.7.

Deliberatio æqualiter, vel magis videtur requiri ad bene operandum, sicut ad malè, bona enim operatio non potest esse, nisi concurrentibus circumstantijs omnibus debitis; sed mala, quacunque deficiente; ergo si sine deliberatione Angelus posset meritoriè agere in primo instāti suæ creationis, multò fortiùs malè. *ibidem*. ℣. *Item alia ratio*. D.8.

Deliberationem tectam potest si quis habere de multis, de quibus tentatur, non obstante quod sit in vno peccato mortali. 2. D.28. Q.*Vnica*. §. *Contra hoc*. ℣. *Quod si dicas*. n.6.

De-

Deliberatio.

Deliberatio, concurrens ad peccatum, reddit peccatum mortale, & hoc siue semel, siue quotiescunque: Et indeliberatio excusat, etiam siue semel, siue quotiescunque. 3. D.39. Quæst. *Vnica. §. Videtur. ✝. Aduertendum.* B.4.

Delictum.

Delictum nullum relinquendum est impunitum in vniuerso, si est vnus rector in vniuerso iustus; quod est notum naturaliter, vel valde consonum nobis naturaliter. 4.D. 17.Q.*Vnica. §. In ista quæstione. ✝. Ad rationem.* D.7.

D E M

Demereri.

Demereri nullus potest in *nunc* præmiationis, quia tunc non potest impediri, quin reddatur sibi præmium debitum pro merito, pro tota duratione protracta vsque ad illud *nunc*. 2. D.5.Qu.1. *§. Ad inquirendum. ✝. Quarum prima.* D. 6.

Demeritum.

Demeritum primum Angelorum sicut fuit inordinatus motus, & desiderium beatitudinis circa Deum; ità meritum est ordinatus motus circa Deum, volendo sibi bonum, & post volendo eum debitis circumstantijs sibi coniungi ipsum in se, & in alijs. 3. D.18.Q.*Vnica. §. In ista quæstione. ✝. Tunc ad propositum.* B. 5.

Demonstrare.

Demonstrare quamuis aliquis fortè posset Deum non posse fallere, nec falli, quia potest probari naturaliter, sicut potest probari Deum esse: non tamen potest sciri, nec probari ab aliquo quod Deus dederit nobis lumen supernaturale, in quo de reuelatis non possumus falli, sed hoc credimus; quia dare tale lumen dependet ex mera volontate Dei. 3. D.24. Quæst. *Vnica. Ad sextum principale.* M. 22.

Demonstrari non potest oppositum veri. *Quodl.* Q.7. §. *Sed licet.* O. 23.

Demonstratio.

Demonstratione in potissima esset petitio principij, si esset idem conceptus Definitionis, & definiti. 1.D.2.Qu.2. §. *Quoniam secundum. ✝. Vlterius.* A. 2.

Demonstratio alicuius prædicati de definito bene stat cum hoc, quod illud prædicatum sit per se notum de definitione, sicut habere tres est demonstrabile de triangulo, cum notum sit per se de definitione, quòd omnis figura plana &c. *ibidem ✝. Patet hoc tertio.* A. 3.

Demonstratio, quæ est voa causa, qua potest cognosci Eclipsis ab intellectu, est perfectior causa cognitionis suæ, quàm alia, qua potest cognosci per sensum. 1.D.3. Quæst. 2. *Ad secundum principale secundæ quæstionis.* V. 30.

Demonstratione; *idest*, Per demonstrationem non acquiritur aliquo modo de subiecto *quid est*, imò totaliter præsupponitur; sed tantùm per demonstrationem acquiritur cognitio passionum inhærentium sibi. 3.D.14.Qu.2. *§. Contra rationem. ✝. Item tunc.* H. 12.

Demonstratio semper æquè concludit: verum est eandem conclusionem, & in practicis eodem modo circumstantionatam: Sed si concludit pro nunc, vt *nunc* dicit circumstantiam conclusi, non sequitur; ergo semper, quia non est eadem conclusio eodem modo circumstantionata; nec sequitur; ergo pro *tunc*, nisi *tunc* determinet illationem, vel illatum. 3. D.15. Qu. *Vnica.* §. *Sed videndum. ✝. Et quod obijcitur.* Q. 25.

Demonstratio est vniuersalium, sicut scientia 7. *Meta. Tex.* 53. *& 1. Poster. Tex.* 43. 3. D. 22. Q. *Vnica.* §. *Rationes.* B. 9.

Demonstratio vera in vniuersali de corruptibilibus potest esse, ita quòd demonstratiuè ostenderetur, talia esse corruptibilia; oee est medium ad hoc, nisi quia habent materiam. *ibidem.*

Demonstrationes non deficiunt in Trinitate probanda, ex Richardo: Dico quod hoc verum est; desunt tamen nobis rationes necessariæ ex principijs euidentes notia: ideo dicit Phil. 1. Topic. cap. 1., quod demonstratio vel est ex primis, sicut idem 1. Poster. Tex. 5. vel ex his, quæ ex primis, & veris, & immediatis fidem acceperunt: sed dico quòd principia, quæ habemus hic, non acceperunt fidem quo ad nos, quamuis simpliciter acceperint fidem, sicut credimus ex primis, & veris, & immediatis, ideo non possumus Trinitatem demonstrare. 3.D.24.Q.*Vnica.* §. *Ad aliud pro. ✝. Si aliquis.* L. 20.

Demonstrationum; Ex primo Poster. Tex. 30. alia est *propter quid*, siue per causam; alia *quia*, siue per effectum: Probatur ista distinctio per rationem: quia omne necessarium, non euidens ex terminis, habens connexionem necessariam, & euidentem ad aliud, vt necessarium euidens ex terminis, potest demonstrari per illud verum euidens: Nunc autem aliquod verum necessarium non euidens ex terminis habet connexionem necessariam ad aliquod verum acceptum à causa, & ad aliquod verum acceptum ab effectu: non solùm enim veritates de causis non possunt esse sine quibusdam veris de effectibus: sed nec è conuerso; igitur potest aliquod verum demonstrari per aliquod verum euidens acceptum à causa, & tunc *propter quid*; vel per aliquod verum acceptum ab effectu, & tunc *quia. Quodl.* Q.7. *§. Hic præmittenda. ✝. Prima distinctio.* A. 3.

Demonstratio, inquit Phil. 7. Meta. Tex. 53. *est necessariorum, & definitio scientifica; & non contingit, sicut nec scientiam quandoque scientiam, quandoque ignorantiam esse, ita nec demonstrationem, nec definitionem*: supple, quandoque contingit esse talem, quandoque non esse talem. *ibidem.* §. *Secunda conclusio. ✝. Exemplasic.* G. 9.

Demonstrationibus, *idest*, In demonstrationibus *propter quid* sicut est ordo, ita in demonstrationibus *quia*: Ideo & si Physicus possit demonstrare de Deo *quia*: tamen Metaphysicus perfectius demonstrat de Deo *quia*. *ibidem.* §. *Tertia Conclusione. ✝. Ad tertium.* K. 14. Addit.

Demonstratione *quia* non potest aliquis scire illud de causa per effectum, quo circumscripto, remanet in causa quicquid est necessarium ad causandum. *Quodl.* Qu. 14. §. *De primo. ✝. De scientia.* L. 9.

Demonstrationis principij non est demonstratio. *Quodl.* Q.16. §. *De secundo ✝. Respondeo secundum.* M. 9.

D E N

Denarius.

Denarius diurnus, de quo Math. 20. *acceperunt singuli singulos denarios*, ab aliquibus exponitur de vita eterna, quam quilibet accipit: Aliter expono, quod ille denarius est essentia diuina, quæ est idem obiectum omnium beatorum, & datur omnibus sub æquali ratione, quia infinita ex parte obiecti. 4.D.50.Q.6. *Ad primum principale secundæ quæstionis, & tertiæ in ordine.* I. 10.

Denominare.

Denominare quod natum est suppositum ratione naturæ humanæ Christi, potest dici de supposito diuino; puta intelligere, comedere &c. creatura autem non est tale denominatiuum. 3. D. 11. Qu. 1. *Ad primum principale.* F. 13.

Denominatur quod à per se; *siue* Illud, quod denominatur à per se significato accidentis, & est quid absolutum, potest esse, & non inesse subiecto actualiter, sed necessario inest aptitudinaliter. 4.D.12.Q.1. §. *Ad quæstionem. ✝. Tertia Conclusio.* B. 5.

Denominatur quod à forma aliqua: *vel sic*, Quod denominatur à forma aliqua, denotatur, per hoc, esse distinctum ab opposito. *Quodl.* Qu. 3. §. *Respondeo ad primum. ✝. Hoc declaratur.* O. 14.

Denomi-

Denominatiuum.

Denominatiuum prædicatum vno modo est medium inter prædicatum vniuocum, & æquiuocum: alio modo vniuocum, & æquiuocum sunt immediata apud logicum: primum verum est prædicatum vniuocum, & quod vniuocè prædicatur; hoc est, scilicet, quod ratio eius sit ratio subiecti: & isto modo denominatiuum non est vniuocum: Secundum etiam verum est, intelligendo de vnitate rationis eius, quod prædicatur; sic vniuocum est, cuius ratio est in se vna, siue illa ratio sit subiecti, siue denominet subiectum, siue per accidens dicatur de subiecto, Æquiuocum autem, cuius ratio est alia, quomodocunque illa ratio se habeat ad subiectum. 1.D.8.Q.3. §. *Ad argumenta opinionis*. ℣. *Hæc videtur*. E.14.

Denominatiua propriè dicuntur illa, quæ differunt cadentia ab alio: patet in prædicamentis: Casus autem iste potest esse, vel sicut accidentis ad subiectum; vel sicut formæ ad suppositum eiusdem naturæ: Et secundum hoc est duplex prædicatio denominatiua: vna accidentis denominantis subiectum; alia formæ non acceptæ in abstracto, nec secundum rationem quidditatis absolutæ, sed quasi in concreto per cadentiam formæ ad suppositum naturæ propriæ, secundum quod dicimus, *homo est animatus*, non *homo est anima*: Et isto modo omnia superiora dicuntur de suis inferioribus, vt *Sortes est homo*: *homo est animal*; non *homo est animalitas*, vel *Sortes est humanitas*: & sic dicitur quod materia est formata, non tamen quod materia est forma. 2. D. 12. Qu. 1. *Ad primum principale*. ℣. *Sed dices vltra*. H.18.

Denominatiuum non est impositum à speciebus colorum, ita quod significaret denominationem conuenientem formæ respectu subiecti; quia denominatiua imposita à coloribus denominant subiectum habens colores secundum esse reale: si autem denominatiuum impositum, quod denominaret subiectum habere formam secundum esse intentionale, non secundùm esse reale, bene posset hic medium denominari à tali nomine albi: & tale est impositum a lumine fortè magis, quàm à coloribus, propter maiorem perfectionem, & euidentiam huius intentionis, quàm aliarum intentionum visibilium. 2. D.13. Quæst. *Vnica*. Ad tertium principale. ℣. *Ad alia quæ*. I.8.

Denominatiuum non prædicatur vniuocè, quod ratio eius sit ita vna, vt prædicatur, quod ratio eius includatur in ratione subiecti, quomodo loquitur Philos. in prædicamentis. 3.D.7.Qu.1.§. *Quarto videndum*. ℣. *Respondeo, sicut*. C.5.

Denominatiuum tale, quod significat formam in fieri, dicitur de eo, de quo dicitur ipsa forma, & simili denominatione. *ibidem*. *Ad secundum principale*. F.9.

Denominatiuum illud, quod natum est denominare generaliter multa, puta totum, & partes, accidens, & subiectum; non denominat totum per partem, neque sicut vnum, quod natum est dici de subiecto, & accidente, non denominat formaliter subiectum per accidens; non enim dicitur Sortes vnus vnitate accidentis, vt albedinis, ità quòd si albedo sit vna, & Sortes erit vnus; & si albedines plures, Sortes plures, quia Sortes est tantum vnus. 3. D.11 Q.1.§. *Ad istam Conclusionem*. F.12.

Denominatiua aliqua, vel concreta prædicantur de aliquibus primo modo per se: Aliqua de aliquibus per se secundo modo, siue per accidens: De composito quidem ex susceptiuo, & forma prædicatur denominatiuum, siue concretum formæ per se primo modo, specialiter si subiectum est per se vnum quantum ad conceptum, sicut homo dicitur rationalis, siue animatus per se primo modo; sed corpus, quod est altera pars compositi, dicitur denominatiuè animatum, propriè tamen, siue per se secundo modo, siue per accidens, quia illud non est totum includens formam, & susceptiuum recipiens formam. Quodl. Quæst. 3.§. *Respondeo ad primum*. ℣. *Respondeo aliqua*. O.14.

Densum.

Densum, & rarum Phil. 4. Phys. cap. de vacuo Tex. 83. dicit quod concomitantur duæ contrarietates, videlicet graue, & leue; durum, & molle: & loquens de contrarietate grauis, & leuis dicit quòd, secundum hanc contrarietatem, erunt actiua motus; secundùm autem durum, & molle, passiua. 2.D.2.Q.10.§. *Et si dicatur*. ℣. *Idem etiam*. A.4.

DEO

Deordinatio.

Deordinatio opposita ordinationi, sinè qua finis non potest sequi aliquo modo, habet præceptum, contra quod deordinatio fit; & ideo omnis deordinatio, cadens sub præcepto auertit à fine necessario. 2.D.21.Qu.1.§. *Dico ergo*. ℣. *Circa quod*. B.3.

Deordinatio opposita ordinationi, quæ potest esse respectu finis sequendi, quæ non est necessaria, sed vtilis; & quæ non est de præcepto, sed potiùs de consilio, est peccatum veniale. *ibidem*.

Deordinatio estò verum sit quòd in inferioribus viribus non potuerit fuisse in statu innocentiæ, nisi præfuisset in superioribus: tamen dico quod non omnis deordinatio, in virtute superiori, est peccatum mortale. *ibidem*. *Ad secundum pro opinione*. E.4.

DEP

Dependens.

Dependens aliquid à posteriori naturaliter impossibile est: *vel sic* Impossibile est aliquid dependens à posteriori naturaliter esse idem priori naturaliter, quia tunc esset prius, & non prius. 2. D.3.Qu.3.§. *Contra Ista positio*. F.9.

Dependens nihil est, *vel* Nihil est dependens ab aliquo in essendo, à quo non habet, in aliquo genere causæ, *esse*, & similiter de permanentia. *Quodl*. Q.7.§. *Secundum scilicet*. ℣. *Contra hoc*. Gg.40.

Dependens quodcunque sicut habet entitatem, ita vnitatem, & distinctionem ab illo, à quo dependet essentialiter; & maximè verum est hoc, quando dependet ab aliquo, tanquam à causa propria, siue termino proprio suæ dependentiæ, quia quando communiter terminat dependentiam eius, & alterius, ita accipitur vnitas eius, & distinctio secundum vnitatem, & distinctionem talis termini dependentiæ. *Quodl*. Q.13.§. *Ad ista*. ℣. *Ad primam rationem*. Hh.31.

Dependentia distincta quandoque sunt eiusdem ordinis, quando scilicet æquè immediatè, vel mediatè dependent ad idem: quandoque sunt alterius ordinis, quando scilicet vnum dependet mediatè, & aliud dependet immediatè. *Quodl*. Quæst. 19.§. *Ad ista*. ℣. *Secunda distinctio*. E.6.

Dependens omne habet intrinsecè aliquid, quod est sibi ratio dependendi: Ista propositio vera est, intelligendo de ratione dependendi non præcisè, quatenus ratio dependendi importat quod ipsum dependens necessario consequatur, vel concomitetur dependentia actualis, sed indifferenter hoc modo, & alio modo, quatenus scilicet aliquid dicitur ratio dependendi sic, quod licèt ipsum necessario concomitetur aptitudo ad dependendum, non tamen necessario dependentia actualis, sed ipsum, quantum est ex natura sua, dependeret, & quando est actualis dependentia, conuenit, secundum ipsum, vt proximum fundamentum. *ibidem*. §. *Ad illa*. ℣. *Ad secundum*. Ec.23.

Dependens habet aliquam rationem dependendi, quam non habet independens, quod necessarium est, intelligendo per rationem dependentiæ rationem formalem dependendi, quæ est ipsa dependentia, quia sine illa non potest aliquid dependere: sed intelligendo rationem fundamentalem dependentiæ, secundum quam inest dependentia, sicut secundùm albedinem similitudo, non oportet quod illa ratio sit magis in dependente, quàm in illo, quod non dependet actu, & tamen æquè aptum ad dependendum. *Quodl*. Q.19.§. *Ad illa autem*. ℣. *Ad secundum*. Ec.25.

Dependens omne dependet ad aliquid, omnino, & simpliciter independens; nunquam enim dependentia alicuius suffi-

Dependens.

ſufficienter terminatur, niſi ad aliquid omnino independens. 1.D.12.Qu.1.§. *Iuxta quæſtionem*. ℣. *Aſſigno aliam rationem*. M. 14.

Dependentia.

Dependentia entis realis non eſt, niſi ad ens reale, & ita ad aliquod ſingulare. 1.D.1.Q.4. §. *Si tenendo*. ℣. *Similiter illa*. n. 13. *Poſt additionem longam*.

Dependentia ſequitur entitatem formalem dependentis, à quo dependet. 1.D.2.Q.7. ſ. *Tenendo igitur*. ℣. *Ad ſecundum principale*. K. 12.

Dependentia circularis A ad B, & è conuerſo videtur impoſſibilis; quia in nullo ordine eſſentiali eſt circulus. 1. Diſtinct. 30. Quæſt.2. ſ. *Contra illud*. ℣. *Præterea ſi A*. D. 7.

Dependentia ad primum videtur eſſe eſſentialiſſima. 2.D.1. Q.4. *Oppoſitum*. n. 3.

Dependentiam eamdem ſibi habet totum ad cauſam extrinſecam. *ibidem*.

Dependentiam habendi ratio eſt quidquid eſt ratio requirendi terminum dependenter *vel ſic*. Quidquid eſt ratio requirendi terminum dependenter, eſt ratio habendi dependentiam illam. 2.D.1.Q.4.§. *Ad quæſtionem*. ℣. *Reſpondeo incompoſſibilitar*. N. 22.

Dependentia creaturæ ad Deum ſi eſſet accidens, realiter diſtinctum à creatura, non eſſet contradictio quod lapis eſſet prior, duratione, omni dependentia ad Deum, & per conſequens non eſſet contradictio lapidem non dependere ad Deum, quod videtur abſurdum. 2.D.1.Qu.4.§. *Contra iſtud*. L. 20.

Dependentia minima in quibus eſt: *vel ſic*. In quibus eſt minima dependentia, poſſunt ordinari ad aliquod vnum, ſiue ad vnionem Totius. 2. D.12. Q.2. *Ad primum principale*. E. 6.

Dependentiam actualem inter potentialem, & aptitudinalem eſt diſtinguendum, & hoc vocando aptitudinalem, quæ ſemper, quantum eſt de ſe, eſſet in acto; quomodo graue aptum natum eſt eſſe in centro, vbi ſemper eſſet, quantum eſt de ſe, niſi eſſet impeditum. 3. D. 1. Qu. 1. §. *Non aſſerendo*. ℣. *Nec cum ſecunda*. E. 9. & *Quodl*. Q. 19. ſ. *De tertio*. ℣. *Poteſt igitur*. V. 19.

Dependentiam potentialem abſolutè voco illam, vbi nulla eſt impoſſibilitas ex repugnantia, vel incompoſſibilitate terminorum: & iſta poſſibilitas poteſt eſſe quandoque reſpectu potentiæ actiuæ ſupernaturalis, non tamen naturalis. *ibidem*.

Dependentia vel eſt formaliter: imperfectio, vel omnino habet neceſſariò imperfectionem annexam. *Quodl*. Q.19. *De ſecundo articulo*. ℣. *Primo ſic*. D. 4.

Dependentia eſt poſterioris eſſentialiter ad prius eſſentialiter. Quodl. Q. 19.§. *De ſecundo*. ℣. *Reſpondeo igitur*. D. 5.

Dependentiæ diſtinctio formaliter, ſiue quaſi ſpecie ſecundùm rationem diſtinctam formalem dependentiæ, requirit in termino rationem formalem terminandi aliam, & aliam, vel eandem quaſi illimitatam, virtualiter ſcilicet, vel eminenter continentem tales rationes formales diſtinctas: dependentiæ autem alia diſtinctio, quæ eſt quaſi materialiter ſecundum diſtinctionem ipſorum dependentium, non requirit diſtinctionem niſi eorum, quæ dependent. *ibidem*. ℣. *Ad iſta*. & ℣. *Prima diſtinctio*. E. 6.

Dependentiam omnem terminans neceſſe eſt vt ſit prius eo, quod dependet; extendendo prioritatem eſſentialem ad prioritatem per ſe; non autem accipiendo prioritatem pro prioritate propriè eſſentiali, quæ ſcilicet eſt ratione eſſentiæ, vt diſtinguitur contra entitatem hypoſtaticam, niſi tantùm quandò eſt dependentia cauſati ad cauſam; vel aliqua ſimilis dependentia, puta cauſati poſterioris ad cauſatum prius; vel menſurati ad menſuram. *ibidem*. ℣. *Per hoc excluditur*. I. 9

Dependentiam terminans oportet quod ſit perfectum: neganda eſt iſta propoſitio; ſufficit enim quod repugnet ſibi imperfectio, qualis conuenit dependenti. *ibidem*. K. 9.

Dependentiam illam, quæ requirit in termino perfectionem ſimpliciter, cuiuſmodi eſt cauſati ad cauſam, independens omnino non terminat, niſi ſit perfectum ſimpliciter. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo illam*. H. 8.

Dependentia quæcunque ſicut eſt ratione imperfectionis, ſic terminare dependentiam, non qualitercunque, ſed primò, conuenit alicui ratione perfectionis. *Quodl*. Q.5. ſ. *Prima ratio*. ℣. *Ex comparatione*. H. 9.

Dependentia eſſentialis.

Dependentia nulla eſt ſimpliciter neceſſaria alicuius abſoluti ad aliquod abſolutum, quod non eſt de eſſentia eius; ſed tantum eſt ei cauſa extrinſeca; niſi ad cauſam extrinſecam ſimpliciter primam, ſcilicet Deum. 4.D.12. Q.1. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Tertia concluſio*. D. 9.

Dependentia eſſentialis, & neceſſaria non eſt cauſa quod terminus dependentiæ addatur in definitione fundamenti dependentis; tunc enim Deus magis poneretur in definitione cuiuſcunque creati, quam ſubſtantia in definitione accidentis; ſed cauſa eſt, quia nulla forma poteſt habere conceptum perfectum quietatiuum, niſi cointelligatur illud, cuius eſt forma definitio autem exprimit conceptum perfectum definiti; & ideò quantumcunque eſſentialia formæ exprimerentur ſine illo, cuius eſt forma, quamuis quidditas eius indicaretur, tamen non eſſet conceptus perfectus quietans intellectum; ideo nec definitiuus: Sed cauſatum, quod eſt in ſe quoddam compoſitum ſubſiſtens, ſi concipiatur in ſe, intellectus ibi quieſcit, non requirens aliud intelligere. *ibidem*. ℣ *Reſpondeo quod nec*. L. 18.

Dependentia ad primum eſt eſſentialior, quàm ad aliquid poſterius, loquendo de abſolutis dependentibus, & terminantibus dependentias. 4.D.12.Q.2. §. *Hic ſunt*. ℣. *Contra opinionem*. C. 9.

Dependentia eſſentialis eiuſdem rationis non eſt niſi vnica re, & ratione ad idem re, & ratione: *vel ſic*, Eiuſdem re, & ratione ad idem re, & ratione non eſt dependentia, niſi vnica eiuſdem rationis, quia ſi eſſent plures dependentiæ omnino eſſentiales inter extrema omnino eadem, ſicut dependentia creaturæ ad Deum, vt ad efficientem, & vt ad finem; tamen iſtæ videntur eſſe alterius rationis; ſi enim eſſent eiuſdem rationis, eſſent ſibi incompoſſibiles in eodem, & ſecundum idem. *Quodl*. Q. 12. §. *De primo*. A. 2.

Dependentia, quæ eſt ſecundum eſſentialem quidditatem, eſt quodammodo prior dependentia illa, quæ eſt effectus à cauſa efficiente; imò hæc videtur omnino prima & hæc poteſt aſſignari communiter conuenire cuilibet dependenti reſpectu illius, reſpectu cuius dicitur independens. Quodl. Q. 19. ſ. *Ad iſta*. ℣. *Reſpondeo illam*. H. 8.

Dependentia ſimpliciter eſſentialis eſt illa, quæ eſt ratione eſſentiæ in vtroque extremo, vbi ſcilicet fundamentum, ratione eſſentiæ dependet, & terminus ratione eſſentiæ terminat; & iſto modo eſt dependentia eſſentialis creaturæ, vt cauſati, ad Deum, vt ad cauſam. *ibidem*. ℣. *Per hoc*. K. 9.

Dependentia vno modo poteſt dici eſſentialis tantùm ex parte fundamenti, cui ſcilicet eſſentia eſt ratio dependendi, ſed nihil ratione eſſentiæ terminat, ſed ratione entitatis diſtinctæ ab eſſentia, puta hypoſtaticæ. *ibidem*.

Dependentia cauſati ad cauſam.

Dependentiæ ratio poteſt eſſe dupliciter aliquid: *vel ſic*, Aliquid poteſt eſſe ratio dependentiæ dupliciter; vno modo ſic, quòd ipſum neceſſario conſequatur, vel concomitetur dependentia actualis alio modo, quòd licèt ipſum neceſſariò concomitetur aptitudo ad dependendum, non tamen neceſſariò dependentia actualis, ſed ipſum, quantum eſt ex natura ſua, dependeret; & quando eſt actualis dependentia, conuenit ſecundum ipſum, vt proprium fundamentum: primo modo eſt dependentia creaturæ ad Deum, quis neceſſariò fundamentum dependentiæ eſt in actuali dependentia ſemper: ſecundo modo eſt dependentia cauſati ad cauſam ſecundam, ſine qua poſſet ipſum immediatè cauſari à prima, & ita poſſet ab illa ſecunda non dependere, licèt ſemper haberet aptitudinem ad dependendum. *Quodl*. Q 19.§. *Ad illa*. ℣. *Ad ſecundum*. E e. 24.

Depen-

Dependentia causati ad causam.

Dependentia creaturæ ad Deum si esset accidens, realiter distinctum, à lapide v.g., non esset contradictio quod lapis esset prior, duratione, omni dependentia ad Deum, & per consequens non esset contradictio lapidem non dependere ad Deum, quod videtur absurdum. 2. D.1.Q. 4.§. *Contra istud*. L 20.

Dependentia relationis ad fundamentum.

Dependentia relationis ad fundamentum est essentialissima, ita quod sine ea non potest esse ratio relationis; si ergo substantia non potest esse fundamentum relationis, sed tantum accidens, necessè est illam relationem essentialiùs dependere ad accidens, quod potest esse fundamentum huius, quàm ad substantiam: sed hoc est, non quia relatio est accidens, sed quia relatio est relatio. 4. Dist. 12. Quæst. 2. *Ad tertium principale*. ℣. *Respondeo dependentia*. M. 18.

Dependentia in generationibus.

Dependentia vbi est in generationibus: *vel sic*, In generationibus vbi est dependētia ad aliud prius, ordine generationis, vt in generatione formæ ex materia, vniuersaliter posteriora generatione, quæ dependent à prioribus, sunt perfectiora. 9. Meta. Tex. 15. 4. Dist. 49. Quæst. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Respondeo posteriora*, N. 58.

Dependentia locati ad locans.

Dependentia, quæ est locati ad locans, non est simpliciter necessaria, ex parte eius, quod dicitur dependere, sicus est dependentia causati ad causam; sed est depentia aliqualis tamquam ad illud, quod natum est conseruare rem in sua dispositione naturali. *Quodl.* Q.11.§.*De primo*.℣.*Ad secundum*.C.5.

Dependentia personalis.

Dependentiæ personalis ratio potest, circumloquendo, vel aliqualiter describendo, poni talis; Dependentia est naturæ, vt communicabilis, ad personam propriam alterius naturæ, vt terminantem eius dependentiam. *Quodl.* Q. 19. §. *Potest dici*. ℣. *Ratio autem*. Bb. 22.

Dependentia personalis nata est habere personam pro termino, & non naturam. 3. D 1.Q.1. *De secundo*. ℣. *Istud argumentum*. C. 4.

Dependentia aliqua est in entibus naturæ communicabilis, inquantum communicabile, ad suppositum, cui communicatur; ergo in illa dependentia status est ad incommunicabile, vt terminans talem dependentiam. *Quodl.* Qu. 19. §. *Secundo potest*. L. 55.

Dependentia, quæ est in communicari, non videtur habere statum, nisi ad incommunicabile; quia si est dependentia ad substantiam singularem communicabilem, cum illa sit ratio essendi ei, cui communicatur, non est dependentia adhuc terminata vltimatè, nisi ad illud, cui communicabile communicatur. *ibidem*. ℣. *Ad primum*. O. 13.

Dependentia non omnis sufficit ad verificandum prædicationem dependentis de illo, à quo dependet. *ibidem. Ad argumentum principale*. H h. 25.

Dependentia humanitatis ad verbum.

Dependentiam naturæ humanæ, in ratione personæ, non repugnat personæ diuinæ terminare, inquantum est persona diuina; quia istud terminare dependentiam non infert aliquod repugnans personæ diuinæ, quia nec compositionem; nec potentialitatem; nec limitationem: non enim oportet, nisi quod terminans istam dependentiam sis in se aliquid independens, habens entitatem, qualis requiritur ad terminandum istam dependentiam: nec sequitur aliqua compositio, nec potentialitas, patet: nec dependentia in persona diuina, quia non oportet eam

Dependentia humanitatis ad verbum.

realiter referri, sed tantum terminare dependentiam naturæ humanæ assumptæ, relatæ ad eam. 3. D.5.Qu. 1.§. *De secundo*. B. 4.

Dependentiam naturæ humanæ terminare non est aliqua repugnantia ex parte personæ diuinæ, inquantum hæc persona, puta quòd hæc persona vna assumit, & non alia; quia licèt respectus consequens naturam, vel terminare talem respectum sit commune tribus, & ideo omnis causalitas, respectu creaturæ, conueniat tribus: non tamen oportet quòd iste respectus, qui non consequitur entitatem quidditatiuam, sed personalem, sit communis tribus: nam omnis entitas personalis independens potest sufficienter terminare istam dependentiam: talis est entitas propria cuiuscunque personæ, etiam vt distinguitur ab alia. *ibidem*.

Dependentia omnis est causati ad causam, vel ad causatum prius: ista propositio est falsa; est enim aliqua dependentia alterius rationis ab illa, quæ non est ad aliquid, inquantum habet quidditatem, sed inquantum quid, vel ens subsistens: talis est dependentia naturæ assumpta ad verbum. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. O. 21. in fine.

Dependentia humanitatis ad verbum est alterius rationis ab omni dependentia causati ad causam. 3. Dist. 5. Qu. 5. §. *In ista quæstione*. ℣. *Quartum ad alium*. n. 4.

Dependentiam aliquam esse talem, qualem dicit natura humana ad verbum, licèt difficile sit videre tamen ista potest aliqualiter patere in subiecto, & accidens. 3. D.1. Q.1.§. *De primo*.℣.*Est igitur*. A. 3.

Dependentia naturæ humanæ ad suppositum verbi non terminatur ad vnum suppositum, mediante altero, quia non est ordo essentialis in ista dependentia. 3.D.5.Q. 4. §. *Potest ergo*.. B. 3

Dependentiam naturæ in vnitate suppositi terminans oportere esse simpliciter independens, non videtur verum; quia dependentiam aliquam terminat aliquid, vt subiectum dependentiam accidentis, quod tamen non est omnino independens. *ibidem*. ℣. *Sed primum istorum*. B. 3.

Dependentia naturæ humanæ ad verbum non est propriè causati ad causam, quia, secundùm August. 5. Trini. 54. *Ad creaturam Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnum principium*. *Quodl.* Q.19.§. *De primo*. ℣. *Primum*. A. 2.

Dependentiam naturæ humanæ ad verbum ratio formalis terminandi: *vel sic*, Ratio formalis terminandi dependentiam naturæ ad verbum, in vnitate personæ, est entitas personalis personæ verbi. *ibidem*. ℣. *Tertium sequitur*. C. 3.

Dependentia naturæ ad verbum non est ad aliquid communicabile, vt per se terminum, vel per se rationem terminandi, sed est ad aliquid incommunicabile, siue incommunicabiliter subsistens, vt tale, sicut est natura dependentis, vel communicabilis, vel communicatæ. *ibidem*.

Dependentia non omnis licèt sufficiat: *vel sic*, Licèt non omnis dependentia sufficiat ad verificandum prædicationem dependentis de illo, de quo dependet: tamen illa, quæ est naturæ, vt communicabilis ad suppositum, vt hypostaticè sustentans eam, sufficit ad prædicationem naturæ sic dependentis ad suppositum, ad quod dependet: patet de accidente sic dependente ad suppositum, de quo etiam prædicatur: Et sicut prædicatio accidentis de subiecto, licèt sit vera, non tamen est per se, sicut esset naturæ de proprio supposito, ita non est prædicatio per se naturæ humanæ de ipso verbo. *ibidem*. *Ad argumentum principale*. H h. 25.

Dependentia naturæ humanæ ad verbum, vt communicabilis ad incommunicabile, sustentans ipsam, est possibilis; quia persona diuina potest causstare esse terminus alicuius dependentiæ; non autem dependentiæ, quæ est, ad causam, nec, breuiter, cuiuscunque terminati ad aliquod, ratione perfectionis, sed tantùm illius, quæ est naturæ, vt communicabilis, ad incommunicabile, sustentans ipsam; igitur talis dependentia est possibilis in aliqua natura, quia non potest esse possibilitas

sibilitas

Dependentia humanitatis ad verbum.

sibilitas terminandi dependentiam, nisi in aliquo sit possibilitas dependendi: sed hoc non magis repugnat naturæ humanæ, quàm alteri. *ibidem*. §. *Potest dici*. ✠. *Et quod*. C c. 23.

Dependentia naturæ, vt communicabilis, si intelligatur alicui conuenire, & hoc sine inhærentia, non videtur contradictio; sed talis est illa, quæ ponitur naturæ humanæ ad verbum. *ibidem*. ✠. *Præterea secundo*. D d. 23.

Dependentia accidentis ad subiectum.

Dependentia accidentis ad subiectum, vt communicabilis, non vltimatè terminatur, nisi ad suppositum substantiæ, vt incommunicabiliter subsistens, & sustentans ipsum: & est ista ad aliquid extra totum genus, quæ est communicari, quia est ad incommunicabile. *Quodl*. Q. 19. §. *Secundò potest*. ✠. *Nec tamen*. P. 14.

Dependentia vnius ad plura.

Dependentia in omni essentiali vnum dependens non dependet præcisè, nisi ad vnum, quod totaliter terminat eius dependentiam; vt patet in omni dependentia causati ad causam. 3. D. 1. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Primo modo*. A. 5.

Dependentia, in vnione hypostatica, est essentialis vnius naturæ ad personam diuinam. *ibidem*.

Dependentijs in omnibus, etiam quæ non sunt causatorum ad causas, videtur quod cum dependentia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid, ipsum non potest, dependentia eiusdem rationis, dependere ad aliud. *ibidem*.

Dependentijs in essentialibus causæ, & causati, vniuersaliter licèt vna causa possit terminare dependentias plurium causatorum: non tamen plures causæ, in eodem genere, & ordine causæ, possunt terminare dependentiam vnius causati. 3. D. 1. Q. 4. *Ad argumentum in oppositum*. E. 4.

Dependentiam, in eodem ordine dependentiæ, vnius dependentis, non possunt plura sufficienter primò terminare, quia illud non sufficienter terminat dependentiam, quo circumscripto, sufficienter terminatur illa dependentia, quia tunc aliquid dependeret ab aliquo, quo circumscripto, nihil minus haberet à quo sufficienter dependeret, & per consequens, quo circumscripto, adhuc posset remanere in suo *esse*: sed si plura, in eodem ordine, possent sufficienter terminare dependentiam, vno eorum circumscripto, adhuc terminaretur dependentia completè, quæ est ad alterum, & ita illud non terminat: & pari ratione de altero argueretur, & sic neutrum, vel vtrumque terminat. *Quodl*. Q. 5. §. *Prima ratio*. ✠. *Ex comparatione*. H. 9.

Dependentia plurium ad vnum.

Dependentia actualis vnius naturæ creatæ ad vnam personam diuinam non repugnat dependentiæ alterius naturæ. 3. D. 1. Q. 3. §. *Respondeo*. A. 2.

Dependentia plurium numero naturarum eiusdem rationis simul ad verbum diuinum non ponerentur in eo, nisi plures relationes rationis, vel nulla relatio rationis, sed tantùm, quod ipsum terminat plures relationes reales ad ipsum: hoc autem non est impossibile. *ibidem*.

Dependere.

Dependet à nullo aliquid essentialiter; *vel sic*, A nullo aliquid dependet essentialiter, quo non existente, nihilominus esset. 1. D. 2. Q. 3. §. *In ista quæstione*. ✠. *Quantum ad quartum*. B. 4.

Dependet nihil ab alio: *vel sic*, Nihil dependet ab alio in essendo, à quo non habet *esse*; & ita nec in permanendo ab alio, à quo non habet permanentiam, quia ab eodem habet esse, & permanentiam. 1. Dist. 8. Quæst. 5. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Item quod non*. B. 7.

Dependere essentialiter ad plura eiusdem rationis non po-

Dependere.

test aliquid, quia tunc vno, terminante dependentiam eius, aliud non terminaret, & sic esset, licèt illud, ad quod essentialiter dependet, non esset, quod est inconueniens. 2. Distinct. 3. Qu. 10. §. *Ista opinio*. ✠. *Vel sic*. D. 12.

Dependet quando aliqua essentialiter: *vel sic*, Quando aliqua essentialiter dependet, non tantum causaliter, illa non habent oppositionem, nisi respiciant idem; vt scire, & ignorare dependent essentialiter ab extrinseco, non tantùm causaliter, quia causantur ab aliquo extra, vt ab albedine, sed essentialiter dependent ab obiectis &c. & ideò scientia, & ignorantia non sunt opposita, nisi vt idem respiciunt; nam in eadem anima cum ignorantia lapidis stat cognitio trianguli, habentis tres &c. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Ad primum alterius*. ✠. *Ad primum principale*. V. 33.

Dependere ad personam extrinsecam est imperfectionis; igitur non dependere, siue repugnare, taliter dependere non potest esse, nisi per aliquam entitatem positiuam. 3. Dist. 1. Quæst. 1. §. *Contra secundum*. ✠. *Et simili*. D. 8.

Dependet quod non essentialiter ex propria ratione sui: *vel sic*, Illud, quod, ex propria ratione sui, non dependet essentialiter à voluntate, non dependet essentialiter ab aliquo, essentialiter dependente à voluntate. 3. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Contra hæc*. ✠. *Præterea quod illud*. B. 10.

Dependere bene potest aliquid à termino respectus, & tamen non dependere à respectu, si respectus est posterior eo. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Ad tertium dubium*. M. 20.

Dependere non videtur aliquid essentialiter ab eo, quod non est causa eius, loquendo de actu primo quocunque. 4. Dist. 49. Qu. 1. 2. *Ad quartum principale*. ✠. *Contra hoc*. E e. 30.

Dependet quod in essendo: *vel sic*, Quod dependet in essendo, si agat, dependet in agendo. *Quodl*. Q. 7. §. *Quinta conclusio*. ✠. *Ista duo*. V. 28.

Dependere à materia licet sit imperfectionis; non tamen est euidens quod posse communicare actualitatem suam materiæ sit imperfectionis, & præcipuè quando talis communicatio potest esse sine dependentia. *Quodl*. Q. 9. §. *De secundo*. ✠. *Ista ratio non videtur*. C. 6.

Dependet quando aliquid ad aliud: *vel sic*; Quando aliquid dependet ad aliud aliqua dependentia, si illa sit sufficienter terminata, non dependet ab eo alia dependentia eiusdem rationis, quia tunc vtraque illarum, sine alia, terminaret; & dependeret tali dependentia, & non dependeret, & hoc dependentia sufficienter terminata. *Quodl*. Qu. 12. §. *De primo*. A. 2.

Dependet quod, *siuè* Quod dependet ad singulare communicabile, vltimatè dependet ad incommunicabile, quia communicabile est alicui incommunicabili ratio essendi; & quod dependet ad illud, quod est alicui ratio essendi, dependet vlterius ad illud, cui ipsum est ratio essendi; incommunicabile autem non est sic ratio essendi alicui, & ideo quod dependet ad ipsum non oportet vlterius dependere ad aliquid, quasi habens *esse* per ipsum. *Quodl*. Q. 19. §. *Secundo potest*. ✠. *Nec tamen*. P. 14.

Dependere aliud est ad relatiuum, vt correlatiuum; & dependere ad ipsum verbum relatiuum; nam licèt natura humana assumpta à verbo diuino dependeat ad ipsum tanquam ad verbum; tamen dependet ad ipsum tanquam ad correlatiuum. *ibidem*. §. *Tertio secundum*. ✠. *Ad secundum*. S. 16.

Dependere posse si alicui repugnat: *vel sic*, Si alicui repugnat posse dependere, hoc est propter aliquam perfectionem, vel rationem positiuam: sed illa repugnantia non est in creatura, sed sola negatio dependentiæ actualis. *ibidem*. §. *De tertio*. ✠. *Ad illa*. A a. 20.

Deperditio.

Deperditio paulatiua partium, secundum speciem, est causa corruptionis corporis humani, secundum aliquos; & de ista corruptione dicunt quod non fuisset homo in statu innocentiæ corruptus, quia deperditio paulatiua fuisset restaurata per esum fructus ligni vitæ: quod probatur per illud Gen. 2. *Ne fortè sumat de fructu ligni vitæ & viuat in æternum*. 2. D. 19. Q. *Vnica*. *§. Concedo*, A. 4. *Impugnatur*. *ibidem*. ℣. *Sed contra*.

Depositio.

Depositio est maxima pœna canonica inflicta clerico; quia totalis amotio à statu clericali: Et si degradatio sit amotio ab omni gradu clericali, tunc idem est depositio, & degradatio: si autem degradatio fit depositio tantùm à determinato gradu, reseruato tamen gradu alio, sicut à Sacerdotij gradu, remanet gradus clericalis; tunc degradatio est quædam partialis pœna respectu depositionis. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Primò scilicet*. B. 4.

Depositionis pœna nunquam infligitur à iure, sed præcisè infligenda est à iudice: forma autem secundùm quam infligenda est, habetur, Extrà de pœnis, cap. Degradatio; & est in 6. libro: causæ autem, propter quas infligenda est, sunt peccata enormia, vtpote hæresis schisma, reuelatio confessionis: De primo, Extra de hæreticis, cap. Ad abolendum, De secundo, Extra de schismaticis cap. Ad scindendos in 6. libro. De tertio, Extra de pœnitentia & remissione. Omnis vtriusque sexus. *ibidem*. ℣. *Ista pœna & Respondeo nunquam*. B. 4.

Depositionis pœna non tollitur, nisi per restitutionem in integrum ab eo, qui potest restituere, (qui ponitur solus Papa) quamuis legitimè depositus non legatur postea restitutus, *ibidem*. ℣. *Respondeo non nisi*.

Depositum.

Depositum, de cuius redditione est lex strictissima, potest teneri licitè, Domino inuito, voluntate inordinata. 4. Dist. 15. Qu. 2. §. *De quarto*, ℣. *Respondeo quod Domino*. Ff. 34.

Depositus.

Depositus à statu, & gradu clericali non sic amouetur, quod character ordinis sibi tollatur, nec per consequens ordines suscepti; sed tollitur licentia exercendi actum cuiuscunque ordinis, & etiam priuilegium illud, quod competit ordinatis: vnde talis traditur curiæ sæculari, ità quòd, & quantum ad actus Ecclesiasticos, & tutelam personarum Ecclesiasticarum totaliter excluditur de numero personarum Ecclesiasticarum. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Respondeo non* B. 4.

Depuratio.

Depuratio, quæ fiet in fine mundi per conflagrationem ignis, ponitur propter impuritatem aeris, contractum ex actibus peccati humani. 4. D. 47. Q. 2. *Ad argumentum principale*. C. 4.

D E S

Descensus.

Descensus non contingit fieri sub prædicato vniuersalis affirmatiuæ, licet fiat sub subiecto eiusdem. Prolog. Q. 1. §. *Ad tertium*. ℣. *Secunda probatio*. S. 30.

Descriptio.

Descriptio superioris sicut non debet includere propriam rationem alicuius inferioris; ita descriptio personæ, quæ sit incommunicabilis in natura intellectuali, non debet includere aliquid propriè pertinens ad incommunicabile absolutum, nec propriè ad incommunicabile relatiuum, sed debet esse indifferens ad vtrumque. 1. Dist. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad illa de quarta via*. ℣. *Ad tertium*. Bb. 52.

Desiderare.

Desiderare bonum infinitum inesse nobis experimur: *vel sic*, Experimur in nobis hunc actum, scilicet, desiderare bonum infinitum inesse nobis, & hoc à Deo seipsum nobis liberaliter conferente, non quidem primò, sed propter aliquid aliud acceptum sibi, ordinatum ad illud, vt propter merita: iste actus est bonus, quia debitè circumstantionatus, igitur ad ipsum potest esse virtus inclinans. 3. D. 26. Q. *Vnica*. *§. Ad quæstionem igitur*. C. 10.

Desiderare bonum infinitum, quod est velle non absolutè, sed absentis &c. *Vel sic*. Prima circumstantia actus spei includitur in hoc, quod est Deum desiderare; quod est velle non absolutè, sed absentis; Deus enim viatori est absens in ratione obiecti perfectè habendi, igitur velle in illum tendens, sub tali ratione, habet ex ista parte circumstantiam debitam. *ibidem*. ℣. *Assumptum patet*.

Desiderare bonum mihi, quod variet rationem formalem obiecti, quia commutat bonum honestum in bonum vtile, falsum est, quia conditio illa, vel circumstantia *cui* non est conditio obiecti per se, imo talis conditio potest addi super obiectum, stante ratione formali obiecti, sicut patet in fide. *ibidem*. ℣. *Si dicatur*. D. 13.

Desiderare bonum infinitum in se esse bonum mihi non dicit nisi respectum voluntatis. *ibidem*.

Desiderare nullum, *siue* Nullum desiderare est credere. *ibidem*. ℣. *Primò*, *de fide*. G. 17.

Desiderare ad absolutè, *siue* Ad absolutè desiderare præsupponitur conceptio intellectus, ostendens sibi desideratum, sicut possibile desideranti: quidquid enim ostenditur voluntati tanquam impossibile, vel voluntas omnino non vult illud, vel si vult illud, tenuiter vult. *ibidem*. §. *Ad primum horum*. I. 20.

Desiderare conditionatum obiecti, quod ostenditur impossibile, non est sperare. *ibidem*.

Desiderare absolutè non potest esse, nisi eius, quod ostenditur possibile. *ibidem*.

Desiderat nullus, *siue* Aliquis non desiderat efficaciter, & absolutè, nisi possibile attingi; & ideo persuadetur desperanti vt credat, non vt diligat; quia prima radix huius erroris, scilicet quòd non absolutè desiderat, nec efficaciter, non est in voluntate, sed in intellectu, quia scilicet intellectus non ostendit illud efficaciter tanquam desiderandum. *ibidem*. *Ad argumenta pro opinione*. L. 22.

Desiderare me iustum finaliter saluandum est actus spei. *ibidem*.

Desiderans, & non potens habere, quod desiderat, plus habet de pœna, quam ille, cuius desiderium impletur. *Quodl.* Q. 18. §. *De tertio*. ℣. *Primum probatur*. Q. 12.

Desiderium.

Desiderij præter actum, *siue* Præter actum desiderij, qui est respectu non habiti, quo viator iustus appetit Deum actu concupiscentiæ, habet iustus alium actum amicitiæ, volendo Deo in se bene esse. 1. D. 1. Q. 5. §. *Ad argumentum secundæ quæstionis*. 6.

Desiderium naturale est in intellectu cognoscente effectum ad cognoscendum causam, & in cognoscente causam in vniuersali est desiderium naturale ad cognoscendum illam in particulari, & distinctè. Desiderium autem naturale non est ad impossibile ex natura desiderantis, quia tunc esset frustra. 1. D. 3. Q. 3. §. *Contra istud non potest*. ℣. *Contra hoc*. A. 3.

Desiderium naturale non causat tristitiam, nisi sit elicitum, 2. D. 33. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. D. 4.

Desiderium naturale non est frustrà: nunc autem in anima est naturale desiderium ad semper esse. 4. Dist. 43. Q. 2.

Desiderium.

43. Q. 2. §. *De secundo*. ℣. *Præterea ex dictis*, H. 14.

Desiderij actu, *seu* Per actum desiderij, qui est absentis, non est assecutio finis, sed per alium actum, scilicet, qui est amor rei præsentis, est assecutio primò, loquendo de primitate perfectionis. 4. Dist. 49. Quæst. 4. § *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem*. C. 5.

Desiderium non tantùm est in natura ad perfectionem intensam, sed etiam sic extensiuè habendum: sicut etiam desiderium non tantum est ad bonum essentiale, sed ad semper esse. 4. Dist. 49. Quæst. 6. §. *De tertio*. ℣. *De hoc*. M. 19.

Desiderium naturale si dicatur habere homo ad cognoscendum primam substantiam in se, est clarè, & inde, per Philosophum, inferretur quod quandoque videbitur in se, aliàs illud desiderium esset frustra: hoc non valet; quia, loquendo de desiderio merè naturali, debet probari quòd tale insit homini: si autem accipiatur desiderium naturale pro actu elicito secundùm rectam rationem, hoc non vidit Philosophus, nec potuit videre alium statum secundum rationem naturalem, in quo videret clariùs, nec vltrà appetijt; nec sciuit quòd secundum rectam rationem est plus desiderandum, quàm hic cognoscitur. 4. D. 49. Q. 8. §. *Respondeo*. ℣. *Non valet*. A. 3

Desiderium naturale propriè dictum non est aliquis actus elicitus, sed sola inclinatio naturalis ad aliquid: & tunc planum est quod non potest probari desiderium naturale ad aliquid, nisi priùs probetur possibilitas in natura ad illud, & per consequens è conuerso arguendo est petitio principij. 4. D. 43. Q. 2. *Ad primum principale*. Y. 29.

Desiderium naturale minùs propriè dictum est actus elicitus, sed concorditer inclinationi naturali, & tunc iterum non potest probari quod aliquod desiderium elicitum sit naturale illo modo, nisi priùs probetur quod ad idem sit desiderium naturale primo modo. *ibidem*..

Desiderium, quod est actus elicitus, naturale ad immortalitatem, si concluderetur ex hoc, quòd naturaliter homo fugit mortem, concluderet etiam de bruto; & similiter si adducatur Phil. 2. Gener. Tex. 59. in fine, *Melius autem in omnibus semper esse, quàm non esse*; istud est ad oppositum, quia æquè concluderet in bruto, sicut in homine: tum quia subdit; *hoc autem in omnibus impossibile existere continuè propter longe à principio distare, & ideo reliquo modo Deus impleuit naturam continuam facere generationem*, quasi dicat; Cum desiderium naturale sit ad semper esse, in quibus est, hoc impossibile in seipso, est ad illud, sicut est possibile, scilicet in continuatione speciei in diuersis indiuiduis, & ità conceditur de homine; sicut in alio generabili, non in vnico, sed in tali successione. *ibidem*. *Ad primum Principale*. A a. 31.

Desiderijs in Sanctis consistit maxima pars meriti, & laudabilitas iustorum in via. 4. D. 49. Q. 4. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem*. E. 6.

Desitio.

Desitio corporis Christi sub modo naturali non esset desitio, nisi secundum *quid*, si tamen maneret idem corpus habens eandem existentiam realem, sub modo Sacramentali. 4. Dist. 10. Quæst. 4. §. *Hæc duo*. ℣. *Similiter dico*. F. 8.

Desperans.

Desperans conditionaliter vult beatitudinem, idest, desiderat eam, si posset eam attingere, & quia intellectus errans ostendit sibi illam, tanquam impossibile attingi, eristatur. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum horum*. H. 20.

Desperans desiderat beatitudinem desiderio conditionato, quia vellet, si posset: non autem desiderat absolutè; quia ad absolutè desiderare præsupponitur conceptio intellectus ostendens sibi desideratum, sicut possibile desideranti. *ibidem*. I. 20.

Desperans.

Desperanti persuadetur vt credat, non vt diligat; quia prima radix huius erroris, scilicet, quod non absolutè desiderat, nec efficaciter, non est in voluntate, sed in intellectu, quia scilicet, intellectus non ostendit illud efficaciter tanquam desiderandum. *ibidem*. §. *Ad argumenta pro prima via*. L. 22.

Desperatio.

Desperationis peccatum, siue obstinationis in malo cum desperatione, & proposito non pœnitendi, quod est oppositum actui spei, est peccatum grauissimum: & hoc est peccatum contra Spiritum Sanctum. 2. D. 43. Q. 1. §. *Respondeo*. ℣. *Dico tamen*. D. 5.

Destructum.

Destructum si esset annihilatum, illud nihil, sequens annihilationem eius, esset eiusdem rationis cum nihilo, quod erat terminus *à quo* creationis, quia illæ mutationes oppositæ habent idem pro termino, vna pro termino *à quo*, alia pro termino *ad quem*. 4. Dist. 43. Qu. 3. §. *Quantum ad istum*. E. 12.

Destructa omnia redituta eadem post 36. millium annorum, ex eo, quod omnia corpora cœlestia redibunt ad eundem situm in illo spacio temporis, est omninò improbabile, saltem quia est contra fidem; nec pro ea est ratio efficax, quia illa de reditu cæli, & dubium antecedens supponit, & dubia est illatio. 4. D. 43. Q. 3. §. *Quantum ad istum*. E. 12.

Destructi cuiuscunque impossibilitatem reditus per naturam, opinio id asserens, non probat sufficienter. *ibidem*. ℣. *Secunda opinio*. E. 12.

Destructum aliquod idem numero non apparet quarè non posset natura reducere. *ibidem*. ℣. *Et ideo*. E. 12.

D E T

Determinabile.

Determinabile comparando præcisè ad determinationem: *vel sic*, Comparando præcisè determinabile ad determinationem, determinabile non est distractum respectu determinationis, sed nec includit determinationem ad ipsum, sed respectu tertij, de quo dicitur: mortuum est determinatio distrahens, & illud, quod determinatur per ipsum, distrahitur ita, quòd, illud aliud non dicitur, nisi secundum *quid*, de isto. 1. D. 36. Qu. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Ad primum dico*. E. 8.

Determinans.

Determinantia aliquorum si sunt alterius rationis, & determinata erunt similiter. 2. Dist. 16 Q. *Vnica*. §. *Contra quia*. ℣. *Præterea, si species*. G. 14.

Determinare.

Determinat quod sibi aliquod genus; *siue* Quod determinat sibi aliquod genus, determinat sibi aliquam speciem in genere illo: & omne, quod determinat sibi speciem, de necessitate determinat sibi esse in aliquo vno indiuiduo illius speciei, vt omne, quod de necessitate est homo, est hic homo, vel ille. 2. Dist. 12. Qu. 2. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Item non est*. B. 4.

Determinare Deum se, & disponere est possibile, vt cooperetur ad aliquod signum ab eo institutum ad causandum effectum signatum, nisi impediat indispositio eius, cui adhibetur; quia sicut esset possibile in nobis, quod aliquis instituens signum effectus sui, disponeret se semper cooperari huiusmodi signo, nisi impediret ille, cui adhiberetur: puta si quis instituat pro signo pacis, vel beneuolentiæ, tactum manus, vel eleuationem digiti, vel huiusmodi: posset talis instituens determinare se ad semper cooperandum ad effectum signatum, nisi indispositio eius, cui adhiberetur

hiberetur signum, impediret. 4. Dist. 1. Quæst. 2. §. *De secundo.* ℣. *Primum non.* D. 4.

Determinari si posset Deus ab alio ad agendum, iam esset causa secunda, respectu eius. 4. D. 2. Q. 1. §. *Ex his.* ℣. *Et secundum hoc.* F. 6.

Determinare se possibile est aliquem ad exprimendum aliquem conceptum complexum pro instanti, & conceptus omnium partium illius conceptus accepi pro illo eodem instanti vltimo prolationis; hoc enim modo disputantes determinant se ad proferendum intellectus suos in suis responsionibus ad idem instans; alioquin nunquam respondens potest redargui quantumcunque concederet contradictoria. 4. D. 8. Q. 2. §. *Aliter.* ℣. *Potest ergo.* S. 20.

Determinatur quod ad aliquid: *siue sic*, Quod ab alio determinatur ad aliquid, non habet perfectè illud in sua potestate. 2. Dist. 37. Q. *Vnica*, *alias secunda*. §. *Ideo meritò.* ℣. *Ex prima via.* L. 1.

Determinatè.

Determinatè in potentia passiua si aliquid posset esse, secundum se, ad aliquod genus physicum; *vel sic*, Si aliquid posset esse, secundum se, in potentia passiua determinatè ad aliquod genus physicum, & non est determinatè in potentia passiua ad aliquam speciem illius generis, tunc ab eodem illud reducitur ad actum illius generis, & speciei. 2. Dist. 2. Quæst. 5. 6. §. *Ad propositum.* ℣. *De quinto.* N. 15.

Determinatio.

Determinatio duplex est, opposita duplici indeterminationi: vna indeterminatio est ad opposita contradictoriè, sicut materia est indeterminata ad formam, & ad priuationem: alia est ad diuersa positiua, quæ tamen stat cum determinatione ad alteram partem vtriusque contradictionis: exemplum huius secundi, sicut sol est indeterminatus ad producendum vermem, & plantam, tanquam ad diuersa positiua, cum tamen, ex se, sit determinatus ad alteram partem contradictionis tam huius, quàm illius, sicut si esset Agens particulare tantum natum producere vnicum illorum tantùm. 1. Dist. 28. Quæst. 3. §. *Sed tunc est.* ℣. *Respondeo determinatio.* E. 12.

Determinatio ad certam pluralitatem productionum eiusdem rationis si non est à parte principij formalis productiui; nec etiam à parte producentis. *Quodl.* Q. 2. §. *De secundo.* K. 16.

Determinatio hæc *esse in opinione* est determinatio diminuens secundùm Phil. 2. Perihierm. cap. 2.; & sicut esse in opinione, ita & esse in intellectione, sicut esse exemplatum, siue esse cognitum; quæ omnia æquiualent, licèt igitur illud, quod comparatur ad aliquid istorum (vt comparatur ad ipsum) non sit diminutum; tamen, vt sub aliquo istorum comparatur ad tertium, est diminutum. 1. Dist. 36. Q. *Vnica.* §. *Contra istud.* ℣. *Ad primum.* E. 8.

Determinatio ex parte futuri contingentis non est, vt effectus intelligitur iam positus in esse; quia licet alicui intellectui sit vna pars vera determinatè, & etiam vna pars sit vera in se determinatè, licèt eam nullus intellectus apprehenderet, non tamen ità, quin in potestate causæ sit pro illo instanti ponere oppositum, & ista indeterminatio sufficit ad consiliandum, & negociandum; si autem neutra pars esset futura, non oporteret negociari, vel consiliari. 1. Dist. 39. Quæst. 1. 2. 3. &c. *Ad primum principale primæ quæstionis.* P. 26.

Determinatio in obiecto potest intelligi duobus modis; vno modo ad singularitatem, per oppositum indeterminationi vniuersalis: alio modo determinatio ad certum gradum participatum, per oppositum ad illimitationem illius, quod participatur: primo modo determinatio in obiecto non impedit intellectionem summi boni, quod Deus est; imò est ipsum summum bonum, quod de se singularitas quædam est: secundò modo impedit, quia non est bonum secundum ali-

quem gradum determinatum, sed absolutè bonum participabile ab omnibus gradibus. 2. Dist. 3. Quæst. 9. §. *Dico igitur.* ℣. *Ad secundum*, & ℣. *Secundo modo.* L. M. 14.

Determinatio intellectus Angeli ad obiectum determinatum, quod scilicet sit obiecti determinati, & in hoc proportionetur obiecto determinato non est intrinseca potentiæ nec de se, nec per speciem, sed est ad determinatum singulare; & hoc modo non est inconueniens intellectum perfectiorem esse determinatum, & determinabile respectu obiecti, quomodo intellectus imperfectior non est determinatus, vel determinabilis respectu eiusdem. 2. Dist. 9. Quæst. 2. *Ad tertium pro prima opinione.* ℣. *Et cum concluditur.* V. 36.

Determinatio voluntatis, qua se determinat in agendo, non est per formam naturalem, qualis est in igne ad operandum; sed ex libera actione, quæ procedit à potentia indeterminata, & ita determinabili per habitum. 3. Dist. 33. Qu. *Vnica.* §. *Ad rationem.* ℣. *Secunda ratio.* E. 8.

Determinatio obiecti est prima determinatio, quæ pertinet ad genus moris, non tanquam differentia determinans ad aliquid in illo genere, sed tanquam potentiale receptiuum determinationis. *Quodl.* Q. 18. §. *De primo.* ℣ *Vlteriùs ex rationibus.* G. 6.

Determinationem de indissolubilitate matrimonij non expedit primò fieri à lege positiua humana; quia leges positiuæ humanæ variæ sunt apud diuersos; ista autem indissolubilitas debet esse vniformis apud omnes. 4. Dist. 26. Quæst. 1. §. *Ad solutionem.* ℣. *Tertia conclusio.* H. 9.

Determinatiuum.

Determinatiuum concurrens cum principio elicitiuo dictionis in diuinis, vt sit vna dictio, non oportet quærere, nec etiam aliquam negationem potest habere, vt sit tale principium formale. *Quodl.* Q. 2. §. *Ad primum triplex.* ℣. *Ad rem.* Q. 27.

Detestari.

Detestari peccatum commissum, quod est secunda significatio huius vocabuli *pœnitere*, potest esse actus virtutis, quia potest esse actus electiuus, & concors rationi rectæ; ratio enim recta sicut dictat complacendum esse in bono honesto, ita dictat displicendum esse in bono inhonesto. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Primus articulus.* ℣. *De secunda significatione.* I. 11.

Detestatio.

Detestatio peccati sequens ad eius considerationem, vt est offensiuum Dei, contra legem diuinam, & huiusmodi, potest esse totaliter circumstantionata circumstantijs moralibus debitis: non est enim verisimile, quod necesse sit, propter peccatum istud remanens, actum quemcunque circa peccatum commissum esse defectiuum in aliqua circumstantia morali: iste autem motus dicitur attritio. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *De secundo.* ℣. *Ad huius.* N. 14.

Detestationem peccati à se commissi potest habere quis immediatè, ex contemplatione Dei, licet non imperet talem actum, vt vindicatiuum culpæ. 4. Dist. 16. Qu. 1. §. *Hic intelligendum.* ℣. *Potest autem.* A. 3.

Detestatio peccati commissi à se; siue displicentia de peccato est causa propria tristitiæ interioris, & hæc includit duas causas partiales, scilicet considerationem peccati commissi, & nolitionem eius; & inter illas principalior causa est nolitio: ipsa etiam posita, necessariò ponit aliam, non è conuerso: iste ergo actus, qui est propria causa proxima tristitiæ, dicitur contritio. *ibidem.* ℣ *Sed loquendo.* D. 6.

Deuotio.

Deuotionem aliquam oportet quòd habeat ratione vtens ad sacramentum, quando illud suscipit, si debet sibi valere; aliter enim videtur contemnere. 4.D.4.Q.4 §. *Hic distinguo*. ♈. *De secundo*. I.41.

Deuotionem, hoc est delectationem consequentem actum amoris, contemplatiui quandoque experiuntur se magnam habere, quandoque etiam, cum æquali conatu, minorem, vel nullam: hoc autem verum est de ipso actu amandi elicito, qui quandoque est intensior, & magis meritorius, licèt ipsum sequatur minor delectatio, vel quasi nulla; & quandoque minorem actum, & in se, & in acceptatione diuina concomitatur maior delectatio ad alliciendum paruulos, vt auidiùs sequantur illud, cuius dulcedinem prægustârunt. 1. D.17.Qu.2. *aliàs*. 3.§. *Ad argumenta pro opinione* ♈. *Quod igitur*. Qq.34.

Deuotio quasi omnis, quæ de facto est in Ecclesia, est in ordine ad Sacramentum Eucharistiæ: propter hoc enim Clericus, cum maiori diligentia, persoluit officium diuinum in ordine ad missam: propter hoc etiam populus deuotiùs audit missam, quàm aliquod aliud officium Ecclesiasticum: propter hoc etiam singuli, cum maiori diligentia, confitentur, quando intendunt, secundum ordinationem Ecclesiæ, saltem semel in anno communicare. 4.D.8. Q.1. §. *Hic tria*. ♈. *Quod hoc sit*. A.2.

Deuotionem, quæ est motus mentis in Deum, non oportet minui, quando pro pluribus collectiuè celebratur, licèt in isto verum sit quòd propter multitudinem attentio actualis ad singulos minuatur: Exemplum, non minùs deuotè celebrat quis de omnibus sanctis, quàm de vno Sancto, quia & si minùs distinctè attendat ad quemlibet; tamen attentio ad totam communitatem sufficit ad deuotionem, non tantùm æqualem, sed maiorem, quàm sufficeret attentio ad vnum eorum, nisi fortè ad illum, in quo eminenter est illud, quod est materia deuotionis ad omnes, qui est solus Deus trinus. *Quodl*. Q.20. §. *De primo*. ♈. *Contra distractio*. D.7.

Deuotus.

Deuoti aliqui, *scilicet* Aliqui, qui dicuntur deuoti, sentiunt aliquam maiorem dulcedinem, quàm alij multò solidiores in amore Dei, qui centuplum promptiùs sustinerent martyrium: nec dulcedo est actus voluntatis elicitus, sed passio quædam actui retributa, quo Deus allicit, & nutrit paruulos, ne deficiant in via. 3.D.27.Q. *Vnica*. §. *De primo dico*. ♈. *Contra istam*. L.17.

Deus.

Deus, ait ille sapiens, *est sphæra intellectualis, cuius centrum vbique est, & circumferentia nusquam*. 1.D.1.Q.5. §. *Ad solutionem*. ♈. *Ad propositum*. n.2.

Deus, ex Anselmo de summo cogitabili: Prosol.2. sic describitur, *Deus est, quo cogitato, sine contradictione, maius cogitari non potest, sine contradictione*: Et quod addendum sit *sine contradictione*, patet, nam in cuius cogitatione includitur contradictio, illud dicitur non cogitabile; quia tunc sunt duo cogitabilia opposita, nullo modo faciendo vnum cogitabile, quia neutrum determinat alterum. 1.D. 2. Quæst. 2. §. *Quarta via*. ♈. *Per illud potest*. Bb. 32.

Deus, qui Deus est deitate, est de se hic, sicut Deitas est de se hæc; & in isto conceptu non includitur incommunicabilitas, nec ratio personæ, quia Deitas communicabilis est, & idem Deus, vt Deitate est Deus, non includit aliquid incommunicabile formaliter. 1. Distinct. 4. Quæst. 2. §. *Respondeo*. ♈. *Respondeo vnicuique*. B.3.

Deus, *idest*: Hoc nomen *Deus* non abstrahitur vltimatâ abstractione, sicut *Deitas* est abstracta, & ideo potest supponere pro persona, vt cùm dicitur *Deus creat*, *Deus generat*. 1. D.5. Q.1. §. *Quantum autem*. ♈. *Potest etiam*. E.7.

Dei nomina inter omnia: *vel sic*; Damascenus lib.1. cap. 4.& 9. vult quòd inter omnia nomina de Deo dicta, proprissimum est, *Qui est*, quia *esse* dicit quoddam pelagus infinitæ substantiæ, cetera autem, vt dixit cap.4. sunt illa, quæ circumstant naturam. 1. D.8. Q.4. §. *Ad quæstionem*. ♈. *Ad secundum*. Q.18.

Deus ens.

Deus est ens simpliciter primum, triplici primitate; scilicet efficientiæ, finis, & eminentiæ, & ita simpliciter, quod est impossibile aliquid esse prius: & in hoc probatum est esse de Deo, quantum ad proprietates respectiuas Dei ad creaturam, vel inquantum terminat respectus, & dependentiam creaturarum ad ipsum. 1.D.2. Q.2. §. *Ex prædictis*. Cc.34.

Deus, qui respondit Deitati, *vt quis*, est primo Deitate ens, vt Deitas est. 1.D.4.Q.2. §. *Respondeo*. ♈. *Respondeo vnicuique*. B.3.

Deus est summè necessarium, quantum potest cogitari aliquid esse necessarium. 1.D.8.Q.5.§. *Istis rationibus*. ♈. *Et arguo*. O.17.

Deo quia conuenit ens formaliter: *vel sic*, Quia ens dicitur formaliter de Deo, & quæcunque passio conuertibilis cum ente; & passionum non conuertibilium, sed distinctarum semper extremum nobilius: ideò hoc modo illud extremum dicetur de Deo, quod vel dicit nobilitatem, vel non repugnat nobilitati; sed reliquum repugnat. 1.D.19 Q.1.§. *De tertio*. D.4.

Deus quo ad esse.

Deus, in primo instanti naturæ, est ipsum *esse*: *vel sic*; In primo instanti naturæ est ens, quod est ipsum *esse*, scilicet Deus. 1.D.3.Q.5. §. *Ad rationes*. ♈. *Ad secundum*. K.13.

Deum esse est possibile, possibilitate opposita impossibili; & tamen illud possibile non est terminus alicuius potentiæ actiuæ. 1. Dist.20. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. D.7.

Deus non est tantùm, cui non repugnat *esse*, sed est, ex se, ipsum *esse*. 1. D.36. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ♈. *Et si tunc*. I.11.

Deum non esse est impossibile, in se, & incompossibile. 2.Dist.6. Quæst.1. §. *Quia tamen*. ♈. *Hoc etiam*. A.2.

Deum esse si posset concludi ratione naturali, ex principijs per se notis: tamen illi populo rudi [scilicet hebræorum] & non exercitato in intelligibilibus, non erat hoc notum, nisi ex lege: vnde ad Hebr.11. *oportet accedentem ad Deum credere, quia est*: intellige si non habeat, nec habere possit aliam notitiam de Deo. 3.Dist.37. Quæst. *Vnica*. *Ad secundum principale*. G.13.

Deus quo ad existentiam.

Deus, ex natura rei, est existentia incircumscripta, hoc est infinita intensiuè, ita quòd magnitudo propriæ existentiæ est infinitas; & ita esset, si, per impossibile, Deus statim desineret esse: sed quod additur vlteriùs, quòd ipse sit æuum æuorum, hoc est æternus, vel æternitas; verum quidem est hoc, quia sua existentia habet repugnantiam ad desinere esse; & fundamentum illius repugnantiæ est ibi ex natura rei, scilicet existentia; sed formalis ratio repugnantiæ ad desinere esse, siue sit negatio desitionis, siue necessitas coexistendi cuicunque compossibili, hoc vltrà illud, quod est ex natura rei, addit negationem imperfectionis, vel respectum ad extrà. *Quodl*. Q.6.§. *Contra istud*. ♈. *Hæc conclusio*. S.16.

Deus quo ad intrinseca.

Deo cum quodlibet intrinsecum sit in se formaliter necessarium, vel per identitatem cum essentia, quæ est formaliter, ex se, necessaria; nihil intrinsecum Deo erit terminus potentiæ, propriè dictæ. 1. D.20. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. D.7.

Deo inest, *vel*: In Deo est omnis ratio principij, quod non reducitur ad aliud principium. 1.D.2.Q.7. §. *Dico tunc*. M.18.

Deo potest aliquid inesse dupliciter, vel formaliter, vel inesse

Deus quo ad intrinseca.

se subiectiuè; sicut logicè prædicatum quodcunque dicitur inesse subiecto: primo modo concedo quod quicquid potest esse in Deo, potest esse idem Deo; & per consequens Deus, quia omne tale est Deus, & idem Deo necessariò. 1. D.30. Q.1.2.3. &c. *Ad secundum principale quartæ quæstionis*. X.32.

Deus necesse esse.

Deus est simpliciter necesse esse, & hæc necessariò est in eo perfectio simpliciter: vndè quantò aliquid est magis necessarium, tantò erit propinquius Deo, & sic Cœlum est propinquus quocunque corruptibili: Præter hoc autem Deus est natura intellectualis, simpliciter perfecta: huic, secundum hoc, magis appropinquat creatura merè intellectualis, licèt finita, cuiusmodi est natura Angelica; Post hanc natura intellectus nostri, licèt non merè intellectualis, & finita: Post hanc natura sensitiua, quæ magis appropinquat intellectuali: in hoc ergo ordine propinquius est Deo musca, quàm Cœlum. 4. D 12 Qu.2. §. *Hinc sunt*. ✝. *Respondeo si in primo*, E.11.

Deus æternus.

Deo quidqoid, inest *vel* Quidquid est in Deo, est æternũ per identitatem: sed non oportet quod quicquid prædicatur de eo per hoc, quod aliud habet habitudinem ad ipsum, sit æternum formaliter, quia nihil aliud habet habitudinem æternam ad ipsum; sicut si Deus est æternus, & diligitur temporaliter à voluntate creata, dicitur quidem dilectus à nobis, sed non dilectus æternaliter. 1. D.30. Q.1. *Ad primum principale primæ quæstionis*. K.13.

Deo quidquid inest (siue rei, siue rationis) per actum intellectus diuini, est æternus. 1. D.35. Q. *Vnica*. §. *Ad ista*. I.12.

Deus veritas.

Deus est veritas: cum audis, noli quærere quid est veritas: statim objiciunt se phantasmata; Aug. 8. Trinit. cap.2. vel 3. 1. D.3. Q.3. *Ad tertium principale*. ✝. *Consimiliter*. I.26. *In secunda parte quæstionis*.

Deum concipiendo in conceptu vniuersalissimo, *noli quærere quid est hoc*; noli descendere in aliquem conceptum particularem, in quo ille vniuersaliter saluatur, quia particularior propinquior est phantasmati; descendendo enim ad talem, qui magis relucet in phantasmate occurrenti, statim amittitur illa serenitas veritatis, vel sinceritas veritatis, in qua intelligebatur Deus, quia statim intelligitur veritas contracta, quæ non conuenit Deo, cui conueniebat veritas in communi concepta; non contracta. *ibidem*. ✝. *Concipiendo*. K.27.

Deus verax.

Deum esse veracem cuilibet naturaliter inseritur. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ✝. *Ex istis* C.5.

Deum non posse fallere, nec falli, potest probari naturaliter, sicut potest probari Deum esse. 3. D. 24. Qu. *Vnica*. *Ad 6. principale*. M.22.

Deus viuens.

Deus, licèt necessariò viuat vita intellectuali, & hoc tali necessitate, quæ excludit omnem libertatem: tamen vult liberè se viuere tali vita; igitur vitam Dei non ponimus sub necessitate, intelligendo vitam, vt à Deo, libera voluntate, dilectam. *Quodl.* Qu.16. *Ad argumentum in oppositum*. Y.18.

Deus charitas.

Deus est formaliter dilectio, & formaliter charitas, & non tantum effectiuè, sicut dicitur spes, vel patientia mea, quia efficit patientiam tanquam non perfectionem simpliciter, & ideo non conuenientem sibi formaliter: Sed charitatem efficit in anima, & dilectionem, tamquam perfectionem simpliciter, & ideo sibi formaliter conuenientem. 1. D.17. Q.2. *aliàs 3*. *Ad primum principale*. ✝. *De secundo*. Nn.31.

Deus intellectualis.

Deus cum sit verissimè intellectualis, eius intellectualitas erit idem essentialiter eius essentiæ. *Quodl.* Q.1. §. *De altero*. ✝. *Quarta ratio*. L.13.

Deus est actu intellectualis, siue viuens vita intellectuali, merè ex natura rei; ergo habet, vel actu potest habere intellectum, vt intellectum, & intelligere, vt intelligere: sed non potest habere actu eos reale, siue ex natura rei, quod iam non habet ex natura rei, quia hoc esset contra eius simplicitatem; ergo Deus habet intellectum, vt intellectum, & *intelligere*, vt *intelligere*. *ibidem*. ✝. *Istas propositiones*. L.14.

Deus intelligens, sciens, &c.

Deus, ex Philos. 12. Metaph. Tex.51. *Si non sit actu intelligens, nihil honorabile inerit ei, se habebit enim vt dormiens*; ergo, secundum ipsum, non est perfectus ex natura rei, nisi ibi esset formaliter intellectus ex natura rei; & per consequens est ibi intellectua distinctè ex natura rei, quia non potest intelligi actualis intellectio formaliter, sine intellectu formaliter. 1. D.13. Q. *Vnica*. § *Alia est opinio*. ✝. *Confirmatur ista ratio*. K.14., & 4. D.49. Qu.1. *In tertio in oppositum*. n.4., & Quodl. Qu.1. §. *De altero*. ✝. *Istas propositiones*. M.14.

Deus intelligit essentiam suam, inquantum vera, non inquantum bona; & vult eam inquantum bona, non inquantum vera; & ab æterno etiam intelligit se intelligere essentiam, & velle similiter, sine respectu ad extrà, quia iste actus consequitur immaterialitatem naturalem. 1. D. 8. Quæst. 4. §. *Circa istam positionem*. ✝. *Item quarta*. D. 7.

Deus, in primo istanti, intelligit essentiam, sub ratione merè absoluta: in secundo instanti, producit lapidem in *esse* intelligibili, & intelligit lapidem, ità quòd ibi est relatio in lapide intellecto ad intellectionem diuinam; sed nulla adhuc in intellectione diuina ad lapidem, sed intellectio diuina terminat relationem lapidis intellecti ad ipsam: in tertio instanti, fortè intellectus Diuinus potest comparare suam intellectionem ad quodcunque intelligibile, ad quos nos possumus comparare, & tunc comparando se ad lapidem intellectum, potest causare in se relationem rationis: & in quarto instanti, potest quasi reflecti super istam relationem causatam in tertio instanti, & tunc illa relatio rationis cognita erit; sic igitur non est relatio rationis necessaria ad intelligendum lapidem, vt obiectum; imo ipsa, vt causata, est posterior, quia in tertio instanti, & adhuc posterior erit ipsa, vt cognita, quia in quarto instanti. 1. D.35. Quæst. *Vnica*. §. *Potest dici*. ✝. *Hoc potest*. H.10.

Deus per intelligere, vt intelligere, comprehendit essentiam suam, vt obiectum beatificum. *Quodl.* Q.1. §. *De altero* ✝. *Quarta ratio*. L.12.

Deus est intelligens distinctè omnia factibilia, & intelligibilia. 1. D.2. Q.2. §. *Ostenso proposito*. Z.30.

Deus ab æterno intellexit lapidem, & non vt idem sibi; & illa intellectio fuit metaphysica, & realis, non autem logica: non tamen plus sequitur ex hoc de lapide, quod sit essentia, quàm existentia; nec magis comparando ad intellectum diuinum, quàm meum; sequitur quidem, igitur res semper fuit intellecta: sed arguendo, ergo res fuit in aliquo esse reali, dico quòd est fallacia secundùm quid ad simpliciter. 1. D. 36. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. I.12.

Deus necessario est sciens; non autem volontate est sciens propriè; sicut necessitate, non voluntate est Deus. 1. D.38. Quæst. *Vnica*. §. *Quamuis*. ✝. *Ad primum*. C. 3.

Deus non aliter nouit facta, quàm fienda: & ideo non tantum *esse* essentiæ fundat ad Deum relationem, sed etiam *esse* existentiæ; præcognouit igitur esse existentiæ, sicut *esse* essentiæ; & tamen, per illam relationem fundatam, non concedit aliquis *esse* existentiæ fuisse verum reale esse ab æterno, ergo pari ratione non est concedendũ de esse essentiæ.

Deus intelligens, sciens, &c.

tia.1.D 36.Q.*Vnica*.§.*Concedo conclusionem*.C.6.& D. 39.Q. 1.2.3.&c.*§.Contra istud*.℣.*Praeterea ista*. F.9.

Deus non aliter cognoscit facta, quàm fienda; & ita perfectè sunt praesentialiter cognita ab intellectu diuino fienda, sicut facta. *ibidem in secundo loco*. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ℣. *Auctoritates*. Y.35.

Deus si necessariò intelligat, & velit, necessariò producit. 1. Dist.39 Qu.1.2.3.&c. *Quantum ad primum*. ℣. *Suppositio ergo*. D.14.

Deo, *siue* Intellectui diuino essentia diuina est ratio cognoscendi futura contingentia, in illo priori instanti naturae, pro quo voluntas diuina facit illa determinatè vera, quia tunc sunt vera; non quidem quod illa moueant intellectum diuinum, nec etiam termini eorum, ad apprehendendum talem veritatem, quia tunc intellectus diuinus vilesceret, quia pateretur ab alio in essentia sua: sed sicut essentia diuina est ratio cognoscendi simplicia, ita & complexa talia. 1. D.39.Q.1.2.3.4.&c.§.*Viso de contingentia*. N.23.

Deus necessariò scit A. videtur ista simpliciter, neganda, pro eo, quod hoc praedicatum sic determinatum non necessariò conuenit huic subiecto, licèt praedicatum non determinatum conueniat. *ibidem*.§.*Quantum ad quartam*. O.25.

Deus necessariò scit A. videtur fortasse distinguendum de ista, secundum compositionem, & diuisionem, vt in sensu compositionis notetur necessitas scientiae, vt transit super istud obiectum; in sensu diuisionis notetur necessitas scientiae absolutè, quae tamen transit super hoc obiectum: primo modo est falsa; secundo modò, vera: tamen distinctio non videtur logica, quia quando actus transit super obiectum, non videtur distinguendum de illo actu absolutè, vel vt transeunte super obiectum. *ibidem*.

Deus, *id est* Intellectus diuinus licèt non sequatur res sicut effectus causam; tamen concomitantia est ibi; quia sicut res potest non esse, ita intellectus diuinus potest non scire, & ideo nunquam sequitur quod intellectus diuinus cognoscat rem aliter, quàm est: & ideo nunquam possunt simul stare illa, quae requiruntur ad deceptionem; sed sicut res scita potest esse, ita Deus potest eam scire; & sicut res scita potest non esse, ita Deus potest eam non scire, & si non erit non sciet. *ibidem*. *Ad primum principale secundae quaestionis*. Q.R. 27.

Deus sciens A. potest nescire A: hic nullus est transitus de contradictorio in contradictorium, & consequenter nulla mutatio in Deo nec esse potest, quia transitus non potest esse sine successione, ita quod oppositum succedat opposito: talis autem non potest esse in proposito; sicut enim non possunt simul stare scire, & non scire, ita non potest simul stare quòd aliquando sciat, aliquando non sciat, sine quo transitu ab opposito in oppositum non est mutatio. *ibidem*. *Ad primum principale tertiae quaestionis*. S.29.

Deus quamuis potest non scire B., quod scit, & ita B. in *esse cognito* aliter se haberet, si non esset scitum, non tamen aliter, quàm priùs, se habuit, sed aliter, quàm nunc se habet, ita quod istud *aliter* esset non alicuius succedentis oppositi ad oppositum, sed esset alterius oppositorum, quod in eodem instanti posset inesse, in quo suum oppositum inest, & hoc non sufficit ad mutationem. *ibidem* ℣. *Et si*.

Deus nō scit A. [scilicet hoc cōtingens futurū] & tamen potest scire A, non sequitur, ergo potest incipere scire A., dico enim, quòd ista consequentia non valet, non sciens A potest scire A, ergo potest incipere scire A, & hoc quando est potentia praecisè alicuius prioris naturaliter ad oppositum posterioris pro eodem instanti, pro quo, & in quo habet hoc posterius contingenter esse, sicut est in proposito: tenet tamen gratia materiae in creaturis, vbi est possibilitas ad opposita successiuè; sed licèt illa non esset, adhuc tamen esset possibilitas ad vtrumque illorum pro vno instanti. *ibidem*. *Ad secundum principale*.

Deus immutabiliter scit A, ergò necessariò; nego consequentiam; quia non est ibi sola necessitas immutabilitatis sic, quòd immutabilitas, ex se, sit necessitas; quià immutabilitas, ex se, non priuat nisi possibilem successionem oppositi ad oppositum; necessitas autem simpliciter priuat absolutè possibilitatem huius oppositi, sicùt hic: & ideo non sequitur: oppositum non potest succedere opposito; ergo oppositum non potest inesse: *ibidem*. *Ad primum principale quartae quaestionis*. ℣.31.

Deum scire B. ratione huius, quod est scire absolutè, est scire formaliter, & est in Deo formaliter: sed ratione *scire*, quod est huius termini, non est nisi subiectiuè, sicut logicè praedicatum quodcunque dicitur inesse subiecto; est enim huius termini, quia hoc scitum habet respectum ad scientiam diuinam, & per hoc aliqua appellatio relatiua est in Deo, sicut praedicatum in subiecto. *ibidem*. *Ad secundum principale*. X.32.

Deus scit A. ista propositio non est necessaria simpliciter. *ibidem*. *Ad primum principale quintae quaestionis*. X.33.

Deo omne scitum: *vel sic*, Omne scitum à Deo fore, necessariò erit: A est scitum à Deo fore; ergo &c. dico quod illa mixtio non valet, nisi illa minor sit de inesse simpliciter: & hoc non tantùm, quod sit vera pro omni tempore, sed quod sit necessariò vera: & fortè oportet quod significet sumptum sub per se contineri sub medio: sufficit ad propositum quod oportet eam necessariò esse veram: illa autem minor de inesse, licet sit simpliciter vera, non tamen est necessariò vera; potest enim Deus non scire A, sicut potest non velle A propter contingentiam, quae primo est in voluntate ad obiecta secundaria, & ex hoc concomitanter in intellectu. *ibidem*. *Ad secundum principale*. Y.33.

Deus praescit, se cooperaturum Lucifero ad substantiam illius actus, qui erit peccatum: hoc autem praescit, quia vult cooperari illi, si est peccatum commissionis: vel praescit se non cooperaturum ad actum aliquem, si non vult ipsum, & hoc si iste actus primus est peccatum omissionis; & sciendo se cooperaturum ad talem substantiam actus cum non circumstantijs debitis; vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens, quem omittet, sciet ipsum peccaturum, ita quod scit hunc peccaturum; non solum quòd scit se permissurum, sed etiam quia scit se cooperaturum huic ad substantiam actus non circumstantionati, & per consequens iste committet: vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens iste omittet. 1. D.41. Q.*Vnica*. §. *Primum istorum*. C.D.13.

Deus non habet scientiam de futuris contingentibus, nisi quia certitudinaliter nouit determinationem voluntatis suae respectu eorum, ad quae voluntas sua est immutabilis, & inimpedibilis. 2.D.37.Q.*Vnica*.*aliàs secunda*.§.*Contra istam opinionem*. P.8.

Deus est sic necessariò intelligens creaturam, & causatiuus creaturae, quòd vtrumque istorum formaliter dicitur aliquid necessarium à se, prout à se excludit causam; sed non necessarium *in esse* reali, sed in aliquo *esse* diminuto. *Quodl.* Q.8.§.*De tertio*. ℣.*Ad secundum*. S.24.

Deus de omnibus cognoscibilibus solùm habet cognitionē Theologicam, quia tantùm virtute primi obiecti Theologici, actuantis intellectum eius. *Prolog*.Q.3.§.*Ideo dico*. ℣. *Sic ergo*. X.23.

Deus solus scit se infinitè diligere, licèt Angelus scit ipsū à se infinitè diligendum. *Prolog*.Q.4.§.*Secundus articulus*. ℣. *Ad aliam obiectionem*. T.38.

Deus praticè cognoscit homini esse paenitendum, & Angelo esse mouendum caelum: sed non praticè cognoscit quod est Deo volendum hominem Sanctum paenitere, vel Angelum caelum mouere. *ibidem*. ℣. *Qui sic respondit*.

Deus solus nouit abscondita cordium: Istud dictum est verum vniuersaliter, & ex propria perfectione Dei, ita quòd impossibile est quod per aliquid impediens sibi lateat: Nouit etiam, vt iudex vniuersalis, omnium talium illo modo, quo nec Angeli boni, nec mali, nec animae separatae nouerunt, propter defectum scientiae debitae. 4. D.45.Q.4. *Ad secundum principale*. I.7.

Deus omnipotens.

Deum ita esse omnipotentem, quòd possit aliquem, effectum totaliter producere, sine omni alia causa concausante, non videtur, secundum Philosophos, si ipsi habuerunt quasi pro principio, quòd de nihilo nihil fit, saltem in istis generabilibus, & corruptibilibus. 1. D.42. Q.*Vnica*.§. *Hic responderi*. ℣. *Praeterea si ipsi*. B.2.

Deum esse omnipotentem, accipiendo omnipotētiam, & pro potentia actiua causatiua respectu possibilis, prout possibile idē est quod causabile, & vniuersaliter pro potētia actiua respectu cuiuscunq; creabilis; & hoc intelligēdo vel mediatè, vel immediatè; est verum demonstrabile in se,

demonstratione propter quid: & istud verum est demonstrabile viatori, stante simpliciter statu viæ: at istud non potest demonstrari viatori ex notis sibi naturaliter, & de lege communi. *Quodl.* Q.7.§. *De secundo*. ✠. *De demonstratione propter quid*. C.4

Deum esse omnipotentem, omnipotentia respiciente immediatè quodcunque possibile, licet sit verum: non tamen est nobis demonstrabile demonstratione *quia.ibidem*. ✠. *De demonstratione quia*.

Deum esse omnipotentem, omnipotentia, immediatè, vel mediatè, quodcunque possibile respiciente, potest demonstrari à viatore, demonstratione *quia*. *ibidem*.

Deus est omnipotens, omnipotentia respiciente quodcunque possibile, atque creabile immediatè, vel mediatè: istud verum ex terminis suis habet, quod posset demonstrari *propter quid* per aliud verum prius, quia verum illud, quod ex terminis suis est necessarium, & mediatum, ex terminis etiam habet quod in se sit demonstrabile *propter quid*: tale verum est istud *Deus est omnipotens, vtroque modo intelligendo omnipotentiam.ibidem*. §. *Prima conclusio*. D. 5.

Deus est omnipotens vtroque modo: istud verum est, verum necessarium mediatum, quia si esset distinctio realis inter naturam, intellectum, voluntatem, & potentiam ad extrà in diuinis, esset talis ordo realis, quòd quià natura habet talem intellectum, & talem voluntatem, ideò est sic potens respectu talium ad extrà, ergo qualitercunque est hæc distinctio [siue realis, siuè rationis] semper est ordo cognoscibilitatis talis, quòd quià natura diuina habet talem intellectum, & talem voluntatem, ideo habet talem potentiam, quæ est omnipotentia; nam qualis est ordo realis inter aliqua distincta realiter, talis est ordo cognoscibilitatis inter eadem, qualitercunque distincta, in *esse* cognoscibili: patet ergo quod hoc verum necessarium habet medium, & quod medium, quia intellectum, vel voluntatem, vel vtrumque, *ibidem*.

Deum esse omnipotentem immediatè (tam immediatione excludente causam actiuam mediam, quàm immediatione excludente effectum) negarent non solùm Philosophi, sed etiam Theologi; quia non conceditur Deum posse causare relationem, nisi prius, vel duratione, vel natura, causando fundamentum, & ità non potest in quemcunque effectum immediatè sic, quod nullo effectu quasi medio priùs naturaliter causato *ibidem*. ∬. *De primo sic*. L.15.

Deum sic esse omnipotentem, quod, sine quocunque alio Agente, possit causare omne causabile, tenendum est, secundùm communem sententiam Theologorum, iuxta illud Gen.1. *In principio Deus creauit cælum, & terram*: nec tamen istud potest demonstrari demonstratione *quia*. *ibidem*.§. *De tertio*. M.19.

Deum sic esse omnipotentem, quod, sine quocunque alio Agente &c. quod non potest demonstrari demonstratione *quia*, probatur auctoritate; quia Phylosophi ad notitiam talium verorum, scilicet possibilium, demonstratione *quia* deuenire potuerunt; non autem ad notitiam huius veri, imò eius oppositum senserunt, quod non est verisimile de aliquo demonstrabili demonstratione *quia ibidem*. ∬. *Secundum scilicet*. N.21.

Deum habere omnipotentiam respectu cuiuscunque causabilis licèt sit verum: non tamen est nobis demonstrabile demonstratione *quia.ibid*.§. *Sed licet*. ✠. *Ad quartum* S.26.

Deum esse omnipotentem immediatè, vel mediatè, hoc est quod possit causare quodcunque causabile, vel immediatè, vel per aliquod medium, quod subsit causalitati eius, demonstrabile est viatori demonstratione *quia*: hæc conclusio probatur ex hoc, quod necesse est statum esse in causis efficientibus. *ibidem*. §. *Quinta conclusio*. T. 27.

Deum ex hoc, quod sit infinitæ potentiæ. Aristol.8. Physic. Tex.28.29.& 12. Meta. Tex.41. concludit non posse esse in magnitudine, nec habere magnitudinem, quia nec infinitam, cum nulla talis sit; nec finitam, quià quæcunque potentia in magnitudine finita posset aliqua esse maior; intelligit ergo in antecedente talem infinitatem potentiæ, cum qua, secundùm intentionem eius, non posset stare oppositum consequens, scilicet habere magnitudinem, vel esse in magnitudine secundùm intentionem eius, cum manifestum sit cælum habere magnitudinem; & tamen, secundum ipsum 9. Meta. Tex.17. & 1. Cæl. & Mundo Tex.12. & in multis alijs locis, omne sempiternum est formaliter necessarium, & ità si est actiuum habet potentiam actiuam infinitam secundùm durationem; ergo in antecedente non tantùm intelligit ille de potentia infinita duratione, sed de aliqua alia, quæ repugnat magnitudini: illa autem non est, nisi infinitas intẽsiua. *ibid*.§. *Contra dupliciter*. I.29.

Deo tenendum est quodlibet esse possibile, quod nec est ex terminis manifestum impossibile, nec eo impossibilitas, vel contradictio euidenter concluditur. 4.D.10.Q.2.§. *Alius sic arguit*. ✠. *Contra istam opinionem*. B.5. & §. *Dico ergo*. F.11.

Deus potest facere immediatè quicquid potest facere per causam secundam. *ibid*.§. *Dico ergo*. ✠. *Ad primã dico* K.14.

Deus quidquid nõ potest facere in vno die: *vel sic*, Quicquid non potest fieri à Deo in vno die, quia includit contradictionem, hoc nõ potest fieri in infinito præterito, si fuisset, propter eamdem rationem; in ista enim die sunt infinita instantia, imò in vna hora vnius diei, in quorum quolibet posset creare animam, sicut in vno die totius temporis infiniti si esset. 2.D.1. Q.3.§. *Tenentes autem primam opinionem*. ✠. *Ad aliud de infinitis*. I.20.

Deus agere potens secundùm leges rectas, vt præfixæ sunt ab eo, dicitur agere secundùm potentiam ordinatam: vt autem potest agere multa, quæ non sunt secundùm istas leges iam præfixas, sed præter illas, dicitur eius potentia absoluta, quià multa alia potest agere ordinatè: & multa alia posse fieri ordinatè ab illis, quæ fiunt conformiter illis legibus, non includit contradictionem. 1. D.44. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. ✠. *Sed quando*. C.2.

Deus non solùm potest aliter agere, quàm modo ordinatum est ordine particulari; sed etiam aliter, quàm ordinatum est ordine vniuersali, siue secundùm leges iustitiæ potest ordinatè agere, quià tàm illa, quæ sunt præter illum ordinem, quàm illa, quæ sunt contra illũ ordinem, possunt à Deo ordinatè fieri, potentia absoluta. *ibid*. ✠. *Aduertendum*. E.3.

Deus si faceret alio modo res, quàm modo ordinatum est eas fieri, non propter hoc inordinatè fierent, quia si statueret alias leges, secundùm quas fierent, eo ipso ordinatè fierent. *ibidem*. *Ad primum*. F.4.

Deus omnipotens non est impotens, nec impeditus, nec mutabilis, in ordine ad ponendum effectum. 1. D.46. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. A.2.

Deus si voluntariè non agit in aliquo instanti, non necessariò propter hoc oportet eum expectare tempus, vt in instanti determinato illius temporis agat: sed potest agere in tempore, in cuius primo instanti egit: verum est igitur quod Deus potest agere in instanti quicquid immediatè agit, sed non est necesse ipsum agere in instanti. 3.D.3.Qu. 1.§. *Contra secundum*. ✠. *Ad primum*. B.12.

Deus & si possit producere formam in instanti: tamen si nõ induceret in instanti, potest inducere totam in tempore, ita quòd non partes ante partes: posse enim agere in tempore non est imperfectionis in Agente, licet necessitas agẽdi in tẽpore sit imperfectionis. *ibi*. ✠. *Sed quare*. B.C.13.

Deo non inest, *siue* In Deo nõ est potẽtia practicans alia, nisi voluntas. Prolog. Q.4.§. *Si quæris*. ✠. *Probabilia tamẽ*. Y.40.

Deus perfectus.

Deo, *siue* In diuinis nihil imperfectionis est ponendum; sed totum perfectionis. 1.D.5.Q.2.§. *Ideo tenendo*. ✠. *Ad propositum*. E.F. 12.

Deus est perfectus omni perfectione simpliciter, ex se, & ex natura sua, & non ex aliquo respectu ad creaturam. 1.D.43. Q. *Vnica*. ∬. *Hic dicitur*. ✠. *Tertio similiter*. C.4.

Deus non ideo non potest perfectiones omnium rerum habere formaliter: *vel sic* Non ex eo, quòd Deus perfectiones omnium virtualiter habet, & modo eminentiori, ideò nõ potest eas habere formaliter, sed ex eo, quod est essentia simplicissima, in qua non potest esse cõpositio rei, & rei; vel quia perfectio Dei est infinita, ideo non potest recipere aliam, & aliam rem. 2.D.25.Q *Vnica*. ∬. *Ad primam rationem*. ✠. *Respondeo de talibus*. H.15.

Deo repugnat esse album, propter perfectionem simpliciter, quæ repugnat toti generi coloris; imò toti generi qualitatis; imò toti generi entis causati. *Quodl*. Q.3 §. *Respondeo ad primum*. ✠. *Respondeo imperfectio*. T.20.

Deo nihil ponitur ex natura rei competere: *vel sic* Nihil

Deus perfectus.

Nihil ponitur in diuinis, ex natura, qui in sibi præcisissimè consideraio, repugnet quæcunque imperfectio, alioquin præcisè, quantum est de se, possibile esset aliquam imperfectionem sibi competere, & ita posito, quòd illa imperfectio competeret, adhuc ipsa posset manere ipsa, & si ipsamet manet, est intrinseca Deo, igitur possibile esset aliquam imperfectionem esse intrinseeam Deo. *Quodl.* Q.19. §. *De secundo articulo.* ℣. *Primo sic.* D.4.

Deus bonus.

Deo sicut inest, *vel* Sicut in Deo est vna maiestas, ita est vna bonitas. 1.D.1.Q.2. *In quinto ad oppositum.* n.1.

Deus est ipsum summum bonum, quod de se singularitas quædam est. 2.D.3.Q.9.§. *Dico igitur.* M.14.

Deus non est bonum secundum aliquem gradum determinatum, sed absolutè bonum participabile ab omnibus gradibus: & licèt August. inuadicat de hoc bono, & illo bono, fortè singularibus bonis, quæ occurrunt animæ, *tolle hoc, & tolle illud, & vide ipsum bonum, si potest* &c.: non tamen intelligit hic, nisi quia ista bona particularia includunt limitationem, qua limitatione remota, & ablata, statur in illimitatione boni in communi: & in hoc intelligitur Deus in vniuersali, vt dictum fuit in primo D. 3. Vel vlterius statur in bono vniuersalissimo secundum perfectionem, & tunc intelligitur Deus in particulari, & illud bonum non est hoc, nec illud per ablationem gradus boni limitantis. *ibidem.* ℣. *Secundo modo.*

Deus, & creatura licèt sint plura bona: tamen non excedũt Deum in bonitate, quia quodlibet illorum plurium non est æquè bonum cum vno illorum, [nam creatura non est æquè bonum cum Deo] & inde est, quòd bonitas cuiuscunque illorum, alterius ab illo vno, eminenter continetur in illo vno, & ideò ipsum cum illo bono acceptum non auget, neque excessum facit supra illud bonum in se: oppositum est de duobus bonis infinitis, quia ibi vnum bonum non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti. *Quodl.* Q.5.§. *Prima ratio.* ℣. *Non valet.* G.8.

Deus vt cognoscibilis.

Deus solus est sibi soli naturaliter notus. Prolog. Q.3. ∬. *Ex dictis patet.* ℣. *Secundo sic.* F.7.

Deus consideratur in Metaphysica, quantum possibile est ipsum considerari in scientijs acquisitis. *Prolog.* Qu.4. *Ad tertium principale primæ quæstionis.* Bb.41.

Deũ, vt trinus est, ex puris naturalibus, non cognoscet homo, licèt possibile sit concludi ex illis naturalibus, esse vnum summũ bonũ. 1.D.1.Q.2.§. *De primo.* ℣. *Et confirmatur.* A.2.

Deum esse, quantum ad conceptum perfectissimum conceptibilem, vel possibilem nobis haberi de Deo, probatum est. 1.D.2.Q.2. ∬. *Ex prædictis.* ℣. *Iuxta primam.* Cc.34.

Dei substantiam qui concipit, concipit eam, vt indiuisibilem, & inalterabilem, quæ nullo modo potest aliter, & aliter se habere. 2.D.17.Q.1.§. *Hic error.* n.2.

Deus quod possit cognosci negatiuè, non affirmatiuè, non est distinguendum, quia negatio non cognoscitur, nisi per affirmationem 2. Perhierm. in fine: & 4. Meta. Tex. 2. & 16. 1.D.3.Q.1.2.§. *In prima quæstione.* n.1.2.

Deus cognoscibilis.

Deus quantumcunq; procederetur in infinitũ in negationibus, vel non intelligeretur magis, quã nihil, vel stabitur in aliquo cõceptu affirmatiuo, qui est primus. *ibi.* ℣. *Cõfirmat.*

Deus, cum quæritur, *vtrum sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu viatoris?* non est distinguendum de cognitione *si est*, & *quia est*; quia in proposito quæro conceptum simplicem, de quo cognoscatur *esse* per actum intellectus componentis, & diuidentis; nunquam enim cognosco de aliquo *si est*, nisi habeam aliquem conceptum illius extremi, de quo cognosco *esse*: & de isto quæritur hic. *ibidem.* ℣. *Nec est distinguendum.* n.2.

Deus cum quæritur, vt supra, non oportet distinguere de si est, vt est quæstio de veritate propositionis, vel vt est quæstio de esse Dei, quia si potest esse quæstio de veritate propositionis, in qua esse tanquam prædicatum quæritur de subiecto ad concipiendum veritatem illius quæstionis, oportet præconcipere terminos illius quæstionis; & de cõceptu simplici illius subiecti, si est possibilis naturaliter, nunc est quæstio. *ibidem.* ℣. *Nec oportet.* n.3.

Deus cùm quæritur &c. Non valet distinguere de conceptu naturali, & supernaturali, quia quæritur de naturali: nec valet distinguere de naturali, loquẽdo de natura absolutè, vel de natura pro statu isto, quia quæritur præcisè pro statu isto: nec valet distinguere de cognitione Dei in creatura, vel in se, quia si cognitio habeatur per creaturam, ita quòd cognitio discursiua incipiat à creatura, quæro, in quo termino sistitur ista cognitio? Si in Deo in se, habeo propositũ, quia illum conceptũ Dei in se quæro: Si nõ sistit in Deo in se, sed in creatura, tunc erit terminus, & principium discursus, & ita nulla notitia habetur de Deo. *ibidem.*

Deus cum quæritur &c. Mens quæstionis est ista: Vtrum aliquem conceptum simplicem possit intellectus viatoris naturaliter habere, in quo conceptu simplici concipiatur Deus? *ibidem.* ℣. *Est igitur.*

Deus quomodo à Viatore potest naturaliter cognosci in sententia aliquorum? *ibidem.* §. *Ad hoc dicit.* & §. *Quoad secundam quæstionem.* n.4.

Dei non tantùm potest haberi conceptus naturaliter: *vel sic*, Non tantùm haberi potest conceptus naturaliter, in quo quasi per accidens concipitur Deus putà in aliquo attributo, sed etiam aliquis conceptus, in quo per se, & quidditatiuè concipiatur Deus. *ibidem.* ∬. *Respondeo aliter.* ℣. *Dico primo.* A.5.

Deus potest dici, quòd non tantùm in concepto analogo concepto creaturæ concipitur, sed in conceptu aliquo vniuoco sibi, & creaturæ. *ibidem.* §. *Secundo non asserendo.* & Q.3.§. *Quantum ad secundum.* ℣. *Secundam rationem* I.9.

Deus non cognoscitur naturaliter à viatore in particulari, & propriè, hoc est, sub ratione huius essentiæ, vt hæc, & in se. *ibidem.* §. *Tertia dico.* D.16.

Dei ad multos proprios conceptos: *vel sic*, Ad multos conceptos proprios de Deo possumus peruenire, qui non conueniunt creaturis, cuiusmodi sunt conceptus omnium perfectionum simpliciter in summo: Et perfectissimus cõceptus, in quo quasi in quadam descriptione, perfectissimè cognoscimus Deum, & concipiendo omnes perfectiones simpliciter, & in summo: tamen conceptus perfectior, & simplicior nobis possibilis, est conceptus entis simpliciter infiniti, iste enim est simplicior, quàm conceptus entis boni, vel entis veri, vel aliquorum similium, quia infinitum non est quasi attributum, vel passio entis, siue eius, de quo dicitur, sed dicit modum intrinsecum illius entitatis. *ibidem.* §. *Quarto dico.* E.17.

Dei cognoscibilia, *siue* Quæ cognoscũtur de Deo, cognoscũtur per species creaturarum. *ibidem.* §. *Quinto dico.* F.18.

Deus, loquendo de ordine perfectionis, simpliciter est perfectissimum cognoscibile à nobis, etiam naturaliter: *vel sic*, Loquendo de ordine perfectionis simpliciter, dico quòd perfectissimum cognoscibile à nobis, etiam naturaliter est Deus. *ibidem.* §. *Nunc de ordine.* T.29.

Deus, vt hæc essentia, non cognoscitur naturaliter à nobis, quia sub ratione talis cognoscibilis est obiectum voluntarium, & non naturale, nisi respectu sui intellectus tantùm; & ideò à nullo intellectu creato potest ratione huius essentiæ, vt hæc, naturaliter cognosci; nec aliqua essentia naturaliter cognoscibilis à nobis ostendit sufficienter hanc essentiam, vt hæc, nec per similitudinem vniuocationis, nec imitationis: vniuocatio enim nõ est, nisi generalibus rationibus: imitatio etiã deficit, quia creaturæ eũ imperfectè imitantur. *ibid.* §. *Tertio dico.* ℣. *Est igitur alia.* D.16.

Deus est primum cognitum, hoc est perfectissimum, sed non primum adæquatum. *ibidem.* *Ad tertium principale secundæ quæstionis.* X.30.

Deus propter virtualitatem, quia scilicèt virtualiter cõtinet omnia in se, non erit obiectũ primũ adæquatũ intellectui nostro. 1.D.3.Q.3.§. *Contra istam opinionem.* ℣. *Præterea, certum.* D.5.

Dei conceptus proprius, siue conceptus absolutus proprius Deo non posset causari naturaliter in intellectu nostro, si non detur aliquis conceptus communis vniuocus Deo, & creaturæ. 1.D.8.Q.3.§. *Contra istã position.* ℣. *Vna quia.* n.4.

Deum cognoscendi tres gradus, scilicet per eminentiam, per causalitatẽ, & per abnegationẽ ponit Dionys. de Diuinis nominibus: quando igitur in tertio gradu peruenitur ad istã cognitionẽ per remotionẽ, quæro, an præcisè cognoscatur ibi illa negatio, & tũc nõ plus cognoscitur Deus, quã chimæra, quia illa negatio est communis enti, & non en-

Deus cognoscibilis,

ti: aut etiam ibi cognoscitur aliquid positioum, cui attribuitur illa negatio: & tunc de illo positiuo quaro quomodo conceptus eius habetur in intellectu: si enim non habetur in intellectu per viam causalitatis, & eminentiæ aliqnis conceptus priùs causatus in intellectu, nihil omnino positiuum cognoscetur, cui attribuatur ista negatio. *ibidem*. ℣. *Hæc est*. n.9.

Deum considerando, sub ratione causæ ex creaturis, bene cognoscitur proportionaliter: sed hoc modo non cognoscitur aliqua perfectio de Deo, quæ est in creatura formaliter, sed causaliter, scilicet, quòd Deus sit causa totalis perfectionis. *ibidem*. §. *Respondetur*. ℣. *Hoc non*. n. 10.

Deus est per se obiectum alicuius scientiæ, & ita de ipso potest haberi notitia distinctissima abstractiua, citra intuitiuam; de quocunque enim obiecto scientiæ potest haberi cognitio simpliciter distinctissima abstractiua, extra intuitiuam, & per consequens eum sola intuitiua sit beatifica, & ponat extra statum viæ, potest haberi notitia distinctissima citra intuitiuam de Deo, stante statu viæ. Quodl. Q.7. §. *Secunda conclusio*. ℣. *Exemplo sic*. G.8.

Deus potest cognosci, & diligi, hic immediatè, tamen in cõmuni, & cõfusè. 4. D.49. Q.12. *Ad quintum principale*. G.8.

Deus, vt patet ex Aug. 8. Trinit. 3. non solùm potest cognosci in quasi confuso conceptu boni, sed in conceptu quodammodo proprio, si intelligatur bonum per essentiam, vel bonum summum: vnde ait infertùs, *Si poteris sine illis, quæ participatiuè bona sunt, percipere ipsum bonum, cuius participatione sunt bona*, perspexeris Deum. *Quodl*. Qu.14. §. *De primo*. ℣. *Primo igitur*. C. 3.

Deus, & *trinus*; istorum terminorum qualem cognitionem potest anima habere pro hoc statu, declaratur sic; Quodcunque transcendens per abstractionem à creatura cognita potest in sua indifferentia intelligi, & tunc concipitur Deus quasi confusè, sicut animali intellecto, homo intelligitur: sed si tale transcendens in communi intelligitur sub ratione alicuius specialioris perfectionis, puta summum, vel primum, vel infinitum, iam habetur conceptus sic de Deo proprius, quod nulli alij conuenit. Consimiliter abstrahendo à numero propriè accepto, qui scilicet est quãtitas discreta, rationem propriæ discretionis; haberi potest conceptus eius, quod est *Trinitas*: Et ad istum modũ acquirendi cognitionem simplicem istorum terminorum *Trinus*, & *vnus* sufficit natura animæ, etiam in hoc statu. *ibidem*. ℣. *Breuiter dico*. E. 3.

Deus incomprehensibilis.

Deum nullus intellectus creatus, & si videat quodcunque visibile ex parte Dei, potest comprehendere, quia non est commensuratio hinc inde; nullus enim talis intellectus potest habere tantam intellectualitatem, neque in actu primo, neque in actu secundo, quanta est intellegibilitas Dei, vt obiecti. 3. D.14. Q.2. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. ℣. *Et tunc*. F. 7.

Deus per *intelligere*, vt *intelligere* comprehendit essentiam suam, vt obiectum beatificum sub ratione, qua talis, est in Deo ex natura rei. *Quodl*. Q.1. §. *De altero*. ℣. *Quarta ratio*. L. 13.

Deum cognoscens sub ratione infinitatis intensiuæ, non propter hoc comprehendit ipsum, ergo multò magis cognoscens infinita possibilia, quæ relucent in eo, siue eius infinitos effectus, non comprehendit eum. 3. D.14. Qu.2. §. *Contra rationem*. G. 10.

Deus immensus.

Deus est illimitatus secundùm præsentiam, quia est præsens omnibus locis: vnde non sequitur: si ego sum cum Deo hic, & Papa sit cum Deo Romæ, ergo ego sum simul cum Papa. 1. D.13. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. Q.21.

Deum esse præsentem vbique secundùm potentiam, non infert ipsum esse vbique secundùm essentiam, & sic omnipotentia non infert immensitatem. 1. D.37. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. ℣. *Ex his* A. 3.

Deus, non vt alicubi præsens secundùm essentiam, antequã produceret mundum, fuit potens facere mundũ: sicut igitur ibi præsentia immẽsitatis non præexigebatur præsẽtiæ essentiæ suæ, vt potẽtia est, imò potẽtia priùs habuit terminum suum, quàm esset præsentia secundùm essentiam, ita videtur modò, quòd non oportet præintelligere Deum in aliqua parte vniuersi, vt ibi aliquid causet, sed magis quasi è conuerso priùs sit ibi secundùm potentiam, vt ibi aliquid causet; & tunc, licèt per impossibile, non esset ibi priùs secundùm essentiam, posset tamen ibi causare. *ibidem*. ℣. *Confirmatur*, C.4.

Deus potest causare aliquid extra vniuersum, & tamen ibi non est secundùm essentiam. *ibidem*. *In argumento in oppos*. n.1.

Deus per immensitatem sui non coexistit alicui in loco, nisi quod est in illo loco, licèt possit causare locum extra vniuersum, & tunc per immensitatem suam coexisteret illi. 1. D.39. Q.1.2.3. &c. §. *Contra istud*. B.9.

Deo minus videtur conuenire: *vel sic*, Minùs videtur de Deo, quod oporteat ipsum esse præsentem ei, in quod agat per præsentiam, siue per essentiam, quàm Angelus. 2. D. 2. Q.5.6. §. *Alij autem*. ℣. *Contra conclusionem*. n.3.

Deus non distat à se; tamen distant inter se illa, quæ cum illo sunt hic, & Romæ. 2. D.2. Q.7. *Ad primum principale*. C.2.

Deus, ex sua immensitate, necessariò est vbique, quia nullum potest esse *vbi*, in quo non sit, secundùm potentiam, præsentiam, & essentiam; & sic impossibile est aliud à Deo esse vbique; sed non est inconueniens aliquid aliud à Deo, per eius potentiam, esse in quocunque vbi; nec per hoc debet dici esse propriè vbique, sicut Deus, quia non est immensum. 4 D.10. Q.2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad primam*. K.15.

Deus immutabilis.

Deus dicitur simpliciter immutabilis omni immutatione, siue substantiali, siue accidentali. 1. D.8. Q.5. §. *Huius exclusiuæ*. ℣. *Probatur etiam*. A.2.

Deus solus est immutabilis: & nihil aliud à Deo est immutabile, loquendo de mutatione, quæ est versio, quia nihil aliud est formaliter necessarium; quodlibet enim aliud est mutabile subiectiuè, nisi propter imperfectionem negatiuam, puta vltimum accidens, quod nullius perfectionis est capax. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. Y.22.

Deus simplex.

Deus est verè, & summè simplex Aug. 6. de Trinit. cap. 6. vel 22. 1. D.8. Q.1. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Deus non est compositus ex materia, & forma, quia si esset compositus ex materia, & forma, non esset primum efficiens, *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Primum sic*. B.2.

Deus quia non est materialis, nec quantus, ideò non est capax accidentis alicuius materialis conuenientis rei materiali, sicut est qualitas rei materialis; ergo tantùm est capax illorum, quæ conueniunt spiritualibus, puta intellectionis, & volitionis, & habituum illis correspondentium; sed tales non possunt esse accidentia illi naturæ, quia *intelligere* eius, & *velle* sunt substantia eius, & habitus, & potentia. *ibidem*. ℣. *Tertia conclusio*. F.4.

Deus non est componibilis, quia omne componibile potest esse pars alicuius totius compositi, quod est ex ipso, & alio componibili: omne autem pars potest excedi: contra rationem autem infiniti est posse excedi; ergo infinitum non est componibile; sed Deus est infinitus, ergo Deus non est componibilis. *ibidem*. §. *Secundo probo*. ℣ *Secundò ostendo*. F.5.

Deus, quia est perfectè simplex, ideò non potest mutari ad aliquam formam, quæ in ipso recipiatur. 1. D.8. Q.5. §. *Huius exclusiuè*. ℣. *Probatur etiam*. A.2.

Deus, quia perfectè simplex est, nihil continet, quod non sit ipsum secundùm Aug. 11. Ciuit. cap. 10. *Deus simplex est, quia hoc est, quod habet*, 1. D.30. Q.1.2. §. *Ad secundam quæstionem*. M.14.

Dei cum simplicitate stat, quod aliquis sit conceptus communis sibi, & creaturæ, non tamen communis, vt generis. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem*, F.16.

Deus quo ad genus, speciem &c.

Deo propriè non inest, *siue*, Non est in diuinis propriè genus, nec species, nec differentia specifica. 1. D.7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta igitur*. P.13.

Deum non dicimus formaliter lapidem, sed formaliter sapientem: & tamen si præcisè consideretur attributio conceptus ad conceptum, ita potest formaliter lapis attribui ad aliquid in Deo, vt ad ideam, sicut sapientia, 1. D.8. Q.3.

Deus quo ad genus, speciem &c.

Q.3. §. *Contra istam positionem*. ¥. *Confirmatur etiam*. n.5.
Deum, opinio aliquorum, poni in genere, & habet pro se auctoritatem Damasceni in Elucidario cap.8. *substantium &c.* Item Boetij in libello suo de Trinit. vbi videtur dicere, quod duo genera manent in diuinis &c. & alia a rationes. *ibidem*. §. *Alia est opinio*. E.P.15. *impugnatur ibidem*. §. *Teneo opinionem*.
Deum abusiuè substantiam vocari manifestum est. Aug.7. Trinit. c.2. vel 32. ratio sua ibi est, *quia substantia dicitur, quod subsistat accidentibus; absurdum verò est, quod Deus alicui accidenti subsistet*. Non enim intelligit quod ratio substantiæ sit substare accidentibus, vt substantia est genus, quia præmisit ibi quod absurdum est quod substantia relatiuè dicatur; sed substantia, vt est genus, est limitata: omnis autem substantia limitata capax est accidentis; ergo substantia quæcunque, quæ est in genere, potest substare alicui accidenti, Deus non; ergo, &c. *ibidem*. ¥. *Secundum partem*. F.16.
Deus quod non est in genere arguit Aui.8. Meta. cap.4. quia genus est pars: Deus autem simplex est, non habens partem, & partem; ergo Deus non est in genere. *ibidem* ¥. *Bene arguit*.
Deo, & creaturæ quidquid est commune: *vel sic*, Quidquid dicitur communiter de Deo, & creatura est indifferens ad finitum, & infinitum, loquendo de essentialibus: vel saltem ad finitum, & non finitum, loquendo de quibuscunque, quia relatio diuina nec est finita, nec infinita, nullum autem genus potest esse indifferens ad finitum, & infinitum; ergo. *ibidem*. G.16. & ¥. *Alij probant*. O.20
Deo, & creaturæ quæcunque sunt communia, sunt talia, quæ conueniunt enti, vt est indifferens ad finitum, & infinitum; vt enim conueniunt Deo, sunt infinita; vt creaturæ sunt finita; ergo illa per priua conueniunt enti quàm eius diuidatur in decem genera, & per consequens quodcunque tale est transcendens, & extrà omne genus. *ibidem*. ¥. *Respondeo quod ens*. N.18.
Deum non esse in genere, probant aliqui, quia continet in se perfectiones omnium generum. *ibidem*. §. *Alij probant*. O.20. *Impugnatur ibidem*. ¥. *Sed istud*.
Deo nulla differentia de genere quantitatis conuenit, nec aliqua passio illius generis, sed passio transcendens. 1.D. 19.Q.1. *Ad primum principale*. ¥. *Tertia ratio*. H.7.
Deo sicut nullum genus, nec aliquid alicuius generis formaliter conuenit: *vel sic*, Sicut nullum genus, nec aliquid alicuius generis dicitur de Deo formaliter, ita nec passio alicuius generis. *ibidem*. §. *De tertio*. D.4.
Deus non habet aliquam differentiam specificam. 1.D.31. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad tertiam*. ¥. *Consimiliter*. D.5.
Deum, licet Damasc. multa verba dicat in diuersis locis, quæ videntur dicere esse in genere; vnum tamen verbum, quod dicit in elementario cap.8. soluit omnia. 1. D.8.Q.3. *Ad primum pro secunda opinione*. T.24.
Deo, *id est*, In Deo, *sine*, In diuinis quòd duo genera manent, nunquam inuenitur in libello Boetij de Trinitate; nec, breuiter, genera; nec differentiæ generum; nec etiam modi eorum; nec rationes eorum manent ibi. *ibidem*. ¥. *Ad Boetium*, idem dicitur de Auerroe quatenus non habuit intentionem Aristotelis.

Deus nominabilis.

Deus sicut intelligitur à nobis, ita potest & à nobis nominari, secundum vnam opinionem. 1. D.22. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. n.1. *Impugnatur ibidem*. §. *Sed contra*.
Deus solus, secundum aliquos, nomen sibi proprium vocale potest imponere, quatenus est immensus; quia vnitas, seu veritas Diuinæ Essentiæ nota est ipsi Deo soli, quoad rationem entitatis suæ: Beati verò cognoscent illam essentiam in se, ergo aliquo verbo, vt signo illius essentiæ sub propria ratione, possunt ipsi Deum nominare: Viator autem non potest Deum nominare, nec vt Deus secundum propriam rationem immensitatis; nec vt beati secundum propriam rationem essentiæ, ita quod signum imposit um illi essentiæ primò, vel secundo modo posset eos ducere ad aliquam diuinæ essentiæ notitiam: Intellectus tamen viatoris aliquo modo potest concipere Deum, ergo proportionaliter nominare &c. Et tandem infert hæc opinio vlterius, quod hoc nomen *Deus*, ex impositione sua, signat quod est perfectionis simpliciter quasi in summa, & in generali respectu aliorum nominum, quæ quasi particulariter exprimunt aliquid; quod rationem dignitatis habet in Deo &c. *ibidem*. Q.2. *Additionali*. §. *Hic est opinio*. A.3. *Hæc dicta examinantur*. *ibidem*. §. *De ratione*. n.4.
Deum verisimile est nominari nomine significante hanc essentiam, & hoc fuit illud nomen sit impositum ab ipso Deo, vel ab Angelo cognoscente ipsum Deum, vel à viatore: verisimile enim est quòd multa nomina sint in Sacra Scriptura, distinctè illam essentiam significantia, sicut Iudæi dicunt de nomine Dei, quod vocant tetragrammaton: & videtur Deus dicere Exod 3. *Hæc dices filijs Israel, qui est, misit me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum*. 1. D.22. Q. *Vnica aliàs* 1. §. *Potest dici*. ¥. *Breuiter igitur*. A.3.
Deus est nominabilis à viatore nomine significante propriam essentiam, vt est hæc essentia; quia viator potest vti illo signo, & intendere exprimere significatum illius signi, siue ipse imposuerit illud signum, siue alius quicunque, qui cognouit significatum; & tali etiam signo potest viator vti tanquam nomine, licèt non potuerit illud imponere tanquam signum. *ibidem*. ¥. *Est ergo*. B.4.
Deus potest quocunque nomine nominari ab intellectu finito; imò plus non potest Deus se nominare aliquo nomine, excedente nomen, quo nominabilis est à Beato; quanrumcunque comprehensio Dei excedit apprehensionem Beati. *ibidem*. Q. *Vnica additionali*. alias 2. §. *De ratione*. ¥. *Secundo quia*. C.5.
Deum possibile est simpliciter nomine proprio nominari imperfectè, secundùm tres gradus; primò scilicet vtendo nomine, vt re naturali, vt auis edocta: secundò vt signo ad placitum, cùm tamen Dei nullum conceptum habeat, vt ens, nisi in hoc vniuersalissimo, quod est aliquid significatum hoc nomine: tertiò vtendo nomine aliquo Dei, cuius tamen conceptum tantùm vniuersalem habet, intendit tamen illud exprimere, vt significatur per nomen, licèt eum sic in particulari non concipiat. *ibidem*. §. *His præmissis*. C.8.
Deum non est possibile nominari à viatore nomine proprio perfectè, itaut viator illo nomine, vt signo expressiuo proprij conceptus Dei in particulari, & ipse concipiat illum conceptum. *ibidem*.

Deus non odibilis.

Deus non potest odiri ab aliqua volunrate: formaliter non potest Deus odiri. 2.D.43.Q.1. §. *Resp*. ¥. *Dicotamen*. D.5.
Dei nulla ignorantia, etiam infidelitas, potest esse ita odibilis, sicut odium Dei, si posset voluntati inesse. 4.D.49.Q. 4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ¥. *Praterea in bonis*. N.17.

Deus quo ad diligi.

Deum non diligere est vituperabile, & peccatum, quando scilicet potest haberi potentia propinqua, quia actu intelligens Deum, & nullo modo diligens, peccat. 4.D.49.Q. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ¥. *Præterea in bonis*. N.17.
Deum in se esse bonum, non desiderando illud mihi, possum remissè velle. 3. D.26.Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ¥. *Præterea, sine tali*. G.17.
Deus summè diligit se, & summè beatus est; & tamen in hoc non desiderat formaliter se esse bonum alijs amanti; nec oportet potentiam liberè agentem necessariò agere quantum potest. *ibidem*.
Deus, inquantum obiectum beatificum, non est obiectum principale charitatis, dicendo, quòd *esse* beatificum obiecti sit respectus aptitudinalis, quo natus est beatificare, quia aptitudo non est ratio terminandi actum perfectum perfectè, nisi ratione naturæ, cuius est aptitudo talis: nec etiam est sic obiectum eius, si dicatur quòd obiectum beatificum est respectus actualis, quo actu beatificat; quia illa relatio, quæ est in obiecto, inquantù actu beatificat, sequitur actù. 3.D.27.Q. *Vn*. §. *Contra primum*. ¥. *Præterea*, 6.B.5.
Deus, inquantum includit vtrumque hoc, prout scilicet est quoddam bonum infinitum in se, cuius amans est quædam participatio (sicut finitum est quædam participatio infiniti) quia poneretur, quod non sufficit sola bonitas infinita in se, vt summè diligatur, sed oportet concurrere quod sit bonum huius, inquantù participatur ab illo, non est obiectù principale charitatis, quia eiusdem actus non videtur duplex formalis ratio obiectiua. *ibid* ¥. *Contra tertium*. B.6.

Deperditio.

Deperditio paulatiua partium, secundom speciem, est causa corruptionis corporis humani, secundum aliquos; & de ista corruptione dicunt qood non fuisset homo in stato innocentiæ corruptus, quia deperditio paulatiua fuisset restaurata per esum fructus ligni vitæ: quod probatur per illud Gen. 2. *Ne fortè sumat de fructu ligni vitæ & viuat in æternum.* 2. D 19. Q. *Vnica. §. Concedo*, A. 4. *Impugnatur, ibidem.* ℣. *Sed contra*.

Depositio.

Depositio est maxima pœna canonica inflicta clerico; quia totalis amotio à statu clericali: Et si degradatio sit amotio ab omni gradu clericali, tunc idem est depositio, & degradatio: si autem degradatio sit depositio tantùm à determinato gradu, reseruato tamen gradu alio, sicut à Sacerdotij gradu, remanet gradus clericalis; tunc degradatio est quædam partialis pœna respectu depositionis. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione.* ℣. *Prima scilicet.* B. 4.

Depositionis pœna nunquam infligitur à iure, sed præcisè infligenda est à iudice: forma autem secundùm quam infligenda est, habetur, Extrà de pœnis, cap. Degradatio; & est in 6. libro: causæ autem, propter quas infligenda est, sunt peccata enormia, vtpote hæresis schisma, reuelatio confessionis: De primo, Extra de hæreticis. cap. Ad abolendum, De secundo, Extra de schismaticis cap. Ad scindendos in 6. libro. De tertio, Extra de pœnitentia & remissione. Omnis vtriusque sexus. *ibidem.* ℣. *Ista pæna & Respondeo nunquam.* B. 4.

Depositionis pœna non tollitor, nisi per restitutionem in integrum ab eo, qui potest restituere, (qui ponitur solos Papa) quamuis legitimè depositus non legatur postea restitutus, *ibidem.* ℣. *Respondeo non nisi*.

Depositum.

Depositum, de cuios redditione est lex strictissima, potest teneri licitè, Domino inuito, voloutate inordinata. 4. Dist. 15. Qu. 2. §. *De quarto.* ℣. *Respondeo quod Domino.* Ff. 34.

Depositus.

Depositus à stato, & gradu clericali non sic amouetur, quod character ordinis sibi tollatur, nec per consequens ordines suscepti; sed tollitur licentia exercendi actum cuiuscunque ordinis, & etiam priuilegium illud, quod competit ordinatis: vnde talis traditur curiæ sæculari, ità quòd, & quantum ad actus Ecclesiasticos, & tutelam personarum Ecclesiasticarum totaliter excluditur de numero personarum Ecclesiasticarum. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione.* ℣. *Respondeo non* B. 4.

Depuratio.

Depuratio, quæ fiet in fine mundi per conflagrationem ignis, ponitur propter impuritatem aeris, contractum ex actibus peccati humani. 4. D. 47. Q. 2. *Ad argumentum principale.* C. 4.

D E S

Descensus.

Descensus non contingit fieri sub prædicato vniuersalis affirmatiuæ, licet fiat sub subiecto eiusdem. Prolog. Q. 1. §. *Ad tertium.* ℣. *Secunda probatio.* S. 30.

Descriptio.

Descriptio superioris sicut non debet includere propriam rationem alicuius inferioris; ita descriptio personæ, quæ sit incommunicabilis in natura intellectuali, non debet includere aliquid propriè pertinens ad incommunicabile absolutum, nec propriè ad incommunicabile relatiuum, sed debet esse indifferens ad vtrumque. 1. Dist. 26. Q. *Vnica.* §. *Ad illa de quarta via.* ℣. *Ad tertium.* Bb. 52.

Desiderare.

Desiderare bonum infinitum inesse nobis experimur: *vel sic*, Experimur in nobis hunc actum, scilicet, desiderare bonum infinitum inesse nobis, & hoc à Deo seipsum nobis liberaliter conferente, non quidem primò, sed propter aliquid aliud acceptum sibi, ordinatum ad illud, vt propter merita: iste actus est bonus, quia debitè circumstantionatus, igitur ad ipsum potest esse virtus inclinans. 3. D. 26. Q. *Vnica.* §. *Ad quæstionem igitur.* C. 10.

Desiderare bonum infinitum, qood est *velle* non absolutè, sed absentis &c. *Vel sic.* Prima circumstantia actus spei includitur in hoc, quod est Deum desiderare; quod est velle non absolutè, sed absentis; Deus enim viatori est absens in ratione obiecti perfectè habendi, igitur velle in illum tendens, sub tali ratione, habet ex ista parte circumstantiam debitam. *ibidem.* ℣. *Assumptum patet.*

Desiderare bonum mihi, quod variet rationem formalem obiecti, quia commotat bonum honestum in bonum vtile, falsum est, quia conditio illa, vel circumstantia *cui* non est conditio obiecti per se, imo talis conditio potest addi super obiectum, stante ratione formali obiecti, sicut patet in fide. *ibidem.* ℣. *Si dicatur.* D. 13.

Desiderare bonum infinitum in se esse bonum mihi non dicit nisi respectum voluntatis. *ibidem.*

Desiderare nullum, *siue* Nullum desiderare est credere. *ibidem.* ℣. *Primò, de fide.* G. 17.

Desiderare ad absolutè, *siue* Ad absolutè desiderare præsupponitur conceptio intellectus, ostendens sibi desideratum, sicut possibile desideranti: quidquid enim ostenditur voluntati tanquam impossibile, vel voluntas omnino non vult illud, vel si vult illud, remisse vult. *ibidem.* §. *Ad primum horum.* I. 20.

Desiderare conditionatum obiecti, quod ostenditur impossibile, non est sperare. *ibidem.*

Desiderare absolutè non potest esse, nisi eius, quod ostenditur possibile. *ibidem.*

Desiderat nullus, *siue* Aliquis non desiderat efficaciter, & absolutè, nisi possibile attingi; & ideo persuadetur desperanti vt credat, non vt diligat; quia prima radix huius erroris, scilicet quòd non absolutè desiderat, nec efficaciter, non est in voluntate, sed in intellectu, quia scilicet intellectus non ostendit illud efficaciter tanquam desiderandum. *ibidem.* *Ad argumenta pro opinione.* L. 22.

Desiderare me iustom finaliter saluandum est actus spei. *ibidem.*

Desiderans, & non potens habere, qood desiderat, plus habet de pœna, quàm ille, cuius desiderium impletur. *Quodl.* Q. 18. §. *De tertio.* ℣. *Primum probatur.* Q. 12.

Desiderium.

Desiderij præter actom, *siue* Præter actum desiderij, qui est respectu non habiti, quo viator iustus appetit Deum actu concupiscentiæ, habet iustus alium actum amicitiæ, volendo Deo in se bene esse. 1. D. 1. Q. 5. §. *Ad argumentum secundæ quæstionis.* 6.

Desiderium naturale est in intellectu cognoscente effectum ad cognoscendum caosam, & in cognoscente causam in vniuersali est desiderium naturale ad cognoscendum illam in particulari, & distinctè. Desiderium autem naturale non est ad impossibile ex natura desiderantis, quia tunc esset frustra. 1. D. 3. Q. 3. §. *Contra istud non potest.* ℣. *Contra hoc.* A. 3.

Desiderium naturale non causat tristitiam, nisi sit electiuum. 2. D. 33. Q. *Vnica.* *Ad quartum principale.* D. 4.

Desiderium naturale non est frustrà: nunc aotem in anima est naturale desiderium ad semper esse. 4. Dist. 43. Q. 2.

Desiderium.

43. Q. 2. §. *De secundo*. ℣. *Praeterea ex dictis*. H. 14.

Desiderij actu, *seu* Per actum desiderij, qui est absentis, non est assecutio finis, sed per aliom actum, scilicet, qui est amor rei praesentis, est assecutio primò, loquendo de primitate perfectionis. 4. Dist.49. Quaest. 4. § *In ista quaestione*. ℣. *Ad rationem*. C. 5.

Desiderium non tantùm est in natura ad perfectionem intensam, sed etiam sic extensiuè habendum; sicut etiam desiderium non tantum est ad bonum essentiale, sed ad semper esse. 4. Dist.49. Quaest.6. §. *De tertio*. ℣. *De hoc*. M. 19.

Desiderium naturale si dicatur habere homo ad cognoscendum primam substantiam in se, est clarè, & inde, per Philosophum, infertetur quod quandoque videbitur in se, aliàs illud desiderium esset frustra: hoc non valet; quia, loquendo de desiderio merè naturali, debet probari quòd tale insit homini: si autem accipiatur desiderium naturale pro actu elicito secundùm rectam rationem, hoc non vidit Philosophus, nec potuit videre alium statum secundum rationem naturalem, in quo videret clariùs, nec vltrà appetijt; nec sciuit quòd secundum rectam rationem est plus desiderandum, quàm hic cognoscitur. 4. D.49.Q.8.§. *Respondeo*.℣.*Non valet*, A. 3

Desiderium naturale propriè dictum non est aliquis actus elicitus, sed sola inclinatio naturalis ad aliquid: & tunc planum est quod non potest probari desiderium naturale ad aliquid, nisi priùs probetur possibilitas in natura ad illud,& per consequens è conuerso arguendo est petitio principij. 4. D. 43. Q.2. *Ad primum principale*. Y. 29.

Desiderium naturale minùs propriè dictum est actus elicitus, sed concordatet inclinationi naturali, & tunc iterum non potest probari quod aliquod desiderium elicitum sit naturale illo modo, nisi priùs probetur quod ad idem sit desiderium naturale primo modo. *ibidem*.

Desiderium, quod est actus elicitus, naturale ad immortalitatem, si concluderetur ex hoc, quòd naturaliter homo fugit mortem, concluderet etiam de bruto; & similiter si adducatur Phil.2. Genet. Tex.59. in fine, *Melius autem in omnibus semper esse, quàm non esse*; istud est ad oppositum, quia aequè concluderet in bruto, sicut in homine: tum quia subdit; *hoc autem in omnibus impossibile existere continuè propter longe à principio distare, & ideo reliquo modo Deus impleuit naturam continuam facere generationem*, quasi dicat; Cum desiderium naturale sit ad semper esse, in quibus est, hoc impossibile in seipso, est ad illud, sicut est possibile, scilicet in continuatione speciei in diuersis indiuiduis, & ità conceditur de homine, sicut in alio generabili, non in vnico, sed in tali successione. *ibidem*. *Ad primum Principale*. A 2. 31.

Desiderijs in Sanctis consistit maxima pars meriti, & laudabilitas iustorum in via. 4. D.49.Q.4. §. *In ista quaestione*. ℣. *Ad rationem*. E.6.

Desitio.

Desitio corporis Christi sub modo naturali non esset desitio, nisi secundum *quid*, si tamen maneret idem corpus habens eandem existentiam realem, sub modo Sacramentali. 4. Dist.10. Quaest.4. §. *Haec duo*. ℣. *Similiter dico*. F. 8.

Desperans.

Desperans conditionaliter vult beatitudinem, idest, desiderat eam, si posset eam attingere, & quia intellectus errans ostendit sibi illam, tanquam impossibile attingi, tristatur. 3. D.26. Q.*Vnica*. §. *Ad primum horum*. H.20.

Desperans desiderat beatitudinem desiderio conditionato, quia vellet, si posset: non autem desiderat absolutè; quia ad absolutè desiderare praesupponitur conceptio intellectus ostendens sibi desideratum, sicut possibile desideranti. *ibidem*. I. 20.

Desperans.

Desperanti persuadetur vt credat, non vt diligat; quia prima radix huius erroris, scilicet, quod non absolutè desiderat, nec efficaciter, non est in voluntate, sed in intellectu, quia scilicet, intellectus non ostendit illud efficaciter tanquam desiderandum. *ibidem*.§.*Ad argumenta pro prima via*. L. 22.

Desperatio.

Desperationis peccatum, siue obstinationis in malo cum desperatione, & proposito non poenitendi, quod est oppositum actui spei, est peccatum grauissimum: & hoc est peccatum contra Spiritum Sanctum. 2. D.43. Q. 1. §. *Respondeo*. ℣. *Dico tamen*. D. 5.

Destructum.

Destructum si esset annihilatum, illud nihil, sequens annihilationem eius, esset eiusdem rationis cum, nihilo, quod erat terminus *à quo* creationis, quia illae mutationes oppositae habent idem pro termino, vna pro termino *à quo*, alia pro termino *ad quem*. 4. Dist. 43. Qu. 3. §. *Quantum ad istum*. E. 12.

Destructa omnia reditura eadem post 36. millium annorum, ex eo, quod omnia corpora coelestia redibunt ad eundem situm in illo spacio temporis, est omninò improbabile, saltem quia est contra fidem, nec pro ea est ratio efficax, quia illa de reditu caeli,& dubium antecedens supponit, & dubia est illatio. 4. D.43. Q.3. §. *Quantum ad istum*. E. 12.

Destructi cuiuscunque impossibilitatem reditus per naturam, opinio id asserens, non probat sufficienter. *ibidem*. ℣. *Secunda opinio*. E. 12.

Destructum aliquod idem numero non apparet quarè non posset natura reducere. *ibidem*. ℣. *Et ideo*. E. 12.

DET

Determinabile.

Determinabile comparando praecisè ad determinationem: *vel sic*, Comparando praecisè determinabile ad determinationem, determinabile non est distractum respectu determinationis, sed nec includit determinationem ad ipsum, sed respectu tertij, de quo dicitur: mortuum est determinatio distrahens,& illud, quod determinatur per ipsum, distrahitur ita, quòd, illud aliud non dicitur, nisi secundum *quid*, de isto. 1. D. 36. Qu. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Ad primum dico*. E. 8.

Determinans.

Determinantia aliquorum si sunt alterius rationis, & determinata erunt similiter. 2. Dist. 16 Q. *Vnica*. §. *Contra quia*. ℣. *Praeterea, si species*. G. 14.

Determinare.

Determinat quod sibi aliquod genus; *siue* Quod determinat sibi aliquod genus, determinat sibi aliquam speciem in genere illo: & omne, quod determinat sibi speciem, de necessitate determinat sibi esse in aliquo vno indiuiduo illius speciei, vt omne, quod de necessitate est homo, est hic homo, vel ille. 2. Dist. 12. Qu. 2. §. *Respondeo ad quaestionem*. ℣. *Item non est*. B. 4.

Determinare Deum se, & disponere est possibile, vt cooperetur ad aliquod signum ab eo institutum ad causandum effectum signatum, nisi impediat indispositio eius, cui adhibetur; quia sicut esset possibile in nobis, quod aliquis instituens signum effectus sui, disponeret se semper cooperari huiusmodi signo, nisi impediret ille, cui adhiberetur: puta si quis instituat pro signo pacis, vel beneuolentiae, tactum manus, vel eleuationem digiti, vel huiusmodi: posset talis instituens determinare se ad semper cooperandum ad effectum signatum, nisi indispositio eius, cui adhiberetur

Determinate.

hiberetur signum, impediret. 4. Dist. 1. Quæst. 2. *§. De secundo.* ℣. *Primum non*. D. 4.

Determinari si posset Deus ab alio ad agendum, iam esset causa secunda, respectu eius. 4. D. 2. Q. 1. *§. Ex his*. ℣. *Et secundum hoc*. F. 6.

Determinare se possibile est aliquem ad exprimendum aliquem conceptum complexum pro instanti, & conceptus omnium partium illius conceptus accepi pro illo eodem instanti vltimo prolationis; hoc enim modo disputantes determinant se ad proferendum intellectus suos in suis responsionibus ad idem instans; alioquin nunquam respondens potest redargui quantumcunque concederet contradictoria. 4. D. 8. Q. 2 §. *Aliter*. ℣. *Potest ergo*. S. 20.

Determinatur quod ad aliquid *: siue sic*, Quod ab alio determinatur ad aliquid, non habet perfectè illud in sua potestate. 2. Dist. 37. Q. *Vnica, alias secunda*. *§. Ideo meritò*. ℣. *Ex prima via*. L. 1.

Determinatè.

Determinatè in potentia passiua si aliquid posset esse, secundum se, ad aliquod genus physicum *; vel sic*, Si aliquid posset esse, secundum se, in potentia passiua determinatè ad aliquod genus physicum, & non est determinatè in potentia passiua ad aliquam speciem illius generis, tunc ab eodem illud reducitur ad actum illius generis, & speciei. 2. Dist. 2. Quæst. 5. 6. §. *Ad propositum*. ℣. *De quinto*. N. 15.

Determinatio.

Determinatio duplex est, opposita duplici indeterminationi: vna indeterminatio est ad opposita contradictoriè, sicut materia est indeterminata ad formam, & ad priuationem: alia est ad diuersa positiua, quæ tamen stat cum determinatione ad alteram partem vtriusque contradictionis: exemplum huius secundi; sicut sol est indeterminatus ad producendum vermem, & plantam, tanquam ad diuersa positiua, cum tamen, ex se, sit determinatus ad alteram partem contradictionis tam huius, quàm illius, sicut si esset Agens particulare tantum natum producere vnicum illorum tantùm. 1. Dist. 28. Quæst. 3. §. *Sed tunc est*. ℣. *Respondeo determinatio*. E. 12.

Determinatio ad certam pluralitatem productionum eiusdem rationis si non est à parte principij formalis productiui; nec etiam à parte producentis. *Quodl.* Q. 2. *§. De secundo*. K. 16.

Determinatio hæc *esse in opinione* est determinatio diminuens secundùm Phil. 2. Perihermen. cap. 2.; & sicut esse in opinione, ità & esse in intellectione, sicut esse exemplatum, siue esse cognitum; quæ omnia æquiualent, licèt igitur illud, quod comparatur ad aliquid istorum (vt comparatur ad ipsum) non sit diminutum; tamen, vt sub aliquo istorum comparatur ad tertium, est diminutum. 1. Dist. 36. Q. *Vnica. §. Contra istud*. ℣. *Ad primum*. E. 8.

Determinatio ex parte futuri contingentis non est, vt effectus intelligitur iam positus in esse; quia licet alicui intellectui sit vna pars vera determinatè, & etiam vna pars sit vera in se determinatè, licèt eam nullus intellectus apprehenderet, non tamen itá, quin in potestate causæ sit pro illo instanti ponere oppositum, & ista indeterminatio sufficit ad conciliandum, & negociandum; si autem neutra pars esset futura, non oporteret negotiari, vel consiliari. 1. Dist. 39. Quæst. 1. 2. 3. &c. *Ad primum principale primæ quæstionis*. P. 26.

Determinatio in obiecto potest intelligi duobus modis; vno modo ad singularitatem, per oppositum indeterminationi vniuersalis: alio modo determinatio ad certum gradum participatum, per oppositum ad illimitationem illius, quod participatur: primo modo determinatio in obiecto non impedit intellectionem summi boni, quod Deus est; imò est ipsum summum bonum, quod de se singularitas quædam est: secundò modo impedit, quia non est bonum secundum aliquem gradum determinatum, sed absolutè bonum participabile ab omnibus gradibus. 2. Dist. 3. Quæst. 9. §. *Dico igitur*. ℣. *Ad secundum*, & ℣. *Secundo modo*. L. M. 14.

Determinatio intellectus Angeli ad obiectum determinatum, quod scilicet sit obiecti determinati, & in hoc proportionetur obiecto determinato non est intrinseca potentiæ nec de se, nec per speciem, sed est ad determinatum singulare; & hoc modo non est inconueniens intellectum perfectiorem esse determinatum, & determinabile respectu obiecti, quomodo intellectus imperfectior non est determinatus, vel determinabilis respectu eiusdem. 2. Dist. 9. Quæst. 2. *Ad tertium pro prima opinione*. ℣. *Et cum concluditur*. V. 36.

Determinatio voluntatis, qua se determinat in agendo, non est per formam naturalem, qualis est in igne ad operandum; sed ex libera actione, quæ procedit à potentia indeterminata, & ita determinabili per habitum. 3. Dist. 33. Qu. *Vnica*. §. *Ad rationem*. ℣. *Secunda ratio*. E. 8.

Determinatio obiecti est prima determinatio, quæ pertinet ad genus moris, non tanquam differentia determinans ad aliquid in illo genere, sed tanquam potentiale receptiuum determinationis. *Quodl.* Q. 18. *§. De primo*. ℣ *Vlterius ex rationibus*. G. 6.

Determinationem de indissolubilitate matrimonij non expedit primò fieri à lege positiua humana; quia leges positiuæ humanæ variæ sunt apud diuersos: ista autem indissolubilitas debet esse vniformia apud omnes. 4. Dist. 26. Quæst. 1. §. *Ad solutionem*. ℣. *Tertia conclusio*. H. 9.

Determinatiuum.

Determinatiuum concurrens cum principio elicitiuo dictionis in diuinis, vt sit vna dictio, non oportet quærere, nec etiam aliquam negationem potest habere, vt sit tale principium formale. *Quodl.* Q. 2. *§. Ad primum triplex*. ℣. *Ad rem*. Q. 27.

Detestari.

Detestari peccatum commissum, quod est secunda significatio huius vocabuli *penitere*, potest esse actus virtutis, quia potest esse actus electiuus, & concors rationi rectæ; ratio enim recta sicut dictat complacendum esse in bono honesto, ita dictat displicendum esse in bono inhonesto. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Primus articulus*. ℣. *De secunda significatione*. I. 11.

Detestatio.

Detestatio peccati sequens ad eius considerationem, vt est offensiuum Dei, contra legem diuinam, & huiusmodi, potest esse totaliter circumstantionata circumstantijs moralibus debitis: non est enim verisimile, quod necesse sit, propter peccatum istud remanens, actum quemcunque circa peccatum commissum esse defectiuum in aliqua circumstantia morali: iste autem motus dicitur attritio. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *De secundo*. ℣. *Ad huius*. N. 14.

Detestationem peccati à se commissi potest habere quis immediatè, ex contemplatione Dei, licet non imperet talem actum, vt vindicatiuum culpæ. 4. Dist. 16. Qu. 1. §. *Hic intelligendum*. ℣. *Potest autem*. A. 3.

Detestatio peccati commissi à se; siue displicentia de peccato est causa propria tristitiæ interioris, & hæc includit duas causas partiales, scilicet considerationem peccati commissi, & nolitionem eius; & inter illas principalior causa est nolitio: ipsa etiam posita, necessariò ponit aliam, non è conuerso: iste ergo actus, qui est propria causa proxima tristitiæ, dicitur contritio. *ibidem*. ℣ *Sed loquendo*. D. 6.

Deuotio-

Deuotio.

Deuotionem aliquam oportet quòd habeat ratione vtens ad sacramentum, quando illud suscipit, si debet sibi valere; aliter enim videtur contemnere. 4.D.4.Q.4 §. *Hic distinguo.* ✝. *De secundo.* I.51.

Deuotionem, hoc est delectationem consequentem actum amoris, contemplatiui quandoque experiuntur se magnam habere, quandoque etiam, cum æquali conatu, minorem, vel nullam: hoc autem verum est de ipso actu amandi elicito, qui quandoque est intensior, & magis meritorius, licèt ipsum sequatur minor delectatio, vel quasi nulla; & quandoque minorem actum, & in se, & in acceptatione diuina concomitatur maior delectatio ad alliciendum paruulos, vt auidius sequantur illud, cuius dulcedinem prægostarunt. 1. D. 17. Qu. 2. *aliàs*. 3. §. *Ad argumenta pro opinione* ✝. *Quod igitur*. Qq. 34.

Deuotio quasi omnis, quæ de facto est in Ecclesia, est in ordine ad Sacramentum Eucharistiæ: propter hoc enim Clericus, cum maiori diligentia, persoluit officium diuinum in ordine ad missam: propter hoc etiam populus deuotius audit missam, quàm aliquod aliud officium Ecclesiasticum: propter hoc etiam singuli, cum maiori diligentia, confitentur, quando intendunt, secundum ordinationem Ecclesiæ, saltem semel in anno communicare. 4.D.8. Q.1. §. *Hic tria.* ✝. *Quod hoc fit*. A.2.

Deuotionem, quæ est motus mentis in Deum, non oportet minui, quando pro pluribus collectiuè celebratur, licèt in isto verum sit quòd propter multitudinem attentio actualis ad singulos minuatur: Exemplum, non minus deuotè celebrat quis de omnibus sanctis, quàm de vno Sancto, quia & si minùs distinctè attendat ad quemlibet; tamen attentio ad totam communitatem sufficit ad deuotionem, non tantùm æqualem, sed maiorem, quàm sufficeret attentio ad vnum eorum, nisi fortè ad illum, in quo eminenter est illud, quod est materia deuotionis ad omnes, qui est solus Deus trinus. *Quodl.* Q. 20. §. *De primo.* ✝. *Contra distractio*. D.7.

Deuotus.

Deuoti aliqui, *scilicet* Aliqui, qui dicuntur deuoti, sentiunt aliquam maiorem dulcedinem, quàm alij multò solidiores in amore Dei, qui centuplum promptius sustinerent martyrium: nec dulcedo est actus voluntatis elicitus, sed passio quædam actui retributa, quo Deus allicit, & nutrit paruulos, ne deficiant in via. 3. D.27. Q. *Vnica.* §. *De primo dico.* ✝. *Contra istam*. L. 17.

Deus.

Deus, ait ille sapiens, *est sphæra intellectualis, cuius centrum vbique est, & circumferentia nusquam*. 1.D.1.Q.5. §. *Ad solutionem.* ✝. *Ad propositum*. n. 2.

Deus, ex Anselmo de summo cogitabili: Prosol. 2. sic describitur, *Deus est, quo cogitato, sine contradictione, maius cogitari non potest, sine contradictione*: Et quod addendum sit *sine contradictione*, patet, nam in cuius cogitatione includitur contradictio, illud dicitur non cogitabile; quia tunc sunt duo cogitabilia opposita, nullo modo faciendo vnum cogitabile, quia neutrum determinat alterum. 1.D. 2. Quæst. 2. §. *Quarta via*. ✝. *Per illud potest*. Bb. 32.

Deus, qui Deus est deitate, est de se hic, sicut Deitas est de se hæc; & in isto conceptu non includitur incommunicabilitas, nec ratio personæ, quia Deitas communicabilis est, & idem Deus, vt Deitate est Deus, non includit aliquid incommunicabile formaliter. 1. Distinct. 4. Quæst. 2. §. *Respondeo*. ✝. *Respondeo vnicuique*. B. 3.

Deus, *id est*: Hoc nomen *Deus* non abstrahitur vltimata abstractione, sicut *Deitas* est abstracta, & ideo potest supponere pro persona, vt cùm dicitur *Deus creat*, *Deus generat*. 1. D. 5. Q. 1. §. *Quantum autem*. ✝. *Potest etiam*. E.7.

Dei nomina inter omnia: *vel sic*; Damascenus lib.1. cap. 4.& 9. vult quòd inter omnia nomina de Deo dicta, propriissimum est, *Qui est*, quia *esse* dicit quoddam pelagus infinitæ substantiæ, cetera autem, vt dicit cap. 4.

Deus.

sunt illa, quæ circumstantiæ naturam. 1. D.8. Q.4. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad secundum*. Q.18.

Deus ens.

Deus est ens simpliciter primum, triplici primitate; scilicet efficientiæ, finis, & eminentiæ, & ita simpliciter, quod est impossibile aliquid esse prius: & in hoc probatum est esse de Deo, quantum ad proprietates respectiuas Dei ad creaturam, vel inquantum terminat respectus, & dependentiam creaturarum ad ipsum. 1. D.2. Q.2. §. *Ex prædictis*. Cc. 34.

Deus, qui respondit Deitati, *vt quis*, est primo Deitate ens, vt Deitas est. 1. D.4. Q.2. §. *Respondeo*. ✝. *Respondeo vnicuique*. B.3.

Deus est summè necessarium, quantum potest cogitari aliquid esse necessarium. 1. D.8. Q.5. §. *Istis rationibus*. ✝. *Et arguo*. O.17.

Deo quia conuenit ens formaliter: *vel sic*, Quia ens dicitur formaliter de Deo, & quæcunque passio conuertibilis cum ente; & passionum non conuertibilium, sed distinctarum semper extremum nobilius: ideò hoc modo illud extremum dicetur de Deo, quod vel dicit nobilitatem, vel non repugnat nobilitati; sed reliquum repugnat. 1. D.19 Q.1. §. *De tertio*. D.4.

Deus quo ad esse.

Deus, in primo instanti naturæ, est ipsum *esse*: *vel sic*; In primo instanti naturæ est ens, quod est ipsum *esse*, scilicet Deus. 1. D.3. Q.5. §. *Ad rationes*. ✝. *Ad secundum*. K.13.

Deum esse est possibile, possibilitate opposita impossibili; & tamen illud possibile non est terminus alicuius potentiæ actiuæ. 1. Dist.20. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. D.7.

Deus non est tantùm, cui non repugnat *esse*, sed est, ex se, ipsum *esse*. 1. D.36. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ✝. *Et si tunc*. I.11.

Deum non esse est impossibile, in se, & incompossibile. 2. Dist.6. Quæst.1. §. *Quia tamen*. ✝. *Hoc etiam*. A.2.

Deum esse si posset concludi ratione naturali, ex principijs per se notis: tamen illi populo rudi [scilicet hebræorum] & non exercitato in intelligibilibus, non erat hoc notum, nisi ea lege: vnde ad Hebr.11. *oportet accedentem ad Deum credere, quia est*: intellige si non habeat, nec habere possit aliam notitiam de Deo. 3. Dist.37. Quæst. *Vnica*. *Ad secundum principale*. G.13.

Deus quo ad existentiam.

Deus, ex natura rei, est existentia incircumscripta, hoc est infinita intensiuè, ita quòd magnitudo propriæ existentiæ est infinitas; & ita esset, si, per impossibile, Deus statim desineret esse: sed quod additur vlteriùs, quòd ipse sit æuum æuorum, hoc est æternus, vel æternitas; verum quidem est hoc, quia sua existentia habet repugnantiam ad desinere esse; & fundamentum illius repugnantiæ est ibi ex natura rei, scilicet existentia; sed formalis ratio repugnantiæ ad desinere esse, siue sit negatio desitionis, siue necessitas coexistendi cuicunque compossibili, hoc vltrà illud, quod est ex natura rei, addit negationem imperfectionis, vel respectum ad extrà. *Quodl.* Q.6. §. *Contra istud*. ✝. *Hæc conclusio*. S.16.

Deus quo ad intrinseca.

Deo cum quodlibet intrinsecum sit in se formaliter necessarium, vel per identitatem cum essentia, quæ est formaliter, ex se, necessaria; nihil intrinsecum Deo est terminus potentiæ, propriè dictæ. 1. D.20. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. D.7.

Deo inest, *vel*: In Deo est omnis ratio principij, quod non reducitur ad aliud principium. 1.D.2. Q.7. §. *Dico tunc*. M.18.

Deo potest aliquid inesse dupliciter, vel formaliter, vel inesse

Deus quo ad intrinseca.

ſe ſubiectiuè; ſicut logicè prædicatum quodcunque dicitur meſſe ſubiecto: primo modo concedo quod quicquid poteſt eſſe in Deo, poteſt eſſe idem Deo; & per conſequens Deus, quia omne tale eſt Deus, & idem Deo neceſſariò. 1. D.30. Q.1.2.3. &c. *Ad ſecundum principale quartæ quæſtionis*. X.32.

Deus neceſſe eſſe.

Deus eſt ſimpliciter neceſſe eſſe, & hæc neceſſariò eſt in eo perfectio ſimpliciter: vndè quantò aliquid eſt magis neceſſarium, tantò erit propinquius Deo; & ſic Cœlum eſt propinquius quocunque corruptibili: Præter hoc autem Deus eſt natura intellectualis, ſimpliciter perfecta: huic, ſecundum hoc, magis appropinquat creatura merè intellectualis, licèt finita, cuiuſmodi eſt natura Angelica; Poſt hanc natura intellectus noſtri, licèt non merè intellectualis, & finita: Poſt hanc natura ſenſitiua, quæ magis appropinquat intellectuali: in hoc ergo ordine propinquius eſt Deo muſca, quàm Cœlum. 4. D. 12 Qu.2. §. *Hinc ſunt*. ✝. *Reſpondeo ſi in primo*, E.11.

Deus æternus.

Deo quidquid ineſt *vel* Quidquid eſt in Deo, eſt æternū per identitatem: ſed non oportet quod quicquid prædicatur de eo per hoc, quod aliud habet habitudinem ad ipſum, ſit æternum formaliter, quia nihil aliud habet habitudinem æternam ad ipſum; ſicut ſi Deus eſt æternus, & diligitur temporaliter à voluntate creata, dicitur quidem dilectus à nobis, ſed non dilectus æternaliter. 1. D.30. Q.1. *Ad primum principale primæ quæſtionis*. K.13.

Deo quidquid ineſt (ſiue rei, ſiue rationis) per actum intellectus diuini, eſt æternus. 1. D.35. Q. *Vnica*. §. *Ad iſta*. I.12.

Deus veritas.

Deus eſt veritas: cum audis, noli quærere quid eſt veritas: ſtatim obijciunt ſe phantaſmata; Aug. 8. Trinit. cap.2. vel 3. 1. D.3. Q.3. *Ad tertium principale*. ✝. *Conſimiliter*. I.26. *In ſecunda parte quæſtionis*.

Deum concipiendo in conceptu vniuerſaliſſimo, *noli quærere quid eſt hoc*; noli deſcendere in aliquem conceptum particularem, in quo ille vniuerſaliter ſaluatur, quia particularior propinquior eſt phantaſmati; deſcendendo enim ad talem, qui magis relucet in phantaſmate occurrenti, ſtatim amittitur illa ſerenitas veritatis, vel ſinceritas veritatis, in qua intelligebatur Deus, quia ſtatim intelligitur veritas contracta, quæ non conuenit Deo, cui conueniebat veritas in communi concepta, non contracta. *ibidem*, ✝. *Concipiendo*. K.27.

Deus verax.

Deum eſſe veracem cuilibet naturaliter inſeritur. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ✝. *Ex iſtis* C.5.

Deum non poſſe fallere, nec falli, poteſt probari naturaliter, ſicut poteſt probari Deum eſſe. 3. D. 24. Qu. *Vnica*. *Ad 6. principale*. M.22.

Deus viuens.

Deus, licèt neceſſariò viuat vita intellectuali, & hoc tali neceſſitate, quæ excludit omnem libertatem: tamen vult liberè ſe viuere tali vita; igitur vitam Dei non ponimus ſub neceſſitate, intelligendo vitam, vt à Deo, libera voluntate, dilectam. *Quodl*. Qu.16. *Ad argumentum in oppoſitum*. Y.18.

Deus charitas.

Deus eſt formaliter dilectio, & formaliter charitas, & non tantùm effectiuè, ſicut dicitur ſpes, vel patientia mea, quia efficit patientiam tanquam non perfectionem ſimpliciter, & ideo non conuenientem ſibi formaliter: Sed charitatem efficit in anima, & dilectionem, tanquam perfectionem ſimpliciter, & ideo ſibi formaliter conuenientem. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. *Ad primum principale*. ✝. *De ſecundo*. Nn.31.

Deus intellectualis.

Deus cùm ſit veriſſimè intellectualis, eius intellectualitas erit idem eſſentialiter eius eſſentiæ. *Quodl*. Q.1. §. *De altero*. ✝. *Quarta ratio*. L.13.

Deus eſt actu intellectualis, ſiue viuens vita intellectuali, merè ex natura rei; ergo habet, vel actu poteſt habere intellectum, vt intellectum, & intelligere, vt intelligere: ſed non poteſt habere actu ens reale, ſiue ex natura rei, quod iam non habet ex natura rei, quia hoc eſſet contra eius ſimplicitatem; ergo Deus habet intellectum, vt intellectum, & *intelligere*, vt *intelligere*. *ibidem*. ✝. *Iſtas propoſitiones*. L.14.

Deus intelligens, ſciens, &c.

Deus, ex Philoſ. 12. Metaph. Tex.51. *Si non ſit actu intelligens, nihil honorabile inerit ei, ſe habebit enim vt dormiens*; ergo, ſecundum ipſum, non eſt perfectus ex natura rei, niſi ibi eſſet formaliter intellectus ex natura rei; & per conſequens eſt ibi intellectus diſtinctè ex natura rei, quia non poteſt intelligi actualis intellectio formaliter, ſine intellectu formaliter. 1. D.13. Q. *Vnica*. §. *Alia eſt opinio*. ✝. *Confirmatur iſta ratio*. K.14., & 4. D. 49. Qu. 1. *In tertio in oppoſitum*. n.4., & Quodl. Qu. 1. §. *De altero*. ✝. *Iſtas propoſitiones*. M.14.

Deus intelligit eſſentiam ſuam, inquantum vera, non inquantum bona; & vult eam inquantum bona, non inquātum vera; & ab æterno etiam intelligit ſe intelligere eſſentiam, & velle ſimiliter, ſine reſpectu ad extrà, quia iſte actus conſequitur immaterialitatem naturalem. 1. D. 8. Quæſt. 4. §. *Circa iſtam poſitionem*. ✝. *Item quarto*. D. 7.

Deus, in primo inſtanti, intelligit eſſentiam, ſub ratione merè abſoluta: in ſecundo inſtanti, producit lapidem in *eſſe* intelligibili, & intelligit lapidem, ità quòd ibi eſt relatio in lapide intellecto ad intellectionem diuinam; ſed nulla adhuc in intellectione diuina ad lapidem, ſed intellectio diuina terminat relationem lapidis intellecti ad ipſam: in tertio inſtanti, fortè intellectus Diuinus poteſt comparare ſuam intellectionem ad quodcunque intelligibile, ad quos nos poſſumus comparare, & tunc comparando ſe ad lapidem intellectum, poteſt cauſare in ſe relationem rationis: & in quarto inſtanti, poteſt quaſi reflecti ſuper iſtam relationem cauſatam in tertio inſtanti, & tunc illa relatio rationis cognita erit; ſic igitur non eſt relatio rationis neceſſaria ad intelligendum lapidem, vt obiectum; imo ipſa, vt cauſata, eſt poſterior, quia in tertio inſtanti, & ad huc poſterior erit ipſa, vt cognita, quia in quarto inſtanti. 1. D. 35. Quæſt. *Vnica*. §. *Poteſt dici*. ✝. *Hoc poteſt*. H.10.

Deus per intelligere, vt intelligere, comprehendit eſſentiam ſuam, vt obiectum beatificum. *Quodl*. Q.1. §. *De altero* ✝. *Quarta ratio*. L.13.

Deus eſt intelligens diſtinctè omnia factibilia, & intelligibilia. 1. D.2. Q.2. §. *Oſtenſo propoſito*. Z.30.

Deus ab æterno intellexit lapidem, & non vt idem ſibi; & illa intellectio fuit metaphyſica, & realis, non autem logica: non tamen plus ſequitur ex hoc de lapide, quod ſit eſſentia, quàm exiſtentia; nec magis comparando ad intellectum diuinum, quàm meum; ſequitur quidem, igitur res ſemper fuit intellecta: ſed arguendo, ergo res fuit in aliquo eſſe reali, dico quòd eſt fallacia ſecundùm quid ad ſimpliciter. 1. D. 36. Q. *Vnica*. *Ad ſecundum principale*. I.12.

Deus neceſſario eſt ſciens; non autem voluntate eſt ſciens propriè; ſicut neceſſitate, non voluntate eſt Deus. 1. D. 38. Quæſt. *Vnica*. §. *Quamuis*. ✝. *Ad primum*. C. 3.

Deus non aliter nouit facta, quàm fienda: & ideo non tantùm *eſſe* eſſentiæ fundat ad Deum relationem, ſed etiam *eſſe* exiſtentiæ; præcognouit igitur eſſe exiſtentiæ, ſicut *eſſe* eſſentiæ; & tamen, per illam relationem fundatam, non concedit aliquis *eſſe* exiſtentiæ fuiſſe verum reale eſſe ab æterno, ergo pari ratione non eſt concedendū de eſſe eſſentiæ.

Deus intelligens, sciens, &c.

tiæ.1.D 36.Q.*Vnica.*§.*Concedo conclusionem.*C.6.&: D. 39.Q. 1.2.3.&c.§.*Contra istud.*♈.*Præterea ista.*F.9.

Deus non aliter cognoscit facta, quàm fienda; & ita perfectè sunt præsentialiter cognita ab intellectu diuino fienda, sicùt facta.*ibidem in secundo loco.* §.*Ad argumenta pro secunda opinione.* ♈.*Auctoritates.*Y.35.

Deus si necessariò intelligat, & velit, necessariò producit. 1. Dist.39 Qu.1.2.3.&c.*Quantum ad primum.*♈.*Suppositio ergo*. D.14.

Deo, *siue* Intellectui diuino essentia diuina est ratio cognoscendi futura contingentia, in illo priori instanti naturæ, pro quo voluntas diuina facit illa determinatè vera, quia tunc sunt vera; non quidem quod illa moueant intellectum diuinum, nec etiam termini eorum, ad apprehendendum talem veritatem, quia tunc intellectus diuinus vilesceret, quia pateretur ab alio in essentia sua: sed sicut essentia diuina est ratio cognoscendi simplicia, ita & complexa talia.1. D.39.Q.1.2.3.4.&c.§.*Viso de contingentia.* N.23.

Deus necessariò scit A. videtur ista simpliciter, neganda, pro eo, quod hoc prædicatum sic determinatum non necessariò conuenit huic subiecto, licèt prædicatum non determinatum conueniat.*ibidem.*§.*Quantum ad quartam.*O.25.

Deus necessariò scit A. videtur fortasse distinguendum de ista, secundum compositionem, & diuisionem, vt in sensu compositionis notetur necessitas scientiæ, vt transit super istud obiectum; in sensu diuisionis notetur necessitas scientiæ absolutè, quæ tamen transit super hoc obiectum: primo modo est falsa, secundo modò, vera: tamen distinctio non videtur logica, quia quando actus transit super obiectum, non videtur distinguendum de illo actu absolutè, vel vt transeunte super obiectum.*ibidem.*

Deus, *idest* Intellectus diuinus licèt non sequatur res sicut effectus causam; tamen concomitantia est ibi; quia sicut res potest non esse, ita intellectus diuinus potest non scire, & ideo nunquam sequitur quod intellectus diuinus cognoscat rem aliter, quàm est: & ideo nunquam possunt simul stare illa, quæ requiruntur ad deceptionem; sed sicut res scita potest esse, ita Deus potest eam scire; & sicut res scita potest non esse, ita Deus potest eam non scire, & si non erit non sciet.*ibidem.* *Ad primum principale secundæ quæstionis.* Q.R. 27.

Deus sciens A. potest nescire A: hic nullus est transitus de contradictorio in contradictorium, & consequenter nulla mutatio in Deo necesse potest, quia transitus non potest esse sine successione, ita quod oppositum succedat opposito: talis autem non potest esse in proposito; sicut enim non possunt simul stare scire, & non scire, ita non potest simul stare quòd aliquando sciat, aliquando non sciat, sine quo transito ab opposito in oppositum non est mutatio.*ibidem. Ad primum principale tertiæ quæstionis.* S.29.

Deus quamuis potest non scire B., quod scit, & ita B. in *esse cognito* aliter se haberet, si non esset scitum, non tamen aliter, quàm prius, se habuit, sed aliter, quàm nunc se habet, ita quod istud *aliter* esset non alicuius succedentis oppositi ad oppositum, sed esset alterius oppositorum, quod in eodem instanti posset inesse, in quo suum oppositum inest, & hoc non sufficit ad mutationem.*ibidem* ♈.*Et si.*

Deus nõ scit A.[scilicet hoc cõtingens futurũ] & tamen potest scire A, non sequitur, ergo potest incipere scire A., dico enim, quòd ista consequentia non valet, non sciens A potest scire A, ergo potest incipere scire A, & hoc quando est potentia præcisè alicuius prioris naturaliter ad oppositum posterioris pro eodem instanti, pro quo, & in quo habet hoc posterius contingenter esse, sicut est in proposito: tenet tamen gratia materiæ in creaturis, vbi est possibilitas ad opposita successiuè; sed licèt illa non esset, adhuc tamen esset possibilitas ad vtrumque illorum pro vno instanti. *ibidem. Ad secundum principale.*

Deus immutabiliter scit A, ergò necessariò; nego consequentiam; quia non est ibi sola necessitas immutabilitatis sic, quòd immutabilitas, ex se, sit necessitas; quià immutabilitas, ex se, non priuat nisi possibilem successionem oppositi ad oppositum; necessitas autem simpliciter priuat absolutè possibilitatem huius oppositi, sicùt hic: & ideo non sequitur: oppositum non potest succedere opposito; ergo oppositum non potest inesse.*ibidem. Ad primum principale quartæ quæstionis.* ♈.31.

Deus intelligens, sciens, &c.

Deum scire B. ratione huius, quod est scire absolutè, est scire formaliter, & est in Deo formaliter: sed ratione *scire*, quod est huius termini, non est nisi subiectiuè, sicut logicè prædicatum quodcunque dicitur inesse subiecto; est enim huius termini, quia hoc scitum habet respectum ad scientiam diuinam, & per hoc aliqua appellatio relatiua est in Deo, sicut prædicatum in subiecto. *ibidem. Ad secundum principale.* X.32.

Deus scit A. ista propositio non est necessaria simpliciter. *ibidem. Ad primum principale quintæ quæstionis.* X.33.

Deo omne scitum: *vel sic*, Omne scitum à Deo fore, necessariò erit: A est scitum à Deo fore; ergo &c. dico quod illa mixtio non valet, nisi illa minor sit de inesse simpliciter: & hoc non tantùm, quod sit vera pro omni tempore, sed quod sit necessariò vera: & fortè oportet quod significet sumptum sub per se contineri sub medio: sufficit ad propositum quod oportet eam necessariò esse veram: illa autem minor de inesse, licet sit simpliciter vera, non tamen est necessariò vera; potest enim Deus non scire A, sicut potest non velle A propter contingentiam, quæ primo est in voluntate ad obiecta secundaria, & ex hoc concomitanter in intellectu.*ibidem. Ad secundum principale.* Y. 33.

Deus præscit, se cooperaturum Lucifero ad substantiam illius actus, qui erit peccatum: hoc autem præscit, quia vult cooperari illi, si est peccatum commissionis: vel præscit se non cooperaturum ad actum aliquem, si non vult ipsum, & hoc si iste actus primus est peccatum omissionis; & sciendo se cooperaturum ad talem substantiam actus cum non circumstantijs debitis; vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens, quem omittet, sciet ipsum peccaturum, ita quod scit hunc peccaturum; non solum quòd scit se permissurum, sed etiam quia scit se cooperaturum huic ad substantiam actus non circumstantionati, & per consequens iste committet: vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens iste omittet.1.D.41. Q.*Vnica.* §. *Primum istorum*. C.D.13.

Deus non habet scientiam de futuris contingentibus, nisi quia certitudinaliter nouit determinationem voluntatis suæ respectu eorum, ad quæ voluntas sua est immutabilis, & inimpedibibilis. 2.D. 37.Q.*Vnica.aliàs secunda.*§.*Contra istam opinionem*. P.8.

Deus est sic necessariò intelligens creaturam, & causatiuus creaturæ, quòd vtrumque istorum formaliter dicitur aliquid necessarium à se, prout à se excludit causam; sed non necessarium *in esse* reali, sed in aliquo *esse* diminuto.*Quodl.* Q.8.§.*De tertio.* ♈.*Ad secundum*. S.24.

Deus de omnibus cognoscibilibus solùm habet cognitionẽ Theologicam, quia tantùm virtute primi obiecti Theologici, actuantis intellectum eius.*Prolog.*Q.3.§.*Ideo dico.* ♈. *Sic ergo.*X.23.

Deus solus scit se infinitè diligere, licèt Angelus scit ipsũ à se infinitè diligendum. *Prolog.*Q.4.§.*Secundus articulus.* ♈. *Ad aliam obiectionem*.T.38.

Deus praticè cognoscit homini esse pænitendum, & Angelo esse mouendum cælum: sed non praticè cognoscit quod est Deo volendum hominem Sanctum pænitere, vel Angelum cælum mouere. *ibidem.*♈. *Qui sic respondit.*

Deus solus nouit abscondita cordium: Istud dictum est verum vniuersaliter, & ex propria perfectione Dei, ita quòd impossibile est quod per aliquid impediens sibi lateat: Nouit etiam, vt iudex vniuersalis, omnium talium illo modo, quo nec Angeli boni, nec mali, nec animæ separatæ nouerunt, propter defectum scientiæ debitæ.4.D.45.Q.4.*Ad secundum principale*.I.7.

Deus omnipotens.

Deum ita esse omnipotentem, quòd possit aliquem, effectum totaliter producere, sine omni alia causa concausante, non videtur, secundum Philosophos, si ipsi habuerunt quasi pro principio, quòd de nihilo nihil fit, saltem in istis generabilibus, & corruptibilibus.1.D.42. Q.*Vnica.*§. *Hic responderi.*♈.*Præterea si ipsi.*B.2.

Deum esse omnipotentem, accipiendo omnipotẽtiam, & pro potentia actiua causatiua respectu possibilis, prout possibile idẽ est quod causabile, & vniuersaliter pro potẽtia actiua respectu cuiuscunq; creabilis; & hoc intelligẽdo vel mediatè, vel immediatè; est verum demonstrabile in se,

Deus omnipotens

demonstratione propter quid. & istud verum est demonstrabile viatori, stante simpliciter statu viæ: at istud non potest demonstrari viatori ex notis sibi naturaliter, & de lege communi. *Quodl.Q.7.§.De secundo.℣.De demonstratione propter quid*. C.4

Deum esse omnipotentem, omnipotentia respiciente immediatè quodcunque possibile, licet sit verum: non tamen est nobis demonstrabile demonstratione *quia.ibidem. ℣. De demonstratione quia*.

Deum esse omnipotentem, omnipotentia, immediatè, vel mediatè, quodcunque possibile respiciente, potest demonstrari à viatore, demonstratione *quia. ibidem.*

Deus est omnipotens, omnipotentia respiciente quodcunque possibile, atque creabile immediatè, vel mediatè: istud verum ex terminis suis habet, quod posset demonstrari *propter quid* per aliud verum prius, quia verum illud, quod ex terminis suis est necessarium, & mediatum, ex terminis etiam habet quod in se sit demonstrabile *propter quid*: tale verum est istud *Deus est omnipotens, vtroque modo intelligendo omnipotentiam.ibidem. §. Prima conclusio*. D. 5.

Deus est omnipotens vtroque modo: istud verum est, verum necessarium mediatum, quia si esset distinctio realis inter naturam, intellectum, voluntatem, & potentiam ad extrà in diuinis, esset talis ordo realis, quòd quià natura habet talem intellectum, & talem voluntatem, ideò est sic potens respectu talium ad extrà, ergo qualitercunque est hæc distinctio [siue realis, siuè rationis] semper est ordo cognoscibilitatis talis, quòd quià natura diuina habet talem intellectum, & talem voluntatem, ideo habet talem potentiam, quæ est omnipotentia; nam qualis est ordo realis inter aliqua distincta realiter, talis est ordo cognoscibilitatis inter eadem, qualitercunque distincta, in *esse* cognoscibili: patet ergo quod hoc verum necessarium habet medium, & quod medium, quia intellectum, vel voluntatem, vel vtrumque. *ibidem.*

Deum esse omnipotentem immediatè (tam immediatione excludente causam actiuam mediam, quàm immediatione excludente effectum) negarent non solùm Philosophi, sed etiam Theologi; quia non conceditur Deum posse causare relationem, nisi priùs, vel duratione, vel natura, causando fundamentum, & ità non potest in quemcunque effectum immediatè sic, quod nullo effectu quasi medio priùs naturaliter causato. *ibidem. ∫. De primo sic*. L.15.

Deum sic esse omnipotentem, quod, sine quocunque alio Agente, possit causare omne causabile, tenendum est, secundùm communem sententiam Theologorum, iuxta illud Gen.1. *In principio Deus creauit cælum, & terram*: nec tamen istud potest demonstrari demonstratione *quia. ibidem.§. De tertio*. M.19.

Deum sic esse omnipotentem, quod, sine quocunque alio Agente &c. quod non potest demonstrari demonstratione *quia*, probatur auctoritate; quia Phylosophi ad notitiam talium verorum, scilicet possibilium, demonstratione *quia* deuenire potuerunt; non autem ad notitiam huius veri, imò eius oppositum senserunt, quod non est verisimile de aliquo demonstrabili demonstratione *quia ibidem. ∫. Secundum scilicet*. N.21.

Deum habere omnipotentiam respectu cuiuscunque causabilis licèt sit verum: non tamen est nobis demonstrabile demonstratione *quia.ibid.§.Sed licèt. ℣. Ad quartum* S.26.

Deum esse omnipotentem immediatè, vel mediatè, hoc est quod possit causare quodcunque causabile, vel immediatè, vel per aliquod medium, quod subsit causalitati eius, demonstrabile est viatori demonstratione *quia*: hæc conclusio probatur ex hoc, quod necesse est statum esse in causis efficientibus. *ibidem*. §. *Quinta conclusio*. T. 27.

Deum ex hoc, quod sit infinitæ potentiæ. Aristol.8. Physic. Tex.28.29 & 12. Meta. Tex.41. concludit non posse esse in magnitudine, nec habere magnitudinem, quia nec infinitam, cum nulla talis sit; nec finitam, quià quacunque potentia in magnitudine finita posset aliqua esse maior; intelligit ergo in antecedente talem infinitatem potentiæ, cum qua, secundùm intentionem eius, non posset stare oppositum consequens, scilicet habere magnitudinem, vel esse in magnitudine secundùm intentionem eius, cum manifestum sit cælum habere magnitudinem; & tamen, secundum ipsum 9. Meta. Tex.17. & 1. Cæl. & Mundo Tex.12. & in multis alijs locis, omne sempiternum est formaliter necessarium, & ità si est actiuum habet potentiam actiuam infinitam secundùm durationem; ergo in antecedente non tantùm intelligit ille de potentia infinita duratione, sed de aliqua alia, quæ repugnat magnitudini: illa autem non est, nisi infinitas intēsiua. *ibid.§.Contra dupliciter*. I.29.

Deo tenendum est quodlibet esse possibile, quod nec est ex terminis manifestum impossibile, nec eo impossibilitas, vel contradictio euidenter concluditur. 4.D.10.Q.2.§. *Alius sic arguit.℣.Contra istam opinionem*. B.5. & §. *Dico ergo*. F.11.

Deus potest facere immediatè quicquid potest facere per causam secundam. *ibid.§.Dico ergo.℣.Ad primā dico*. K.14.

Deus quidquid nō potest facere in vno die: *vel sic*, Quicquid non potest fieri à Deo in vno die, quia includit contradictionem, hoc nō potest fieri in infinito præterito, si fuisset, propter eamdem rationem; in ista enim die sunt infinita instantia, imò in vna hora vnius diei, in quorum quolibet posset creare animam, sicut in vno die totius temporis infiniti si esset. 2.D.1. Q.3.§. *Tenentes autem primam opinionem.℣.Ad aliud de infinitis*. I.20.

Deus agere potens secundùm leges rectas, vt præfixæ sunt ab eo, dicitur agere secundùm potentiam ordinatam: vt autem potest agere multa, quæ non sunt secundùm istas leges iam præfixas, sed præter illas, dicitur eius potentia absoluta, quià multa alia potest agere ordinatè: & multa alia posse fieri ordinatè ab illis, quæ fiunt conformiter illis legibus, non includit contradictionem. 1 D.44.Q. *Vnica.§. Respondeo.℣.Sed quando*. C.2.

Deus non solùm potest aliter agere, quàm modo ordinatum est ordine particulari, sed etiam aliter, quàm ordinatum est ordine vniuersali, siue secundùm leges iustitiæ potest ordinatè agere, quià tàm illa, quæ sunt præter illum ordinem, quàm illa, quæ sunt contra illū ordinem, possūt à Deo ordinatè fieri, potentia absoluta. *ibid.℣.Aduertendum*. E.3.

Deus si faceret alio modo res, quàm modo ordinatum est eas fieri, non propter hoc inordinatè fierent, quia si statueret alias leges, secundùm quas fierent, eo ipso ordinatè fierent. *ibidem.Ad primum*. F.4.

Deus omnipotens non est impotens, nec impeditus, nec mutabilis, in ordine ad ponendum effectum. 1. D.46. Q. *Vnica.* §. *Respondeo*. A.2.

Deus si voluntariè non agit in aliquo instanti, non necessariò propter hoc oportet eum expectare tempus, vt in instanti determinato illius temporis agat: sed potest agere in tempore, in cuius primo instanti egit. verum est igitur quod Deus potest agere in instanti quicquid immediatè agit, sed non est necesse ipsum agere in instanti. 3.D.3.Qu. 1.§. *Contra secundum.℣.Ad primum*. B.12.

Deus & si possit producere formam in instanti: tamen si nō induceret in instanti, potest inducere totam in tempore, ita quòd non partes ante partes: posse enim agere in tempore non est imperfectionis in Agente, licet necessitas agēdi in tēpore sit imperfectionis. *ibi.℣.Sed quare*. B.C.13.

Deo non inest, *siue* In Deo nō est potētia practicans alia, nisi voluntas. Prolog.Q.4.§. *Si quaris.℣.Probabilia tamē*. Y.40.

Deus perfectus.

Deo, *siue* In diuinis nihil imperfectionis est ponendum; sed totum perfectionis. 1.D.5.Q.2.§. *Ideo tenendo.℣. Ad propositum*. E.F.12.

Deus est perfectus omni perfectione simpliciter, ex se, & ex natura sua, & non ex aliquo respectu ad creaturam. 1.D.43. Q. *Vnica.∫. Hic dicitur.℣.Tertio similiter*. C.4.

Deus non ideò non potest perfectiones omnium rerum habere formaliter: *vel sic* Non ex eo, quòd Deus perfectiones omnium virtualiter habet, & modo eminentiori, ideò nō potest eas habere formaliter, sed ex eo, quod est essentia simplicissima, in qua non potest esse cōpositio rei, & rei; vel quia perfectio Dei est infinita, ideo non potest recipere aliam, & aliam rem. 2.D.25.Q. *Vnica.∫. Ad primam rationem.℣.Respondeo de talibus*. H.15.

Deo repugnat esse album, propter perfectionem simpliciter, quæ repugnat toti generi coloris; imò toti generi qualitatis; imò toti generi entis causati. *Quodl*.Q.3 §. *Respondeo ad primum. ℣. Respondeo imperfectio*. T.20.

Deo nihil ponitur ex natura rei competere: *vel sic*

Nihil

Deus perfectus.

Nihil ponitur in diuinis, ex natura, quin sibi præcisissimè considerato, repugnet quæcunque imperfectio, alioquin præcisè, quantum est de se, possibile esset aliquam imperfectionem sibi competere, & ita posito, quòd illa imperfectio competeret, adhuc ipsa posset manere ipsa, & si ipsamet manet, est intrinseca Deo, igitur possibile esset aliquam imperfectionem esse intrinsecam Deo. *Quodl.* Q.19. §. *De secundo articulo* ℣. *Primo sic*. D.4.

Deus bonus.

Deo sicut inest, *vel* Sicut in Deo est vna maiestas, ita est vna bonitas. 1.D.1.Q.2. *In quinto ad oppositum*. n.1.

Deus est ipsum summum bonum, quod de se singularitas quædam est. 2.D.3.Q.9.§. *Dico igitur*. M.14.

Deus non est bonum secundum aliquem gradum determinatum, sed absolutè bonum participabile ab omnibus gradibus: & licèt Augustinus dicat de hoc bono, & illo bono, fortè singularibus bonis, quæ occurrunt animæ, *tolle hoc, & tolle illud, & vide ipsum bonum, si potest* &c.: non tamen intelligit hic, nisi quia ista bona particularia includunt limitationem, qua limitatione remota, & ablata, statur in illimitatione boni in communi: & in hoc intelligitur Deus in vniuersali, vt dictum fuit in primo D.3. Vel vlteriùs statur in bono vniuersalissimo secundum perfectionem, & tunc intelligitur Deus in particulari, & illud bonum non est hoc, nec illud per ablationem gradus boni limitantis. *ibidem*. ℣. *Secundo modo*.

Deus, & creatura licèt sint plura bona: tamen non excedūt Deum in bonitate, quia quodlibet illorum plurium non est æquè bonum cum vno illorum, (nam creatura non est æquè bonum cum Deo) & inde est, quòd bonitas cuiuscunque illorum, alterius ab illo vno, eminenter continetur in illo vno, & ideò ipsum cum illo bono acceptum non auget, neque excessum facit supra illud bonum in se: oppositum est de duobus bonis infinitis, quia ibi vnum bonum non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti. *Quodl.* Q.5. §. *Prima ratio*. ℣. *Non valet*. G.8.

Deus vt cognoscibilis.

Deus solus est sibi soli naturaliter notus. Prolog. Q.3. §. *Ex dictis patet*. ℣. *Secundo sic*. F.7.

Deus consideratur in Metaphysica, quantum possibile est ipsum considerari in scientijs acquisitis. *Prolog*. Qu.4. *Ad tertium principale primæ quæstionis*. Bb.41.

Deū, vt trinus est, ex puris naturalibus, non cognoscet homo, licèt possibile sit concludi ex illis naturalibus, esse vnum summū bonū. 1.D.1.Q.2.§. *De primo*. ℣. *Et confirmatur*. A.2.

Deum esse, quantum ad conceptum perfectissimum conceptibilem, vel possibilem nobis haberi de Deo, probatum est. 1.D.2.Q.2. §. *Ex prædictis*. ℣. *Iuxta primam*. Cc.34.

Dei substantiam qui concipit, concipit eam, vt indiuisibilem, & inalterabilem, quæ nullo modo potest aliter, & aliter se habere. 2.D.17.Q.1.§. *Hic error*. n.2.

Deus quod possit cognosci negatiuè, non affirmatiuè, non est distinguendum, quia negatio non cognoscitur, nisi per affirmationem 2.Perhierm. in fine: & 4. Meta. Tex. 2. & 16. .1.D.3.Q.1.2.§. *In prima quæstione*. n.1.2.

Deus cognoscibilis.

Deus quantumcunq; procederetur in infinitū in negationibus, vel non intelligeretur magis, quā nihil, vel stabitur in aliquo cōceptu affirmatiuo, qui est primus. *ibi*. ℣. *Cōfirmat*.

Deus, cum quæritur, *vtrum sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu viatoris?* non est distinguendum de cognitione *si est*, & *quia est*; quia in proposito quæro conceptum simplicem, de quo cognoscatur *esse* per actum intellectus componentis, & diuidentis; nunquam enim cognosco de aliquo *si est*, nisi habeam aliquem conceptum illius extremi, de quo cognosco *esse*: & de isto quæritur hic. *ibidem*. ℣. *Nec est distinguendum*. n.2.

Deus cum quæritur, vt supra, non oportet distinguere de si est, vt est quæstio de veritate propositionis, vel vt est quæstio de esse Dei, quia si potest esse quæstio de veritate propositionis, in qua esse tanquam prædicatum quæritur de subiecto ad concipiendum veritatem illius quæstionis, oportet præconcipere terminos illius quæstionis; & de cōceptu simplici illius subiecti, si est possibilis naturaliter, nunc est quæstio. *ibidem*. ℣. *Nec oportet*. n.3.

Deus cùm quæritur &c. Non valet distinguere de conceptu naturali, & supernaturali, quia quæritur de naturali: nec valet distinguere de naturali, loquēdo de natura absolutè, vel de natura pro statu isto, quia quæritur præcisè pro statu isto: nec valet distinguere de cognitione Dei in creatura, vel in se, quia si cognitio habeatur per creaturam, ita quòd cognitio discursiua incipiat à creatura, quæro, in quo termino sistitur ista cognitio? Si in Deo in se, habeo propositū, quia illum conceptū Dei in se quæro: Si nō sistit in Deo in se, sed in creatura, tunc erit terminus, & principium discursus, & ita nulla notitia habetur de Deo. *ibidem*.

Deus cum quæritur &c. Mens quæstionis est ista: Vtrum aliquem conceptum simplicem possit intellectus viatoris naturaliter habere, in quo conceptu simplici concipiatur Deus? *ibidem*. ℣. *Est igitur*.

Deus quomodo à Viatore potest naturaliter cognosci in sententia aliquorum? *Ibidem*. §. *Ad hoc dicit*. & §. *Quoad secundam quæstionem*. n.4.

Dei non tantùm potest haberi conceptus naturaliter: *vel sic*, Non tantùm haberi potest conceptus naturaliter, in quo quasi per accidens concipitur Deus putà in aliquo attributo, sed etiam aliquis conceptus, in quo per se, & quidditatiuè concipiatur Deus. *ibidem*. §. *Respondeo aliter*. ℣. *Dico primo*. A.5.

Deus potest dici, quòd non tantùm in concepto analogo conceptui creaturæ concipitur, sed in conceptu aliquo vniuoco sibi, & creaturæ. *ibidem*. §. *Secundo non asserendo*. & Q.3.§. *Quantum ad secundum*. ℣. *Secundam rationem* I.9.

Deus non cognoscitur naturaliter à viatore in particulari, & propriè, hoc est, sub ratione huius essentiæ, vt hæc, & in se. *ibidem*. §. *Tertio dico*. D.16.

Dei ad multos proprios conceptus: *vel sic*, Ad multos conceptus proprios de Deo possumus peruenire, qui non conueniunt creaturis, cuiusmodi sunt conceptus omnium perfectionum simpliciter in summo: Et perfectissimus cōceptus, in quo quasi in quadam descriptione, perfectissimè cognoscimus Deum, & concipiendo omnes perfectiones simpliciter, & in summo: tamen conceptus perfectior, & simplicior nobis possibilis, est conceptus entis simpliciter infiniti; iste enim est simpliciter, quàm conceptus entis boni, vel entis veri, vel aliquorum similium, quia infinitum non est quasi attributum, vel passio entis, siue eius, de quo dicitur, sed dicit modum intrinsecum illius entitatis. *ibidem*. §. *Quarto dico*. E.17.

Dei cognoscibilia, *siue* Quæ cognoscūtur de Deo, cognoscūtur per species creaturarum. *ibidem*. §. *Quinto dico*. F.18.

Deus, loquendo de ordine perfectionis, simpliciter est perfectissimum cognoscibile à nobis, etiam naturaliter: *vel sic*, Loquendo de ordine perfectionis simpliciter, dico quòd perfectissimum cognoscibile à nobis, etiam naturaliter est Deus. *ibidem*. §. *Nunc de ordine*. T.29.

Deus, vt hæc essentia, non cognoscitur naturaliter à nobis, quia sub ratione talis cognoscibilis est obiectum voluntarium, & non naturale, nisi respectu sui intellectus tantùm; & ideò à nullo intellectu creato potest ratione huius essentiæ, vt hæc, naturaliter cognosci; nec aliqua essentia naturaliter cognoscibilis à nobis ostendit sufficienter hanc essentiam, vt hæc, nec per similitudinem vniuocationis, nec imitationis: vniuocatio enim nō est, nisi generalibus rationibus: imitatio etiā deficit, quia creaturæ eū imperfectè imitantur. *ibid*. §. *Tertio dico*. ℣. *Est igitur alia*. D.16.

Deus est primum cognitum, hoc est perfectissimum, sed non primum adæquatum. *ibidem*. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. X.30.

Deus propter virtualitatem, quia scilicèt virtualiter cōtinet omnia in se, non erit obiectū primū adæquatū intellectui nostro. 1.D.3.Q.3.§. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, certum*. D.5.

Dei conceptus proprius, siue conceptus absolutus proprius Deo non posset causari naturaliter in intellectu nostro, si non detur aliquis conceptus communis vniuocus Deo, & creaturæ. 1.D.8.Q.3.§. *Contra istā position*. ℣. *Vna quia*. n.4.

Deum cognoscendi tres gradus, scilicet per eminentiam, per causalitatē, & per abnegationē ponit Dionys. de Diuinis nominibus: quando igitur in tertio gradu peruenitur ad istā cognitionē per remotionē, quæro, an præcisè cognoscatur ibi illa negatio, & tūc nō plus cognoscitur Deus, quā chimæra, quia illa negatio est communis enti, & non en-

ti: aut etiam ibi cognoscitur aliquid positiuum, cui attribuitur illa negatio: & tunc de illo positiuo quaro quomodo conceptus eius habetur in intellectu: si enim non habet ut in intellectu per viam causalitatis, & eminentiæ aliquis conceptus prius causatus in intellectu, nihil omnino positiuum cognoscetur, cui attribuatur ista negatio. *ibidem*. ☩. *Hæc est*. n.9.

Deum considerando, sub ratione causæ ex creaturis, bene cognoscitur proportionaliter: sed hoc modo non cognoscitur aliqua perfectio de Deo, quæ est in creatura formaliter, sed causaliter, scilicet, quòd Deus sit causa totalis perfectionis. *ibidem*. §. *Respondetur*. ☩. *Hoc non*. n. 10.

Deus est per se obiectum alicuius scientiæ, & ita de ipso potest haberi notitia distinctissima abstractiua, citra intuitiuam; de quocunque enim obiecto scientiæ potest haberi cognitio simpliciter distinctissima abstractiua, extra intuitiuam, & per consequens cum sola intuitiua sit beatifica, & ponat extra statum viæ, potest haberi notitia distinctissima citra intuitiuam de Deo, stante statu viæ. Quodl. Q.7. §. *Secunda conclusio*. ☩. *Exemplo sic*. G.8.

Deus potest cognosci, & diligi, hic immediatè, tamen in cõmuni, & cõfusè. 4. D.49. Q.12. *Ad quintum principale*. G.8.

Deus, vt patet ex Aug. 8. Trinit. 3. non solùm potest cognosci in quasi confuso conceptu boni, sed in conceptu quodammodo proprio, si intelligatur bonum per essentiam, vel bonum summum: vnde ait inferiùs, *Si poteris sine illis, quæ participatiuè bona sunt, percipere ipsum bonum, cuius participatione sunt bona*, perspexeris Deum. *Quodl.* Qu.14. §. *De primo*. ☩. *Primo igitur*. C. 3.

Deus, & *trinus*: istorum terminorum qualem cognitionem potest anima habere pro hoc statu, declaratur sic; Quodcunque transcendens per abstractionem à creatura cognita potest in sua indifferentia intelligi, & tunc concipitur Deus quasi confusè, sicut animali intellecto, homo intelligitur: sed si tale transcendens in communi intelligitur sub ratione alicuius specialioris perfectionis, puta summum, vel primum, vel infinitum, iam habetur conceptus sic de Deo proprius, quod nulli alij conuenit. Consimiliter abstrahendo à numero propriè accepto, qui scilicet est quãtitas discreta, rationem propriæ discretionis; haberi potest conceptus eius, quod est *Trinitas*: Et ad istum modũ acquirendi cognitionem simplicem istorum terminorum *Trinus*, & *vnus* sufficit natura animæ, etiam in hoc statu. *ibidem*. ☩. *Breuiter dico*. E.3.

Deus incomprehensibilis.

Deum nullus intellectus creatus, & si videat quodcunque visibile ex parte Dei, potest comprehendere, quia non est commensuratio hinc inde; nullus enim talis intellectus potest habere tantam intellectualitatem, neque in actu primo, neque in actu secundo, quanta est intellegibilitas Dei, vt obiecti. 3. D.14. Q.2. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. ☩. *Et tunc*. F. 7.

Deus per *intelligere*, vt *intelligere* comprehendit essentiam suam, vt obiectum beatificum sub ratione, qua talis, est in Deo ex natura rei. *Quodl.* Q.1. §. *De altero*. ☩. *Quarta ratio*. L. 13.

Deum cognoscens sub ratione infinitatis intensiuæ, non propter hoc comprehendit ipsum, ergo multò magis cognoscens infinita possibilia, quæ relucent in eo, siue eius infinitos effectus, non comprehendit eum. 3. D.14. Qu.2. §. *Contra rationem*. G.10.

Deus immensus.

Deus est illimitatus secundùm præsentiam, quia est præsens omnibus locis: vnde non sequitur: si ego sum cum Deo hic, & Papa sit cum Deo Romæ, ergo ego sum simul cum Papa. 1. D.13. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. Q.21.

Deum esse præsentem vbique secundùm potentiam, non infert ipsum esse vbique secundùm essentiam, & sic omnipotentia non infert immensitatem. 1. D.37. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. ☩. *Ex his* A.3.

Deus, non vt alicubi præsens secundùm essentiam, antequã produceret mundum, fuit potens facere mundũ; sicut igitur ibi præsentia immẽsitatis non præexigebatur præsẽtiæ essentiæ suæ, vt potẽtia est, imò potẽtia priùs habuit terminum suum, quàm esset præsentia secundùm essentiam, ita videtur modò, quòd non oportet præintelligere Deum in

aliqua parte vniuersi, vt ibi aliquid causet, sed magis quasi è conuerso priùs sit ibi secundùm potentiam, vt ibi aliquid causet; & tunc, licèt per impossibile, non esset ibi priùs secundùm essentiam, posset tamen ibi causare. *ibidem*. ☩. *Confirmatur*. C.4.

Deus potest causare aliquid extra vniuersum, & tamen ibi non est secundùm essentiam. *ibidem*. *In argumento in oppos.* n.1.

Deus per immensitatem sui non coexistit alicui in loco, nisi quod est in illo loco, licèt possit causare locum extra vniuersum, & tunc per immensitatem suam coexisteret illi. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. §. *Contra istud*. B.9.

Deo minus videtur conuenire: *vel sic*, Minùs videtur de Deo, quod oporteat ipsum esse præsentem ei, in quod agat per præsentiam, siue per essentiam, quàm Angelus. 2. D. 2. Q.5.6. §. *Alij autem*. ☩. *Contra conclusionem*. n.3.

Deus non distat à se: tamen distant inter se illa, quæ cum illo sunt hic, & Romæ. 2. D.2. Q.7. *Ad primum principale*. C.2.

Deus, ex sua immensitate, necessariò est vbique, quia nullum potest esse *vbi*, in quo non sit, secundùm potentiam, præsentiam, & essentiam; & sic impossibile est aliud à Deo esse vbique; sed non est inconueniens aliquid aliud à Deo, per eius potentiam, esse in quocunque vbi; nec per hoc debet dici esse propriè vbique, sicut Deus, quia non est immensum. 4 D.10. Q.2. §. *Dico ergo*, ☩. *Ad primam*. K.15.

Deus immutabilis,

Deus dicitur simpliciter immutabilis omni immutatione, siue substantiali, siue accidentali. 1. D.8. Q.5. §. *Huius exclusiuæ*. ☩. *Probatur etiam*. A.2.

Deus solus est immutabilis: & nihil aliud à Deo est immutabile, loquendo de mutatione, quæ est versio, quia nihil aliud est formaliter necessarium; quodlibet enim aliud est mutabile subiectiuè, nisi propter imperfectionem negatiuam, puta vltimum accidens, quod nullius perfectionis est capax. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. Y.22.

Deus simplex.

Deus est verè, & summè simplex Aug. 6. de Trinit. cap. 6. vel 22. 1. D.8. Q.1. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Deus non est compositus ex materia, & forma, quia si esset compositus ex materia, & forma, non esset primum efficiens, *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. ☩. *Primum sic*. B.2.

Deus quia non est materialis, nec quantus, ideò non est capax accidentis alicuius materialis conuenientis rei materiali, sicut est qualitas rei materialis; ergo tantùm est capax illorum, quæ conueniunt spiritualibus, puta intellectionis, & volitionis, & habituum illis correspondentium; sed tales non possunt esse accidentia illi naturæ, quia *intelligere* eius, & *velle* sunt substantia eius, & habitus, & potentia. *ibidem*. ☩. *Tertia conclusio*. F.4.

Deus non est componibilis, quia omne componibile potest esse pars alicuius totius compositi, quod est ex ipso, & alio componibili: omne autem pars potest excedi: contra rationem autem infiniti est posse excedi; ergo infinitum non est componibile; sed Deus est infinitus, ergo Deus non est componibilis. *ibidem*. §. *Secundo probo*. ☩ *Secundò ostendo*. F.5.

Deus, quia est perfectè simplex, ideò non potest mutari ad aliquam formam, quæ in ipso recipiatur. 1. D 8. Q.5. §. *Huius exclusiuè*. ☩. *Probatur etiam*. A.2.

Deus, quia perfectè simplex est, nihil continet, quod non sit ipsum secundùm Aug. 11. Ciuit. cap. 10. *Deus simplex est, quia hoc est, quod habet*. 1. D.30. Q.1.2. §. *Ad secundam quæstionem*. M.14.

Dei cum simplicitate stat, quod aliquis sit conceptus communis sibi, & creaturæ, non tamen communis, vt generis. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem*. F.16.

Deus quoad genus, speciem &c.

Deo propriè non inest, *siue*, Non est in diuinis propriè genus, nec species, nec differentia specifica. 1. D.7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta igitur*. P.13.

Deum non dicimus formaliter lapidem, sed formaliter sapientem: & tamen si præcisè consideretur attributio conceptus ad conceptum, ita potest formaliter lapis attribui ad aliquid in Deo, vt ad ideam, sicut sapientia, 1. D.8. Q.3.

Q.3. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Confirmatur etiam*. n.5.

Deum, opinio aliquorum, ponit in genere, & habet pro se auctoritatem Damasceni in Elucidario cap.8. *substantiam &c.* Item Boetij in libello suo de Trinit. vbi videtur dicere, quod duo genera manent in diuinis &c. & alias rationes. *ibidem*. §. *Alia est opinio*. E.P.15. *impugnatur ibidem*. §. *Teneo opinionem*.

Deum abusiuè substantiam vocari manifestum est. Aug.7. Trinit. c.2. vel 32. ratio sua ibi est, *quia substantia dicitur, quod subsistat accidentibus; absurdum verò est, quod Deus alicui accidenti subsistat*. Non enim intelligit quod ratio substantiæ sit substare accidentibus, vt substantia est genus, quia præmisit ibi quod absurdum est quod substantia relatiuè dicatur; sed substantia, vt est genus, est limitata: omnis autem substantia limitata capax est accidentia; ergo substantia quæcunque, quæ est in genere, potest substare alicui accidenti, Deus non; ergo, &c. *ibidem*. ℣. *Secundam partem*. F.16.

Deus quod non est in genere arguit Aui.8. Meta. cap.4. quia genus est pars: Deus autem simplex est, non habens partem, & partem; ergo Deus non est in genere. *ibidem* ℣. *Item arguit*.

Deo, & creaturæ quidquid est commune: *vel sic*, Quidquid dicitur communiter de Deo, & creatura est indifferens ad finitum, & infinitum, loquendo de essentialibus: vel saltem ad finitum, & non finitum, loquendo de quibuscunque, quia relatio diuina nec est finita, nec infinita, nullum autem genus potest esse indifferens ad finitum, & infinitum; ergo. *ibidem* .G.16. & ℣. *Alij probant*. O.20

Deo, & creaturæ quæcunque sunt communia, sunt talia, quæ conueniunt enti, vt est indifferens ad finitum, & infinitum; vt enim conueniunt Deo, sunt infinita; vt creaturæ sunt finita; ergo illa per prius conueniunt enti, quàm ens diuidatur in decem genera, & per consequens quodcunque tale est transcendens, & extra omne genus. *ibidem*. ℣. *Respondeo quod ens*. N.18.

Deum non esse in genere, probant aliqui, quia continet in se perfectiones omnium generum. *ibidem*. §. *Alij probant*. O.20. *Impugnatur ibidem*. ℣. *Sed istud*.

Deo nulla differentia de genere quantitatis conuenit, nec aliqua passio illius generis, sed passio transcendens. 1. D. 19. Q.1. *Ad primum principale*. ℣. *Tertia ratio*. H.7.

Deo sicut nullum genus, nec aliquid alicuius generis formaliter conuenit: *vel sic*, Sicut nullum genus, nec aliquid alicuius generis dicitur de Deo formaliter, ita nec passio alicuius generis. *ibidem*. §. *De tertio*. D.4.

Deus non habet aliquam differentiam specificam. 1. D.31. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad tertiam*. ℣ *Consimiliter*. D.5.

Deum, licet Damasc. multa verba dicat in diuersis locis, quæ videntur dicere esse in genere; vnum tamen verbum, quod dicit in elementario cap.8. soluit omnia. 1. D.8. Q.3 *Ad primum pro secunda opinione*. T.24.

Deo, *id est*, In Deo, *siue*, In diuinis quòd duo genera manent, nunquam inuenitur in libello Boetij de Trinitate; nec, breuiter, genera; nec differentiæ generum; nec etiam modi eorum; nec rationes eorum manent ibi. *ibidem* ℣. *Ad Boetium*, idem dicitur de Auerroe quatenus non habuit intentionem Aristotelis.

Deus nominabilis.

Deus sicut intelligitur à nobis, ita potest & à nobis nominari, secundum vnam opinionem. 1. D.22. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. n.1. *Impugnatur ibidem*. §. *Sed contra*.

Deus solus, secundum aliquos, nomen sibi proprium vocale potest imponere, quatenus est immensus; quia vnitas, seu veritas Diuinæ Essentiæ nota est ipsi Deo soli, quoad rationem entitatis suæ: Beati verò cognoscunt illam essentiam in se, ergo aliquo verbo, vt signo illius essentiæ sub propria ratione, possunt ipsi Deum nominare: Viator autem non potest Deum nominare, nec vt Deus secundum propriam rationem immensitatis; nec vt beati secundum propriam rationem essentiæ, ita quod signum impositum illi essentiæ primò, vel secundo modo posset eos ducere ad aliquam diuinæ essentiæ notitiam: Intellectus tamen viatoris aliquo modo potest concipere Deum, ergo proportionaliter nominare &c. Et tandem infert hæc opinio vlteriùs, quod hoc nomen *Deus*, ex impositione sua, signat quod est perfectionis simpliciter quasi in summa, & in generali respectu aliorum nominum, quæ quasi particulariter exprimunt aliquid, quod rationem dignitatis habet in Deo &c. *ibidem*. Q.2. *Additionali*. §. *Hic est opinio*. A.3. *Hæc dicta examinantur*. *ibidem*. §. *De ratione*. n.4.

Deum verisimile est nominari nomine significante hanc essentiam, & hoc siue illud nomen sit impositum ab ipso Deo, vel ab Angelo cognoscente ipsum Deum, vel à viatore: verisimile enim est quòd multa nomina sint in Sacra Scriptura, distinctè illam essentiam significantia, sicut Iudæi dicunt de nomine Dei, quod vocant tetragrammaton: & videtur Deus dicere Exod 3. *Hæc dices filijs Israel, qui est, misit me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum*. 1. D.22. Q. *Vnica aliàs* 1. §. *Potest dici*. ℣. *Breuiter igitur*. A.3.

Deus est nominabilis à viatore nomine significante propriam essentiam, vt est hæc essentia; quia viator potest vti illo signo, & intendere exprimere significatum illius signi, siue ipse imposuerit illud signum, siue alius quicunque, qui cognouit significatum, & tali etiam signo potest viator vti tanquam nomine, licèt non potuerit illud imponere tanquam signum. *ibidem*. ℣. *Est ergo*. B.4.

Deus potest quocunque nomine nominari ab intellectu finito; imò plùs non potest Deus se nominare aliquo nomine, excedente nomen, quo nominabilis est à Beato; quantumcunque comprehensio Dei excedit apprehensionem Beati. *ibidem*. Q. *Vnica additionali*. aliàs 2. §. *De ratione*. ℣. *Secundo quia*. C.5.

Deum possibile est simpliciter nomine proprio nominari imperfectè, secundùm tres gradus; primò scilicet vtendo nomine, vt re naturali, vt auis edocta: secundò vt signo ad placitum, cùm tamen Dei nullum conceptum habeat, vt ens, nisi in hoc vniuersalissimo, quod est aliquid significatum hoc nomine: tertiò vtendo nomine aliquo Dei, cuius tamen conceptum tantùm vniuersalem habet, intendit tamen illud exprimere, vt significatur per nomen, licèt eum sic in particulari non concipiat. *ibidem*. §. *His præmissis*. C.8.

Deum non est possibile nominari à viatore nomine proprio perfectè, ita vt vtatur illo nomine, vt signo expressiuo proprij conceptus Dei in particulari, & ipse concipiat illum conceptum. *ibidem*.

Deus non odibilis.

Deus non potest odiri ab aliqua voluntate: formaliter non potest Deus odiri. 2. D.43. Q.1. §. *Resp*. ℣. *Dico tamen*. D.5.

Dei nulla ignorantia, etiam infidelitas, potest esse ita odibilis, sicut odium Dei, si posset voluntati inesse. 4. D.49. Q. 4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Præterea in bonis*. N.17.

Deus quo ad diligi.

Deum non diligere est vituperabile, & peccatum, quando scilicet potest haberi potentia propinqua, quia actu intelligens Deum, & nullo modo diligens, peccat. 4. D.49. Q. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Præterea in bonis*. N.17.

Deum in se esse bonum, non desiderando illud mihi, possum remissè velle. 3. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Præterea, sine tali*. G.17.

Deus summè diligit se, & summè beatus est; & tamen in hoc non desiderat formaliter se esse bonum alijs amanti; nec oportet potentiam liberè agentem necessariò agere quantum potest. *ibidem*.

Deus, inquantum obiectum beatificum, non est obiectum principale charitatis, dicendo, quòd *esse* beatificum obiecti sit respectus aptitudinalis, quo natus est beatificare, quia aptitudo non est ratio terminandi actum perfectum perfectè, nisi ratione naturæ, cuius est aptitudo talis: nec etiam est sic obiectum eius, si dicatur quòd obiectum beatificum est respectus actualis, quo actu beatificat; quia illa relatio, quæ est in obiecto, inquantū actu beatificat, sequitur actū. 3. D.27. Q. *Vn*. §. *Contra primam*. ℣. *Præterea*. §. B.5.

Deus, inquantum includit vtrumque hoc, prout scilicet est quoddam bonum infinitum in se, cuius amans est quædam participatio (sicut finitum est quædam participatio infiniti) quia poneretur, quod non sufficit sola bonitas infinita in se, vt summè diligatur, sed oportet concurrere quod sit bonum huius, inquantū participat ab illo, non est obiectū principale charitatis, quia eiusdem actua non videtur duplex formalis ratio obiectiua. *ibid* ℣. *Contra tertium*. B.6.

Deus quo ad diligi,

Deum diligere super omnia potest quæcunque voluntas ex puris naturalibus, saltem in statu naturæ institutæ. *ibidem.* §. *Quantum ad illum articulum*, I. 15.

Deus non solùm ex charitate potest super omnia diligi, sed ex naturalibus, saltem in statu naturæ institutæ. *ibidem. Ad secundum principale.* Q. 21.

Deus habet honestatem, & redamationem, sicut amationem, & excellentiùs potest esse amicitia ad ipsum, ita ut dicatur superamicitia. *ibidem. Ad primum principale.* P. 20.

Deos esse plures includit vtrumque esse diligendum ex charitate, & neutrum. *ibidem.* §. *Ad duo argumenta.* ℣. *Ad primum.* R. 22.

Deus posset haberi charus aliquo amore priuato, quo amans nollet habere condiligentem, sicut in zelotypis habentibus mulieres charas: sed ille habitus non esset ordinatus, nec perfectus: non quidem ordinatus, quia Deus qui est bonum commune, non vult esse bonum priuatum alicuius: nec, secundùm rectam rationem, debet aliquis sibi appropriare istud bonum commune, & ideo ille amor inclinans ad hoc bonum, vt ad bonum proprium non condiligendum, nec habendum ab alio, esset inordinatus. 3. D. 28. Q. *Vnica.* §. *De primo.* A. 2.

Deus si sit æternus, & diligitur temporaliter, dicitur quidem dilectus à nobis, sed non dilectus æternaliter. 1. D. 30. Quæst. 1. 2. 3. *Ad primum principale primæ quæstionis.* K. 13.

Deus infundens habitum, quo anima ordinatè, & perfectè tendat in ipsum, dat habitum, quo habeatur charus, vt bonum commune & condiligendum ab alijs; & ita habitus ille, qui est Dei, inclinat etiam ad velle ipsum haberi charum, & diligi ab alio, saltem cuius amicitia sit ei grata, vel non displicens pro tunc, pro quando est grata; sicut igitur ille habitus inclinat ad diligendum Deum in se ordinatè, & perfectè, ita inclinat ad velle eum diligi à se, & à quocunque alio, cuius amicitia est grata. 3. D. 28. Q. *Vnica.* §. *De primo*, A. 2.

Deus licèt bene diligatur, non tamen ex dilectione alicuius potest addi sibi aliquod bonum; & ideo non comprehenditur sub proximo. 3. D. 30. Qu. *Vnica. Ad primum principale.* G. 13.

Deus beatus,

Dei intellectus, essentia diuina, vt est obiectum: *vel sic*; Essentia diuina, vt est primum obiectum ipsius intellectus diuini, visa prima cognitione intuitiua, ante omnem negotiationem cuiuscunque intellectus, est obiectum beatificum illius intellectus, quia ille non beatificatur per actum negotiatiuum. 1. D. 31. Qu. *Vnica.* §. *Quantùm ad prima.* ℣. *Sed contra.* A. 2.

Deus est simpliciter beatus in operationibus intellectus, & voluntatis suæ: non est autem simpliciter beatus in essentia, vt est infinita, nisi eam comprehendat: Et sicut intellectus comprehendit videndo, ita voluntas, suo modo oportet, quòd comprehendat amando, ad hoc quod sit beata, & per consequens vtraque potentia, & vterque actus vtriusque potentiæ circa essentiam diuinam, vt perfectè se beatificat, erit infinitum. 4. D. 13. Q. 1. §. *De secundo.* ℣. *Ad illud.* Y. 31.

Deus est intelligens, & volens, & per consequens beatificabilis; non autem præcedit in eo potentia actum, quia tunc esset imperfectus; igitur est beatus, & non nisi intelligendo, & volendo se, quia nullum aliud obiectum potest creaturam rationalem beatificare; igitur actu intelligit, & diligit se. 3. Dist. 32. Qu. *Vnica.* §. *Hic sunt.* A. 2.

Deus necessariò est beatus; igitur necessariò videt, & etiam diligit se. Quodl. Q. 16. §. *De primo.* A. 2.

Deus non est beatus præcisè per hoc, quòd est idem sibi, sed per hoc, quòd est beatus, non posset inferri quòd est intelligens, quia si non haberet intellectum, ad hoc esset idem sibi, sicut lapis est idem sibi. 4. D. 49. Qu. 2. §. *Ad istam quæstionem.* ℣. *Præterea. creatura.* A. 6.

Deus iustus.

Deo competit iustitia, siue accipiendo iustitiam generalissime, sicut rationem generalissimam ponit Ansel. de veritate cap. 12. quòd *Iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruata*, siue, vt hæc ratio specificatur per iustitiam, secundùm quòd de ea tractat Aristotel. 5. Eth. cap. 3., qui addit, vltra hanc rationem, hoc, quod est *esse ad alterum.* 4. D. 46. Q. 1. §. *Hic primo.* A. 2.

Deus habet rectitudinem voluntatis, imò voluntatem inobliquabilem, quia prima regula est, & *seruata propter se*, non prout *seruata* dicit aliquam susceptionem, vel passionem respectu alicuius seruantis, *sed seruata propter se*, idest, spontanee propter se semper habita. *ibidem.*

Deus potest habere rectitudinem voluntatis ad alterum, & ideò in omni aceptione sua ad alterum est rectitudo. *ibidem.*

Deum non posse quandoque agere præter iustitiam (quæ est rectitudo voluntatis in ordine ad exigentiam eius, quod est in creatura) non videtur probabile, quia quicquid non includit contradictionem, potest simpliciter agere, & ità velle, nec potest aliquid velle, quod non potest rectè velle, quia voluntas sua est prima regula; ergò quicquid non includit contradictionem potest rectè intelligi velle, & ita cum ista iustitia determinet ad aliquid, cuius oppositum non includit contradictionem, potest Deus velle, & rectè velle, & agere præter illam iustitiam. *ibidem*, ℣. *Si obijcitur.* D. 6.

Deus simpliciter determinatur ad iustum publicum communitatis, non vt communitate aggregationis, sicut in ciuitate, sed communitate eminentis continentiæ, quod est iustum condecens voluntatem suam: omne autem aliud iustum est particulare, & nunc hoc iustum, nunc illud iustum secundùm quòd ordinatur, vel conuertit huic iusto: Dico ergò, quod potest velle Petrum damnari, & iustè velle, quia istud particulare iustum *Petrum saluari*, non necessariò requiritur ad iustum publicum, quin oppositum eius possit ordinari ad illud idem, scilicet ad condecentiam diuinæ voluntatis; est enim illud finis *quod* nullum ens ad finem determinatè requirens. *ibidem.* §. *Non improbando.* ℣. *Ad tertium.* K. L. 11.

Deus non simpliciter est debitor, nisi bonitati suæ, vt diligat eam: creaturis autem est debitor ex liberalitate sua, vt communicet eis, quod natura suæ exigit; quæ exigentia in eis ponit quoddam iustum, quasi secundarium obiectum istius iustitiæ: tamen, secundùm veritatem, nihil est determinatè iustum extra Deum, nisi secundùm quid, scilicet, cum hac modificatione, quantum est ex parte creaturæ, sed simpliciter iustum tantummodo est relatum ad primam iustitiam, quia scilicet actualiter volitum à prima voluntate. *ibidem. Ad tertium principale.* M. 12. in fine.

Deus est talis artifex respectu creaturæ, vt artificiato nihil sit debitum, nisi secundùm voluntatem artificis: vnde sequitur quod in productione eius non est iustitia strictè: quando ergò dicitur, artificiato debitum est conformari suæ regulæ, negandum est, accipiendo strictè debitum; quia Deus hoc non debet artificiato: Si autem accipiatur, quod hoc requiritur in artifice, ad hoc, vt sit debitè artificiatum, ex hoc non sequitur iustitiam producente, si tantum det liberè artificiato, quòd sic conformet absque omni exigentia præuia ex parte artificiati sicut est hic. 4. D. 46. Qu. 4. §. *Ad istam.* ℣. *Sed prima.* n. 3.

Deus Dominus,

Deus denominatur Dominus sola relatione noua, quæ est in creatura ad ipsum; non quidem quòd in creaturis sint duæ relationes oppositæ, quarum altera ipse denominetur, sed vna tantùm, quæ est ad ipsum, vt ad absolutum; & propter hoc, quod sic absolutum est terminus illius relationis, denominatur, quasi esset in eo noua relatio, correspondens. 1. D. 30. Q. 1. §. *Respondeo igitur.* ℣. *Respondeo sola.* I. 12. & Q. 2. *Ad vltimum.* R. 20.

Deus, concederet fortè aliquis, sit Dominus, notando factionem secundùm quid, puta factionem secundùm aliquam relationem rationis, vel secundùm terminationem alicuius relationis; magis tamen concederetur quòd incipit

Deus Dominus.

cipit esse Dominus, quia hoc non significat imperfectionem, sicut fieri: nullo tamen modo conceditur nec *fieri*, nec incipere absolutè. *ibidem*. *Ad tertium principale primæ quæstionis*. L. 13.

Deus non passiuus.

Deus, quia nihil perfectionis est in creaturis ratione potentiæ passiuæ, inquantum passiua est; hæc ratio verè competit materiæ, quæ ponitur infimum entium; veriùs potest dici quòd sic lapis, quàm potentia passiua, si propter perfectionem aliquam, in ratione potentiæ passiuæ, debet ibi poni formaliter potentia passiua 1. D. 27. Q. 3 §. *Contra ista*. ℣. *Quod autem additur*. C. 10

Deum in se, quomodocunque, est impossibile habere rationem receptiui formæ. 4. D. 12. Qu. 4. ʃ. *Ad quæstionem*. ℣. *Sed contra*. H. 24.

Deus quo ad velle, & nolle.

Deus non videtur aliam volitionem secundùm rationem habere de obiecto nullo modo diuersificato. 1. D. 17. Qu. 2. *aliàs*. 3. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Præterea Deus*. Dd. 18.

Deus potest ita liberè in *nunc* æternitatis velle, quod vult, sicut si ad nihil esset voluntas sua determinata. 1. D. 40. Q. *Vnica*. *Ad primum*. C. 3.

Deum non est necesse velle aliquid aliud à se absolutè, & de necessitate. 2. D. 12. Qu. 2. §. *Respondeo*. ℣. *Item non est*. B. 4.

Deus est ordinatè volens, ergò primò vult se ipsum, vel bonitatem suam, tanquam finem: secundò vult bonum creaturæ rationalis vltimatum, quod est communicatio creaturæ, siue communicatio beatifica suæ bonitatis creaturæ tali: & post vult gratiam, quæ ordinatur ad beatitudinem huius, vel ad fruitionem eius: & posteriùs vult istum beatum, vel beatificeabilem esse nasciturum à tali parente. 2. D. 20 Q. 2. ʃ. *Dico*. A. 2.

Deus non vult me velle pro A, quod vult me velle pro A [quod posset videri sequi ex ratione Anselmi de libero arbitrio cap. 8.] non est contradictio; quia negatur voluntas beneplaciti, & consequens; & affirmatur voluntas signi, & antecedens; alioquin enim videretur absolutè quòd voluntas creata non posset peccare, quod falsum est; & quòd Deus de potentia absoluta non possit auferre rectitudinem à voluntate creata, vel ab actu eius, absque demerito voluntatis creatæ, quorum vtrumque est falsum. 2. D. 37. Q. *Vnica*, aliàs secunda. §. *Ad solutionem*. ℣. *Ad illud*. X 18.

Deus actu positiuo non potest auferre rectitudinem voluntatis, vt probat ratio Anselmi, quia tunc volens auferret, & ità volens voluntate beneplaciti, & per consequens, voluntate beneplaciti vellet me non velle, quod vult voluntate antecedente me velle: sed hoc consequens, licèt non includat contradictionem, tamen est falsum, quia quicquid vult voluntate antecedente, hoc vult voluntate beneplaciti, & consequente, quantum est de se, si non ponatur impedimentum in voluntate creata. *ibidem*. ℣. *Tamen exponendo*.

Deum ipsum, si aufertur à voluntate mea sine actu meo rectitudo, ego non pono impedimentum, igitur hoc casu posito, velle voluntate beneplaciti: *vel sic*; Si rectitudo aufertur à voluntate mea, sine actu meo, ego non pono impedimentum; igitur hoc casu posito, ipsum Deum velle voluntate beneplaciti non velle, quod vult voluntate antecedente me velle, est falsum, licèt non includat contradictionem: & tunc non probat plus ratio Anselmi, nisi, quòd sine demerito voluntatis creatæ non potest Deus de potentia ordinata auferre voluntati rectitudinem; sed non probat hoc de potentia absoluta: nec etiam probat quod Deus non posset negatiuè auferre, & hoc propter demeritum voluntatis creatæ. *ibidem*. ℣. *Sed si aufertur*. Y. 18.

Deum velle creaturam esse, principaliter, dicit actum diuinum, licèt connotet transitum super obiectum. 4 D. 13. Quæst. 1. ʃ. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Ad secundum*. R. 23.

Deus non vult aliquam voluntatem velle liberè maiorem gloriam habere, quam sibi contulit, & ideo non potest aliam gloriam rectè velle. 3. D. 13. Q. 4. *Ad primum principale*. M. 15.

Deus quandoque vult voluntatem liberè velle, quod vult appetitum naturale appetere velle; quandoq; autem non; sed vult voluntatem liberam esse consonam voluntati suæ, & dissonam appetitui naturali, & ideo beatitudo rectè appetitur liberè, quia Deus vult naturalem appetitum hoc appetere, & voluntatem liberam esse sibi consonam. *ibidem*. M. 16.

Deus, & beati possunt summè nolle, & non velle; non tamen possunt tristari, quia non possunt euenire illa respectu quorum habent nolle: *Tristitia autem est de his, quæ nobis nolentibus accidunt*, secundùm Aug. 14. Ciuit. 15. quod apparet, quia Deus summè nolens aliquid, prohibet ne illud vnquam eueniat. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Aliter potest dici*. ℣. *Vlteriùs de*. D. 12.

Deus cùm rationabilissimè velit, licèt non diuersis actibus, sed vno, inquantum illo diuersimodè tendit supe obiecta ordinatè; primò vult finem, & in hoc est actus suus perfectus, & voluntas eius beata: secundò vult illa, quæ immediatè ordinantur in ipsum, prædestinando scilicet electos, qui immediatè attingunt ipsum, & hoc quasi reflectendo, volendo alios diligere idem obiectum secum; qui enim amat se primò ordinatè, & per consequens non inordinatè zelando, vel inuidendo isto modo, secundò vult habere alios diligentes; & hoc est velle alios habere amorem suum in se; & hoc est prædestinare eos, si velit eis hoc bonum finaliter: Tertiò vult illa, quæ sunt necessaria ad attingendum hunc finem, scilicet bona gratiæ: Quartò vult propter alios alia, quæ sunt remotiora, puta hunc mundum sensibilem, vt seruiat eis. 3. D. 32. Q. *Vnica*. ʃ. *Tertium patet*. ℣. *Ex hoc patet*. G. 6.

Deus, loquendo de sola necessitate immutabilitatis (quæ excludit posse oppositum succedere ei, quod inest) necessariò vult quicquid vult, quia non potest succedere oppositum ei, quod inest, neque ex parte actus, neque ex parte obiecti, quia hoc non posset esse sine aliqua mutatione in Deo, cum obiectum esse volitum non ponat aliquid extra ipsum Deum. *Quodl.* Q. 16. ʃ. *De primo*. ℣. *De isto igitur*. H. 7.

Deus licèt voluit me sedere pro A, & non sedere pro B: tamen priùs naturaliter volita sunt ab eo ipsa obiecta, quàm ipsa *nunc* mensuranda; & in illo priori oportet quærere non contradictionem ipsorum volitorum, alioquin per ipsa *nunc* posteriora eis adiecta non videtur tolli ista contradictio, respectu huius. 2. Dist. 2. Quæst. 1. ʃ. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Etsi arguatur*. F. 22.

Deus quo ad peccatum.

Deus sicut non potest esse causa mali, inquantum malum, in prima electione sui, ita nec in *esse* suo continuato, quod est continuè elicit. 2. D. 7. Q. *Vnica*. ʃ. *De secundo dico*. ℣. *De isto quamuis*. N. 20.

Deus si immediatè non causabit volitionem creatam, ita quod ipsa voluntas sit totalis causa suæ volitionis, faciliter, secundùm istam viam, posset assignari, quomodo non sit causa peccati; loquendo enim siue de materiali, siue de formali in peccato, totum esset causatum à voluntate, sicut à totali causa, & ita nullo modo à Deo, nisi mediatè, quia Deus producit voluntatem talem, quæ posset sic, & sic velle. 2. Dist. 37. Q. *Vnica. laterali*. §. *Si hæc via*. N. 6.

Deus quo ad peccare.

Deus in se peccare non potest; patet per hoc, quod non potest à se auerti: nec formaliter, quia non potest se non diligere summè, & ordinatè, & cum omnibus circumstantijs requisitis, alioquin vel non posset se ordinatè diligere, vel posset mutari, quorum vtrumque est impossibile: nec etiam virtualiter potest à se auerti, quia nihil aliud à se est necessarium sibi ad volendum se, quodcunque enim aliud à se est, quia ab eo volitum, & hoc modo volitum & pro *nunc*, & pro *tunc*, & ex hoc est sic

ordinatè

Deus quo ad peccare.

ordinatè volendum. 2. Dist. 37. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. *Respondeo quod Deus*. V. 16.

Deus quo ad recordari.

Deus si posset habere actum post tempus, nec haberet vnum actum stantem in æternitate, posset recordari, & sic scriptura concedit eum recordari Thren, cap. 5. *Recordare Domine, quid acciderit nobis &c.* inquantum scilicet ille actus, qui in se non est post tempus, consideratur vt coexistens priori tempori, & nunc isti, & sic quasi post tempus. 4. Dist. 45. Quæst. 3. *Ad primum principale*. N. 21.

Deus vnus.

Deus quod sit tantùm vnus, *vel* Quod sit tantùm vnus Deus, conclusio est certa: sed dicunt aliqui, quod hæc conclusio non est demonstrabilis, sed tantum accepta per fidem. 1. D. 2. Q. 3. §. *In ista quæstione*. n. 2.

Deum esse vnum, negandum non est posse demonstrari, licèt acceptum sit à lege, sicut acceptum est à lege quòd Deus sit; Exod. 3. *Ego sum qui sum*, & Apostol. ad Hebreos cap. 11. dicit, quòd *oportet accedentem ad Deum credere quia est*: & tamen non negat, *Deum esse*, esse demonstrabile. *Ibidem*. ℣. *Ad illa, quæ sunt*. B. 7.

Deos plures non docet Apostolus cum 1. Ad Corinth. 8. dicit, *Siquidem Domini multi, & Dij multi*; quia loquitur de idolis, & ideò de Dijs nuncupatiuè, & subdit ibi *Nobis autem vnus Deus*, quia omnes Dij gentium dæmonia. *ibidem*. *Ad primum principale*. C. 8.

Dei vnitas videtur quod possit ratione naturali ostendi, & hoc sumendo viam primò ex infinito intellectu; Secundò ex infinita voluntate; Tertiò ex infinita bonitate; Quartò ex ratione infinitæ potentiæ: Quintò ex ratione infiniti absolutè: Sextò ex ratione *necesse esse*: Septimò ex ratione omnipotentiæ. *ibidem*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Videtur tamen*. n. 2.

Dij duo si sint, cum intellectus infinitus cognoscat quodcunque intelligibile perfectissimè quantum est intelligibile in se, quia totum ens; si, inquam, sint duo Dij. A, & B. A ergò cognoscet B perfectissimè, quantum B, est cognoscibile: sed hoc est impossibile. *ibidem*. ℣. *Prima via*. n. 2.

Dij duo si sint A, & B, cum voluntas infinita sit recta, & per consequens diligat omne diligibile quantum est diligibile: Si B est alius Deus, est diligibilis in infinitum, cum sit bonum infinitum; & infinitè à voluntate potente sic diligere: ergo Voluntas A diligit B. infinitè: sed hoc est impossibile. *ibidem*. ℣. *Quantum ad secundam*. n. 3.

Dij duo si essent, seu duo omnipotentes, vterque eorum faceret alterum nullipotentem, non destruendo illum, sed faciendo, vel prohibendo per suum *nolle esse* volitorum ab alio. *ibidem*. ℣. *Ideo ex omnipotentia*. B 6.

Deus est, ergo Dij sunt, sequitur, quia singulare, & plurale idem significant, licèt differant in modo significandi: dico quod consequentia non valet, quia numerus non est talis modus significandi grammaticaliter, quales alij modi significandi grammaticales, qui præcise dicunt modum concipiendi rem, absque aliquo reali correspondenti modo concipiendi, nec dicunt aliquid in re, à quo moueri possit intellectus ad talem modum accipiendum: sed numerus verè includit rem substratam: vnde sequitur homines currunt, ergo plures homines currunt, sed non est sic de alijs consignificatiuis nominis, vel verbi, quia non sequitur Deus est generis masculini, ergo Deus est masculus, quia ad masculinitatem sufficit aliquid in re, à quo iste modus concipiendi, possit accipi, puta actiuitas. *ibidem*. *Ad secundum principale*. C. 8.

Dij, *idest*, Istud subiectum *Dij* in hoc *Dij sunt* conceptum sub modo plurali includit contradictionem, quia modus concipiendi repugnat ei, quod concipitur sub modo. *ibidem*.

Deus sicut est, quo maius cogitari non potest, ita Dij sunt, quibus maiora cogitari non possunt; non currit, quia non sunt Dij cogitabiles sine contradictione, quia modus repugnaret rei conceptæ: ad veritatem autem propositionis requiritur quod ratio subiecti sit in se vera, & non includat contradictionem. *ibidem*. ℣. *Per idem*.

Deo, *idest* In Deo, seu *in diuinis*, inquit Anselmus de processione Spiritus Sanctis, *omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio*. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Alia est opinio*. ℣. *Item Anselm*. n. 4.

Deus vnus & trinus.

Deus est trinus, & vnus: Hanc possumus cognoscere in terminis suis generaliter, cognoscendo *Deum* sub conceptu generali, & similiter *trinum*, & sic de alijs terminis: sed hanc: *Deus est trinus in personis, & vnus in essentia*, nunquam cognoscimus euidenter, nec est nobis euidens ex terminis, nisi termini eius apprehendantur à nobis in particulari, sub proprijs rationibus. 3. D. 23 Q. *Vnica*. §. *Aliter potest poni*. E. 9.

Deus est trinus, & vnus; *Filius Dei est incarnatus*, & huiusmodi, præter omnem cognitionem, quam naturaliter possumus habere ex terminis illarum in vniuersali, adhuc remanent nobis neutræ, ita quòd non possumus naturaliter scire eas esse veras, vel falsas: Sed si possemus concipere terminos in particulari, primò mouerent intellectum ad simplicem apprehensionem sui, sub proprijs rationibus eorum; secundò ad compositionem terminorum in propositione immediata vera. *ibidem*.

Deus hic, *seu*, *Hic Deus*, sub propria ratione, est trinus in personis, & vnus in essentia sub ratione huius; sed ad illam propositionem immediatam non attingimus, quia nec terminos sub proprijs rationibus eorum intelligimus, sed solùm in conceptibus vniuersalibus, in illis proprijs conceptibus inclusis virtualiter: vnde noscimus Trinitatem secundum quod abstrahitur à Trinitate in numeris, vel in rebus corporalibus numeratis, & concipimus, Deum non sub propria ratione in se, sed in ratione entis, & causæ, & sic de alijs conceptibus generalibus, in quos deuenimus ex conceptibus communibus sibi, & creaturæ: sed ad conceptus proprios Dei in se, sicut est; Deitatis, Trinitatis personarum, & vnitatis naturæ, non deuenimus in via clarè, nec confusè; sed intelligimus in communi quid essentia, & quid persona, & postea credimus ibi esse tres personas, & vnam essentiam in tribus. 3. Dist. 24. Qu. *Vnica*. *Ad septimum Principale*. N. 22. in fine.

Deus quo ad generationem.

Deus pater naturaliter producendo filium, licèt non perficiatur in se, nec in toto, cuius sit pars, quia nullius est pars: tamen sua natura accipit esse in alio supposito, vel aliud suppositum accipit esse naturæ. 1. Dist. 8. Qu. 5. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Vltimo videtur*. K. 14.

Deus non genuit alium Deum, quia cuilibet entitati formali correspondet adæquatè aliquod ens, vel aliquod ens entitate tali; ista autem Deitas, quæ est entitas formalis, quia se tota est forma, non habet sic sibi adæquatè correspondens *quod*, nisi Deum, quia ipsum includit; Deitas autem est de se hoc; ergò Deus est de se hoc: illi autem, quod est de se hoc, repugnat non identitas, ergo & alietas, quæ includit non identitatem; ergò non potest esse alius Deus, ergo Deus non genuit alium Deum. 1. D. 4. Q. 5. §. *Respondeo*. A. 2.

Deus genuit Deum, hæc est vera, quia termini in concreto possunt supponere pro suppositis respectu prædicatorum, respectu quorum non extraneantur suppositaliter: & ideò sicut hæc est vera *Deus Pater genuit Deum Filium*, ita hæc *Deus genuit Deum*: sed inde non sequitur, ergo Deus genuit se Deum, aut alium Deum: primum non sequitur, quia non est intelligibile quòd idem producat se: Nec secundum sequitur, quia cum dicitur *Deus genuit alium Deum*, alietas notat suum determinabile distingui in extremis, quod non significatur in antecedente. *ibidem*. *Ad primum principale*. D. 3.

Deus Pater genuit Deum, aut igitur se Deum, aut alium Deum; non sequitur; sed sequitur quòd genuit alium, qui est Deus. *ibidem*.

Deus genuit eundem Deum, potest concedi, quia sicut alietas ponit suum significatum circa suum determinabile denotans ipsum disponi alietate, & distingui, & diuidi in

extrem-

Deus quo ad generationem.

extremis, quibus est commune; ita per oppositum, identitas ponit suum significatum circa suum determinabile commune extremis, denotans ipsum non distingui, nec diuidi in eis: & ideò hæc est vera *Deus Pater genuit eundem Deum*, quia filium, qui est idem Deus; sed non sequitur; ergo *genuit se Deum*. *ibidem*.

Deo cùm non insit, *siue* In diuinis cum non sit aliqua imperfectio, nec qualis est potentia passiuæ, nec etiam aliqua imperfectio potentiæ actiuæ, sed summa perfectio: nullo modo ponetur ibi generatio sub ratione mutationis, nec quasi mutationis, sed tantùm generatio, vt est productio, inquantum scilicet aliquid per eam capit *esse*, ponetur in diuinis; & ideo generationi, vt est in diuinis, non assignabitur materia, nec quasi materia, sed tantùm terminus; & hoc vel totalis, siue primus, scilicet adæquatus, qui primò ponitur in *esse*: vel terminus formalis, secundùm quem terminus primus formaliter accipit esse. 1.D.5.Quæst.2. *§. Ideo tenendo*. ✠. *Ad propositum*. F. 12.

Deus si, per impossibile, generaret alium Deum; & ille alius tertium; Deitas poneretur principium productiuum alterius, & non relatio: & tunc Deitas non communicaret se in identitate numerali, nec communicaret se communicatione adæquata sibi in ratione principij productiui, quia Deitas posset esse principium alterius communicationis, putà factæ, per impossibile, à secundo Deo; ergò cùm modo Deitas communicetur in identitate numerali, & communicatione adæquata sibi, ità quòd Deitate non potest esse alia communicatio eiusdem rationis cum ista, sequitur, quòd multò magis modò poneretur absolutum esse principium productiuum, quàm tunc poneretur. 1. D.7.Q. *Vnica*. §. *Loquendo tunc*. ✠. *Partem affirmatiuam*. M. 10.

Deus quo ad suppositum.

Deus sub exclusione (*vt Deus solus*) stat pro hoc Deo, qui communis est tribus personis. 1.D.21.Q.*Vnica*. *Ad tertium principale*. ✠. *Potest tamen*. G. 9.

Deus *non eo Pater*, *quo Deus*. Aug.7. De Trin. cap 6. *sicut explicabitur*. 1. D.8.Q.4.§. *Contra istam solutionem*. ✠. *Ad secundum*. Y. 23.

Deus Pater logicè loquendo non est conceptus, in se, & per se, vnus, & ità non dicit conceptum per se suppositi respectu alicuius; quod enim non est, in se, & per se vnum, non est alicuius per se suppositum; & sicut nec in rebus, sic nec in conceptibus; sic igitur, logicè loquendo, potest concedi quòd Pater non est, per se, suppositum Dei. 1. D.26.Q. *Vnica*. *§. Ad primum tertiæ viæ*. ✠. *Ad aliud de supposito*. Y. 49.

Deum hunc comparando ad suppositum, & quærendo identitatem, dico quòd realiter loquendo secundùm Metaphys. cùm hic non sint genera, nec aliquid generis, nihil erit hic ens per accidens: nec sequitur, esse suppositum per accidens, logicè dicit habitudinem alicuius, vt subiecti ad aliquid, vt ad prædicatum, & ita dici potest suppositum per accidens, propter accidentalitatem ex parte inhærentiæ, non extremorum. *ibidem*. ✠ *Respondeo, prima*.

Deus de Patre non dicitur per se primo modo formaliter, si cut substantia creata dicitur de suo supposito, quia Pater non habet ità per se vnum conceptum, sicut Sortes. *ibidem*. ✠. *Posset dici*. A 2. 50.

Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, hæc propositio est vera, quia terminus subiectus, quod primo significat, hoc primò ponit in oratione, & si illi aliud extremum, quod prædicatur, sit idem, propositio affirmatiua denotans talem identitatem vera est: Deus autem significat naturam diuinam, vt est nata prædicari de supposito, & illud significatum est idem tribus personis; igitur propositio hoc significans est vera: verum est tamen quòd in eius conuersa est magis prædicatio formalis, quia ibi intelligitur quasi superius, vel quasi commune prædicari de per se suis suppositis: prædicatio autem formalior est, quàdo commune prædicatur de minùs communi, vel quasi minus communi, quam è contrà. 1. Dist.4.Q.2. *§. Respondeo*. A. 2.

Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: huius contradictoria non est ista *Nullus Deus est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*; sed ista *Deus non est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*, vbi idem negatur, quod prius affirmabatur: & ista est falsa pro eodem subiecto, pro quo affirmatiua est vera. *ibidem*. *Ad primum principale*. D. 4.

Deus in Deo.

Deus ipse si, per impossibile, produceret alium Deum; non esset iste Deus in illo, quia secundùm Damascen. cap. 5. *Si essent duo Dij, non possent esse simul*, & ita neuter esset immensus, & ità nec Deus: tamen verè esset relatio producentis ad productum. 1. D.19. Q.2.§. *Quantum ad secundum*. ✠. *Primum probo*. D. 9.

Deus est in Deo, concedo, & hoc concedit Hilarius 7. de Trinitate: sed cum infertur: ergò Deus distinguitur à Deo; nego consequentiam, propter fallaciam consequentis: hæc enim præpositio *in* non notat virtutem confundendi suum causale, nec hoc habet, & ideò potest causale eius stare pro supposito aliquo determinato indeterminatè: Distinguit autem distribuit terminum huius relationis confusè, & distributiuè, propter negationem inclusam, & ideo causale huius præpositionis non infert terminum huius relationis, sicut non sequitur, Deus non generat Deum, ergò Deus distinguitur à Deo, propter similem rationem. *ibidem*. *Ad quintum principale*. I. 14.

Deus obiectum.

Deus certum est, quod non habet primitatem adæquationis, propter communitatem, ita quòd dicatur de omni obiecto per se intelligibili à nobis; ergò si aliquam habet primitatem adæquationis, hoc erit propter virtualitatem, quia scilicet virtualiter continet omnia per se intelligibilia: sed propter hoc non erit obiectum primum adæquatum intellectui nostro, quia alia entia mouent intellectum nostrum propria virtute, ita quòd essentia diuina non mouet intellectum nostrum primò ad se; secundo ad omnia cognoscibilia cognoscenda. 1.D.3 Q.3. *§. Contra istam opinionem*. ✠. *Præterea certum*. D. 5.

Deus, sub propria ratione diuinitatis, non est præsens alicui intellectui creato, nisi merè voluntariè: De præsentia reali patet per illud Ambrosij super Lucam *In eius potestate situ est videri, cuius naturæ non est videri, si vult videtur, si non vult, non videtur*: optimè dicit, quòd *eius natura non est videri*, quia eius natura non est causa naturaliter actiua huius visionis; nec etiam aliqua natura creata, quæ est causa naturaliter actiua, potest esse causa huius visionis, vel perfectè potentiæ obiecti, quia non potest continere in se perfectè essentiam illam, secundùm entitatem suam, & consequenter nec secundùm suam intelligibilitatem. *Quodl*. Q.14. §. *De secundo*. N. 10.

Deus, & cretura inter se.

Deus, & creatura sunt totaliter, & immediatè sub extremis contradictionis, scilicet ab alio, & non ab alio: necesse esse, non necesse esse &c. ista propositio est falsa, si intelligitur, quod sint sub extremis contradictionis totaliter, hoc est, quòd præcisè sint illa extrema contradictionis; Deus enim non est præcisè hoc, scilicet *non ab alio*, quia ista negatio dicitur de chimera: nec creatura est præcisè ista negatio, scilicet *non necesse esse*, quia hoc etiam conuenit chimeræ: sed tam Deus, quàm creatura est aliquid, cui conuenit alterum extremum contradictionis. 1. Dist. 8. Quæst. 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✠. *Ad primum*. n. 11.

Deus, & creatura non sunt primò diuersa in conceptibus: tamen sunt primo diuersa in realitate, quia in nulla realitate conueniunt. *ibidem*. ✠. *Ad secundum*. E. 11.

Deus relatiuè ad creaturas.

Deus est summè necessarium, scilicet ex se necessarium perfectè, quantum potest cogitari aliquid esse necessarium; ergo, quocunque alio à se non existente, non propter hoc sequitur ipsum non esse: sed si necessariam haberet habitudinem ad primum causatum, illo causato non existente, non

Deus relatiue ad creaturas.

non esset ; ergo non habet ad illud necessariam habitudinem. 1. Dist.8. Quæst.5. §. *Istis rationibus*. ℣. *Et arguo*. O. 17.

Deo non inest, *siue* In Deo non est relatio realis ad aliud à se, 1. Dist. 30. Quæst. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. M. 14.

Dei cum necessitate stat, quòd illuð, ad quod immediatè se habet, sit mutabile, quia immediatè ab immutabili est mutabile sine mutatione immutabilis, quia contingens habitudo est immutabilis ad proximum sibi, & ideo extremum illius habitudinis est contingens, & mutabile, licèt fundamentum sit immutabile. 1. D.8. Q.5. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Per idem*. Z.24.

Deus distat in infinitum à creatura, etiam suprema possibili, si qua daretur; non propter aliquam distantiam mediam inter extrema, sed propter infinitatem vnius extremi. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur*. ℣. *Sed quidquid sit*. Z. 29.

Deus cùm, multiplici primitate, sit prior creatura, videtur habere ordinem ad ipsam, extendendo nomen ordinis non tantùm, quòd dicatur posterius ordinatum ad prius, sed etiam prius ad posterius, licèt alio modo. 1. D.30. Q.2. §. *Contra primum*. ℣. *Ratio*. D.8.

Deum non dicere relationem realem ad creaturas, aliqui probant ex hoc, quod Deus non habet ordinem ad creaturas: sed hæc ratio videtur petere principium, & peccare secundùm consequens. *ibidem*.

Deus cum sit maximè absolutum, rationabile est ponere in eo quod aliquid refertur ad ipsum, vt ad absolutum, vt creaturæ sunt ad eum. *ibidem*. §. *Respondeo igitur*. ℣. *Hoc etiam probatur*. G. 10.

. cus si per impossibile, non esset natura intellectualis [sicut aliqui posuerunt, solem esse primum principium], & produceret lapidem, lapis referretur realiter ad eum, & tamen tunc non esset relatio rationis ad ipsum. *ibidem*. ℣. *Hoc etiam potest*.

Deo, *hoc est* In Deo non oportet ponere aliquam relationem &c. *vel sic*; Absolutè dico quod propter terminationem relationum creaturarum, ex tempore, ad Deum, non oportet ponere aliquam relationem in Deo nec nouam, nec antiquam, quæ sit ratio terminandi relationem creaturæ: potest tamen in Deo poni aliqua relatio rationis, noua quidem, sicut illa, quæ causatur in eo per actum intellectus nostri considerantis ipsum, sed non noua aliqua per actum intellectus sui. *ibidem*. ℣. *Absolute igitur*. H. 11.

Deus posset recognoscere creantem lapidem pro A; sed non posset nouiter cognoscere se creantem lapidem; sed in æternitate cognoscit se pro A creantem lapidem, sicut in æternitate cognoscit se pro aliquo tempore creaturum lapidem; hoc est dictu. In æternitate cognoscit relationem actualem eius ad illud, quod pro A instanti erit, & cognoscit relationem sui quasi potentialem rationis, tamen pro aliquo tempore. *ibidem*. ℣. *Respondeo, Deus*. I. 12.

Deo non inest, *siue* In Deo non est aliqua relatio realis ad creaturam; cuius ratio accipitur ex perfecta simplicitate, & ex perfecta necessitate Dei. *ibidem*. §. *Ad secundam quæstionem*. M.14.

Deo non inest, *siue*, Nulla est in Deo realitas, quæ necessario coexigat aliud à se; tale enim necessario coexigens aliud à Deo, non esset, illo coesacto non existente, & per consequens aliquid, quod esset perfectè idem Deo, non esset, aliquo alio, quod non est necessarium esse, non existente. *ibidem*.

Deus sicut non potest esse illud, quod est in ordine ad aliquid non ex se necessarium, ita non potest habere aliquam realitatem in ordine ad aliquid tale, quia illa realitas est ipsum. *ibidem*. ℣. *Ad quartum*. O.16.

Deus licèt principaliter sit sapiens sapientia suæ essentiæ, vt obiecti, tamen non omni modo, si non saperet creaturam, quæ creatura; vt intellecta ab ipso, est idea; & & ita, non intellectis ideis, sapiens omnino esse non potest: ponitur autem esse sapiens perfectissimè, in primo instanti, sed non sapiens omnino in primo instanti, absque secundo. 1. D.35. Q. *Vnica*. §. *Ad ista*. ℣. *Et tunc*. K.13.

Deus est perfectè necessarius, *siue* Perfecta Dei necessitas est ex se esse tale, quod non variabitur eius *esse*, quacunque hypothesi posita, siue possibili, siue impossibili, citra aliud à se, quia alia non sunt necessaria, nisi secundario. 1. Dist.30. Quæst.2. §. *Ad secundam quæstionem*. M 14.

Deus prius naturaliter est imitabilis à creatura, quàm comparetur, vt imitabilis; quia enim est imitabilis, ideo verè comparatur, vt imitabilis à creatura; igitur ante istam comparationem factam per intellectum, essentiæ, vt imitabilis, est in essentia imitabilitas. 1. Dist. 35. Q. *Vnica*. §. *Contra secundam positionem*. ℣. *Præterea Deus*. E.8.

Deos si relatiuè dicantur ad extra, oportet quòd illa relatio conueniat Deo secundum aliquod fundamentum proprium, quia non comparatur Deus ad extra, nisi secundum aliquod intrinsecum sibi, & illud potest dici fundamentum: Ex isto fundamento intrinseco, cum sit reale, & respectu ad extra, cum sit rationis, non potest esse aliquid habens conceptum per se vnum. Quodl. Q.1. §. *De altero*. ℣. *De primo*. F.7.

Deus causa.

Deus non est causa libera respectu alicuius, nisi quod præsupponit ante se, aliquo modo, voluntatem, seu actum voluntatis. 1. Dist.3. Quæst.4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo*. R.20.

Deum necessariò se habere ad alia extra se, Auerroes simul, & Auicenna posuerunt. 1. D.8. Q.5. §. *De intentione*. D8. *Impugnatur ab alijs, & à Doctore ibidem*. §. *Contra istam conclusionem*. H.13.

Deus si naturaliter produceret creaturam, non perficeretur in se ex tali productione, nec in simili, nec in toto; nec natura sua acciperet esse in producto. *ibidem*. ℣. *Vltimò videtur*. K.14.

Deus si produxisset abæterno res in suo vero *esse* reale, & quod essentiæ rerum sint, secundum tale esse, ab æterno, & sic produceret eas non vt cognoscens; igitur producit eas merè naturaliter, quòd videtur valdè absurdum de quocunque producto alio à se in natura, imo etiam filium produci, vt intellectus, licet non, vt intelligens formaliter. 1. D.36. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ℣. *Præterea quinto*. B.5.

Deus multa produxit immediatè, & producit, sicut creauit mundum, & nunc creat animas, & tamen omnia contingenter. 1. D.39. Q.1 2.3.&c. §. *Contra ista*. ℣. *Præterea Deus*. B.12.

Deus omnia causat, vel causare potest, non irrationabiliter; ergo rationabiliter; igitur habet rationem, secundum quam format; non autem eandem omnium; ergo singula proprijs rationibus format; non autem rationibus extra se, quia non eget, in efficiendo, aliquo alio à se; igitur rationibus in mente sua: nihil autem in mente sua est, nisi incommutabile; ergo omne formabile potest formare secundum rationem propriam sibi æternam in mente sua. 1. Dist.35. Quæst. *Vnica*. §. *Ad ista*. I.12.

Deus, ex quo actus præterijt, non potest facere quin præterijt; vnde Phil.6. Eth. cap.3. commendat dictum Agathonis rectè dicentis; *hoc solo priuatur Deus ingenita facere, quæ facta sunt*: & ratio est, quia nulla factio potest esse non entis de aliquo non ente, quia, maximè existendo factionem, qualibet est entis de non ente, vel non entis de ente, sicut in annihilatione, vel entis de ente: præteritum autem non est ens, & ipsum non præterijsse est aliud non ens, ergo non potest ex præterito fieri quod non sit præteritum. 4. D.1. Q.6. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Respondeo accipio*. C.5. & 1. D.40. Q. *Vnica*. *In primo argumento*. n.1.

Deo m posse contingenter causare si philosophi non potuerunt, per rationem naturalem, concludere, quantò magis non posse immediatè in quemcunque effectum, vel in quodcunque, quod potest producere, mediantibus alijs causis secundis. 1. D.42. Q. *Vnica*. §. *Hic respondere*. ℣. *Præterea si Philosophi*. B.3.

Deum non videtur sic esse omnipotentem, secundùm Philosophos, quòd possit aliquem effectum totaliter producere, sine omni alia causa, si ipsi habuerunt quasi pro ptin-

principio, quòd de nibilo nihil fit, saltem in illa generabilibus, & corruptibilibus. *ibidem*. ỽ. *Præterea si ipsi*.

Deum esse necessariò agentem si philosophi posuerunt, sicut videntur multi eorum sensisse, & posuisse, si cum hoc ponerent, quòd esset omnipotens propriè theologicè, prout omnipotens dicitur quod potest in omnem effectum immediatè, & in quodcunque possibile, haberent negare omnem aliam causalitatem cuiuscunque causæ secundæ, quod est maximum inconueniens eis. *ibidem*. ỽ. *Præterea si philosophi posuerunt*.

Deum quòd ideò Philosophi posuerunt necessariò producere aliud à se, quia negauerunt in eo sapientiã producentem dispositiuam, vel disponentem, & amorem affectantem esse productum, non videtur verum. 2. D. 1. Qu. 1. §. *Contra istud*. ỽ. *Quod etiam dicit, quòd ideò*. B. 7.

Deus ponendo, per impossibile, quòd non esset vbique secundum essentiam, esset tamen omnipotens, & tunc posset immediatè aliquid causare alicubi, vbi tamen non esset præsens per essentiam: nec tamen ageret in medium actione eiusdem rationis, nec alterius, quia causatum esset immediatum à Deo. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ỽ. *Confirmatur istud*. B. 17.

Deus sustinetur: *vel sic*, De Deo sustinetur quòd omnino idem re, & ratione reali est principium plurium realiter distinctorum. 2. D. 16. Q. *Vnica*. §. *Dico igitur*. ỽ. *Dices, quod erit*. I. 16.

Deus non necessariò causat, vel dat rectitudinem actui, quia nihil aliud à se necessariò causat, & ita potest non dare. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Tertio modo*. ỽ. *Contra istud*. K. 18.

Deus respectu volitionis creatæ videtur quod non habeat aliquam efficientiam immediatam, sed tantùm mediatam, & quòd voluntas sit totalis causa, & immediata respectu suæ volitionis; quod probatur per rationes: Primò, quia aliter ipsa non esset libera: secundo quia etiam aliter nihil contingenter causare posset: Tertiò quia aliter non posset peccare: Quartò quia aliter omninò nullam actionem habere posset: Quintò ex comparatione eius ad alias causas creatas: *ibidem*. §. *Ideò merito*. K. 1.

Deum non immediatè efficere volitionem creatam per auctoritatem probatur: Primò per illud Ecclesiastici 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, & adiecit mandata, & præcepta ei; si volueris mãdata seruare, conseruabunt te; apposui enim ante te ignem, & aquam, ad quod volueris, porrige manum: ante hominem bonum, & malum, vita, & mors; quod placuerit ei, dabitur ei*: August. etiam 7. De Ciuit. cap. 30. *Sic Deus res, quas condidit, administrat, vt eas agere proprios motus sinat*: Anselm. etiam de Concordia prædestinationis & gratiæ dicit, *Deus facit omnes actiones, & omnes motus, quia ipse facit res, à quibus, & in quibus, & ex quibus fiunt: & nulla res habet vllam potestatem volendi, aut faciendi, nisi ipso dante*: Ibidem etiam parte 2. *Non ea Deus, quæ prædestinat, facit voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo, sed in suo esse dimittendo*: Ad hoc etiam Commentator 9. Metaph. comment. 7. super illud, *Ergò possibile est, vt aliquid habeat potentiam* dicit sic, *Moderni ponunt vnum Agens omnium entia causare sine medio, scilicet Deum, & conuenit illis dicere, vt nullum ens habeat propriam actionem naturaliter; & cum entia non habuerint actiones proprias, non habebunt essentias proprias, siue potentias: actiones enim non distinguuntur nisi per essentias diuersas: & ista opinio est valde extranea à natura hominis &c. ibidem*. ỽ. *Per authoritates*. N. 5.

Deus licèt mediatè tantùm influere dicatur in volitionem; potest tamen dici quòd aliquo modo est causa meriti, quo modo non est causa peccati; quia immediatè causat in anima gratiam, vel charitatem, quæ, per modum naturæ, inclinat ad merendum: & quandocunque forma actiua, per modum naturæ, est ab aliquo Agente, etiam actio formæ illius est ab eo: & ex hoc etiam pateret quomodo effectus aliarum causarum aliter essent à Deo, quàm effectus voluntatis; quia istæ causæ immediatè acciperent inclinationem à Deo, & necessitatem ad tales effectus, non sic voluntas. *ibidem*. §. *Si hæc via*. ỽ. *Ad primum istorum*. N. 6.

Deus si non immediatè influeret in volitionem creatam, sequitur, quòd non sit naturaliter præscius futurorum, quia non habet scientiam de futuris contingentibus, nisi quia certitudinaliter nouit determinationem voluntatis suæ respectu eorum, ad quæ voluntas sua est immutabilis, & in impedibilis; sed si voluntas creata est totalis causa respectu sui *velle*; ergo quantumcunque voluntas diuina ponatur determinata ad vnam partem eorum, quæ dependent à voluntate creata, poterit voluntas creata aliter velle, & ità non sequitur certitudo ex cognitione determinationis voluntatis diuinæ. *ibidem*. §. *Contra istam opinionem*. P. 8.

Deus non esset omnipotens, si immediatè non causaret volitionem; quia quicquid vult omnipotens, hoc fit; sed si velit volitionem meam fore, & ista est in potestate voluntatis meæ, vt totalis causæ contingenter se habentis ad illud; ergo ipsa potest determinare, ex se, ad vnam partem, vel ad aliam indifferenter, & ita potest non fieri illud aliud, ad quod voluntas diuina eam determinauit. *ibidem*.

Deus quicquid dat antecedenter, vniuersaliter daret illud consequenter, quantum est ex se, nisi esset impedimentum. *ibidem*. §. *Ad solutionem*. T. 14.

Deus etsi non necessariò causaret entitatem competentem huic actui: tamen ita disposuit, quod quicquid dat antecedenter, dat, quantum est ex parte sui, consequenter. *ibidem*. ỽ. *Ad secundam*. V. 16

Deus magis coagit causæ actiuæ creatæ superiori, quàm inferiori; hoc verum est de causa efficiente, non deficiente. *ibidem*. *Ad primum principale quartæ quæstionis*. A a. 20.

Deus licèt in actu secundo peccaminoso quantùm ex se, assistat voluntati, sicut & in primo; & in quolibet actu, prima causa deficiens, hoc est non iustè, vel rectè agens, est voluntas creata: tamen defectus secundus est pœna peccati primi, pro quanto priuat se bono maximè sibi conueniente. *ibidem*. §. *Ideo potest dici*. D d. 24.

Deus, ex quo dedit habitum voluntati, semper assistit voluntati, & habitui ad actus sibi conuenientes; sicut postquam illuminauit cæcum miraculosè, semper assistit illuminato, vt potuisset mouere illam potentiam, igitur per idem est aliquid proportionatum mouenti primò, & secundo. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *Contra hoc quia*. ỽ. *Et tertio*. A. 5.

Deus est causa vniuersalissima prædicatione, falsum est: imò est causa vniuersalissima perfectione. 4. D. 1. Q. 1. §. *Sed istæ rationes*. C. 7.

Deus solus potest se determinare ad causandum effectum sibi proprium, ergò solus Deus potest dare certitudinem signo practico sui effectus; non enim potest dare certitudinem alicui signo, nisi in cuius potestate est posse causare signatum illius signi. 4. Dist. 1. Quæst. 3. §. *De secundo*. D. 5.

Deus solus determinat se ad effectum causandum sibi proprium; si enim posset ab alio determinari ad agendum, iam esset causa secunda respectu eius. 4. D. 2. Q. 1. §. *Ex his duabus*. ỽ. *Et secundum hoc*. F. 6.

Deus absolutè potest in omnem visionem, & secundùm omnem modum visionis: non tamen in quocunque oculo potest causare quamcunque, quia non quilibet oculus est susceptiuus. 4. D. 10. Q. 2. §. *Dico ergo*. ỽ. *Ad primum dico*. I. 14.

Deus non negat creaturis causalitatem, quæ potest eis competere; imo & illam communicat; & ad eius actionem causis secundis assistit. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *Hæc secunda*. ỽ. *Tertia causa*. D. 6.

Deus respicit materiam, vt quid est: Si aliquem intellectum bonum haberet ista propositio, forsitan esset ille, quod Deus non respicit materiam, vt, ordine quodam, transeuntem à forma in formam, quomodo Agens naturale necessariò respicit. 4. D. 43 Q. 1. §. *Aliter ponitur*. ỽ. *Probatio etiam*. E. 9.

Deus si non esset citra orbem Lunæ, præsens esset virtualiter centro terræ, inquantum haberet virtutem causatiuam alicuius in illo. 4. D. 44. Q. 2. *Ad tertium principale*. Q. 17.

Deus non fuit frustra ab æterno, licet non creauit illas res extrà, quæ sunt finis quodammodo. 4. Dist.

48.

Deus causa.

48. Quæst. 2. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed illam*. C. 7

Deus licet producat creaturas, vt artifex, hoc tamen non est, vt in scientia fundatur respectus rationis, quæ sit ratio, qua potest producere; sed tantùm, vt ille habitus absolutus, vt dicitur esse ars, inest ipsi Deo, ita quòd in forma arguendi est fallacia accidentis: Deus vt artifex est productiuus; per relationem rationis est artifex; ergo per relationem rationis est productiuus; maior enim est vera prout medium non accipitur pro ipsa relatione, quam importat artifex, sed pro fundamento ipsius relationis, & minor est vera tantùm pro ipsa relatione formaliter: Exemplum, calidum potentia calefactiua est calefactiuum: Potentia calefactiua est relatio; ergo relatione est calefactiuum: maior est vera de potentia, sumpta pro eo, quod dicitur potentia calefactiua, siue pro fundamento illius relationis, non autem pro ipsa relatione potentialitatis; & minor est vera solùm pro ipsa potentialitate, & relatione in se, importata per ipsam, & non pro ipso absoluto, in quo fundatur. 3. D. 8. Q. *Vnica*. *Ad quintum principale* H. 20.

Deum ex Aug. 3. De libero arbitrio, *quicquid tibi vera ratione melius occurrit, sciat hoc magis fecisse, quam non fecisse: vel sic, Quicquid tibi vera ratione melius occurrit, sciat hoc Deum magis fecisse, quam non fecisse*. 3. D. 13. Q. 4. §. *Quantum ad secundam quæstionem*. H. 9.

Deus quicquid potest per causam efficientem mediam, potest etiam immediatè, & hoc in quocunque, quod est receptiuum illius. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ℣. *Præterea si aliqua*, A. 2. & D. 13. Q. 4. *In argumento in oppositum*. n. 1.

Deus voluntariè, & contingenter causat quicquid, extra se, causat. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣ *Respondeo nulla*. G. 13.

Deus, & natura nihil faciunt frustra. 3. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Ad istam*. ℣. *Primum ostendo*. n. 3.

Deus quando assistit, vt generalis causa, ad aliquem effectum causandum, si natura disponit, non dicitur miraculosè conferri, nec illud collatum dicitur esse supernaturale, sed magis naturale, vt patet de corpore organizato, & infusione animæ. 3. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Contra hæc*. ℣. *Contra, quia*. C. 12.

Deus licet priuet entia secunda actionibus suis, præueniendo causalitates eorum, & causando effectus, quos illa possent causare, non oportet quòd priuet eas suis entitatibus; manent enim, & non causant suos effectus, quia alia causa immediatè causat illos; posset tamen illos causare. *Quodl.* Quæst. 7. §. *Sed licet*. ℣. *Ad primam*. O. 23.

Deus sic (Aug. 7. De Ciuit. cap. 30.) *res, quas condidit, administrat, vt eas agere proprios motus sinat*; licet enim posset facere omnia, & sic agendo, entitates quidem rerum non destrueret, sed eas quasi otiosas, & vanas relinqueret; maluit tamen eis, sicut entitatem, sic & virtutem actiuam; & propriam tribuere actionem; non enim vniuersaliter perfectionem rebus subtraxit, cuius sunt capaces. *ibidem*. P. 24.

Deus & potest esse causa generationis, & requiritur ad generationem, non sicut causa vniuoca, sed æquiuoca, & hoc suprema, in cuius virtute agit omnis alia causa, tàm vniuoca, quàm æquiuoca. *ibidem*. ℣. *Sed melius*. Q. 25.

Deum absolutè necessariò causare quicquid immediatè causat, hoc est sine causa media agente, non est de intentione Aristotelis, sed, secundum ipsum, Deus necessariò agit quicquid potest agere, immediatè, hoc est, sine omni medio, siuè Agente ad ipsum; siue ad aliquod præuium, disponens ad illud; & sine omni medio causato, siue præuio ad illud; illud ergo, quod, sine omni causato præuio, siuè causante præuio, potest agere, hoc necessariò agit: & ratio huius est, apud eum, quia ex quo istud a solo Deo immediatè omninò dependet, ipsius nouitas in essendo, siue contingentia non reduceretur, secundum ipsum, vltimatè, nisi in aliquam nouitatem, Deo. *ibidem*. ℣. *Ad quartum*. R. 26.

Deus quod potest causare: *vel sic*, De illo, quod potest Deus immediatè causare, sine scilicet causa media agente, attingente illud; dum tamen sit aliqua causa dispositiua ad illud, vel saltem aliquod causatum præuium, requisitum ad illud, non diceret Aristoteles quòd Deus necessariò simpliciter illud causaret, sed tantummodo necessitate ineuitabilitatis, & hoc, posito illo primo, vel præuio, quod requiritur. *ibidem*.

Deum necessariò agere quicquid potest agere immediatè, sine omni causa media; & sine omni medio causato præuio, siue causante præuio: Et illud, quod potest immediatè causare, sine scilicet causa media agente ad illud; dum tamen sit aliqua causa dispositiua, vel saltem aliquod causatum præuium, requisitum ad illud, agere necessariò, necessitate tantummodò ineuitabilitatis, posito scilicet illo primo, vel præuio, quod requiritur, vt voluit Aristoteles: in neutro istorum concordat cum eo Theologus, quia ponit quòd Deus per voluntatem, liberè, & contingenter se habet ad quodcunque causabile ad extra, & hoc, exclusa necessitate, non solùm immutabilitatis, sed etiam ineuitabilitatis: concedo ergo quòd Aristoteles, secundum sua principia, negaret Deum multa posse immediatè causare, puta omnia illa, in quorum productione est simpliciter contingentia, absque vtrique necessitate prædicta: sed in hoc Theologus contradicit sibi, sicut dictum est. *ibidem*. S. 26.

Deus quicquid potest circa creaturam, manente aliqua continuatione, quæ nihil est illius voliti, potest, illo circumscripto, quia illud non est aliquid de essentia illius voliti. 4. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Contra, si non*. B. 5.

Deus sine ordine formarum respicere materiam, & Agens naturale, non nihil facit talis differentia ad posse reducere idem numero, quia ille ordo respicit formas secundum rationes specificas, non autem secundum identitatem, vel distinctionem numeralem earum, quia non potest statim succedere formæ vini, nisi aceti forma, & non è conuerso immediatè: sed quod huic formæ vini succedat, vel illi, indifferens est, sicut indifferenter ex hoc igne, vel illo generatur aqua. 4. D. 43. Q. 1. §. *Aliter ponitur*. ℣. *Probatio*. E. 9.

Deus sicut quia est primū Agens, ideo, secundum Aristotelem, est semper Agens aliqua actione in passum, semper eodem modo se habens: ita si aliquod passum potest esse alicuius formæ, quæ non potest subesse causalitati nouum, & susceptiuum alicuius causæ secundæ, Deus est immediata causa illius, & tamen de nouo, quia omni potentiæ passiuæ in eo te oportet ponere aliam actiuam correspondentem, & ita si passiuæ nouæ non correspondet alia actiua creata, correspondebit sibi immediatè diuina. 4. D. 43. Quæst. 2. §. *Potest dici*. ℣. *Respondeo, sicut*. O. 21.

Deus, si effectus causandus sit eiusdem rationis, potest ipsum causare immediatè, nulla posita nouitate in eo, propter diuersitatem causarum receptiuarum; sicut Sol immediatè soluit glaciem, & coagulat lutum; ita, secundum Aristotelem, hoc corpore organizato Deus, necessitate immutabilitatis, causat hanc animam, & prius non, quia materia non erat disposita, sicut nec Sol causat alium, & alium radium in aere, nisi propter diuersitatem recipientium. *Quodl.* Q. 21. §. *Quantum ad primum* ℣. *Sed quomodo*. R. 16. prope finem.

Deus, sub rationibus idearum, non est propria causa diuersorum ideatorum. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Aliter ponitur, quod distinguitur*. ℣. *Præterea instantia*. C. 10.

Deus, secundum aliquos, potuit producere aliquid aliud à se, sine principio durationis, quia ipsum non potuisse hoc fecisse, scilicet produxisse aliquid sine principio, non potest demonstrari, nec per medium extrinsecum, nec per medium intrinsecum: non per medium extrinsecum, quia illud est voluntas Diuina, cuius non potest sciri, nec haberi ratio quare magis vult hoc esse cum principio, quam sine principio: nec per medium intrinsecum, scilicet per *quod quid est* ipsius factibilis, quia *quod quid est* abstrahit ab *hic* & *nunc*; ergo non est ratio demonstrandi hic, & nunc. 2. D. 1. Quæst. 3. §. *Hic dicitur*. n. 2.

Deum producere aliquid aliud à se, sine principio, tenent alij quòd includat contradictionem, quia de omni producto aliquando verum est, vel, aliquando erit verum dicere quòd producitur; quia de filio Dei, in æternitate producto, verè potest dici quod producitur in æternitate: creatura igitur aut semper producitur, quando est; aut

aliquan-

Deus causa.

aliquando producitur, & non semper: si secundo modo, in illo instanti, in quo sic producitur, primò capit *esse*, tunc patet propositum, quia quod primo capit *esse* habet principium: si primo modo, igitur creatura est in primo fieri, quod videtur inconueniens, quia tunc non est permanens. *ibidem. §. Contra istam positionem*. n.6.

Deus agit propter finem: hoc dictum vulgatum debet intelligi, quòd agit propter finem effectus, non propter finem sui, quia non est Agens sui. 1. Dist. 1. Quæst. 5. *Ad primum primæ quæstionis* ✠. *Respondeo*. n.6.

Deus est liberè, & voluntarie Agens respectu omnium, quæ sunt extra ipsum, & ideo compatitur malum. 1.D.2. Q.2. *Ad primum principale*. D d. 35.

Deus, *siue* Virtus infinita si necessariò agens agat secundum vltimum sui, & ita non in tempore quicquid immediatè agit: non tamen virtus infinita contingenter, & liberè agens; sicut enim in potestate sua est agere, & non agere; ita in potestate eius est agere in tempore, & agere in non tempore. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. ✠. *Istud improbabitur*. E. 36.

Deus & si nihil præsupponat, in producendo, de quo producat; non tamen sequitur quòd possit producere nouum sic (scilicet secundum esse simpliciter), sicut nec de natura, & arte sequitur, ex virtute argumenti, quòd quia natura non præsupponit in actione sua ens in actu; igitur potest producere aliquid omninò nonum secundum *esse* in actu, non sequitur. 2. D. 1. Q.2. *§. Respondeo*. ✠. *Istam rationem* A.4.

Deus potest immediatè aliquid causare, & efficere, igitur potest creare, & aliquid de nihilo facere; igitur potest aliquid immediatè facere. *ibidem*. ✠. *Ideo aliter*.

Deus est primum efficiens (ex secunda distinctione primi libri) si nihil potest immediatè facere; tunc nec etiam mediatè potest facere aliquid, quia est primum efficiens, & ita nullum effectum producet. *ibidem*.

Deus si potest efficere aliquid, igitur illud non habet *esse*, ex se, necessarium formaliter, & habet esse à causa; igitur habet *esse* post non *esse* [ordine naturæ] Immediatè etiam producit, nullo alio præsupposito, quia si aliquid aliud præsupponeretur, illud aliud esset effectum ab eo; igitur istud non esset immediatè effectum ab eo. *ibidem*.

Deus producit aliquid, ordine naturæ, de non *esse* ad *esse*, & nullo præsupposito; secundum ergo istum intellectum creat. *ibidem*.

Deus causat omnia, quæ sunt ad extra, contingenter: & ex hoc sequitur quòd non necessariò, & per consequens nec sempiternum; quia Phil. 9. Metaph. Tex. 17. videtur concedere omne necessarium esse sempiternum, & è contra: idem etiam videtur innuere 1. de Cælo, & Mundo, contra Platonem, qui concessit aliquid sempiternum esse, & tamen possibile non *esse*. *ibidem*. §. *Sed contra*. A. 5.

Deus si possit aliquid contingenter causare, videtur aliqualiter sequi quod potest etiam contingenter causare aliquid nouum; quia non est ratio quare non possit causare non sempiternum contingenter, sicut potest contingenter causare sempiternum, ex quo non causat necessariò; quod enim oporteret causatum esse sempiternum, videtur sequi ex necessitate causationis, vel ex immutabilitate ipsius causantis, quorum neutrum infert sempiternitatem; igitur possibilis est nouitas inferri. *ibidem*. ✠. *Respondeo nouitas*.

Deus si crearet substantiam quantam; vel natura generet substantiam, & concomitetur quantitas, vtriusque productionis terminus primus est substantia, & quantitas concomitans: & tamen tam in generato, quàm in creato quantitas habet suum modum realem, sicut haberet, si primò terminaret aliquam mutationem. 4. Dist. 10. Quæst. 1. §. *De secundo dicitur*. ✠. *Contra vnumquodque*. K. 12.

Deus & si posset absolutè creare frigus, non tamen posset per calorem, ita quòd calor sit, in aliquo ordine, causa actiua respectu frigoris. 4. Dist. 1. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem*. Ee. 26.

Deus potest agere in corpus quantumcunque non localiter existens, quia potentia eius, respicit passum absolutè, secundum quod ipsum est susceptiuum termini: non autem respicit ipsum præcisè secundum conditiones illas accidentales approximationis, & distantiæ localis, quæ sunt necessariæ respectu Agentis cuiuslibet naturalis. 4. Dist. 10. Quæst 6. *Ad quartum principale*. K. 12.

Deus si dicatur formaliter creator relatione rationis, vel etiam nulla relatione, sed denominatione, reducta ad genus relationis, inquantum scilicet terminat relationem in creatura; tamen non est creatiuus per relationem rationis, & hoc intelligendo, non de eo, quod formaliter importatur per hoc nomen creatiuus, sed de fundamento, sicut aliquid dicitur calefactiuum calore, vt fundamento potentiæ calefactiuæ, & non relatione fundata in calore. 3. D. 8. Q. *Vnica*. *Ad quintum principale*. G. 19.

Deus si crearet, vel Agens creatum generaret solam substantiam ignis, illa haberet in se causalitatem respectu quantitatis, & caloris: Vnde in eodem instanti temporis, in quo esset secundum substantiam, esset quantus, & calidus, quamuis non in eodem instanti naturæ, posito etiam quod generans ignem annihilaretur, ita quod nunquam esset, nisi per vnum instans. 3. D. 18. Q. *Vnica*. *Ad sextum principale*. K. 18.

Deus quicquid immediatè agit, necessariò agit, secundum Philosophum: Ex hoc procedit in principio 8. Phys. Tex. 138. Et hæc probatio concludit aliam necessitatem; quia ineuitabilitatis, quam prima, quæ concludit aliquam necessitatem intrinsecam: secundo modo motus Cæli est necessarius, non primo modo 11. Meta. cap. 41. vtroque modo deducendo necessitatem ex actu, vel possibili, dato à Platone: positio alterius possibilis in *esse* manifestat positionem esse inconuenientem, quia includentem contradictionem, quia sicut nunc est contradictio actus ad necessitatem, ita prius fuit possibilis ad eamdem, licèt minus manifesta. 4. D. 49. Q. 13. *Ad quartum principale*. K. 15.

Deus est primum Agens, coagens cuilibet creaturæ: & quando ipse non agit, creatura desinit agere. 4. Dist. 49. Quæst. 15. *Ad tertium principale* ✠. *Quid ergo dicemus*. D. 5.

Deo summè competit agere. 1. D. 30. Q. 2. §. *Contra istud*. ✠. *Præterea Agens*. D. 7.

Deus creat, fortè est vera ista propositio, & similes, intelligendo subiectum pro hoc Deo, existente in natura Diuina, non intelligendo aliquod suppositum, vel aliquod incommunicabile in illa natura; quia incommunicabilitas non est ratio talium actuum. 1. D. 4. Q. 2. *§. Respondeo quòd propositio*. ✠. *Respondeo vnicuique*. B. 3.

Deus in æternitate voluit aliquid aliud à se esse, pro aliquo tempore, & tunc illud creauit, pro quando illud voluit esse. 1. D. 8. Q. 5. §. *Ad argumenta pro opinione*. Y. 23.

Deus non potest facere Angelum informare, idest, esse formam informantem materiam. *Quodl*. Q. 9. §. *De secundo* A. 3.

Dei solius est conseruare totam naturam, & totaliter. 4. D. 1. Q. 5. *Ad quartum principale*. P p. 33.

Deus conseruat illud, quod creat, inquantum vult hoc *esse* quasi post idem esse. *Quodl*. Q. 10. §. *Ad ista*. ✠. *Tertius intellectus*. L. 19.

Deus finis.

Deum concedo esse finem naturalem hominis, licèt non naturaliter adipiscendum, sed supernaturaliter. *Prolog*. Q. 1. *§. Ad primum*. ✠ *Ad secundum*. D. 12.

Deus licet non sit finis sui, tamen, respectu voluntatis suæ, est illud obiectum absolutum, cui nata est competere ratio finis, quia est summum bonum: non tamen potest sibi competere ratio finis respectu sui, sicut nec respectu sui est finis, sed respectu omnium finibilium, qualia sunt bona ordinabilia ad aliud. 1. D. 1. Q. 5. *Ad argumenta. Ad illud primæ quæstionis*. n. 6.

Deus,

Deus finis.

Deus, si accipiatur finis pro causa finali, est causa finalis omnium, & hoc non aliter, nisi sicut propter quem creatæ sunt res; Deus enim omnia producit propter se ipsum, & sic est finis immediatus omnium, & propter se, & à se, non ad se, vt ad finem immediatum. 4. D.49. Q.8. *Ad quartum principale*. F.7.

Deus, si loquamur de fine vt perfectio vltima, ad quam res ordinatur, non est, nisi causa finalis; non enim est Deus beatitudo formaliter, licet, propter se, det beatitudinem. *ibidem*.

Deus potest dici quòd est finis, in quantum terminat operationes creaturæ beatificabilis. *ibidem*.

Deus mouens.

Deus si est primum mouens, vel efficiens, respectu voluntatis nostræ, idem sequitur de ipsa, quod de alijs; quia sine immediatè necessariò moueat eam, siuè aliud immediatè, & illud, necessariò motum, necessariò mouet, voluntatem, quia mouet ex hoc, quod mouetur; sequitur tandem quod proximum voluntati necessariò moueat voluntatem, etiamsi illud proximum sit ipsamet voluntas; & erit volens necessariò, & ideò necessariò volet: & sequitur vlterius impossibile, quòd necessariò causat quodlibet causatum; & non est aliquid contingens. 1. D.2. Q.2 *§. Ostenso esse*. *℣. Ad primum*. R.21. & D.39. Q.1.2.3.&c. *§. Contra ista*. B.12.

Deum posse immediatè mouere corpus, absolutè concedendum est tàm Aristotelem, quàm Auerroem negare; & in hoc habet Theologus vtrumque negare· posuerunt tamen Deum mouere Cœlum mediatè, scilicèt mediante intelligentia, quæ est propria motrix Cœli. *Quodl.* Q.7. *§. Sed licet*. *℣. Ad tertium*. Q.25.

Deum mouere motu infinito, vt tenet Aristot. etsi falsum sit, secundum Theologos; tamen multi eorum eonceedunt quòd potest mouere motu infinito, etiam à parte ante, sicut omnes concedunt, quòd à parte post: tamen differunt à Philosopho in hoc, quòd Philosophus ponit istam potentiam necessariò coniunctam actui. *ibidem*. *§. Contra dupliciter*. X.30.

Deus mouet intelligentiam sicut appetibilis, & intelligibilis, ex Arist 2. Metaph cap.14. ergo *causat intelligere* ipsius intelligentiæ; Sed illud *intelligere* (vt dicunt imponentes Aristoteli ipsum posuisse intelligentias esse a se, & necessarias) est idem quod substantia intelligentiæ secundum eum; ergo, secundum eum, causatur ipsa intelligentia. *ibidem*. *§. Secundum scilicet*. *℣. Præterea in eodem*. Hh.40.

Dèus mouet creaturam spiritualem per tempus, secundum Aug. lib.4. super Genes. cap.21. potest dici quod accipit ibi tempus pro omni eo, quod potest *esse* post *non esse*: & hoc modo quodlibet aliud à Deo est temporale. 2. Dist. 2. Quæst.4. *§. Ad primum argumentum*. *℣. Ad aliud*. H. 14. in fine,

Deus, & intelligentia mouendo Cœlum, non ambo attingunt immediatè eumdem motum, licet ordine quodam, ita scilicet, quòd Deus sit principalius mouens, & intelligentia minus principaliter; sicut Pater, & mater respectu generationis, secundum opinionem, ponentem Matrem esse actiuam, quia statim sequitur quod in æquali tempore, imò in eodem tempore, moueat virtus finita, & infinita, quia vtraque attingit motum, immediatè, tanquam proprium effectum; Si detur autem quod in hoc motu intelligentia, licet non accipiat *esse* à Deo, tamen accipiat ab eo aliquam influentiam, vt possit mouere Cœlum, sicut baculus motum accipit à manu, vt possit vlterius mouere pilam; cum nihil, secundùm Aristotelem, recipiatur ab intelligentia, aliud ab eius essentia, habetur quod intelligentia, secundùm eum, est causata à Deo; Si denique detur quòd intelligentia accipit esse à primo mouente, sicut ignis à Cœlo, patet quod hoc est propositum: patet ergo quòd Aristoteles sic intellexit ista Agentia esse ordinata, quod secundum esset à primo. *Quodl.* Q.7. *§. Secundum*. *℣. Quæro ergo*. I1.41.

Deus conuertens.

Deus quando conseruat creaturam, terminus illius conseruationis non est aliquod nouum, sed idem, & secundum idem esse, quod prius habuit; non ergo requirit conseruatio actio, vel passio nouitatem in termino; ergo nec conuersio: consequentia declaratur ex hoc, quod sicut Deus volens hoc habere *esse* quasi post idem *esse*, conseruat illud; sic volens illud habere *esse* post *esse* illius, conuertit illud in istud, quia facit *esse* istius, & si non propriè, tamen aliquo modo, succedere ipsi *esse* illius: Non requiritur autem ad hoc, quòd illud sit terminus actionis, quòd simpliciter propriè succedat alteri, scilicet tanquam nouum, sicut patet in conseruatione: secundum hoc diceretur quòd sicut Deus eodem *velle* creat illud, inquantum vult hoc *esse* post *non esse*, & conseruat illud inquantum vult hoc *esse* quasi post idem *esse*, sic eodem *velle* conuertit aliud in istud, quia vult idem post istud. *Quodl.* Q.10. *§. Ad ista*. *℣. Tertius intellectus*. L.19.

Deus habet quæcunque duo creata æque totaliter, quantum ad *esse*, & *non esse*, & etiam quodlibet necessariò concomitans vtrumque terminum in essendo in sua potestate, siue in potentia actiua; ergo potest conuertere quodlibet creatum in quodlibet creatum &c. *ibidem*. *§. De primo*. A.3.

Deus annihilans.

Dei solius est annihilare, quia annihilare non est agere positiuè, sed non agere, idest non conseruare; solius autem Dei est conseruare totam creaturam, & totaliter. 4. D.1. Q.1. *Ad quintum principale*. Pp.33.

Deus nulla ratione positiua annihilat rem, sed sicut positiuè agendo conseruat, ita annihilare est desinere creaturam conseruare, & hoc potest Deus. 4. D.11. Q.4. *Ad tertium in oppositum*. N.18. In fine.

Deus quoad prouidentiam.

Deus, inquit August. 3. De Ciuitat. cap.30. *Sic res, quas condidit administrat*, vt eas agere proprios motus sinat. 4. Dist. 49. Quæst. 13. *§. Dico ergo*. *℣. Præterea tertio*. D.9.

Deus influit vniformiter in quodlibet, in quantum potest, secundum Aristot. & quia iste est dispositus, & ille non; ideo Deus impellit istum ad tale propositum, ad quod consequitur commodum, illum autem non impellit, quia non inuenit in eo dispositionem requisitam; & ita positio Aristotelis de bona fortuna stat cum positione sua 8. Phys. Tex.15. scilicet quod Deus non potest nouum creare, vel nouum Coelnm, vel nouum motnm, secundum suam totalitatem. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum*. *℣. Sed quomodo*. R.16.

Deus habens prouidentiam generalem de omnibus (secundum fidem, & veritatem) dicendum est quòd regit res secundùm quòd natæ sunt regi, secundùm quod dicitur 7. De Ciuit. cap.30. *Sic Deus res, quas condidit &c.* Tamen, præter istam generalem prouidentiam, habet prouidentiam specialem ex quadam electione, secundum quam prouidet vnicuique hominum secundum merita præsentia, vel futura, & occulta nobis, tamen sibi præsentia, quia eius iudicia iusta sunt semper, licet occulta, ita quod aliquando aduersitas plus proficit, quam prosperitas, secundum Boetium 4 De consolat. ita quod licet ponamus aliquem bene fortunatum, tamen, ex hoc, nihil nouum ponimus in Deo. *ibidem*. *℣. Sed secundum*. S.16. in fine.

Deus diligens.

Deus diligit se. 3. Dist. 32. Quæst. *Vnica*. *§. Hic sunt*. A.2.

Deus diligit alia à se; quia sicut omnis intellectus potest in quodlibet intelligibile, ita omnis voluntas in quodlibet volibile; igitur voluntas diuina potest diligere omnia diligibilia, alia à se. 3. D.32. Q. *Vnica*. *§. Hic sunt*. A.2.

Deum diligere alia à se, hoc concedendum est de se in naturis, quæ sunt contraria; Sed non diligit ea simul eidem susce-

Deus diligens.

susceptiuo, quia hoc non est diligibile *ibidem*. ¶. *Hæc conclusio*. B. 2

Deus quædam diligit dilectione efficaci, putà illa, quæ aliquando producit in *esse*: quædam volitione quadam complacentiæ non efficaci, quæ tamen nunquam producere in *esse*; ostendunttur tamen ab intellectu suo, vt possibilia habere tantam bonitatem, sicut illa, quæ diligit dilectione efficaci. *ibidem*.

Deus potest concedi, quod ex charitate diligit omnia [etiam inanimata] non volitione amicitiæ, sed tali, qualis est habenda respectu eorum *ibidem*. *Ad secundum principale*. I. 6.

Deus non vult non prædestinatis tanta bona, quanta prædestinatis: nec illis, quibus dicitur irasci, vult tantum bonum pro tunc, pro quando dicitur irasci, quantum vult aliis, quibus dicitur non irasci: & ista inæqualitas dilectionis, hoc est, effectus dilectionis, concedenda est, non solùm quantùm ad gradus specificos, sed etiam in individuis eiusdem speciei: nec ratio huius est natura in isto, & in illo, sed sola voluntas Diuina *ibidem*. *Ad tertium principale*. K. 6.

Deus quo ad prædestinationem.

Deus contingenter prædestinat illum, quem prædestinat, & potest non prædestinare; non ambo simul opposita, nec successiuè, sed vtrumque diuisim, in instanti æternitateis. 1. Dist. 40. Quæst. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. A. 2.

Deus cum in toto processu, quo creatura beatificabilis perducitur ad perfectum finem, finis vltimus sit beatitudo perfecta; volens huic [per actum prædestinationis] aliquid istius ordinis, primò vult huic creaturæ beatificabilis finem; & quasi posterius vult sibi alia, quæ sunt in ordine illorum, quæ sunt ad finem. 1. D. 41. Q. *Vnica*. §. *Potest aliter*. ¶. *Primum probatur*. A. 11.

Deum prædestinate sine ratione congruit bonitati suæ: sed ipsum velle damnare, non videtur sibi immediatè posse atertbui respectu obiecti, vt cogniti in suis puris naturalibus, sed tantùm respectu obiecti, vt cogniti in peccato mortali finali. *ibidem*. §. *Contra istud, Petrus*. ¶. *Nec mirum*. B. 12.

Deus, prius natura, quam aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siuè de pœna, potest dici quod prælegit ad illam ciuitatem cælestem omnes, quos voluit habere, Angelos, & homines in certis, & determinatis gradibus; & nullus est prædestinatus tantum, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. 3. Dist. 7. Quæst. 3. §. *Sed hic sunt*. ¶. *Potest igitur dici*. B. 4.

Deus voluit prius omnes electos habere gratiam, & gloriam, quàm præuiderit eos casuros: & priua lapsuros, quàm prædinatet medicinam contra lapsum. 3. Dist. 19. Quæst. *Vnica*. §. *Sed hic sunt*. ¶. *Ad secundam nego*. E. ante 12.

Deus quo ad bonitatem, & rectitudinem actus.

Deus est tale amabile, quòd ex sola ratione sui, vt obiectum est, dat completam rationem bonitatis actui perfectè intenso. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista*. ¶. *Ex isto*. C. 4.

Deus quicquid dat antecedenter, daret illud consequenter, quantùm est ex se, nisi esset impedimentum: dando autem voluntatem liberam, dedit antecedenter opera recta, quæ sunt in potestate voluntatis, & ideo, quantùm est ex parte sui, dedit rectitudinem omni actui voluntatis, & voluntati ex consequenti daret, si ipsa voluntas quemcunque actum rectè ageret, ex parte sui. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. T. 14.

Deus si esset prima causa non agens rectitudinem, actus recta non esset peccatum, quia non esset carentia iustitiæ debitæ. *ibidem*. ¶. *Respondeo, si Deus*. X. 17.

Deus, *siuè* Diuina voluntas licet non teneatur *rectitudinem dare velle*, aut *nolle* creato: tamen, quantum est ex se, daret, si voluntas creata cooperaretur. *ibidem*. T. 14.

Deus quo ad gratiam.

Deus est simul condens naturam [scilicet Angelicam] & dans gratiam, August. 12. De Ciuit. cap. 9. 2. D. 4. Quæst. *Vnica*. *In secundo argumento principali*. n. 1.

Deus si immediatè, substrahendo manutenentiam suam, annihilaret gratiam, sine defectu voluntatis in operando, ista carentia non esset peccatum, quia non esset carentia iustitiæ debitæ. 2. Distinct. 37. Quæst. *Vnica*, *aliàs* 2. §. *Ad solutionem*. ¶. *Ad aliud de gratia*. X. 17.

Deus, qui se solum, & propter se ipsum diligit, potest aliquam formam Deiformem date creaturæ, quam habens specialiter diligatur: & opus eius, ad quod ipsa inclinat, pro quanto sit secundum ipsius inclinationem, specialiter acceptetur. *Quodl*. Quæst. 17. §. *De secundo*. ¶. *Potest igitur*. E. 5.

Deus quo ad meritum.

Deus, de potentia absoluta, bene potuisset acceptare naturam beatificabilem, acceptatione speciali, existentem in puris naturalibus; & similiter actum eius, ad quem esset inclinatio eius merè naturalis, potuisset acceptare, vt meritorium; sed non crediturr ita disposuisse, quòd naturam puram, vel actum eius sic acceptet, quia actum ex puris naturalibus esse meritorium appropinquat errori Pelagij: ideo verisimilius creditur quòd acceptet naturam, & actum eius tanquam meritorium, per habitum supernaturalem. 1. Distinct. 17. Quæst. 2. *aliàs* 3. §. *De secundo*. M. 29.

Deus non discernit inter istos, & illos, (De Angelis bonis & malis) antequam ipsi se per actus suos discreuerint, secundum August. 11. super Genes. & ponitur distinctione 3 huius secundi, quare isti discernebantur, & non illi; *Non enim Deus est prius vltor, quàm aliquis sit peccator*. 2. Distinct. 5. Quæst. 1. §. *Ad inquirendum*. ¶. *Sed ad inquirendum*. G. 7.

Deus legislator.

Deus nullo tempore reliquit genus humanum sine remedio necessario ad salutem, maximè illos, quibus ipse legem dedit, vt per eius obseruantiam pettingerent ad salutem; frustra enim fuisset data talis lex sine tali remedio; vnde tempore legis Mosaycæ dedit aliquod tale remedium obseruantibus huiusmodi legem. 4. Distinct. 1. Quæst. 6. §. *Hic supponendum*. A. 2.

Deus ad legem Moysi elegit vnum populum tantùm, sed ad nouam legem totum Mundum; *In omnem terram exiuit &c.* 4. D. 3. Q. 4. §. *Ista quæstio*. ¶. *Istud etiam*. B. 3.

Deus potest dici, quòd per Apostolos, vel successores eorum, determinato tempore, simpliciter prohibuit legalia seruari, licet de hoc non habeamus in scriptura *ibidem*. §. *Quantum ergo*. ¶. *Respondeo quòd tempus*. M. 17.

Deus noluit obligare hominem ad impossibile, vel, secundum statum huius vitæ, ad nimis difficile. 4. Dist. 4. Qu. 4. §. *Hic distinguo*. ¶. *Si quis*. F. 4. & Distinct. 6. Quæst. 6. §. *Distinguitur*. ¶. *Nec requiritur*. C. 3. & 3. Dist. 25 Quæst 1. §. *Sed posito*. ¶. *Sed est ne*. D. 6.

Deus, in quibus non obligat sibi hominem, vel sua, relinquit ea voluntati hominis. 4. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ¶. *Sed diceretur*. H 10.

Deus per affectionem iustitiæ retrahit hominem ab illicito; affectio autem commodi inclinat ad pœnam vitandam. 4. D. 29. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. ¶. *Contra hoc*. A. 3.

Deus si non potest facere de actu, quicum talibus circumstantijs erat prohibitus, quòd manentibus eisdem circumstantijs prioribus de prohibitione, non sit prohibitus, sequitur quod non potest facere quòd occidere non sit prohibitum, cuius oppositum manifestè patet de Abraham Genes. 22. 3. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Sed ista*. A. 3.

Deus permittens peccatum.

Deus cum dicitur volens finere fieri aliquid: hoc poteſt intelligi, non quòd habeat velle rectum circa illud, quod permittit, ſed actum reflexum; offertur enim voluntati ſuæ hunc peccaturum, vel peccate: primò voluntas eius circa hunc non habet *velle*; velle enim ipſum habere peccatum non poteſt: ſecundo poteſt intelligere voluntatem ſuam non volentem hoc, & tunc poteſt velle voluntatem ſuam non velle hoc: & its dicitur volens finere, & voluntariè permittere. 1. Diſt. 47. Quæſt. *Vnica*. §. *Reſpondeo*. ℣. *Si autem*. C. 3.

Deus non eſt cauſa peccati per ſe, ſed ſolùm permiſſiuè. 4. Diſt. 14. Quæſt. 1. §. *Hic ſunt*. ℣. *Secundum probatur*, B. 5.

Deus offenſus.

Deus, quantum ad originale, non offenditur animæ propter motum interiorem in ipſo, ſed tantum propter culpam in ipſa anima. 3. D. 3. Q. 1. ∫. *Contra primam*. ℣. *Ex illo arguitur*. n. 5.

Deus licet dicatur figuratiuè iratus, vel offenſus; tamen accipiendo iſtam rationem *iraſci* pro velle vindicare, excluſa paſſione concomitante iſtius, Deus formaliter eſt iratus, vel offenſus, quia formaliter eſt volens vindicare peccatum commiſſionis contra legem ſuam. 4. Diſt. 14. Quæſt. 1. §. *Dico ergo*. ℣. *Ex iſto ſequitur*, H. 7.

Deus ſaluans.

Deus non deeſt quærentibus, toto corde, ſalutem *Prolog*. Q. 2. §. *Decimo*. D. 13.

Deus vult omnes homines Saluos fieri, 1. Tim. 2. licet hoc dictum poſſet exponi de diſtributione accomoda pro omnibus, qui ſalui fient; tamen multò melius poſſet exponi de voluntate antecedente ſic, ideſt, vult omnes homines ſaluari, & ſaluos fieri, quantum ſcilicet eſt ex parte ſui, & voluntate ſua antecedente, pro quanto dedit eis dona naturalia, & leges rectas, & adiutoria communia ſufficientia ad ſalutem. 1. D. 46. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. B. 3.

Deus etſi non habeat voluntatem beneplaciti ad iſtum ſaluandum; tamen vult iſti illa adiutoria communia, antecedentia ad ſalutem omnium, quibus iſte etiam poteſt ſufficienter bene viuere, & ſaluari; propter quæ dici poteſt quòd, quantum eſt ex parte ſui, vult omnes ſaluos fieri. *ibidem*.

Deum ſaluare aliquem, qui tamen morietur in peccato mortali finaliter, & damnabitur, eſt poſſibile; non autem conceditur ipſum poſſe ſaluare Iudam iam damnatum, nec tamen hoc eſt impoſſibile, de potentia abſoluta Dei, quia non includit contradictionem. 1. Diſt. 44. Quæſt. *Vnica*. §. *Reſpondeo*. ℣. *Aduertendum*. E. 3.

Deus ſanans.

Deus, ſicut quando ſanat aliquem ſecundum corpus, perfectè ſanat pro ſtatu in quo eſt, ita etiam ſecundum animam: & quia in anima eſt imago Dei ſecundum tres potentias, quæ deformatæ erant per peccatum, ideo Chriſtus reformando, ſicut perficit voluntatem per charitatem, ſic intellectum per fidem. 3. D. 23. Q. *Vnica*. ∫. *Ad quæſtionem*. F. 14.

Deus totum hominem perficit, itaquod ſicut corporaliter nullum ſanauit, niſi perfectè, ita etiam ſpiritualiter non ſanat hominem, niſi perfectè ſanat; perfecta autem ſanitas eſt, ſi quantum ad intellectum habet fidem, & quantum ad voluntatem ſpem & charitatem: De pœnitentia Diſtinct. 3. c. ſi quid. 3. Diſt. 36. Quæſt. *Vnica*. §. *Quantum ad quartum*, ℣. *Reſpondeo quæcunque*. R. 30.

Deus, licet de potentia abſoluta poſſet dare gratiam ſine fide, ponendo, quòd ſint duo abſoluta ſimpliciter diſtincta; tamen quia *Dei perfecta ſunt opera* Deut. 32. & quando hominem ſanat, totaliter ſanat; ideo conceditur quòd non infundit gratiam patulo, ſine fide, & ſine ſpe. 4. Diſt. 4. Quæſt. 2. *Ad primum principale*. A. 3.

Deus dimittens peccatum.

Deus, pro ſtatu naturæ lapſæ, nulli remittit culpam, niſi cui dat gratiam; nullum enim liberat à perditione, niſi quem ordinat ad hoc, vt ſit filius Regni. 4. D. 4. Qu. 2. ∫. *Ad quæſtionem*. A. 3. & D. 1. Qu. 6. §. *De potentia*. ℣. *Quo ad hoc*. H. 9.

Deus, de potentia abſoluta, poſſet dimittere culpam originalem, non conferendo gratiam: & hoc maximè, cum gratia non opponatur formaliter peccato originali; nec modo dimittitur illud peccatum per collationem gratiæ, niſi quia gratia includit æquiualenter, in acceptione Diuina, iuſtitiam originalem, quæ formaliter opponitur peccato originali. 4. D. 1. Q. 6. §. *Contra iſtam concluſionem*. ℣. *Concedo ergo*. D. 6

Deus eſt remiſſiuus peccatorum, & quandoque remittens peccata: & hoc probatur ſic, quia aliquando prædeſtinatus labitur in peccatum mortale: patet de Dauid; Petro; & Paulo; & quaſi innumeris; non autem poteſt beatificari, ad quod principaliter ordinatur per prædeſtinationem, niſi deleto peccato, accipiendo peccatum pro obligatione paſſiua ad pœnam &c. quia nullus beatificatur remanens obligatus ad pœnam ſoluendam, quia vel ſimul ſoluendam cum gloria, quod eſt impoſſibile, quia ad minus, ſecundum diſpoſitionem Diuinam, gloria illa, & pœna quæcunque repugnant: Vel poſt glorificationem ſoluendam; quod ſimiliter eſt impoſſibile, quia Deus diſpoſuit illam gloriam in quocunque finalem eſſe, ità quod non ſequetur aliqua pœna; ergo oportet ante glorificationem remitti, vel deleri iſtam obligationem ad pœnam quandoque ſuſtinendam. 4. D. 14. Qu. 1. §. *De ſecundo articulo*. I. 8.

Deus poſſet remittere culpam mortalem ſine omni actu illius, cui remittitur; ſic intelligendo, quòd hoc non includit contradictionem. *ibidem*. ∫. *Ex his*. ℣. *Ex iſta ratione*. V. 17.

Deus vita animæ.

Deus ſecundùm Aug. de Ciuit. propter hoc dicitur vita animæ, quia vita animæ non eſt, niſi in coniunctione eius ad Deum, vt ad obiectum. 4. D. 6. Q. 11. ∫. *Hic eſt opinio*. ℣. *Nec concludit*. n. 3.

Deus adoptans.

Deus non nouo *velle* adoptat, ſed nouum effectum producendo, ſcilicet gratiam: prædeſtinare ergo diuinum, & ſi ſit præordinare quoddam per actum voluntatis ad hæreditatem, & quoddam adoptare ad illud, non tamen propriè dicitur adoptatio, ſed tantùm ipſa collatio noua gratiæ, quæ correſpondet nouo *velle* in homine adoptante, dicitur adoptatio; non ergo ſequitur Deus prædeſtinat, ergo adoptat, ſed oportet addere quòd illi prædeſtinato, vt quandoque extraneo conferat gratiam. 3. D. 10. Qu. *Vnica*. *Ad primum principale*. D. 4.

Deus quo ad fidem, & ſpem.

Deus quòd non aſſiſtit falſitati alicuius operando miracula ad falſa alicuius prædicata, vel dicta, dictat audienti prædicantem de fide naturaliter ratio. 3 D. 23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Præterea, ad Roman*. B. 15.

Deum eſſe trinum, & vnum, eſſe reuelatum, non dicit, vltra Deum trinum, & vnum, niſi reſpectum rationis, ſicut reſe cognitum, non dicit, niſi reſpectum rationis vltra tem, quæ cognoſcitur; igitur ſi aſſentio Deo trino, quis reuelatum, formalis ratio obiecti, cui aſſentio per habitum realem, eſt ens rationis, quod eſt inconueniens, cum habitus realis habeat obiectum formale reale, ſicut potentia realis obiectum formale reale, *ibidem*. §. *Contra ſi fides*. ℣. *Præterea, formalis*. E. 7.

Deum eſſe Trinum, & vnum ſicut credo, ita credo habere me fidem infuſam, qua hoc credo, & hoc à Deo, vt perficiat animam in actu primo; quia Dei eſt perfectè perficere, quando perficit. *ibidem*. ∫. *Ad quæſtionem*. F. 14.

Deum eſſe Trinum, & vnum, ſicut credo, & non ſcio, nec ſcire poſſum illud, pro ſtatu iſto: ſic credo me habere fidem infuſam inclinantem in illud, ſicut in verum, quod eſt in ſe verum. *ibidem*. ∫. *Sed quid*. ℣. *Reſpondeo*. I. 16.

Deus

Deus quo ad fidem, & spem.

Deus non mouet, in ratione obiecti, ad cognitionem omnium credibilium; nec in Deo, vt in obiecto, concipiuntur omnia credibilia, vt ex illo deduci possine, licet contineat omnia, vt causa effectiua omnium: ideo oportet dicere quòd fides infusa habeat vnitatem, vel ab vnitate reuelantis credibilia, quia omnia respiciuntur à fide, vt reuelata à Deo: & hæc formalia ratio est vna in omnibus: vel quòd habeat vnitatem in se formaliter ex seipsa, quamuis illam effectiuè habeat à Deo, & non habeat vnitatem ex aliquo, vt obiecto: sicut scientiæ causatæ ab obiecto. 3. D. 25. Q.2. §. *Ad secundum quæsitum*. C. 3.

Deus viatori est absens, in ratione obiecti perfectè habendi; igitur *velle* tendens in ipsum sub tali ratione [quod *velle* est actus spei] habet, ex ista parte, circumstantiam debitam. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Assumptum*. C. 10.

Deo immediatè reuelanti potest quis credens, credulitate acquisita, si aliud non sit verum reuelari à Deo, quàm actum credendi, vel noscendi causari immediatè à Deo in eo, cui fit reuelatio. *Quodl.* Q. 14. §. *De primo*. ✠. *Alia differentia*. I. 7.

Deus testis.

Deus non potest esse testis falsna; Sed Deus inuocatus à prædicante scripturam, vt ostenderet doctrinam eius esse veram, fecit aliquod opus sibi proprium, vtpotè miracula, & per hoc testificatus est illud esse verum, quod iste prædicauit. Prolog. Quæst. 2. §. *De octauo*. B. 10.

Deum adducere tanquam testem falsi est facere irreuerentiam Deo; vel adducere eum tanquam ignorantem veritatem, & ita non omniscientem: vel adducere eum tanquam volentem testificari quod falsum est, vtroque modo fit irreuerentia Deo immediatè, contra illud præceptum primæ tabulæ Exod. 20. *Non accipies nomen Dei tui in vanum*: & ideo vtroque modo, si ea deliberatione fiat, est peccatum mortale. 3. Distinct. 39. Quæst. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✠. *Et ex hoc*. A. 2.

Deus quo ad incarnationem.

Deus est, respectu cuius omnia substantia creata est quasi accidens; quia etsi habitudinem accidentis ad substantiam; quæ est formæ *secundum quid* ad informabile, non possit substantia creata habere respectu Dei; tamen habitudinem naturæ communicabilis extrinsecæ, & posterioris potest habere respectu personæ Diuinæ, qualem habitudinem habet etiam natura accidentia, respectu suppositi substantiæ. *Quodl.* Q. 19. §. *Secundo potest*. ✠. *Ad primum*. N. 13.

Deus naturæ vnitæ sibi personaliter non potest, de potentia ordinata, non dare summam charitatem, & vlterius summam fruitionem, quæ excludit peccatum: & sic, hac vnione, est impeccabilis, non formaliter, sed virtualiter dispositiuè, dispositione remota, licet necessariò respectu Dei Agentia, sicut necessarium est aliquem Beatum non peccare. 3. D. 2. Q. 1. *Ad primum principale*. ✠. *Ad rationem*. H. 12.

Deus in illapsu generali illabitur cuilibet creaturæ ad *esse* & operationem sibi conuenientem; non tamen ad aliquam operationem sibi disconuenientem, vel excedentem naturam. *ibidem. Ad secundum pro opinione*. K. 16.

Deus est homo; quærendo causam verificantem hsnc propositionem, hæc causa est, quia hæc est vera, *Verbum est homo*. 3. Dist. 7. Quæst. 1. §. *Circa istam quæstionem*. A. 2.

Deus est homo, veritas huius, *Verbum est homo*, quæ est causa veritatis illius, non potest ostendi, neque cognosci naturaliter, quia ista propositio non potest ostendi, neque cognosci naturaliter esse vera. *ibidem*. ✠. *Secundo oportet*.

Deus, ex Damasceno lib. 3. cap. 11. & commune nomen significat, & in vnaquaque hypostasi; idest persona, ordinatur denominatiuè, quemadmodum & homo; Deus enim est, qui habet naturam Diuinam, & homo, qui humanam *ibidem*. ✠. *Est ergo*.

Deus quo ad incarnationem.

Deus est homo: ista prædicatio, si fiat sermo de per accidens sicut loquitur de eo Metaphysicus, scilicet, vel quia vnum accidit alteri, vel ambo tertio, sicut patet 5. Meta. Tex. 13. de ente, & vno, sic non est per accidens, quia quod verè est nulli accidit ex 1. Phys. Tex. 27. Vnde nec ipsa vnio conceditur esse accidentalis, quia neutrum extremorum est accidens; sed hoc non concludit propositionem esse per se, loquendo de per se logicè. *ibidem*. §. *Quinto videndum*. ✠. *Respondeo*. D. 7.

Deus est homo: Posset concedi, logicè loquendo, quod, quia prædicatum est extra per se intellectum subiecti, propositio non est per se vera, sed per accidens, licet neutrum extremum realiter per accidens insit alteri: Vnde ista vnio extremorum nec conceditur esse essentialis, nec accidentalis, sed substantialis. *ibidem*. ✠. *Sicut nec ista*.

Deus factus est homo: Potest dici quòd ista propositio est simpliciter vera: quod declaratur sic Factio, quando prædicat secundum adiacens, dicit factionem simpliciter; quando autem prædicat tertium, dicit factionem secundum illud, quod specificatur per tertium: Sic etiam de *esse*, quando prædicat secundum, & tertium; sicut ergo verè de eo enunciatur *fieri*, quod ab aliquo faciente post *non esse* simpliciter, accipit *esse* simpliciter; ita de eo verè enunciatur fieri A., quod per actionem alicuius Agentis est A post quam non fuit A. 3. D. 7. Qu. 2. §. *Sed tantam*. A. 3.

Deus, per actionem alicuius facientis, est homo, & non fuit semper homo, quia patet quòd est homo, & non fuit semper homo, quia non semper subsistebat in natura humana, vt suppositum in natura. *ibidem*. ✠. *Et istud*.

Deus factus est homo: ista non est mediatior ista, *homo factus est Deus*, imo immediatior illi, scilicet *natura humana vnita est personaliter Verbo*, ex qua immediatè sequitur, quòd *Verbum est homo*, propter quam ambæ sunt veræ, vtraque tamen propria. *ibidem*. ✠. *Respondeo, & dico*. D. 8.

Deus factus est homo; ergo mutatus est ad humanitatem, non sequitur; quia non oportet omne, quod fit, mutari, vt fit tale; Sed tantùm accidit hoc in illis, quæ prius fuerunt in potentia ad illud, secundum quod fiunt in actu per informationem, quomodo non fit Verbum homo, sed tantùm per vnionem personalem. *ibidem*. *Ad secundum principale*. D. 9.

Deus ordinatè volens sicut prius vult gloriam alicui, quàm gratiam, ita etiam inter prædestinatos, quibus vult gloriam ordinatè, prius videtur velle gloriam illi, quem vult esse proximum fini: & ita huic animæ Christi vult gloriam prius, quam alicui alteri velit gloriam, & prius cuilibet alteri vult gratiam, & gloriam, quam præuideat opposita istorum habituum, scilicet gratiæ, & gloriæ, scilicet peccatum, & damnationem; ergo [à primo ad vltimum] prius vult animæ Christi gloriam, quam præuidear Adam casurum. 3. D. 7. Q. 3. §. *Sed hic sunt*. ✠. *Sine præiuditio*. B. 3.

Deus non videtur propter sola redemptionem prædestinasse animam Christi ad tantam gloriam, cum illa redemptio, siue gloria animæ redimendæ non sit tantum bonum, quantum est illa gloria animæ Christi. *ibidem*.

Deum non est verisimile prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quam Chiistum, quod tamen sequeretur si prædestinatio fuerit facta propter solam redemptionem: imò vlterius sequeretur absurdius, scilicet, quòd Deus prædestinando Adam ad gloriam prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quam prædestinasset Christum ad gloriam, si prædestinatio illius animæ tantum esset pro redemptione aliorum, quia redemptio non fuisset, nisi casus, & delictum præcessisset. *ibidem*.

Deus potest dici, quòd prius natura', quàm aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siue de pœna, præelegit ad illam curiam cælestem omnes, quos voluit habere, Angelos, & homines, in certis, & determinatis gradibus: Et nullus est prædestinatus tantùm, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. *ibidem*. ✠. *Potest igitur dici*. B. 4.

Deus quo ad incarnationem.

Deus, cum in actione Artificis sit contrarius processus in exequendo, ei qui est in intendendo, & prius ordine executionis vniuit sibi naturam humanam, quàm contulerit sibi summam gratiam, vel gloriam; potest dici quòd è conuerso potest poni in intendendo, vt sic Deus primò voluit aliquam naturam non summam habere summam gloriam, ostendens, quòd non oporteret eum conferre gloriam secundum ordinem naturarum, & quòd secundò voluit illam naturam esse in persona Verbi, & sic Angelus non subesset puro homini. *ibidem*. ✝. *Secundum dubium*. ✝. *Potest dici*. C. 5.

Deus non potuit conferre animæ Christi Domini summam gratiam possibilem (loquendo de *summo* positiuè per excedentiam ad omnia alia) quia potest creare æqualem; Potuit enim, & potest aliam naturam æqualem isti de facto assumptæ assumere, & æqualem gratiam sibi dare. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem*. ✝. *Primo modo*. C. 2.

Deus summam gratiam creabilem (loquendo de summo negatiuè, idest, per non excedi ab aliquo alio) potuit dare animæ Christi. *ibidem*.

Deus (posset dici) quod licet de potentia absoluta posset tantam gratiam conferre alij naturæ, siue assumptæ, siue fortè non assumptæ, quanta collata fuit animæ Christi Domini, non tamen de potentia ordinata; quia secundùm leges iam positas à sapientia Diuina, non erit, nisi vnum caput in Ecclesia, à quo fit influentia gratiarum in membris. *ibidem*. §. *Hic iuxta*. ✝. *Hic posset*. G. 8.

Deus acceptans bonum factum, vel bonum *velle* alicuius tribuit sibi, si indigeat: si tamen sit ita perfectus, quòd non indigeat perfectione, sicut Christus retribuit alijs, pro quibus meretur. 3. Dist. 18. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*, A. 4.

Deus liberaliter, sine aliquo merito præcedente, coniunxit voluntatem Christi per fruitionem vltimo fini, & ita non meruit sibi fruitionem. *ibidem*, §. *Hoc viso*. F. 12.

Deus sicut creauit in esse naturæ aliquam naturam, putà naturam Angeli, ad quam creandam non potuit cooperari causalitas causæ secundæ; propter perfectionem talis naturæ: Ita in genere moris creauit Deus aliquem actum, ad quem non potest esse actus aliquis meritorius prior: & huiusmodi fuit actus beatificus animæ Christi, & hoc propter nobilitatem, & excellentiam actus, & modi habendi actum, quia immediatè, antequam haberet aliquem actum circa ea, quæ sunt ad finem. *ibidem*, ✝. *Ad primum istorum*. G. 13.

Deus quamuis dederit aliquid pro merito præuiso Christi non exhibito; non tamen summum, quod sequitur meritum, quod est apertio ianuæ Paradisi, ad cuius obstaculi amotionem non potuit aliquis nostrum cooperari, quamuis ad introitum quilibet adulsus cooperetur. 3. Distinct. 19. Qu. *Vnica*. §. *Sed hic sunt*. ✝. *Ad primum*. D. 11.

Deus quo ad Beatam Virginem.

Deus potuit facere quod B. Virgo nunquam fuisset in peccato originali; potuit etiam fecisse vt tantùm in vno instanti esset in peccato: potuit etiam facere vt per tempus aliquod esset in peccato, & in vltimo instanti illius temporis purgaretur: Quod autem horum trium, quæ ostensa sunt esse possibilia, factum sit, Deus nouit: Si auctoritati Ecclesiæ, vel auctoritati scripturæ non repugnet, videtur probabile quòd excellentius est tribuere Mariæ. 3. Dist. 3. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Quod autem*. A. 9.

Deus potuit in primo instanti animæ B. Virginis infundere sibi gratiam tantam, quantam alij animæ in circumcisione, vel Baptismo; igitur in illo instanti anima non haberet peccatum originale, sicut nec habuisset, si postea fuisset baptizata: Et si etiam infectio carnis fuit ibi in primo instanti, non fuit tamen necessaria causa infectionis animæ, sicut nec post baptismum, quando manet, secundum multos, & infectio animæ non manet: aut potuit caro mundari ante infectionem animæ, vt in illo instanti non esset infecta. *ibidem*. ✝. *Primum declaro*.

Deus quo ad Sacramenta.

Deus instituendo signa sensibilia conferentia ad salutem, scilicet Sacramenta, non erat causa directè, nec occasio idolatrandi: non enim instituit illa sensibilia, quasi in eis sit, vel crederetur aliquid numinis; sed instituit illa tanquam signa effectus sui creandi, ex quibus cognitio, & directio Viatoris posset haberi ad quærendam salutem. 4. Distinct. 1. Quæst. 3. *Ad secundum principale*. K. 9.

Deus non est aliter secundum essentiam, præsentiam, & potentiam in Sacramento, quàm in alio corpore; ergo si ponatur aliter hoc, non est nisi ad aliquem effectum causandum; sed quod sic sit ibi, non potest esse per aliquam causalitatem Sacramenti. 4. D. 1. Quæst. 5. §. *Ad primam ergo quæstionem*, *aliam opinionem*. ✝. *Contra istam*. C. 11.

Deus nullo tempore dimisit cultores suos sine remedio necessario ad salutem: 4. D. 1. Quæst. 7. §. *Respondeo*. A. 2.

Deus solus instituit sacramenta nouæ legis, & efficacia Sacramenti non potest esse ab alia causa inferiore eam instituente. 4. D. 2. Quæst. 1. §. *Ex his*. ✝. *Et secundum*. F. 6.

Deo soli sunt proprij effectus significati per sacramenta; ergo solus Deus potest determinare sa ad causandum effectus Sacramentorum, regulariter concomitantes Sacramenta: hoc est autem habere efficaciam, scilicet habere effectus regulariter concomitantes; ergo à sola voluntate Diuina habent determinatè Sacramenta efficaciam, tanquam à causa principali. *ibidem*.

Deus non voluit omninò determinare hominem ad Verba in Sacramentis vltra illum modum, quo verba sufficiunt ad exprimendum conceptum; cum syncopa autem benè intelligit audiens conceptum loquentis; hoc autem magis cauendum est in verbis Saeramentalibus, quàm in alijs verbis propter reuerentiam Sacramenti. 4. D. 3. Qu. 2. §. *De secunda variatione*. ✝. *De substractione*. N. 11.

Deus licet in actionibus beneplaciti circa personas priuatas forte non conferat dona sua pertinentia ad salutem illius personæ, nisi perfectè sanando illam personam: in actibus tamen vniuersalibus concomitantibus remedia vniuersalia, cuiusmodi sunt Sacramenta, rationabile est, vt aliquos effectus vniuersales ordinaret causare eum talibus remedijs non autem vltimatos, quia non omnes recipientes illa remedia sunt ad hoc idonei. 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad tertiam rationem*. M. 20.

Deus illud quod potest facere, potest per aliquod sensibile signum signare. 4. D. 8. Qu. 1. §. *Historia*. ✝. *De secundo*. A 2.

Deus quo ad baptismum.

Deus instituit baptismum initerabilem, ne propter plenam remissionem, quæ fit ibi, tàm culpæ, quàm pœnæ, daretur occasio sæpius delinquendi, si baptismus posset sæpius iterari. 4. D. 4. Quæst. 5. §. *Respondeo*. ✝. *Respondeo rebaptizari*. B. 3.

Deus nulli quotiescunque labenti præclusit viam salutis in hac vita: non enim ad maiorem miserationem voluit ipse quemcunque nostrum ad proximum obligare, quàm ipse voluerit habere ad subditum; Petro autem quærenti *Math.* 18. quoties deberet dimittere fratri peccanti in ipsum, an septies? respondit, *septuagies septies*, imo secundum Aug. in homilia, *millesies*, *millesies*, & vniuersaliter; quotiescunque peccauerit, & recognouerit, parcendum est: Sic ergo Deus instituit aliquod aliud remedium quotiescunque peccanti in via, scilicet Sacramentum pœnitentiæ: & tunc dico quòd isti patet via salutis per veram pœnitentiam de fictione

ctione in susceptione baptismi iuxta Aug. De baptismo paruulorum; *Tunc valere incipit baptismus ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia perseuerante peccatorum ablutionem non sinebat fieri. ibidem.*

Deus aliquam gratiam disposuit regulariter conferre cum signo baptismali, ita quod nulli minorem; & ista potest dici conferre virtute baptismi, quia virtute veritatis huius signi: & sicut determinatio illa vniuersalis, quantum ad istum gradum, est vniformis, ita effectus æqualis. 4. D. 4. Q. 7. §. *Sic ergo.* ℣. *Quantum ad Deum.* A. 3.

Deus quia prædestinauit diuersos electos ad diuersos gradus gloriæ; & hoc ante determinationem huius signi [scilicet baptismi] ad tantam, vel tantam gratiam conferendam; & ordinato ad maiorem gloriam rationabiliter potest conferri maior gratia; Posset Deus, in determinando veritatem, seu certitudinem huius signi, disponere conferre alicui suscipienti præcisè illam gratiam, quæ requiritur ad certitudinem signi; & alicui maiorem, quem prædestinauit ad maiorem gloriam; Sed ille vlterior gradus non conferretur virtute baptismi, sed de speciali beneuolentia Diuina: propter hoc potest dici quòd, ex parte causæ principalis, effectus est regulariter æqualis simpliciter, qui datur virtute baptismi, quia supponitur, quòd, de lege communi, prima gratia non daretur maior absque omni differentia extra causam principalem *ibidem.*

Deus licet de potentia absoluta posset causare gratiam, quæ est effectus principalis baptismi, & etiam alios effectus proprios assignatos characteri, scilicet assimilare &c. sine tali forma absoluta, quæ ponitur character; tamen de potentia ordinata tenetur, quòd causat illos effectus mediante ista forma, & congruè propter rationes iam dictas. 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad aliam rationem.* L. ante 18.

Deus quod posset cognoscere ouem suam sine signo, seu charactere baptismi, non obstat quo minus imprimeretur tanquam signum rememoratiuum in comparatione ad Deum, & ad proximos, siue in beatitudine ad gloriam; siue in damnatione ad confusionem; quia etiam potest eam nosse cum signo: beati etiam, & damnati possunt istam nosse signatam, quam non noscerent non signatam, quia in beatitudine, ad maiorem gloriam; & in damnatione, ad maiorem confusionem. *ibidem.* ℣. *Ad illa, quæ obÿciuntur.* L. 19.

Deus quo ad Eucharistiam.

Deus potest facere corpus suum præsens cum pane, manente substantia panis, & tunc non erit per aliquam mutationem, quæ sit ad substantiam, vt per se terminum; & tamen per istam acquireretur præsentia eiusdem rationis cum illa, quæ tunc habetur, ergo oportet quòd per mutationem eiusdem rationis; ergo per aliam fieret, quam per mutationem substantialem. 4. D. 10. Q. 1. §. *Contra suppono.* ℣. *Secundo Sic.* B. 7.

Deus posset in corpus Christi, prius factum præsens pani, conuertere panem; non enim est magis contradictio hic, quàm quòd modò conuertatur in corpus, non prius præsens; ergo per talem conuersionem tunc factam in corpus præsens speciei panis, non fieret præsens sibi: Vel oporteret dicere quòd fieret præsens postquam fuit præsens, & quòd eadem præsentia terminaret duas mutationes distinctas secundum genus. *ibidem.* ℣. *Contra, in corpus.* C 8.

Deus posset quodcunque corpus vniuersi conuertere in corpus Christi, sicut panem. 4 D. 10. Q. 2. §. *Dico ergo.* ℣. *Ad primam dico.* I. 14.

Deus, de potentia absoluta, posset causare in oculo glorioso, vel non glorioso visionem corporis Christi, licet istud corpus nusquam esset, nisi in Eucharistia. 4. D 10. Q. 9 §. *Ad quæstionem.* B. 5.

Deus in potestate sua habet tàm materiam, quàm formam vtriusque termini transsubstantiationis; & per consequens potest conuertere materiam in materiam, & formam in formam, & ita totum in totum totaliter; Hoc

autem non potest naturale Agens, quia in potestate eius non est materia, sed supponitur actioni suæ. 4. D. 11. Q. 3. §. *De secundo articulo.* ℣. *Hoc etiam posset.* H. 17.

Deus solus respicit materiam, vt est quid: ista propositio videtur esse falsa; Agens enim sub ea ratione respicit passum, sub qua inducit in eo terminum actionis; Agens autem creatum potest inducere formam substantialem in materiam per generationem, & illa inducitur in materiam, vt est *quid*, quia sic est per se receptiua formæ substantialis; ergo Agens naturale attingit materiam, vt est *quid*: & ex hoc sequeretur, si ista propositio esset vera, quod eam respiciens, vt *quid*, potest eamdem formam in quamcunque materiam imprimere; & tunc si Agens supernaturale transsubstantiare potest, sequeretur etiam quòd Agens causatum hoc posset, quod est manifestè falsum. *ibidem.* ℣. *Præterea etiam.* K. 21.

Deus ex Aug. 7. Ciuit. 30. *Sic res, quas, condidit, administrat, vt eas proprios motus agere sinat*: signanter hic dicit August. *proprios motus*, idest, qui sunt virtute propria eorum: talis autem non est, nisi qui habet subiectum conueniens, cuiusmodi non est quantitas ad susceptionem formæ substantialis; & ideo posita sola quantitate vt in Eucharistia, non potest substantia produci in corruptione specierum, nisi actione Diuina. 4. Dist. 12. Qu. 6. *Ad quartum principale.* H. 14. in fine.

Deus potest facere in creatura aliquid sine eo, quod non est sibi formalis ratio essendi, nec aliquo modo dè essentia eius: sed nec conuersio, nec Sacramentum est formalis ratio corporis Christi essendi hic; nec aliquo modo de essentia eius; ergo Deus potest facere corpus esse hic, sine vtroque istorum. 4. D. 10. Quæst. 3. §. *Conclusio.* ℣. *Sed contra.* A. 2.

Deus quo ad pœnitentiam.

Deus peccatum commissum post baptismum posset remittere per aliquem motum feruentem dilectionis in Deum, absque quocunque quatuor actuum pænitendi (scilicet vindicare commissum; detestari commissum; acceptare pœnam inflictam; patienter ferre pœnam inflictam] sub propria ratione, vtpotè in actu feruoris ad martyrium statim sustinendum, vbi fortè non esset cogitatio de aliquo peccato, nec per consequens aliquod *pænitere* prædictum, & hoc formaliter; licet virtualiter in illo motu esset pænitere secundum secundam significationem. 4. Dist. 14. Quæst. 1. §. *Ex his.* ℣. *Ex ista.* V. 17.

Deus, licet puniat peccatorem, non dicitur tamen pænitere; quia non sibi, sed alteri pœnam infligit. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Primus articulus.* ℣. *Prima conclusio.* A. 2.

Deus potest dici quòd disponit per attritionem in aliquo tempore, tanquam per aliquod meritum de congruo, in aliquo instanti dare gratiam, & pro illa attritione, vt pro merito, iustificat, sicut est meritum iustificationis: & licet non continuaretur idem actus circa peccatum in genere naturæ, & moris, qui prius; adhuc in illo instanti infunderetur gratia, quia iam præcessit meritum sufficiens de congruo: esto enim quòd in vltimo instanti intellectus, & voluntas cessent à præterito actu, conuertendo se ad aliquem alium actum impertinentem, quare non iustificabitur ille in vltimo instanti, sicut alius habens in illo instanti actum, quem prius habuit: Ille enim, qui in illo instanti habet actum, per actum huius, vt in illo instanti, non iustificabitur, sed per actum, vt præcessit in tempore, & hoc modo habet alius actum illum: & secundum hoc diceretur quòd non oportet ad delectionem peccati continuari aliquem actum pænitentiæ, neque formatum, neque informem, sed tantummodo in tempore præcedere, vsque ad instans, actum pænitentiæ præteritum. *ibidem.* §. *De secundo.* ℣. *Potest ergo dici.* O. P. 15.

Deus quo ad pœnitentiam.

Deus ita requirit dispositionem de congruo ad hoc, vt peccatori conferat gratiam, & hoc, quod non alliget potentiam suam sacramentis, quod tamen sine dispositione illa præuia, & congrua, quæ sufficeret, conferat per sacramentum gratiam: & hoc est maioris misericordiæ, scilicet duplicem viam instituere, per quam iustificetur peccator, quàm ipsum ad vnam viam arctare; Sicut ergo adultus primam gratiam delentem originale potest habere duplici via, vel ex bono motu disponente ad illam de congruo, vel ex susceptione baptismi, & ita in proposito. 4. D.14. Q.4. §. *Quantum ad tertium*, ✝. *Dicitur ergo* D.6.

Deus, qui est retributor bonorum, & punitor malorum, cum ab aliquibus dicitur, quòd non potest iudicare, nisi ipsi fiat accusatio, potest negari, quia ipse peccata nouit, etiam antequam fiant, sine omni accusatione: vel estò, quòd detur ibi tanquam consona notis, quòd iste iudici debet culpa accusari, & ab ipso peccante, quia ipse solus scit. Ex omnibus istis non sequitur, nisi quòd peccator debet Deo confiteri, 4. D.17 Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✝. *Ad rationem illam*. D.7.

Deus semper potens est, etiam in morte, præmiare, quibus placet; Cum ergo opus sit non hominis, Sed Dei, fructuosam pœnitentiam inspirare, potest eam quandocunque vult. 4. D.20. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✝. *Primum patet*. A.3.

Deus quo ad Matrimonium.

Deus, non ex laudabilitate actus copulæ carnalis propter alium finem, quàm propagationem, sed ex infirmitate post lapsum, & pronitate ad istum actum indulsit, non approbauit actum istum, & hoc ad euitandum maius malum: & ista indulgentia posita, contractum ordinatum ad actum istum instituit, & si non lege naturæ impressa, saltem lege positiua, & hoc tam quantum ad contractum, quàm quantum ad obligationem. 4. D.26. Q. *Vnica*. §. *Per hoc*. ✝. *Respondeo*. S.20.

Deus instituit translationem corporum in contractu matrimonij summe liberam: vnde non est illud ab Ecclesia determinatum, sed expressum. 4. D.29. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. ✝. *Respondeo*. D.7.

Deus iustè in veteri testamento dispensauit, & approbauit bigamiam propter maius bonum proueniens, quàm esset ex alia parte commutando vnicum pro vnico, & commutantes deberent sic velle propter rectam rationem: ita propter maius malum vitandum, quàm sit bonum indissolubilitatis coniugij, potest Deus dispensare, vt fiat contractus ad tempus, donec mulier displiceat viro: & in hoc saluatur iustitia aliqualiter. 4. D.33. Q.3. §. *Alia opinio*, ✝. *Modus conueniens*. A.6.

Deus, posset dici, quòd sicut dispensauit in bigamia, propter maius bonum; ita cum gente Iudæorum in repudio, propter maius malum vitandum. *ibidem*.

Deus laxationes pertinentes ad industriam humanam, non ita voluit ponere in scriptura, tanquam à se prolatas, sed sicut à seruis suis: vnde & subleuationem laboris Moysi, qui tota die sedebat ad iudicandum Populum, Deus non per se immediatè expressit, sed Iethro cognatus Moysi tanquam ad humanam industriam pertinens expressit: ideo repudium in veteri testamento magis est Moysi imputandum, quam Deo, quia Deus non permisit illud immediatè præcipiendo Moysi, sicut alia præcepta. *ibidem*. ✝. *Ad illas glo*, C.8.

Deus potest dici quod, post lapsum, generaliter licentiauit omnes ad commutationem corporum, non tantum propter primum finem, scilicet propter officium procreandi, &c. sed etiam propter secundum, scilicet remedium incontinentiæ: & tunc vtentes commutatione ista, licet nesciant se licentiatos, quia ignorant legem Dei, non tamen peccant, sicut in alijs licentijs, licet quis nesciat se licentiatum, dumtamen non sciat illud, quod agit esse illicitum, non peccat. 4. D.39. Q. *Vnica*. §. *Hic sunt*. ✝. *Sed ad primum*. B.4.

Deus quo ad Resurrectionem.

Deus si in hoc instanti A, & toto illo tempore medio vsque ad B, & in instanti B conseruaret *esse* lapidis, concederetur, quòd esset idem omnino numero; ergo si in A conseruat, & iterùm si instanti B, & in tempore intermedio *esse* non conseruat, adhuc erit idem, & tamen erit interruptum in tempore intermedio: probatio consequentiæ; quia identitas illius *esse*, vt est in B, ad se ipsum vt est in A, non dependet essentialiter ex conseruatione pro tempore illo medio. 4. D.43. Q.1. §. *De primo*. ✝. *Præterea, si Deus*. n.4.

Deus, quod non agit per mutationem resuscitando mortuum, est falsum; quod probatur, quia materia præfuit sub priuatione formæ; ergo per actionem Agentis transit à priuatione ad formam; sed transitus talis propriè est mutatio, quia tota ratio mutationis ibi saluatur. *ibidem*. §. *Aliter ponitur*. ✝. *Contra istud*. C.8.

Deus de facto resuscitans non reducit eandem mutationem numero, quia resuscitatio non est eadem mutatio cum generatione: tamen eadem forma numero reducetur. *ibidem*, ✝. *Quod autem*.

Deus respicit materiam, vt *quid est*: Si aliquem intellectum bonum haberet propositio ista, forsan esset ille; quòd Deus non respicit materiam, vt ordine quodam transeuntem à forma in formam, quomodo Agens naturale necessariò respicit; quia non potest immediatè transire de quocunque in quodlibet; Sed hæc differentia nihil facit ad posse reducere idem numero, vel non; quia iste ordo respicit formas secundum rationes specificas, non autem secundum identitatem, vel distinctionem numeralem earum. *ibidem*. ✝. *Probatio autem*. E.9.

Deus præmians.

Deus, quando aliquis meretur pro se ipso, communiter præmiat vltra condignum, ideo præmium excedit tale meritum eius. 3. D.19. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*, F.12.

Deus in veteri testamento remunerauit cultores suos bono temporali. 3. D.38. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. ✝. *Hanc quæstionem*. G.14.

Deus quo ad beatitudinem nostram.

Deus non aliter se habet in se, quando illabitur animæ eam beatificando, quàm prius; nec aliter illabitur huic animæ, vel Angelo nunc, quàm prius, considerando præcisè essentiam hinc inde; quia secundum hunc illapsum essentiæ Diuinæ in essentiam creaturæ est semper vniformitas, manente essentia creaturæ; ergo si est aliqua nouitas in anima beata, oportet, quod hoc sit per aliquem effectum nouum causatum tantum à Deo in illa essentia: ille effectus dicitur beatitudo eius formaliter, siue essentialiter, & non potest esse principaliter in essentia, vt distinguitur à potentia. 4. D.49. Quæst. 2. §. *Ad istam*. ✝. *Contra istam opinionem*. n.5.

Deus si dicatur quòd sub vnica ratione sola est obiectum beatificum, & sub illa non potest attingi, nisi ab vnica potentia, & per vnicam operationem, & ita potentia attingens eum secundum aliam operationem, licet immediatè, tamen non beatificatur, nisi secundum *quid*; secundum hoc esset dicendum, quòd beatitudo simpliciter, & totalis, secundum potentiam, ita consistit in vnica operatione, sicut beatitudo simpliciter ipsius naturæ. 4. D.49. Q.3 §. *Ad quæstionem*. ✝. *Nec obstat*. C.7.

Deus, loquendo de stricta iustitia, dico quòd nulli nostrum propter quæcunque merita est debitor perfectionis tàm intensæ (qualis est beatitudo) propter immoderatum excessum illius perfectionis vltra illa merita; sed estò quòd ex liberalitate sua determinasset meritis conferre actum tam perfectum, tanquam præmium, tali quidem iustitia, qualis decet eum, scilicet supererogantis in præmijs: tamen non sequitur ex hoc,

Deus quo ad beatitudinem nostram.

hoc, necessariò, quod per illam iustitiam fit reddenda perfectio perennis tanquam præmium; imò abundans fieret retributio in beatitudine valde momenti. 4. D.49. Q.6. §. *De tertio*. ℣. *Ad aliud*. N.21.

Deus puniens.

Deus non est prius vltor, quàm aliquis sit peccator. 2. D. 5. Quæst. 1. ʃ. *Ad inquirendum*. ℣. *Sed ad inquirendum*. G 9.

Deus non est pronior ad condemnandum, quàm ad parcendum. 3. Distinct. 39. Quæst. *Vnica*. §. *Videtur ergo*. B.4.

Deus, cruciando spiritus malignos mediante igne infernali, est Agens principale, & assimilat sibi passum, quia intelligit, & vult afflictionem illius, & secundum hoc intellectum, & volitum assimilat sibi passum. 4. Dist. 44. Quæst. 2. *Ad vltimum principale*. Q. 17. in fine.

DEX

Dextrum.

Dextrum, & sinistrum non est in Cœlo, ex natura rei, sicut in animali, quia nullus punctus est in Cœlo magis oriens, quam alius; sed quilibet punctus est oriens successiuè: nullus etiam punctus est magis capax motus, quam alius, secundum veritatem; Sed pars dextra, quæ est in animali, magis capax est virtutis animæ, quàm pars sinistra. 2. Dist. 2. Quæst. 5. 6. §. *Alij autem*. ℣. *Contra hoc*. A.4.

DIA

Diabolus.

Diabolus homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Ioann. 8. hæc verba explicat August. super Genes. cap. 1. & ponitur distinct. 3. cap. 1. Deinde qualiter verba dominica, vbi dicit sic, *Quod ab initio homicida fuit, & in veritate non stetit, quia ex quo homo conditus fuit, ipsum per inuidiam in mortem præcipitauit*; Vnde post initium temporis cecidit, vt & ibi dicitur: patet quòd homicida non fuit in primo instanti suæ creationis, respectu hominis, quem tentauit: Et quamuis etiam in primo instanti suæ creationis malus non fuit, sed satis cito post, tamen benè nunc dicitur quòd in veritate non stetit, simpliciter loquendo. 2. D. 5. Q. 2. *Ad tertium principale*. P.17.

Diaboli ciuitatis prima radix fuit inordinatus amor amicitiæ sui, quæ radix germinauit vsque ad contemptum Dei, in quo consummata est ista malitia. 2. Distinct. 6. Quæst. 2. ʃ. *In ista quæstione*. ℣. *Ex hoc probato*. C. 4.

Diabolus, vel alia creatura factibilis nobilissima, quæ caret perfectione sibi proportionata diceretur summum malum, quatenus est status in malo, scilicet ad vnum bonum creatum, carens summa perfectione sibi conueniente; Sed à tali malo summo non sunt talia mala positiuè, nec positiuum à positiuo, neque priuatio à priuatione. 2. D.37. Q. *Vnica*. *aliàs* 2. *Ad quartum principale primæ quæstionis*. A a. 19.

Diabolus, & Angeli eius (inquit Greg. Dial. cap. 30.) *Si, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animæ, antequam recipiant corpora, possunt corporea sentire tormenta*. 4. D.44. Q.2. *In secundo argumento ad oppositum*. n.2.

Diabolus quomodo non posset videre Virginitatem Matris Christi si habuisset virum, sicut non habuisset? Vnde ratio assignata ab Ambrosio, quòd ideo fuit desponsata, vt Diabolus falleretur, debet intelligi, quòd non potuit hoc videre, quia non fuit permissus, licet naturali potentia intellectus sui potuerit hoc videre; Nec tunc ista ratio videtur magni momenti, quia æquè suisset prohibitus, si non habuisset virum. 4. D.30. Q.2. §. *Primum patet*. ℣. *Alia ratio*. B.3.

Diabolus, de quo Christus Ioann. 12. *Nunc princeps huius Mundi eijcietur foras*: est princeps, qui vsque ad aduentum Christi principabatur Mundo, licet tyrannicè, ergo iudicium Mundi, quod nunc est, ait Christus illis verbis ibidem, *Nunc iudicium est Mundi*, erat ad illam eiectionem, quia sententiebatur illum expellendum per passionem Christi. 4. D.47. Q.1. *Ad primum principale*. H.8.

Diaconatus.

Diaconatus est secundus gradus in Ordinibus, disponens ad dispensationem Eucharistiæ, saltem sanguinis. 4. Dist. 24. Quæst. 1. §. *De secundo*. ℣. *Saltem quicquid*. D.7.

Diaconissa.

Diaconissa potest dici illa, cui competit, ex ordinatione Abbatissæ, vel Collegij, legere homiliam in matutino; Sed ille non est actus alienus ordinis: Et sic potest intelligi illud Distinct. 17 Quæst. 1. vbi dicitur Diaconissam non debere ordinari ante quadraginta annos. 4. D. 25. Q.2. *Ad secundum principale*. F.6.

Diaconus.

Diacono, simpliciter in casu necessitatis, conceditur dispensare corpus Christi, vt dicitur Distinct. 33. cap. Diaconi. §. *Præsente Præsbytero*. *Diaconus Eucharistiam corporis Christi, si necessitas cogit, iussus eroget*; Sed non sequitur ex hoc, quòd possit conficere, quia minus est dispensare, quàm conficere. 4. D.13. Q 2. *Ad quintum principale*. R.20.

Diaconos per illud distinct. 93. *non oportet panem dare*, id est corpus Domini secundum glossam. *ibidem*. *In tertio argumento in oppositum*. n.2.

Diaconus, vel subdiaconus non habet potestatem spiritualem, loquendo de potestate spirituali simpliciter; quia etsi aliquid congruè possit facere, quod non faceret congruè laicus; tamen si laicus attentaret illud facere, simpliciter faceret. 4. D.24. Q. *Vnica*. §. *De primo dicitur*. ℣. *Secundo sequitur*. n.2.

Diaconi proprius actus non est legere Euangelium, nec subdiaconi Epistolam; sed isti sunt remoti, & minus perfecti actus eorum: perfectissimi, & proprij illorum ordinum actus, sunt, quos habet vnus immediatè circa Eucharistiam dispensandam; alius circa materiam eius offerendam. *ibidem*. ʃ. *De secundo*. ℣. *Ex dictis*. E 7.

Diameter.

Diameter est assimiter costæ, idest, incommensurabilis; si autem lineæ istæ componerentur ex punctis, non essent incommensurabiles; haberent enim se puncta vnius ad puncta alterius in aliqua proportione numerali: nec solùm sequeretur quòd non essent incommensurabiles lineæ, sed etiam quod essent æquales, quod est planè contra sensum. 2. D.2. Q.9. *Ad secundum principale*. ℣. *Ex hoc patet*. B.13.

DIC

Dicere.

Dicere non est aliquis actus intelligendi formaliter: est tamen aliquis actus intellectus: nullus autem actus intelligendi formaliter est productiuus, sed aliquis alius actus formaliter naturaliter præcedens, vel subsequens, potest esse productiuus, qualis est actus dicendi. 1. D.2. Q. 7. §. *Contra ista instatur*. ℣. *Respondeo*. Q.27.

Dicere, siuè intellectionem producere, & *spirare*, seu amorem elicere, sunt actiones in nobis, & de genere actionis vel quasi de genere actionis. 1. D. 3. Q. 6. ʃ. *Tertia quæstio*. ℣. *Ex his*. Y.34.

Dicere non est perfectio simpliciter; quia si esset perfectio simpliciter, tunc filius, & Spiritus sanctus non essent simpliciter perfecti, quia non dicunt, accipiendo

 hoc

Deus causa.

48. Quæst. 2. §. *In ista quæstione*. ¶. *Sed illam*. C. 7

Deus licet producat creaturas, vt artifex, hoc tamen non est, vt in scientia fundatur respectus rationis, quæ fit ratio, qua potest producere; sed tantùm, vt ille habitus absolutus, vt dicitur esse ara, inest ipsi Deo, ita quòd in forma arguendi est fallacia accidentis: Deus vt artifex est productiuus; per relationem rationis est artifex; ergo per relationem rationis est productiuus; maior enim est vera prout medium non accipitur pro ipsa relatione, quam importat artifex, sed pro fundamento ipsius relationis, & minor est vera tantùm pro ipsa relatione formaliter: Exemplum, calidum potentia calefactiua est calefactiuum: Potentia calefactiua est relatio; ergo relatione est calefactiuum: maior est vera de potentia, sumpta pro eo, quod dicitur potentia calefactiua, siue pro fundamento illius relationis, non autem pro ipsa relatione potentialitatis; & minor est vera solùm pro ipsa potentialitate, & relatione in se, importata per ipsam, & non pro ipso absoluto, in quo fundatur. 3. D. 8. Q. *Vnica*. *Ad quintum principale* H. 20.

Deum ex Aug. 3. De libero arbitrio, *quicquid tibi vera ratione melius occurrit, sciat hoc magis fecisse, quam non fecisse: vel sic, Quicquid tibi vera ratione melius occurrit, sciat hoc Deum magis fecisse, quam non fecisse*. 3. D. 13. Q. 4. §. *Quantum ad secundam quæstionem*. H. 9.

Deus quicquid potest per causam efficientem mediam, potest etiam immediatè, & hoc in quocunque, quod est receptiuum illius. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ¶. *Præterea si aliqua*. A. 2. & D. 13. Q. 4. *In argumento in oppositum*. n. 1.

Deus voluntariè, & contingenter causat quicquid, extra se, causat. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. ¶ *Respondeo nulla*. G. 13.

Deus, & natura nihil faciunt frustra. 3. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Ad istam*. ¶. *Primum ostendo*. n. 3.

Deus quando assistit, vt generalis causa, ad aliquem effectum causandum, si natura disponit, non dicitur miraculosè conferri, nec illud collatum dicitur esse supernaturale, sed magis naturale, vt patet de corpore organizato, & infusione animæ. 3. D. 24. Q. *Vnica*. §. *Contra hæc*. ¶. *Contra, quia*. C. 12.

Deus licet priuet entia secunda actionibus suis, præueniendo causalitates eorum, & causando effectus, quos illa possent causare, non oportet quòd priuet eas suis entitatibus; manent enim, & non causant suos effectus, quia alia causa immediatè causat illos; posset tamen illos causare. *Quodl.* Quæst. 7. §. *Sed licet*. ¶. *Ad primam*. O. 23.

Deus sic (Aug. 7. De Ciuit. cap. 30.) *res, quas condidit, administrat, vt eas agere proprios motus sinat*; licet enim posset facere omnia, & sic agendo, entitates quidem rerum non destrueret, sed eas quasi otiosas, & vanas relinqueret; maluit tamen eis, sicut entitatem, sic & virtutem actiuam; & propriam tribuere actionem; non enim vniuersaliter perfectionem rebus subtraxit, cuius sunt capaces. *ibidem*. P. 24.

Deus & potest esse causa generationis, & requiritur ad generationem, non sicut causa vniuoca, sed æquiuoca, & hoc suprema, in cuius virtute agit omnis alia causa, tàm vniuoca, quàm æquiuoca. *ibidem*. ¶. *Sed melius*. Q. 25.

Deum absolutè necessariò causare quicquid immediatè causat, hoc est sine causa media agente, non est de intentione Aristotelis, sed, secundum ipsum., Deus necessariò agit quicquid potest agere, immediatè, hoc est, sine omni medio, siuè Agente ad ipsum; sine ad aliquod præuium, disponens ad illud; & sine omni medio causato, siue præuio ad illud; illud ergo, quod, sine omni causato præuio, siuè causante præuio, potest agere, hoc necessariò agit: & ratio huius est, apud eum, quia ex quo istud à solo Deo immediatè omninò dependet, ipsius nouitas in essendo, siue contingentia non reduceretur, secundum ipsum, vltimatè, nisi in aliquam nouitatem, Deo. *ibidem*. ¶. *Ad quartum*. R. 26.

Deus quod potest causare: *vel sic*, De illo, quod potest Deus immediatè causare, sine scilicet causa media agente, attingente illud; dumtamen sit aliqua causa dispositiua ad illud, vel saltem aliquod causatum præuium, requisitum ad illud, non diceret Aristoteles quòd Deus necessariò simpliciter illud causaret, sed tantummodo necessitate ineuitabilitatis, & hoc, posito illo primo, vel præuio, quod requiritur. *ibidem*.

Deum necessariò agere quicquid potest agere immediatè, sine omni causa media; & sine omni medio causato præuio, siue causante præuio: Et illud, quod potest immediatè causare, sine scilicet causa media agente ad illud; dumtamen sit aliqua causa dispositiua, vel saltem aliquod causatum præuium, requisitum ad illud, agere necessariò, necessitate tantummodò ineuitabilitatis, posito scilicet illo primo, vel præuio, quod requiritur, vt voluit Aristoteles: in neutro istorum concordat cum eo Theologus, quia ponit quòd Deus per voluntatem, liberè, & contingenter se habet ad quodcunque causabile ad extra, & hoc, exclusa necessitate, non solùm immutabilitatis, sed etiam ineuitabilitatis: concedo ergo quòd Aristoteles, secundum sua principia, negaret Deum multa posse immediatè causare, puta omnia illa, in quorum productione est simpliciter contingentia, absque vtraque necessitate prædicta: sed in hoc Theologus contradicit sibi, sicut dictum est. *ibidem*. S. 26.

Deus quicquid potest circa creaturam, manente aliqua continuatione, quæ nihil est illius voliti, potest, illo circumscripto, quia illud non est aliquid de essentia illius voliti. 4. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ¶. *Contra, si non*. B. 5.

Deus sine ordine formarum respicere materiam, & Agens naturale, non nihil facit talis differentia ad posse reducere idem numero, quia ille ordo respicit formas secundum rationes specificas, non autem secundum identitatem, vel distinctionem numeralem earum, quia non potest statim succedere formæ vini, nisi aceti forma, & non è conuerso immediatè: sed quod huic formæ vini succedat, vel illi, indifferens est, sicut indifferenter ex hoc igne, vel illo generatur aqua. 4. D. 43. Q. 1. §. *Aliter ponitur*. ¶. *Probatio*. E. 9.

Deus sicut quia est primũ Agens, ideo, secundum Aristotelem, est semper Agens aliqua actione in passum, semper eodem modo se habens: ita si aliquod passum potest esse alicuius formæ, quæ non potest subesse causalitati nouum, & susceptiuum alicuius causæ secundæ, Deus est immediata causa illius, & tamen de nouo, quia omni potentiæ passiuæ in ente oportet ponere aliam actiuam correspondentem, & ita si passiuæ nouæ non correspondet alia actiua creata, correspondebit sibi immediatè diuina. 4. D. 43. Quæst. 2. §. *Potest dici*. ¶. *Respondeo, sicut*. O. 21.

Deus, si effectus causandus sit eiusdem rationis, potest ipsum causare immediatè, nulla posita nouitate in eo, propter diuersitatem causarum receptiuarum; sicut Sol immediatè soluit glaciem, & coagulat lutum; ita, secundum Aristotelem, hoc corpore organizato Deus, necessitate immutabilitatis, causat hanc animam, & prius non, quia materia non erat disposita, sicut nec Sol causat alium, & alium radium in aere, nisi propter diuersitatem recipientium. *Quodl.* Q. 21. §. *Quantum ad primum* ¶. *Sed quomodo*. R. 16. prope finem.

Deus, sub rationibus idearum, non est propria causa diuersorum ideatorum. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Aliter ponitur, quod distinguitur*. ¶. *Præterea instantia*. C. 10.

Deus, secundum aliquos, potuit producere aliquid aliud à se, sine principio durationis, quia ipsum non potuisse hoc fecisse, scilicet produxisse aliquid sine principio, non potest demonstrari, nec per medium extrinsecum, nec per medium intrinsecum: non per medium extrinsecum, quia illud est voluntas Diuina, cuius non potest sciri, nec haberi ratio quare magis vult hoc esse cum principio, quam sine principio: nec per medium intrinsecum, scilicet per *quod quid est* ipsius factibilis, quia *quod quid est* abstrahit ab *hic* & *nunc*; ergo non est ratio demonstrandi hic, & nunc. 2. D. 1. Quæst. 3. §. *Hic dicitur*. n. 2.

Deum producere aliquid aliud à se, sine principio, tenent alij quòd includat contradictionem, quia de omni producto aliquando verum est, vel, aliquando erit verum dicere quòd producitur; quia de filio Dei, in æternitate producto, verè potest dici quod producitur in æternitate: creatura igitur aut semper producitur, quando est; aut aliquan-

aliquando producitur, & non semper: si secundo modo, in illo instanti, in quo sic producitur, primò capit *esse*, tunc patet propositum, quia quod primo capit *esse* habet principium: si primo modo, igitur creatura est in primo fieri, quod videtur inconueniens, quia tunc non est permanens. *ibidem*. *§. Contra istam positionem*. n. 6.

Deus agit propter finem: hoc dictum vulgatum debet intelligi, quòd agit propter finem effectus, non propter finem sui, quia non est Agens sui. 1. Dist. 1. Quæst. 5. *Ad primum primæ quæstionis* ✝. *Respondeo*. n. 6.

Deus est liberè, & voluntarie Agens respectu omnium, quæ sunt extra ipsum, & ideo compatitur malum. 1. D. 2. Q. 2. *Ad primum principale*. Dd. 35.

Deus, *siue* Virtus infinita si necessariò agens agat secundum vltimum sui, & ita non in tempore quicquid immediatè agit: non tamen virtus infinita contingenter, & liberè agens; sicut enim in potestate sua est agere, & non agere; ita in potestate eius est agere in tempore, & agere in non tempore. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. ✝. *Istud improbabitur*. E. 36.

Deus & si nihil præsupponat, in producendo, de quo producat; non tamen sequitur quòd possit producere nouum sic (scilicet secundum esse simpliciter), sicut nec de natura, & arte sequitur, ex virtute argumenti: quòd quia natura non præsupponit in actione sua ens in actu; igitur potest producere aliquid omninò nouum secundum *esse* in actu, non sequitur. 2. D. 1. Q. 2. *§. Respondeo*. ✝. *Istam rationem*. A. 4.

Deus potest immediatè aliquid causare, & efficere, igitur potest creare, & aliquid de nihilo facere; igitur potest aliquid immediatè facere. *ibidem*. ✝. *Ideo aliter*.

Deus est primum efficiens (ex secunda distinctione primi libri) si nihil potest Immediatè facere; tunc nec etiam mediatè potest facere aliquid, quia est primum efficiens, & ita nullum effectum producet. *ibidem*.

Deus si potest efficere aliquid, igitur illud non habet *esse*, ex se, necessarium formaliter, & habet esse à causa; igitur habet *esse* post non *esse* [ordine naturæ] Immediatè etiam producit, nullo alio præsupposito, quia si aliquid aliud præsupponeretur, illud aliud esset effectum ab eo; igitur istud non esset immediatè effectum ab eo. *ibidem*.

Deus producit aliquid, ordine naturæ, de non *esse* ad *esse*, & nullo præsupposito; secundum ergo istum intellectum creat. *ibidem*.

Deus causat omnia, quæ sunt ad extra, contingenter: & ex hoc sequitur quòd non necessariò, & per consequens nec sempiternum; quia Phil. 9. Metaph. Tex. 17. videtur concedere omne necessarium esse sempiternum, & è contra: idem etiam videtur innuere 1. de Cælo, & Mundo, contra Platonem, qui concessit aliquid sempiternum esse, & tamen possibile non *esse*. *ibidem*. §. *Sed contra*. A. 5.

Deus si possit aliquid contingenter causare, videtur aliqualiter sequi quod potest etiam contingenter causare aliquid nouum; quia non est ratio quare non possit causare non sempiternum contingenter, sicut potest contingenter causare sempiternum, ex quo non causat necessariò; quod enim oporteret causatum esse sempiternum, videtur sequi ex necessitate causationis, vel ex immutabilitate ipsius causantis, quorum neutrum infert sempiternitatem; igitur possibilis est nouitas inferri. *ibidem*. ✝. *Respondeo nouitas*.

Deus si crearet substantiam quantam; vel natura generet substantiam, & concomitetur quantitas, vtriusque productionis terminus primus est substantia, & quantitas concomitans: & tamen tam in generato, quàm in creato quantitas habet suum modum realem, sicut haberet, si primò terminaret aliquam mutationem. 4. Dist. 10. Quæst. 1. §. *De secundo dicitur*. ✝. *Contra vnumquodque*. K. 12.

Deus & si posset absolutè creare frigus, non tamen posset per calorem, ita quòd calor sit, in aliquo ordine, causa actiua respectu frigoris. 4. Dist. 1. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem*. Ec. 26.

Deus potest agere in corpus quantumcunque non localiter existens, quia potentia eius respicit passum absolutè, secundum quod ipsum est susceptiuum termini: non autem respicit ipsum præcisè secundum conditiones illas accidentales approximationis, & distantiæ localis, quæ sunt necessariæ respectu Agentis cuiuslibet naturalis. 4. Dist. 10. Quæst. 6. *Ad quartum principale*. K. 12.

Deus si dicatur formaliter creator relatione rationis, vel etiam nulla relatione, sed denominatione, reducta ad genus relationis, inquantum scilicet terminat relationem in creatura; tamen non est creatiuus per relationem rationis, & hoc intelligendo, non de eo, quod formaliter importatur per hoc nomen creatiuus, sed de fundamento, sicut aliquid dicitur calefactiuum calore, vt fundamento potentiæ calefactiuæ, & non relatione fundata in calore. 3. D. 8. Q. *Vnica*. *Ad quintum principale*. G. 19.

Deus si crearet, vel Agens creatum generaret solam substantiam ignis, illa haberet in se causalitatem respectu quantitatis, & caloris: Vnde in eodem instanti temporis, in quo esset secundum substantiam, esset quantus, & calidus, quamuis non in eodem instanti naturæ, posito etiam quod generans ignem annihilaretur, ita quod nunquam esset, nisi per vnum instans. 3. D. 18. Q. *Vnica*. *Ad sextum principale*. K. 18.

Deus quicquid immediatè agit, necessariò agit, secundum Philosophum: Ex hoc procedit in principio 8. Phys. Tex. 138. Et hæc probatio concludit aliam necessitatem; quia ineuitabilitatis, quam prima, quæ concludit aliquam necessitatem intrinsecam: secundo modo motus Cæli est necessarius, non primo modo 12. Meta. cap. 41. vtroque modo deducendo necessitatem ex actu, vel possibili, dato à Platone: positio alterius possibilis in *esse* manifestat positionem esse inconuenientem, quia includentem contradictionem, quia sicut nunc est contradictio actus ad necessitatem, ita prius fuit possibilis ad eamdem, licèt minus manifesta. 4. D. 49. Q. 13. *Ad quartum principale*. K. 15.

Deus est primum Agens, coagens cuilibet creaturæ: & quando ipse non agit, creatura desinit agere. 4. Dist. 49. Quæst. 15. *Ad tertium principale* ✝. *Quid ergo dicemus*. D. 5.

Deo summè competit agere. 1. D. 30. Q. 2. §. *Contra istud*. ✝. *Præterea Agens*. D. 7.

Deus creat, fortè est vera ista propositio, & similes, intelligendo subiectum pro hoc Deo, existente in natura Diuina, non intelligendo aliquod suppositum, vel aliquod incommunicabile in illa natura; quia incommunicabilitas non est ratio talium actuum. 3. D. 4. Q. 2. *§. Respondeo quòd propositio*. ✝. *Respondeo vnitiuque*. B. 3.

Deus in æternitate voluit aliquid aliud à se esse, pro aliquo tempore, & tunc illud creauit, pro quando illud voluit esse. 1. D. 8. Q. 5. §. *Ad argumenta pro opinione*. Y. 23.

Deus non potest facere Angelum informare, idest, esse, formam informantem materiam. *Quodl*. Q. 9. §. *De secundo* A. 3.

Dei solius est conseruare totam naturam, & totaliter. 4. D. 1. Q. 5. *Ad quartum principale*. P p. 33.

Deus conseruat illud, quod creat, inquantum vult hoc *esse* quasi post idem esse. *Quodl*. Q. 10. §. *Ad ista*. ✝. *Tertius intellectus*. L. 19.

Deus finis.

Deum concedo esse finem naturalem hominis, licèt non naturaliter adipiscendum, sed supernaturaliter. *Prolog*. Q. 1. *§. Ad primum*. ✝. *Ad secundum*. D. 12.

Deus licet non sit finis sui, tamen, respectu voluntatis suæ, est illud obiectum absolutum, cui nata est competere ratio finis, quia est summum bonum: non tamen potest sibi competere ratio finis respectu sui, sicut nec respectu sui est finis, sed respectu omnium finibilium, qualia sunt bona ordinabilia ad aliud. 1. D. 1. Q. 5. *Ad argumenta*. *Ad illud primæ quæstionis*. n. 6.

Deus finis.

Deus, si accipiatur finis pro causa finali, est causa finalis omnium, & hoc non aliter, nisi sicut propter quem amatæ sunt res; Deus enim omnia producit propter se ipsum, & sic est finis immediatus omnium, & propter se, & à se, non ad se, vt ad finem immediatum. 4. D.49. Q.8. *Ad quartum principale*. F.7.

Deus, si loquamur de fine vt perfectio vltima, ad quam res ordinatur, non est, nisi causa finalis; non enim est Deus beatitudo formaliter, licet, propter se, det beatitudinem. *ibidem*.

Deus potest dici quòd est finis, in quantum terminat operationes creaturæ beatificabilis. *ibidem*.

Deus mouens.

Deus si est primum mouens, vel efficiens, respectu voluntatis nostræ, idem sequitur de ipsa, quod de alijs; quia siuè immediatè necessariò moueat eam, siuè aliud immediatè, & illud, necessariò motum, necessariò mouet, voluntatem, quia mouet ex hoc, quod mouetur; sequitur tandem quod proximum voluntati necessariò moueat voluntatem, etiamsi illud proximum sit ipsamet voluntas, & erit volens necessariò, & ideò necessariò volet: & sequitur vlterius impossibile, quòd necessariò causat quodlibet causatum; & non est aliquid contingens. 1. D.2.Q.2 *§.Ostenso esse*. ✠. *Ad primum*. R.21. & D.39. Q.1.2.3.&c. §.*Contra ista*. B.12.

Deum posse immediatè mouere corpus, absolutè concedendum est tàm Aristotelem, quàm Auerroem negare; & in hoc habet Theologus vtrumque negare. posuerunt tamen Deum mouere Cœlum mediatè, scilicèt mediante intelligentia, quæ est propria motrix Cœli. *Quodl.* Q.7. *§.Sed licet*. ✠. *Ad tertium*. Q.25.

Deum mouere motu infinito, vt tenet Aristot. etsi falsum sit, secundum Theologos; tamen multi eorum concedunt quòd potest mouere motu infinito, etiam à parte ante, sicut omnes concedunt, quòd à parte post: tamen differunt à Philosopho in hoc, quòd Philosophus ponit istam potentiam necessariò coniunctam actui. *ibidem*. *§. Contra dupliciter*. X.30.

Deus mouet intelligentiam sicut appetibilis, & intelligibilis, ex Arist 2. Metaph cap.14. ergo *causat intelligere* ipsius intelligentiæ; Sed illud *intelligere* (vt dicunt imponentes Aristoteli ipsum posuisse intelligentias esse à se, & necessarias) est idem quod substantia intelligentiæ secundum eum; ergo, secundum eum, causatur ipsa intelligentia. *ibidem*. §.*Secundum scilicet*. ✠. *Præterea in eodem*. Hh.40.

Deus mouet creaturam spiritualem per tempus, secundum Aug. lib.4. super Genes. cap.11. potest dici quod accipit ibi tempus pro omni eo, quod potest *esse* post *non esse*: & hoc modo quodlibet aliud à Deo est temporale. 2. Dist. 2. Quæst.4. §. *Ad primum argumentum*. ✠. *Ad aliud*. H. 14. in fine.

Deus, & intelligentia mouendo Cœlum, non ambo attingunt immediatè eumdem motum, licet ordine quodam, ita scilicet, quòd Deus sit principalius mouens, & intelligentia minus principaliter; sicut Pater, & mater respectu generationis, secundum opinionem, ponentem Matrem esse actiuam, quia statim sequitur quod in æquali tempore, imò in eodem tempore, moueat virtus finita, & infinita, quia vtraque attingit motum, immediatè, tanquam proprium effectum; Si detur autem quod in hoc motu intelligentia, licet non accipiat *esse* à Deo, tamen accipiat ab eo aliquam influentiam, vt possit mouere Cœlum, sicut baculus motum accipit à manu, vt possit vlterius mouere pilam; cum nihil, secundùm Aristotelem, recipiatur ab intelligentia, aliud ab eius essentia, habetur quod intelligentia, secundùm eum, est causata à Deo; Si denique detur quòd intelligentia accipit esse à primo mouente, sicut ignis à Cœlo, patet quod hoc est propositum: patet ergo quòd Aristoteles sic intellexit ista Agentia esse ordinata, quod secundum esset à primo. *Quodl.* Q.7. §.*Secundum*. ✠. *Quæro ergo*. Ii.41.

Deus conuertens.

Deus quando conseruat creaturam, terminus illius conseruationis non est aliquod nouum, sed idem, & secundum idem esse, quod prius habuit; non ergo requirit conseruatio actio, vel passio nouitatem in termino; ergo nec conuersio: consequentia declaratur ex hoc, quod sicut Deus volens hoc habere *esse* quasi post idem *esse*, conseruat illud; sic volens illud habere *esse* post *esse* illius, conuertit illud in istud, quia facit *esse* istius, & si non propriè, tamen aliquo modo, succedere ipsi *esse* illius: Non requiritur autem ad hoc, quòd illud sit terminus actionis, quòd simpliciter propriè succedat alteri, scilicet tanquam nouum, sicut patet in conseruatione: secundum hoc dicerent quòd sicut Deus eodem *velle* creat illud, inquantum vult hoc *esse* post *non esse*, & conseruat illud inquantum vult hoc *esse* quasi post idem *esse*, sic eodem *velle* conuertit aliud in istud, quia vult idem post istud. *Quodl.* Q.10. §.*Ad ista*. ✠. *Tertius intellectus*. L.19.

Deus habet quæcunque duo creata æque totaliter, quantum ad *esse*, & *non esse*, & etiam quodlibet necessariò concomitans vtrumque terminum in essendo in sua potestate, siue in potentia actiua; ergo potest conuertere quodlibet creatum in quodlibet creatum &c. *ibidem*. *§. De primo*. A.3.

Deus annihilans.

Dei solius est annihilare, quia annihilare non est agere positiuè, sed non agere, idest non conseruare; solius autem Dei est conseruare totam creaturam, & totaliter. 4. D.1. Q.1. *Ad quintum principale*. Pp.33.

Deus nulla ratione positiua annihilat rem, sed sicut positiuè agendo conseruat, ita annihilare est desinere creaturam conseruare, & hoc potest Deus. 4. D.11. Q.4. *Ad tertium in oppositum*. N.18. in fine.

Deus quoad prouidentiam.

Deus, inquit August.3. De Ciuitat. cap.30. *Sic res, quas condidit administrat*, vt eas agere proprios motus sinat. 4. Dist. 49. Quæst. 13. *§. Dico ergo*. ✠. *Præterea tertio*. D.9.

Deus influit vniformiter in quodlibet, in quantum potest, secundum Aristot. & quia iste est dispositus, & ille non; ideo Deus impellit istum ad tale propositum, ad quod consequitur commodum, illum autem non impellit, quia non inuenit in eo dispositionem requisitam; & ita positio Aristotelis de bona fortuna stat cum positione sua 8. Phys. Tex.15. scilicet quod Deus non potest nouum creare; vel nouum Cœlum, vel nouum motum, secundum suam totalitatem. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum*. ✠. *Sed quomodo*. R.16.

Deus habens prouidentiam generalem de omnibus (secundum fidem, & veritatem) dicendum est quòd regit res secundùm quòd natæ sunt regi, secundùm quod dicitur 7. De Ciuit. cap.30. *Sic Deus res, quas condidit &c.* Tamen, præter istam generalem prouidentiam, habet prouidentiam specialem ex quadam electione, secundum quam prouidet vnicuique hominum secundum merita præsentia, vel futura, & occulta nobis, tamen sibi præsentia, quia eius iudicia iusta sunt semper, licet occulta, ita quod aliquando aduersitas plus proficit, quam prosperitas, secundum Boetium 4 De consolat. ita quod licet ponamus aliquem bene fortunatum, tamen, ex hoc, nihil nouum ponimus in Deo. *ibidem*. ✠. *Sed secundum*. S.16. in fine.

Deus diligens.

Deus diligit se. 3. Dist. 32. Quæst. *Vnica*. §. *Hic sunt*. A.2.

Deus diligit alia à se; quia sicut omnis intellectus potest in quolibet intelligibile, ita omnis voluntas in quodlibet volibile; igitur voluntas diuina potest diligere omnia diligibilia, alia à se. 3. D.32. Q. *Vnica*. §. *Hic sunt*. A.2.

Deum diligere alia à se, hoc concedendum est de se in naturis, quæ sunt contraria; Sed non diligit ea simul eidem susce-

Deus diligens .

susceptiuo, quia hoc non est diligibile *ibidem*. ✝. *Hæc conclusio*. B. 2.

Deus quædam diligit dilectione efficaci, putà illa, quæ aliquando producit in *esse*: quædam volitione quadam complacentiæ non efficaci, quæ tamen nunquam produceret in *esse*; ostenduntur tamen ab intellectu suo, vt possibilia habere tantam bonitatem, sicut illa, quæ diligit dilectione efficaci. *ibidem*.

Deus potest concedi, quod ex charitate diligit omnia (etiam inanimata) non volitione amicitiæ, sed tali, qualis est habenda respectu eorum *ibidem*. *Ad secundum principale*. I. 6.

Deus non vult non prædestinatis tanta bona, quanta prædestinatis: nec illis, quibus dicitur irasci, vult tantum bonum pro tunc, pro quando dicitur irasci, quantum vult alijs, quibus dicitur non irasci: & ista inæqualitas dilectionis, hoc est, effectus dilectionis, concedenda est, non solùm quantùm ad gradus specificos, sed etiam in indiuiduis eiusdem speciei: nec ratio huius est natura in isto, & in illo, sed sola voluntas Diuina *ibidem*. *Ad tertium principale*. K. 6.

Deus quo ad prædestinationem .

Deus contingenter prædestinat illum, quem prædestinat, & potest non prædestinare; non ambo simul opposita, nec successiuè, sed vtrumque diuisim, in instanti æternitatis. 1. Dist. 40. Quæst. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. A. 2.

Deus cum in toto processu, quo creatura beatificabilis perducitur ad perfectum finem, finis vltimus sit beatitudo perfecta; volens huic [per actum prædestinationis] aliquid istius ordinis, primò vult huic creaturæ beatificabili finem; & quasi posterius vult sibi alia, quæ sunt in ordine illorum, quæ sunt ad finem. 1. D. 41. Q. *Vnica*. §. *Potest aliter*. ✝. *Primum probatur*. A. 11.

Deum prædestinare sine ratione cognita bonitati suæ: sed ipsum velle damnare, non videtur sibi immediatè posse attribui respectu obiecti, vt cogniti in suis puris naturalibus, sed tantùm respectu obiecti, vt cogniti in peccato mortali finali. *ibidem*. §. *Contra istud, Petrus*. ✝. *Nec mirum*. B. 12.

Deus, prius natura, quam aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siuè de pœna, potest dici quod præelegit ad illam curiam cælestem omnes, quos voluit habere, Angelos, & homines in certis, & determinatis gradibus; & nullus est prædestinatus tantum, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. 3. Dist. 7. Quæst. 3. §. *Sed hic sunt*. ✝. *Potest igitur dici*. B. 4.

Deus voluit prius omnes electos habere gratiam, & gloriam, quàm præuiderit eos casuros: & prius lapsuros, quàm præordinaret medicinam contra lapsum. 3. Dist. 19. Quæst. *Vnica*. §. *Sed hic sunt*. ✝. *Ad secundam nego*. E. anie 12.

Deus quo ad bonitatem, & rectitudinem actus .

Deus est tale amabile, quòd ex sola ratione sui, vt obiectum est, dat completam rationem bonitatis actui perfectè intenso. 2. D. 6. Q. 2. §. *In ista*. ✝. *Ex isto*. C. 4.

Deus quicquid dat antecedenter, daret illud consequenter, quantum est ex se, nisi esset impedimentum: dando autem voluntatem liberam, dedit antecedenter opera recta, quæ sunt in potestate voluntatis, & ideo, quantùm est ex parte sui, dedit rectitudinem omni actui voluntatis, & voluntati ex consequenti daret, si ipsa voluntas quemcunque actum rectè ageret, ex parte sui. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. T. 14.

Deus si esset prima causa non agens rectitudinem, actus rectus non esset peccatum, quia non esset carentia iustitiæ debitæ. *ibidem*. ✝. *Respondeo, si Deus*. X. 17.

Deus, *siuè* Diuina voluntas licet non teneatur *rectitudinem dare velle*, aut *nolle* creato: tamen, quantum est ex se, daret, si voluntas creata cooperaretur. *ibidem*. T. 14.

Deus quo ad gratiam .

Deus est simul condens naturam [scilicet Angelicam] & dans gratiam, August. 12. De Ciuit. cap. 9. 2. D. 4. Quæst. *Vnica*. *In secundo argumento principali*. n. 1.

Deus si immediatè, substrahendo manutenentiam suam, annihilaret gratiam, sine defectu voluntatis in operando, ista carentia non esset peccatum, quia non esset carentia iustitiæ debitæ. 2. Distinct. 37. Quæst. *Vnica, aliàs* 2. §. *Ad solutionem*. ✝. *Ad aliud de gratia*. X. 17.

Deus, qui se solum, & propter se ipsum diligit, potest aliquam formam Deiformem dare creaturæ, quam habens specialiter diligatur: & opus eius, ad quod ipsa inclinat, pro quanto fit secundum ipsius inclinationem, specialiter acceptetur. *Quodl*. Quæst. 17. §. *De secundo*. ✝. *Potest igitur*. E. 5.

Deus quo ad meritum .

Deus, de potentia absoluta, bene potuisset acceptare naturam beatificabilem, acceptatione speciali, existentem in puris naturalibus; & similiter actum eius, ad quem esset inclinatio eius merè naturalis, potuisset acceptare, vt meritorium; sed non creditur ita disposuisse, quòd naturam puram, vel actum eius sic acceptet, quia actum ex puris naturalibus esse meritorium appropinquat errori Pelagij: ideo verisimilius creditur quòd acceptet naturam, & actum eius tanquam meritorium, per habitum supernaturalem. 1. Distinct. 17. Quæst. 2. *aliàs* 3. §. *De secundo*. M 29.

Deus non discernit inter istos, & illos, (De Angelis bonis & malis) antequam ipsi se per actus suos discreuerint, secundum August. 11. super Genes. & ponitur distinctione 3 huius secundi, quare isti discernebantur, & non illi; *Non enim Deus est prius vltor, quàm aliquis sit peccator*. 2. Distinct. 5. Quæst. 1. §. *Ad inquirendum*. ✝. *Sed ad inquirendum*. G. 7.

Deus legislator .

Deus nullo tempore reliquit genus humanum sine remedio necessario ad salutem, maximè illos, quibus ipse legem dedit, vt per eius obseruantiam pertingerent ad salutem; frustra enim fuisset data talis lex sine tali remedio; vnde tempore legis Mosaycæ dedit aliquod tale remedium obseruantibus huiusmodi legem. 4. Distinct. 1. Quæst. 6. §. *Hic supponendum*. A. 2.

Deus ad legem Moysi elegit vnum populum tantùm, sed ad nouam legem totum Mundum; *In omnem terram exiuit &c*. 4. D. 3. Q. 4. §. *Ista quæstio*. ✝. *Istud etiam*. B. 3.

Deus potest dici, quòd per Apostolos, vel successores eorum, determinato tempore, simpliciter prohibuit legalia seruari, licet de hoc non habeamus in scriptura *ibidem*. §. *Quantum ergo*. ✝. *Respondeo quòd tempus*. M. 17.

Deus noluit obligare hominem ad impossibile, vel, secundum statum huius vitæ, ad nimis difficile. 4. Dist. 4. Qu. 4. §. *Hic distinguo*. ✝. *Si quis*. F. 4. & Distinct. 6. Quæst. 6. §. *Distinguitur*. ✝. *Nec requiritur*. C. 3. & 3. Dist. 25 Quæst 1. §. *Sed posito*. ✝. *Sed est ne*. D. 6.

Deus, in quibus non obligat sibi hominem, vel sua, relinquit ea voluntati hominis. 4. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ✝. *Sed diceretur*. H 10.

Deus per affectionem iustitiæ retrahit hominem ab illicito; affectio autem commodi inclinat ad pœnam vitandam. 4. D. 29. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. ✝. *Contra hoc*. A. 3.

Deus si non potest facere de actu, qui cum talibus circumstantijs erat prohibitus, quòd manentibus eisdem circumstantijs prioribus de prohibitione, non sit prohibitus, sequitur quòd non potest facere quòd occidere non sit prohibitum, cuius oppositum manifestè patet de Abraham Genes. 22. 3. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Sed ista*. A. 3.

Deus permittens peccatum.

Deus cum dicitur volens finere fieri aliquid: hoc potest intelligi, non quòd habeat velle rectum circa illud, quod permitrit, sed actum reflexum; offertur enim voluntati suæ hunc peecaturum, vel peccare: primò voluntas eius circa hunc non habet *velle*; velle enim ipsum habere peccatum non potest: secundo potest intelligere voluntatem suam non volentem hoc, & tunc potest velle voluntatem suam non velle hoc: & ita dicitur volens finere, & voluntarie permittere. 1. Dist. 47. Quæst. *Vnica*. §. *Respondeo*. ℣. *Si autem*. C. 3.

Deus non est causa peccati per se, sed solùm permissiuè. 4. Dist. 14. Quæst. 1. §. *Hic sunt*, ℣. *Secundum probatur*, B. 5.

Deus offensus.

Deus, quantum ad originale, non offenditur animæ propter motum interiorem in ipso, sed tantum propter culpam in ipsa anima. 3. D. 3. Q. 1. ∫. *Contra primam*. ℣. *Ex illo arguitur*. n. 5.

Deus licet dicatur figuratiuè iratus, vel offensus; tamen accipiendo istam rationem *irasci* pro velle vindicare, exclusa passione concomitante istius, Deus formaliter est iratus, vel offensus, quia formaliter est volens vindicare peccatum commissionis contra legem suam. 4. Dist. 14. Quæst. 1. §. *Dico ergo*. ℣. *Ex isto sequitur*. H. 7.

Deus saluans.

Deus non deest quærentibus, toto corde, salutem *Prolog.* Q. 2. §. *Decimo*. D. 13.

Deus vult omnes homines saluos fieri, 1. Tim. 2. licet hoc dictum posset exponi de distributione accomoda pro omnibus, qui salui fient; tamen multò melius posset exponi de voluntate antecedente sic, idest, vult omnes homines saluare, & saluos fieri, quantum scilicet est ex parte sui, & voluntate sua antecedente, pro quanto dedit eis dona naturalia, & leges rectas, & adiutoria communia sufficientia ad salutem. 1. D. 46. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. B. 3.

Deus et si non habeat voluntatem beneplaciti ad istum saluandum; tamen vult isti illa adiutoria communia, antecedentia ad salutem omnium, quibus iste etiam potest sufficienter bene viuere, & saluari; propter quæ dici potest quòd, quantum est ex parte sui, vult omnes saluos fieri. *ibidem*.

Deum saluare aliquem, qui tamen morietur in peccato mortali finaliter, & damnabitur, est possibile; non autem conceditur ipsum posse saluare Iudam iam damnatum, nec tamen hoc est impossibile, de potentia absoluta Dei, quia non includit contradictionem. 1. Dist. 44. Quæst. *Vnica*. §. *Respondeo*. ℣. *Aduertendum*. E. 3.

Deus sanans.

Deus, sicut quando sanat aliquem secundum corpus, perfectè sanat pro statu in quo est, ita etiam secundum animam: & quia in anima est imago Dei secundum tres potentias, quæ deformatæ erant per peccatum, ideo Christus reformando, sicut perficit voluntatem per charitatem, sic intellectum per fidem. 3. D. 23. Q. *Vnica*. ∫. *Ad quæstionem*. F. 14.

Deus totum hominem perficit, ita quod sicut corporaliter nullum sanauit, nisi perfectè, ita etiam spiritualiter non sanat hominem, nisi perfectè sanat; perfecta autem sanitas est, si quantum ad intellectum habet fidem, & quantum ad voluntatem spem & charitatem: De pœnitentia Distinct. 3. c. si quid. 3. Dist. 36. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ad quartam*. ℣. *Respondeo quæcunque*. R. 30.

Deus, licet de potentia absoluta posset dare gratiam sine fide, ponendo, quòd sint duo absoluta simpliciter distincta; tamen quia *Dei perfecta sunt opera* Deut. 33. & quando hominem sanat, totaliter sanat; ideo conceditur quòd non infundit gratiam paruulo, sine fide, & sine spe. 4. Dist. 4. Quæst. 2. *Ad primum principale*. A. 3.

Deus dimittens peccatum.

Deus, pro statu naturæ lapsæ, nulli remittit culpam, nisi cui dat gratiam; nullum enim liberat à perditione, nisi quem ordinat ad hoc, vt sit filius Regni. 4 D. 4. Qu. 2. ∫. *Ad quæstionem*. A. 3. & D. 1. Qu. 6. §. *De potentia*. ℣. *Quo ad hoc*. H. 9.

Deus, de potentia absoluta, posset dimittere culpam originalem, non conferendo gratiam: & hoc maximè, cum gratia non opponatur formaliter peccato originali; nec modo dimittatur illud peccatum per collationem gratiæ, nisi quia gratia includit æquiualenter, in acceptione Diuina, iustitiam originalem, quæ formaliter opponitur peccato originali. 4. D. 1. Q. 6. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Concedo ergo*. D. 6

Deus est remissiuus peccatorum, & quandoque remittens peccata: & hoc probatur sic, quia aliquando prædestinatus labitur in peccatum mortale: patet de Dauid; Petro; & Paulo; & quasi innumeris; non autem potest beatificari, ad quod principaliter ordinatur per prædestinationem, nisi delecto peccato, accipiendo peccatum pro obligatione passiua ad pœnam &c. quia nullus beatificatur remanens obligatus ad pœnam soluendam, quia vel simul soluendam cum gloria, quod est impossibile, quia ad minus, secundum dispositionem Diuinam, gloria illa, & pœna quæcunque repugnant: Vel post glorificationem soluendam; quod similiter est impossibile, quia Deus disposuit illam gloriam in quocunque finalem esse, ità quod non sequetur aliqua pœna; ergo oportet ante glorificationem remitti, vel deleri istam obligationem ad pœnam quandoque sustinendam. 4. D. 14. Qu. 1. §. *De secundo articulo*. I. 8.

Deus posset remittere culpam mortalem sine omni actu illius, cui remittitur; sic intelligendo, quòd hoc non includit contradictionem. *ibidem*. ∫. *Ex hic*. ℣. *Ex ista ratione*. V. 17.

Deus vita animæ.

Deus secundùm Aug. de Ciuit. propter hoc dicitur vita animæ, quia vita animæ non est, nisi in coniunctione eius ad Deum, vt ad obiectum. 4. D. 6. Q. 11. ∫. *Hic est opinio*. ℣. *Nec concludit*. n. 3.

Deus adoptans.

Deus non nouo *velle* adoptat, sed nouum effectum producendo, scilicet gratiam: prædestinare ergo diuinum, & si sit præordinare quoddam per actum voluntatis ad hæreditatem, & quoddam adoptare ad illud, non tamen propriè dicitur adoptatio, sed tantùm ipsa collatio noua gratiæ, quæ correspondet nouo *velle* in homine adoptante, dicitur adoptatio; non ergo sequitur Deus prædestinat, ergo adoptat, sed oportet addere quòd illi prædestinato, vt quandoque extraneo conferat gratiam. 3. D. 10. Qu. *Vnica*. *Ad primam principale*. D. 4.

Deus quo ad fidem, & spem.

Deus quòd non assistit falsitati alicuius operando miracula ad falsa alicuius prædicata, vel dicta, dictat audienti prædicantem de fide naturaliter ratio. 3 D. 23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Præterea, ad Roman*. B. 15.

Deum esse trinum, & vnum, esse reuelatum, non dicit, vltra Deum trinum, & vnum, nisi respectum rationis, sicut esse cognitum, non dicit, nisi respectum rationis vltra rem, quæ cognoscitur; igitur si assentio Deo trino, quia reuelatum, formalis ratio obiecti, cui assentio per habitum realem, est ens rationis, quod est inconueniens, cum habitus realis habeat obiectum formale reale, sicut potentia realis obiectum formale reale. *ibidem*. §. *Contra si fides*. ℣. *Præterea, formalis*. E. 7.

Deum esse Trinum, & vnum sicut credo, ita credo habere me fidem infusam, qua hoc credo, & hoc à Deo, vt perficiat animam in actu primo; quia Dei est perfectè perficere, quando perficit. *ibidem*. ∫. *Ad quæstionem*. F. 14.

Deum esse Trinum, & vnum, sicut credo, & non scio, nec scire possum illud, pro statu isto: sic credo me habere fidem infusam inclinantem in illud, sicut in verum, quod est in se verum. *ibidem*. ∫. *Sed quid*. ℣. *Respondeo*. I. 16.

Deus

Deus quo ad fidem, & spem.

Deus non mouet, in ratione obiecti, ad cognitionem omnium credibilium; nec in Deo, vt in obiecto, concipiuntur omnia credibilia, vt ex illo deduci possint, licet contineat omnia, vt causa effectiua omnium: ideo oportet dicere quòd fides infusa habeat vnitatem, vel ab vnitate reuelantis credibilia, quia omnia respiciuntur à fide, vt reuelata à Deo: & hæc formalis ratio est vna in omnibus: vel quòd habeat vnitatem in se formaliter ex se ipsa, quamuis illam effectiuè habeat à Deo, & non habeat vnitatem ex aliquo, vt obiecto: sicut scientiæ causatæ ab obiecto. 3. D. 25. Q. 2. *§. Ad secundum quæsitum*. C. 3.

Deus viatori est absens, in ratione obiecti perfectè habendi; igitur *velle* tendens in ipsum sub tali ratione [quod *velle* est actus spei] habet, ex ista parte, circumstantiam debitam. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Assumptum*. C. 10.

Deo immediatè reuelanti potest quis credens, credulitate acquisita, si aliud non sit verum reuelari à Deo, quàm actum credendi, vel noscendi causari immediatè à Deo in eo, cui fit reuelatio. *Quodl.* Q. 14. *§. De primo*. ✝. *Alia differentia*. I. 7.

Deus testis.

Deus non potest esse testis falsus; Sed Deus inuocatus à prædicante scripturam, vt ostenderet doctrinam eius esse veram, fecit aliquod opus sibi proprium, vtpote miracula, & per hoc testificatus est illud esse verum, quod iste prædicauit. Prolog. Quæst. 2. §. *De octauo*. B. 10.

Deum adducere tanquam testem falsi est facere irreuerentiam Deo; vel adducere eum tanquam ignoranrem veritatem, & ita non omniscientem: vel adducere eum tanquam volentem testificari quod falsum est, vtroque modo fit irreuerentia Deo immediatè, contra illud præceptum primæ tabulæ Exod. 20. *Non accipies nomen Dei tui in vanum*: & ideo vtroque modo, si ex deliberatione fiat, est peccatum mortale. 3. Distinct. 39. Quæst. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✝. *Et ex hoc*. A. 2.

Deus quo ad incarnationem.

Deus est, respectu cuius omnia substantia creata est quasi accidens; quia etsi habitudinem accidentis ad substantiam; quæ est formæ *secundùm quid* ad informabile, non possit substantia creata habere respectu Dei; tamen habitudinem naturæ communicabilis extrinsecæ, & posterioris potest habere respectu personæ Diuinæ, qualem habitudinem habet etiam natura accidentis, respectu suppositi substantiæ. *Quodl.* Q. 19. *§. Secundo potest*. ✝. *Ad primum*. N. 13.

Deus naturæ vnitæ sibi personaliter non potest, de potentia ordinata, non dare summam charitatem, & vlterius summam fruitionem, quæ excludit peccatum: & sic, hac vnione, est Impeccabilis, non formaliter, sed virtualiter dispositiuè, dispositione remota, licet necessariò respectu Dei Agentis, sicut necessarium est aliquem Beatum non peccare. 3. D. 2. Q. 1. *Ad primum principale*. ✝. *Ad rationem*. H. 12.

Deus in illapsu generali illabitur cuilibet creaturæ ad *esse* & operationem sibi conuenientem; non ramen ad aliquam operationem sibi disconuenientem, vel excedentem naturam. *ibidem*. *Ad secundum pro opinione*. K. 16.

Deus est homo; quærendo causam verificantem hanc propositionem, hæc causa est, quia hæc est vera, *Verbum est homo*. 3. Dist. 7. Quæst. 1. §. *Circa istam quæstionem*. A. 2.

Deus est homo, veritas huius, *Verbum est homo*, quæ est causa veritatis illius, non potest ostendi, neque cognosci naturaliter, quia ista propositio non potest ostendi, neque cognosci naturaliter esse vera. *ibidem*. ✝ *Secundo oportet*.

Deus, ex Damasceno lib. 3. cap. 11. & commune nomen significat, & in vnaquaque hypostasi; idest persona, ordinatur denominatiuè, quemadmodum & homo; Deus enim est, qui habet naturam Diuinam, & homo, qui humanam *ibidem*. ✝. *Est ergo*.

Deus quo ad incarnationem.

Deus est homo: ista prædicatio, si fiat sermo de per accidens sicut loquitur de eo Metaphysicus, scilicet, vel quia vnum accidit alteri, vel ambo tertio, sicut patet 5. Meta. Tex. 13. de ente, & vno, sic non est per accidens, quia quod verè est nulli accidit ex 1. Phys. Tex. 27. Vnde nec ipsa vnio conceditur esse accidentalis, quia neutrum extremorum est accidens; sed hoc non concludit propositionem esse per se, loquendo de per se logicè. *ibidem*. §. *Quinto videndum*. ✝. *Respondeo*. D. 7.

Deus est homo: Posset concedi, logicè loquendo, quod, quia prædicatum est extra per se intellectum subiecti, propositio non est per se vera, sed per accidens, licet neutrum extremum realiter per accidens insit alteri: Vnde ista vnio extremorum nec conceditur esse essentialis, nec accidentalis, sed substantialis. *ibidem*. ✝. *Sicut nec ista*.

Deus factus est homo: Potest dici quòd ista propositio est simpliciter vera: quod declaratur sic Factio, quando prædicat secundum adiacens, dicit factionem simpliciter; quando autem prædicat tertium, dicit factionem secundum illud, quod specificatur per tertium: Sic etiam de *esse*, quando prædicat secundum, & tertium; sicut ergo verè de eo enunciatur *fieri*, quod ab aliquo faciente post *non esse* simpliciter, accipit *esse* simpliciter; ita de eo verè enunciatur fieri A., quod per actionem alicuius Agentis est A post quam non fuit A. 3. D. 7. Qu. 2. §. *Sed tantam*. A. 3.

Deus, per actionem alicuius facientis, est homo, & non fuit semper homo, quia patet quòd est homo, & non fuit semper homo, quia non semper subsistebat in natura humana, vt suppositum in natura. *ibidem*. ✝. *Et istud*.

Deus factus est homo: ista non est mediatior ista, *homo factus est Deus*, imo immediatior illi, scilicet *naturæ humana vnita est personaliter Verbo*, ex qua immediatè sequitur, quòd *Verbum est homo*, propter quam ambæ sunt veræ, vtraque tamen propria. *ibidem*. ✝. *Respondeo*, *& dico*. D. 8.

Deus factus est homo; ergo mutatus est ad humanitatem, non sequitur; quia non oportet omne, quod fit, mutari, vt sit tale; Sed tantùm accidit hoc in illis, quæ prius fuerunt in potentia ad illud, secundum quod fiunt in actu per informationem, quomodo non fit Verbum homo, sed tantùm per vnionem personalem. *ibidem*. *Ad secundum principale*. D. 9.

Deus ordinatè volens sicut prius vult gloriam alicui, quàm gratiam, its etiam inter prædestinatos, quibus vult gloriam ordinatè, prius videtur velle gloriam illi, quem vult esse proximum fini: & ita huic animæ Christi vult gloriam prius, quam alicui alteri velit gloriam, & prius cuilibet alteri vult gratiam, & gloriam, quam præuideat opposita istorum habituum, scilicet gratiæ, & gloriæ, scilicet peccatum, & damnationem; ergo [à primo ad vltimum] prius vult animæ Christi gloriam, quam præuideat Adam casurum. 3. D. 7. Q. 3. *§. Sed hic sunt*. ✝. *Sine præiuditio*. B. 3.

Deus non videtur propter sola redemptionem prædestinasse animam Christi ad tantam gloriam, cum illa redemptio, siue gloria animæ redimendæ non sit tantum bonum, quantum est illa gloria animæ Christi. *ibidem*.

Deum non est verisimile prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quam Christum, quod tamen sequeretur si prædestinatio fuerit facta propter solam redemptionem: imò vlterius sequeretur absurdius, scilicet, quòd Deus prædestinando Adam ad gloriam prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quam prædestinasset Christum ad gloriam, si prædestinatio illius animæ tantum esset pro redemptione aliorum, quia redemptio non fuisset, nisi casus, & delictum præcessisset. *ibidem*.

Deus potest dici, quòd prius natura', quàm aliquid præuidebatur circa peccatorem; siue de peccato, siue de pœna, prælegit ad illam curiam cælestem omnes, quos voluit habere, Angelos, & homines, in certis, & determinatis gradibus: Et nullus est prædestinatus tantùm, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. *ibidem*. ✝. *Potest igitur dici*. B. 4.

Deus quo ad incarnationem.

Deus, cum in actione Artificis sit contrarius processus in exequendo, ei qui est in intendendo, & prius ordine executionis vniuit sibi naturam humanam, quàm contulerit sibi summam gratiam, vel gloriam; potest dici quòd è conuerso potest poni in intendendo, vt sic Deus primò voluit aliquam naturam non summam habere summam gloriam, ostendens, quòd non oporteret eum conferre gloriam secundum ordinem naturarum, & quòd secundò voluit illam naturam esse in persona Verbi, & sic Angelus non subesset puro homini. *ibidem*. ✝. *Secundum dubium*. ✝. *Potest dici*. C. 5.

Deus non potuit conferre animæ Christi Domini summam gratiam possibilem (loquendo de *summo* positiuè per excedentiam ad omnia alia) quia potest creare æqualem; Potuis enim, & potest aliam naturam æqualem isti de facto assumptæ assumere, & æqualem gratiam sibi dare. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem*. ✝. *Primo modo*. C. 2.

Deus summam gratiam creabilem (loquendo de summo negatiuè, idest, per non excedi ab aliquo alio) potuit dare animæ Christi. *ibidem*.

Deus (posset dici) quod licet de potentia absoluta posset tantam gratiam conferre alij naturæ, siue assumptæ, siue fortè non assumptæ, quanta collata fuit animæ Christi Domini, non tamen de potentia ordinata; quia secundùm leges iam positas à sapientia Diuina, non erit, nisi vnum caput in Ecclesia, à quo fit influentia gratiarum in membris. *ibidem*. §. *Hic iuxta*. ✝. *Hic posset*. G. 8.

Deus acceptans bonum factum, vel bonum *velle* alicuius tribuit sibi, si indigeat: si tamen sit ita perfectus, quòd non indigeat perfectione, sicut Christus retribuit alijs, pro quibus meretur. 3. Dist. 18. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*, A. 4.

Deus liberaliter, sine aliquo merito præcedente, coniunxit voluntatem Christi per fruitionem vltimo fini, & ita non meruit sibi fruitionem. *ibidem*, §. *Hoc viso*. F. 12.

Deus sicut creauit in esse naturæ aliquam naturam, putà naturam Angeli, ad quam creandam non potuit cooperari causalitas causæ secundæ, propter perfectionem talis naturæ: ita in genere moris creauit Deus aliquem actum, ad quem non potest esse actus aliquis meritorius prior: & huiusmodi fuit actus beatificus animæ Christi, & hoc propter nobilitatem, & excellentiam actus, & modi habendi actum, quia immediatè, antequam haberet aliquem actum circa ea, quæ sunt ad finem. *ibidem*. ✝. *Ad primum istorum*. G. 13.

Deus quamuis dederit aliquid pro merito præuiso Christi non exhibito; non tamen summum, quod sequitur meritum, quod est apertio ianuæ Paradisi, ad cuius obstaculi amotionem non potuit aliquis nostrum cooperari, quamuis ad introitum quilibet adultus cooperetur. 3. Distinct. 19. Qu. *Vnica*. §. *Sed hic sunt*. ✝. *Ad primum*. D. 11.

Deus quo ad Beatam Virginem.

Deus potuit facere quod B. Virgo nunquam fuisset in peccato originali: potuit etiam fecisse vt tantùm in vno instanti esset in peccato: potuit etiam facere vt per tempus aliquod esset in peccato, & in vltimo instanti illius temporis purgaretur: Quod autem horum trium, quæ ostensa sunt esse possibilia, factum sit, Deus nouit: Si auctoritati Ecclesiæ, vel auctoritati scripturæ non repugnet, videtur probabile quòd excellentius est tribuere Mariæ. 3. Dist. 3. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Quod autem*. A. 9.

Deus potuit in primo instanti animæ B. Virginis infundere sibi gratiam tantam, quantam alij animæ in circumcisione, vel Baptismo; igitur in illo instanti anima non haberet peccatum originale, sicut nec habuisset, si postea fuisset baptizata: Et si etiam infectio carnis fuit ibi in primo instanti, non fuit tamen necessaria causa infectionis animæ, sicut nec post baptismum, quando manet, secundum multos, & infectio animæ non manet: aut potuit caro mundari ante infectionem animæ, vt in illo instanti non esset infecta. *ibidem*. ✝. *Primum declaro*.

Deus quo ad Sacramenta.

Deus instituendo signa sensibilia conferentia ad salutem, scilicet Sacramenta, non erat causa directè, nec occasio idolatrandi: non enim instituit illa sensibilia, quasi in eis sit, vel crederetur aliquid numinis; sed instituit illa tanquam signa effectus sui creandi, ex quibus cognitio, & directio Viatoris posset haberi ad quærendam salutem. 4. Distinct. 1. Quæst. 3. *Ad secundum principale*. K. 9.

Deus non est aliter secundum essentiam, præsentiam, & potentiam in Sacramento, quàm in alio corpore; ergo si ponatur aliter hoc, non est nisi ad aliquem effectum causandum; sed quod sic sit ibi, non potest esse per aliquam causalitatem Sacramenti. 4. D. 1. Quæst. 5. §. *Ad primam ergo quæstionem, aliam opinionem*. ✝. *Contra istam*. C. 11.

Deus nullo tempore dimisit cultores suos sine remedio necessario ad salutem. 4. D. 1. Quæst. 7. §. *Respondeo*. A. 2.

Deus solus instituit sacramenta nouæ legis, & efficacia Sacramenti non potest esse ab alia causa inferiore eam instituente. 4. D. 2. Quæst. 1. §. *Ex his*. ✝. *Et secundum*. F. 6.

Deo soli sunt proprij effectus significati per sacramenta; ergo solus Deus potest determinare se ad causandum effectus Sacramentorum, regulariter concomitantes Sacramenta: hoc est autem habere efficaciam, scilicet habere effectus regulariter concomitantes; ergo à sola voluntate Diuina habent determinatè Sacramenta efficaciam, tanquam à causa principali. *ibidem*.

Deus non voluit omninò determinare hominem ad Verba in Sacramentis vltra illum modum, quo verba sufficiunt ad exprimendum conceptum; cum syncopa autem benè intelligit audiens conceptum loquentia; hoc autem magis cauendum est in verbis Sacramentalibus, quàm in alijs verbis propter reuerentiam Sacramenti. 4. D. 3. Qu. 2. §. *De secunda variatione*. ✝. *De substractione*. N. 11.

Deus licet in actionibus beneplaciti circa personas priuatas forte non conferat dona sua pertinentia ad salutem illius personæ, nisi perfectè sanando illam personam: in actibus tamen vniuersalibus concomitantibus remedia vniuersalia, cuiusmodi sunt Sacramenta, rationabile est, vt aliquos effectus vniuersales ordinaret causare cum talibus remedijs non autem vltimatos, quia non omnes recipientes illa remedia sunt ad hoc idonei. 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad tertiam rationem*. M. 20.

Deus illud quod potest facere, potest per aliquod sensibile signum signare. 4. D. 8. Qu. 1. §. *Hic tria*. ✝. *De secundo*. A. 2.

Deus quo ad baptismum.

Deus instituit baptismum initerabilem, ne propter plenam remissionem, quæ fit ibi, tàm culpæ, quàm pœnæ, daretur occasio sæpius delinquendi, si baptismus posset sæpius iterari. 4. D. 4. Quæst. 5. §. *Respondeo*. ✝. *Respondeo rebaptizari*. B. 3.

Deus nulli quotiescunque labenti præclusit viam salutis in hac vita: non enim ad maiorem miserationem voluit ipse quemcunque nostrum ad proximum obligare, quàm ipse voluerit habere ad subditum; Petro autem quærenti *Math.* 18. quoties deberet dimittere fratri peccanti in ipsum, an septies? respondit, *septuagies septies*, imo secundum Aug. in homilia, *millesies*, *millesies*, & vniuersaliter; quotiescunque peccauerit, & recognouerit, parcendum est; Sic ergo Deus instituit aliquod aliud remedium quotiescunque peccanti in via, scilicet Sacramentum pœnitentiæ; & tunc dico quòd isti patet via salutis per veram pœnitentiam de fi-

ctione

Deus quo ad baptismum.

ctione in susceptione baptismi iuxta Aug. De baptismo paruulorum; *Tunc valere incipit baptismus ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia perseuerante peccatorum ablutionem non finebat fieri. ibidem.*

Deus aliquam gratiam disposuit regulariter conferre cum signo baptismali, ita quod nulli minorem; & ista potest dici conferre virtute baptismi, quia virtute veritatis huius signi: & sicut determinatio illa vniuersalis, quantum ad istum gradum, est vniformis, ita effectus æqualis. 4. D. 4. Q. 7 §. *Sic ergo.* ℣. *Quantum ad Deum.* A. 3.

Deus quia prædestinauit diuersos electos ad diuersos gradus gloriæ; & hoc ante determinationem huius signi [scilicet baptismi] ad tantam, vel tantam gratiam conferendam; & ordinato ad maiorem gloriam rationabiliter potest conferri maior gratia; Posset Deus, in determinando veritatem, seu certitudinem huius signi, disponere conferre alicui suscipienti præcisè illam gratiam, quæ requiritur ad certitudinem signi; & alicui maiorem, quem prædestinauit ad maiorem gloriam; Sed ille vlterior gradus non conferretur virtute baptismi, sed de speciali beneuolentia Diuina: propter hoc potest dici quòd, ex parte causæ principalis, effectus est regulariter æqualis simpliciter, qui datur virtute baptismi, quia supponitur, quòd, de lege communi, prima gratia non daretur maior absque omni differentia extra causam principalem. *ibidem.*

Deus licet de potentia absoluta posset causare gratiam, quæ est effectus principalis baptismi, & etiam alios effectus proprios assignatos characteri, scilicet assimilare &c. sine tali forma absoluta, quæ ponitur character; tamen de potentia ordinata tenetur, quòd causat illos effectus mediante ista forma, & congruè propter rationes tam dictas. 4. D. 6. Q. 9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad aliam rationem.* L. ante 18.

Deus quod posset cognoscere ouem suam sine signo, seu charactere baptismi, non obstat quo minus imprimeretur tanquam signum rememoratiuum in comparatione ad Deum, & ad proximos, siue in beatitudine ad gloriam; siue in damnatione ad confusionem; quia etiam potest eam nosse cum signo: beati etiam, & damnati possunt istam nosse signatam, quam non noscerent non signatam, quia in beatitudine, ad maiorem gloriam; & in damnatione, ad maiorem confusionem. *ibidem.* ℣. *Ad illa, quæ obijciuntur.* L. 19.

Deus quo ad Eucharistiam.

Deus potest facere corpus suum præsens cum pane, manente substantia panis, & tunc non erit per aliquam mutationem, quæ sit ad substantiam, vt per se terminum; & tamen per istam acquireretur præsentia eiusdem rationis cum illa, quæ tunc habetur, ergo oportet quòd per mutationem eiusdem rationis; ergo per aliam fieret, quam per mutationem substantialem. 4. D. 10. Q. 1. §. *Contra suppono.* ℣. *Secundo Sic.* B. 7.

Deus posset in corpus Christi, prius factum præsens pani, conuertere panem; non enim est magis contradictio hic, quàm quòd modò conuertatur in corpus, non prius præsens; ergo per talem conuersionem tunc factam in corpus præsens speciei panis, non fieret præsens sibi: Vel oporteret dicere quòd fieret præsens postquam fuit præsens, & quòd eadem præsentia terminaret duas mutationes distinctas secundum genus. *ibidem.* ℣. *Contra, in corpus.* C 8.

Deus posset quodcunque corpus vniuersi conuertere in corpus Christi, sicut panem. 4 D. 10. Q. 2. §. *Dico ergo.* ℣. *Ad primam dico.* l. 14.

Deus, de potentia absoluta, posset causare in oculo glorioso, vel non glorioso visionem corporis Christi, licet istud corpus nusquam esset, nisi in Eucharistia. 4. D 10. Q. 9 §. *Ad quæstionem.* B. 5.

Deus in potestate sua habet tàm materiam, quàm formam vtriusque termini transubstantiationis; & per consequens potest conuertere materiam in materiam, & formam in formam, & ita totum in totum totaliter; Hoc autem non potest naturale Agens, quia in potestate eius non est materia, sed supponitur actioni suæ. 4. D. 11. Q. 3. §. *De secundo articulo.* ℣. *Hoc etiam posset.* H. 17

Deus solus respicit materiam, vt est quid: ista propositio videtur esse falsa; Agens enim sub ea ratione respicit passum, sub qua inducit in eo terminum actionis; Agens autem creatum potest inducere formam substantialem in materiam per generationem, & illa inducitur in materiam, vt est *quid*, quia sic est per se receptiua formæ substantialis; ergo Agens naturale attingit materiam, vt est *quid*: & ex hoc sequeretur, si ista propositio esset vera, quod eam respiciens, vt *quid*, potest eamdem formam in quamcunque materiam imprimere; & tunc si Agens supernaturale transubstantiare potest, sequeretur etiam quòd Agens causatum hoc posset, quod est manifestè falsum. *ibidem.* ℣. *Præterea etiam.* K. 21.

Deus ex Aug. 7. Ciuit. 30. *Sic res, quas, condidit, administrat, vt eas proprios motus agere sinat*: signanter hic dicit August. *proprios motus*, idest, qui sunt virtute propria eorum: talis autem non est, nisi qui habet subiectum conueniens, cuiusmodi non est quantitas ad susceptionem formæ substantialis, & ideo posita sola quantitate vt in Eucharistia, non potest substantia produci in corruptione specierum, nisi actione Diuina. 4. Dist. 12. Qu. 6. *Ad quartum principale.* H. 14. in fine.

Deus potest facere in creatura aliquid sine eo, quod non est sibi formalis ratio essendi, nec aliquo modo de essentia eius: sed nec conuersio, nec Sacramentum est formalis ratio corporis Christi essendi hic; nec aliquo modo de essentia eius; ergo Deus potest facere corpus esse hic, sine vtroque istorum. 4. D. 10. Quæst. 3. §. *Conclusio.* ℣. *Sed contra.* A. 2.

Deus quo ad pœnitentiam.

Deus peccatum commissum post baptismum posset remittere per aliquem motum feruentem dilectionis in Deum, absque quocunque quatuor actuum pænitendi (scilicet vindicare commissum; detestari commissum; acceptare pœnam inflictam; patienter ferre pœnam inflictam] sub propria ratione, vtpotè in actu feruoris ad martyrium statim sustinendum, vbi fortè non esset cogitatio de aliquo peccato, nec per consequens aliquod *pænitere* prædictum, & hoc formaliter; licet virtualiter in illo motu esset pænitere secundum secundam significationem. 4. Dist. 14. Quæst. 1. §. *Ex his.* ℣. *Ex ista.* V. 17.

Deus, licet puniat peccatorem, non dicitur tamen pænitere; quia non sibi, sed alteri pœnam infligit. 4. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Primus articulus.* ℣. *Prima conclusio.* A. 2.

Deus potest dici quòd disponit per attritionem in aliquo tempore, tanquam per aliquod meritum de congruo, in aliquo instanti dare gratiam, & pro illa attritione, vt pro merito, iustificat, sicut est meritum iustificationis: & licet non continuaretur idem actus circa peccatum in genere naturæ, & moris, qui prius; adhuc in illo instanti infunderetur gratia, quia iam præcessit meritum sufficiens de congruo: esto enim quòd in vltimo instanti intellectus, & voluntas cesseut à præterito actu, conuertendo se ad aliquem aliom actum impertinentem, quare non iustificabitur ille in vltimo instanti, sicut alius habens in illo instanti actum, quem prius habuit: Ille enim, qui in illo instanti habet actum, per actum huius, vt in illo instanti, non iustificabitur, sed per actum, vt præcessit in tempore, & hoc modo habet alius actum illum: & secundum hoc diceretur quòd non oportet ad delectionem peccati continuari aliquem actum pænitentiæ, neque formatum, neque informem, sed tantummodo in tempore præcedere, vsque ad instans, actum pænitentiæ præteritum. *ibidem.* §. *De secundo.* ℣. *Potest ergo dici.* O.P. 15.

Deus quo ad pœnitentiam,

Deus ita requirit dispositionem de congruo ad hoc, vt peccatori conferat gratiam, & hoc, quod non alliget potentiam suam sacramentis, quod tamen fine dispositione illa præuia, & congrua, quæ sufficeret, conferat per sacramentum gratiam; & hoc est maioris misericordiæ, scilicet duplicem viam instituere, per quam iustificetur peccator, quàm ipsum ad vnam viam arctare; Sicut ergo adultus primam gratiam delentem originale potest habere duplici via, vel ex bono motu disponente ad illam de congruo, vel ex susceptione baptismi, & ita in proposito. 4. D.14. Q.4. §. *Quantum ad tertium*, ℣. *Dicitur ergo* D.6.

Deus, qui est retributor bonorum, & punitor malorum, cum ab aliquibus dicitur, quòd non potest iudicare, nisi ipsi fiat accusatio, potest negari, quia ipse peccata nouit, etiam antequam fiant, sine omni accusatione: vel estò, quòd detur ibi tanquam consona notis, quòd isti iudici debet culpa accusari, & ab ipso peccante, quia ipse solus scit. Ex omnibus istis non sequitur, nisi quòd peccator debet Deo confiteri, 4. D.17 Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem illam*. D.7.

Deus semper potens est, etiam in morte, præmiare, quibus placet; Cum ergo opus sit non hominis, Sed Dei, fructuosam pœnitentiam inspirare, potest eam quandocunque vult. 4. D.20. Q. *Vnica*, §. *In ista quæstione*. ℣. *Primum patet*. A.3.

Deus quo ad Matrimonium.

Deus, non ex laudabilitate actus copulæ carnalis propter alium finem, quàm propagationem, sed ex infirmitate post lapsum, & pronitate ad istum actum indulsit, non approbauit actum istum, & hoc ad euitandum maius malum: & ista indulgentia posita, contractum ordinatum ad actum istum instituit, & si non lege naturæ impressa, saltem lege positiua, & hoc tam quantum ad contractum, quàm quantum ad obligationem. 4. D.26. Q. *Vnica*. §. *Per hoc*. ℣. *Respondeo*. S.20.

Deus instituit translationem corporum in contractu matrimonij summe liberam: vnde non est illud ab Ecclesia determinatum, sed expressum. 4. D.29. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. ℣. *Respondeo*. D.7.

Deus iustè in veteri testamento dispensauit, & appobauit bigamiam propter maius bonum proueniens, quàm esset ex alia parte commutando vnicum pro vnico, & commutantes deberent sic velle propter rectam rationem: ita propter maius malum vitandum, quamsit bonum indissolubilitatis coniugij, potest Deus dispensare, vt fiat contractus ad tempus, donec mulier displiceat viro: & in hoc saluatur iustitia aliqualiter. 4 D.33. Q.3. §. *Alia opinio*, ℣. *Modus conueniens*. A.6.

Deus, posset dici, quòd sicut dispensauit in bigamia, propter maius bonum; ita cum gente Iudæorum in repudio, propter maius malum vitandum. *ibidem*.

Deus laxationes pertinentes ad industriam humanam, non ita voluit ponere in scriptura, tanquam à se prolatas, sed sicut à seruis suis: vnde & subleuationem laboris Moysi, qui tota die sedebat ad iudicandum Populum, Deus non per se immediatè expressit, sed Iethro cognatus Moysi tanquam ad humanam industriam pertinens expressit: ideo repudium in veteri testamento magis est Moysi imputandum, quam Deo, quia Deus non permisit illud immediatè præcipiendo Moysi, sicut alia præcepta. *ibidem*. ℣. *Ad illas glo*. C.8.

Deus potest dici quod, post lapsum, generaliter licentiauit omnes ad commutationem corporum, non tantum propter primum finem, scilicet propter officium procreandi, &c. sed etiam propter secundum, scilicet remedium incontinentiæ: & tunc vtentes commutatione ista, licet nesciant se licentiatos, quia ignorant legem Dei, non tamen peccant, sicut in alijs licentijs, licet quis nesciat se licentiatum, dumtamen non sciat illud, quod agit esse illicitum, non peccat, 4. D.39. Q. *Vnica*. §. *Hic sunt*. ℣. *Sed ad primum*. B.4.

Deus quo ad Resurrectionem.

Deus si in hoc instanti A, & toto illo tempore medio vsque ad B, & in instanti B conseruaret *esse* lapidis, concederetur, quòd esset idem omnino numero; ergo si in A conseruat, & iterùm si instanti B, & in tempore intermedio *esse* non conseruat, adhuc erit idem, & tamen erit interruptum in tempore intermedio: probatio consequentiæ; quia identitas illius *esse*, vt est in B, ad se ipsum vt est in A, non dependet essentialiter ex conseruatione pro tempore illo medio. 4. D.43. Q.1. §. *De primo*. ℣. *Præterea, si Deus*. n.4.

Deus, quod non agit per mutationem resuscitando mortuum, est falsum; quod probatur, quia materia præfuit sub priuatione formæ; ergo per actionem Agentis transit à priuatione ad formam; sed transitus talis propriè est mutatio, quia tota ratio mutationis ibi saluatur. *ibidem*, §. *Aliter ponitur*. ℣. *Contra istud*. C.8.

Deus de facto resuscitans non reducit eandem mutationem numero, quia resuscitatio non est eadem mutatio cum generatione: tamen eadem forma numero reducetur. *ibidem*, ℣. *Quod autem*.

Deus respicit materiam, vt *quid est*: Si aliquem intellectum bonum haberet propositio ista, forsan esset ille; quòd Deus non respicit materiam, vt ordine quodam transeuntem à forma in formam, quomodo Agens naturale necessariò respicit; quia non potest immediatè transire de quocunque in quodlibet; Sed hæc differentia nihil facit ad posse reducere idem numero, vel non; quia iste ordo respicit formas secundum rationes specificas, non autem secundum identitatem, vel distinctionem numeralem earum. *ibidem*. ℣. *Probatio autem*. E.9.

Deus præmians.

Deus, quando aliquis meretur pro se ipso, communiter præmiat vltra condignum, ideo præmium excedit tale meritum eius. 3. D.19. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. F.12.

Deus in veteri testamento remunerauit cultores suos bono temporali. 3. D.38. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. ℣. *Hanc quæstionem*. G.14.

Deus quoad beatitudinem nostram.

Deus non aliter se habet in se, quando illabitur animæ eam beatificando, quàm prius; nec aliter illabitur huic animæ, vel Angelo nunc, quàm prius, considerando præcisè essentiam hinc inde; quia secundum hunc illapsum essentiæ Diuinæ in essentiam creaturæ est semper vniformitas, manente essentia creaturæ; ergo si est aliqua nouitas in anima beata, oportet, quod hoc sit per aliquem effectum nouum causatum tantum à Deo in illa essentia: ille effectus dicitur beatitudo eius formaliter, siue essentialiter, & non potest esse principaliter in essentia, vt distinguitur à potentia. 4. D.49. Quæst.2. §. *Ad istam*. ℣. *Contra istam opinionem*. n.5.

Deus si dicatur quòd sub vnica ratione sola est obiectum beatificum, & sub illa non potest attingi, nisi ab vnica potentia, & per vnicam operationem, & ità potentia attingens eum secundum aliam operationem, licet immediatè, tamen non beatificatur, nisi secundum *quid*; secundum hoc esset dicendum, quòd beatitudo simpliciter, & totalis, secundum potentiam, ita consistit in vnica operatione, sicut beatitudo simpliciter ipsius naturæ. 4. D.49. Q.3 §. *Ad quæstionem*. ℣. *Nec obstat*. C.7.

Deus, loquendo de stricta iustitia, dico quòd nulli nostrum propter quæcunque merita est debitor perfectionis tàm intensæ (qualis est beatitudo) propter immoderatum excessum illius perfectionis vltra illa merita; sed estò quòd ex liberalitate sua determinasset meritis conferre actum tam perfectum, tanquam præmium, tali quidem iustitia, qualis decet eum, scilicet supererogantis in præmijs: tamen non sequitur ex hoc,

Deus quo ad beatitudinem nostram.

hoc, necessariò, quod per illam iustitiam sit reddenda perfectio perennis tanquam præmium; imò abundans fieret retributio in beatitudine vnius momenti. 4. D.49. Q.6. §. *De tertio*. ℣. *Ad aliud*. N.21.

Deus puniens.

Deus non est prius vltor, quàm aliquis sit peccator. 2. D. 5. Quæst.1. ∫. *Ad inquirendum*. ℣. *Sed ad inquirendum*. G.9.

Deus non est pronior ad condemnandum, quàm ad parcendum. 3. Distinct.39. Quæst. *Vnica*. §. *Videtur ergo*. B.4.

Deus, cruciando spiritus malignos mediante igne infernali, est Agens principale, & assimilat sibi passum, quia intelligit, & vult afflictionem illius, & secundum hoc intellectum, & volitum assimilat sibi passum. 4. Dist.44. Quæst.2. *Ad vltimum principale*. Q. 17. in fine.

D E X

Dextrum.

Dextrum, & sinistrum non est in Cœlo, ex natura rei, sicut in animali, quia nullus punctus est in Cœlo magis oriens, quam alius; sed quilibet punctus est oriens successiuè: nullus etiam punctus est magis capax motus, quam alius, secundum veritatem; Sed pars dextra, quæ est in animali, magis capax est virtutis animæ, quàm pars sinistra. 2. Dist.2. Quæst.5. 6. §. *Alij autem*. ℣. *Contra hoc*. A.4.

D I A

Diabolus.

Diabolus homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Ioann.8. hæc verba explicat August. super Genes. cap.1. & ponitur distinct.3. cap.1. Deinde qualiter verba dominica, vbi dicit sic, *Quod ab initio homicida fuit, & in veritate non stetit, quia ex quo homo conditus fuit, ipsum per inuidiam in mortem præcipitauit*; Vnde post initium temporis cecidit, vt & ibi dicitur: patet quòd homicida non fuit in primo instanti suæ creationis, respectu hominis, quem tentauit: Et quamuis etiam in primo instanti suæ creationis malus non fuit, sed satis cito post, tamen benè nunc dicitur quòd in veritate non stetit, simpliciter loquendo. 2. D. 5. Q.2. *Ad tertium principale*. P.17.

Diaboli ciuitatis prima radix fuit inordinatus amor amicitiæ sui, quæ radix germinauit vsque ad contemptum Dei, in quo consummata est ista malitia. 2. Distinct. 6. Quæst. 2. ∫. *In ista quæstione*. ℣. *Ex hoc probato*. C. 4.

Diabolus, vel alia creatura factibilis nobilissima, quæ caret perfectione sibi proportionata diceretur summum malum, quatenus est status in malo, scilicet ad vnum bonum creatum, carens summa perfectione sibi conueniente; Sed à tali malo summo non sunt talia mala positiuè, nec positiuum à positiuo, neque priuatio à priuatione. 2. D.37. Q. *Vnica. aliàs 2. Ad quartum principale primæ quæstionis*. A a. 19.

Diabolus, & Angeli eius (inquit Greg. Dial.cap.30.) *Si, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animæ, antequam recipiant corpora, possunt corporea sentire tormenta*. 4. D.44. Q.2. *In secundo argumento ad oppositum*. n.2.

Diabolus quomodo non posset videre Virginitatem Matris Christi si habuisset virum, sicut non habuisset? Vnde ratio assignata ab Ambrosio, quòd ideo fuit desponsata, vt Diabolus falleretur, debet intelligi, quòd non potuit hoc videre, quia non fuit permissus, licet naturali potentia intellectus sui potuerit hoc videre; Nec tunc ista ratio videtur magni momenti, quia æquè fuisset prohibitus, si non habuisset virum. 4. D.30. Q.2. §. *Primum patet*. ℣. *Alia ratio*. B.3.

Diabolus, de quo Christus Ioann.12. *Nunc princeps huius Mundi eijcietur foras*: est princeps, qui vsque ad aduentum Christi principabatur Mundo, licet tyrannicè, ergo iudicium Mundi, quod nunc est, ait Christus illis verbis ibidem, *Nunc iudicium est Mundi*, erat ad illam eiectionem, quia sententiebatur illum expellendum per passionem Christi. 4. D.47. Q.1. *Ad primum principale*. H.8.

Diaconatus.

Diaconatus est secundus gradus in Ordinibus, disponens ad dispensationem Eucharistiæ, saltem sanguinis. 4. Dist.24. Quæst.1. §. *De secundo*. ℣. *Saltem quicquid*. D.7.

Diaconissa.

Diaconissa potest dici illa, cui competit, ex ordinatione Abbatissæ, vel Collegij, legere homiliam in matutino; Sed ille non est actus alicuius ordinis: Et sic potest intelligi illud Distinct.17 Quæst.1. vbi dicitur Diaconissam non debere ordinari ante quadraginta annos. 4. D. 25. Q.2. *Ad secundum principale*. F.6.

Diaconus.

Diacono, simpliciter in casu necessitatis, conceditur dispensare corpus Christi, vt dicitur Distinct.93. cap.Diaconi. §. *Præsente Præsbytero. Diaconus Eucharistiam corporis Christi, si necessitas cogit, iussus eroget*; Sed non sequitur ex hoc, quòd possit conficere, quia minus est dispensare, quàm conficere. 4. D.13. Q.2. *Ad quintum principale*. R.20.

Diaconos per illud distinct.93. *non oportet panem dare*, idest corpus Domini secundum glossam. *ibidem. In tertio argumento in oppositum*. n.2.

Diaconus, vel subdiaconus non habet potestatem spiritualem, loquendo de potestate spirituali simpliciter; quia etsi aliquid congruè possit facere, quod non faceret congruè laicus; tamen si laicus attentaret illud facere, simpliciter faceret. 4. D.24. Q. *Vnica*. §. *De primo dicitur*. ℣. *Secundo sequitur*. n.2.

Diaconi proprius actus non est legere Euangelium, nec Subdiaconi Epistolam; sed isti sunt remoti, & minus perfecti actus eorum: perfectissimi, & proprij illorum ordinum actus, sunt, quos habet vnus immediatè circa Eucharistiam dispensandam; alius circa materiam eius offerendam. *ibidem*. ∫. *De secundo*. ℣. *Ex dictis*. E. 7.

Diameter.

Diameter est assimiter costæ, idest, incommensurabilis; si autem lineæ istæ componerentur ex punctis, non essent incommensurabiles; haberent enim se puncta vnius ad puncta alterius in aliqua proportione numerali: nec solùm sequeretur quòd non essent incommensurabiles lineæ, sed etiam quod essent æquales, quod est planè contra sensum. 2. D. 2. Q.9. *Ad secundum principale*. ℣. *Ex hoc patet*. B.13.

D I C

Dicere.

Dicere non est aliquis actus intelligendi formaliter: est tamen aliquis actus intellectus: nullus autem actus intelligendi formaliter est productiuus, sed aliquis alius actus formaliter naturaliter præcedens, vel subsequens, potest esse productiuus, qualis est actus dicendi. 1. D.2. Q. 7. §. *Contra ista instatur*. ℣. *Respondeo*. Q.27.

Dicere, siue intellectionem producere, & *spirare*, seu amorem elicere, sunt actiones in nobis, & de genere actionis vel quasi de genere actionis. 1. D. 3. Q. 6. ∫. *Tertia quæstio*. ℣. *Ex his*. Y.34.

Dicere non est perfectio simpliciter; quia si esset perfectio simpliciter, tunc filius, & Spiritus sanctus non essent simpliciter perfecti, quia non dicunt, accipiendo

Dicere.

hoc modo *dicere*, quod est exprimere verbum. 1. Dist. 6, Quæst. 1, §. *In ista quæstione*. ℣. *De primo*. C. 3.

Dicere, & *Intelligere* non sunt idem formaliter, quia *intelligere* est perfectio simpliciter, dicere non. *ibidem*.

Dicere, si formaliter esset *intelligere*, sequeretur quòd Pater non gigneret formaliter volens, licet Patri ipsa gignitio, quasi aliquo modo posterius, complaceret. *ibidem*. ℣. *De secundo*. A. 3.

Dicendi per actum, *siue*: Per actum dicendi non est præsens voluntati præcisè obiectum, cuius amor spiratur; quia si Pater voluntate spirat, in eo tamen non habetur obiectum præsens formaliter per notitiam genitam, quia nihil nouit notitia genita, vt dicit Aug. 15. De Trinitate. 1. Dist. 11. Quæst. 1. §. *In ista*. ℣. *Probant alij*. C. 3.

Dicere vno modo essentialiter accipitur, vt per Ansel. Monolog. 63. cap. & sic non loquitur Aug. quia, secundum ipsum, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnum dicens, & qualibet persona formaliter dicit, & nulla dicit alia ablatiuè. Alio modo accipitur personaliter, & sic denotatur significare illam relationem originis, quæ est gignentis ad genitum: & hoc modo solus Pater dicit, non quidem Verbo, sed Verbum: & hoc modo loquitur Richar. 6. de Trinit. cap. 2. quòd *solus Pater dicit*: & Aug. dixit, *Verbum, in quo omnia disposuit*: Alio modo potest significare istam habitudinem rationis, quæ est *declarare*, & hoc, prout *declarare* conuenit alicui formaliter: & sic Verbum dicit omnia declarabilia, & se ipsum se ipso formaliter, & de hoc loquitur Aug. 7. De Trinit. cap. 3. *Si enim hoc verbum, quod nos proferimus, temporale, & transitorium, & se ipsum ostendit, & illud, de quo loquimur; quanto magis Verbum Dei, per quod facta sunt omnia &c.* & sic est essentiale, & appropriatur vni personæ; nam qualibet persona declarat sua intelligentia, quæ in ipsa est; appropriatur tamen Filio: Quartò significare potest istam eandem habitudinem declarantis, prout conuenit alicui non formaliter, sed principiatiuè: & hoc modo dicitur de Patre, quod dicit Verbo: & isto modo loquitur Aug. 7. De Trinit. cap. 4. quòd *Pater, se ipsum dicens, genuit Filium sibi æquale per omnia* vbi accipit *dicere* pro principiatiuè declarare, licet non addat ibi illud *principiatiuum*, quo Pater dicit; & sic principale significatiuum eius est essentiale; connotat tamen notionale. 1. D. 32. Q. 2. § *In ista quæstione*. ℣. *Ad propositum*. B. 7.

Dicere, si sic sumptum esset idem, quod *causare*, dico, quod denotaretur habere rationem principij actiui subauctoritatiui; sed quia non sunt idem; ideo dico quòd denotatur habere rationem formalem principij subauctoritatiui, & in habitudine talis principij constituitur. *ibidem*. ℣. *In qua igitur*.

Dicere, Ansel. Monolog. cap. 61. dicens, *Nihil aliud est summo spiritui dicere, quàm quasi cogitando intueri* accipit merè essentialiter, scilicet pro actualiter intelligere, sicut expressè vult cap. eodem, vbi vult quòd sunt vnus dicens, sicut sunt vnus intelligens; & licet quilibet dicat etiam quemlibet, tamen sunt vnus, in ratione dicentis, & dicti, sicut sunt vnus intelligens, & vnum intellectum: & iste modus est valde extensiuus huius nominis, quod est *dicere*; quia nec significat illam relationem originis, nec connotat eam, sicut nec intelligere, vel sapere: & hoc modo non dicit Aug. quòd Pater dicit Verbo. *ibidem*. *Ad argumentum in oppositum*. D. 10.

Dicere Verbo videtur importare aliquam authoritatem dicentis Verbo respectu Verbi, inquantum est declaratiuum formaliter. *ibidem*. ℣. *Respondeo, sicut*.

Dicere se Patrem Verbo *seu* Patrem dicere se Verbo est producere Verbum, quod est declarans ipsum Patrem. *ibidem*. §. *Ad aliam quæstionem*. ℣. *Ita dico*. E. 11.

Dicere, in Diuinis, importat duplicem respectum, vnum realem originis, qui est expressi ad exprimentem: alium rationis, qui est declarantis ad declaratum, vt sic per illud connotetur & expressum à dicente ipso, & declaratum dictum per ipsum; & ille respectus, qui est declarare tantùm, est appropriatus Verbo, quia procedit per modum notitiæ genitæ, & ita declaratiuè: Est tamen communis tribus, accipiendo *declarare* formaliter; sed accipiendo principiatiuè, potest esse proprius Patri, quia Pater principiatiuè declarat, inquantum exprimit notitiam genitam. 1. D. 32. Q. *Vnica*. §. *Ex iste*. ℣. *De Verbo*. E. 4.

Dicere est primum notionale in Diuinis. *Quodl*. Q. 1. §. *De secundo*. ℣. *Sic igitur*. R. 27.

Dicere vnum, *siue* Vnum *dicere*, est in intellectu Diuino, sicut vnum *intelligere*; sed quærenti rationem oportet probare consequentiam (*idest*, est ibi vnum *intelligere*; ergo vnum *dicere*) qui non poneret filium in Diuinis dicere, poneret duo *dicere*, vnum Patris, & alterum Filij; quia non eodem actu dicendi Filius producitur, & producit; & tamen non poneret nisi vnum *intelligere*, quia *intelligere* est communicabile, in Diuinis, sicut & quodlibet essentiale, & ideo, per quos cum que actus notionales communicaretur, semper ipsum esset indistinctum, & tamen ibi actus notionales essent distincti, sicut modo essentia est omnino eadem, quamuis communicetur pluribus productionibus magis distinctis, quàm essent duo *dicere*, quia distinctis secundum rationem formalem. *Quodl*. Q. 2. §. *De secunda ratione*. ℣. *Istud quidem*. E. 9.

Dicere conuenit Deo per hoc medium, quia in Diuinis est perfecta memoria. *Quodl*. Q. 7. §. *Prima conclusio*. D. 6.

Dictamen.

Dictamen completum rationis rectæ est necessarium, ad bonitatem actus moralis, quod eam præcedat, cui recto dictamini conformetur, tanquam mensuratum mensuræ; sed non oportet istud dictamen esse ab habitu intellectus aliquo modo, putà *prudentia*; nec istum actum, conformem dictamini, elici vllo modo ab habitu morali appetitiuo; simpliciter enim dictamen rectum præcedit prudentiam, quia per ipsum generatur primus gradus prudentiæ. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs* 3 §. *Ad argumenta alia*. ℣. *Respondeo quod bonitas*. Z. 12.

Dictamen rectum, circa materiam vnius virtutis, potest præcedere, absque omni dictamine rationis, circa materiam alterius virtutis. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Dicitur aliter*. ℣. *Istud dictum*. A. 5.

Dictamen rectum potest dici quòd simpliciter stare potest in intellectu, absque recta electione illius dictati in voluntate; & ita cum vnius actus rectæ rationis generet prudentiam, generabitur prudentia in intellectu, absque habitu virtutis moralis. *ibidem*. §. *Quantum ad istum articulum, potest*. G. 14.

Dictamen rectum est natum generare prudentiam, etiamsi sit vnicum. *ibidem*. §. *Licet istud*. ℣. *Nec obstat*. K. 20.

Dictio.

Dictio omnis, composita ex aliqua multiplici, & particula priuatiua, est dupliciter multiplex, tùm ex multiplicitate affirmationis oppositæ; tùm ex multiplicitate priuationis. 1. D. 28. Q. 1. 2. §. *Quantum ad primum*. A. 3.

Dictio exclusiua (tantùm, solùm &c.) potest dici quòd alio modo excludat addita subiecto, alio modo addita prædicato; quia addita subiecto præcisè excludit, respectu prædicati, omne illud, de quo verè non dicitur subiectum, neque per se, neque per accidens; putà, *solum album currit*; Sortem currere; vel Musicum currere non excludit, sed nigrum currere, licet Sortes, vel Musicus non dicatur de albo, nisi per accidens: sed ex parte prædicati excludit, respectu subiecti, quicquid non formaliter, vel essentialiter dicitur de prædicato, nec è conuerso, & maximè eiusdem generis, putà, *hoc est solummodo album*, potest excludi, quòd huic subiecto nulla qualitas inhæreat, nisi albedo: & hoc modo accipitur in Diuinis, cum negatur ista, *Christus est solus homo, vel solus Deus*. 3. Dist. 6. Qu. 2. *Ad secundum principale*. C. 5.

Dictiones istæ: *inquantum, secundum quod*, vel *vt*, dupliciter accipi-

Dictio.

accipiuntur; aliquando enim hæ dictiones notant rationem accipiendi illud, quod determinatur per ipſa: aliquando verò non ſolùm hoc, ſed propriè important cauſalitatem reſpectu inhærentiæ prædicati: In primo ſenſu conſideratur præciſa ratio ipſius, quod determinatur: in alio ſenſu notatur quòd ratio reduplicat ſit ratio inhærentiæ prædicati cum ſubiecto: primo modo, dicimus quòd homo, conſideratus *inquantum homo*, eſt præciſiſſimè conſideratus: ſecundo modo, homo *ſecundùm quòd homo*, eſt rationalis, quia quod conſequitur reduplicationem eſt ratio inhærentiæ prædicati; & etiam concedi poteſt quòd homo *ſecundùm quod homo* eſt riſibilis, & eſt ibi cauſa inhærentiæ, in ſecundo modo dicendi per ſe. *Quodl.* Qu. 3. §. *Quantum autem*. H. 8.

Dictio in Diuinis non neceſſariò præexigit pluralitatem alterius rationis; ergo de ſe eſt hæc; & per conſequens principium eius habet hanc dictionem omninò adæquatam ſibi non poteſt; ergo eſſe principium in Filio. *Quodl.* Qu. 2. §. *Ad primum, triplex.* ℣. *Ad rem poteſt*. Q. 27.

Dictum, Dictus.

Dictum humanum vel eſt de præteritis, & præſentibus, quorum eſt determinata veritas; vel de futuris, quorum veritas eſt incerta: De primis quidem dicitur dictum aſſertorium, & hoc extendendo aſſertionem ad affirmationem & negationem: in futuris autem, cum ſit in poteſtate iurantis, dicitur promiſſorium. 3. D. 39. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. H. 9.

Dicta non omnia à Philoſophis, etiam aſſertiuè: *vel ſic*, Non omnia dicta à Philoſophis, etiam aſſertiuè, ſunt ab eis probata per neceſſariam rationem naturalem; ſed frequenter non habebant niſi quaſdam probabiles perſuaſiones, vel vulgarem opinionem præcedentium Philoſophorum: Vnde dicit Phil. 2. De Cœlo, & Mundo, in cap. de duabus quæſtionibus difficilibus, *Tentandum dicere, quod videtur dignum reputantes promptitudinem magis imputari verecundiæ, quàm audaciæ, ſi quis propter philoſophiam ſtare, & paruas ſufficientias diligit, de quibus maximas habemus dubitationes; Vnde paruæ ſemper ſufficientiæ ſuffecerunt Philoſophis, vbi non poterant ad maiora peruenire, ne contradicerent principijs Philoſophiæ*. 4. D. 43. Q. 2. §. *Poteſt dici.* ℣. *Et quod adducitur*. I. 16.

D I E

Dies.

Dies illi ſex, quibus creatus eſt Mundus, non erant; ſecundum Auguſt. 4. ſuper Geneſ. 23. in ſucceſſione temporis, ſed in cognitione Angelica creaturarum ordinem naturalem habentium; ita quòd prius natura nouit Angelus creaturam in Verbo: ſecundò in genere proprio: &, non ſtando ibi, redijt in Verbum, laudans ipſum ex opere ſuo; & in illo iterum videt rationem ſequentis creaturæ, naturaliter. 2. D. 3. Qu. 9. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Tertio perſuadetur*. F. 9.

Dies incipit eſſe; *vel ſic*, Incipit eſſe dies, hoc eſt, tempus incipit eſſe dies; Hoc verum eſt, nec tamen illud tempus prius fuit, & poſtea incepit eſſe dies. 3. D. 7. Q. 2. §. *Sed tantum*. ℣. *Et quod aliqui*. C. 7.

Dies illa pars artificialis, quæ eſt poſt nonam Sabbati Sancti, computatur cum noctæ præcedente diem Dominicam; Vnde in benedictione cerei dicitur, *Hæc nox eſt* &c., & etiam in oratione dicitur, *Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem*. 4. D. 13. Q. 2. §. *Tertium principale*. N. 18.

Differentia.

Differentia dicitur accidere generi, quatenus eſt extra rationem quidditatiuam ipſius. 1. Diſtinct. 17. Quæſt. 3. aliàs 5. §. *Ad iſtam quæſtionem*. ℣. *Ad rationem*. Xx. 9.

Differentia contrahit genus, quæ nec eſt eſſentiale, nec accidentale, accipiendo accidentale pro eo, quod quaſi perficit aliquid accidentaliter, quod præexiſtit in ſe perfectum. 1. D. 2. Quæſt. 7. *Ad ſecundum principale*. Ll. 53.

Differentia.

Differentia eſſet accidentalis reſpectu generis, accipiendo accidentale pro extraneo, quale eſt quicquid non eſt de ratione eius formali. *ibidem*.

Differentia, eſt per ſe, determinatiua generis, & per conſequens non repugnat ei. 1. D. 3. Q. 5. §. *Contra iſta*. ℣. *Iſtud non*. G. 10.

Differentiæ non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis, quia in quocunque gradu intelligatur animalitas, non propter hoc inuenitur rationalitas, vel irrationalitas eſſe modus intrinſecus animalitatis, ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu, vt perfectibilis à rationalitate, vel irrationalitate. 1. D. 8. Qu. 3. *Ad primum principale*. Y. 26.

Differentiæ ſunt primò diuerſæ; non tamen includentia eas ſunt primò diuerſa. 1. D. 13. Quæſt. *Vnica*. *Ad ſecundum principale*. ℣. *Reſpondeo productio*. Q. 23.

Differentia ſunt diuerſa aliquid idem entia propriè ex 5. & 10. Meta. Tex. 12. 1. Diſtinct. 3. Quæſt. 3. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Quantum ad primum*. F. 6. in priori loco.

Differentia in productione formarum non cauſat, nec concludit diſtinctionem earum, in ordine ad ſuos effectus. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs* 3. §. *Ad argumedta pro opinione*. ℣. *Aliter poteſt*. Pp. 34.

Differentia quælibet addita definitioni; vt indicat quidditatem, ſpeciem aliam à præexiſtente conſtituit: aut ſi præexiſtens fuerit ratio generis, determinat ad rationem ſpeciei, quæ non habebatur ante additionem differentiæ. 1. D. 17. Q. 3. *aliàs* 5. §. *Ad iſtam quæſtionem*. ℣. *Ad primum* Xx. 7.

Differentia quæcunque ſufficit ad diſtinguendum; ſed non quæcunque identitas ſufficit ad perfectam identitatem aliquorum. 2. D. 1. Q. 5. *aliàs* 6. *Ad primum principale*. ℣. *Vel poteſt*. G. 6.

Differentia, & genus, *ſiue* Genus, & differentia, ſecundum vnum Doctorem, differunt pœnes intentiones; & dicitur quòd differentia intentionis non arguit quòd ſit res alia, & alia; igitur ipſe habet concedere quòd voluntas, cum agit, inquantum libera, & patitur, inquantum appetitus, ratione eius realitatis primò agit, & patitur. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam*. ℣. *Præterea iſte*. I. 16.

Differentia omnis *ſiue* Omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuerſa; alioquin non eſſet ſtatus in differentibus. 2. Diſt. 3. Quæſt. 6. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Item omnis*. C. 9.

Differentia ſpecifica.

Differentia, inquantum eſt per ſe pars definitionis, conſiſtit in indiuiſibili, hoc eſt, accipiendo illam indifferentiam, ſecundum quam abſtrahitur ab indiuiduis, quæ indifferentia totalis eſt gradus eius, vt differentia ſpecifica: ſic non recipit magis, & minus, quia quæcunque magis, & minus poſſunt competere indiuiduis hoc modo, & ſunt omnia intra iſtam indifferentiam differentiæ ſpecificæ, & non addunt differentiæ ſecundum hanc indifferentiam. 1. D. 17. Q. 3 *aliàs* 5. §. *Ad iſtam quæſtionem*. ℣. *Per idem patet*. Xx. 28.

Differentia ſpecifica, ſicut Porphir. loquitur in cap. de differentia: per ſe non recipit magis, neque minus; & probat ibi: *Eſſe* enim vnicuique eſt vnum, & idem; nec intenſionem, nec remiſſionem eſt ſuſcipiens: accipit *eſſe* pro quiditate, ſicut Phil. 8. Metaph. Tex. 8. *anima*; *& animæ eſſe ſunt idem*. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud*. O. 19.

Differentia ſpecifica non eſt perfectior identitate ſpecifica, in Diuinis, ſed in creaturis eſt perfectionis: poſita enim limitatione creaturarum, non poteſt eſſe tota perfectio in creaturis, abſque diſtinctione ſpecifica; ſed ſi in aliqua vna natura eſſet perfectio infinita, ibi diſtinctio ſpecifica non requireretur ad perfectionem ſimpliciter; In creaturis igitur differentia ſpecifica eſt perfectio, ſupplens imperfectionem; In Diuinis autem, vbi vna natura eſt ſimpliciter perfecta, non oportet ponere talem perfectionem, ſupplentem imperfectionem, quia nulla eſt ibi imperfectio, quæ ſuppleatur. 1. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ℣. *De tertia via*. S. 16.

Diffe-

Differentia specifica.

Differentia specifica alicuius non est perfectio simpliciter. 1. Dist. 19. Q. 1. *Ad secundum principale.* ℣. *Tunc cum probes*. K.8.

Differentia specie infert differentiam numero; sicut differentia genere infert differentiam specie. 5. Metaphys. Tex. 12. 3. Dist 6. Quæst. 2. *In tertio argumento principali*, n. 1.

Differentia specifica si esset: *vel sic*, Si illud, quod est differentia specifica in creatura, esset tota essentia indiuidui, nihil minus esset forma respectu indiuidui; ideo nihil minus esset respectu similitudinis tunc, quàm modo. 1. D.31. Q. *Vnica* §. *Quantum ad tertiam*, ℣. *Consimiliter*. D. 5.

Differentia specifica, vt rationale, primò dicitur de specie. 1. Dist. 19. Quæst. 2. §. *Et tunc*. ℣. *Ad primum*. B. 8.

Differentiæ specificæ non includunt genus, in quo conueniunt; species autem, distinctæ per eas, includunt genus, in quo conueniunt. 1 D.7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta igitur*. ℣. *Et propter*. Q.13.

Differentia specifica est vna specie primò, quia sibi primò repugnat diuidi in plura specie. 2. Dist. 3. Quæst 6. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Respondeo, sicut*. E. 10.

Differentia specifica, *siue* Entitas, à qua sumitur entitas specifica, potest comparari ad illud, quod est infra se, vel ad illud, quod est supra se; vel ad illud, quod est iuxta se: primo modo differentiæ specificæ, & illi entitati specificæ repugnat per se diuidi in plura essentialiter specie, vel natura; & per hoc repugnat toti, cuius illa entitas est per se pars. *ibidem*. ℣. *Vlterius declarando*. F. 11

Differentiam specificam comparando ad illud, quod est supra se, illa realitas, à qua sumitur differentia specifica est actualis respectu illius realitatis, à qua sumitur genus, vel ratio generis, ita quod, hæc realitas non est formaliter illa, alioquin in definitione esset nugatio, & solum genus sufficienter definiret, quia indicaret entitatem definiti sine differentia. *ibidem*. F.12.

Differentia aliqua specifica (quando illud contrahens est alia res à forma, à qua sumitur ratio generis, quando scilicet species addit rem aliquam super naturam generis) habet conceptum non simpliciter simplicem, putà quæ sumitur à forma: aliqua etiam (quando contrahens non est res alia, sed tantum alia formalitas, vel alius conceptus realis eiusdem rei) habet conceptum simpliciter simplicem, quæ scilicet sumitur ab vltima abstractione formæ. *ibidem*. G. 12.

Differentiam specificam comparando ad illud, quod est iuxta se, scilicet differentiam specificam, licet quandoque posset esse non primò diuersa ab alia, sicut est illa entitas, quæ sumitur à forma: tamen vltima differentia specifica est primò diuersa ab alia, illa, scilicet, quæ habet conceptum simpliciter simplicem; & quo ad hoc dico, quòd differentia indiuidualis assimilatur differentiæ specificæ vltimò sumptæ; quia omnis entitas indiuidualis est primò diuersa à quocunque alio. *ibidem*. ℣. *Comparando vero*. H.13.

Differentiæ specificæ vltimæ sunt primò diuersæ, & ideò ab eis nihil vnum per se commune potest abstrahi: non tamen per hoc sequitur, quòd constituta sint primò diuersa, & non alicuius vnius rationis. *ibidem*. ℣. *Respondeo, differentiæ*. H. 14.

Differentiæ specificæ non sunt à se effectiuè, & tamen sunt se ipsis primò distinctæ formaliter: ab eo tamen sunt distinctæ effectiuè, à quo habent *esse* effectiuè. 1. D.13. Qu. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo*. O. 19.

Differentia substantialis.

Differentia substantialis habet modum qualitatis 2. Metaph. Tex. 19. Non intelligit ibi Philos. de modo proprio qualitatis, vt generis; sed intendit ibi ponere multiplicitatem huius vocabuli *qualitas*: & vnus modus eius est, secundum quòd differentia essentialis dicitur qualitas. 3. D. 1. Q. 1. §. *Tertius articulus*. ℣. *Etsi*. D. 5. & 1. D. 19. Q. 1. §. *De secundo*. B. 3.

Differentia formalis.

Differentiæ formales mutant speciem 10. Metaph. Tex. 25. potest concedi, vocando differentiam formalem differentiam quiditatiuam: potest etiam dici quod non omnis differentia formarum, est formalis, loquendo propriè de formali, prout videlicet differentia formalis est differentia secundum formas, sicut non omnis differentia hominum est differentia in humanitate. 1. D.17. Qu. 3. *aliàs* 5. §. *Ad istam*. ℣. *Ad aliud de* 10. Xx. 8

Differentia formalis potest accipi pro differentia in forma; & hoc videtur propriè significare hoc, quod dicitur differentia formalis: vel potest accipi differentia formalis pro differentia formarum, licet non sit in forma, vt in ratione differendi: primo modo potest concedi quòd omnis differentia formalis est differentia specifica; sed si accipiatur ista propositio impropriè, scilicet, secundo modo, nego eam. 2. D.3. Q.7. *Ad tertium principale*. C.7.

Differentia non formalis non est specifica, quod vult Philos. 10. Metaph. Tex. 25. quando dicit, quod *Masculus, & fæmina non differunt specie, quia masculinitas, & fæmineitas sunt differentiæ materiales*, ex quo textu inferendo omnes formas differre specificè, dico quòd est fallacia consequentis: ex hoc autem, quod omnis differentia non formalis non sit specifica (quod verè Philos. vult ibi) non sequitur quod omnis differentia formalis sit specifica, vt aliqui volunt, sicut non sequitur in affirmatiuis æquipollentibus istis; quia vniuersalis affirmatiua non conuertitur terminis eodem modo se habentibus; à Philosopho igitur accipi potest quòd sola differentia formalis est specifica; non quod omnis differentia formalis est specifica, quia licet exclusiua inferat affirmatiuam de terminis transpositis, non autem eodem modo de terminis non transpositis, sed est fallacia consequentis, sicut conuertendo indefinitam in vniuersalem affirmatiuam. 2. D.3. Qu.7. *Ad quartum principale*. F.9.

Differentiam omnem formarum esse specificam non solùm non infertur ex 10. Meta. sed etiam oppositum huius propositionis videtur accipi: differentia enim hominis albi, & equi nigri est differentia formarum, & aliquo modo per formas, non tamen specifica differentia, secundum eum ibi, quia illæ formæ, respectu naturarum, in quibus sunt, non sunt formales, imo sunt consequentes indiuidua, non autem, per se, consequentes, vel per se determinantes esse quidditatiuum. *ibidem*.

Differentia indiuidualis.

Differentia quæcunque indiuidualis addita naturæ facit vnum per se cum natura. 1. D.17. Q.3. *aliàs*. 5. §. *Ad istam*. ℣. *Ad rationem*. Xx.9.

Differentia indiuidualis, quæcunque sit, ipsa dicitur materia respectu quidditatis specificæ, accipiendo sic, quòd materia dicitur quicquid habet rationem contrahentis, vel determinantis ipsam quidditatem. *Quodl*. Qu. 2. §. *De secundo*. ℣. *Sed considerando*. M. 20.

Differentiæ duæ indiuiduales, quæ sunt primò diuersæ, constituunt producta non primò diuersa, sed inter quæ est generatio vniuoca propter similitudinem in natura: si istæ differentiæ indiuiduales essent species alterius generis, adhuc non constituerent distincta tanta distinctione, quanta esset earum in suo genere. 2. Distinct. 7. Quæst. *Vnica*. §. *Huic rationi*. ℣. *Tertiò applicatur*. P. 12.

Differentia quæcunq; indiuidualis, vel gradus additus quidditati, non est nata esse pars quidditatis. 1. D.17. Q.3. *aliàs*. 5. §. *Ad istam*. ℣. *Ad primum*. Xx.7.

Differentiam numeralem concedo quod varietas accidentium facit eo modo, quo forma dicitur facere differentiam; quia omnes distinctæ formæ faciunt aliquam differentiam in eis, in quibus sunt; Accidentia autem non possunt facere differentiam specificam in substantia, in qua sunt, ex 10. Metaph. cap. penul. Tex. 25. Sed faciunt in substantijs differentiam, & hoc numeralem: Sed non faciunt primam differentiam, sed alia est prior differentia numerali, nec illa sola faciunt differentiam numeralem. 2. D.3. Q.4. *Ad primum principale*. M. 18.

Differentia indiuidualis.

Differentia aliqua numeralis potest esse finita, & est, & ista potest intendi, & intenditur. 2.D.3.Qu.7. *Ad sextum principale*. H. 11. ante.

Differentia vltima.

Differentijs vltimis vel nihil est commune, vel si ens iis est eis communis, non propter entitatem conuenit eis talis negatio, sicut nec propter entitatem repugnat eis talis affirmatio. 1.D.23. Qu. *Vnica*. *§. Item arguo*. *✝. Respondeo quantumcunque*. G.7.

Differentia vltima dicitur, quia non habet differentiam, quia non resoluit in conceptum quidditatiuum, & qualitatiuum; determinabilem, & determinantem: Sed est tantum conceptus eius qualitatiuus; sicut vltimum genus habet tantum conceptum quidditatiuum. 1.D 3. Quæst. 3. §. *Ad quæstionem*. *✝. Quantum ad primum*. F 6.

Differentiæ vltimæ si includant ens vniuocè dictum de eis, & non sunt omninò idem, ergo diuersa, aliquid idem, entia; talia sunt propriè differentia ex 5. & 10. Metaph. ergo differentiæ illæ vltimæ erunt propriè differentes; ergo alijs differentijs differunt: Quòd si illæ aliæ includant ens quidditatiuè, arguitur de eis, sicut de prioribus, & ita erit processus in infinitum in differentijs, vel stabitur ad aliquas omninò non includentes ens quidditatiuè quod est propositum, quia illæ solæ erunt vltimæ. *ibidem*. *✝. Primum*.

Differentia nulla simpliciter vltima includit ens quidditatiuè, quia est simpliciter simplex. *ibidem*. *§. Contra istam*. *✝. Ad videndum*. O. 15.

Differentiæ vltimæ si oppositæ essent, se totis distinguerentur, & se totis essent primò diuersæ formaliter. 1. D. 3. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. *✝. Respondeo*. O. 19.

Differentia non vltima.

Differentia aliqua potest sumi à parte essentiali vltima, quæ est res, & natura alia ab illo, à quo sumitur conceptus generis: sed nulla talia differentia est vltima, quia in tali continentur plures realitates, aliquo modo distinctæ tali distinctione, vel non identitate, qualem dixi (in quæstione prima de Trinitate 2. distinctione), esse inter essentiam, & proprietatem personalem, vel maiori. 1.D.3.Q. 3. §. *Contra istam*. *✝. Ad videndum*. 15.

Differentia sumpta à parte essentiali, quæ pars est vna in re alia à natura, à qua sumitur genus, non est simpliciter simplex, & includit ens in *quid*: Et ex hoc, quòd talis differentia est ens in *quid*, sequitur quòd ens non est genus, propter nimiam communitatem; Nullum enim genus dicitur de aliqua differentia inferiori in quid, nec de illa, quæ sumitur à forma, nec de ea, quæ sumitur ab vltima realitate formæ. *ibidem*.

Differentia inferior.

Differentia inferior quòd includat superiorem est manifestè falsum; quia tunc impossibile esset per genus approximum, & differentiam proximam definire, quia idem bis diceretur, scilicet illa differentia per se inclusa, tàm in ratione differentiæ inferioris, quàm in ratione generis proximi; Vnde ponendo rationem generis, & differentiæ loco nominum, manifestè apparet nugatio: & hæc est intentio Philosophi 7. Meta. Tex. 43. quomodo debeat nugatio cognosci in definitione, ponendo scilicet rationes pro nominibus: nec etiam posset definitio dari per genus remotum, & plures differentias, quia eadem differentia proxima, illius generis diuisiua remoti plures diceretur in illis multis differentijs, additus generi: consequens est planè contra Philosophum ibidem. 4. D. 11. Q. 3. *§. Ad rationes*. *✝. Ad primum*. C c. 48.

Differentia inferior debet per se diuidere superiorem, inquantum huiusmodi. *ibidem*.

Differentia respectuum.

Differentia respectuum secundum suas rationes formales, sufficiens ad distinctionem decem generum generalissimorum, quæ probabilius colligitur ex dictis auctorum, est respectus intrinsecus, & extrinsecus aduenienss. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad huius*. *✝. Vlterius*. C. 9.

Differentia diuisiua relationis.

Differentia vna diuisiua relationis erit dignior, & alia indignior, si genus relationis diuidatur per proprias differentias oppositas, sicut alia genera; quia duæ species non sunt æquales 8. Meta. Tex. 10. & per consequens species constituta minus nobili differentia erit minus nobilis. 1. D. 28. Q. 3. §. *Ad quæstionem*. F. 9.

Differentia numeri, & orationis, & temporis discreti.

Differentiæ, ab aliquibus assignatæ inter numerum, & orationem ex vna parte, & tempus discretum ex altera, quòd scilicet partes numeri maneant, & partes orationis possunt in se esse continuæ; sed partes temporis istius, nec manent, nec possunt esse in se continuæ; omnes, inquam, istæ differentiæ videntur esse materiales, & non formaliter distinguere rationem quantitatis discretæ, inquantum discreta est; accidit enim quantitati habenti partes non copulatas ad terminum communem, quòd illæ partes simul maneant, siue fluant, siue quælibet in se fit indiuisibilis, siue non. 2. D. 2. Q. 4. §. *Contra conclusionem*. *✝. Præterea, quod dicitur*. n. 16.

Differentia notitiarum.

Differentia quæcunque inueniatur inter notitiam primam genitam, & illam, quæ sequitur inquisitionem, non est differentia formalis, propter quam hæc possit dici verbum, illa non. 1. Dist. 27. Quæst. 3. *§. Ideo istis*. G. 16.

Differentia finalis.

Differentia finalis substantia erit, & definitio 6. 7. Meta. cap. de vnitate definitionis Tex. 43. & quod sequitur, quòd *finalis differentia erit terminus, & definitio*, nullo modo potest intelligi quòd tota ratio quidditatiua sit in vltima differentia; Tunc enim omne genus superflueret in definitione, quia sola vltima differentia totam essentiam rei exprimeret; sed debet intelligi quòd completiuè est tota substantia rei, sicut à forma vltima est completiuè tota essentia habentis formam: eodem enim modo assignat ipse hic vnitatem definitionis, quomodo dixit se præmisisse in Analeticis, & quomodo in 8. Meta. cap. penultimo Tex. 15. assignat vnitatem rei, sicut ibi dicit quòd ex duobus constituitur compositum reale, quia hoc actus, illud potentia, ita hic dicit quod ex duobus conceptibus componitur vnus conceptus quidditatiuus, seu definitiuus, quia iste conceptus est potentialis, & ille actualis: & sicut ibi actus est principalior, quàm potentia, & per consequens principalior ratio vnitatis, sicut & entitatis; ita & hic, quia conceptus vltimæ differentiæ est actualior, & principalior ratio vnitatis definitionis. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationes*. C c. 46.

Differentia rationis.

Differentia rationis, saltem, per diuersa connotata, quòd sit in anima, à quibus imponitur nomen intellectus, & voluntatis, concedo; sed hoc nihil faciet ad principium operationis realis; concipere enim Solem, vt est principium vermis, vel ranæ, nihil facit ad hoc, quòd sol producat realiter vermem [illegible] ranam; & tunc oportet dicere quòd potentiæ, vt [illegible], includant respectus, sed non vt sunt princi[illegible] [illegible]erandi: ista via sustineri posset &c. 2. Dist. [illegible] Q. *Vnica*. §. *Dico igitur*. *✝. Dicet*. G. 16.

Differentia quoad Deum.

Differentia nulla de genere quantitatis concedo quòd conueniat Deo; nec aliqua passio illius generis conuenit Deo, sed passio transcendens. 1. D.19. Q.1. *Ad primum principale*. ℣. *Tertia ratio*. G.7.

Differentia rationis, siue rationum, sub quibus posset considerari relatio personalis Diuina Patris, dupliciter posset assignari, vna quantum ad indifferentiam, siue indeterminationem, vel abstractionem in considerando: & quantum ad hanc differentiam possunt ista considerari, producens naturaliter, & simile in natura producens; & tertiò incommunicabiliter existens, & quo ad hæc producens; & patet quòd tertius modus est indeterminatior secundò; & secundus primò. *Quodl.* Q.4. §. *Dico tamen*. ℣. *Hic dupliciter quidem*. & ℣. *Quantum ad primam*. Q.25.

Differentia rationis, seu rationum, sub qua posset considerari relatio personalis Patris Æterni, vna est quantum ad possibilitatem; vel actualitatem; vel completionem, siue determinationem: & hoc modo possum concipere hunc, hac generatione generatiuum; hunc, hac generatione generantem, hunc, quia hac generatione genuit; hunc, quia hac generatione habet genitum secum coexistens. *ibidem*. & ℣. *Secundo autem*.

Differentia rationis, seu rationum quantum ad indifferentiam; seu indeterminationem, vel abstractioem in considerando, in creaturis est vniuersalitatis, sic quod extendit se ad plura. *ibidem*.

Differentia rationis, seu rationum quantùm ad possibilitatem; vel actualitatem, vel completionem, seu determinationem, quæ est in Diuinis rationis, est in creaturis realis, & cum separatione reali, pro eo, quòd aliquod imperfectionis importatur per se in vno, quod non in altero. *ibidem*.

Differentia rationis quantùm ad indifferentiam, licet in Diuinis possit aliquo modo saluari in vna consideratione intellectus, ita quòd remaneat conceptus indeterminatior, non remanente conceptu determinatiori, tamen in re non iuuat, quia omninò idem est in re, quod substernitur isti conceptui, & illi. *ibidem*.

Differentia rationis quantùm ad possibilitatem, & actualitatem, in Diuinis saluat diuersitatem conceptuum, siue diuersorum modorum concipiendi, idem tamen applicando ei, quod est in re, debet in quolibet accipi quod est perfectionis; & omitti quod est imperfectionis; Nam in aptitudine, & potentia imperfectionis est separari ab actu; In actu est imperfectionis quòd non statim habet secum terminum, & quòd non manet, sed transit, & in eo, quod quasi consequitur actum suum, sicut paternitas est imperfectionis, quod non est semper in summa actualitate communicationis naturæ: perfectionis autem est, quod manet, & habet secum correlatiuum coexistens. *ibidem*. Q.R.26.

Differentia maior, & minor.

Differentia maior manifesta est tàm in rebus, quàm in intellectu, & ex illa frequenter concluditur differentia minor, quæ est immanifesta, sicut ex differentia creaturarum concluditur differentia ideatum in intellectu diuino, sicut patet per Aug.83. QQ. Q.46. 1. D.2. Q.7. §. *Sed hic restat*. ℣. *Dico, quod tam*. G g.43.

Differre.

Differre formaliter propriè loquendo, est idem, quòd differre in forma, vel per formam. 1. D.17. Q.3. aliàs. 5. §. *Ad istam*. ℣. *Ad aliud de* 10. *Meta*. X x. 8.

Difficultas.

Difficultas in operatione accidit ex hoc, quòd receptiuum operationis non est dispositum ad recipiendum, & non solum ex defectu virtutis actiuæ; ergo si receptiuum sit dispositum, erit facilitas in agendo, in quantùm Agens agit circa tale passum. 1. D.17. Q.2. §. *Qui vult tenere*. N.13. & *ibidem alias*. Q.3. §. *Qui vult tenere*. ℣. *Quando igitur dicitur*. X.11.

Difficultas aliquando accidit in aliquo opere, ex inclinatione voluntatis ad oppositum: aliquando accidit difficultas in opere propter hoc, quod illud, circa quod operatur excedit naturam operantis: isto modo fuit consecutio beatitudinis difficilis, & laudabilis in Angelis; non autem primo modo; quia non inclinabant ad oppositum. 2. D.5. Q.1. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. C.4.

Difficultas in opere virtuoso non est, per se, ex parte operantis, sed ex parte operis; Difficilius enim est auaro dare vnum nummum, quàm liberali decem, & tamen non virtuosius: nec quælibet difficultas ex parte operis arguit maiorem virtuositatem; Sed illa, quæ per se includit excellentiam obiecti, quod per se attingit per operationem: talis autem difficultas stat cum maiori leuitate; nam leuius est attingere amando obiectum excellentius, quàm obiectum minus excellens: & talia opera excellentia, immediatè respicientia plura, sunt explicita in lege noua. 3. Dist.40. Quæst. *Vnica*. *Ad secundum principale*. I.8.

Difformitas.

Difformitas nulla perpetuatur, nisi in virtute alicuius permanentis, quod nihil est illios successionis, quia omnia successiua sunt eiusdem rationis. 1. D.2. Q.2. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Probatur sic*. B.K.15.

Difformitas vniformis oportet quòd reducatur ad causam vniformem: & ideo omnibus generabilibus, & corruptibilibus oportet esse aliquam superiorem, quæ sit causa vniformitatis in continuatione generationis, & corruptionis. 4. Dist.12. Quæst. 3. §. *Dico ergo*. ℣. *Secundo sic*. H.14.

Dignitas.

Dignitatem ingenitum, inquantum negat habere genitorem, dicit personalem primæ personæ in Diuinis; quia sicut dignitatis est in secunda persona habere principium originis, ita est dignitas in prima persona non habere: & tamen ista dignitas non oportet quod sit dignitas formaliter alicuius positiui proprij connotati per hoc, quod est ingenitum: vnde negatio potest dici esse dignitatis in aliquo, pro quanto indignitatis esset, si opposita affirmatio poneretur in eo, sicut dignitatis est in Rege non esse scelestum. 1. D.28. Q.2. §. *Ideo videtur*. ℣. *Et si omnino*. E.7.

Dignitatem ex se habere, & à nullo principiatiuè, est liberè habere, sicut Rex regnat, ideo vt sic est dignitatis. *ibidem*. §. *Nota*. *Additio*.

Dignitatis æqualis est in Patre, & Filio non spirari, sicut in Patre non generari. *ibidem*. *Ad tertium principale*. G.9.

Dignitatem propriè dicere non videtur necessarium ad proprietatem [personalem] siue notionem. *ibidem*.

D I L

Dilectio.

Dilectio Dei perfecta semper impellit ad odiendum illud, quod est contra Deum, quando actu cognoscitur, vel cogitatur. 4. D 45. Q.3. *Ad tertium principale*. ℣. *Contra*. O.22.

Dilectio supereminet scientiæ, vnde & supremus ordo denominatur ab ardore, proximus sibi à scientia. Hugo super Angelica hierarchia cap.7. Super illud Dionisij *superacutum*, & *superferuidum*. 4. Dist. 49. Quæst.4 *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Contra illam responsionem*. K.14.

Dilectio sola, si esset sine intellectione, non esset tantum inclinatio naturalis, sicut grauis ad centrum, sed esset operatio propria naturæ intellectualis; quod enim nunc sit operatio, & talis operatio, non habet formaliter ab intellectione. *ibidem*. ℣. *Ad rationem*. N.17.

Dilectio sequens cognitionem intuitiuam tendit in obiectum, vt est existens in se; Dilectio autem sequens cognitionem abstractiuam tendit in obiectum habens esse cognitum. *ibidem*. ℣. *Ad auctoritatem*. O.20.

Dilectio est bonum magis sufficiens, quàm intellectio, quia

quia eo habito, habens minus eget. *ibidem, Ad quartum principale*. P.21.

Dilectio, & notitia Dei immediata de Deo in communi, & in confuso, quæ potest haberi in hac vita, non est vltima beatitudo possibilis homini, sed consistit in cognitione intuitiua clara. 4.D.49. Q.12. *Ad quintum principale* G.8.

Dilectio fundatur in vnitate. 4.D.50.Q.6.§. *Respondeo, & primo.* ℣. *Ad rationem*. H.8.

Dilectio naturalis est inclinatio naturæ ad bonum, & quæ est coæua ipsi naturæ, imo fortè non aliud ab ipsa natura; illa autem inclinatio non est actus elicitus, & pro tantò posset dici dilectio habitualis, quia assimilatur habitui in hoc, quod est præcedens actum, & permanens, fine actu. *Quodl.* Quæst. 17. §. *De primo* n.2.

Dilectionem naturalem, intelligendo actum elicitum, secundùm inclinationem naturalem, puta quando mens intelligit se, vel acto vult sibi commodum, illa fortè continetur sub dilectione naturali, quatenus intelligitur actus naturalis dilectionis, distinguendo contra supernaturalem, saltem, vt in pluribus; quia plures actus dilectionis, ad quos naturaliter inclinamur, possumus, potestate naturali, elicere, licet non omnes, quia ad perfectissimum circa vltimum finem est inclinatio naturalis, licet ad illum non possit natura attingere ex se. *ibidem*, ℣. *Actus autem*. A.2.

Dilectionis naturalis actus posset vno modo intelligi actus elicitus secundum inclinationem naturalem, putà quando mens actu diligit se, vel actu vult sibi commodum: alio modo posset intelligi actus naturalis dilectionis distinguendo contra supernaturalem, scilicet, quem voluntas ex se ipsa, actu naturali, potest habere, licet non sit secundum inclinationem naturalem: Sic voluntas potest, ex se ipsa, habere actum vitiosum, & tamen ille actus est præter naturam, vel contra naturam, secundum Damascenum. *ibidem*.

Dilectionis naturalis, & meritoriæ actus potest dici, quòd non differunt specie, & hoc, loquendo de per se differentia, quam important per se ratio naturalis, & ratio meritorij; non autem per accidens, de differentia scilicet aliqua concomitante, putà differentia obiectorum, vel aliqua tali; intelligendo etiam de differentia actus specifica in *esse* naturæ. *ibidem*. §. *De tertio*. F.6.

Dilectio cuius *vel* Cuius dilectio principaliter intenditur extra genus cognitionis eius, cognitio principaliter intenditur intra genus cognitionis: dilectio verò finis, (per eos, qui ponunt Theologiam esse practicam) principaliter intenditur extra genus cognitionis, ergo cognitio finis principaliter intenditur in genere cognitionis. *Prolog.* Quæst. 4. *§. Contra hoc sic*. ℣. *Præterea tertio*. K.17.

Dilectionem ad finis *siue* Ad dilectionem finis inclinat non tantum charitas, sed amor acquisitus habitualis, quia est virtus appetitiua, quia habitus appetitiuus consonus rationi rectæ. *ibidem*. §. *Contra istam viam*. K.19.

Dilectio est motus animæ ad res; dico quòd verum est causaliter, quia voluntas imperat coniungi rei desideratæ in se: non autem formaliter, nisi quia voluntas est actiua respectu sui actus, sed non circa rem sub maiori ratione existentem, quam apprehendatur ab intellectu. 1.D.3. Q.3. *§. Contra voluntar*. ℣. *Ad illam metaphoram*. K. *In secunda parte quæstionis, quæ incipit*. §. *His visis*. *Additio*. 28.

Dilectio obiecti est principalior actus duorum actuum voluntatis in nobis, (qui sunt dilectio obiecti, & dilectio actus circa obiectum) istorum, inquam, actuum voluntatis in nobis principalior est ille, qui est dilectio obiecti, quia ille est causa quandoque dilectionis actus: actus tamen alius, scilicet dilectio actus, est vniuersalior, quia respectu etiam obiecti mali diligimus actum cognoscendi, licet non obiectum, sicut dicit Aug. 9. De Trinit. cap. 10. *Neque enim vitiorum notitia nobis displicet, sed vitia ipsa nobis displicent: diffinio intemperantiam, & hoc est verbum eius; placet mihi desinire, licet non placet mihi incontinentia*. 1.D.6.Q. *Vnica*. *§. Quantum ad secundum*. ℣. *Respondeo, & sic*. L.8.

Dilectio producta in nobis correspondet amori producto in Diuinis, qui est Spiritus Sanctus, quæ dilectio producta in nobis frequenter ab Aug. vocatur voluntas. *ibidem*. F.8.

Dilectio copulans parentem cum prole, dicit quidam Doctor, quòd loquendo respectu actus sentiendi, ad intentionem Aug., sic inclinatio facta in potentia per speciem sensibilem: sed istud non est ibi ad mentem Augustini. *ibidem*. ℣. *Tamen*, & ℣. *Sed istud*. H.9.

Dilectio Diuina est necessaria, sed non necesseriò transit super obiectum secundarium, à quo non dependet; Sed necessariò, si primum, à quo quasi dependet, est etiam realiter infinitum ea voluntate, & obiecto primo. 1.D.10. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Respondeo, vt ibi*. F. *Additio, quæ tamen deest in editione Patrum Hibernorum, quæ haberet locum n. 9. post*. ℣. *Ad secundum dubium*. ante. ℣. *Istud argumentum*.

Dilectio mea formaliter est minus bonum, quàm dilectio Diuina bona per essentiam, quæ est Spiritus Sanctus; & præcisè ab ista dilectione illa habet rationem diligibilitatis. 1. D.17. Quæst. 2. *alias*. 3. *Ad primum principale*. Nn.31.

Dilectio illius frustra præcipitur, quod omnino ignoratur. 2.D. 3. Quæst. 9. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Dilectio immoderata sui, quæ est radix Ciuitatis Diaboli (supposito quod præsumens vult bonum suum esse secundum se magnum, & ita magnum, quòd sine alicuius alterius aduentu vult illud esse maius omnibus alijs, quæ non ita diligit) est præsumptio, quia quilibet immoderatè se diligens vult se esse tantum bonum, quantum posset proportionari actui, quo se diligit. 2.D.6.Qu.2. *§. Quantum ad secundum*. ℣. *Dico igitur*. O.15.

Dilectio Dei, qui est actus charitatis, est actus perfectissimus conuersiuus ad Deum: & si haberet oppositum, scilicet odium Dei, hoc esset maximum peccatum; sed non credo quòd talis actus charitatis habeat oppositum actum contrarium, quia Deus non potest odiri ab aliqua voluntate, vt dicam in quarto, 2.D.43.Q.1. *Respondeo*. ℣. *Dica tamen*. D.5.

Dilectio si tendere potest æquè confusè in obiectum, sicut adoratio, potest concedi quòd Christus, secundum naturam humanam, sit summè diligendus, licet natura humana non sit ratio summæ diligibilitatis; Neque etiam vnio naturæ humanæ ad Verbum, qualitercunque sit; sicut Trinitatem adoramus vna adoratione, & diligimus vna dilectione, non excludendo proprietates personales ab essentia, quæ tamen proprietates non sunt formaliter infinitæ. 3.D.9.Q. *Vnica*. §. *Sed dubium*. ℣. *Posset dici*. I.14.

Dilectio boni finiti non necessariò sequitur ea dilectione infiniti boni, nec in actibus dilectionis sequitur ex natura rei destructio dilectionis Dei ea destructione dilectionis proximi: & hoc siue intelligatur destructio dilectionis contrariè, vel contradictoriè: & multò magis ea natura habitus non esset contradictio, quod est respectu Dei, & non respectu proximi. 3. D.28.Q. *Vnica*. *§. De secundo dico*. D.4.

Dilectionem Beatorum quia certum est esse Deo gratam, absolutè debeo velle ipsum ab eis diligi: & quia de quocunque Viatore signato est dubium, debeo hoc sibi velle ea conditione, scilicet si placet ei ab eo diligi, vel quando placet ei ab eo diligi: circa Viatores autem in communi, quia semper supponendum est esse aliquos sibi gratos, potest haberi absolutè actus volendi Deum ab eis diligi. *ibidem*. §. *Quantum ad tertium*. F.5.

Dilectio sui est mensura dilectionis proximi, iuxta illud Mathæi 19. & 22. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*. 3.D.29.Q. *Vnica*. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Dilectionis Dei immediatæ multi actus magis explicantur Christianis, quam Iudæis; Nec mirum, quia illa dicitur esse lex timoris, hæc autem amoris; Amor autem, & præcipuè finis, si ille quæratur ab omnibus, facit omnia onera leuia, vt verum sit, quod dixit Saluator Matth. 11. *Venite ad me*, & sequitur, *iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*. 3. D.40.Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. I.8.

Dilectio Vitæ corporalis, iniustè custoditæ, non est dilectio ordinata, quia non est ad dilectionem animæ, nec Dei.

Dilectio.

Del. 4. D.15.Q.2. *Ad quintum principale*. ỳ. *Respondeo magis*. I1. 36.

Dilectionis, seu charitatis actum, vt est charitatia, siue meritorius, concedendo quòd, licet non sit specie disparata ab actu, vt est virtus moralis, esse tamen in specie vlteriori, & completiori, quàm sit actus, vnde moralis: tunc dilectiu meritoria diceretur habere quandam rationem specificam, quam non habet aliqua dilectio naturalis, vnde naturalia, licet eadem dilectio numero sit naturalis, considerata, vt præsupposita rationi meritorij; ratio igitur meritorij est ratio specifica completiua bonitatis præcedentia, non autem specifica disparata, *Quodl.* Q.17. §. *De tertio*. ỳ. *Hic vno modo*. I.8.

Dilectus.

Dilectum à me summè non debeo velle diligi ab aliquo, cuiua dilectio non est sibi grata, & à quo non vult diligi. 3. Dist.28. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ad tertium*. F. 5.

Dilectua, in amicitia humana, per supplicationem suam meretur maius bonum vni, quam si supplicaret pro multia, nam pro vno exaudiretur, vt tantum bonum imperet ei, qui si pro multis peteret; vel non pro omnibus exaudiretur, vel non tantum bonum impetraret; & istud est secundum iustam legem amicitiæ. *Quodl.* Q.20. §. *De primo*, ỳ. *Item sicut*. C. 7.

Diligere bonum.

Diligens ordinatè maius bonum, magia debet diligere, aliud maius bonum, præcipuè quando in minori non est ratio diligibilitatia, nisi à maiori bono. 1. D.17. Q.2. *aliàs*. 3. *Ad primum principale*. N n. 31.

Diligens dilectionem suam formaliter diligit, Spiritum Sanctum, qui est dilectio per essentiam. *ibidem*.

Diligena fratrem, diligit dilectionem, qua formaliter diligit; ista autem est dilectio participana; ergo diligit dilectionem participatam. *ibidem*.

Diligena dilectionem participantem debet diligere dilectionem per essentiam, Deua est dilectio per essentiam; ergo &c. *ibidem*.

Diligens proximum, *siue* Qui diligit proximum, consequens est, vt ipsam præcipuè dilectionem diligat; Dilectio autem est Deus, consequens igitur est vt diligat Deum Aug. 8. de Trinit. cap. 7. Istud argumentum Augus. probat Deum esse diligendum, non autem quid sit dilectio mea formaliter, nec quòd non sit in me alia dilectio formaliter, *ibidem*.

Diligere Deum.

Diligere Deum quilibet tenetur pro omni statu, si habuerit vsum rationis, & hoc pro aliquando, quando scilicet circumstantiæ debitæ diligendi Deum concurrunt. 3. D. 25. Q.1. §. *Sed posito*. B.3.

Diligo sicut Deum in se: *vel sic*, Sicut ex charitate diligo Deum in se, ita ex charitate diligo me diligere Deum in se; Quotiescunque igitur reflecto, nunquam habeo obiectum, vt commodum mihi, sed tantum bonum infinitum, vt in se bonum, & ille est actus perfectè meritorius, desiderando beatitudinem, non vt commodum mihi, sed vt perfectus amor Dei, vt in se boni. 3. D. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad primum horum*. ỳ. *Ad secundum*. K.21.

Diligere Deum super omnia est actus conformis rationi naturali rectè, quæ dictat optimum esse summè diligendum; igitur est rectua, imo eius rectitudo est per se nota, sicut rectitudo primi principij in operabilibus; aliquid enim est summè diligendum, & non nisi summum bonum, sicut nihil aliud à summo vero est maxime tenendum, vel credendum tanquam verum apud intellectum. 3. Dist. 27. Qu. *Vnica*, §. *In ista quæstione*. ỳ. *De primo*. A. 2.

Diliges Dominum Deum tuum est de lege naturæ istud præceptum, quia præcepta moralia sunt de lege naturæ; & ita naturaliter notum est hunc actum esse rectum. *ibidem*.

Diligere Deum super omnia, ex puris naturalibua, potest quæcunque voluntas, saltem in statu naturæ institutæ. *ibidem*. §. *Quantum ad istum articulum*. I.15.

Diligere Deum *super omnia*, hic illud *super omnia* debet intelligi & extensiuè, putà, quod plus diligat Deum, quam omnia alia, & citius vellet omnia alia non esse, quàm Deum non esse; & intensiuè, putà ex maiori affectu vult Deo bene esse, quàm alicui alteri; sicut enim tenetur diligere Deum super omnia alia extensiuè, ita etiam maiori affectu, quàm aliquid aliud: & dico *maiori* simpliciter, quia scilicet magia repugnat effectui opposito, quia facilius posset inclinari ad oppositum dilectionia cuiuscunque alterius, quàm Dei. *ibidem*. §. *De primo*. ỳ. *Dico igitur*. L.17.

Diligendi Deum super omnia præceptum extensiuè, & intensiuè potest impleri in via, sed non quantum ad omnes conditiones, quæ exprimuntur per illas additiones *ex toto corde*, *& ex tota anima &c.* quia non potest esse in vita ista tanta recollectio virium, vt, amotis impedimentis, possit voluntas tanto conatu ferri, quanto posset, si vires essent vnitæ, & non impeditæ; & quoad talem intensionem actus, expulsis impedimentis, & recollectis viribus, debet intelligi dictum Aug. & Magistri, quòd præceptum illud non impletur in via; nam pronitas virium inferiorum, pro statu isto, impedit superiores ab actibua perfectia. *ibidem*.

Diligendi Deum præceptum affirmatiuum Deut. 6. Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum &c.* non tantum obligat semper ad oppositum fugiendum, ne scilicet insit actus odij; Sed obligat pro aliquando ad actum elicitum; quia ille actus est circa finem, ex cuius bonitate descendit omnis bonitas moralis in actibus, qui sunt ad finem: Sicut igitur homo tenetur habere aliquem actum virtuosum, ita tenetur habere aliquem actum illius præcepti circa finem gratuitè diligendum; quando autem sit hoc, fortè determinauit hoc illud præceptum Diuinum, *Sanctifica Sabbatum*, & *maneat vnusquisque apud se*, idest, recolligendo se, & ascendendo ad Deum suum: & Ecclesia specificauit quantum ad Missam audiendam in die Dominico, de consecr. dist.2. cap. Missaa: non est autem simile de præcepto diligendi proximum. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. N. 18.

Diligere Deum plus tenetur ille, cui dimittitur peccatum, supple, ex causa remissionis; Sed aliua præseruatus à peccato tenetur diligere ex alia causa, quia non habuit dimittenda, quod, sine præseruatione Diuina, esse non potest: & hæc causa requirit simpliciter maiorem gratitudinem. 4. D.22. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. ỳ. *Respondeo*, *donare*. O.17.

Diligendi Deum quando est potestas propinqua, non diligere eum est vituperabile: *vel sic*, Non diligere Deum est vituperabile, & peccatum, quando scilicet potest haberi potentia propinqua, quia actu intelligens Deum, & nullo modo diligens, peccat. 4. D.49. Q.4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ỳ. *Præterea in bonis*. N.17.

Diligere humanitatem Christi.

Diligendo naturam humanam in Christo, quæ erat optima creatura quantum ad plenitudinem gratiæ, summa conuersio potuit esse in Deum, quæ fit per actum vtendi creatura, quia illa creatura erat maximè coniuncta fini, & maximè referibilia in Deum, vt in finem. 3. D. 9. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum*. ỳ. *Ad aliud dico*. H.13.

Diligendi actus si distinctè respicit naturam humanam [in Christo] diligibilem, sicut obiectum alicuius in diligendo, ita non totum [idest, totus Christua] summè diligitur, quod tamen adoratur summa adoratione; quia adoratio confusè exhibetur toti; dilectio autem respicit distinctè naturam in termino adorationis. *ibidem*. §. *Sed dubium*. ỳ. *Posset dici*. K.14.

Diligere Spiritu Sancto.

Diligere se Patrem, & Filium Spiritu Sancto: *vel sic*, Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto, ita quòd ablatiuus iste *Spiritu sancto* construatur in ratione effectus causæ formalis, non rectè dicitur, quia in constructione tran-

Diligere Spiritu Sancto.

transitiua nunquam effectus, vt effectus, construitur cum ablatiuo: diligere autem est verbum transitiuum. 1. D.32. Qu.2. *§. Contra sicut.* ℣. *Præterea in constructione.* n.5.

Diligere, in ista propositione *Pater, & Filius diligunt se Spiritu sancto*, nec merè essentialiter, nec merè notionaliter tenetur, sed connotat notionem, scilicet productionem Spiritus sancti; & significat illam habitudinem consequentem Spiritum sanctum ad amatum, non quidem formaliter, sed principiatiuè; & ratione istius habitudinis consequentis, essentiale est, quantum ad terminum illius habitudinis, quia terminus ille non tantum est Spiritus sanctus, sed etiam omne necessariò amabile, & quo ad illud fit conuersio, non autem quo ad notionale connotatum. *ibidem. Ad primum principale.* F.12.

Diligere creaturam Patrem, & Filium Spiritu Sancto: *vel sic*, Patrem, & Filium non oportet concedere diligere creaturam Spiritu Sancto, sicut diligunt se Spiritu Sancto; quia iste modus diligendi, vt sumitur principiatiuè, videtur esse primò illius termini dilectionis, cuius ipsa dilectio est formaliter ex hoc, quòd est principiata; Sic enim diligere obiectum est principiare amorem, qui vt principiatos, est formaliter illius obiecti: Spiritus autem Sanctus, ex vi productionis suæ, neque primò, neque concomitanter est amor creaturarum, quia creatura tantum contingenter amatur à Deo. *ibidem. Ad vltimum principale.* G.14

Diligere Patrem Spiritu Sancto potest concedi: *vel sic*, Potest concedi quod Pater diligit Spiritu Sancto: & hoc est appropriatum Spiritui Sancto, non proprium: & notatur ibi duplex relatio, realis scilicet spiratio; & alia rationis, scilicet inspiratio ad amatum ipso, qui respectus rationis est appropriatus Spiritui Sancto, verè tamen communis est tribus. 3. D.32. Q. Vnica. §. *Ex isto.* ℣. *De Verbo.* E.4.

Diligere Deum alia à se.

Diligere non potest Deus aliquod creatum à parte diligibilis infinitè, quia non est infinitum. 3. D.19. Q. *Vnica. Ad quartum principale.* H.14. propè finem.

Diligit Deus omnia à se; quia sicut omnis intellectus potest in quodlibet intelligibile, ita omnis voluntas in quodlibet volibile; igitur voluntas Diuina potest diligere omnia diligibilia alia à se. 3. D.32. Q. *Vnica.* §. *Hic sunt.* ℣. *Primum probatur.* A.2.

Diligit Deus omnia alia à se vno actu, quia ibi vna est potentia, vnum obiectum primum, & habet vnum actum infinitum adæquatum sibi: nec oportet illum vnum esse omnium, quasi omnia requirantur ad perfectionem huius actus, sed solùm ex perfectione huius actus sequitur, quia perfectè tendit ad primum terminum, quòd etiam perfectè tendat in omnia, circa quæ primus terminus est totalis ratio agendi. *ibidem. §. Tertium patet.* F.5.

Diligere omnia.

Diligere omnia diligibilia ex charitate, quod quilibet tenetur pro omni statu, potest dici quod hoc est falsum, quia Saluator dicit Matth.5. *Audistis quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum*; ergo videtur quòd non tenebantur inimicos diligere; tamen posito quòd sic, dico quòd tenentur omnes implicitè diligere, sed non explicitè, sicut non tenentur omnia diligibilia explicitè cognoscere. 3. D.25. Q.1. *Ad argumentum in oppositum.* K.13.

Diligere omnia diligibilia, & credere omnia credibilia non est simile, quia fides est in intellectu subiectiuè. *ibidem.* ℣. *Præterea.*

Diligere se.

Diligit quodlibet naturaliter plus *esse* suum, quàm *esse* alterius, cuius nihil est, vt pars, vel effectus. 1. Dist.2. Quæst.3. *§. In ista quæstione.* ℣. *Quantum ad secundam.* n.3.

Diligere vult se, quis illud ex charitate: *vel sic*, Post Deum immediatissimè vult quis ex charitate se diligere illud, quo tendit in Deum, scilicet se diligere Deum, & hoc volendo diligit se; quia diligit sibi bonum iustitiæ; igitur immediatè post Deum tenetur se diligere ex charitate 3. D.29. Q. *Vnica. §. Ex dictis.* A.2.

Diligens omnis, *seu* Omnis diligens se ex charitate, diligit se in ordine ad bonum infinitum, quia diligit sibi actum illum, vel habitum, quo tendit in illud bonum; & in hac dilectione tendit in alterum, quia in Deum, tanquam in principale obiectum actus, & tamen ad se habet charitatem, licet non vt ad obiectum finale, sed proximum, ordinatum ad obiectum vltimum, quod est ab eo distinctum. *ibidem. Ad secundum principale.* B.4.

Diligere teneri quemlibet proximum meliorem se, quam se ipsum, non videtur probabile. 3. D.27. Q. *Vnica.* §. *Contra primam.* ℣. *Secundo, quia.* A.4.

Diligere se ipsum quilibet magis debet, quàm proximum; & per consequens magis in se ipso vitare peccatum mortale, quam in alio damnationem. 4. D.5. Q.2. *Ad tertium principale.* ℣. *Respondeo.* I.7.

Diligit vnusquisque citrà Deum plus se: *vel sic*, Vnusquisque citra Deum plus diligit se, quàm alium, & ad hoc tenetur, quia post Deum minus tenetur odire se, quàm aliquem alium; quia si non, tunc non teneretur magis vitare peccatum in se, quàm in quacunque creatura, quod est falsum; in nullo enim debet fugere peccatum, sicut in se; & pro tantò magis tenetur sibi diligere Deum amore commodi, quàm Beatæ Virgini. 4. Dist.50. Q.6. §. *Respondeo, & primò.* ℣. *Respondeo vnusquisque*, H.8.

Diligens se ad habendum, quod nunquam poterit habere; illa dilectio est causa mæroris, & tristitiæ. *ibidem.* §. *Ad primam quæstionem.* ℣. *Et tunc ad rationes.* P.13.

Diligo ego plus pedem meum, quàm aliquem alium hominem: tamen magis volo aliquam læsionem pedis mei, quam mortem alicuius alterius: Sic plus diligo Deum, tamen potius volo sibi aliquam offensam, quàm me non esse. 4. Dist.50. Quæst.2. §. *Contra primam.* ℣. *Præterea, illæ.* A.4.

Diligere proximum.

Diligere Deum quòd volendum sit proximo, ex illa negatiua præcepti de diligendo Deo, scilicet non odire Deum, non sequitur, licet sequeretur ex affirmatiua illa, *Diliges Dominum Deum tuum*, in quantum illud præceptum est affirmatiuum, de qua affirmatiua non est certum, quòd sit de lege naturæ. 3. D.37. Q. *Vnica.* §. *Contra primum.* ℣. *Ad hoc.* E.10.

Diligere Deum quòd debeam velle proximum, non sequitur ex illo præcepto *Diliges Dominum Deum tuum. ibidem.* ℣. *Secundo potest.*

Diligens vult dilectum condiligi: Potest dici, quod hoc est verum, ab eo, scilicet, cuius amicitia placet dilecto; non autem est certum ex lege naturæ de quocunque, quòd eius dilectio acceptetur à Deo dilecto. *ibidem.*

Diligendum esse proximum, idest, simpliciter esse volendum proximo ipsum diligere Deum, quia hoc est diligere proximum, licet sit de lege naturæ strictè: tamen ex hoc non sequuntur præcepta secundæ tabulæ, putà quòd nolendum sit ipsum occidere quo ad bonum personæ propriæ, vel quòd nolendum sit adulterari, quo ad bonum personæ coniunctæ sibi; vel quòd nolendum sit furari, quo ad bonum fortunæ, quo ille vtitur; quòd exhibenda sit parentibus reuerentia, tàm in honoribus, quàm in sustentationibus, & ita de alijs præceptis secundæ tabulæ; quia possibile est me velle proximum diligere Deum, & tamen nolle, vel non velle sibi vitam corporalem, vel seruare fidem coniugij, & sic de alijs. *ibidem*, ℣. *Tertiò potest.* E.11.

Diligere proximum quilibet sic debet ex charitate, sicut se ipsum, idest, ad idem: sed quilibet debet diligere se ad honestam conuersationem, & diuinum cultum; ergo & proximum suum, & maximè prolem, cui specialiter tenetur. 4. D.26. Q. *Vnica.* §. *Ad solutionem.* ℣. *Secunda conclusio.* D.4

Diligens proximum, legem impleuit: verum est eo modo, scili-

Diligere proximum.

ſcilicet, quo lex explicata eſt debere ſeruari, licet non eo modo, quo dilectio proximi concluditur ex primis principijs legis naturæ: & à ſimili, tota lex quantum ad ſecundam tabulam, & Prophetæ dependent ex hoc præcepto, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, intelligendo tale præceptum, non vt ſequitur ex primo principio practico legis naturæ, ſed vt legiſlator intendit debere illud ſeruari, prout explicatur in præceptis ſecundæ tabulæ. 3. D.37. Q.*Vnica*. §.*Contra primum*. ✝. *Et tunc ad authoritates*. F.12.

Diligere magis debeo eum, quem Deus diligit, & qui Deum diligit, quàm qui contrario modo ſe habet. *Quodl.* Q.20. §.*De ſecundo*. ✝. *Et adhuc*. M.19.

Diligere inimicum.

Diligendus nullo modo eſt inimicus, conſideratus per ſe, in quantum inimicus, quia hoc modo inimicus non eſt tantùm malus priuatione boni, ſed habitu poſitiuo vitij: & per conſequens, in quantum talis eſt malus, & vitioſus: & hoc modo odinit inimicum, qui dixit Pſalm. 103. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita, vt non ſint*; non ſint quidem inimici, ſiue iniqui, quia *verte impios, & non erunt*. Prouerb.12. 3.D.30. Q.*Vnica*. §.*Reſpondeo*. A.3.

Diligere accipiendo quaſi prohibitiuè per modum actus contrarij arcendi, ſcilicet pro non odire, loquendo de inimico per accidens, ſcilicet de hoc homine, qui nunc eſt inimicus, & loquendo de bono eius ſpirituali, ſcilicet, quo attingit, vel natus eſt attingere Deum, vt ipſum diligere Deum amore amicitiæ, vt eſt bonum honeſtum; vel concupiſcere ſibi Deum, vt eſt bonum commodi; ipſum audire Miſſas; prædicationem, correctionem, inſtructionem, per quæ conuertitur ad diligendum Deum, non videtur quòd poſſimus illa ſibi odire, vel nolle, quia hoc non ſtat cum perfectè diligere Deum, ſcilicet nolle iſtum condiligi ab alio, cuius amicitia non noſcitur ei diſplicere, & hoc condiligi tàm ratione boni honeſti, ſcilicet propter ſe, quàm ratione boni commodi eius. *ibidem*. ✝. *Secundum eſt*. & ✝. *Quantum ad prima*. B. 3. 4.

Diliges amicum tuum, & ſi ſcriptum erat Leuit.19. non tamen erat ſcriptum, *odies inimicum*: & ideo Matth.5. *dictum eſt antiquis*, ſignanter loquitur Saluator, *Dictum eſt*, & non *ſcriptum eſt*: Sed Iudæi peruertentes ſcripturam, arguunt hoc per locum à contrario ſenſu, & ita ſeruabant: quod autem malè intellexerint, probat Saluator, ſi enim tantum diligitis illos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? *ibidem*. *Ad tertium principale*. G.14.

Diligere in via, & in patria.

Diligendi actus ſecundus non eſt eiuſdem rationis in via, & in patria; Si enim intellectus ſit per ſe cauſa partialis reſpectu volitionis, ſicut dicit vna opinio, ſequitur quòd viſio, & cognitio ænigmatica, quæ ſunt intellectiones alterius rationis poſſunt concurrere ad volitionem ſimpliciter alterius rationis, quia idem obiectum, diuerſimodè cognitum poteſt diligi diuerſis actibus etiam ſecundum ſpeciem. 2. D.26. Q.*Vnica*. §.*Contra iſtam*. ✝. *Dico, quod argumentum*. A.5.

Diligere magis.

Diligo magis hoc ſolùm, cui minus volo malum accidere, & pro cuius bono ſaluando magis me expono ex amore, quia *exponere* ſequitur amorem; & hoc loquendo de amore, qui eſt actus voluntatis: & ſi aliqui igitur dicantur diligere feruentius, vel tenerius, qui tamen firmius non diligunt, hoc non eſt ex aliquo exceſſu amoris intellectiui in eis, ſed fortè alicuius paſſionis amoris ſenſitiui. 3. D 27. Q.*Vnica*. §. *De primo*. ✝. *Contra iſtam*. K.17.

Diligitur magis ſimpliciter illud, propter cuius ſalutem *eſſe* alterius contemnitur, vel negligitur. 4. D.43 Q.2. §.*Poteſt dici*. ✝. *Ad aliud de forti*. P.22.

Diligibile.

Diligibilia duo ſuper omnia non poſſunt eſſe, quia vnum ſuper alterum diligeretur: & tunc vnum, & idem diligeretur ſuper omnia, & non diligeretur. 3. D.27. Q. *Vnica*. §.*Contra primam*. A.4.

Diligibilitas.

Diligibilitatis perfectiſſima ratio in Deo non eſt comparatio aliqua ſui ad creaturam, ſed aliqua ratio eius abſoluta in ſe; abſolutè enim eſt melius in ſe, quàm poſſet eſſe quæcunque habitudo ad alterum. 3. D.27. Q.*Vnica*. §. *Contra primam*. ✝. *Secundum*. A. 5.

Diluuium.

Diluuij aquæ inundauerunt, miraculosè aſcendentes ſuper cacumina montium 15. Cubitos ad punitionem peccatorum; vbi igitur non inundauerunt, non fuit factum miraculum ibi: in Paradiſo autem, cum non eſſent ibi peccatores, non debuerunt per miraculum inundari. 2. Diſt. 17. Quæſt.2. §. *Si ratio iſta*. ✝. *Quod dicunt*. B.4.

D I M

Dimenſio.

Dimenſio vna locati replentis locum, replet eundem locum ſecundum vltimum capacitatis ſuæ, & ideo aliud non poteſt eſſe cum eo replens locum, ſed bene poſſet eſſe cum eo aliud corpus, non replens locum. 1. D.2. Q. 2. *Ad ſecundum principale*. D d.35.

Dimenſio illa, quæ dicitur profunditas, poſſet alio reſpectu dici latitudo; iſtæ enim tres dimenſiones diſtinguuntur ſecundum imaginationem trium linearum ſe interſecantium in eodem puncto. 2. D.2. Q.9. *Ad ſecundum principale*. ✝. *Similiter ſequitur*. L.28.

Dimenſionem interminatam quantitatis non manere eandem in generato compoſito, & corrupto *tangitur*. 2. Diſt 3. Quæſt.4. *Ad primam rationem*. ✝. *Iſta reſponſio*. M.17.

Dimenſiones loci manifeſtum eſt quòd ſint poſteriores dimenſionibus locati; tùm quia dimenſiones locati ſunt cauſæ dimenſionum loci, quia locatum facit latera continentis diſtare, & ſuperficiem eius eſſe in actu: tum quia prius eſt quod poteſt eſſe ſine alio, & non è conuerſo; Dimenſiones autem corporis poſſunt eſſe ſine dimenſionibus locantis: patet de ſuperficie primi Cœli; non autem è conuerſo, quia non poſſunt diſtare ſuperficies locantis abſque diſtantia partium locati; ergo magis oportet, dimenſiones loci multiplicari ad multitudinem dimenſionum locati, quàm è conuerſo; nam prius naturaliter non oportet commultiplicari poſteriori; ſed poſterius priori, & ſimul ei, cum quo eſt ſimul. 4. Diſt.10. Quæſt.2. §.*Alius ſic arguit*. ✝. *Sed contra iſtud*. C.6

Dimenſio non eſt ratio formalis proxima eſſendi in loco, ſed tantum ratio fundamentalis: illa tamen poteſt eſſe vna, licet reſpectus ſint diuerſi. *ibidem*. §.*Dico ergo*. ✝. *Ad aliud alterius Doctoris, dico quòd*. N.18.

Dimenſionis de potentia quomodo poteſt educi forma ſubſtantialis, cum ex natura rei non ſit in illa tanquam in proprio potentiali. 4. D.12. Q.6. §. *Tertia opinio*. ✝. *Item quomodo*. A.9.

Dimenſionem inter, & dimenſionem, *ſiue* Inter dimenſionem, & dimenſionem duorum locatorum non eſt repugnantia formalis, quia talis non eſt, niſi quoad idem ſubiectum, non autem ſunt in eodem ſubiecto; nec formaliter etiam, quia quanta non repugnant formaliter; Si ergo ſunt repugnantia, hoc non eſt, niſi reſpectu loci, ea eo ſcilicet, quòd locus eſt ſpacium capax corporis. 4. D.49. Q.16. §.*Ad primum argumentum*. ✝. *Ad ſecundum*. B 5.

Dimenſionum, *ſiue* Inter dimenſiones duorum locatorum eſt tantum oppoſitio virtualis, in quantum effectus vnius cauſæ, qui eſt repletio loci, eo modo, quo quantitas habet efficientiam reſpectu effectus, qui eſt eſſe in loco repletiuè, opponitur alteri cauſæ naturaliter, ergo non repu-

Dimensio.

repugnat corpori esse cum alio corpore, nisi quia est repletiuum loci naturaliter, quantum aptus natus est implere; sed quia tam repletum est, non potest ibi esse, quia non esset cum effectu suo, qui naturaliter sequitur esse corporis in loco: hoc autem non impedit, quin per potentiam Diuinam possit ibi esse, quia Deus potest facere causam naturalem sine suo effectu. *ibidem*.

Dimensiones licet sint repugnantes quo ad hoc, quòd duo corpora non possunt simul esse in eodem loco, quo ad virtutem naturalem, tamen non est repugnantis quo ad virtutem, quæ potest facere causam sine suo effectu naturali, & è conuerso, effectum siue sua causa naturali. *ibidem*. C.6.

Dimensio bene est ratio repugnandi duo corpora esse simul virtute naturali; quæ non potest facere causam sine suo effectu naturali; non tamen Diuina, quæ hoc potest: nec est hæc repugnantia formalis; talis enim est inter contraria: illæ autem dimensiones non sunt contrariæ, nec sunt in eodem formaliter, & ideo non sequitur, si contraria non possunt esse in eodem subiecto, quòd etiam non possunt esse corpora duo in eodem loco. *ibidem*. ℣. *Ad argumentum*. C. 6

Dimensiones si essent separatæ à corporibus, non essent simul cum alio corpore, vt probat Phil. 4. Phys. Tex. 76. Sed illæ dimensiones non essent sensibiles, & tamen expellerent aliud corpus; ergo multò magis facit corpus sensibile hoc. *ibidem*. §. *Alij dicunt*. ℣. *Præterea si dimensiones*. D. 11.

Dimensiones corporis locati esse easdem dimensionibus loci potest intelligi positiuè, vel negatiuè: si positiuè, falsum est, quia non sunt eædem alicui dimensioni loci, quia locus non habet dimensiones, vt patet 4. Phys., præter dimensiones locati; si autem intelligatur negatiuè, idest, non aliæ, verum est: & tunc glosandum est, dimensiones illius corporis, & alterius corporis, quæ sunt in eodem loco, sunt idem dimensionibus loci, idest, non aliæ, quia non sunt dimensiones loci aliæ à dimensionibus locati, vel contenti in loco; sed propter hoc dimensiones corporis illius non oportet quòd sint idem dimensionibus alterius, quia non sunt alicui alteri idem, & ideo manent distinctæ dimensiones. *ibidem*. *Ad tertium principale*. N. 21.

Dimensio est ratio fundamentalis proxima respectu *vbi*: & si sic intelligeretur ratio formalis, benè potest talis ratio formalis separari ab illo respectu, si cuius dicitur esse ratio, & hoc intelligendo in actu, licet non separaretur ab aptitudine, vel potentia ad illud. *Quodl.* Q. 11. §. *De primo*. ℣. *Ad primum*. B. 4.

Diminutum.

Diminutum respectu diminuentis non est diminutum, sed respectu tertij, ad quod comparatur ipsum sub ratione diminuente; sicut cum dico, *iste est albus secundum dentes*, non diminuitur *album*, sed accipitur pro albo simpliciter respectu huius determinationis, alioquin esset nugatio: vt autem accipitur sub sua determinatione, dicitur de tertio, scilicet de Æthiope, tanquam diminutum. 1. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Ad primum*. E. 8.

Dimittere.

Dimittentem plus diligit, cui plus dimittit: *vel sic*, Cui plus dimittit, plus diligit dimittentem: non est vera illa propositio simpliciter, nisi de illo dimittente, per cuius beneficium non stat, quòd iste non tenetur ad tot, ad quot ille. 4. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. ℣. *Respondeo donare*. O. 17.

Dirigere.

Dirigere est actus intellectus, quia eius est habitus, scilicet prudentia, à quo est iste actus elicitus. *Prolog.* Q. 4. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Item dirigere*. E. 11.

Dirigi per principia sumpta à fine vniuersaliori, est considerare finem à quo sumuntur. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Ad primum alterius via*. ℣. *Videtur etiam tertio*. V. 32.

DIS

Discipulus.

Discipuli non tenebantur post resurrectionem ad confessionem de sua infidelitate in passione Christi, quia post resurrectionem pænituerunt ante institutionem Sacramenti pænitentiæ: & hoc benè confirmat quòd confessio non erat de lege naturæ, nec Mosayca. 4. D. 17 Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ℣. *Et consimiliter*. X. 29.

Disconuenientia.

Disconuenientia naturalis obiecti, siue nolitū ab ipsa voluntate, vt naturali potētia, absque hoc, quòd obiectum sit nolitum *nolle* elicito, sufficit ad tristitiam voluntatis. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad primum*. E. 15.

Discretio.

Discretio Sacerdotis requiritur in imponenda pænitentia, vt scilicet non imponat alicui pœnam nimis sibi disconuenientem, sed aliquam, quæ magis sibi conueniat, & quam fortè melius adimplebit; vt potè pauper, nec eleemosynas potest dare; nec orare, sed oportet eum continuè laborare pro victu suo necessario; nec ieiunare, quia tunc non sufficeret ad laborem necessarium pro victu necessario continuè acquirendo; quia ergo ipse labor continuus est sibi ieiunium continuum, quia continua maceratio carnis, tantummodo inducendus est vt illum laborem subeat in remissionem peccatorum intendens illum ad hunc finem referre, saltem quousque occurrat sibi opportunitas soluendi aliquam aliam satisfactionem: & aliqua alia possunt ei ita temperatè, & diminutè imponi, vt sint sibi possibilia. 4. D. 15. Q. 1. §. *De secundo*. ℣. *Sic dictum*. M. 13.

Discursus.

Discursu, *siue* per discursum causatio scientiæ à causa ad scitum: *vel sic*, Causatio scientiæ per discursum à causa ad scitum includit imperfectionem ex parte scientiæ, scilicet, quòd sit effectus æquiuocus, & etiam potentialitatem ex parte intellectus recipientis. *Prolog.* Q. 4. Lateali. §. *Iuxta illud*. ℣. *Ad primum*. A 26.

Discursus non requirit successionem temporis, nec ordinem ipsius, sed ordinem naturæ, scilicet quòd principium discursus sit naturaliter prius notum, & vt sic, sit causatiuum alterius extremi discursus. *ibidem*. ℣. *Sed oppositum*. 27.

Discursus præsupponit cognitionem istius simplicis, ad quod discurritur. 1. D. 3. Q. 2. §. *Secundò non asserendo*. ℣. *Et confirmatur ratio*. C. 9.

Discursus præsupponit aliquem conceptum de termino, ad quem est. *ibidem*. §. *Quod autem*. ℣. *Quod arguit*. Z. 31.

Discursus omnis præsupponit notitiam illius simplicis, ad quod discurritur, igitur si per essentiam propriam cognitam habetur ab Angelo notitia de essentia Diuina per discursum, oportet præhabere conceptum simplicem de essentia Diuina, & tunc quærenda est alia ratio prior. 2. D. 3. Q. 9. §. *Contra secundum*. ℣. *Præterea omnis*. N. 5.

Discursus omnis quòd negatur Angelis, non videtur probabile. 2. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Quod etiam*. C. 8. *& probatur*. D. 1. Q. 4. vel 6. §. *Contra, anima*. ℣. *Item quæritur*. A. 3.

Discursus non erit in potestate nostra, si non est in potestate nostra illud, sine quo non potest haberi discursus. Discursus autem necessariò præsupponit cognitionem apprehensiuam obiecti, & illa simplex intellectio obiecti, ad quam debet intellectus discurrere, non est in potestate

Discursus.

volontatis. 2. D.42. Q.4. §. *Quantum ad primum*. ỽ *Vltimus etiam*. E.9.

Discursus non semper facit acquirere cognitionem de conclusione, ad quam discurritur, sed vel sic, vel illa cognitione facit vti præhabits. 3. D.14. Q.3. *Ad tertium principale*. D.8.

Discursus, & syllogizatio practica est ad hoc, vt habeatur actus electiuus voluntatis, &, facto iudicio per cognitionem practicam, voluntas eligit: & quando voluntas eligit, ratio practica non discurrit; quia, facta conclusione practica, sententiat de eligendo; Si ergo sententia vltimata possit haberi sine discursu præcedente, ita perfectè poterit voluntas liberè eligere in instanti, sicut præcedente illo discursu. 3. D.18. Q. *Vnica*. §. *Est igitur videndum*. ỽ. *Respondeo*. E.11.

Discursus, & cognitio terminans discursum, eidem virtuti competit. 4. D.45. Q.3. §. *De secundo*. ỽ. *Præterea Aristoteles*. F.13.

Disiunctiuus.

Disiunctiua non ponit alteram partem determinatè, sed ibi est fallacia consequētis; ergo si *hoc* stat disiunctiuè in hac, *Hoc est corpus meum*, quòd demonstret sub disiunctione illud, quod nunc continetur sub illis speciebus, vel proximè continebitur, vt aliqui dixerunt, non determinatè ponit respectu prædicati vnam partem, scilicet *hoc*, quod in proximo erit sub illis speciebus; sicut neque alteram, scilicet, quod nunc est sub istis speciebus; & non efficitur per istam orationem, etiam secundum eos, nisi vt ipsa est vera; ergo per istam non magis efficitur quòd illud, quod erit statim sub istis speciebus, sit corpus Christi, quàm illud, quod nunc est sub istis. 4. D.8. Q.2. §. *Alia est*. ỽ. *Item disiunctiua*. F.13.

Disiunctus.

Disiunctarum passionum entis, & non conuertibilium cum ente semper extremum nobilius dicitur de Deo: ideo hoc modo illud extremom dicitur de Deo, quod vel dicit nobilitatem, vel non repugnat nobilitati, sed reliquum repugnat. 1. Dist.19. Quæst.1. §. *De tertio*. D.4.

Disiunctum istud: *necessarium, vel possibile* est passio entis, circumloquens passionem conuertibilem cum ente, sicut multa alia illimitata in entibus. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. §. *Quantum ad primum*. C.13.

Disiunctum hoc, scilicet *necessarium, vel contingens*, non potest ostendi de ente per aliquid prius medium, nec etiam illa pars disiuncti, quod est contingens, posset ostendi de aliquo supposito necessario de aliquo, & ideo videtur ista, *aliquod ens est contingens* esse vera primò, & non demonstrabilis *propter quid*. *ibidem*. ỽ. *Sed nec isto*.

Disparitas.

Disparitas ortus, secundum, Aug. Ad Deo gratias; & Ambrosium De Incarnatione, non facit distinctionem naturæ, vt patet de Adam, & nobis. 3. D.14. Q.3. §. *Contra conclusionem*. ỽ *Contra, illæ*. n.2.

Dispensare.

Dispensare non est facere quòd, stante præcepto, liceat facere contra præceptum, sed dispensare est renocare præceptum, vel declarare qualiter debeat intelligi. 3. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Sed istæ*. n.3.

Dispensare simpliciter poteft Deus in præcepto de non occidendo, (respondet ad quæsitum) si, stantibus omnibus circumstantijs eisdem in isto actu, qui est occidere hominem, variata sola circumstantia prohibiti, & non prohibiti, posset Deus facere quòd ille actus, qui cum talibus circumstantijs alijs est aliquando prohibitus, aliàs non esset prohibitus; Sicut simpliciter mutauit legem veterem, quantum ad cæremonialia, quando dedit nouam; non quidem faciens quòd, manente præcepto de cæremonialibus, illa non essent seruanda, sed faciens quòd, actu illo manente eodem, non tenebatur quis ad illum, sicut prius. *ibidem*. A.3.

Dispensare.

Dispensare non videtur posse Deus in his, quæ sunt de lege naturæ strictè, quæ scilicet sunt vel principia necessaria, nota ex terminis; vel sunt conclusiones, necessariò sequentes ex talibus principijs: & siue sic, siue sic, habent veritatem necessariam; igitur Deus non potest facere esse falsa; igitur non potest facere quòd illud, quod mandant fieri, non esse bonum, & prohibent [ideft, præcepts aliqua Decalogi, quæ sunt de lege naturæ strictè] non esse malum; & per consequens de tali illicito licitum: occidere autem, furari, & mæchari sunt contra præcepta Decalogi, vt patet Exod. 20. Sed in istis vide tur Deus dispensasse, tam de homicidio pater Genes.22. de Abraham, & filio immolando. De furto Exod. 11. & 12. de filijs Israel, quibus præcepit, vt spoliarent Ægyptios, quæ spoliatio est ablatio rei alienæ inuito Domino, quæ est definitio furti: De tertio, scilicet mæchari, patet Oseæ 1. *fac filios fornicationum*. Hoc argumentum est pro me, quia probat quòd præcepta secundæ tabulæ non sunt de lege naturæ, strictè loquendo. *ibidem*. *Ad primum principale*. F.13.

Dispensasse non videtur Deus: *vel sic*, Potest dici quòd Deus non dispensauit contra præceptum de furto cum filijs Israel spoliantibus Ægyptios, quia ipsi non acceperunt simpliciter alienum: tùm quia Deus erat superior Dominus, & potuit transferre dominium illarum rerum in eos, etiam inuitis inferioribus dominis: tùm etiam, quia filij Israel, seruiendo Ægyptijs, meruerunt tanta accipere, licet Ægyptij nollent ea reddere: & tunc per superiorem Iudicem potuerunt compelli, de cuius licentia filij Israel potuerunt iustè, & licitè accipere. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ỽ. *Et ad aliud*. I.14.

Dispensatum fuit, vt præsumitur, de Abraham, & quibusdam alijs Patribus, in commutando corpus suum pro pluribus corporibus mulierum, ad maiorem multiplicationem cultorum Dei, quæ, sine hoc, non fieret. 4. D. 33. Q.1. §. *De secundo*. C.4.

Dispensare potest Deus vt fiat contractus matrimonialis ad tempus, donec mulier displiceat Viro, propter maius malum vitandum, quàm sit bonum indissolubilitatis coniugij, & in hoc saluatur iustitia aliqualiter. 4. D.33. Q.3. §. *Alia opinio*. ỽ. *Modus conueniens*. A.5.

Dispensatio.

Dispensatio est duplex, scilicet iuris reuocatio; & iuris declaratio. 3. D.37. Q. *Vnica*. §. *Sed istæ*. n.3. & 4. D.33. Q. 1. §. *De secundo*. C.4.

Dispensatio nulla cadit circa illud, quod est de lege naturæ primò, idest, quod est verum, practicum, simpliciter notum lumine rationis naturalis; & ibi potissimum gradum tenet principium, practicum notum ea terminis: secundum tenet conclusio demonstrata; Nulla, inquam, dispensatio cadit circa illud, quod est, hoc modo, de lege naturæ, & ideo eius oppositum semper videtur esse peccatum. *ibidem*. *Ad primum principale*. G.7. in 4.

Dispensatio circa illud, quod est de lege naturæ secundariò, quod regulariter, scilicet, consonum est legi naturæ strictè sumptæ in casu cadit, in quo communiter oppositum videtur consonum legi naturæ: & præcisè, isto modo, est monogamia de lege naturæ, & bigamia contra illam: & sic concedo probationes illas Genes.2. *Erunt duo in carne vna*, & Gloss. Genes.4. dicentem de Lamech, quòd iste induxit bigamiam, & adulterium contra legem naturæ, *Accepit duas vxores*: nec sequitur tamen, ex hoc, quòd in casu oppositum non possit esse licitum, imo, in casu, est necessarium, præcipuè considerando iustitiam, ex parte commutationis, & commutantium, quando, propter necessitatem, recta ratio dictat illo modo debere commutationem fieri. *ibidem*.

Dispersum.

Dispersa quæ sunt in inferioribus, quandoque sunt vnita in superioribus, vt duo modi cognoscendi abstractiuè, & intuitiuè, qui sunt diuersi in potentijs sensitiuis; propter organum, (quia non est idē organū, quod est benè receptiuum, & quod est benè retentiuum) vniti sunt in intellectu, cui

Dispensatio.

cui, vt vni potentiæ potest vterque actus competere. 2. D. 3. Q.9. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Secunda declaratio*. C.7.

Displicentia.

Displicentia virtualis de peccato à se commisso est quicunque actus voluntatis, virtualiter includens displicentiam formalem de eodem, sicut quodammodo causa includit effectum, licet effectus in se non causetur: Sic cum omnis nolitio oriatur ex aliqua volitione; omnis displicentia, seu nolitio peccati licet formaliter non insit, potest virtualiter inesse in aliqua volitione, ad quam nata est sequi talia displicentia. 4. D.14. Q.1. §. *De secunda*. ✠. *Secunda descriptio*. T.16.

Displicentia de peccato ad hoc, vt valeat, & sit ordinata, oportet quòd sit debitè circumstantionata, & maximè circumstantia finis, & principij actui principalis, vt scilicet sit voluntaria propter Deum. 4. D.20. Q. *Vnica*. §. *In ista*. ✠. *Secundo ad hoc*. B.5.

Disponere.

Disponere se Deum, & determinate possibile est vt cooperetur ad aliquod signum, ab eo institutum ad causandum effectum signatum, nisi impediat indispositio eius, cui adhiberetur. 4. D.1. Q.2 §. *De secundo*. ✠. *Primum non*. D.4.

Disponat quòd non se aliquis ad gratiam, ponamus: *vel sic*, Ponamus quòd non disponat se aliquis ad gratiam, si tunc stat in culpa, non potest se seruare à culpa (si non potest caueri ab omni peccato sine gratia, vt volunt aliqui) ergo pro tunc est sibi impossibile seruare se à culpa, quod est falsum, quia omnis culpa est voluntaria; Si autem pro tunc potest se seruare à culpa, quod saltem videtur manifestum quantum ad genus operis præcepti; ergo hoc sufficit ad excusandum eum à peccato mortali. 2. D.28. Q. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ✠. *Per idem*. n.4.

Disponi, vel esse summè dispositam potentiam, vel passum, sine habitu, potest concedi per abnegationem contrarij: *vel sic*, Potest concedi passum, sine habitu, vt potentia, scilicet, intellectus, & voluntas habitualis, per abnegationem contrarij est dispositum, sed non per rationem dispositionis conuenientis: Exemplum de ligno sicco, & neutro: lignum quidem neutrum esset summè dispositum ad calorem priuatiuè, scilicet per carentiam cuiuscunque dispositionis oppositæ, non autem summè dispositum positiuè per positionem dispositionis conuenientis, qualis est siccitas: & si ista conuenientia esset cum sensu, lignum siccum delectabiliter calefieret; non sic lignum neutrum, quia non sic sibi conuenit forma recepta. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Qui vult tenere quartum*. ✠. *Respondeo quod per*. X.11.

Dispositio.

Dispositio subiecti, propter quam, ab aliquibus, ponitur magis, & minus in forma qualitatis, si est eadem dispositio, idest, secundum rationem vnius dispositionis ad magis, & minus, & ista est forma sequitur, quòd in aliqua forma est magis, & minus. 1. D.17. Q.3. *aliàs*. 5. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Præterea contra illos*. Vu.4.

Dispositio ad magis, & minus &c. si est ad aliquam formam, non secundum rationem vnius dispositionis ad magis, & minus, sicut volunt aliqui dicere quòd in aere humiditas est dispositio ad minorem caliditatem, & siccitas in igne est dispositio ad maiorem caliditatem: hoc non potest esse, quia vna species secundum se totam videtur habere in susceptiuo rationem vnius dispositionis, sicut subiectum receptiuum speciei est vnius rationis, & vnius dispositionis. *ibidem*. ✠. *Contra hoc*. 5.

Dispositiones, quibus ab aliquibus tribuitur maioritas, & minoritas; seu intensio, & remissio qualitatis, si præcedant [in subiecto] ad magis, & minus [in qualitate] tunc non erit motus vnus ab intenso ad remissum, nec è contra; Nihil enim mouetur ad remissum, nisi quatenus habet dispositionem istam, conuenientem receptioni eius; intensum autem non habet dispositionem istam conuenientem remisso; ergo oportet ad hoc, quod possit moueri ad remissum, quòd moueatur ad dispositionem, conuenientem gradui remisso: & ita etiam oportet, ad hoc, vt ex remisso fiat intensum, quòd prius fiat motus à dispositione, quæ est à remisso, ad dispositionem, quæ est ad intensum; ergo oportet, ad hoc, quòd possit moueri ad remissum, quòd moueatur ad dispositionem, conuenientem gradui remisso. *ibidem*. ✠. *Præterea si præcedat*. Vu.5.

Dispositio materiæ non est perfectior, neque æquè perfecta cum forma actiua Agentis. 1. D.27. Q.3. §. *Contra etiam*. ✠. *Præterea, aliqui*. B.6.

Dispositio quædam in fieri tantùm, non in facto esse remanens est requisita ad beatitudinem supernaturalem, cuiusmodi est actus meritorius respectu beatitudinis simpliciter; ideo non simul insunt Angelo: in naturali autem beatitudine non est huiusmodi dispositio requisita. 2. D.5. Q.2. *Ad secundum principale*. ✠. *Ad auctoritatem*. Q.17.

Dispositio naturalis si est, quòd, operando hoc post hoc, acquiratur beatitudo naturalis; multò magis requiritur in gratia, quæ est dispositio respectu beatitudinis supernaturalis, operatio huius post hoc, in acquirendo beatitudinem supernaturalem. *ibidem*. ✠. *Vel esto*. Q.18.

Dispositio fortè excellentiæ existentiæ tactus est secundum proportionem bonæ dispositionis corporis 2. De anima Tex.94. 3. D.15. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. H.18.

Dispositio nulla, inducta ab Agente naturali in materiam, est dispositio necessitans simpliciter ad animæ intellectiuæ infusionem: Sed quæcunque sit illa, cum se teneat ex parte materiæ in ratione receptiui, & in potentia ad formam, est in potentia contradictionis ad ipsam animam intellectiuam; aliter dispositio aliqua inducta, in materiam, necessitaret Deum ad causandum animam, & informandum corpus, quod falsum est, licet Philosophus haberet hoc dicere, quia ipse posuit Deum naturaliter agere, ex necessitate naturæ, omne, quod agit. 3. D. 16. Q.2. §. *Ad secundam quæstionem*. ✠. *Respondeo nulla*. G.13.

Dispositio perfecta agendi circa vnam materiam virtutis iuuat hominem ad rectè se habendum circa aliam. 3. Dist.36. Quæst. *Vnica*. §. *Per hoc*. ✠. *Per idem ad glossam*. D.10.

Dispositio aliqua bona voluntatis requiritur in adultis baptizatis ad primam gratiam, quam ipsis meruit Christus, recipiendam. 3. D.19. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✠. *Sed quid*. C.8.

Dispositio aliqua simpliciter necessitans licet non possit esse in subiecto, respectu formæ, quæ creatur: tamen potest esse dispositio necessitans secundum quid: & hoc est ex dispositione Diuina; & sic potest exponi Magister; quòd Deus posset dare talem potestatem Ministro, vt ipse aliquam dispositionem causaret in anima, quæ esset necessitans ad gratiam hoc modo; quòd Deus disposuisset, vniuersaliter, sic disposito dare gratiam. 4. D.1. Q.1. §. *Ideo dici potest*. ✠. *Intelligendum*. Ll.31.

Dispositio proxima ad gratiam (qualem ponit opinans Sacramentum nec etiam instrumentaliter ad gratiam, sed tantùm dispositiuè agere, quæ, secundum eum, in quibusdam est character, in quibusdam est aliquis ornatus animæ, proportionatus characteri) est terminus creationis, quia est simpliciter forma supernaturalis: & non educibilis de potentia naturali subiecti recipientis; æquè etiam subiectum est in potentia obedientiali ad quamcunque talem formam: item ista dispositio respectu gratiæ, cum, secundum ipsum, sit necessitans respectu gratiæ, quando non est impedimentum in suscipiente, sequitur quòd simul fiant in anima non indisposita ista dispositio, & gratia; ista ergo dispositio fit in instanti, sicut & gratia. 4. D.1. Q.5 §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Item ista*. n.4. *immediatè ante*. A.

Dispositionem præuiam ad terminum principalem fieri in Sacramentis omnino videtur superfluum: nec huius pluralitatis videtur aliqua necessitas, vt patet in Eucharistia; quia purissima fictio videtur esse ponere ibi aliquam dispositionem præcedentem, vel inter species panis, quæ sunt Sacramentum, & inter existentiam corporis Christi, quæ est res signata: in alijs etiam Sacramentis hoc probatur: nam in illis, quæ non imprimunt characterem, nulla

Dispositio.

necessitas videtur ponendi illam dispositionem, quæ dicitur ab illis ornatus; imo videtur hoc esse contra communem doctrinam Theologorum; In quibuscunque enim Sacramentis imprimitur dispositio ad effectum principalem, si, propter obicem in suscipiente non causatur tunc effectus principalis, cessante obice, sufficit dispositio ad illum effectum principalem: Apparet in Sacramentis imprimentibus characterem, quæ propter hoc non sunt iterabilia; sed in fictè pœnitentibus, cessante fictione, nihil est, quod sufficiat ad effectum veræ pœnitentiæ, alioquin non oporteret talem fictè confessum de eisdem peccatis aliàs confiteri; ergo in tali Sacramento nulla imprimitur dispositio, quasi necessitans ad effectum Sacramenti. *ibidem*. ✠. *Quartò arguitur*. A.7.

Dispositio omnis, necessitans ad formam, quæ non est ratio receptiui, potest dici quodammodo causa actiua, siue causa instrumentalis respectu formæ. *ibidem*. §. *Ad primam ergo quæstionem*. ✠. *Qualiter autem*. D.12.

Dispositio, & forma sufficit quòd sint in eodem supposito, & maxime quando dispositio est dispositio ex parte rei, sed in ordine ad Agens, voluntariè causans terminum. *ibidem*. E.13.

Dispositione inducta, congruum est adhuc induci formam principalem. 4. D.2. Qu.2. ʃ. *Respondeo*. ✠. *Alio modo*. A.2.

Dispositiones oppositæ requiruntur in organo sensus, quod debet esse receptiuum sensibilis sine materia, & in eo, quod debet recipere obiectum secundum esse materiale. 2. D.3. Q.8. *Ad tertium principale*. L.16.

Dispositio debet præcedere illud, ad quod est; & via (præcedit) terminum. 2. D.5. Qu.1. ʃ. *Ideo tenetur*. ✠. *Ad hoc*. B.3.

Dispositio ad formam merè supernaturalem non videtur quod possit causari ab Angelo; quia licet ad formam immediate producibilem à Deo, tamen cooperante communi concursu naturæ, possit aliqua causa naturalis disponere, sicut de corpore organico respectu animæ intellectiuæ: ad formam tamen omninò supernaturalem, idest, non cooperante communi concursu naturæ, quòd dispositionem immediatam Agens naturale possit producere, videtur inconueniens. 2.D.9.Q.2.§. *Contra, quartum*. n.14.

Dispositio aliqua potest dici, quòd sit in appetitu sensitiuo, siue phantasia, secundum quam mouet, cessante actu voluntatis, imperantis eis. 4.D.6. Qu.6. ʃ. *Distinguitur*, ✠. *Potest ergo dici*. D.4.

Dispositionem aliquam congruum est poni ad formam perfectam. 4. D.6. Q.9. ʃ. *Ad quæstionem*. ✠. *Prima talis*. I.15.

Dispositio præcedit naturaliter formam, ad quam est. *ibidem*. ʃ. *Ad quæstionem*. ✠. *Sed tamen*. K.16.

Dispositio ad formam nunquam est in posteriori susceptiuo formæ: patet discurrendo per singulas formas, & dispositiones earum. 4.D.6.Q.11 §. *Hic est opinio*. ✠ *Contra, quia dispositio*. O.2.

Dispositio ad formam est in eodem susceptiuo, cum forma, *ibidem*. §. *Dico ergo*. B.4.

Dispositio nulla videtur simpliciter necessariò requisita, vel non requisita propter vsum rationis, vel non vsum. *ibidem*. ✠. *Particulæ*, D.5.

Dispositionibus in homine corruptis in gradu illo, in quo necessariò requiruntur ad formam intellectiuam, non manet intellectiua; & tamen alia forma disponens ad eam, scilicet, forma mixtionis potest manere, quia non sunt corruptæ secundum gradum necessarium ad illam formam. 4. D.11. Q.3. ʃ. *Ad rationes*, ✠. *Respondeo, aliquæ*. Hh.55.

Dispositio præuia ad peccati deletionem est semper sine gratia, & charitate, à cuius solus inhærentia, & inclinatione ad actum, dicitur actus formatus. 4. D.14. Q.2. §. *De secundo*, ✠. *De tertio*. M.13.

Dispositionem ita Deus requirit de congruo ad hoc, vt peccatori conferat gratiam per Sacramentum, & hoc non quòd alliget potentiam suam Sacramentis; quòd tamen sine dispositione illa præuia, & congrua, quæ sufficeret, conferat per Sacramentum gratiam: & hoc est maioris misericordiæ, scilicet duplicem viam instituere, per quam iustificetur peccator, quàm ipsum ad vnam viam arctare; Sicut ergo adultus primam gratiam, delentem originale potest habere duplici via, vel ex bono motu: dispo nente ad illam de congruo, vel ex susceptione baptismi, ita in proposito. 4.D.14.Q.4. *Quantum ad tertium*. ✠. *Dicitur ergo*. D.6.

Dispositio, necessitas ad formam animæ intellectiuæ in susceptiuo non est in rerum natura: *vel sic*, In tota natura nihil est in susceptiuo, quod sit dispositio, necessitans ad formam, quia cum qualibet tali stat potentia contradictionis, cum ista necessariò comitetur susceptiuum, talis enim repugnat necessitati; Sed illud verbum vsitatum de dispositione, quæ est necessitans, scilicet, quod in natura est dispositio necessitans ad animationem, debet sic intelligi; quòd dispositio non sit ratio necessitatis, sed quod, ipsa posita, Agens necessariò inducat formam, ad quam est dispositio; vel necessitate simpliciter, sicut quando est mere naturale; vel necessitate secundum quid, vt quando Agens est voluntarium, & disposuit sic agere; & hoc vltimo modo forma Corporeitatis est dispositio, necessitans ad animam, non quòd ex ista, vel virtute eius sequatur animatio, sed quod ipsa posita; Agens, necessitate conditionata suæ dispositionis, inducit formam, ad quam est. 4. D.43. Quæst.3. §. *De tertio*. ✠. *Ad illud*. P.22.

Dispositio præuia si non requiritur ad esse beatum, sicut lumen gloriæ, tunc Agenti (scilicet Deo), vt Agens est, non repugnat plus modò dare beatitudinem, quàm in alia vita: si dispositio requiritur, potest illam dispositionem primò dare, &, illa data, beatitudinem conferre, sicut post mortem; nulla enim est impossibilitas simpliciter, sed solùm quia caret illa dispositione modò; Sic ergo non est impossibilitas ex parte Agentis. 4.D.49.Q.12. §. *Respondeo*. ✠. *Primò ex parte*, A.3.

Dissentire.

Dissentiens simpliciter susceptioni Baptismi, omninò non recipit Sacramentum, & ideo, cessante dissensu, esset simpliciter baptizandus iste: qui verò simpliciter consensit, licet secundùm quid dissentiat, est baptizatus, & cessante dissensu illo secundum quid, non est iterum baptizandus. 4.D.4 Qu.4. §. *Hic distinguo*. ✠. *De tertio*. E.4.

Dissimilis.

Dissimilia maximè possunt esse talia, inter quæ requiritur sola proportionalitas, vt patet in materia, & forma; similiter in actiuo, & passiuo. 4. Distinct. 49. Quæst. 11. ʃ. *Respondeo dicitur*, ✠. *Præterea, si hoc*. B.4.

Distans.

Distans ab aliquo est aliud ab eo, quia nihil distat à se ipso: dico quod accipiendo distantiam pro distantia locali, ista propositio est falsa: Et cum probatur per hoc, quòd distantia includit discontinuitatem; & vnitas quantitatis continuæ est continuitas; Dico quòd aliquid non est idem sibi, quia continuum sibi; sed veriori vnitate, quia continuitas est vnitas partis ad partem in toto, sed vnitas ad se ipsum est vera identitas: Dico ergo quòd & si totum, vt distans, non continuetur sibi ipsi, vt distans, tamen in vtroque termino distantiæ est verè idem, habens eamdem continuationem partium in toto: Et cum dicitur quòd vnitas totius continui est continuitas eius, verum est, vnitas, vt est ex partibus, sed identitas eius ad se ipsum non est continuitas eiusdem totius ad se ipsum, eo modo, quo pars est continua parti. 4. D.10. Qu.3. *Ad quartum principale*. D.7.

Distantia.

Distantia media nulla quando est inter extrema, sed ipsa dicuntur præcisè distare ratione extremorum inter se, tanta est distantia, quantum est maius extremum. 1.D.2.

Distantia.

1. D. 2. Quæst. 2. §. *Ostensis igitur* . ✝. *Sed quicquid sit* . Y. Z. 29.

Distantia inter Deum, & creaturam, etiam supremam possibilem, si daretur, est tanta, quantum est illud extremum, scilicet Deum, quod est perfectius; illud est infinitum; ergo. *ibidem*.

Distantia, quando extrema sunt immediata, tanta præcisè est eorum, quantùm est extremum alterum maius. 4. D. 1. Q. 2. ∫ *Ratio secunda*. F. 11.

Distantia Dei à creatura, etiam suprema possibili fore, tanta est, quantus est Deus; & ideo si poneretur suprema creatura possibilis, ac hunc Deus distaret ab illa in infinitum, quia est infinitus. *ibidem*.

Distantia in quantitatibus est propter aliquod medium interiacens, & ideo secundum quantitatem spacij interiacentis est distantia illa quanta; ergo per oppositum, vbi non est medium interiacens, distantia non erit quanta, nisi secundum quantitatem alterius extremi. *ibidem*.

Distantia entis creabilis à nihilo nihil aliud est, nisi excessus vnius super alterum: Quando autem excedens est immediatum excesso, quantitas excessus erit secundùm quantitatem excedentis; supposita ergo maiori, sequitur quòd cum affirmatio aliqua entis creabilis sit finita, quòd ista distantia huius affirmationis ad negationem sit finita; Patet etiam, quod ista distantia sit immediata, quia per Philos. 1. Poster. Tex. 5. contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se. *ibidem*. ✝. *Hoc etiam patet*.

Distantia nihil ab aliquo non est, nisi deficiendo: vel sic, *nihil* non distat *ab aliquo*, nisi deficiendo; Non plus autem deficit *nihil* ab ente, quàm ens illud ponat: Hoc etiam patet, quia comparando nihil ad nihil, nulla est distantia; Sic ergo ista propositio inter terminos creationis *à quo*, & *ad quem*, putà *nihil*, & ens; est distantia infinita, est falsa, intelligendo distantiam infinitam positiuè, hoc est, in infinitum excedentem omnem finitam distantiam: Et sic oportet intelligere distantiam in ista: *super distantiam infinitam non potest, nisi virtus infinita*, ad hoc vt ipsa sit vera, non enim potest aliter concludi infinitas Virtutis Agentis, quæ potest super illam distantiam. *ibidem*. ✝. *Quod si fingas*.

Distantia nulla est ita parua, quin sufficiat ad contradictionem; quantumcunque enim modicum aliquid recedat ab vno contradictoriorum, statim est sub altero: nec est distantia aliqua tàm magna, etiamsi possit esse in infinitum maior maxima, quin ad illam, & eius extrema se extendat contradictio. *ibidem*. ✝. *Respondeo simpliciter*. G. 12.

Distantia nulla contingit intelligi maiorem distantia, quæ est inter nihil, & ens; Dico quòd falsum est positiuè, verum est autem permissiuè: hoc est dictu, quòd aliqua distantia ponit maiorem remotionem, quam ista, & vna contradictio, quam alia; Sed ista permittit quamcunque maximam, quia in maxima saluatur: Exemplum, plus perfectionis ponit Asinus intensiuè, quàm animal, tamen animal plus permittit, siue saluari potest in aliquo perfectiori, quàm sit Asinus, quia in homine; & quod sic est maximum, scilicet permissiuè, non est formaliter maximum. *ibidem*.

Distantia nullius potentiæ ad actum concedo quod non habet propòrtionem aliquam ad illam, quæ est alicuius potentiæ ad actum: Sed hoc est, quia vna est distantia positiua inter extrema positiua existens; alia autem non est positiua, quia eius alterum extremum est nihil: positiui autem ad non positiuum nulla est proportio, sicut nec entis ad nihil. *ibidem*. ✝. *Ad rationem*. H. 13.

Distantia materiæ ad *nihil*, sequens annihilationem eius; & ad *nihil*, præcedens creationem eius est, eadem; ergo eadem potentia potest super hanc distantiam, & illam; quæ ergo potest creare, potest & annihilatum reparare. 4. D. 12. Q. 6. §. *Est alia opinio*. ✝. *Modus etiam*. n. 6.

Distantia immoderata obiecti impedit intellectionem obiecti intuitiuam; quia secundum Aug. De cura pro mortuis agenda, animæ illæ nesciunt quæ hic aguntur, nisi ab Angelis discant, vel ab alijs animabus, de nouo ad eas venientibus, quia illæ, quæ hic nouerunt, possunt illis dicere. 4. D. 45. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Post istam*. D. 13.

Distantiam determinatam requiri ad actionem, etiam substantiæ separatæ, Philosophus videtur ponere, vnde in 8. Phys. Tex. 84. videtur ponere quòd intelligentia, mouens orbem sit in aliqua parte illius orbis, à qua incipit motus, quasi ad actionem mouendi non nihil faceret præsentia localis, saltem definitiua mouentis. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ✝. *Sed contra*. G. 16.

Distantiam aliquam possibile est esse inter aliqua quasi secundum tempus, licet non sit inter illa tempus positiuum intermedium, hoc est positiua mensura motus, sed sufficit quòd sit tempus potentiale, vel priuatiuè acceptum, vt sic distantia inter illa quasi temporalis, secundùm quam hoc dicitur esse posterius, vel prius illo; ergo à simili de loco, & distantia locali, scilicet positiua, & priuatiua. *Quodl.* Q. 11. §. *De secundo*. ✝. *Contra ista*. F. 10.

Distantia potest dici quod formaliter importat respectum inter extrema: respectus autem est in vno extremo, & ad aliud, sicut ad terminum; hic autem, idest, in superficie vacua, apta ad locandum, & continendum corpus, est dare vtrumque terminum positiuum, licet non sit medium positiuum: & si ex solo primo istorum diceretur habitudo positiua, posset dici quòd hic esset habitudo positiua; sed si vltra hoc requiratur quòd medium sit positiuum, tunc saltem saluatur propositum, quia hic est distantia priuatiua, & positiua potentialis, sed non actualis. *ibidem*. ✝. *Potest dici*. G. ante 11.

Distantiam accipiendo (hic loquitur de distantia inter latera superficiei, circumscriptiuè continentis duo corpora) pro illa habitudine, quæ est in vno distante ad alterum, vt ad terminum, non est nisi vna distantia inter eadem extrema, siue sint plura media, siue vnicum: nec illa est vera, hoc modo loquendo de distantia, quòd vbi est aliud per se medium, ibi est alia per se distantia, nisi intelligatur aliud per se medium, hoc est aliud per se requisitum tanquam medium distantiæ; sed in proposito non requiritur illud, tanquam aliud: Si autem distantia acciperetur alio modo, pro dimensione media inter extrema, quæ distant, concedendum esset, sic loquendo, quòd inter latera continentis duo corpora est duplex distantia. *ibidem*. ∫. *De quarto*. ✝. *Ad confirmationem*. N. 16.

Distinctio.

Distinctio, præcedens rationem primi distinctiui, non est per tale distinctiuum 1. D. 8. Q. 4. §. *Ista tamen positio*. ✝. *Præterea contra conclusionem*. O. 16.

Distinctio omnis reducitur ad aliqua primò diuersa, quæ essent distincta, si, per impossibile, essent ab omnibus alijs separata. 1. D. 13. Q. *Vnica*. ∫. *Alio modo*. ✝. *Item omnis*. A. 3.

Distinctionis prima ratio est aliqua ratio prius distinctorum. *ibidem*. §. *Aliter ponitur*. ✝. *Præterea non esset*. A. 4.

Distinctione in quacunque illud est ratio distinguendi hoc, quod est ratio principalis essendi in illo *esse*. 1. D. 31. Quæst. *Vnica*. *Ad secundum principale*. L. 11.

Distinctio in posteriori sequitur ad distinctionem in priori, & non è contra. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Ista opinio*. ✝. *Patet per simile*. B. 8.

Distinctio prioris naturaliter concludit distinctionem posterioris. 3. D. 8. Q. *Vnica*. §. *Contra istam*. ✝. *Præterea, distinctio*. B. 9.

Distinctio, vel determinatio fit actu actuante, & distinguente, qualis est forma. 2. D. 12. Q. 1. *Ad primum principale*. H. 18.

Distinctio in posteriori non arguit distinctionem in priori; quia maior vnitas semper debet esse in priori, quàm in posteriori. 2. D. 24. Quæst. *Vnica*. §. *Est igitur*. ✝. *Tertio*. C. 4.

Distinctio aliquorum, quorum vnum propriè inest alteri, non concluditur, nisi vel ex separatione actuali; vel potentiali; vel nisi sint talia, quæ sic se habent ad inuicem, sicut aliqua alia, quorum vnum est separabile ab alio. 2. D. 2. Q. 2. §. *Contra istud*. ✝. *Confirmatur*. A. 3.

Distinctione tanta intensiuè distinguuntur duæ vnitates

Distinctio.

tates in binario, quaota tres in ternario. *Quodl.* Q.2. §. *Ad primum.* ℣. *Ad tertium.* S.30.

Distinctio, quæ alicui est secunda, potest in alio esse prima. 2. D.2. Q.1. §. *Ad argumenta contra.* ℣. *Respondeo*, B.15.

Distinctio, vel conuenientia conuenit constituto per rationem formalem constitutiuam, non autem includitur in ipsa ratione constitutiua. *Quodl.* Q.4. §. *Contra illud*, ℣. *Præterea, generaliter.* L.20.

Distinctio prima entis.

Distinctio prima entis non est per naturam suam, in quantum est principium talis operationis, sed per naturam suam, vt hæc natura, licet per identitatem ipsa sit principium talis actus secundi. 2. D.1. Q.6. §. *Dico tunc*, B.4.

Distinctio realis.

Distinctio nulla realis præexigit necessariò distinctionem, quæ tantùm est rationis; sicut nec aliquid, quod est purè reale, præexigit aliud, quod est merè ens rationis. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam opinionem*, ℣. *Primo.* F.10. & D.13. Q. *Vnica.* §. *Aliter ponitur, quòd distinguuntur.* ℣. *Contra istud*, C.7.

Distinctio nulla realis, in effectu, generaliter dependet à relatione rationis in causa. 4. D 46. Q.3. *Ad secundum principale.* ℣. *Sed contra.* B.3.

Distinctio rei, & rei similis est, sicut realitatis, & realitatis, vel formalitatis, & formalitatis. *ibidem. Ad primum principale.*

Distinctionem realem habentia si essent separata realiter, illam distinctionem haberent secundum rationem, vbi non sunt distincta realiter. 2. D.16. Q. *Vnica*, §. *Ideo dico*, ℣. *Præterea, accipio.* K.18.

Distinctio in re, & in intellectu.

Distinctio rerum in re est manifesta, & hæc duplex, suppositorum scilicet, & naturarum: in intellectu manifesta est differentia duplex, modorum scilicet concipiendi, & obiectorum formalium. 1. D 2. Q.7. §. *Sed hic restat.* ℣. *Dico, quòd tàm.* G g.43.

Distinctio maior, & minor.

Distinctionem minorem intelligendo extensiuè, hoc modo vera est ista, *vnitati est immediatior distinctio minor, quam maior*, quia vnitati immediatior est binarius, quàm quaternarius, vel ternarius; & tamen binarius non est minor pluralitas intensiuè, quàm ternarius, quia intensiuè tanta distinctione distinguuntur duæ vnitates in binario, quaota tres in ternario: extensiuè verò est, quia ab vnitate procedunt pluralitates ordinatè, ita quod semper minor numerus extensiuè, siue numeraliter, est propinquior vnitati, quæ est principium. *Quodl.* Q. 2. §. *Ad primum.* ℣. *Ad tertium*, S.30.

Distinctio potest intelligi maior, vel minor intensiuè, vel extensiuè, intelligendo sic intensiuè quantùm ad minorem rationem distinctionis, sicut minùs distinguitur medium ab extremo, quàm contrarium à contrario: minùs extensiuè, siuè minor distinctio, siue minor pluralitas est, quæ est maior paucitas, sicut ternarius est minor pluralitas quaternario. *Quodl.* Q.2. §. *Ad primum.* ℣. *Ad tertium.* S.30.

Distinctio maior, vel minor, intensiuè sumpta, potest intelligi dupliciter; quia aut intelligitur per se, quantum ad formalem rationem distinctionis extremorum: aut per accidens, quantum scilicet ad maiorem, vel minorem entitatem, & incompossibilitatem eorum, quæ distinguuntur: Exemplum, Sortes, & Plato magis distinguuntur, quantùm ad realitatem, & incompossibilitatem extremorum, quàm istæ duæ intensiones, genus, & species; quia istæ duæ possunt concurrere in eodem, vt in colore: & minor est entitas istorum extremorum, *genus*, & *species*, quàm istorum, Sortis, & Platonis. *ibidem.* ℣. *Si tamen.* T 31.

Distinctio minor est immediatior vnitati, quàm maior: ista propositio, si intelligatur de minori distinctione mate-

Distinctio maior, & minor.

rialiter, fortè posset alicubi habere veritatem, quia alicui vni primo immediatior est distinctio rationis, quàm rei; & minor est distinctio rationis, quantùm ad entitatem extremorum, & incompossibilitatem distinctorum, quàm distinctio realis; Loquendo autem de ista maioritate intensiuè, & per se, quantum ad formalem rationem distinctionis, illa propositio est simpliciter falsa; quia oportet quod vni primo, à quo procedit aliqua distinctio, siue sic rei, siue rationis, immediatissima sit aliqua distinctio alterius rationis, quia aliqua finita, & quia illa, quæ est alterius rationis, est primo finita: & hoc patet, quia, secundum communem, opinionem; vbi vnitatem realem sequitur immediatè distinctio rationis, ibi ista, ratione distincta, habent distinctionem alterius rationis, non eiusdem, & illa est maior secundum formalem rationem distinctionis, licet sit minor duplici modo, & maioris paucitatis; & minoris realitatis, & incompossibilitatis in extremis. *ibidem.*

Distinctio rationis.

Distinctio, seu differentia rationis in causa non est propria ratio distinctionis realis in effectu. 1. D.13. Q. *Vnica.* §. *Aliter ponitur, quòd distinguantur.* ℣. *Contra istud arguitur*, D.7.

Distinctio rationis, vt est ratio intelligendi A. & B. sufficiens est ad distinctionem realem ipsius A, & B, si vera est opinio dicens: Ad distinctionem realem in principiatis sufficere distinctionem rationis in principijs. 1. D.35. Q. *Vnica*, §. *Contra opinionem primam*, ℣. *Præterea secundum aliquos.* D.7

Distinctionem ad rationis, *siue* Ad distinctionem rationis obiectorum, distinctè cognitorum in Deo, non oportet quòd intellectus habeat illa sicut distincta, sed sufficit quòd in primo obiecto concipiat aliquid. 1. D.1. Q.2. §. *Per hoc*, ℣. *Et cum probatur*, E.8.

Distinctio mera rationis vbi est: *vel* Vbi est mera distinctio rationis, non requiritur respectus ad aliquid ad extra, sicut est in definitione, & definito. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam positionem.* ℣. *Contra rationem.* E.8.

Distinctio specifica.

Distinctio specifica rei à re non est per solum respectum rationis, vel non realem. *Quodl.* Q.17. §. *De tertio.* ℣. *Si istius.* F.6.

Distinctio essentialis.

Distinctio essentialis non est ab eo, quod non est causa. 1. D. 3. Q.7. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Quæ ratio.* K.20.

Distinctio distinctorum, & distinguentium.

Distinctio per distinctiua, vel distinguentia potest esse distinctorum, & aliqua alia, quàm distinctiuorum, vel distinguentium, & minor; sicut per differentias indiuiduales est aliqua distinctio ipsorum indiuiduorum alia, quàm ipsarum differentiarum; quia differentiæ sunt primò diuersæ, sed distincta non sunt primò diuersa, sed tantum sunt distincta numero in eadem specie. 1. D.7. Q. *Vnica.* §. *Ad argumenta igitur.* ℣. *Ad secundum.* R.15.

Distinctio, idest, repugnantia [accipitur hic distinctio pro repugnantia, vel incompossibilitate] distinguentium quanta est, tanta est & constitutorum, quia si albedo, & nigredo sunt incompossibilia; & constituta per ea sunt incompossibilia, *ibidem.* ℣. *Et propter probationem.* Q.13.

Distinctionem maiorem accipiendo sic, quòd illa dicuntur magis distingui, quæ minus conueniunt, vel propter eorum minorem conuenientiam in aliquo genere: hoc, inquam, modo accipiendo maiorem distinctionem inter aliqua, nunquam distinguentia conueniunt tantùm, quantùm conueniunt quæ per illa distinguuntur; sicut patet per omnia distinguentia discurrendo; differentiæ enim specificæ non includunt genus, in quo conueniunt; species autem, distinctæ per eas, includunt genus, in quo conueniunt: & ratio est, quia distinguentia aliquid præsupponunt in ipsis distinctis, quòd ipsa distinguentia non includunt in suo intellectu, distincta tamen per ea inclu-

Distinctio distinctorum, & distinguentium.

includnnt illud, ideo distincta conueniont in illo, distinguentia autem ea non conueniunt in illo. *ibidem.*

Distinctio maior, idest, maior non conoenientia, hoc est, in paucioribus conuenientia potest esse principiorum, quàm principiatorum; sicut differentiæ specificæ, quæ sunt principia specierum, non conueniunt in genere, in quo conueniunt ipsæ species; & ita etiam est in differentijs indiuidualibus, & indiuiduis, respectu naturæ specificæ. *ibidem.* ✝. *Et per hoc patet.* 14.

Distinctio in intellectu.

Distinctio vna in intellectu est penes diuersum modum concipiendi idem obiectum formale, & hoc siuè conciptendo grammaticè, vt *homo*, & *hominis*: siuè logicè, vt *homo*, & *humanitas*: alia maior distinctio est in intellectu, concipiendo duobus actibus duo obiecta formalia, & hoc siue illis correspondeant diuersæ res, vt intelligendo hominem, & asinum; siue vna res extra, vt intelligendo colorem, & disgregatiuum. 1. D. 2. Q. 7. *§. Sed hic restat.* ✝. *Secundo arguitur.* F f. 42.

Distinctio indiuidualis, seu numeralis.

Distinctio vltima, in coordinatione prædicamentali, est distinctio indiuidualis, & illa est per vltimum actum, per se, pertinentem ad coordinationē prædicamentalē; sed ad hanc coordinationem prædicamentalem non, per se, pertinet existentia actualis. 2. D. 3. Q. 3. *§. Contra istud.* ✝. *Per hoc.* B. 3.

Distinctionem omnem numeralem concomitatur distinctio accidentium, & propterea vbi nulla potest esse accidentium varietas, ibi nulla potest esse distinctio numeralis; Ex quo patet, quòd cum non possit in Diuinis esse accidens aliquod, nec accidentium varietas, ibi non potest esse distinctio numeralis, vel differentia materialis, non sicut à causa præcisa negata ad negationem nullius, cuius est causa, sed tanquam à necessario concomitante negato, ad negationem illius, quod necessariò concomitatur. 2. D. 3. Qu. 4. *Ad primum principale.* ✝. *Dico, quòd omnem.* O. 18.

Distinctio quæcunque formarum est sicut distinctio numeri; falsum est, nisi sit earum secundum *esse* formale, quod pertinet ad quidditatem per se. 2. D. 3. Qu. 7. *Ad secundum principale.* ✝. *Quando ergo.* E. 8.

Distinctio singularitatis a personalitate.

Distinctionem singularitatis naturæ creatæ à personalitate creata non ostendit ista ratio, quòd scilicet singularitas præcedit naturaliter personalitatem; quia si ipsa valeret, probaret quòd Deus posset facere naturam simul manere, & non singularem: vel si singularem primò hac singularitate, posset eam etiam manentem postea facere singularem alia singularitate; Præcedit enim naturaliter natura, vt natura, se ipsam vt singularem. 3. D. 1. Q. 1. §. *Tertius articulus.* ✝. *Primo.* & ✝. *Istæ rationes.* C. 5.

Distinctio causarum.

Distinctio causarum tantùm efficientium, sicut creantis, & naturaliter generantium hominem, ita quod sit vnus homo creatus, & alius genitus naturaliter, non distinguit cognitionem formaliter, secundum Aug. ad Deo gratias, & Ambrosium De Incarnatione. *Disparitas ortus non facit distinctionem naturæ*, vt patet de Adam, & nobis. 3. D. 14. Qu. 3. *§. Contra conclusionem.* ✝. *Contra, illa.* n. 2.

Distinctio effectuum.

Distinctio realis effectuum essentialiter dependet à distinctione in causa; ergo [si effectus realiter distinguuntur, distinctio in causa] non est solius rationis. 4. D. 46. Quæst. 3. *Ad primum principale.* ✝. *Sed contra.* B. 3.

Distinctio productionum.

Distinctionem non oportet esse tantam, vel incompossibilitatem productionum actiuarum, quanta est productionum passiuarum; quia impossibile est idem duabus productionibus oppositis produci, & accipere esse; non est autem incompossibile idem duabus productionibus actiua communicare esse distinctis Personis. 1. D. 11. Q. 2. Ad secundum pro secunda opinione. D. 1 t.

Distinctio gignentis a genito.

Distinctio & gignentis à genito: *vel sic*, Tam distinctio gignentis à genito; quàm assimilatio geniti cum generante, quæ duo requiruntur ad generationem vniuocam, possunt haberi sine ideis, vnde ideæ non sunt necessariæ ad generationem. 2. D. 3. Quæst. 6. §. *Ad quæstionem quintam.* ✝. *Ad illud Aristotelis.* R. 22.

Distinctio paruuli a matre in vtero.

Distinctio personalis (quali paruulus in vtero distinguitur à matre; quia licet in vtero matris sit coniunctus matri localiter, tamen est distinctus ab ea personaliter, quia habet aliud corpus, & aliam animam) sufficit ad distinctionem secundum peccatum, & iustitiam, & non iustitiam; nam peccatum, & iustitia insunt isti personæ secundùm quòd homo, non quia in tali, vel tali loco; ergo; non obstante tali coniunctione locali, propter distinctionem personalem; potest paruulus esse iustus, licet Mater qualitercunque habeat se ad iustitiam. 4. D. 4. Quæst. 3. *§. Dicitur.* ✝. *Item, licet.* n. 2.

Distinctio habituum.

Distinctio habituum, in quantum sunt formæ, & non inquantùm sunt habitus, ita quòd in quantum habitus habeant distinctionem ab obiecto, & ita licet si sint de eodem obiecto, non distinguantur in quantum habitus; in quantum forma tamen possunt distingui à principio actiuo: hæc, inquam, distinctio habituum non valet, quia forma est communior habitu, quia omnis habitus est forma, & non è conuerso; Impossibile est autem aliqua esse distincta in ratione superioris, & non esse distincta in ratione inferioris; ergo impossibile est aliqua esse distincta in ratione formæ; & non esse distincta in ratione habituum: hoc enim esset, ac si essent distincta in ratione animalis, & indistincta in ratione hominis. Prolog. Q. 1. *§. Ad secundum dicitur.* ✝. *Contra istud.* R. 28.

Distinctio obiectorum.

Distinctio formalis obiectorum, cum obiectum sit causa proxima respectu notitiæ, & vniuoca, & causent notitias obiecta, in quantum ipsa sunt distincta; sequitur quòd necessariò concludat distinctionem formalem notitiarum. *Prolog.* Q. 4. §. *Contra istud.* ✝. *Ad secundum.* Ff. 45. in fine.

Distinctio formalis sicut non requiritur in obiectis, vt potentiæ sint operatiuæ, ita nec in potentijs, vt sint productiuæ. 1. D. 13. Q. *Vnica. Ad secundum principale.* ✝. *Ad aliud.* Q. 23.

Distinctio obiectorum formalium in intellectu, numquam est in cognitione intuitiua, nisi sit in obiecto intuitiuè cognito. 1. D. 8. Q. 4. §. *Ad quæstionem.* Q. 17.

Distinctio non omnia obiectorum formalium facit distinctionem potentiarū; nam manifestum est quod non oportet tot esse visus, quot sunt colores; nec tot esse auditus, quot sunt soni; imo Philosophus 2. De anima. Tex. 130. & 132. ex ratione talis mixtionis in tali organo, putà visus, concludit illam potentiam, putà visum, esse istius obiecti, & non alterius; & pro tanto sequitur quòd distinctio obiectorum facit distinctionem potentiarum; quia tale obiectum limitatum, & distinctum non percipitur, nisi a tali potentia, & nunquam ab alia; quæ quidem potentia est limitata ad tale obiectum, ratione talis mixtionis organi. 2. D. 24. Q. *Vnica. Ad secundum principale.* E. 6.

Dilectio.

Del. 4. D.15. Q.2. *Ad quintum principale*. ℣. *Respondeo magis*. I1.36.

Dilectionis, seu charitatis actum, vt est charitatis, siue meritorius, concedendo quòd, licet non sit specie disparata ab actu, vt est virtuamoralia, esse tamen in specie vlteriori, & completiori, quàm sit actus, vnde moralis: tunc dilectio meritoria diceretur habere quandam rationem specificam, quam non habet aliqua dilectio naturalis, vnde naturalis, licet eadem dilectio numero sit naturalis, considerata, vt præsupposita rationi meritorij; ratio igitur meritorij est ratio specifica completiua bonitatis præcedentis, non autem specifica disparata. *Quodl.* Q.17. §. *De tertio*. ℣. *Hic vno modo*. I.8.

Dilectus.

Dilectum à me summè non debeo velle diligi ab aliquo, cuius dilectio non est sibi grata, & à quo non vult diligi. 3. Dist.28. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ad tertium*. F.5.

Dilectus, in amicitia humana, per supplicationem suam meretur maius bonum vni, quam si supplicaret pro multis, nam pro vno exaudiretur, vt tantum bonum imperet ei, qui si pro multis peteret; vel non pro omnibus exaudiretur, vel non tantum bonum impetraret; & istud est secundum iustam legem amicitiæ. *Quodl.* Q.20. §. *De primo*. ℣. *Item sicut*. C.7.

Diligere bonum.

Diligens ordinatè maius bonum, magis debet diligere, aliud maius bonum, præcipuè quando in minori non est ratio diligibilitatis, nisi à maiori bono. 1. D.17. Q.2. *aliàs*. 3. *Ad primum principale*. N n. 21.

Diligens dilectionem suam formaliter diligit, Spiritum Sanctum, qui est dilectio per essentiam. *ibidem*.

Diligens fratrem, diligit dilectionem, qua formaliter diligit; ista autem est dilectio participans; ergo diligit dilectionem participatam. *ibidem*.

Diligens dilectionem participantem debet diligere dilectionem per essentiam, Deus est dilectio per essentiam; ergo &c. *ibidem*.

Diligens proximum, *siue* Qui diligit proximum, consequens est, vt ipsam præcipuè dilectionem diligat; Dilectio autem est Deus, consequens igitur est vt diligat Deum Aug. 8. de Trinit. cap. 7. Istud argumentum Augus. probat Deum esse diligendum, non autem quòd sit dilectio mea formaliter, nec quòd non sit in me alia dilectio formaliter, *ibidem*.

Diligere Deum.

Diligere Deum quilibet tenetur pro omni statu, si habuerit vsum rationis, & hoc pro aliquando, quando scilicet circumstantiæ debitæ diligendi Deum concurrunt. 3. D. 25. Q.1. §. *Sed posito*. B.3.

Diligo sicut Deum in se: *vel sic*, Sicut ex charitate diligo Deum in se, ita ex charitate diligo me diligere Deum in se; Quotiescunque igitur reflecto, nunquam habeo obiectum, vt commodum mihi, sed tantum bonum infinitum, vt in se bonum, & ille est actus perfectè meritorius, desiderando beatitudinem, non vt commodum mihi, sed vt perfectus amor Dei, vt in se boni. 3. D. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad primum horum*. ℣. *Ad secundum*. K.21.

Diligere Deum super omnia est actus conformis rationi naturali rectè, quæ dictat optimum esse summè diligendum; igitur est rectus, imo eius rectitudo est per se nota, sicut rectitudo primi principij in operabilibus; aliquid enim est summè diligendum, & non nisi summum bonum, sicut nihil aliud à summo vero est maxime tenendum, vel credendum tanquam verum apud intellectum. 3. Dist. 27. Qu. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *De primo*. A.2.

Diliges Dominum Deum tuum est de lege naturæ istud præceptum, quia præcepta moralia sunt de lege naturæ; & ita naturaliter notum est hunc actum esse rectum. *ibidem*.

Diligere Deum super omnia, ex puris naturalibus, potest

Diligere Deum.

quæcunque voluntas, saltem in statu naturæ institutæ. *ibidem*. §. *Quantum ad istum articulum*. L.15.

Diligere Deum *super omnia*, hic illud *super omnia* debet intelligi & extensiuè, putà, quod plus diligat Deum, quam omnia alia, & citius vellet omnia alia non esse, quàm Deum non esse; & intensiuè, putà ex maiori affectu vult Deo bene esse, quàm alicui alteri; sicut enim teneor diligere Deum super omnia alia extensiuè, ita etiam maiori affectu, quàm aliquid aliud: & dico *maiori* simpliciter, quia scilicet magis repugnat effectui opposito, quia facilius posset inclinari ad oppositum dilectionis cuiuscunque alterius, quàm Dei. *ibidem*. §. *De primo*. ℣. *Dico igitur*. L.17.

Diligendi Deum super omnia præceptum extensiuè, & intensiuè potest impleri in via, sed non quantùm ad omnes conditiones, quæ exponuntur per illas additiones *ex toto corde, & ex tota anima &c.* quia non potest esse in vita ista tanta recollectio virium, vt, amotis impedimentis, possit voluntas tanto conatu ferri, quanto posset, si vires essent vnitæ, & non impeditæ; & quoad talem intensionem actua, expulsis impedimentis, & recollectis viribus, debet intelligi dictum Aug. & Magistri, quòd præceptum illud non impletur in via; nam prouitas virium inferiorum, pro statu isto, impedit superiores ab actibus perfectis. *ibidem*.

Diligendi Deum præceptum affirmatiuum Deut. 6. Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum &c.* non tantum obligat semper ad oppositum fugiendum, ne scilicet insit actus odij; Sed obligat pro aliquando ad actum elicitum; quia ille actus est circa finem, ex cuius bonitate descendit omnis bonitas moralis in actibus, qui sunt ad finem: Sicut igitur homo tenetur habere aliquem actum virtuosum, ita tenetur habere aliquem actum illius præcepti circa finem gratuitè diligendum; quando autem sit hoc, fortè determinauit hoc illud præceptum Diuinum, *Sanctifica Sabbatum, & maneat vnusquisque apud sa*, idest, recolligendo se; & ascendendo ad Deum suum: & Ecclesia specificauit quantum ad Missam audiendam in die Dominico, de consecr. dist.2. cap. Missas: non est autem simile de præcepto diligendi proximum. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. N. 18.

Diligere Deum plus tenetur ille, cui dimittitur peccatum, supple, ex causa remissionis; Sed alius præseruatus à peccato tenetur diligere ex alia causa, quia non habuit dimittenda, quod, siue præseruatione Diuina, esse non potest: & hæc causa requirit simpliciter maiorem gratitudinem. 4. D.22. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. ℣. *Respondeo, donare*. O.17.

Diligendi Deum quando est potestas propinqua, non diligere eum est vituperabile: *vel sic*, Non diligere Deum est vituperabile, & peccatum, quando scilicet potest haberi potentia propinqua, quia actu intelligens Deum, & nullo modo diligens, peccat. 4. D.49. Q.4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Præterea in bonis*. N.17.

Diligere humanitatem Christi.

Diligendo naturam humanam in Christo, quæ erat optima creatura quantùm ad plenitudinem gratiæ, summa conuersio potuit esse in Deum, quæ fit per actum venendi creatura, quia illa creatura erat maximè coniuncta fini, & maximè referibilis in Deum, vt in finem. 3. D. 9. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum*. ℣. *Ad aliud dico*. H.13.

Diligendi actus si distinctè respicit naturam humanam [in Christo] diligibilem, sicut obiectum alicuius in diligendo, ita non totum [idest, totus Christus] summè diligitur, quod tamen adoratur summa adoratione; quia adoratio confusè exhibetur toti; dilectio autem respicit distinctè naturam in termino adorationis. *ibidem*. §. *Sed dubium*. ℣. *Posset dici*. K.14.

Diligere Spiritu Sancto.

Diligere se Patrem, & Filium Spiritu Sancto: *vel sic*, Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto, ita quòd ablatiuus iste *Spiritu sancto* construatur in ratione effectus causæ formalis, non rectè dicitur, quia in constructione tran-

Diligere Spiritu Sancto.

transitiua nunquam effectus, vt effectus, construitur cum ablatiuo: diligere autem est verbum transitiuum. 1. D.32. Qu.2. ∫. *Contra sicut*. ℣. *Praeterea in constructione*. n.5.

Diligere, in ista propositione *Pater, & Filius diligunt se Spiritu sancto*, nec merè essentialiter, nec merè notionaliter tenetur, sed connotat notionem, scilicet productionem Spiritus sancti; & significat illam habitudinem consequentem Spiritum sanctum ad amatum, non quidem formaliter, sed principiatiuè; & ratione istius habitudinis consequentis, essentiale est, quantum ad terminum illius habitudinis, quia terminus ille non tantum est Spiritus sanctus, sed etiam omne necessariò amabile, & quoad illud fit conuersio, non autem quoad notionale connotatum. *ibidem*. *Ad primum principale*. F.12.

Diligere creaturam Patrem, & Filium Spiritu Sancto: *vel sic*, Patrem, & Filium non oportet concedere diligere creaturam Spiritu Sancto, sicut diligunt se Spiritu Sancto; quia iste modus diligendi, vt sumitur principiatiuè, videtur esse primò illius termini dilectionis, cuius ipsa dilectio est formaliter ex hoc, quòd est principiata; Sic enim diligere obiectum est principiare amorem, qui vt principiatus, est formaliter illius obiecti: Spiritus autem Sanctus, ex vi productionis suæ, neque primò, neque concomitanter est amor creaturarum, quia creatura tantum contingenter amatur à Deo. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. G.14

Diligere Patrem Spiritu Sancto potest concedi: *vel sic*, Potest concedi quod Pater diligit Spiritu Sancto: & hoc est appropriatum Spiritui Sancto, non proprium: & notatur ibi duplex relatio, realis scilicet spiratio; & alia rationis, scilicet inspiratio ad amatum ipso, qui respectus rationis est appropriatus Spiritui Sancto, verè tamen communis est tribus. 3. D.32. Q. Vnica. §. *Ex isto*. ℣. *De Verbo*. E.4.

Diligere Deum alia à se.

Diligere non potest Deus aliquod creatum à parte diligibilis infinitè, quia non est infinitum. 3. D.19. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. H.14. propè finem.

Diligit Deus omnia à se; quia sicut omnis intellectus potest in quodlibet intelligibile, ita omnis voluntas in quodlibet volibile; igitur voluntas Diuina potest diligere omnia diligibilia alia à se. 3. D.32. Q. *Vnica*. §. *Hic sunt*. ℣. *Primum probatur*. A.2.

Diligit Deus omnia alia à se vno actu, quia ibi vna est potentia, vnum obiectum primum, & habet vnum actum infinitum adæquatum sibi: nec oportet illum vnum esse omnium, quasi omnia requirantur ad perfectionem huius actus, sed solùm ex perfectione huius actus sequitur, quia perfectè tendit ad primum terminum, quòd etiam perfectè tendat in omnia, circa quæ primus terminus est totalis ratio agendi. *ibidem*. ∫. *Tertium patet*. F.5.

Diligere omnia.

Diligere omnia diligibilia ex charitate, quod quilibet tenetur pro omni statu, potest dici quod hoc est falsum, quia Saluator dicit Matth.5. *Audistis quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum*; ergo videtur quòd non tenebantur inimicos diligere; tamen posito quòd sic, dico quòd tenentur omnia implicitè diligere, sed non explicitè, sicut non tenentur omnia diligibilia explicitè cognoscere. 3. D.25. Q.1. *Ad argumentum in oppositum*. K.13.

Diligere omnia diligibilia, & credere omnia credibilia non est simile, quia fides est in intellectu subiectiuè. *ibidem*. ℣. *Praeterea*.

Diligere se.

Diligit quodlibet naturaliter plus *esse* suum, quàm *esse* alterius, cuius nihil est, vt pars, vel effectus. 1. Dist.2. Quæst.3. ∫. *In ista quæstione*. ℣. *Quantum ad secundam*. n.3.

Diligere vult se, quis illud ex charitate: *vel sic*, Post Deum immediatissimè vult quis ex charitate se diligere illud, quo tendit in Deum, scilicet se diligere Deum, & hoc volendo diligit se; quia diligit sibi bonum iustitiæ; igitur immediatè post Deum tenetur se diligere ex charitate. 3. D.29. Q. *Vnica*. ∫. *Ex dictis*. A.2.

Diligens omnis, *seu* Omnis diligens se ex charitate, diligit se in ordine ad bonum infinitum, quia diligit sibi actum illum, vel habitum, quo tendit in illud bonum; & in hac dilectione tendit in alterum, quia in Deum, tanquam in principale obiectum actus, & tamen ad se habet charitatem, licet non vt ad obiectum finale, sed proximum, ordinatum ad obiectum vltimum, quod est ab eo distinctum. *ibidem*. *Ad secundum principale*. B.4.

Diligere teneri quemlibet proximum meliorem se, quam seipsum, non videtur probabile. 3. D.27. Q. *Vnica*. §. *Contra primam*. ℣. *Secundo, quia*. A.4.

Diligere se ipsum quilibet magis debet, quàm proximum; & per consequens magis in se ipso vitare peccatum mortale, quam in alio damnationem. 4. D.5. Q.2. *Ad tertium principale*. ℣. *Respondeo*. I.7.

Diligit vnusquisque citrà Deum plus se: *vel sic*, Vnusquisque citra Deum plus diligit se, quàm alium, & ad hoc tenetur, quia post Deum minus tenetur odire se, quàm aliquem alium; quia si non, tunc non teneretur magis vitare peccatum in se, quàm in quacunque creatura, quod est falsum; in nullo enim debet fugere peccatum, sicut in se; & pro tantò magis tenetur sibi diligere Deum amore commodi, quàm Beatæ Virgini. 4. Dist.50. Q. 6. §. *Respondeo, & primò*. ℣. *Respondeo vnusquisque*. H.8.

Diligens se ad habendum, quod nunquam poterit habere; illa dilectio est causa mœroris, & tristitiæ. *ibidem*. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Et tunc ad rationes*. P.13.

Diligo ego plus pedem meum, quàm aliquem alium hominem: tamen magis volo aliquam læsionem pedis mei, quam mortem alicuius alterius: Sic plus diligo Deum, tamen potius volo sibi aliquam offensam, quàm me non esse. 4. Dist.50. Quæst.2. §. *Contra primam*. ℣. *Praeterea, illæ*. A.4.

Diligere proximum.

Diligere Deum quòd volendum sit proximo, ex illa negatiua præcepti de diligendo Deo, scilicet non odire Deum, non sequitur, licet sequeretur ex affirmatiua illa, *Diliges Dominum Deum tuum*, in quantum illud præceptum est affirmatiuum, de qua affirmatiua non est certum, quòd sit de lege naturæ. 3. D.37. Q. *Vnica*. §. *Contra primum*. ℣. *Ad hoc*. E.10.

Diligere Deum quòd debeam velle proximum, non sequitur ex illo præcepto *Diliges Dominum Deum tuum*. *ibidem*. ℣. *Secundo potest*.

Diligens vult dilectum condiligi: Potest dici, quod hoc est verum, ab eo, scilicet, cuius amicitia placet dilecto; non autem est certum ex lege naturæ de quocunque, quòd eius dilectio acceptetur à Deo dilecto. *ibidem*.

Diligendum esse proximum, idest, simpliciter esse volendum proximo ipsum diligere Deum, quia hoc est diligere proximum, licet sit de lege naturæ strictè: tamen ex hoc non sequuntur præcepta secundæ tabulæ, putà quòd nolendum sit ipsum occidere quoad bonum personæ propriæ, vel quòd nolendum sit adulterari, quoad bonum personæ coniunctæ sibi; vel quòd nolendum sit furari, quoad bonum fortunæ, quo ille vtitur; quòd exhibenda sit parentibus reuerentia, tàm in honoribus, quàm in sustentationibus, & ita de alijs præceptis secundæ tabulæ; quia possibile est me velle proximum diligere Deum, & tamen nolle, vel non velle sibi vitam corporalem, vel seruare fidem coniugij, & sic de alijs. *ibidem*, ℣. *Tertiò potest*. E.11.

Diligere proximum quilibet sic debet ex charitate, sicut seipsum, idest, ad idem: sed quilibet debet diligere se ad honestam conuersationem, & diuinum cultum; ergo & proximum suum, & maximè prolem, cui specialiter tenetur. 4. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. *Secunda conclusio*. D.4.

Diligens proximum, legem impleuit: verum est eo modo, scili-

Diligere proximum.

. ſcilicet, quo lex explicata eſt debere ſeruari, licet non eo modo, quo dilectio proximi concluditur ex primis principijs legis naturæ; & à ſimili, tota lex quantum ad ſecundam tabulam, & Prophetæ dependent ex hoc præcepto, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, intelligendo tale præceptum, non vt ſequitur ex primo principio practico legis naturæ, ſed vt legislator intendit debere illud ſeruari, prout explicatur in præceptis ſecundæ tabulæ. 3. D.37. Q.*Vnica*. §.*Contra primum*. ℣. *Et tunc ad authoritates*. F.12.

Diligere magis debeo eum, quem Deus diligit, & qui Deum diligit, quàm qui contrario modo ſe habet. *Quodl.* Q.20. §. *De ſecundo*. ℣. *Et adhuc*. M.19.

Diligere inimicum.

Diligendus nullo modo eſt inimicus, conſideratus per ſe, in quantum inimicus, quia hoc modo inimicus non eſt tantùm malus priuatione boni, ſed habitu poſitiuo vitij; & per conſequens, in quantum talis eſt malus, & vitioſus: & hoc modo odiuit inimicum, qui dixit Pſalm. 103. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita, vt non ſint*; non ſint quidem inimici, ſiue iniqui, quia *verte impios, & non erunt*. Prouerb.12. 3.D.30. Q.*Vnica*. §.*Reſpondeo*. A.3.

Diligere accipiendo quaſi prohibitiuè per modum actus contrarij arcendi, ſcilicet pro non odire, loquendo de inimico per accidens, ſcilicet de hoc homine, qui nunc eſt inimicus, & loquendo de bono eius ſpirituali, ſcilicet, quo attingit, vel natus eſt attingere Deum, vt ipſum diligere Deum amore amicitiæ, vt eſt bonum honeſtum; vel concupiſcere ſibi Deum, vt eſt bonum commodi; ipſum audire Miſſas; prædicationem, correctionem, inſtructionem, per quæ conuertitur ad diligendum Deum, non videtur quòd poſſimus illa ſibi odire, vel nolle, quia hoc non ſtat cum perfectè diligere Deum, ſcilicet nolle illum condiligi ab alio, cuius amicitia non noſcitur ei diſplicere, & hoc condiligi tàm ratione boni honeſti, ſcilicet propter ſe, quàm ratione boni commodi eius. *ibidem*. ℣.*Secundum eſt*. & ℣.*Quantum ad prima*. B. 3. 4.

Diliges amicum tuum, & ſi ſcriptum erat Leuit.19. non tamen erat ſcriptum, *odies inimicum*: & ideo Matth.5. *dictum eſt antiquis*, ſignanter loquitur Saluator, *Dictum eſt*, & non *ſcriptum eſt*: Sed Iudæi peruertentes ſcripturam, arguunt hoc per locum à contrario ſenſu, & ita ſeruabant: quod autem malè intellexerint, probat Saluator, ſi enim tantum diligitis illos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? *ibidem*. *Ad tertium principale*. G.14.

Diligere in via, & in patria.

Diligendi actus ſecundus non eſt eiuſdem rationis in via, & in patria; Si enim intellectus ſit per ſe cauſa partialis reſpectu volitionis, ſicut dicit vna opinio, ſequitur quòd viſio, & cognitio ænigmatica, quæ ſunt intellectiones alterius rationis poſſunt concurrere ad volitionem ſimpliciter alterius rationis, quia idem obiectum, diuerſimodè cognitum poteſt diligi diuerſis actibus etiam ſecundum ſpeciem. 2. D.26. Q. *Vnica*. §. *Contra iſtam*. ℣. *Dico, quod argumentum*. A.5.

Diligere magis.

Diligo magis hoc ſolum, cui minus volo malum accidere, & pro cuius bono ſaluando magis me expono ex amore, quia *exponere* ſequitur amorem; & hoc loquendo de amore, qui eſt actus voluntatis; & ſi aliqui igitur dicantur diligere feruentius, vel tenerius, qui tamen firmiùs non diligunt, hoc non eſt ex aliquo exceſſu amoris intellectiui in eis, ſed fortè alicuius paſſionis amoris ſenſitiui. 3. D 27. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Contra iſtam*. K.17.

Diligitur magis ſimpliciter illud, propter cuius ſalutem *eſſe* alterius contemnitur, vel negligitur. 4. D.43 Q.2. §.*Poteſt dici*. ℣. *Ad aliud de forti*. P.22.

Diligibile.

Diligibilia duo ſuper omnia non poſſunt eſſe, quia vnum ſuper alterum diligeretur: & tunc vnum, & idem diligeretur ſuper omnia, & non diligeretur. 3. D.27. Q. *Vnica*. §. *Contra primam*. A.4.

Diligibilitas.

Diligibilitatis perfectiſſima ratio in Deo non eſt comparatio aliqua ſui ad creaturam, ſed aliqua ratio eius abſoluta in ſe; abſolutè enim eſt melius in ſe, quàm poſſet eſſe quæcunque habitudo ad alterum. 3. D.27. Q.*Vnica*. §. *Contra primam*. ℣. *Secundum*. A. 5.

Diluuium.

Diluuij aquæ inundauerunt, miraculosè aſcendentes ſuper cacumina montium 15. Cubitos ad punitionem peccatorum; vbi igitur non inundauerunt, non fuit factum miraculum ibi: in Paradiſo autem, cum non eſſent ibi peccatores, non debuerunt per miraculum inundari. 2. Diſt. 17. Quæſt.2. §. *Si ratio iſta*. ℣. *Quod dicunt*. B. 4.

D I M

Dimenſio.

Dimenſio vna locati replentis locum, replet eundem locum ſecundum vltimum capacitatis ſuæ, & ideo aliud non poteſt eſſe cum eo replens locum, ſed bene poſſet eſſe cum eo aliud corpus, non replens locum. 1. D.2.Q. 2. *Ad ſecundum principale*. Dd.35.

Dimenſio illa, quæ dicitur profunditas, poſſet alio reſpectu dici latitudo; iſtæ enim tres dimenſiones diſtinguuntur ſecundum imaginationem trium linearum ſe interſecantium in eodem puncto. 2. D.2.Q.9. *Ad ſecundum principale*. ℣. *Similiter ſequitur*. L.28.

Dimenſionem interminatam quantitatis non manere eandem in generato compoſito, & corrupto *tangitur*. 2. Diſt 3. Quæſt.4. *Ad primam rationem*. ℣. *Iſta reſponſio*. M.17.

Dimenſiones loci manifeſtum eſt quòd ſint poſteriores dimenſionibus locati; tùm quia dimenſiones locati ſunt cauſæ dimenſionum loci, quia locatum facit latera continentis diſtare, & ſuperficiem eius eſſe in actu: tum quia prius eſt quod poteſt eſſe ſine alio, & non è conuerſo; Dimenſiones autem corporis poſſunt eſſe ſine dimenſionibus locantis: patet de ſuperficie primi Cœli; non autem è conuerſo, quia non poſſunt diſtare ſuperficies locantis abſque diſtantia partium locati; ergo magis oportet, dimenſiones loci multiplicari ad multitudinem dimenſionum locati, quàm è conuerſo; nam prius naturaliter non oportet commultiplicari poſteriori; ſed poſterius priori, & ſimul ei, cum quo eſt ſimul. 4. Diſt.10. Quæſt.2. §. *Alius ſic arguit*. ℣. *Sed contra iſtud*. C.6

Dimenſio non eſt ratio formalis proxima eſſendi in loco, ſed tantum ratio fundamentalis: illa tamen poteſt eſſe vna, licet reſpectus ſint diuerſi. *ibidem*. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliud alterius Doctoris, dico quòd*. N.18.

Dimenſionis de potentia quomodo poteſt deduci forma ſubſtantialia, cum ex natura rei non ſit in illa tanquam in proprio potentiali. 4. D.12. Q.6. §. *Tertia opinio*. ℣. *Item quomodo*. A.9.

Dimenſionem inter, & dimenſionem, *ſiue* Inter dimenſionem, & dimenſionem duorum locatorum non eſt repugnantia formalis, quia talis non eſt, niſi quoad idem ſubiectum, non autem ſunt in eodem ſubiecto; nec formaliter etiam, quia quanta non repugnant formaliter; Si ergo ſunt repugnantia, hoc non eſt, niſi reſpectu loci, ex eo ſcilicet, quòd locus eſt ſpacium capax corporis. 4. D.49. Q.16. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad ſecundum*. B 5.

Dimenſionum, *ſiue* Inter dimenſiones duorum locatorum eſt tantum oppoſitio virtualis, in quantum effectus vnius cauſæ, qui eſt repletio loci, eo modo, quo quantitas habet efficientiam reſpectu effectus, qui eſt eſſe in loco repletiuè, opponitur alteri cauſæ naturaliter, ergo non repu-

Dimensio.

repugnat corpori esse cum alio corpore, nisi quia est repletiuum loci naturaliter, quantum aptus natus est impleri; sed quia iam repletum est, non potest ibi esse, quia non esset cum effectu suo, qui naturaliter sequitur esse corporis in loco: hoc autem non impedit, quin per potentiam Diuinam possit ibi esse, quia Deus potest facere causam naturalem sine suo effectu. *ibidem*.

Dimensiones licet sint repugnantes quo ad hoc, quòd duo corpora non possunt simul esse in eodem loco, quo ad virtutem naturalem, tamen non est repugnantia quoad virtutem, quæ potest facere causam sine suo effectu naturali, & è conuerso, effectum sine sua causa naturali. *ibidem*. C.6.

Dimensio bene est ratio repugnandi duo corpora esse simul virtute naturali; quæ non potest facere causam sine suo effectu naturali; non tamen Diuina, quæ hoc potest: nec est hæc repugnantia formalis; talis enim est inter contraria: illæ autem dimensiones non sunt contrariæ, nec sunt in eodem formaliter, & ideo non sequitur, si contraria non possunt esse in eodem subiecto, quòd etiam non possunt esse corpora duo in eodem loco. *ibidem*. ✠. *Ad argumentum*. C. 6

Dimensiones si essent separatæ à corporibus, non essent simul cum alio corpore, vt probat Phil. 4. Phys. Tex. 76. Sed illæ dimensiones non essent sensibiles, & tamen expellerent aliud corpus; ergo multò magis facit corpus sensibile hoc. *ibidem*. §. *Alij dicunt*. ✠. *Præterea si dimensiones*. D. 11.

Dimensiones corporis locati esse easdem dimensionibus loci potest intelligi positiuè, vel negatiuè: si positiuè, falsum est, quia non sunt eædem alicui dimensioni loci, quia locus non habet dimensiones, vt patet 4. Phys., præter dimensiones locati; si autem intelligatur negatiuè, idest, non aliæ, verum est: & tunc glosandum est, dimensiones illius corporis, & alterius corporis, quæ sunt in eodem loco, sunt idem dimensionibus loci, idest, non aliæ, quia non sunt dimensiones loci aliæ à dimensionibus locati, vel contenti in loco; sed propter hoc dimensiones corporis illius non oportet quòd sint idem dimensionibus alterius, quia non sunt alicui alteri idem, & ideo manent distinctæ dimensiones. *ibidem*. *Ad tertium principale*. N. 21.

Dimensio est ratio fundamentalis proxima respectu *vbi*: & si sic intelligeretur ratio formalis, benè potest talis ratio formalis separari ab illo respectu, cuius dicitur esse ratio, & hoc intelligendo in actu, licet non separaretur ab aptitudine, vel potentia ad illud. *Quodl.* Q. 11. §. *De primo*. ✠. *Ad primum*. B. 4.

Diminutum.

Diminutum respectu diminuentis non est diminutum, sed respectu tertij, ad quod comparatur ipsum sub ratione diminuente; sicut cum dico, *iste est albus secundum dentes*, non diminuitur *album*, sed accipitur pro albo simpliciter respectu huius determinationis, alioquin esset nugatio: vt autem accipitur sub sua determinatione, dicitur de tertio, scilicet de Æthiope, tanquam diminutum. 1. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ✠. *Ad primum*. E. 8.

Dimittere.

Dimittentem plus diligit, cui plus dimittit: *vel sic*, Cui plus dimittit, plus diligit dimittentem: non est vera illa propositio simpliciter, nisi de illo dimittente, per cuius beneficium non stat, quòd iste non tenetur ad tot, ad quot ille. 4. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. ✠. *Respondeo donare*. O. 17.

Dirigere.

Dirigere est actus intellectus, quia eius est habitus, scilicet prudentia, à quo est iste actus elicitus. *Prolog.* Q. 4. §. *Contra istam positionem*. ✠. *Item dirigere*. E. 11.

Dirigi per principia sumpta à fine vniuersaliori, est considerare finem à quo sumuntur. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Ad primum alterius viæ*. ✠. *Videtur etiam tertio*. V. 32.

D I S

Discipulus.

Discipuli non tenebantur post resurrectionem ad confessionem de sua infidelitate in passione Christi, quia post resurrectionem pænituerunt ante institutionem Sacramenti pænitentiæ: & hoc benè confirmat quòd confessio non erat de lege naturæ, nec Mosayca. 4. D. 17. Q. *Vnica*. *Ad primum principale*. ✠. *Et consimiliter*. X. 29.

Disconuenientia.

Disconuenientia naturalis obiecti, siue nolitū ab ipsa voluntate, vt naturali potētia, absque hoc, quòd obiectum sit nolitum *nolle* elicito, sufficit ad tristitiam voluntatis. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad primum*. E. 15.

Discretio.

Discretio Sacerdotis requiritur in imponenda pænitentia, vt scilicet non imponat alicui pœnam nimis sibi disconuenientem, sed aliquam, quæ magis sibi conuenit, & quam fortè melius adimplebit; vtpotè pauper, nec eleemosynas potest dare; nec orare, sed oportet eum continuè laborare pro victu suo necessario; nec ieiunare, quia tunc non sufficeret ad laborem necessarium pro victu necessario continuè acquirendo; quia ergo ipse labor continuus est sibi ieiunium continuum, quia continua maceratio carnis, tantummodo inducendus est vt illum laborem subeat in remissionem peccatorum intendens illum ad hunc finem referre, saltem quousque occurrat sibi opportunitas soluendi aliquam aliam satisfactionem: & aliqua alia possunt ei ita temperatè, & diminutè imponi, vt sint sibi possibilia. 4. D. 15. Q. 1. §. *De secundo*. ✠. *Sic dictum*. M. 13.

Discursus.

Discursus *siue* per discursum causatio scientiæ à causa ad scitum: *vel sic*, Causatio scientiæ per discursum à causa ad scitum includit imperfectionem ex parte scientiæ, scilicet, quòd sit effectus æquiuocus, & etiam potentialitatem ex parte intellectus recipientis. *Prolog.* Q. 4. Laterali. §. *Iuxta illud*. ✠. *Ad primum*. A. 26.

Discursus non requirit successionem temporis, nec ordinem ipsius, sed ordinem naturæ, scilicet quòd principium discursus sit naturaliter prius notum, & vt sic, sit causatiuum alterius extremi discursus. *ibidem*. ✠. *Sed oppositum*. 27.

Discursus præsupponit cognitionem istius simplicis, ad quod discurritur. 1. D. 3. Q. 2. §. *Secundò non asserendo*. ✠. *Et confirmatur ratio*. C. 9.

Discursus præsupponit aliquem conceptum de termino, ad quem est. *ibidem*. §. *Quod autem*. ✠. *Quod arguit*. Z. 31.

Discursus omnis præsupponit notitiam illius simplicis, ad quod discurritur, igitur si per essentiam propriam cognitam habetur ab Angelo notitia de essentia Diuina per discursum, oportet præhabere conceptum simplicem de essentia Diuina, & tunc quærenda est alia ratio prior. 2. D. 3. Q. 9. §. *Contra secundum*. ✠. *Præterea omnis*. n. 5.

Discursus omnis quòd negatur Angelis, non videtur probabile. 2. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ✠. *Quod etiam*. C. 8. *&* *probatur*. D. 1. Q. 4. vel 6. §. *Contra, anima*. ✠. *Item quæritur*. A. 3.

Discursus non erit in potestate nostra, si non est in potestate nostra illud, sine quo non potest haberi discursus: Discursus autem necessariò præsupponit cognitionem apprehensiuam obiecti, & illa simplex intellectio obiecti, ad quam debet intellectus discurrere, non est in potestate

Discursus.

voluntatis. 2. D.42. Q.4. §. *Quantum ad primum*, ✠. *Vltimus etiam*. E.9.

Discursus non semper facit acquirere cognitionem de conclusione, ad quam discurritur, sed vel sic, vel illa cognitione facit vti præhabita. 3. D.14. Q.3. *Ad tertium principale*. D.8.

Discursus, & syllogizatio practica est ad hoc, vt habeatur actus electiuus voluntatis, &, facto iudicio per cognitionem practicam, voluntas eligit: & quando voluntas eligit, ratio practica non discurrit; quia, facta conclusione practica, sententiat de eligendo; Si ergo sententia vltimata possit haberi sine discursu præcedente, ita perfectè poterit voluntas liberè eligere in instanti, sicut præcedente illo discursu. 3. D.18. Q. *Vnica*. §. *Est igitur videndum*. ✠. *Respondeo*. E.11.

Discursus, & cognitio terminans discursum, eidem virtuti competit. 4. D.45. Q.3. §. *De secundo*. ✠. *Præterea Aristoteles*. F.13.

Disiunctiuus,

Disiunctiua non ponit alteram partem determinatè, sed ibi est fallacia consequentis; ergo si *hoc* stat disiunctiuè in hac, *Hoc est corpus meum*, quòd demonstret sub disiunctione illud, quod nunc continetur sub illis speciebus, vel proximè continebitur, vt aliqui dixerunt, non determinatè ponit respectu prædicati vnam partem, scilicet *hoc*, quod in proximo erit sub illis speciebus; sicut neque alteram, scilicet, quod nunc est sub istis speciebus; & non efficitur per istam orationem, etiam secundum eos, nisi vt ipsa est vera; ergo per istam non magis efficitur quòd illud, quod erit statim sub istis speciebus, sit corpus Christi, quàm illud, quod nunc est sub istis. 4. D.8. Q.2. §. *Alia est*. ✠. *Item disiunctiua*. F.13.

Disiunctus,

Disiunctarum passionum entis, & non conuertibilium, cum ente semper extremum nobilius dicitur de Deo: ideo hoc modo illud extremum dicitur de Deo, quod vel dicit nobilitatem, vel non repugnat nobilitati, sed reliquum repugnat. 1. Dist.19. Quæst.1. §. *De tertio*. D.4.

Disiunctum istud: *necessarium*, *vel possibile* est passio entis, circumloquens passionem conuertibilem cum ente, sicut multa alia illimitata in entibus. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. §. *Quantum ad primum*. C.13.

Disiunctum hoc, scilicet *necessarium*, *vel contingens*, non potest ostendi de ente per aliquid prius medium, nec etiam illa pars disiuncti, quod est contingens, posset ostendi de aliquo supposito necessario de aliquo, & ideo videtur ista, *aliquod ens est contingens* esse vera primò, & non demonstrabilis *propter quid*. *ibidem*. ✠. *Sed nec isto*.

Disparitas,

Disparitas ortus, secundum, Aug. Ad Deo gratias; & Ambrosium De Incarnatione, non facit distinctionem naturæ, vt patet de Adam, & nobis. 3. D.14. Q.3. §. *Contra conclusionem*. ✠. *Contra, illæ*. n.2.

Dispensare.

Dispensare non est facere quòd, stante præcepto, liceat facere contra præceptum, sed dispensare est reuocare præceptum, vel declarare qualiter debeat intelligi. 3. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Sed istæ*. n.3.

Dispensare simpliciter potest Deus in præcepto de non occidendo, (respondet ad quæsitum) si, stantibus omnibus circumstantijs eisdem in isto actu, qui est occidere hominem, variata sola circumstantia prohibiti, & non prohibiti, posset Deus facere quòd ille actus, qui cum talibus circumstantijs alijs est aliquando prohibitos, aliàs non esset prohibitus; Sicut simpliciter mutauit legem veterem, quantum ad cæremonialia, quando dedit nouam; non quidem faciens quod, manente præcepto de cæremonialibus, illa non essent seruanda, sed faciens quòd, actu illo manente eodem, non tenebatur quis ad illum, sicut prius. *ibidem*. A.3.

Dispensare.

Dispensare non videtur posse Deus in his, quæ sunt de lege naturæ strictè, quæ scilicet sunt vel principia necessaria, nota ex terminis; vel sunt conclusiones, necessariò sequentes ex talibus principijs: & sine sic, siue sic, habent veritatem necessariam; igitur Deus non potest facere esse falsa; igitur non potest facere quòd illud, quod mandant fieri, non esse bonum, & prohibent [idest, præcepta aliqua Decalogi, quæ sunt de lege naturæ strictè] non esse malum; & per consequens de tali illicito licitum: occidere autem, furari, & mæchari sunt contra præcepta Decalogi, vt patet Exod.20. Sed in istis vide tur Deus dispensasse, nam de homicidio patet Genes.22. de Abraham, & filio immolando: De furto Exod. 11. & 12. de filijs Israel, quibus præcepit, vt spoliarent Ægyptios, quæ spoliatio est ablatio rei alienæ inuito Domino, quæ est definitio furti: De tertio, scilicet mæchari, patet Oseæ 1. *fac filios fornicationum*. Hoc argumentum est pro me, quia probat quòd præcepta secundæ tabulæ non sunt de lege naturæ, strictè loquendo. *ibidem*. *Ad primum principale*. F.13.

Dispensasse non videtur Deus: *vel sic*, Potest dici quòd Deus non dispensauit contra præceptum de furto cum filijs Israel spoliantibus Ægyptios, quia ipsi non acceperunt simpliciter alienum: tùm quia Deus erat superior Dominus, & potuit transferre dominium illarum rerum in eos, etiam inuitis inferioribus dominis: tùm etiam, quia filij Israel, seruiendo Ægyptijs, meruerunt tanta accipere, licet Ægyptij nollent ea reddere: & tunc per superiorem Iudicem potuerunt compelli, de cuius licentia filij Israel potuerunt iustè, & licitè accipere. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ✠. *Et ad aliud*. I.14.

Dispensatum fuit, vt præsumitur, de Abraham, & quibusdam alijs Patribus, in commutando corpus suum pro pluribus corporibus mulierum, ad maiorem multiplicationem cultorum Dei, quæ, sine hoc, non fieret. 4. D. 33. Q.1. §. *De secundo*. C.4.

Dispensare potest Deus vt fiat contractus matrimonialis ad tempus, donec mulier displiceat Viro, propter maius malum vitandum, quàm sit bonum indissolubilitatis coniugij, & in hoc saluaretur institia aliqualiter. 4. D.33. Q.3. §. *Alia opinio*. ✠. *Modus conueniens*. A.5.

Dispensatio.

Dispensatio est duplex, scilicet iuris reuocatio; & iuris declaratio. 3. D.37. Q. *Vnica*. §. *Sed istæ*. n.3. & 4. D.33. Q. 1. §. *De secundo*. C.4.

Dispensatio nulla cadit circa illud, quod est de lege naturæ primò, idest, quod est verum, practicum, simpliciter notum lumine rationis naturalis; & ibi potissimum gradum tenet principium, practicum notum ex terminis: secundum tenet conclusio demonstrata; Nulla, inquam, dispensatio cadit circa illud, quod est, hoc modo, de lege naturæ, & ideo eius oppositum semper videtur esse peccatum. *ibidem*. *Ad primum principale*. G.7. in 4.

Dispensatio circa illud, quod est de lege naturæ secundariò, quod regulariter, scilicet, consonum est legi naturæ strictè sumptæ in casu cadit, in quo communiter oppositum videtur consonum legi naturæ: & præcisè, isto modo, est monogamia de lege naturæ, & bigamia contra illam: & sic concedo probationes illas Genes.2. *Erunt duo in carne vna*, & Gloss. Genes.4. dicentem de Lamech, quòd iste induxit bigamiam, & adulterium contra legem naturæ, *Accepit duas vxores*: nec sequitur tamen, ex hoc, quòd in casu oppositum non possit esse licitum, imo, in casu, est necessarium, præcipuè considerando iustitiam, ex parte commutationis, & commutantium, quando, propter necessitatem, recta ratio dictat illo modo debere commutationem fieri. *ibidem*.

Dispersum.

Dispersa quæ sunt in inferioribus, quandoque sunt vnita in superioribus, vt duo modi cognoscendi abstractiuè, & intuitiuè, qui sunt diuersi in potentijs sensitiuis, propter organum, (quia non est idē organū, quod est benè receptiuum, & quod est bene retentiuum) vniti sunt in intellectu, cui

Dispensatio.

cui, vt vni potentiæ potest vterque actus competere. 2. D. 3. Q.9. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Secunda declaratio*. C.7.

Displicentia.

Displicentia virtualis de peccato à se commisso est quicunque actus voluntaris, virtualiter includens displicentiam formalem de eodem, sicut quodammodo causa includit effectum, licet effectus in se non causetur: Sic cum omnis nolitio oriatur ex aliqua volitione; omnis displicentia, seu nolitio peccati licet formaliter non insit, potest virtualiter inesse in aliqua volitione, ad quam nata est sequi talis displicentia. 4. D.14. Q.1. §. *De secunda*. ℣. *Secunda descriptio*. T.16.

Displicentia de peccato ad hoc, vt valeat, & sit ordinata, oportet quòd sit debitè circumstantionata, & maximè circumstantia finis, & principij actiui principalis, vt scilicet sit voluntaria propter Deum. 4. D.20. Q. *Vnica*. §. *In ista*. ℣. *Secundo ad hoc*. B.5.

Disponere.

Disponere se Deum, & determinate possibile est vt cooperetur ad aliquod signum, ab eo institutum ad causandum effectum signatum, nisi impediat indispositio eius, cui adhiberetur. 4. D.1. Q.2 §. *De secundo*. ℣. *Primum non*. D.4.

Disponat quòd non se aliquis ad gratiam, ponamus: *vel sic*, Ponamus quòd non disponat se aliquis ad gratiam, si tunc stat in culpa, non potest se seruare à culpa (si non potest caueri ab omni peccato sine gratia, vt volunt aliqui) ergo pro tunc est sibi impossibile seruare se à culpa, quod est falsum, quia omnis culpa est voluntaria; Si autem pro tunc potest se seruare à culpa, quod saltem videtur manifestum quantum ad genus operis præcepti; ergo hoc sufficit ad excusandum eum à peccato mortali. 2. D.28. Q. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ℣. *Per idem*. n.4.

Disponi, vel esse summè dispositam potentiam, vel passum, sine habitu, potest concedi per abnegationem contrarij: *vel sic*, Potest concedi passum, sine habitu, vt potentia, scilicet, intellectus, & voluntas habitualis, per abnegationem contrarij esi dispositum, sed non per rationem dispositionis conuenientis: Exemplum de ligno sicco, & neutro: lignum quidem neutrum esset summè dispositum ad calorem priuatiuè, scilicet per carentiam cuiuscunque dispositionis oppositæ, non autem summè dispositum positiuè per positionem dispositionis conuenientis, qualis est siccitas: & si ista conuenientia esset cum sensu, lignum siccum delectabiliter calefieret; non sic lignum neutrum, quia non sic sibi conuenit forma recepta. 1. D.17. Q.2. *alias* 3. §. *Qui vult tenere quartum*. ℣. *Respondeo quòd per*. X.11.

Dispositio.

Dispositio subiecti, propter quam, ab aliquibus, ponitur magis, & minus in forma qualitatis, si est eadem dispositio, idest, secundum rationem vnius dispositionis ad magis, & minus, & ista est forma sequitur, quòd in aliqua forma est magis, & minus. 1. D.17. Q.3. *alias*. 5. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea contra illos*. Vu.4.

Dispositio ad magis, & minus &c. si est ad aliquam formam, non secundum rationem vnius dispositionis ad magis, & minus, sicut volunt aliqui dicere quòd in aere humiditas est dispositio ad minorem caliditatem, & siceitas in igne est dispositio ad maiorem caliditatem: hoc non potest esse, quia vna species secundum se totam videtur habere in susceptiuo rationem vnius dispositionis, sicut subiectum receptiuum speciei est vnius rationis, & vnius dispositionis. *ibidem*. ℣. *Contra hoc*. 5.

Dispositiones, quibus ab aliquibus tribuitur maioritas, & minoritas; seu intensio, & remissio qualitatis, si præcedant [in subiecto] ad magis, & minus [in qualitate] tunc non erit motus vnus ab intenso ad remissum, nec è contra; Nihil enim mouetur ad remissum, nisi quatenus habet dispositionem istam, conuenientem receptioni eius: irensum autem non habet dispositionem istam conuenientem remisso; ergo oportet ad hoc, quod possit moueri ad remissum, quòd moueatur ad dispositionem, conuenieotem gradui remisso: & ita etiam oportet, ad hoc, vt ex remisso fiat intensum, quòd prius fiat motus à dispositione, quæ est à remisso, ad dispositionem, quæ est ad intensum; ergo oportet, ad hoc, quòd possit moueri ad remissum, quòd moueatur ad dispositionem, conuenientem gradui remisso. *ibidem*. ℣. *Præterea si præcedat*. Vu.5.

Dispositio materiæ non est perfectior, neque æquè perfecta cum forma actiua Agentis. 1. D.27. Q.3. §. *Contra etiam*. ℣. *Præterea, aliqui*. B.6.

Dispositio quædam in fieri tantùm, non in facto esse remanens est requisita ad beatitudinem supernaturalem, cuiusmodi est actus meritorius respectu beatitudinis simpliciter; ideo non simul insunt Angelo: in naturali autem beatitudine non est huiusmodi dispositio requisita. 2. D.5. Q.2. *Ad secundum principale*. ℣. *Ad auctoritatem*. Q.17.

Dispositio naturalis si est, quòd, operando hoc post hoc; acquiratur beatitudo naturalis; multò magis requiritur in gratia, quæ est dispositio respectu beatitudinis supernaturalis, operatio huius post hoc, in acquirendo beatitudinem supernaturalem. *ibidem*. ℣. *Vel esto*. Q.18.

Dispositio fortè excellentiæ existentiæ tactus est secundum proportionem bonæ dispositionis corporis 2. De anima Tex.94. 3. D.15. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. H.18.

Dispositio nulla, inducta ab Agente naturali in materiam, est dispositio necessitans simpliciter ad animæ intellectiuæ infusionem: Sed quæcunque sit illa, cum se teneat ex parte materiæ in ratione receptiui, & in potentia ad formam, est in potentia contradictionis ad ipsam animam intellectiuam; aliter dispositio aliqua inducta, in materiam, necessitaret Deum ad causandum animam, & informandum corpus, quod falsum est, licet Philosophus haberet hoc dicere, quia ipse posuit Deum naturaliter agere, ex necessitate naturæ, omne, quod agit. 3. D. 16. Q.2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo nulla*. G.13.

Dispositio perfecta agendi circa vnam materiam virtutis iuuat hominem ad rectè se habendum circa aliam. 3. Dist.36. Quæst. *Vnica*. §. *Per hoc*. ℣. *Per idem ad glossam*. D. 10.

Dispositio aliqua bona voluntatis requiritur in adultis baptizatis ad primam gratiam, quam ipsis meruit Christus, recipiendam. 3. D.19. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Sed quid*. C.8.

Dispositio aliqua simpliciter necessitans licet non possie esse in subiecto, respectu formæ, quæ creatur: tamen potest esse dispositio necessitans secundum quid: & hoc est ex dispositione Diuina; & sic potest exponi Magister; quòd Deus posset dare talem potestatem Ministro, vt ipse aliquam dispositionem causaret in anima, quæ esset necessitans ad gratiam hoc modo; quòd Deus disposuisset, vniuersaliter, sic disposito dare gratiam. 4. D.1. Q.1. § *Ideo dici potest*. ℣. *Intelligendum*. L l. 31.

Dispositio proxima ad gratiam (qualem ponit opinans Sacramentum nec etiam instrumentaliter ad gratiam, sed tantùm dispositiuè agere, quæ, secundum eum, in quibusdam est character, in quibusdam est aliquis ornatus animæ, proportionatus characteri) est terminus creationis, quia est simpliciter forma supernaturalis: & non educibilis de potentia naturali subiecti recipientis; æquè etiam subiectum est in potentia obedientiali ad quamcunque talem formam: item ista dispositio respectu gratiæ, cum, secundum ipsum, sit necessitans respectu gratiæ, quando non est impedimentum in suscipiente, sequitur quòd simul fiant in anima non indisposita ista dispositio, & gratia; ista ergo dispositio fit in instanti, sicut & gratia. 4. D.1. Q.5 §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Item ista*. n.4. *immediatè ante*. A.

Dispositionem præuiam ad terminum principalem fieri in Sacramentis omnino videtur superfluum: nec huius pluralitatis videtur aliqua necessitas, vt patet in Eucharistia; quia purissima fictio videtur esse ponere ibi aliquam dispositionem præcedentem, vel inter species panis, quæ sunt Sacramentum, & inter existentiam corporis Christi, quæ est res signata: in alijs etiam Sacramentis hoc probatur: nam in illis, quæ non imprimunt characterē, nulla

Dispositio,

necessitas videtur ponendi illam dispositionem, quæ dicitor ab illis ornatus; imo videtor hoc esse contra communem doctrinam Theologorum; In qoibuscunqne enim Sacramentis imptimitur dispositio ad effectum principalem, si, propter obicem in soscipiente non causatur tunc effectos principalis, cessante obice, sufficit dispositio ad illum effectum principalem: Apparet in Sacramentis imprimentibus characterem, quæ propter hoc non sunt iterabilia; sed in fictè pænitentibus, cessante fictione, nihil est, quod sufficiat ad effectum veræ pænitentiæ, alioquin non oporteret talem fictè confessum de eisdem peccatis aliàs confiteri; ergo in tali Sacramento nulla imprimitur dispositio, quasi necessitans ad effectum Sacramenti. *ibidem*. ℣. *Quartò arguitur*. A.7.

Dispositio omnis, necessitans ad formam, quæ non est ratio receptiui, potest dici quodammodo causa actiua, siue causa instrumentalis respectu formæ. *ibidem*. §. *Ad primam ergo quæstionem*. ℣. *Qualiter autem*. D.12.

Dispositio, & forma sufficit quòd sint in eodem supposito, & maxime quando dispositio est dispositio ex parte rei, sed in ordine ad Agens, voluntariè causans terminum, *ibidem*. E.13.

Dispositione inducta, congruum est adhuc induci formam principalem. 4. D.2. Qu. 2. ∫. *Respondeo*. ℣. *Alio modo*. A.2.

Dispositiones oppositæ requiruntur in organo sensus, quod debet esse receptiuum sensibilis sine materia, & in eo, quod debet recipere obiectum secundum esse materiale. 2. D.3. Q.8. *Ad tertium principale*. L.16.

Dispositio debet præcedere illud, ad quod est; & via (præcedit) terminum. 2. D.5. Qu.1. ∫. *Ideo tenetur*. ℣. *Ad hoc*. B.3.

Dispositio ad formam merè supernaturalem non videtur quod possit causari ab Angelo; quia licet ad formam immediate producibilem à Deo, tamen cooperante communi concursu naturæ, possit aliqua causa naturalis disponere, sicut de corpore organico respectu animæ intellectiuæ: ad formam tamen omninò supernaturalem, idest, non cooperante communi concursu naturæ, quòd dispositionem immediatam Agens naturale possit producere, videtur inconueniens. 2.D.9.Q.2.§. *Contra, quartum*. n.14.

Dispositio aliqua potest dici, quòd sit in appetitu sensitiuo, siue phantasia, secundum quam mouet, cessante actu voluntatis, imperantis eis. 4.D.6. Qu.6. ∫. *Distinguitur*, ℣. *Potest ergo dici*. D.4.

Dispositionem aliquam congruum est poni ad formam perfectam. 4. D.6. Q.9. ∫. *Ad quæstionem*. ℣. *Prima talis*. I.15.

Dispositio præcedit naturaliter formam, ad quam est. *ibidem*. ∫. *Ad quæstionem*. ℣. *Sed tamen*. K.16.

Dispositio ad formam nunquam est in posteriori susceptiuo formæ: patet discurrendo per singulas formas, & dispositiones earum. 4.D.6.Q.11 §. *Hic est opinio*. ℣. *Contra, quia dispositio*. n.2.

Dispositio ad formam est in eodem susceptiuo, cum forma, *ibidem*. §. *Dico ergo*. B.4.

Dispositio nulla videtor simpliciter necessariò requisita, vel non requisita propter vsum rationis, vel non vsum. *ibidem*. ℣. *Particulæ*. D.5.

Dispositionibus in homine corruptis in gradu illo, in quo necessariò requiruntur ad formam intellectiuam, non manet intellectiua; & tamen alia forma disponens ad eam, scilicet, forma mixtionis potest manere, quia non sunt corruptæ secundum gradum necessarium ad illam formam. 4. D.11. Q.3. ∫. *Ad rationes*. ℣. *Respondeo, aliquæ*. Hh.55.

Dispositio præuia ad peccati delectionem est semper sine gratia, & charitate, à cuius solius inhærentia, & inclinatione ad actum, dicitur actus formatus. 4. D.14. Q.2. §. *De secundo*. ℣. *De tertio*. M.13.

Dispositionem ita Deus requirit de congruo ad hoc, vt peccatori conferat gratiam per Sacramentum, & hoc non quòd alliget potentiam suam Sacramentis; quod tamen sine dispositione illa præuia, & congrua, quæ sufficeret, conferat per Sacramentum gratiam: & hoc est maioris misericordiæ, scilicet duplicem viam instituere, per quam iustificetur peccator, quàm ipsum ad vnam viam arctare; Sicut ergo adultus primam gratiam, delentem originale potest habere duplici via, vel ex bono motu disponente ad illam de congruo, vel ex susceptione baptismi, ita in proposito. 4.D.14.Q.4. *Quantum ad tertium*, ℣. *Dicitur ergo*. D.6.

Dispositio, necessitas ad formam animæ intellectiuæ in susceptiuo non est in rerum natura: *vel sic*, In tota natura nihil est in susceptiuo, quod sit dispositio, necessitans ad formam, quia cum qualibet tali stat potentia contradictionis, cum ista necessariò comitetur susceptiuum, talis enim repugnat necessitati; Sed illud verbum vsitatum de dispositione, quæ est necessitans, scilicet, quod in natura est dispositio necessitans ad animationem, debet sic intelligi; quòd dispositio non sit ratio necessitatis, sed quod, ipsa posita, Agens necessariò inducat formam, ad quam est dispositio; vel necessitate simpliciter, sicut quando est mere naturale; vel necessitate secundum quid, vt quando Agens est voluntarium, & disposuit sic agere; & hoc vltimo modo forma Corporeitatis est dispositio, necessitans ad animam, non quòd ex ista, vel virtute eius sequatur animatio, sed quod ipsa posita; Agens, necessitate conditionata suæ dispositionis, inducit formam, ad quam est, 4. D.43. Quæst. 3. §. *De tertio*. ℣. *Ad illud*. P.22.

Dispositio præuia si non requiritur ad esse beatum, sicut lumen gloriæ, tunc Agenti (scilicet Deo), vt Agens est, non repugnat plus modò dare beatitudinem, quàm in alia vita: si dispositio requiritur, potest illam dispositionem primò dare, &, illa data, beatitudinem conferre, sicut post mortem; nulla enim est impossiblitas simpliciter, sed solùm quia caret illa dispositione modò; Sic ergo non est impossibilitas ex parte Agentis. 4.D.49.Q.12. §. *Respondeo*. ℣. *Primò ex parte*, A.3.

Dissentire,

Dissentiens simpliciter susceptioni Baptismi, omninò non recipit Sacramentum, & ideo, cessante dissensu, esset simpliciter baptizandus iste: qui verò simpliciter consensit, licet secundùm quid dissentiat, est baptizatus, & cessante dissensu illo secundum quid, non est iterum baptizandus, 4.D.4 Qu.4.§. *Hic distinguo*. ℣. *De tertio*, E.4.

Dissimilis,

Dissimilia maximè possunt esse talia, inter quæ requiritur sola proportionalitas, vt patet in materia, & forma; similiter in actiuo, & passiuo. 4. Distinct. 49. Quæst. 11. ∫. *Respondeo dicitur*, ℣. *Præterea, si hoc*. B.4.

Distans.

Distans ab aliquo est aliud ab eo, quia nihil distat à se ipso: dico quod accipiendo distantiam pro distantia locali, ista propositio est falsa: Et cum probatur per hoc, quòd distantia includit discontinuitatem; & vnitas quantitatis continuæ est continuitas; Dico quòd aliquid non est idem sibi, quia continuum sibi; sed veriori vnitate, quia continuitas est vnitas partis ad partem in toto, sed vnitas ad se ipsum est vera identitas: Dico ergo quòd & si totum, vt distans, non continuetur sibi ipsi, vt distans, tamen in vtroque termino distantiæ est verè idem, habens eamdem continuationem partium in toto: Et cum dicitur quòd vnitas totius continui est continuitas eius, verum est, vnitas, vt est ex partibus, sed identitas eius ad se ipsum non est continuitas eiusdem totius ad se ipsum, eo modo, quo pars est continua parti. 4. D.10. Qu.3. *Ad quartum principale*. D.7.

Distantia,

Distantia media nulla quando est inter extrema, sed ipsa dicuntur præcisè distare ratione extremorum inter se, tanta est distantia, quantum est maius extremum, 1.D.2.

Diſtantia.

1. D. 2. Quæſt. 2. §. *Oſtenſis igitur* . ♆. *Sed quicquid ſit* . Y. Z. 29.

Diſtantia inter Deum, & creaturam, etiam ſupremam poſſibilem, ſi daretur, eſt tanta, quantum eſt illud extremum, ſcilicet Deum, quod eſt perfectius; illud eſt infinitum; ergo. *ibidem*.

Diſtantia, quando extrema ſunt immediata, tanta præciſè eſt eorum, quantùm eſt extremum alterum maius. 4. D. 1. Q. 1. § *Ratio ſecunda*. F. 11.

Diſtantia Dei à creatura, etiam ſuprema poſſibili fore, tanta eſt, quantus eſt Deus; & ideo ſi poneretur ſuprema creatura poſſibilis, ac hoc Deus diſtaret ab illa in infinitum, quia eſt infinitus. *ibidem*.

Diſtantia in quantitatibus eſt propter aliquod medium interiacens, & ideo ſecundum quantitatem ſpacij interiacentis eſt diſtantia illa quanta; ergo per oppoſitum, vbi non eſt medium interiacens, diſtantia non erit quanta, niſi ſecundum quantitatem alterius extremi. *ibidem*.

Diſtantia entia creabilis à nihilo nihil aliud eſt, niſi exceſſus vnius ſuper alterum: Quando autem excedens eſt immediatum exceſſo, quantitas exceſſus erit ſecundùm quantitatem excedentis; ſuppoſita ergo maiori, ſequitur quòd cum affirmatio aliqua entis creabilis ſit finita, quòd iſta diſtantia huius affirmationis ad negationem ſit finita; Patet etiam, quod iſta diſtantia ſit immediata, quia per Philoſ. 1. Poſter. Tex. 5. contradictio eſt oppoſitio, cuiosnon eſt medium ſecundum ſe. *ibidem*. ♆. *Hoc etiam patet*.

Diſtantia nihil ab aliquo non eſt, niſi deficiendo: vel ſic, *nihil* non diſtat *ab aliquo*, niſi deficiendo; Non plus autem deficit *nihil* ab ente, quàm ens illud ponat: Hoc etiam patet, quia comparando nihil ad nihil, nulla eſt diſtantia; Sic ergo iſta propoſitio inter terminos creationis *à quo*, & *ad quem*, putà *nihil*, & ens; eſt diſtantia infinita, eſt falſa, intelligendo diſtantiam infinitam poſitiuè, hoc eſt, in infinitum excedentem omnem finitam diſtantiam: Et ſic oportet intelligere diſtantiam in iſta: *ſuper diſtantiam infinitam non poteſt, niſi virtus infinita*, ad hoc vt ipſa ſit vera, non enim poteſt aliter concludi infinitas Virtutis Agentis, quæ poteſt ſuper illam diſtantiam. *ibidem*. ♆. *Quod ſi fingas*.

Diſtantia nulla eſt ita parua, quin ſufficiat ad contradictionem; quantumcunque enim modicum aliquid recedat ab vno contradictoriorum, ſtatim eſt ſub altero: nec eſt diſtantia aliqua tàm magna, etiamſi poſſit eſſe in infinitum maior maxima, quin ad illam, & eius extrema ſe extendat contradictio. *ibidem*. ♆. *Reſpondeo ſimpliciter*. G. 12.

Diſtantia nulla contingit intelligi maiorem diſtantia, quæ eſt inter nihil, & ens; Dico quòd falſum eſt poſitiuè, verum eſt autem permiſſiuè: hoc eſt dictu, quòd aliqua diſtantia ponit maiorem remotionem, quam iſta, & vna contradictio, quam alia; Sed iſta permittit quamcunque maximam, quia in maxima ſaluatur: Exemplum, plus perfectionis ponit Aſinus intenſiuè, quàm animal, tamen animal plus permittit, ſiue ſaluari poteſt in aliquo perfectiori, quàm ſit Aſinus, quia in homine; & quod ſic eſt maximum, ſcilicet permiſſiuè, non eſt formaliter maximum. *ibidem*.

Diſtantia nullius potentiæ ad actum concedo quod non habet proportionem aliquam ad illam, quæ eſt alicuius potentiæ ad actum: Sed hoc eſt, quia vna eſt diſtantia poſitiua inter extrema poſitiua exiſtens; alia autem non eſt poſitiua, quia eius alterum extremum eſt nihil: poſitiui autem ad non poſitiuom nulla eſt proportio, ſicut nec entis ad nihil. *ibidem*. ♆. *Ad rationem*. H. 13.

Diſtantia materiæ ad *nihil*, ſequens annihilationem eius; & ad *nihil*, præcedens creationem eius eſt, eadem; ergo eadem potentia poteſt ſuper hanc diſtantiam, & illam; quæ ergo poteſt creare, poteſt & annihilatum reparare. 4. D. 12. Q. 6. §. *Eſt alia opinio*. ♆. *Modus etiam*. n. 6.

Diſtantia immoderata obiecti impedit intellectionem obiecti intuitiuam; quia ſecundum Aug. De cura pro mortuis agenda, animæ illæ neſciunt quæ hic aguntur, niſi ab Angelis diſcant, vel ab alijs animabus, de nouo ad eas venientibus, quia illæ, quæ hic nouerunt, poſſunt illis dicere. 4. D. 45. Q. 2. §. *Ad quæſtionem*. ♆. *Per iſtam*. D. 13.

Diſtantia.

Diſtantiam determinatam requiri ad actionem, etiam ſubſtantiæ ſeparatæ, Philoſophus videtur ponere, vnde in 8. Phyſ. Tex. 84. videtur ponere quòd intelligentia, mouens orbem ſit in aliqua parte illius orbis, à qua incipit motus, quaſi ad actionem mouendi non nihil faceret præſentia localis, ſaltem definitiua mouentis. *ibidem*. *Ad tertium principale*. ♆. *Sed contra*. G. 16.

Diſtantiam aliquam poſſibile eſt eſſe inter aliqua quaſi ſecundum tempus, licet non ſit inter illa tempus poſitiuum intermedium, hoc eſt poſitiua menſura motus, ſed ſufficit quòd ſit tempus potentiale, vel priuatiuè acceptum, vt ſit diſtantia inter illa quaſi temporalis, ſecundùm quam hoc dicitur eſſe poſterius, vel prius illo; ergo à ſimili de loco, & diſtantia locali, ſcilicet poſitiua, & priuatiua. *Quodl.* Q. 11. §. *De ſecundo*. ♆. *Contra iſta*. F. 10.

Diſtantia poteſt dici quod formaliter importat reſpectum inter extrema: reſpectus autem eſt in vno extremo, & ad aliud, ſicut ad terminum; hic autem, ideſt, in ſuperficie vacua, apta ad locandum, & continendum corpus, eſt dare vtrumque terminum poſitiuum, licet non ſit medium poſitiuum: & ſi ea ſolo primo iſtorum diceretur habitudo poſitiua, poſſet dici quòd hic eſſet habitudo poſitiua; ſed ſi vltra hoc requiratur quòd medium ſit poſitiuum, tunc ſaltem ſaluatur propoſitum, quia hic eſt diſtantia priuatiua, & poſitiua potentialis, ſed non actualis. *ibidem*. ♆. *Poteſt dici*. G. ante 11.

Diſtantiam accipiendo (hic loquitur de diſtantia inter latera ſuperficiei, circumſcriptiuè continentis duo corpora) pro illa habitudine, quæ eſt in vno diſtante ad alterum, vt ad terminum, non eſt niſi vna diſtantia inter eadem extrema, ſiue ſint plura media, ſiue vnicum: nec illa eſt vera, hoc modo loquendo de diſtantia, quòd vbi eſt aliud per ſe medium, ibi eſt alia per ſe diſtantia, niſi intelligatur aliud per ſe medium, hoc eſt aliud per ſe requiſitum tanquam medium diſtantiæ; ſed in propoſito non requiritur illud, tanquam aliud: Si autem diſtantia acciperetur alio modo, pro dimenſione media inter extrema, quæ diſtant, concedendum eſſet, ſic loquendo, quòd inter latera continentis duo corpora eſt duplex diſtantia. *ibidem*. §. *De quarto*. ♆. *Ad confirmationem*. N. 16.

Diſtinctio.

Diſtinctio, præcedens rationem primi diſtinctiui, non eſt per rale diſtinctiuum 1. D. 8. Q. 4. §. *Iſta tamen poſitio*. ♆. *Præterea contra concluſionem*. O. 16.

Diſtinctio omnis reducitur ad aliqua primò diuerſa, quæ eſſent diſtincta, ſi, per impoſſibile, eſſent ab omnibus alijs ſeparata. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Alio modo*. ♆. *Item omnis*. A. 3.

Diſtinctionis prima ratio eſt aliqua ratio prius diſtinctorum. *ibidem*. §. *Aliter ponitur*. ♆. *Præterea non eſſet*. A. 4.

Diſtinctione in quacunque illud eſt ratio diſtinguendi hoc, quod eſt ratio principalis eſſendi in illo *eſſe*. 1. D. 31. Quæſt. *Vnica*. *Ad ſecundum principale*. L. 11.

Diſtinctio in poſteriori ſequitur ad diſtinctionem in priori, & non è contra. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Iſta opinio*. ♆. *Patet per ſimile*. B. 8.

Diſtinctio prioris naturaliter concludit diſtinctionem poſterioris. 3. D. 8. Q. *Vnica*. §. *Contra iſtam*. ♆. *Præterea, diſtinctio*. B. 9.

Diſtinctio, vel determinatio fit actu actuante, & diſtinguente, qualis eſt forma. 2. D. 12. Q. 1. *Ad primum principale*. H. 18.

Diſtinctio in poſteriori non arguit diſtinctionem in priori; quia maior vnitas ſemper debet eſſe in priori, quàm in poſteriori. 2. D. 24. Quæſt. *Vnica*. §. *Eſt igitur*. ♆. *Tertio*. C. 4.

Diſtinctio aliquorum, quorum vnum propriè ineſt alteri, non concludunt, niſi vel ex ſeparatione actuali; vel potentiali; vel niſi ſint talia, quæ ſic ſe habent ad inuicem, ſicut aliqua alia, quorum vnum eſt ſeparabile ab alio. 2. D. 2. Q. 2. §. *Contra iſtud*. ♆. *Confirmatur*. A. 3.

Diſtinctione tanta intenſiuè diſtinguuntur duæ vni-

Distinctio.

tates in binario, quanta tres in ternario. *Quodl.* Q.2. §. *Ad primum*. ℣. *Ad tertium*. S.30.

Distinctio, quæ alicui est secunda, potest in alio esse prima. 2.D.2.Q.1. §. *Ad argumenta contra*. ℣. *Respondeo*. B.15.

Distinctio, vel conuenientia conuenit constituto per rationem formalem constitutiuam, non autem includitur in ipsa ratione constitutiua. *Quodl.* Q.4. §. *Contra illud*, ℣. *Præterea, generaliter*. L.20.

Distinctio prima entis.

Distinctio prima entis non est per naturam suam, in quantum est principium talis operationis, sed per naturam suam, vt hæc natura, licet per identitatem ipsa sit principium talis actus secundi. 2.D.1.Q.6. §. *Dico tunc*, B.4.

Distinctio realis.

Distinctio nulla realis præexigit necessariò distinctionem, quæ tantùm est rationis; sicut nec aliquid, quod est purè reale, præexigit aliud, quod est merè ens rationis. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Primo*. F.10. & D.13. Q. *Vnica*. §. *Aliter ponitur*, *quòd distinguuntur*. ℣. *Contra istud*, C.7.

Distinctio nulla realis, in effectu, generaliter dependet à relatione rationis in causa. 4.D.46. Q.3. *Ad secundum principale*. ℣. *Sed contra*. B.3.

Distinctio rei, & rei similis est, sicut realitatis, & realitatis, vel formalitatis, & formalitatis. *ibidem*. *Ad primum principale*.

Distinctionem realem habentia si essent separata realiter, illam distinctionem haberent secundum rationem, vbi non sunt distincta realiter. 2. D.16. Q. *Vnica*. §. *Ideo dico*. ℣. *Præterea, accipio*. K.18.

Distinctio in re, & in intellectu.

Distinctio rerum in re est manifesta, & hæc duplex, suppositorum scilicet, & naturarum: in intellectu manifesta est differentia duplex, modorum scilicet concipiendi, & obiectorum formalium. 1. D 2. Q.7. §. *Sed hic restat*. ℣. *Dico, quòd tam*. G g. 43.

Distinctio maior, & minor.

Distinctionem minorem intelligendo extensiuè, hoc modo vera est ista, *vnitati est immediatior distinctio minor, quam maior*, quia vnitati immediatior est binarius, quàm quaternarius, vel ternarius; & tamen binarius non est minor pluralitas intensiuè, quàm ternarius, quia intensiuè tanta distinctione distinguuntur duæ vnitates in binario, quanta tres in ternario: extensiuè verò est, quia ab vnitate procedunt pluralitates ordinatè, ita quod semper minor numerus extensiuè, siue numeraliter, est propinquior vnitati, quæ est principium. *Quodl.* Q. 2. §. *Ad primum*. ℣. *Ad tertium*. S.30.

Distinctio potest intelligi maior, vel minor intensiuè, vel extensiuè, intelligendo sic intensiuè quantum ad minorem rationem distinctionis, sicut minùs distinguitur medium ab extremo, quàm contrarium à contrario: minùs extensiuè, siue minor distinctio, siue minor pluralitas est, quæ est maior paucitas, sicut ternarius est minor pluralitas quaternario. *Quodl.* Q.2. §. *Ad primum*. ℣. *Ad tertium*. S.30.

Distinctio maior, vel minor, intensiuè sumpta, potest intelligi dupliciter; quia aut intelligitur per se, quantum ad formalem rationem distinctionis extremorum: aut per accidens, quantum scilicet ad maiorem, vel minorem entitatem, & incompossibilitatem eorum, quæ distinguuntur: Exemplum, Sortes, & Plato magis distinguuntur, quantùm ad realitatem, & incompossibilitatem extremorum, quàm istæ duæ intensiones, genus, & species; quia istæ duæ possunt concurrere in eodem, vt in colore: & minor est entitas istorum extremorum, *genus*, & *species*, quàm istorum, Sortis, & Platonis. *ibidem*. ℣. *Si tamen*. T 31.

Distinctio minor est immediatior vnitati, quàm maior: ista propositio, si intelligatur de minori distinctione materialiter, fortè posset alicubi habere veritatem, quia alicui vni primo immediatior est distinctio rationis, quàm rei; & minor est distinctio rationis, quantùm ad entitatem extremorum, & incompossibilitatem distinctorum, quàm distinctio realis; Loquendo autem de ista maioritate intensiuè, & per se, quantum ad formalem rationem distinctionis, illa propositio est simpliciter falsa; quia oportet quod vni primo, à quo procedit aliqua distinctio, siue sit rei, siue rationis, immediatissima sit aliqua distinctio alterius rationis, quia aliqua finita, & quia illa, quæ est alterius rationis, est primò finita: & hoc patet, quia, secundum communem, opinionem; vbi vnitatem realem sequitur immediatè distinctio rationis, ibi illa, ratione distincta, habent distinctionem alterius rationis, non eiusdem, & illa est maior secundum formalem rationem distinctionis, licet sit minor duplici modo, & maioris paucitatis; & minoris realitatis, & incompossibilitatis in extremis. *ibidem*.

Distinctio rationis.

Distinctio, seu differentia rationis in causa non est propria ratio distinctionis realis in effectu, 1. D.13. Q. *Vnica*, §. *Aliter ponitur*, *quòd distinguantur*. ℣. *Contra istud arguitur*, D.7.

Distinctio rationis, vt est ratio intelligendi A. & B. sufficiens est ad distinctionem realem ipsius A, & B, si vera est opinio dicens: Ad distinctionem realem in principiis sufficere distinctionem rationis in principiis. 1. D.35. Q. *Vnica*. §. *Contra opinionem primam*, ℣. *Præterea secundum aliquos*. D.7.

Distinctionem ad rationis, *siue* Ad distinctionem rationis obiectorum, distinctè cognitorum in Deo, non oportet quòd intellectus habeat illa sicut distincta, *sed sufficit* quòd in primo obiecto concipiat aliquid. 1. D.1. Q.2. §. *Per hoc*, ℣. *Et cum probatur*, E.8.

Distinctio mera rationis vbi est: *vel* Vbi est mera distinctio rationis, non requiritur respectus ad aliquid ad extra, sicut est in definitione, & definito. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Contra rationem*. E.8.

Distinctio specifica.

Distinctio specifica rei à re non est per solum respectum rationis, vel non realem. *Quodl.* Q.17. §. *De tertio*. ℣. *Si istius*. F.6.

Distinctio essentialis.

Distinctio essentialis non est ab eo, quod non est causa. 1. D. 3. Q.7. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Quæ ratio*. K.20.

Distinctio distinctorum, & distinguentium.

Distinctio per distinctiua, vel distinguentia potest esse distinctorum, & aliqua alia, quàm distinctiuorum, vel distinguentium, & minor; sicut per differentias indiuiduales est aliqua distinctio ipsorum indiuiduorum alia, quàm ipsarum differentiarum; quia differentiæ sunt primò diuersæ, sed distincta non sunt primò diuersa, sed tantum sunt distincta numero in eadem specie. 1. D.7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta igitur*. ℣. *Ad secundum*. R.15.

Distinctio, idest, repugnantia [accipitur hic distinctio pro repugnantia, vel incompossibilitate] distinguentium, quanta est, tanta est, & constitutorum, quia si albedo, & nigredo sunt incompossibilia; & constituta per ea sunt incompossibilia. *ibidem*. ℣. *Et propter probationem*. Q.13.

Distinctionem maiorem accipiendo sic, quòd illa dicuntur magis distingui, quæ minus conueniunt, vel propter eorum minorem conuenientiam in aliquo genere: hoc, inquam, modo accipiendo maiorem distinctionem inter aliqua, nunquam distinguentia conueniunt tantùm, quantùm conueniunt quæ per illa distinguuntur; sicut patet per omnia distinguentia discurrendo: differentiæ enim specificæ non includunt genus, in quo conueniunt; species autem, distinctæ per eas, includunt genus; in quo conueniunt: & ratio est, quia distinguentia aliquid præsupponunt in ipsis distinctis, quòd ipsa distinguentia non includunt in suo intellectu, distincta tamen per ea inclu-

Distinctio distinctorum, & distinguentium.

includunt illud, ideo distincta conueniunt in illo, distinguentia autem ea non conueniunt in illo. *ibidem*.

Distinctio maior, idest, maior non conuenientia, hoc est, in paucioribus conuenientia potest esse principiorum, quàm principiatorum; sicut differentiæ specificæ, quæ sunt principia specierum, non conueniunt in genere, in quo conueniunt ipsæ species; & ita etiam est in differentijs indiuidualibus, & indiuiduis, respectu naturæ specificæ. *ibidem*. ✝. *Et per hoc patet*. 14.

Distinctio in intellectu.

Distinctio vna in intellectu est penes diuersum modum concipiendi idem obiectum formale, & hoc siuè conceptiendo grammaticè, vt *homo*, & *hominis*: siuè logicè, vt *homo*, & *humanitas*: alia maior distinctio est in intellectu, concipiendo duobus actibus duo obiecta formalia, & hoc siue illis correspondeant diuersæ res, vt intelligendo hominem, & asinum; siue vna res extra, vt intelligendo colorem, & disgregatiuum. 1.D.2.Q.7. §. *Sed hic restat*. ✝. *Secundo arguitur*. Ff.42.

Distinctio indiuidualis, seu numeralis.

Distinctio vltima, in coordinatione prædicamentali, est distinctio indiuidualis, & illa est per vltimum actum, per se, pertinentem ad coordinatioōe prædicamentalē; sed ad hanc coordinationem prædicamentalem non, per se, pertinet existentia actualis. 2.D.3.Q.3. §. *Contra istud*. ✝. *Per hoc*. B.3.

Distinctionem omnem numeralem concomitatur distinctio accidentium, & propterea vbi nulla potest esse accidentium varietas, ibi nulla potest esse distinctio numeralis; Ex quo patet, quòd cum non possit in Diuinis esse accidens aliquod, nec accidentium varietas, ibi non potest esse distinctio numeralis, vel differentia materialis, non sicut à causa præcisa negata ad negationem illius, cuius est causa, sed tanquam à necessariò concomitante negato, ad negationem illius, quod necessariò concomitatur. 2. D.3.Qu.4. *Ad primum principale*. ✝. *Dico, quòd omnem*. O.18.

Distinctio quæcunque formarum est sicut distinctio numeri; falsum est, nisi sit earum secundum *esse* formale, quod pertinet ad quidditatem per se. 2.D.3.Qu.7. *Ad secundum principale*. ✝. *Quando ergo*. E.8.

Distinctio singularitatis a personalitate.

Distinctionem singularitatis naturæ creatæ à personalitate creata non ostendit ista ratio, quòd scilicet singularitas præcedit naturaliter personalitatem; quia si ipsa valeret, probaret quòd Deus posset facere naturam simul manere, & non singularem: vel si singularem primò hac singularitate, posset eam etiam manentem postea facere singularem alia singularitate; Præcedit enim naturaliter natura, vt natura, se ipsam vt singularem. 3.D.1.Q.1.§.*Tertius articulus*. ✝. *Primo*. & ✝. *Istæ rationes*. C.5.

Distinctio causarum.

Distinctio causarum tantùm efficientium, sicut creantis, & naturaliter generantium hominem, ita quod sit vous homo creatus, & altus genitus naturaliter, non distinguit cognitionem formaliter, secundum Aug. ad Deogratias; & Ambrosium De Incarnatione. *Disparitas ortus non facit distinctionem naturæ*, vt patet de Adam, & nobis. 3. D.14.Qu.3. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Contra, illa*. n.2.

Distinctio effectuum.

Distinctio realis effectuum essentialiter dependet à distinctione in causa; ergo [si effectus realiter distinguuntur, distinctio in causa] non est solius rationis. 4. D.46. Quæst. 3. *Ad primum principale*. ✝. *Sed contra*. B.3.

Distinctio productionum.

Distinctionem non oportet esse tantam, vel incompossibilitatem productionum actiuarum, quanta est productionum passiuarum; quia impossibile est idem duabus productionibus oppositis produci, & accipere esse; non est autem incompossibile idem duabus productionibus actiuis communicare esse distinctis Personis. 1.D.11.Q.2. Ad secundum pro secunda opinione. D.11.

Distinctio gignentis a genito.

Distinctio & gignentis à genito: *vel sic*, Tam distinctio gignentis à genito, quàm assimilatio geniti cum generante, quæ duo requiruntur ad generationem vniuocam, possunt haberi sine ideis, vnde ideæ non sunt necessariæ ad generationem. 2. D.3. Quæst. 6. §. *Ad quæstionem quintam*. ✝. *Ad illud Aristotelis*. R.22.

Distinctio paruuli a matre in vtero.

Distinctio personalis (quali paruulus in vtero distinguitur à matre; quia licet in vtero matris sit coniunctus matri localiter, tamen est distinctus ab ea personaliter, quia habet aliud corpus, & aliam animam) sufficit ad distinctionem secundum peccatum, & iustitiam, & non iustitiam; nam peccatum, & iustitia insunt isti personæ secundùm quòd homo, non quia in tali, vel tali loco; ergo, non obstante tali coniunctione locali, propter distinctionem personalem; potest paruulus esse iustus, licet Mater qualitercunque habeat se ad iustitiam. 4.D.4.Quæst.3.§.*Dicitur*. ✝. *Item, licet*. n.2.

Distinctio habituum.

Distinctio habituum, in quantum sunt formæ, & non inquantùm sunt habitus, ita quòd in quantum habitus habeant distinctionem ab obiecto, & ita licet si sint de eodem obiecto, non distinguantur in quantum habitus; in quantum formæ tamen possunt distingui à principio actiuo: hæc, inquam, distinctio habituum non valet, quia forma est communior habitu, quia omnis habitus est forma, & non è conuerso; Impossibile est autem aliqua esse distincta in ratione superioris, & non esse distincta in ratione inferioris; ergo impossibile est aliqua esse distincta in ratione formæ; & non esse distincta in ratione habituum: hoc enim esset, ac si essent distincta in ratione animalis, & indistincta in ratione hominis. Prolog. Q.1. §. *Ad secundum dicitur*. ✝. *Contra istud*. R.28.

Distinctio obiectorum.

Distinctio formalis obiectorum, cum obiectum sit causa proxima respectu notitiæ, & vniuoca, & causent notitias obiecta, in quantum ipsa sunt distincta; sequitur quòd necessariò concludat distinctionem formalem notitiarum. *Prolog*.Q.4.§.*Contra istud*. ✝. *Ad secundum*. Ff. 45. in fine.

Distinctio formalis sicut non requiritur in obiectis, vt potentiæ sint operatiuæ, ita nec in potentijs, vt fiot productiuæ. 1. D.13.Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. ✝. *Ad aliud*. Q.23.

Distinctio obiectorum formalium in intellectu, numquam est in cognitione intuitiua, nisi sit in obiecto intuitiuè cognito. 1.D.8.Q.4.§. *Ad quæstionem*. Q.17.

Distinctio non omnis obiectorum formalium facit distinctionem potentiarū; nam manifestum est quod non oportet tot esse visus, quot sunt colores; nec tot esse auditus, quot sunt soni; imo Philosophus 2.De anima.Tex.130. & 132. ex ratione talis mixtionis in tali organo, putà visus, concludit illam potentiam, putà visum, esse istius obiecti, & non alterius; & pro tanto sequitur quòd distinctio obiectorum facit distinctionem potentiarum; quia tale obiectum limitatum, & distinctum non percipitur, nisi à tali potentia, & nunquam ab alia; quæ quidem potentia est limitata ad tale obiectum, ratione talis mixtionis organi. 2. D.24. Q.*Vnica*. *Ad secundum principale*. E.6.

Diſtinctio inter ea , à quibus accipitur conceptus communis, & proprius in realitate.

Diſtinctio requiritur in realitate perfectionem dicente inter illud, à quo accipitur conceptus communis, & illud, à quo accipitur conceptus proprius; non vt diſtinctio realitatis, & realitatis, ſed vt diſtinctio realitatis, & modi proprij, & intrinſeci eiuſdem, quæ diſtinctio ſufficit ad habendum perfectum conceptum, vel imperfectum de eodem, quorum imperfectus ſit communis, & perfectus ſit proprius. 1. D.8. Q.3. *Ad primum principale*. ℣. *Reſpondeo*. Y.27.

Diſtinctio accidentium.

Diſtinctio in accidentibus, quæ habent maiorem entitatem, & realitatem, quàm relatio, aliquando ſit per extrinſeca, & per illam cognoſcitur diſtinctio intrinſeca, quæ eſt in eis; Eſt tamen formalis intrinſeca, ſed non innoteſcit, niſi per extrinſeca. 2. D.1. Q.4. *alias* 5. §. *Ad primum alterius opinionis*. ℣. *Ad quintum*. H.16.

Diſtinctio relationis.

Diſtinctionem non tantùm habent aliquæ relationes: *vel ſic*, Aliquæ relationes diſparatæ non tantùm habent diſtinctionem, ſed etiam incompoſſibilitatem, ſiue incompoſſibilem rationem in eodem ſuppoſito, quales ſunt relationes diſparatæ accipiendi naturam; quia perſona, quæ diſparatis modis acciperet naturam, non vnico modo haberet naturam. 1. D.11. Qu. 2. *Ad primum principale*. ℣. *Ad auctoritatem*. D.9.

Diſtinctio relatiua, etſi non cauſet diſtinctionem abſoluti, fundantis relationem; poteſt tamen cauſare diſtinctionem abſoluti, ſequentis naturaliter relationem, & dependentis ab ea, quia diſtinctio prioris ſufficit ad cauſandum diſtinctionem poſterioris. 3. D.1. Q.2. *Ad ſecundum pro prima opinione*. F.9.

Diſtinctio materiæ.

Diſtinctio materiæ eſt propter diſtinctionem formæ, & non è conuerſo; forma enim eſt finis materiæ, ex 2. Phyſ. Tex. 33. Vnde membra Cerui differunt à membris Leonis, quia anima differt ab anima. 2. D.1. Q.5. *aliàs*. 6. §. *Sed quæ*. ℣. *Contra, forma*. n.2.

Diſtinctio formæ.

Diſtinctio prima ſpecifica huius, & illius formæ non erit per materiam, & non materiam, ſed prior erit diſtinctio ipſorum actuum in ſe. 2. D.1. Q.5. *aliàs*. 6. §. *Sed quæ*. ℣. *Contra, forma*. n.2.

Diſtinctionem formæ concedit Phil. 12. Met. Tex. 27. Sicut materiæ in particulari, & ita vnitatem materiæ in particulari, ſicut formæ. 2. D.3. Q.5. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra iſtud*. n.3.

Diſtinctio Solis à Planta.

Diſtinctionis Solis à Planta primam rationem ſi quæras, non eſt prima ratio diſtinctionis vnius ab alio, per potentiam generandi plantam, ex parte Solis; quia ſi illa potentia communicaretur alij, non propter hoc illud eſſet Sol, nec diſtingueretur à planta, ea diſtinctione, qua Sol diſtinguitur: prima ergo ratio diſtinguendi eſt, quia forma Solis eſt talis forma, & forma plantæ eſt talis, & ad hanc ſequitur quòd iſta forma poteſt eſſe principium talium operationum, alia non. 2. D.1. Q.5. *aliàs*. 6. §. *Dico tunc*. B 4.

Diſtinctio Memoriæ, Intelligentiæ, & Voluntatis.

Diſtinctionem illam Auguſ. 10. De Trinit. cap. 11. *Memoria, Intelligentia, & Voluntas*, comparando ad illam Ariſtotelis 3. De anima Tex. 19. in intellectum agentem, & poſſibilem, ſic ſibi inuicem correſpondent, quòd ſolus poſſibilis eſt intelligentia, quia ſolus recipit actum intelligendi: Et ſic etiam communiter Ariſt. loquitur de intellectu, vt eſt quo intelligimus, ſiue quo recipimus

Diſtinctio Memoriæ, Intelligentiæ, & Voluntatis,

intellectionem: Etiam poſſibilis pertinet ad memoriam, in quantùm memoriæ eſt recipere notitiam habitualem: ſecundùm illud Aug. 15. De Trinit. 10. *Scientiam, quam memoria tenemus*: Et ſic loquitur Ariſt. quandoque de intellectu poſſibili, vt eſt, quo ſcimus, ſiue vt eſt, quo habemus ſcientiam, per quam reducitur de potentia eſſentiali ad accidentalem. *Quodl*. Q. 15. §. *Si vero*. ℣. *De iſto*. S.20.

Diſtinctio intellectiuæ a ſenſitiua.

Diſtinctio, quæ ponitur communiter inter cognitionem intellectiuam, & ſenſitiuam, ex parte obiecti, putà, quod intelligimus vniuerſale, ſentimus ſingulare; & quæcunque diſtinctio alia iſti correſpondens non debet intelligi tanquam inter potentias diſparatas ex æquo, ſicut eſt diſtinctio viſus, in videndo colores; ab auditu, in audiendo ſonos; ſed debet intelligi diſtinctio intellectus à ſenſu, ſicut potentiæ ſuperioris cognitiuæ, ab aliqua cognitiua ſubordinata ſibi; & per conſequens, quòd potentia ſuperior poteſt cognoſcere aliquod obiectum, vel ſub aliqua ratione *quod* obiectum, vel ſub qua ratione potentia inferior non poteſt cognoſcere. *Quodl*. Q.13. §. *Circa ſecundum*. ℣. *Ad primum*. K.9.

Diſtinctio iraſcibilis, & concupiſcibilis.

Diſtinctio iraſcibilis, & concupiſcibilis ita poteſt inueniri ex parte obiectorum, comparando ad voluntatem, ſicut comparando ad appetitum ſenſitiuum, ſiue arduum, & delectabile ſint obiecta eorum, ſiue non. 3 D.33. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. M.20.

Diſtinctio termini motus.

Diſtinctio termini motus concludit diſtinctionem in motu, prout motus eſt forma fluens, ſi illa forma ſit eiuſdem rationis cum forma terminante motum: Sed non oportet vnitatem termini motus concludere vnitatem motus, quia *vbi* omninò idem poteſt acquiri diuerſis motibus ſecundum ſpeciem, vt motu circulari, & motu recto, qui ſunt incompatabiles, ſecundùm Philoſ. 7. Phyſ. Tex. 21. 3. D.14. Q.2. *Ad ſecundum principale primæ quæſtionis*. ℣. *Et tunc ad illas*. E.6.

Diſtinctio actus beatifici.

Diſtinctio actus beatifici in actum vt meritum, & vt præmium, ità quod idem actus ſit meritum, & præmium reſpectu eiuſdem, non eſt niſi rationis, conſiderantis actum illum diuerſimodè, quæ non ſufficit ad actum meriti, & præmij. 3. D.18. Q. *Vnica*. §. *Hoc viſo*. ℣. *Praeterea talis*. G.14.

Diſtinctio Angeli, & animæ.

Diſtinctionis ſpecificæ Angeli, & animæ intellectualis prima ratio dicitur ab aliquibus quòd ſit vnibilitas ad materiam, & non vnibilitas ad materiam. 2. D.1. Q.5. *aliàs*. 6. §. *Sed quæ ſit*. n.2. *Impugnatur*. *ibidem*. ℣. *Contra*.

Diſtinctio prima Angeli, & animæ, ad quam ſequitur diſtinctio principiorum operandi in anima, & in Angelo, ſcilicet intelligendi, & volendi, ſiue eiuſdem actus, ſiue operationum aliarum, eſt hæc natura, & illa natura in ſe; quia enim eſt hæc natura, ideo eſt principium talis operationis, & non è conuerſo. Dico itaque quòd quia Angelus eſt talis naturæ ad ſe, & anima talis naturæ ad ſe, ideo primo diſtinguuntur ſpecie, non quidem ſicut duæ ſpecies, ſed ſicut ſpecies, & pars ſpeciei, quia anima non eſt propriè ſpecies, ſed pars ſpeciei, & tamen ipſa eſt prima ratio diſtinguendi ſuam ſpeciem, cuius pars eſt ab Angelo; & ideo prima ratio diſtinctionis ſpecificæ, ex parte ſpeciei ſuæ, eſt in ipſa. *ibidem*. §. *Dico tunc*. B. C.4.

Diſtin-

Distinctio in diuinis quo ad ordinem.

Distinctio realis si esset inter ista, scilicet *essentia*, *memoria perfecta*, & *dicere perfectum*, memoria esset per se in ordine reali immediatior ipsi essentiæ, quàm *dicere*: qualis autem ordo per se realis esset inter aliqua, si essent distincta realiter, talis per se ordo est inter illa correspondens illi distinctioni, quam habent, vtpotè rationis si distinguantur ratione; & hoc siue ratione sumpta ex parte rei, siue merè causata per actum intellectus; nam vbi est distinctio rationis, siue vno modo, siue alio accipiendo rationem, ibi concludimus ordinem distinctorum ex hoc, quòd illa sic distincta haberent talem ordinem, vbi essent distincta realiter; ergo & quocunque modo sit distictio inter illa, scilicet *essentia*, *memoria perfecta*, & *dicere perfectum*, eo modo est immediatio correspondens. *Quodl.* Qu.1. *§. De secundo*, *℣. Primo sic*. P.16.

Distinctio realis si esset inter naturam, intellectum, voluntatem, & potentiam ad extra, esset talis ordo realis, quòd quia natura habet talem intellectum, & talem voluntatem, ideo est sic potens respectu talium ad extra; ergo qualitercunque est hæc distinctio, semper est ordo cognoscibilitatis talis, quòd quia natura Diuina habet talem intellectum, & talem voluntatem, ideo habet talem potentiam, quæ est omnipotentia. *Quodl.* Qu.7. §. *Prima conclusio*. D.5.

Distinctio essentiæ diuinæ à personalitatibus, intellectu, & voluntate.

Distinctio aliqua si non ponatur inter rationem essentiæ, & rationem suppositi, non videtur intelligibile quòd essentia non plurificetur, & supposita sint plura: Et dico, sine assertione; & præiudicio sententiæ melioris, quòd ratio, qua suppositum est incommunicabile, & ratio essentiæ, vt essentia, habent aliquam distinctionem, præcedentem omnem actum intellectus creati, & increati: Et probo sic: Primum suppositum habet entitatem realiter incommunicabilem, alioquin non esset positiuè, & in entitate reali suppositum: Et intelligo sic *realiter*, quòd nullo modo per actum intellectus considerantis, imo, quòd talis entitas esset ibi, si nullus intellectus consideraret: Dico etiam *ante omnem actum intellectus*, ita quòd non per actum intellectus sic est illa entitas communicabilis, & alia entitas sic est per se incommunicabilis, scilicet, quòd sibi contradicat communicari ante actum intellectus, & hanc est quòd non præcise per *intelligere* est aliqua distinctio inter hanc entitatem, & illam. 1. D.2.Q.7. §. *Sed hic restat*. E e. F f. 41. & D. 34. Q. *Vnica*. §. *Circa istas*.

Distinctio formalis inter essentiam, & rationem suppositi est immanifesta, & quia minima est distinctio in suo ordine, scilicet inter omnes, quæ præcedunt intellectionem; concluditur autem ex differentia reali (quæ est manifesta) sic Distinctio Diuinorum suppositorum est realis; cum igitur non posset idem eodem formaliter conuenire realiter, & differre realiter, concluditur aliqua differentia essentiæ, in qua supposita conueniunt, ab illis rationibus, quibus supposita distinguuntur; Similiter ex differentia obiectorum formalium, quorum neutrum in aliquo continetur eminenter, & hoc in intellectu intuitiuè considerante, concluditur aliqua differentia, ante actum intellectus, eorum, quæ cognoscuntur intuitiuè. *ibidem*. *℣. Ex his*. G g. 43.

Distinctio essentiæ à personalitatibus non est propriè realis actualis, intelligendo, sicut communiter dicitur, realis actualis illa, quæ est differentia rerum, & in actu; quia in vna persona non est aliqua differentia rerum, propter simplicitatem Diuinam: Et sicut non est realis actualis, ita non est realis potentialis, quia nihil est ibi in potentia, quod non est in actu. *ibidem*. *℣. Respondeo non est*.

Distinctio essentiæ à proprietatibus personalibus potest vocari differentia rationis, sicut dicit Doctor quidam; non quòd ratio accipiatur pro differentia, formata ab intellectu, sed vt ratio accipitur pro quidditate rei, secundum quòd quidditas est obiectum intellectus: Vel alio modo potest vocari differentia virtualis, quia illud, quod habet talem distinctionem in se, non habet rem, & rem, sed est vna res, habens virtualiter, siue eminenter quasi duas realitates, quia vtrique realitati, vt est in illa re,

Distinctio essentiæ diuinæ à personalitatibus, intellectu, & voluntate.

competit illud proprium, quod inest tali realitati, ac si ipsa esset res distincta, ita enim hæc realitas distinguit, & illa non distinguit, sicut si ista esset vna res, & illa alia. *ibidem*.

Distinctio aliqua numquid debet concedi in essentiam, & proprietates? Respondeo, melius est vti ista negatiua, hoc non est formaliter idem, quàm, hoc est sic, vel sic, distinctum: nec ex hoc, quòd A, & B non sunt idem formaliter, oportet sequi quòd sunt formaliter distincta, quia formalitas in antecedente negatur, & in consequente affirmatur. *ibidem*. *℣. Numquid*. Hh. 44.

Distinctio, seu differentia inter essentiam, & proprietates manifestatur per exempla. *ibidem*. *℣. Ista differentia*. 45.

Distinctio ista, siue non formalis identitas, quæ probata est prius per duas, vel tres rationes, potest etiam probari per duas, vel tres auctoritates, Aug. 7. De Trin. cap. 1. *Omnis essentia, quæ relatiuè dicitur, est aliquid, excepto relatiuo*: & cap. 3. *Si pater non est aliquid ad se, non est omnino qui relatiue dicatur ad aliquid*; Est igitur essentia aliquid, in re, ad se, & non ad aliquid, &, in re, Pater, in quantum Pater, relatiuè dicitur: non est autem formaliter eadem entitas ad se, & non ad se; igitur &c. *ibidem*. *℣. Ista autem*.

Distinctio formalis inter essentiam, & relationes personales, ex hoc, quòd essentia illa simplex est, non erit informantium, sed subsistentium: Et ex hoc, quòd illa essentia est infinita, istud manere formaliter est sine compositione. 1. Dist. 26. Quæst. *Vnica*. *§. De modo*. *℣. Qualiter*. A.8.

Distinctio in modo habendi essentiam à personis non est, nisi pertinens ad originem: Sed propter istam non terminat vnionem hypostaticam vna persona, & non alia, quia ista distinctio esset eadem, si Pater fuisset incarnatus, & non Filius: & tamen tunc non terminasset Filius, sicut modo; igitur propter istam distinctionem, quæ necessaria est, non est essentia ratio terminandi vni, & non alij, quod terminare est contingens. 3. D.1.Q.5. §. *In ista quæstione*. *℣. Contra hoc*. B.7.

Distinctio in habendo illud, quod est commune tribus personis, non est aliqua, nisi pertinens ad originem, putà, quòd prima habet illud à nullo, secunda ab vno; Tertia à duobus: Sed ista differentia non facit quòd vna persona terminet dependentiam personæ, & non alia, quia illa differentia est omninò eadem, etiamsi nulla persona esset incarnata, siuè quælibet, siue quæcunque sola persona, putà, si Pater solus fuisset incarnatus. *Quodl.* Q. 19. §. *De primo* *℣. Contra hoc*. B 3.

Distinctio formalis relationis personalis ab essentia sufficit ad hoc, quòd proprietas personalis posset dici formalis terminus vnionis realis, & non essentia; tamen ratio procedens ex identitate simpliciter proprietatis, & essentiæ videtur efficax contra ponentes identitatem realem, & formalem essentiæ, & proprietatis, constituentis personam. *ibidem*. *§. Tertio*. *℣. Ad primum*. S. 16.

Distinctio præcedens rationem primi distinctiui non est per tale distinctiuum: Sed distinctio naturæ, & intellectus; vel volitionis, & intellectionis præcedit intellectionem, & volitionem, quæ est primum distinctiuum eorum, quæ distinguuntur secundum rationem; ergo illa distinctio naturæ, & intellectus; vel volitionis, & intellectionis non erit per intellectum. 1. D. 8. Quæst. 4. §. *Contra istam opinionem*. *℣. Præterea, contra conclusionem*. O. 16.

Distinctio aliqua si competeret naturæ, & intellectioni, per impossibile, separatis, aliqua est distinctio huius, & illius, etiam quando non sunt separata; separa enim, per impossibile, album ab albo, non poteris habere quòd album sit causa alicuius, quin album sit causa eiusdem, quia nulla est distinctio inter album, & album *ibidem*. *℣. Hæc responsio*. P. 16.

Distinctio perfectionum diuinarum, seu attributorum inter se.

Distinctio attributorum aliqua, præcedens aliquo modo omnem actum intellectus, secundùm duas opiniones, quæ inter se differunt, vel contradicunt, licet in hoc conueniant, non stat cum simplicitate Dei: prima illarum opinionum ponit quòd illa distinctio, quam vtraque ponit per actum intellectus, non potest haberi, nisi per respectum ad extra: secunda ponit istam distinctionem posse haberi, absque respectu ad extra. 1. Dist. 8. Quæst. 4. §. *In ista quæstione*. n. 2. *Prima impugnatur*. *ibidem*. §. *Contra istam positionem*. A. 6. *Secunda impugnatur*. *ibidem*. §. *Contra istam opinionem*. E. 10.

Distinctio, seu differentia tantùm rationis, hoc est, diuersorum modorum concipiendi idem obiectum formale, non est inter perfectiones essentiales; talis enim distinctio est inter sapiens, & sapientiam, & vtique maior inter sapientiam, & veritatem: nec est ibi tantùm distinctio obiectorum formalium in intellectu, quia illa nunquam est in cognitione intuitiua, nisi sit in obiecto, intuitiuè cognito. *ibidem*. §. *Ad quæstionem*. Q. 17.

Distinctio inter perfectiones essentiales est distinctio præcedens intellectum omni modo: & est ista, quòd sapientia est in re ex natura rei: sapientia autem in re formaliter non est bonitas in re. *ibidem*. ✠. *Est ergo*.

Distinctio productionum, & emanationum diuinarum.

Distinctio emanationum diuinarum per relationes oppositas, scilicet prioris, & posterioris, non est prima, oportet enim dare aliquam causam, quare vna est naturaliter prior alia: nec est alia ratio, nisi vel quia ista productio est talis, & illa talis: vel ex parte principiorum productiuorum: vel ex parte suppositorum agentium. 1. Dist. 13. Qu. *Vnica*. §. *Aliter dicitur, quòd istæ*. ✠. *Contra ista*. B. 6.

Distinctio, seu pluralitas omnis, necessariò finita, vel est alterius rationis, vel, si non est alterius rationis, necessariò præexigit aliquam alterius rationis, per quam determinetur: omnis pluralitas in Diuinis necessariò est finita; est ergo talis, vel talis: sed non potest esse pluralitas eiusdem rationis, tali, vel tali modo se habens; ergo nulla potest esse pluralitas eiusdem rationis in productionibus. *Quodl.* Q. 2. §. *De secundo*. ✠. *Secundo arguitur*. L. 19.

Distinctionem priorem in principijs requirit, ex ratione sua, productio libera, & naturalis, quia ad illa non potest esse prima distinctio, sed præexigitur aliqua distinctio in principijs, quæ aliquo modo habent principiare, naturaliter, & liberè personas Diuinas 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta pro opinione*. N. 17.

Distinctio, *siue* Pluralitas diuinarum productionum, estò quòd esset alterius rationis, est tamen maximæ paucitatis, quia non sunt, nisi. duæ productiones, & non est pluralitas extensiuè minor dualitate. *Quodl.* Qu. 2. §. *Ad primum*. ✠. *Ad tertium*. S. 30.

Distinctio personarum diuinarum per relationes.

Distinctio personalis non est in Diuinis, nisi per relationes originis: hæc non est ita manifesta statim ex fide, sicut quòd in Diuinis sint diuersa supposita, quorum vnum sit ab alio: nec etiam est necessaria ad ostendendum quod in Diuinis sit vera productio, & origo vnius personæ ab alia, quia etsi aliter esset ibi distinctio, posset tamen saluari origo. 1. Dist. 2. Qu. 7. §. *Quia sicut*. ✠. *Et cum arguitur*. H. 8.

Distinctio relationum personalium quasi potentialis, vel aptitudinalis frustra quæritur in Diuinis à relatione actiui; quia ista distinctio in modis concipiendi (quod scilicet relationes istæ concipiantur diuersimodè; vt super generationem, vt aliquo modo præteritam; alio modo, vt quasi præsentem; alio modo super eam, vt quasi futuram; alio modo super eam, vt quasi potentialem, & vlterius, vt quasi aptitudinalem) nihil facit ad constitutiuum primæ personæ, quin prima persona semper exigat

Distinctio personarum diuinarum per relationes.

secum simul secundam: & tamen propter hanc difficultatem, scilicet, ne poneretur personam primam habere simul secum secundam, quæritur, ab eius auctoribus, ista distinctio relationum aptitudinalium, actualium, & potentialium, ne filius ponatur præcedere generationem Patris. 1. D. 28. Q. 3. §. *Contra istud*. ✠. *Præterea contra istam*. B. 5.

Distinctio requisita ad relationes communes in diuinis.

Distinctio sufficiens relatiuorum, quæ requiritur ad relationem realem æqualitatis, est in Diuinis, cum hoc etiam, quod ibi sit perfecta vnitas magnitudinis. 1. Dist. 19. Qu. 1. §. *De quarto*. ✠. *De tertio*. E. 5.

Distinctionem personalem in Diuinis, quasi causatam per relationes originis, præsupponunt relationes communes identitatis, similitudinis, & æqualitatis; sicut communiter ponitur quòd istæ non possunt pullulare in essentia, nisi iam præexistentibus relationibus originis in ea; igitur istæ videntur magis requirere distincta extrema, quàm relationes originis, vel saltem non minus. 1. Dist. 31. Qu. *Vnica*. §. *Secundum principale*. ✠. *Hoc etiam*. C. 4.

Distinctio realis numeralis in extremis sufficit ad realitatem relationum communium, sicut ad distinctionem relationum originis, quæ quasi specie differunt. *ibidem*. ✠. *Etsi obyciatur*.

Distinctio idearum respectu ideatorum.

Distinctio creaturarum si necessariò præsupponeret distinctionem idearum, ac per hoc Deus sub ratione vnius ideæ esset causa, & propria ratio respectu vnius ideati; hoc ideo esset, quia *esse* diminutum Dei, scilicet esse cognitum, esset simpliciter perfectius, & prius naturaliter esse perfecto ideati, quia ideata sunt respectu dei artificialia; *esse* cognitum artificis, vel exemplaris, in quo artificiatum habet *esse*, est simpliciter prius ipso esse existentiæ huius ideati. 1. Dist 13. Qu. *Vnica*. §. *Aliter ponitur, quod distinguitur*. ✠. *Illam instantiam*. G. 10.

Distinctio rationis idearum in Deo non necessariò præsupponitur ipsis ideatis distinctis: nec Deus sub rationibus idearum est propria causa diuersorum ideatorum. *ibidem*. ✠. *Præterea, instantia*.

Distinctio, & assimilatio.

Distinctio, & assimilatio, qui sunt effectus speciales Baptismi, possunt esse per actum transeuntem in præteritum: tamen perfectius, & magis congruè sunt per aliquam formam, derelictam post actionem transeuntem. 4. Dist. 6. Quæst. 9. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Ad illa, quæ obyciuntur*. L. 18.

Distinctiuum.

Distinctiua aliqua, quæ includunt, *siue* Quæ includunt aliqua distinctiua, non oportet tantum distingui sicut illa; quia differentiæ sunt primò diuersæ, non tamen includentia eas sunt primò diuersa. 1. Distinct. 13. Q. *Vnica Ad secundum principale*. ✠. *Respondeo productio*. Q. 23.

Distinctiuis ab vltimis, & constitutiuis personarum nihil potest abstrahi commune dictum de eis *in quid*; quia illa sunt primò diuersa, idest, nihil idem realiter includentia; tunc enim esset quærere de eis per quid distinguerentur, & ideo omne commune, abstractum ab eis vel est conceptus omninò negatiuus, vel saltem non est quidditatiuus conceptus vnius rationis; Certum est autem quòd aliqua negatio communis potest abstrahi ab illis vltimis, & hoc vnius rationis; quia negatio est vnius rationis per hoc, quòd repugnat affirmationi vnius rationis. 1. Distinct. 23. Qu. *Vnica*. §. *Bem arguo*. ✠. *Ad primum istorum*. E. 6.

Distinctiua primò, *seu* Primò distinctiua sunt primò diuersa: Ista

Distinctiuum.

sit. Ista tantùm debet intelligi de ipsis realitatibus, quæ primò constituunt, quantùm ad non conuenientiam in aliqua realitate vna formali, quam formaliter includant ambo. 1. Dist. 26. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Ad aliud dico*. Y. 48.

Distinctiuum primum Angeli ab anima sunt gradus intelligendi maior, & minor in Angelo, & anima: *vel sic* Gradus intelligendi maior, vel minor in Angelo, & anima aliquis dicit quòd sit primum distinctiuum vnius ab alio. 2. D. 1. Q. 5. *aliàs* 6. § *Aliter dicitur*. n. 2. *Impugnatur, ibidem*. §. *Contra, anima*.

Distinctiua possunt esse multa in aliquo ab alio: *vel sic*, Multa possunt esse distinctiua in aliquo ab alio, nec tamen quodlibet eorum est de essentia eius, inquantum distinctum est, sed solùm illud, quod primò, & essentialiter distinguit. 4. Distinct. 49. Quæst. 3. *Ad tertium principale*. G. 11.

Distinctum, distinctus.

Distincta esse aliqua est impossibile in ratione superioris, & non esse distincta in ratione inferioris; ergo impossibile est aliqua esse distincta in ratione formæ, & tamen esse indistincta in ratione habituum, hoc enim esset, ac si aliqua essent distincta in ratione animalis, & indistincta in ratione hominis. *Prolog*. Q. 1. §. *Ad secundum*. ℣. *Contra istud*. R. 28.

Distinctorum infinitum ea se omninò indistinctum potest esse principium: *vel sic*, Infinitum, ex se, omnino indistinctum potest esse principium distinctorum: verum est, vbi illa distincta non requirunt, ex ratione sui, distinctionem priorem in principijs. 1. D. 13. Q. *Vnica*. *Ad argumenta pro opinione*. N. 16.

Distincta nulla specie sunt æquiuocæ causæ sibi inuicem agentes: hanc oportet negare, quia oportet dicere quòd duo distinctarum specierum possunt esse sibi inuicem causæ æquiuocæ partiales, licet non totales. 1. Dist. 17. Qu. 2. *aliàs* 3. *Ad primum contra tertiam opinionem*. V. 10.

Distincta cognitio potest esse alicuius, licet ipsum non sit ens ratum; non enim oportet nisi quòd ens ratum terminet cognitionem definitiuam; & non sequitur; ens ratum definitiuè intelligitur; ergo ens ratum est. 1. Dist. 36. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale*. I. 11.

Distincta realiter sunt illa, quorum vnum potest manere sine altero: hanc negaret proteruus; negata verò illa, perit tota doctrina Philosophi. 7. Top. cap. 8. & 9. qui docet quòd propositio, vel problema faciliter destruitur per contradictionem inuentam, sed difficulter constituitur: si autem negetur propositio ista, non videtur posse destrui, quia si non destruitur per contradictionem, nec per aliquam aliam oppositionem, aut saltem non faciliter, & facillimè videtur posse sustineri, quia nullus locus, secundum eum, vel ab eo assignatus, videtur efficax ad destruendum aliquid, si iste locus destruatur. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem arguo*. ℣. *Hanc etiam*. n. 5.

Distincta, *vel* Quæ distinguuntur formaliter non sunt idem formaliter, & præcisè, quia distinguerentur formaliter, & non distinguerentur formaliter, quia nihil afferit, nisi illud indistinctum formaliter. 2. Dist. 1. Q. 4. *aliàs*. 5. §. *Contra istam opinionem est*. ℣. *Quartò ad principale*. I. 19.

Distinctum quod non est ea se, *siue* Quod non est ea se distinctum, nec determinatum, non potest esse primum distinguens, vel determinans. 2. D. 3. Q. 3. ∬. *Contra istud*. A. 2.

Distinctum, quod non est secundum se: *siue* Quod non est secundum se distinctum, nec diuersum, non potest esse prima ratio distinctionis, vel diuersitatis alterius. 2. Distinct. 3. Quæst. 5. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Distinctum esse, & esse quo aliquid primò distinguitur, multum refert. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Item omnis differentia*. D. 9.

Distincta, & diuersa quanto magis sunt aliqua: *vel sic*, Quantò aliqua sunt magis distincta, & diuersa formaliter, tantò sunt magis disposita ad faciendum per se vnum, quia in illa constitutione non requiruntur similitudo in natura, sed proportio conueniens, quæ potest esse inter primò diuersa. 2. Distinct. 12. Quæst. 1. §. *Sequitur secundo*. ℣. *Quomodo igitur*. F. 16.

Distincta aliqua quocunque modo quando constituunt tertium: *vel sic*, Quando aliqua, quocunque modo, distincta constituunt tertium, non constituunt illud, nisi vt, aliquo modo, se habent ad inuicem, vel, aliquo modo, vniuntur: & hoc apparet de causis extrinsecis, quæ nunquam causant, nisi, aliquo modo, concurrant ad causandum; & magis de causis intrinsecis, quæ non constituunt suppositum, nisi vt, suo modo, vniantur. *Quodl*. Quæst. 3. §. *De secundo*. ℣. *De primo*. D. 4.

Distincta realiter si essent aliqua, qualis ordo per se realis esset inter ea: *vel sic*, Qualis ordo per se realis esset inter aliqua, si essent distincta realiter, talis per se ordo est inter illa, correspondens illi distinctioni, quam habent, vtpotè rationis, si distinguantur ratione; & hoc siue ratione sumpta ex parte rei, siue merè causata ex parte intellectus. *Quodl*. Q. 1. §. *De secundo*. ℣. *Primo sic*. P. 16.

Distincta vbi sunt aliqua secundum rationem, similem habent ordinem rationis, qualem haberent realem, si essent distincta realiter. *Quodl*. Q. 4. §. *Ex istis patet ad obiecta*. ℣. *Ad Hilarium*. S. 27.

Distinguere.

Distinguere concedo quòd est prius in generatione, quàm assimilare, idest, communius; quia multa distinguunt, quæ non assimilant; sed distinguere non est perfectius in generatione, quàm assimilare, quia conuenit generationi, etiam imperfectissimæ; inquantum est à forma, vt hæc: & assimilare conuenit sibi, inquantum est a forma absolutè; & perfectior est ratio formæ, quam ratio singularitatis. 1. Dist. 7. Quæst. *Vnica*. ∬. *Quia autem* siue vt in additione. §. *Nota*. ℣. *Ad quartum*. Z. 24.

Distinguuntur haud illa: *siue* Illa non distinguuntur in Diuinis per respectum ad extra, quorum quodlibet continet essentiam Diuinam, secundum omnem rationem perfectionis idealem. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Item secundo*. ante. C. 6.

Distinguantur qualitercunque, *siue* Qualitercunque distinguantur ratione attributa, seu perfectiones Diuinæ, non distinguuntur ex natura rei sine actu intellectus, & volutatis. *ibidem*. ∬. *Ista tamen positio*. ℣. *Præterea contra conclusionem*. O. 16.

Distinguitur quicquid, *siue* Quicquid distinguitur intellectione, vt est omnino indistincta à natura, etiam distinguitur natura. *ibidem*.

Distinguitur eodem, quocunque formaliter aliquid constituitur in *esse*: *vel sic*, Quocunque aliquid formaliter constituitur in *esse*, eodem distinguitur; quia eodem est aliquid ens, & vnum; & si vnum; igitur in se est indistinctum, & ab alijs distinctum. 1. Distinct. 11. Quæst. 2. §. *Contra istam positionem sunt*. ℣. *Ex primo*. B. 6.

Distinguitur quodlibet, habens aliquod *esse*, distinctione, conueniente illi *esse*, à quocunque alio per aliquid, quod est de ratione eius, inquantum habet tale *esse*. *ibidem*. ℣. *Contra istud*.

Distinguitur & si homo à lapide, non per rationale primò; distinguitur tamen per aliquid, quod est de essentia sua; ita quòd inconueniens esset ipsum per nihil, quod est de essentia, à lapide distingui, sed tantum per risibilitatem. *ibidem*.

Distinguitur si aliquid ab alio: *vel sic*, Quodcunque distinguitur ab alio, per se, inquantum tale, distinguitur per aliquid, quod est, per se, de ratione eius, inquantum tale. *ibidem*. ante. C. 7.

Distinguitur constitutum per formale constitutiuum ab omni alio, etiamsi, per impossibile, quodcunque aliud ab illo circumscribatur; quia per illud distinguitur primò, idest, adæquatè, ab omni non tali; sed quodcunque

Distinguere.

que, non habens illam formam constitutiuam, est non tales; igitur per illam distinguitur ab omni alio non habente illam. *ibidem*. ♆. *Secundo sic*. C. 7.

Distingui distribuit terminum huius relationis (scilicet distinctionis) confusè, & distributiuè, propter negationem inclusam; & ideo casuale præpositionis *in*, quæ notat virturem confundendi suum casuale non infert terminum huius relationis; & ideo non sequitur; *Deus est in Deo*: ergo *Deus distinguitur à Deo*, sicut non sequitur; *Deus generat Deum*, ergo Deus distinguitur à Deo propter similem rationem. 1. D.19.Q.2. *Ad quintum principale*. I.14.

Distinguuntur aliquo sui quæ non sunt primo diuersa, quia quæ se totis distinguuntur sunt primò diuersa; Si enim non sunt primò diuersa, sed aliquid idem entia, tunc non eo distinguuntur, quo sunt idem, sed aliquo sui, quo non sunt idem. 1. D.26. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. n.2.

Distinguunt, & constituunt Diuinas personas relationes originis, quæ prius pullulant in essentia, non autem communes, quia sunt quasi aduentitiæ personis; sicut ponitur quod spiratio actiua nullam personam constituit, quia intelligitur quasi aduenire Patri, & Filio, iam constitutis in *esse* personali; prima enim ibi pullulantia, quæ possunt personaliter distinguere, distinguunt personaliter, & constituunt. 1. D.31. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. M.11.

Distinguendum non videtur, quando actus transit super obiectum, de illo absolutè, vel vt transeunte supra obiectum; putà si dicam *Video Sortem*, quòd distinguatur de visione, prout transit in Sortem, vel de visione absoluta, quæ tamen est Sortis: Et sicut non est ibi distinctio in propositione de inesse, ita nec in propositione de modo videtur distinctio; Sed tantùm videtur necessaria, si actus transit in obiectum necessariò, & ita videtur ista simpliciter neganda, *Deus necessariò scit A*, pro eo, quòd hoc prædicatum sic determinatum non necessariò conuenit huic subiecto, licet prædicatum non determinatum conueniat. 1. D.31. Q.1. 2. 3. &c. §. *Quantum ad quartum*. O.25.

Distinguuntur si aliqua: *vel sic*, Quæ distinguuntur formaliter, non sunt idem formaliter, & præcisè, quia distingoerentur formaliter, & non distinguerentur formaliter, quia nihil afferit, nisi illud indistinctum formaliter. 2. D.1. Q.4 *aliàs*. 5. §. *Contra istam opinionem est*. ♆. *Quartò ad principale*. I.19.

Distingui æqualiter aliqua potest intelligi dupliciter; vel quia æqualiter incompossibilia, scilicet non possunt inesse eidem: vel quia æqualiter in nullo conueniunt: & primo modo verum est quòd distincta sunt æquè diuersa, sicut ipsa distinguentia; Non enim possunt distinguentia esse incompossibilia, quin etiam distincta sint incompossibilia: Secundo modo vniuersaliter est impossibile, quia distincta non solùm includunt distinguentia, sed etiam aliquid, quod est quasi potentiale respectu distinguentium, & tamen distinguentia in eo non conueniunt. 2. D.3. Q.6. ∫. *Ad quæstionem ergo*. ♆. *Respondeo differentiæ*. I.14.

Distingui aliquid aliud est: *vel sic*, Aliud est aliquid distingui, & aliud ipsum esse primam rationem distinguendi, vel distinctionis; quia cum hoc, quòd ipsum sit distinctum, stat quòd ipsum non sit ratio distinguendi: cum hoc autem, quòd ipsum sit prima ratio distinguendi, non stat ipsum non esse distinctum. 2. D.3. Q. 7. *Ad secundum principale*. D. 7.

Distractio.

Distractio potentiarum animæ circa diuersa obiecta impedit operationes earum, si quidem superior non perfectè operatur circa aliquod obiectum, nisi inferiores, quæ possunt operari, operentur circa idem. 4. D.45. Q.1. §. *Alia opinio*. ♆. *Ad tertium*. E.7.

Distractio non necessariò concurrit in celebrante, ex hoc, quod pro pluribus celebrantur; quia non oportet celebrantem pro multis, tunc, de eis actu cogitare, sed sufficit quòd ante recollegerit istos, pro quibus intendit specialiter orare; & intentionem suam talem Deo obtulerit: Ex tunc enim, si tantùm in communi eorum memoriam habeat, hoc sufficit, quia Deus oblationem, & deuotionem suam pro illis acceptat, pro quibus ordinaunt prius se velle offerre: & in isto casu verum est quòd propter multitudinem attentio actualis ad singulos minuitur, quia non est ad eos, nisi in communi, sed deuotionem, quæ est motus mentis in Deum, non oportet minui. *Quodl.* Quæst.20. ∫. *De primo*. ♆. *Contra, distractio*. D.7.

Distractum Distractus.

Distractum respectu distrahentis non est distractum, sed respectu tertij, ad quod comparatur sub ratione distrahentis; quia secundùm Phil.2. Periherm.cap.2. prædicando de aliquo homine hoc, quod est *homo mortuus*, est oppositum in adiecto, ad quod sequitur contradictio. 1. D.36. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ♆. *Ad primum dico*. E.8.

Distractum non esse, vel non distrahi nimis videtur difficile homini, pro hoc statu, quia, secundum Aug.3. De libero arbitrio, *non est in voluntate nostra, quin visis tangamur*; ergo noluit Deus salutem hominis ponere in ista conditione, *si non distrahatur*, nec ergo voluit obligare eum quòd in suscipiendo baptismum non distraheretur; & ita est vniuersaliter de alijs Sacramentis. 4. D.4. Q.4. §. *Hic distinguo*. ♆. *Si quis*. F.4.

Distractus Sacerdos verè conficit, dum tamen prius, induendo se, intenderet celebrare missam, secundum morem Ecclesiæ. *ibidem*.

Distrahens.

Distrahens extremum propositionis, quæ est falsa ex repugnantia extremorum, si addatur alteri extremo, vt prædicato: *vel sic*, Si addatur alteri extremo, vt prædicato propositionis, quæ, ex repugnantia extremorum, est falsa, aliquid distrahens ipsum, vt distractum non repugnet alteri extremo, sicut prius repugnauit non distractum, potest propositio, cum tali determinatione distrahente, esse vera, & non sine ea, sicut si album simpliciter repugnet Æthiopi, & propter hoc erit hæc propositio falsa, *Aethiops est albus*, *& hic Aethiops in quantum homo est albus*: addito tamen eo, quod est *secundùm dentes* ad prædicatum, per quod distrahitur prædicatum, & tollitur repugnantia eius ad subiectum, propositio est vera, quæ tamen, sine additione, non fuit vera. 3. D.11. Q.2. §. *Respondeo*. A.3.

Distributio.

Distributio prædicati respectu inferioris ad aliquid non potest sequi: *vel sic*, Non potest sequi distributio prædicati respectu inferioris ad aliquid, si non sequitur distributio prædicati respectu superioris ad illud; arguendo ergo sic, *Omne B est A*; ergo *omne* A est B, est fallacia consequentis: quia ex distributione eius, quod notatur esse inferius, non sequitur distributio superioris, & hoc respectu prædicati, quod notatur esse inferius ad prædicatum superius; Sed est fallacia consequentis, sicut argueretur, *omnis homo est animal*, ergo *omne animal* est Sortes. 1. D.21. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. B.6.

D I V

Diuersitas.

Diuersitas simpliciter: *seu* Simpliciter diuersitas, vel non identitas realis essentiæ, & relationis Diuinæ non sequitur èx hoc, quod vnum eorum non est de ratione formali alterius, sed extra eam; & per consequens, quòd non sit idem formaliter alteri. 1. D.2. Q.7. ∫. *Sed hic restat*. ♆. *Et tamen ex hoc*. Hh.46.

Diuersitas fortè importat negationem in genere, quia negat identitatem, vel notat non identitatem talem in ente. 1. D.23. Q. *Vnica*. §. *Item arguo*. ♆. *Posset dici*. H.7.

Diuer-

Diuersitas.

Diuersitas omnis numeralis est realis: hoc non sequitur ex hoc, quòd omnis vnitas realis sit numeralis: *vel sic*: Si omnis vnitas realis est numeralis; ergo omnis diuersitas realis est numeralis: sed consequens est falsum, quia omnis diuersitas numeralis, inquantùm numeralis, est æqualis, & ita omnia essent æquè distincta; & tunc sequitur quòd non plus potest intellectus abstrahere à Sorte, & Platone aliquod commune, quam à Sorte, & linea, & esset quodlibet vniuersale purum figmentum. 2. Dist. 3. Quæst. 1. *§. Contra istud. ℣. Item sexto.* D.5.

Diuersitatis cuiuslibet vtrumque extremum est in se vnum, & eodem modo, quo est vnum in se, eodem modo videtur diuersum ab alio extremo; ita quod vnitas extremi vnius potest per se esse ratio diuersitatis alterius extremi. *ibidem. ℣. Præterea secundo.* D.6.

Diuersitas numeralis est, hoc singulare non esse illud singulare, supposita tamen entitate vtriusque extremi; Sed talis vnitas est necessariò alterius extremi. *ibidem.*

Diuersitatem maiorem concedo inter prima diuidentia entis, scilicet finitum, & infinitum; Sed non repugnantiam maiorem, quàm inter alia ita incompossibilia, vt vnum non possit prædicari de alio; magis enim diuersa dicuntur, quæ minus in eodem sunt conuenientia, sed non propter hoc magis repugnant, sicut album, & nigrum, quàm album, & homo: & hoc modo diuersitas extremorum non est causa falsitatis eorum, sed repugnantia, vel incompossibilitas extremorum, habentium aliquam illarum quatuor oppositionum formaliter. 3. D. 7. Q.1. *Ad primum principale.* F.9.

Diuersitas posterioris non arguit diuersitatem prioris essentialiter. 4. D.43. Q.1.§. *De primo. ℣. Præterea diuersitas.* A. 5.

Diuersitas aliqua perfecta est, secundùm multos, in entibus, quæ sit relatio realis; ergo aliqua identitas perfecta, quæ sit relatio realis; identitas enim est extremum, siue oppositum perfectius. *Quodl. Q.6. §. De tertio. ℣. Consimiliter.* L. l. 33.

Diuersum diuersus.

Diuersi primò, *seu* Primò diuersi sunt conceptus, in quos vltimatè resoluitur omnis conceptus non simpliciter simplex, & tamen per se vnus; conceptus, inquam, isti, scilicet, determinabilis, & determinans, sunt primò diuersi, ita quòd vnum nihil includit alterius. 1. D. 3. Q.3.§. *Ad quæstionem. ℣. Secundo sic, sicut ens.* G. 6. *In priori parte quæstionis.*

Diuersa primò, *seu* Primò diuersa, idest, nihil idem realiter includentia, sunt vltima distinctiua, & constitutiua Diuinarum personarum. 1. D.23. Q. *Vnica.* §. *Item arguo. ℣. Ad primum istorum.* E.6.

Diuersum, quod negat identitatem, quæ dicit relationem rationis. 5. Meta. cap. de eodem. conuenit rei, absque actu rationis, & intellectus. *ibidem. ℣. Cum arguitur.* I. 8.

Diuersa primò quæcunque non sunt: *vel sic*, Quæcunque non sunt primò diuersa, aliquo sui distinguuntur, quia quæ se totis distinguuntur, sunt primò diuersa, si enim non sunt primò diuersa, sed aliquid idem entia, tunc non eo distinguuntur, quo sunt idem, sed aliquo, in quo non sunt idem. 1. D. 26. Q. *Vnica.* §. *Contra istud.* n. 2.

Diuersa aliqua primò sunt in hoc, & in illo: *siue sic*, Præter naturam in hoc, & in illo indiuiduo, sunt aliqua primò diuersa, quibus hoc, & illud indiuiduum differunt istud in illo, & hoc in isto; ista non possunt esse negationes, nec aliqua accidentia; ergo erunt aliquæ entitates positiuæ, per se determinantes naturam. 2. D.3. Qu. 6.§. *Ad quæstionem. ℣. Item omnis.* D.9.

Diuersa sunt illa primò, illud, quod habet &c. *siue sic*, Illud, quod habet de ratione sua formali, quòd sit perficiens alterum, & alterum sit susceptiuum illius, vt de ratione sua est perfectibile ab illo: hæc, inquantùm huiusmodi, sunt diuersa primò, intantùm, quòd impossibile est quòd vnum, quantumcunque crescat in perfectione substantiali, & essentiali in suo genere, sit alterum essentialiter, vel contineat illud vnitiuè. 2. D. 23. Qu. *Vnica. Ad quartum principale.* F. 9.

Diuersum diuersus.

Diuersa ratio scibilis diuersitatem scientiarum inducit. *Prolog. Q.1.§. Ad secundum.* R.27. *Impugnatur ibidem diuersimodè explicata. ℣. Contra hoc. & ℣. Contra istud, & sequentibus.*

Diuersa magis, *seu*: Magis diuersa dicuntur, quæ minus in eodem sunt conuenientia; sed non propter hoc magis repugnant, sicut album, & nigrum in pluribus conueniunt, quàm album, & homo, & tamen magis repugnant, quàm album, & homo. 3. D.7. Q.1. *Ad primum principale.* F. 9.

Diues.

Diues, qui lapsus est in peccatum carnis; si est adeò delicatus, quòd non velit ieiunare, nec aliam macerationem notabilem subire; vel præsumitur quòd si sibi imponeretur, citò obijceret, & sic peccaret de nouo; inducendus est ad orationem, & eleemosynam, & illud sibi imponendum est; quod libentius recipit, & quod creditur perseuerantius adimplere. 4. D.15. Q.1.§. *De secundo principali. ℣. Sic dictum.* M. 14.

Diuidens.

Diuidentia omnia perfectione concomitantur se: dico, quòd hoc est verum de diuidentibus, quæ dicunt perfectionem simpliciter, & ad se; vt actus, & infinitas, & huiusmodi; non autem de illis, quæ dicunt respectum ad aliquid posterius; quia habere necessariam habitudinem ad aliquid tale non est perfectionis, quia non stat cum perfecta necessitate illius, quod dicitur habere talem habitudinem. 1. D.8. Q.5. *Ad primum pro Philosophis.* A a. 25.

Diuidentia quædam ens sunt incompossibilia in quocunque; igitur & actus, & potentia in quolibet vno sunt incompossibilia: concedo de istis, vt sunt opposita; Opposita autem sunt prout dicunt modos cuiuslibet entis, prout, scilicet, idem est ens in potentia, antequam actu sit; & ens in actu, quando iam est; & isto modo nulli eidem conueniunt, nec formaliter, nec etiam denominatiuè, quod scilicet idem dicatur ens denominatum simul ab aliquo in actu, & ab eodem in potentia; Vt tamen actus accipitur pro principio actiuo, & potentia pro principio passiuo, quæ cadunt infra essentiam cuiuslibet definibilis, vel definiti, sic non sunt opposita, nec sic diuidunt ens, nec repugnant alicui eidem. 2. D.2. Q.10. *Ad primum principale.* G. 12.

Diuidentibus in omnibus ens, *siue* In omnibus diuidentibus ens, nobilius diuidés ens est perfectio, scilicet simpliciter: si enim ens diuidatur per voluntarium, & non voluntarium, simpliciter perfectius diuidens est voluntarium; ergo est perfectio simpliciter. 3. D. 32. Q. *Vnica. §. Hic sunt. ℣. Ad hanc.* B. 2.

Diuidentia non omnia entis, *siue* Non omnia, in quæ diuiditur ens, sunt æquè perfecta entia; imò qualitas, respectu substantiæ, potest dici modus, & tamen in se est vera res. 2. D 1. Q. 4. *aliàs* 5.§. *Quod si adhuc. ℣. Ista instantia.* D. 13.

Diuidi.

Diuidi in partes integrales eiusdem rationis extensas, nulli conuenit, nisi per quantitatem formaliter; nec maximo naturali magis, quam minimo. 2. D. 2. Q.9. *Ad secundum principale. ℣. Istud etiam.* D. 17.

Diuidi in partes subiectiuas non repugnat huic lapidi in eo, quod est quoddam ens, per aliquas negationes. 2. D.3. Q. 2. *§. Contra istam. ℣. Hoc modo.* A. 3.

Diuidi est quædam imperfectio, ideo non potest competere naturæ diuinæ. *ibidem. ℣. Etsi.* B. 3.

Diuidi est imperfectionis; ideo non competit ei, quod est commune in Deo; Imo essentia Diuina, quæ de se est communis personis, est de se hæc. 1. D.1. Q.2. *§. Per hoc.* C. 6.

Diuidi est imperfectionis; ergo necesse est illud, quo repugnat alicui diuidi, esse entitatem positiuam. 3. D.1. Q. 1.§. *Contra secunda. ℣. Quarto sicut.* D.8.

Diuini-

Diuinitas .

Diuinitas in carne viua à Verbo assumpta non prohibuisset fluxum carnis per sudores, & labores, non obstante prima vnione, nisi fecisset nouum miraculum; igitur nec resolutionem corporis mortui, nisi nouo miraculo. 3. D.21.Q.*Vnica*.§.*Ad quæstionem illam*.✝.*Præterea*, *Diuinitas* .C.4

Diuinitas est infinita; Paternitas est Diuinitas; ergo Paternitas est infinita: si sic arguatur, patet quod argumentum non concludit, quia maior est vera de prædicatione formali, minor autem non nisi de prædicatione per identitatem, *Paternitas est Deitas*, secundum omnes; ergo non potest inferri conclusio, in qua est prædicatio formalis; quia non potest maior identitas concludi in conclusione extremorum, quàm sit identitas eorum ad medium in præmissis; Vnde ex altera de necessario, & ex altera de contingenti non sequitur conclusio, nisi contingens, vel vnio contingens extremorum: nisi autem in conclusione haberetur prædicatio formalis huius, scilicet: *Paternitas est infinita*, non haberetur propositum, scilicet, quod Paternitas est formaliter infinita, quia non haberetur nisi quòd per identitatem est res quædam, quæ est infinita: si autem intendas concludere prædicationem formalem, & non tantum per identitatem, ibi esset commutatio prædicationis identicæ in prædicationem formalem, & ideo in illatione est fallacia figuræ dictionis, commutatur enim *quale quid* in *hoc aliquid*; idest, interpretatur medium, quod est *quale quid* esse *hoc aliquid*. *Quodl.* Q. 5. §. *De primo*. ✝. *Ex hoc patet*. C. 5.

Diuinitas non minus excedit actiuam potentiam quamcunque positiuam in ratione termini, quàm vnum ens naturale excedit quamcunque potentiam naturalem, comparatum ad aliud ens naturale: patet hæc propositio; quia cum Diuinitas sit infinita, & incausabilis, nullo modo potest esse terminus potentiæ causatiuæ; Quodcunque autem creatum potest esse terminus potentiæ causatiuæ, & hoc non tantùm absolutè, sed comparatum ad quodcunque aliud ens creatum, tanquam succedens illi. *Quodl.* Q. 10. §. *De primo*. ✝. *Respondeo*, *ratio*. D. 7.

Diuisibile .

Diuisibile non habet actualissimam entitatem, siue existentiam actualissimam, antequam intelligatur in aliquibus illorum, in quæ diuiditur. 1. D.2. Q.7. *Ad vltimum principale*. Mm. 53.

Diuisibile secundum illam dimensionem, secundum quam est diuisibile, non potest immediatè esse applicatum alicui, vt continens ipsum, sed præcisum continens alicuius est indiuisibile. 2. D.2. Q. 5. 6. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Exponendo*. D.7.

Diuisibilis pertransitio si intelligatur, cum dicitur quòd prius pertransit omne mobile &c. *vel sic*, Cum dicitur quòd prius pertransit omne mobile æquale, vel minus, quàm pertransit maius; si intelligatur de pertransitione diuisibilis, tunc potest intelligi, non ratione totius, sed ratione partis, & hoc non comparando partem ad *vbi* sibi æquale, & totum ad *vbi* sibi æquale, quia continuum est, cuius motus est vnus, & indiuisibilis 5. Meta. Tex. 8. ita pertransit simul pars spacium sibi correspondens, & totum mobile spacium totum sibi correspondens; sed intelligendo respectu alicuius certi, & determinati puncti in spacio, prius pertransit totum, ratione partis alicuius, illud punctum, & in hoc, quod pertransit illud, pertransit aliquid minus se, loquendo de *vbi* alio à suo primo *vbi* totali, quàm sic pertranseat æquale, vel maius: Sed si loquamur de *vbi* maiori, & minori, & æquali, secundùm quæ attenditur immediatè continuitas motus, quorum infinita sunt aliquid primi *vbi*, simpliciter priùs pertransit maius se, quàm æquale sibi. 2. D.2. Q.9. *Ad tertium principale*.✝.*Si autem*. X.38.

Diuisibile eodem est aliquid: *vel sic*, Eodem est aliquid diuisibile, & quo partes diuidentes distinguuntur: hoc falsum est, nam natura communis diuisibilis est, ex se, in diuidentia, non autem diuidentia distinguuntur, ex ratione naturæ communis, sed ex proprijs distinctiuis. 2. D. 3. Quæst. 4. §. *Ad primam*.✝.*Quando etiam*. K. 15.

Diuisibilitas .

Diuisibilitas in partes integrales extensas, vel essentialiter consequitur quantitatem, vel est de per se ratione eius, sicut Philosophus assignat rationem eius talem 5. Meta. Tex.8. igitur cuicunque formæ ponitur illud incompossibile, ei est quantitas incompossibilis; & ita illud non erit diuisibile, inquantum quantum, quia simpliciter non est quantum. 2 D.2.Q.9.*Ad secundum principale*.✝.*Contra, si per se*. D. 17.

Diuisibilitas est passio naturalis quantitatis; & ex consequenti dicitur de naturali, cuius est hæc passio. *ibidem*.✝. *Dico igitur*. E. 18.

Diuisibilitatis quicquid est ratio, *vel sic*, Quicquid est ratio diuisibilitatis in indiuiduo inest formaliter illi, quod est diuisibile ista diuisione. 2. D. 3. Q.4. §. *Contra, ista positio*. ✝. *Contra rationes*. G.12.

Diuisibilitatis, & distinctionis diuidentium idem est principium: ista propositio est falsa. 2. D. 3. Quæst. 6. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Ad argumentum*. O. 19.

Diuisibilitas circumscriptionis corporis à loco non est in respectu sine diuisibilitate in absoluto; sed est successio in respectu, qui est circumscriptio, sine successione in forma absoluta corporis, vel loci. *Quodl.* Qu. 11. §. *De Quarto*. ✝. *Diceretur*. L. 14.

Diuisio .

Diuisionis per viam, *siue* Per viam diuisionis inquiritur definitio, incipiendo ab ente, vsque ad conceptum definiti: in diuisione autem prius occurrunt conceptus communiores; deinde genera, & differentiæ, in quibus concipitur distinctè conceptus inferior. 1. D. 3. Q.2. §. *Loquendo igitur*. ✝. *Secundo dico*. N. 24.

Diuisione continui existente in fieri, vel in facto esse secundùm A, necesse est aliquid continui terminari per A, & ita potentiam, quæ est in illa parte continui, non reduci ad actum. 2. D. 2. Q.9. *Ad secundum principale*. ✝. *Ita in proposito*. I. 24.

Diuisione facta in vno puncto continui, secundùm Auerr. super 1. De generatione cap. 9. prohibetur fieri diuisio in alio puncto; non quidem in aliquo determinato signato, vel signabili, sed in aliquo indeterminato. *ibidem*. ✝. *Respondeo dico*. K. 26.

Diuisionem secundam in continuo non est dandum fieri in puncto immediato ad punctum, in quo facta est prima diuisio, sed in aliquo mediato; non tamen in determinato, siue in signato, siue in signabili, sed indeterminato, quia quodcunque determinatum mediatum accipiatur, posset diuisio stare, secundum illud signum, simul cum diuisione, secundum istud signum; Repugnabit tamen diuisioni isti diuisio secundum aliud signum mediatum secundum aliquid, scilicet, quod non est in continuo determinato ad hoc indiuisibile *ibidem*. ✝. *Et tunc*. K. 26.

Diuisio artificialis statum habet ad speciem specialissimam, quia vlterius procedere est in infinita, secundum Platonem, qui, secundum Porphirium. cap. De specie. descendentibus nobis per diuisionem à generalissimis ad specialissima, iubet quiescere: infinita autem sunt relinquenda ab arte, secundum ipsum, non est enim ex parte indiuiduorum, vnde sit eorum numerus certus, sed possunt esse infinita non repugnante ratione eorum. 2. D.3. Q.6. §. *Ad argumenta pro opinione*. ✝. *Et cum probatur*. N. 18.

Diuisio si accipiatur strictè prout est in illo, quod requirit determinatas partes in multitudine, & magnitudine, hoc modo species non diuiditur in indiuidua. *ibidem*.

Diuisio si strictè accipiatur, prout est in partes, proportionem habentes ad totum, quæ vel constituunt, vel sub eo continentur in determinata multitudine, vel magnitudine; species per se non diuiditur in indiuidua: & per hoc potest exponi tàm Plato, quam Porphirius. *ibidem*.

Diuiſio.

Diuiſio ſi accipiatur communiter, prout eſt in quæcunque participantia naturam diuiſi; ſiue habeant talem proportionem ad totum in integrando, ſiue in ſubiiciendo, ſiue non; ſpecies per ſe diuiditur in indiuidua; & reducitur iſta diuiſio ad genus, apud Boetium, quia illæ conditiones, & proprietates, quas aſſignat Boetius in diuiſione generis, conueniunt huic diuiſioni, quæ eſt ſpeciei in indiuidua. *ibidem*.

Diuiſio, diuiſo toto quanto homogeneo, habetur, ſecundùm aliquos, ſecundum quantitatem: *vel ſic*, Diuiſo toto quanto homogeneo, habetur per quantitatem diuiſio: Sit ita: tamen iſta diuiſio non eſt prima diuiſio indiuiduorum, ſed hæc ſubſtantia, & illa habent diuiſionem ab inuicem, & diſtinctionem, inquantum hæc: Et hæc prior naturaliter eſt diſtinctione, inquantum erant partes diſtincti quanti per accidens; accidebat enim eis eſſe partes; tamen facta diuiſione ſecundum partes quantitatiuas per accidens, fit diuiſio ſecundum partes ſubiectiuas. *ibidem*. ℣. *Quod etiam*. P. 19.

Diuiſio ſeptenaria peccatorum capitalium, ſiue peccata mortalia diſtinguantur per habitus malus, oppoſitos bonis, quales ſunt ſeptem habitus boni, quatuor ſcilicet morales, & tres Theologici; ſiue (quod magis videtur) per actus bonos, quales ſunt actus decem præceptorum; ſiue ſic, ſiue ſic, non eſſet ſufficiens; quia, primo modo, deberent eſſe ſeptem peccata capitalia alia ab iſtis, ſiquidem infidelitas, & deſperatio ſunt propriè oppoſita illi ſeptenario, & non ſunt contenta ſub aliqua iſtorum ſeptem: Secundo modo, deberent eſſe decem capitalia, ſecundum tranſgreſſionem Decalogi: hæc ergo diuiſio non oportet quod teneatur ſufficiens in omnibus malis actibus, ſiue quo ad omnes malos actus, quia iſtæ non ſunt propriè radices, nec forte principalia peccata, ſed fortè multùm communes ad alia peccata, ſicut occaſiones peccandi. 2. D. 6. Q. 2. §. *Quantum ad ſecundum*. ℣. *Reſpondeo, ſine peccata*. Q. 16.

Diuiſio per ſeptenariũ de peccatis capitalibus nõ eſt ſufficiẽs; comparando ad actum concupiſcentiæ, niſi per quandam reductionem: & ſic poteſt concedi quòd reducitur ad luxuriam primum peccatum concupiſcentiæ Angeli; ſicut omnis inordinatus appetitus delectabilis, vt eſt delectabile, ad concupiſcentiam oculorum. *ibidem*. *Ad tertium principale*. R. 17.

Diuiſio ſeptimembris peccatorum capitalium non eſt ſufficiens, imo eſſet per ſe accipienda diſtinctio peccatorum vel ex carentia, vel ex obliquitate præceptorum, ita quòd ſicut ſunt decem præcepta, ita ſunt decem peccata capitalia, & ex oppoſitione ad virtutes. 2. D. 42. Qu 5. T. in fine.

Diuiſio quantitatis non eſt propriè mutatio aliqua eiuſdem ſubiecti, ſed tantùm eſt reductio partium in actu, quæ prius erant in potentia, in toto, hoc eſt, indiſtinctæ; reductio, inquam, ad actum diſtinctum, quia prius erant in toto continuatæ, & ita quodammodo vnum, & poſtea extra totum diſcontinuatæ. 4. D. 12. Q. 4. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *De quarta*. l. 25.

Diuiſio, vel vnio quantitatis, id eſt, partium quantitatis, ſi eſt tranſmutatio, & quæris eius ſubiectum, nihil commune manet, niſi entitates partium diuerſarum, vel vnitarum; & illa entitas, quando eſt vnito facta, habet aliquid, quo caret quando eſt diuiſio, ſcilicet habitudinem vnitorum, vel continuationem eorum, loquendo de quantis, & ita illa tranſmutatio vniuerſaliter in diuiſione eſt priuatiua, in continuatione verò poſitiua. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo ipſæ partes*. K. 26.

Diuiſio illa famoſa prædicamentorum ſi debet ſaluari (quia ſecundùm Auicen. 3. Metaphyſ. cogimur obſeruare illam diuiſionem, qua dicuntur eſſe decem generaliſſima, cogimur, inquam propter Philoſophorum antiquam authoritatem, cui non debet faciliè contradici) neceſſe eſt dicere quòd reſpectus habeant ſufficientes rationes formales, ſufficientes, inquam, ad diſtinctionem generum. 4. Diſt. 13. Quæſt. 1. ſ. *Ad huius*. ℣. *Vlterius*. C. 9.

Diuiſio in principium naturale, & liberum; & in principium neceſſariò actiuum, & contingenter, non eſt eadem; aliquod enim naturale poteſt contingenter agere, quia poteſt impediri; igitur pari ratione poſſibile eſt aliquod liberum, ſtante libertate, neceſſariò agere. *Quodl.* Q. 16. §. *De ſecundo*. ℣. *Reſondo ſecundum*. M. 9.

Diuiſio principij actiui in naturale, & liberum diuerſis nominibus exprimitur, non ſolùm apud diuerſos, ſed etiam apud Ariſtotelem, vt patet ex: 2. Phyſ. Tex. 49. vbi præmiſit *ſecundum propoſitum*, & *non ſecundum propoſitum*, & ſubdit, *Ab intellectu*, & *à natura*, & in 9. Meta. Tex. 10. *Rationales*, & *irrationales potentias*; per iſta tria *non ſecundum propoſitum*, & *à natura*, & *potentiæ irrationalis*, intelligit principium actiuum, quod communiter dicimus naturam: per alia verò tria (ſcilicet, *ſecundum propoſitum*, *ab intellectu*, *rationalis potentia*) intelligit illud aliud principium actiuum, in quo concurrunt, reſpectu actus extrinſeci, & intellectus, & voluntas; ſed vtrumque illorum per ſe acceptum habet ſuum proprium modum principiandi, intellectus quidem per modum naturæ: voluntas autem ſemper habet ſuum modum cauſandi proprium, ſcilicet liberè. *ibidem*. §. *Contra iſtud*. ℣. *Iſta diuiſio*. R. 13.

Diuiſio ligni per ſerram, vel ſecurim non eſt niſi quædam expulſio partium ab *vbi*, ad quod mouetur ſecuris ab ipſo artifice, cædendo. 4. D. 1. Q. 5. ſ. *Ad primam ergo quæſtionem dico*. ℣. *Ad intellectum*. F. 15.

Diuiſio corporis Chriſti vulnerati in Cruce, ſi accipiatur vulnus pro ipſa formali diuiſione continui partium, fuiſſet etiam in ipſo in pixide, ita quòd ita diuiſum fuiſſet corpus in pixide, ſicut in Cruce, quia continuitas, & non continuitas non poſſunt ſaluari, propter aliud, & aliud *vbi*; Si autem vulnus accipiatur pro diuiſione, vt inflicta à corpore, vt ſubintrante, & diuidente partes corporis, verum eſt, quòd illa diuiſio non infiebat corpori primò, vt in pixide. 4. D. 10. Qu. 6. §. *Ad rationes*. I. 11.

Diuiſio partium corporis Chriſti in pixide, ad vulnerationem eius in Cruce, fuiſſet, comparando partes ad totum, cuius ſunt partes, non autem comparando ad locum, vel continens, quia partes diuiſæ non habuiſſent *vbi*, & *vbi* diſtantia, ſicut habuerunt partes diuiſæ in Cruce; Et ratio huius eſt, quia in Cruce habuerunt extenſionem corporalem, correſpondentem extenſioni continentis, & ideo diuiſioni eorum in toto correſpondebat diſtinctio in partibus continentis; Non ſic autem partes in Euchariſtia, imo partes ibi diuiſæ, & diſcontinuæ, vt in toto, non habuiſſent partes diſtinctas continentis ſibi correſpondentes. *ibidem*.

Diuiſum.

Diuiſa in inferioribus, quæ ſunt alterius rationis, non reducuntur ad aliquid vnum in ſuperiori, ſicut licet potentiæ cognitiuæ in nobis reducantur ad vnam potentiam cognitiuam in Angelis, propter vnitatem rationis omnium potentiarum cognitiuarum; tamen intellectus, & voluntas, quæ ſunt in nobis alterius rationis, non reducuntur ad vnam potentiam in Angelis. 1. Diſtinct. 35. Quæſt. *Vnica*. ſ. *Contra iſtud*. ℣. *Præterea arguitur*. H. 11.

Diuiſum nullum determinat ſibi præciſè alterum diuidentium. 4. D. 11. Qu. 3. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad primam*. Bb. 46.

Diuitiæ.

Diuitias reſpicit concupiſcentia oculorum, quæ non poteſt eſse: *vel ſic*, Concupiſcentia oculorum, quæ ſcilicet reſpicit diuitias, non poteſt eſse prima, loquendo de diuitijs inquantum ſunt bonum vtile, & non delectabile: quòd ſi loquamur de diuitijs, inquantùm ſunt pulchræ, hoc eſt, inquantùm ſunt bonum delectabile, ſic poſſunt primò concupiſci, ſicut aliud pulchrum viſibile, ita quòd prima concupiſcibilia à natura rationali ſunt honor, & delectatio ſtrictè ſumpta. 3. Diſtinct. 34. Quæſt. *Vnica*. ſ. *His ſuppoſitis*. ℣. *Vlterius*. K. 15.

Doctor

Doctor,

Doctores Catholici inquirentes veritatem creditorum per rationes, & nitentes intelligere illud quod crediderunt, per hoc non intenderunt destruere meritum fidei; Imo Aug. & Ansel. crediderunt meritoriè laborare, vt intelligerent quod crediderunt secundum Isai. 7. *nisi credideritis non intelligetis*. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes istam*, ℣. *Ad secundum*. A. 10.

Doctor, pro hoc statu, non potest causare effectiuè scientiam in discipulo, non propter defectum virtutis actiuæ in scientia docentis, sed propter capacitatem intellectus Discipuli, pro statu isto, pro quo habet impedimentum, ne sic immutetur, quia, pro statu isto, determinatur ad phantasmata, sicut ad ipsum immutantia. 2. D. 11. Q. *Vnica*, *Ad vltimum principale*, ℣. *Et ex hoc*. F. 8.

Doctor, quia credibilia non sunt præsentia in habitu fidei, requiritur, qui aliquo modo illa explicet, scilicet Deus, vel aliquis alius; Quilibet igitur tenetur ad tot credenda ex habitu, quot credibilia sunt sibi explicita ab alijs scientibus: Et quia nullus in veteri lege habuit tot sibi explicita, quot habemus nos in lege noua, ideo nullus tenebatur ad tot explicitè credenda: Et si aliquis habuerit tot sibi reuelata, vt fortè Abraham, tenebatur illa credere, & alijs credenda explicare, pro captu mentis suæ pro statu illo. 3. D. 25. Quæst. *Vnica*, §. *Sed hic*, ℣. *Ad actum*. G. 9.

Doctrina.

Doctrinis in omnibus ordinatis tàm speculatiuis, quàm practicis; & hoc tàm actiuis, quàm factiuis, Superior aliquid nouit eodem modo, quo illud non potest esse notum inferiori: patet 1. Meta. in principio, & 1. Eth. cap. 1. & per exempla manifesta, quia In speculatiuis superior nouit *propter quid*, sed inferior tantùm *quia*: In practicis autem actiuis superior nouit finem superiorem sub propria ratione, & illum intendit; inferior autem non, sed tantum proprium finem: consimiliter in artibus, loquendo de finibus artium subordinatarum. 4. D. 14. Quæst. 3. §, *Hic dicitur*, ℣. *Respondeo in omnibus*. D. 4.

Doctrina omnis conclusiones proprias resoluit in principia propria, nisi sit subalternata alicui superiori, cuius conclusiones habet pro principijs. *Quodl*. Q. 8. §. *Ad ista*. ℣. *Illud etiam*. E. 11.

Doctrinæ supernaturalis prima traditio dicitur reuelatio, quæ ideo est supernaturalis, quia est ab Agente, quod non est naturaliter motiuum intellectus nostri pro statu isto: Aliter etiam posset dici supernaturalis, quia est ab Agente supplente vicem obiecti supernaturalis. *Prolog*. Q. 1. §. *Antequam hæc*. ℣. *Vtrum autem*. N. 22.

Doctrinam magis explicatiuam, & declaratiuam veritatis habemus nos in lege noua, quam habuerunt illi legis veteris, & exempla Sanctorum plura, & efficaciora ad imitandum. 3. D. 40. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Tertio præter*. G. 7.

Doctrina de Sacramento pœnitentiæ subalternatur doctrinæ de iudicijs, & etiam doctrinæ de sententijs: pro quanto enim est in Ecclesia duplex forus, scilicet publicus, & priuatus, pro tanto est duplex iudicium: Et quantum ad aliquas regulas iustitiæ oportet esse conuenientiam hic, & ibi, sicut vtraque definitio hic, & ibi est actus iustitiæ; & pro tanto potest Sacramentum pœnitentiæ dici Sacramentum iudiciale, vel iudicium Sacramentale, & ex hoc, quòd Sacramentale, est firmius, quia rationabilius, quàm aliquod iudicium publicum. 4. D. 14. Qu. 4. § *Quo ad secundum*. ℣. *Ex hoc*. A. 4

Doctrina vbi habetur de applicatione in Sacrificio Missæ, est sic facienda: quòd si contrarium fiat, fortè nec ei, cui applicatur, valet, & applicanti nocet, quia peccat. *Quodl*. Q. 20. §. De secundo. ℣. *Potest ergo*. K. 16.

Dolere.

Dolere non dicetur anima secundum portionem superiorem, si tantùm alicui accidenti accidentaliter coniuncto portioni superiori insit dolor: talis est ratio eiua, vt natura, & respectus fundamenti ad animam, vt fundamentum illius doloris. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Contra illam*, A. 3.

Dolor.

Dolor carnis tantummodo, offensio est animæ ex carne, & quædam ab eius passione dissensio, sicut animi dolor, quæ tristitia nuncupatur, est eius dissensio ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt. Aug. 14. De Ciuit. cap. 15. Ex hoc patet distinctio inter dolorem propriè dictum, qui scilicet inest animæ ex carne, & primò secundum partem sensitiuam: & tristitiam propriè dictam, quæ inest animæ secundum se, & primò secundum partem intellectiuam. 3. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. A. 4. & 4. D. 44. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. A. 5.

Doloris prima radix, secundum aliquos, est immutatio offensiua, vel corruptiua dispositionis conuenientis naturæ: secunda est proxima apprehensio huius immutationis: nec sufficit secunda radix sine prima: & distinguitur de apprehensione, quòd aliud est apprehensio, aliud perceptio &c. *ibidem*. §. *De primo dicitur*. A. 5. *Impugnatur*. *ibidem*. §. *Contra ista*. A. 6.

Doloris prima radix, ab aliquibus assignata, scilicet, immutatio offensiua, vel corruptiua dispositionis conuenientis naturæ, videtur quod sit nulla, quia, secundum eos, sicut in dolore est immutatio corruptiua dispositionis conuenientis; ita in delectatione est immutatio inductiua, vel saluatiua eiusdem; Sed ista immutatio nulla videtur esse, quia quæro ad quem terminum est? non ad primam sensationem, quia præcedit eam, sicut prima radix secundam; nec multò magis ad passionem sequentem sensationem, quia ista sequitur secundam radicem; igitur ipsa est ad vnam dispositionem, vt ad proximum terminum, quæ naturaliter præcedit omnem actum, tàm sensus, quàm etiam potentiæ delectantis, vel tristantis: sed nihil tale videtur necessarium ad delectationem, quia nihil præcedit ambo ista, nisi fortè species obiecti: sed si species præfuisset in Virtute phantastica conseruante species, nihil minus posset esse conseruatio necessaria, & omnis radix necessaria ad delectationem deberet tunc conseruari: Si etiam sensatio sola fieret, non minus posset esse aliqua delectatio, quia non minus esset operatio perfecta, quam concomitatur delectatio, secundum Phil. 10. Ethic. cap. 3. *ibidem*. A. 6.

Doloris secunda radix, scilicet, apprehensio immutationis offensiuæ dispositionis, conuenientis naturæ, quæ ponitur prima radix, sufficit sine prima ad dolorem. *ibidem*. ℣. *Præterea ad secundam*.

Doloris impressio, quæ est passio, sequitur: *vel sic*, Sequitur ex absoluto disconuenienti, vt refertur ad visum, & illi approximato impressio passionis, quæ est dolor, quæ est contra inclinationem ipsius recipientis, vt forma intrinseca; sicut actiuum est contra eius inclinationem, vt extrinsecum. *ibidem*. §. *Aliter potest dici*. C. 9.

Dolor verus fuit in Christo in parte sensitiua, quia obiectum approximatum tactui suo, & appetitui sensitiuo erat disconueniens illi sensui, & ille sensus erat perfectè perceptiuus, quia secundum proportionem bonæ dispositionis corporis est dispositio existentiæ tactus 2. De anima Tex. 94. & illud corpus fuit optimè complexionatum, sicut anima illius corporis erat perfectissima. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*.. H. 18.

Dolor excellens in parte sensitiua natus est impedire vsum rationis; quod probatur, quia plus impedit vsum rationis dolor vehemens, quàm delectatio secundum Aug. 83. QQ. *nemo est, qui non plus lugeat dolorem, quàm appetat voluptatem, quandoquidem videmus immanissimas bestias etiam asperitatibus terreri, dolore, & metu*: Sed aliqua vehemens delectatio sensibilis impedit vsum rationis secundum August. 4. De Ciuit. Dei cap. 16. *ibidem*. ℣. *Vlterius*.

Dolores concupiscibilis, & irascibilis non sunt idem dolori

lor; quia si offendens illud offeratur sub ratione impossibilis repellendi, erit maior tristitia in concupiscibili, & tamen non erit propriè ita. 3. Distinct. 34. Quæst. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. ℣. *Respondeo semper*. G. 12.

Dolor concupiscibilis fit cum alia mutatione organi in parte sensitiua, quàm dolor irascibilis; quia ille concupiscibilis est cum restrictione, sicut delectatio opposita fit cum delectatione: dolor autem irascibilis fit cum calefactione, quæ est aliàs accensus sanguinis circa cor; & ex hoc sequitur, quòd irascibilis, & concupiscibilis in parte sensitiua habent diuersa orgaua, quia idem non posset moueri simul diuersis motibus talibus. *ibidem*.

Dolores irascibilis, & concupiscibilis in parte rationali possunt habere similem distinctionem obiectorum, sicut dolores in parte sensitiua; Nam voluntati est aliquid primò delectabile, putà bonum sibi conueniens secundum se, vel conueniens appetitui sensitiuo, cui coniungitur in eodem supposito: potest etiam voluntas habere obiectum offendens, & secundum rectam rationem, & contra rectam rationem, & respicere illud, vt offendens actu nolendi repulsiuo, & imperioso; non est tamen tanta distinctio horum in voluntate, quanta est in appetitu sensitiuo, quia voluntas non est organica, nec oportet dicere magis, quàm alterum istorum sit vis, & alterum potentia, quàm è conuerso, sed sicut ratio distinguitur in portionem superiorem, & inferiorem per comparationem ad obiecta diuersa, & tamen est simpliciter eadem potentia; De vi autem nescio quid oporteat loqui, est enim verbum superfluum, idem enim simpliciter est ratio operandi ista obiecta distincta, superius scilicet, & inferius. *ibidem*. H. 13.

Dolor est effectus sensationis, vel obiecti non nisi sensati; ergo non potest esse idem dolor sine sensatione eadem, absque miraculo. 4. D. 10. Q. 5. §. *Respondeo*. ℣. *Tertio probatur*. C. 4.

Dolor vel est maximus in parte sensitiua, quando homo laborat in extremis; vel timor maximus, & vtraque passio vehemens nata est impedire liberum vsum rationis, & voluntatis. 4. D. 20. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secunda conclusio*. A. 4.

Dolot, vel timor, qui inest homini in extremis laboranti, non totaliter impedit intellectum, vel voluntatem: concedo, sed multum impedit, & per consequens remissiua, & imperfectius vsus intellectus, & voluntatis tunc potest haberi, qui vix sufficit ad displicentiam sufficientem, & requisitam ad veram pœnitentiam: hanc rationem tangit August. in littera, *Cum sera venit pænitentia, tantus aliquando cruciatus ligat membra, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cognoscere valeat*. *ibidem*. ℣. *Si dicas*. B. 5.

Dolorem propriè dictum non oportet quærere in spiritibus, siue Angelis, siue animabus separatis, nisi fingatur quòd in spiritu separato sit appetitus sensitiuus, & pari ratione sensus: & tunc etiam posset inesse sibi passio tàm secundum appetitum illum, quàm secundum sensum, quod eruffatieum est secundum Aristot. 1. De anim. Tex. 6. *Nihil aliud est animam tristari, vel gaudere, quàm texere, vel ædificrea*, quod vtique verum est, prout sunt passiones appetitus sensitiui, quia illæ sunt passiones totius coniuncti; sicut est sentire, ad quod sequitur passio. 4. D. 44. Qu. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Primum scilicet*. A. 5.

Doloris *siue* De dolore, vt distinguitur à tristitia, non oportet quærere causam, nec in spiritu separato, nec in anima separata, quia non potest esse ibi. *ibidem*. B. 6.

Dolor, sicut & delectatio sensitiua, est passio causata in appetitu sensitiuo ab obiecto apprehenso per sensum; Sicut ergo aliquod obiectum, vt obiectum, inquantum obiectum, hoc est intentionaliter motiuum, est conueniens, ita causat, posita sensatione, delectationem in appetitu sensitiuo; Vnde non est facile in omni delectatione, saltem visus, & auditus fingere immutationem aliquam realem ad salutem ipsius suppositi: Eodem modo licet immutationem intentionalem obiecti disconuenientis concomitetur alia immutatio realis, disconueniens naturæ (quod fortè non est verum in visu, & auditu) sequitur dolor causatus ab illo obiecto sensato, vt sensatu, in appetitu sensitiuo. 4. D. 44. Q. 3. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Modus autem*. C. 3.

Dolor nullus simpliciter repugnat qualitati mixti simpliciter requisitæ ad Vitam; quod patet satis, quia intentio causatiua doloris magis videretur repugnare: sed illa non repugnat, sicut vnum contrarium in *esse* reali, & aliud in *esse* intentionali: Apparet etiam per Aug. 21. Ciuit. cap. 3. *Non ideo mori poterunt illa corpora, quia dolebunt*: & subdit, *Cum corpora, quæ animalibus dolorem possunt inferre, mortem verò inferre non possunt, nisi quia non est consequens, vt mortem faciat, quod dolorem facit; non est ergo necessarium futuræ mortis argumentum dolor*: Et ratio sua paulò ante posita stat in hoc; animæ est dolere non corporis, etiam quando ei dolendi causa est à corpore; Si ergo à *dolore* argumentum sumeretur ad mortem, magis ad animam pertinet mori, ad quam magis pertinet dolere: adhuc autem ante illud innuit rationem aliam quasi talem, *cuius rationis est dolorem facere mortis argumentum, cum vitæ potius sit indicium? certum enim est viuere omne, quod dolet*; quasi arguit, si dolere necessariò infert viuere, non necessariò infert mori. *ibidem*. ℣. *Respondeo, nullus*. E. 5.

Dolorem ad excessiuum quandoque, imo hoc, vt in pluribus sequitur mora, quia sequitur improportio illius qualitatis naturalis requisitæ ad Vitam, & modum ponere, requireret declarare quomodo Virtus phantastica, & appetitiua possunt habere actionem in qualitates naturales; Sed quomodocunque hoc sit, non est ibi formalis repugnantia cuiuscunque sensationis, & doloris ad quemcunque gradum qualitatis naturalis requisitæ ad vitam. *ibidem*. E. 6.

Dolor cum non causetur in ipso sensu, sed in appetitu sensitiuo, & appetitus sensitiuus Beati est totaliter quietatus, vel completè satiatus delectationa sensibili, & delectatio excellens excludit tristitiam quamcunque 7. Eth. cap. 18. in illo appetitu Beati nullus dolor causari potest: Esset ergo concedendum, si illud sensibile (putà ignis infernalis) esset excellens sensui eius, quòd dolor causaretur in appetitu eius, nisi quia à causa efficaciori inest illi appetitui, quod excludit omnem dolorem. *ibidem*. ℣. *Ad primum*. I. 8.

Dolor partis sensitiuæ in Christo ante mortem redundabat vsque ad superiorem partem animæ; quod fuit miraculum contra effectum beatitudinis, sicut semper fuit miraculum vsque ad mortem, quod simul fuerunt beatitudo, & mortalitas, propter repugnantiam effectuum 4. Distinction. 49. Quæst. 12. *Ad primum principale*. G. 7.

D O M

Dominium.

Dominia distincta rerum lege naturæ, vel Diuina pro statu innocentiæ non sunt, imo tunc omnia sunt communia: Probatur per illud decretum Dist. 8. cap. 1. *Iure naturæ sunt omnia communia omnibus*: & ad hoc adducit Aug. super Ioann. cap. 2. Quo iure: dicentem, *Quo iure defendis villas Ecclesiæ, Diuino, an humano? Vnde quisque possidet, quod possidet? nonne humana voluntate? nam iure Diuino Dei est terra, & plenitudo eius; iure ergo humano dicitur, hæc domus mea, hæc villa mea est, hic seruus meus est*: item ibidem, *tolle iura Imperatorum, quis audet dicere: hæc villa mea est?* Et post ibidem, *Per iura possidentur possessiones*, & 12. quæst. 1. Dilectissimis. *Communis vsus omnium, quæ sunt in hoc Mundo, omnibus esse debuit*. 4. D. 15. Q. 2. §. *Hic sunt quatuor*. ℣. *De primo*. A. 3.

Dominiorum prima distinctio potuit esse iusta à lege positiua iusta, siue lata à Patre, siue à Priucipe, siue à communitate iustè regnante, vel regente, & hoc modo probabile est factum fuisse. *ibidem*. ℣. *Ex his*. F. 9.

Dominium.

Dominium rei neglectæ, ſicut negligitur in præſcriptione, & vſucapione, transferri in occupantem eſt neceſſarium ad pacificam conuerſationem Ciuium, quia ſi non transfertur dominium in illum occupantem, ſed remaneret apud primum poſt quantumcunque tempus, eſsent lites immortales; Nam poſt quantumcunque tempus ille, qui neglexit, vel hæres eius, repeteret illam rem neglectam ab alio, vel alijs quantocunque tempore occupatam, & eſſent tales lites, quòd impoſſibile eſſet eas decidere, quia nec probationem ſufficientem habere; & ex talibus litibus perpetuis eſſent contentiones, & forſitan odia inter litigantes, & ſic tota pax Reipublicæ perturbata. *ibidem*. §. *De ſecundo*. ℣. *Probatur etiam*. G.9.

Dominium ſuum ſi quilibet poſſet transferre in alium, tota Communitas poſſet cuiuslibet de communitate transferre dominium in quemlibet, quia in facto Communitatis ſupponit includi conſenſum cuiuslibet, ergo illa Communitas habens iſtum conſenſum quaſi iam oblatum in hoc, quod quilibet conſenſit in leges iuſtas condendas à Communitate, vel Principe, poteſt, per legem iuſtam, cuiuslibet dominium transferri in quemlibet. *ibidem*. H.10.

Dominium nouum, vel noua ſeruitus nihil reale ponit in Domino, vel ſeruo. 4.D.26.Q.*Vnica*.§.*Ad ſolutionem*. ℣.*Primum enim*. O.16.

Dominio retento, concedere alijs vſum non eſt inutile, vt dicitur ſentialiter Extrà de Verborum ſignif. Exijt, & eſt hodie in 6. libro, quia vſus ille neceſſarius eſt vtentibus; & à ſimili in contractu matrimoniali poteſt dici, quòd concedere poteſtatem ſui corporis ad actum copulæ carnalis, ſi petatur, retento tamen vſu, quia certum eſt quia ab illo non petetur, non eſt inutile; Hoc tamen exemplum patitur calumniam, quia non ita videtur quòd vſus poſſit reſeruari, dominio tradito, ſicut è conuerſo, quia poſterius magis traditur ſine priori, quàm è conuerſo: ſed quo ad hoc, quòd alicui poteſt competere vnum ſine alio (tenet). 4. D. 30. Quæſt. 2. §. *De ſecunuo*. ℣. *Reſpondeo in contractu*. D.6.

Dominus.

Dominus denominatur Deus relatione noua, quæ eſt in creatura ad ipſum; non quidem, quod in creaturis ſint duæ relationes oppoſitæ, quarum altera ipſe denominetur, ſed vna tantùm, quæ eſt ad ipſum, vt ad abſolutum, & propter hoc quòd ſic abſolutum eſt terminus illius relationis, denominatur, quaſi eſſet in eo noua relatio correſpondens; quemadmodum opus factum ab homine dicitur humanum, non propter aliquid humanitatis, quòd ſit formaliter in opere, ſed propter humanitatem, quæ eſt formaliter in homine, ad quem opus habet habitudinem. 1. Diſt. 30. Quæſt. 2. §. *Reſpondeo igitur*. ℣. *Reſpondeo ſola*. l. 12. *& ad vltimum ſecundæ quæſtionis*. R.20.

Dominus temporaliter incipit dici Deus: *vel ſic*, Quòd Deus temporaliter incipit dici Dominus, quod antea non dicebatur, manifeſtum eſt relatiuè dici; non tamen ſecundum accidens Dei, quòd ei aliquid acciderit, ſed planè ſecundum accidens eius, ad quod incipit dici Dominus relatiuè, Aug. 1. De Trinit. c.16. *ibidem*.

Dominus quòd ſit Deus, concederet fortè aliquis de Deo, notando factionem ſecundum quid: *vel ſic*, Concederet fortè aliquis de Deo, quòd Deus ſit Dominus notando factionem *ſecundum quid*, putà factionem ſecundum aliquam relationem rationis, vel ſecundum terminationem alicuius relationis; magis tamen quòd incipit eſſe Dominus, quia hoc non ſignificat imperfectionem, ſicut *fieri*: nullo modo tamen conceditur nec fieri, nec incipere abſolutè. *ibidem*. *Ad tertium principale primæ quæſtionis*. L.13.

Dominus alio modo incipit habere dominium ſerui dati vxori, quam prius habuit; habuit enim prius immediatè, & nunc habet mediatè, quia nunc eſt ſeruus vxoris. 4. Diſtinct. 6. Quæſt. 3. §. *Ad iſtam*. ℣. *Sed qualis*. B.3.

Dominus.

Dominus alicuius rei, non prohibitus à lege, vel ſuperiori, à cuius dependeat in dando, vel transferendo, vel donando, poteſt donare rem ſuam alij volenti recipere: hoc probatur: Quia ex quo per actum voluntatis ſuæ fuit Dominus; ergo pro voluntate poteſt ceſſare eſſe Dominus; & alius vult recipere; ergo poteſt incipere eſſe Dominus, & non prohibet aliqua cauſa ſuperior iſtum deſinere, & illum incipere eſſe Dominum; ergo per donationem iſtam fit verè, & iuſtè tranſlatio dominij. 4. D. 15. Q. 2. §. *De ſecundo*, ℣. *De primo*, I.11.

Domini rerum iuſtè eas permutant, ſi ſine fraude ſeruent æqualitatem valoris in communicatis, ſecundum rectam rationem, *ibidem*, ℣. *De prima tranſlatione*. L.13.

Domino malè, & inordinatè volente ſtatim rehabere ſuum, & per conſequens, inordinatè nolente proximum ſuum illud tenere, non eſt tenens iniuſtus, quia etiam depoſitum, de cuius redditione eſt lex ſtrictiſſima, poteſt teneri licitè, Domino inuito voluntate inordinata. *ibidem*, §. *De quarto*. ℣. *Reſpondeo*, *quod Domino*. Ff. 34.

Dominum liberalem decet retribuere maius bonum, quàm ſeruus poſſit mereri; dum tamen ſit talis proportio, quòd ſicut ſeruus facit, quod ſuum eſt, ita Dominus retribuat, quod ſuum eſt, & eodemmodo puniendo citra condignum. 4. D. 46. Q. 1. §. *Hic primo*. ℣. *Prima illarum*. C.4.

Domus.

Domus in intellectu artificis dicitur habere, *illud eſſe* quod formaliter habet ipſa cognitio domus; ſed ipſa cognitio eſt ſimpliciter perfectior, quàm ipſa domus extra, quia cognitio eſt quædam perfectio naturalis animæ; forma autem domus extra, vel non eſt realis, vel ſi eſt, multò eſt imperfectior, quàm illa cognitio. 4. D. 1. Q. 1. §. *Iſta ergo*. ℣. *Ad propoſitum*. Q.20.

Domus extra dicitur fieri à Domo in mente, quia fit à cognitione domus in mente, tanquam à principio formali; & illa cognitio domus eſt ſimpliciter perfectior domo extra: ipſa etiam domus intra, pro quanto participat *eſſe* cognitionis, perfectior eſt ſe ipſa extra. *ibidem*.

Domus in mente cum dicitur quod eſt ens diminutum, & domus extra ens reale: Dico, quòd cognitio eius eſt ens reale, & perfectius ens quàm domus extra; Domus etiam in mente participat nobilius eſſe reale, quàm ſit illud eſſe extra; Et ſic intelligendum eſt illud Aug. 9. De Trinit. 10. vel 11. quòd *ſuperius habet nobilius eſſe in ſe, quàm in intellectu: è conuerſo autem inferius habet nobilius eſſe in intellectu, quàm in ſe ipſo*: hoc intelligendum eſt de illo *eſſe*, quòd formaliter eſt ipſius cognitionis, & participatiuè ipſius cogniti; Verum eſt tamen, quòd domus extra habet verius eſſe domus, quàm domus in intellectu cuiuſcunque; ſed hoc eſt *eſſe ſecundum quid* id eſt, eſſe tale limitatum; nobilius autem ſimpliciter eſſe habet in intellectu, maximè Diuino. *ibidem*.

Domus non eſt nata habere rationem obiecti reſpectu ſuæ cognitionis quantum ad iſtas conditiones, cauſare, ſcilicet, notitiam, vel menſurare; quia intellectus, qui mouetur ab ente, vel quidditate in ſenſibilibus, non mouetur ab artificiali, vt artificiale eſt, quia ſic non eſt ens, nec habet quid; ſed tantum domus eſt obiectum, quantum ad tertiam conditionem, ſcilicet terminare actum, & iſta conditio obiecti non oſtendit maiorem perfectionem in obiecto, quàm in actu. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo, quod domus*. R.S.21.

Domus poteſt eſſe à ſua cognitione, non ſic autem Angelus à ſua. *ibidem*. *Reſpondeo, quòd aliquod*. S.21.

Domus hæc non detinet me effectiuè, quantum ad locationem, quia non locat me effectiuè; tamen impedit me moueri ad alium locum; & ideo poteſt dici quodammodo

effecti-

Domus.

effectiuè me detinere, sicut prohibens aliam detentionem formalem, vnde locus formaliter me continet, & locat, non autem effectiuè. 4. D.44. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ♈. *Respondeo, ignis*. D.8.

D O N

Donabile.

Donabile dicitur vno modo, quod est aptum natum donari: alio modo dicit idem, quod est possibile dari: nec sunt ista eadem, quia aliquod est possibile esse tale, quod tamen non est aptum natum esse tale; lapidem enim est possibile ferri sursum, & tamen non est aptum natum esse sursum, nec habet ad hoc aptitudinem. 1. D.18 Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. H.8.

Donabilitas.

Donabilitas aptitudinalis, quæ dicitur conuenire Spiritui Sancto, non est ad intra, sed ad extra, vt ad creaturam, quia non ad Patrem, nec ad Filium. 1. D.18. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. ♈. *Sed hoc*. B.4.

Donare.

Donare potest intelligi absolutè, prout est actus voluntatis liberaliter communicantis: Vel donare, idest, condonare, siue remittere, vt accipitur, cum dicitur, *Donauit peccata*; Primo modo verum est quòd cui plus donatur, ille magis tenetur donanti; & hoc modo dico, quòd Deus innocenti maius donum dedit, quàm cui dimittit peccatum: Secundo modo pœnitenti donat plus, quàm innocenti, quia innocens non habet quod sibi remittatur. 4. D.22. Q. *Vnica*. §. *De tertio*. ♈. *Respondeo donare*. O.16.

Donatio.

Donationem ad iustam requiritur liberalis translatio ex parte donantis, & voluntas recipiendi ex parte illius, cui fit donatio, & libertas ex parte amborum, huius donandi, & illius recipiendi, hoc est, quòd nulla lege superiori prohibeatur iste, vel ille, nec per actum alterius, à quo dependeant in illa translatione: & propter defectum secundi non potest quis donare pecuniam Fratri Minori, quia ille non vult esse Dominus: propter defectum tertij non potest Monachus dare, sine licentia Abbatis; nec filiusfamilias sine voluntate parentis: nec etiam Clericus, in aliquo casu, sine voluntate, vel saltem contra voluntatem Papæ, vt habetur Extra de censibus: Romana. 4 D.15. Q.2. §. *De secundo*. ♈. *De primo*. L.11.

Donatione, *idest*, In donatione non est iustitia, si donans non merè liberaliter donat; vel si contra voluntatem alicuius, à quo dependet in donando, donat, sicut patet Extra De censibus: Exigit: Non autem merè liberaliter donat simul deceptus, vel quasi necessitate tractus donat, quia ignorantia, & aliqualis coactio excludit voluntarium simpliciter ex 3. Eth. cap. 1. *ibidem*. §. *De tertio*. ♈. *Nam in donatione*. X.24.

Donatio non est merè liberalis, si attractus ad donandum donat, vt in vsuris dandis. *ibidem*.

Donationem, *seu* dationem mutuam corporum maris, & fœminæ in matrimonio à Deo institui congruum est. 4. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. A.2.

Donationis mutuæ contractui in matrimonio aliquod Sacramentum annecti congruum est, & ita *factum est*. *ibidem*.

Donationis mutuæ contractu marem, & fœminam transferre in se inuicem potestatem corporum suorum, pro vsu perpetuo ad procreandum prolem debitè educandum, honestum est. *ibidem*. ♈. *Secunda conclusio hæc est*. G.8.

Donum.

Donum nullum creatum est excellentius charitate. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. *Ad argumenta principalia*. ♈. *De secundo*. N n.31.

Dono omni, quod non est perfectio simpliciter, eminentius est aliquid in creaturis, quod formaliter est perfectio simpliciter. *ibidem*.

Donum accipitur tripliciter, vno modo aptitudinaliter; secundo modo habitualiter; tertiò modo actualiter. 1. D.18. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. B.4.

Donum non est proprietas constitutiua Spiritus Sancti, sed tantum spirationi passiua, quæ accipit esse à Patre, & Filio, quæ propriè signatur hoc nomine *Spiritus Sanctus*, quicquid dicat Aug. 5. Trin. cap. 11. quòd scilicet eius relatio magis apparet in hoc nomine *donum*, quam in hoc nomine *Spiritus Sanctus*. *ibidem*. §. *Respondeo*. ♈. *Quantum ad rem*. E.5.

Donum vno modo potest dici quodcunque liberaliter productum, & sic dare nihil aliud est, nisi liberaliter producere, & dari liberaliter produci: & isto modo potest concedi Spiritum Sanctum ab æterno datum esse, & donum; quia ab æterno spiratur: & sic donum non dicit, nisi proprietatem personalem, quia ab æterno Spiritus Sanctus est spiratus; Vnde sic dare; & dari, nihil aliud est, quàm spirare; & spirari, & sic non loquuntur Sancti de dono. *ibidem*. ♈. *Tamen propter*. F.6.

Donum vno modo potest, *siue* Per donum potest intelligi amor concors Patris, & Filij, quo Pater impendit amorem Filio; & ille rependit amorem eundem, quomodo loquitur Richardus 3. De Trin. de amore, & sic non intendit August. loqui de Dono, quia donum, quod idem est, quòd amor, est merè essentiale secundum vnam opinionem; vel merè personale secundum aliam opinionem. *ibidem*.

Donum per se aliquid vnum principaliter signat, & aliud ex consequenti connotat, & sic est vniuocum; signat enim per se respectum rationis ad creaturam, & tunc signat aliquod essentiale, & non per se, vel principaliter signat proprietatem notionalem alicuius personæ; Connotat tamen notionalem: vel si dicatur, quod signat vtrumque per se, tunc erit æquiuocum, & non signat per se vnum. *ibidem*. G.6. & *Ad primum principale*, & *ad sextum*. K.8.

Dona inter omnia primum donum, quod dat, & quisque dare potest, est amor eius, quem primò dat amato, qui est ratio cuiuscunque alterius doni; Nihil enim habet rationem doni, nisi inquantum cadit sub actu amoris, non enim culte llus, vel rosa, neque aliquod exterius habet rationem doni, nisi quia communicatum amicabiliter actu amatorio voluntatis; ideo omnia dona dicuntur talia ratione amoris dantis, & si non recipientis. *ibidem*. G.7.

Donum, supponendo quòd dicat aliquid per se, dico, quòd primò, & per se dicit respectum donabilitatis ad creaturam, vel donatum, vel donandi, quia donum tripliciter potest considerari respectu creaturarum, scilicet aptitudinaliter, habitualiter, & actualiter, vt dicit vna opinio, & in hoc benè; Sed tamen connotat proprietatem tertiæ personæ procedentis à Patre, & Filio, quia amor est verus ex vi processionis suæ, & sic verè liberè donum. *ibidem*.

Dona dantur per donum, quia per amorem, qui est primum donum, dantur dona omnia. *ibidem*. *Ad secundum principale*. G.8.

Donum iustitiæ, in statu innocentiæ, non coniungebat perfectius vltimo fini, quàm quæcunque gratia gratum faciens coniungit nunc viatorem. 2. D.21. Q.1. §. *Contra*. A.2.

Dona singula supernaturalia oportet in statu innocentiæ ponere in singulis potentijs appetitiuis inferioribus, ita quòd qualibet per suum donum delectabiliter moueretur à voluntate, & ipsa voluntas per donum suum delectabiliter moueret se ad potentias inferiores: etsi essent talia plura dona, potissimum tamen fuit iustitia originalis, quæ fuit in voluntate; Per illud enim voluntas quasdam delectationes appetitus sensitiui præuenisset, ne vnquam illæ inessent, puta adulterandi cum pulchra aliena; & quasdam imperasset, & bene eis vsus fuisset

 homo,

Donum,

homo, puta cognoscendi suam obediendo præcepto Diuino, illi scilicet, Crescite, & multiplicamini &c. 2.D. 29.Qu.*Vnica*. §. *Potest dici*. ℣. *Respondeo, si voluntas*. B. 5.

Donum omne est debitum, quod datur ab ipso Deo dante, voluntate antecedente, idest, quantum est ex parte Dei, sine speciali gratia, & merito, licet non voluntate consequente, 2.D.32.Q.*Vnica*.§. *Quantum ad secundum*. ℣. *Respondeo non faciendo*. C.9.

Donum ad hoc, quòd sit debitum; *vel sic*, Ad hoc, quòd donum sit debitum, sufficit datio voluntate antecedente, sioe virtualiter dare, licet non in se formaliter; ergo ad hoc, quòd voluntas sit debitrix, sufficit similis datio facta illi voluntati, *ibidem*. ℣. *Hanc instantiam*. C. 11.

Dona in statu innocentiæ erant ordinata, ita quòd iustitia originalis potuit esse sine gratia, non è conuerso; & tunc priuatio prioris includebat virtualiter priuationem posterioris. *ibidem*. *Ad argumentum quartæ quæstionis*. ℣. *Respondeo*. I. 19.

Donum supernaturale non posse conferri à Deo, sine alijs donis perficientibus talem personam, potest concedi in actionibus specialibus circa personas speciales, & modo speciali, sed non de actionibus generalibus concomitantibus remedia generalia, constituta pro toto genere humano: illas enim regulariter causat cum ipsis remedijs, ne sint vana. 4.D.6.Quæst.9.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Per hoc*. M. 20.

D O R

Dormiens.

Dormientis in oculo causatur species obiecti sensibilis, aliàs non excitaretur ab excellenti sensibili præsente: non etiam aliter aliquis excitaretur à sono excellenti, nisi species esset in aure. 1. D.3.Quæst.7. §. *Conclusio istarum*. ℣. *Si dicar*. H. 19.

Dormiens licet non respondeat pro se ipso in susceptione Baptismi, quia non vtitur ratione, posset tamen sibi Sacramentum conferri, dumtamen esset habitualiter consentiens; sed hoc non expedit facere, sed expectare tempus, quo actualiter consentiat. 4. D.4.Qu.4. *Ad quartum principale*. L. 6. in fine.

Dormiens cum Virgine cum consensu doloso in contractum matrimonij de præsenti, & postea absque hoc, quòd vnquam verè consensit, vt cum ista contrahat, cum alia veraciter contrahit; tenetur sibi ad certam restitutionem dotis, quam solent accipere Virgines in Patria illa. 4.D. 30.Q. 1. §. *Ad istam*. ℣. *Respondeo seruandum*. D.6.

D O S

Dos.

Dos impassibilitatis est qualitas, per quam formaliter repognat corpori glorioso passibilitas. 3.D.15.Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. X. 34.

Dos bene potest non inesse personæ dotatæ, sicut sponsæ non inest illud, quod sibi datum est à sponso, quod consueuit aliquando dici dos, sicut habetur Genes. 34. vbi ait Sichem, Iacob, & filijs eius, *Augete dotem, & munera postulate*: Etiam si dos dicatur illud, quod datur à Patre sponsæ sponso, quidem quantum ad vsum, sed remanet penes sponsam proprietas, sicut nunc vsitatè dicitur dos; patet quod illud non inest realiter nec sponsæ, nec sponso, sed tantummodo aliquo modo habitum ratione nuptiarum; & ita ratione nuptiarum spiritualium consummandarum in resurrectione dabitur cuicunque Beato pro dote assistentia Diuina præseruans ipsum ab omni corruptiuo. 4 D.49. Q. 13. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad primum illorum*. D. E. 10.

Dos quælibet habet actum aliquem: Dico, quòd non est verum, imo impassibilitas est dos, & non habet aliquem actum, quia non posse pati non est nisi negatio ipsius posse pati. 4. Distinct. 49. Quæst. 16. §. *Alius est*. ℣. *Et tunc*. E. 14.

Dos subtilitatis in corpore glorioso est possibilitas essendi cum alio in corpore, quæ conuenit illi, & debetur, vt ab anima beata informatur: Vnde sicut perfectio huius animæ est debitus ordo ad gloriam, sic est perfectio corporis, quòd sit cum alio corpore pro libito voluntatis animæ beatæ ad coagendum illi alteri. *ibidem*. §. *Respondeo*. ℣. *De secnudo*. H. 18.

Dos subtilitatis est quòd corpus Beati ad imperium voluntatis suæ sit cum alio corpore, propter perfectionem aliquam; quòd autem sit cum glorioso, non requiritur dos subtilitatis, nec perfectio aliqua. *ibidem*. *Ad vltimum principale*. N. 21.

Dotem claritatis voco colorem pulchrum in corpore beato, vltra perfectionem complexionis suæ cum refulgentia 4. D.49. Q.15. §. *Respondeo*. B. 2.

D O T

Dotatus.

Dotatus sicut habet ius in illo, quod assignatur sibi pro dote, ita Beatus, ex meritis, habet ius in Diuina custodia sibi impendenda; & illud ius præseruationis corporis ab omni corruptiuo per Diuinam custodiam est dos in Beato, & secundum corpus, quia est ad tutelam corporis. 4. D.49. Q. 13. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad primum*. E. 10.

D V B

Dubitatio.

Dubitationem omnem non excludit fides, sed aliqua dubitatio potest stare cum fide. 3 D.24. Qu. *Vnica*. §. *Sed si loquamur*. G. 17

Dubitatio, & timor longè distant, non solùm quia dubitatio pertinet ad intellectum, timor ad appetitum, sed etiam quia timor in appetitu non necessariò præexigit apprehensionem dubiam mali. 4. D. 49. Qu. 6. §. *De secundo*. P. 22.

Dubium, Dubius.

Dubium asserere, vel est mendacium, vel non longè est à mendacio. *Prolog*. Q.2. §. *De tertio*. B. 5.

Dubia non est via salutis simpliciter, quia ab actibus dubijs, tanquam à periculosis debet homo sibi cauere, & custodire se; ne homo, dum se exponit periculo, incidat in peccatum: quòd si noluerit quærere salutem; sed, non curando, exponere se periculo, vbi fortè, de genere actus, non est peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter, se tali periculo exponendo. *ibidem*. *Ad tertium principale*. E. 15.

Dubijs in omnibus vniuersaliter quantum ad materiam, & formam Baptismi sunt tres maximæ: prima est ista, si possibilitas adest, via tutissima est eligenda: secunda si non est possibilitas, viæ tutissimæ proxima est tenenda: Tertia est ista, cessante impossibilitate, cautè est supplendū, quod impossibilitas prohibebat. 4.D.3.Q.2. §. *Tertio de forma*. ℣. *Et vniuersaliter*. K. 10.

D V O

Duo.

Duo aliqua quandocunque comparantur ad aliquod tertium, quod est illimitatum eo modo, quo illa duo non sunt illimitata, non oportet condistingui in eis. 1.D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad rationes pro secunda opinione*. ℣. *Tertia ratio*. P. 38.

Duo fecisti Domine, (inquit Aug. 12. Confess. cap. 32.) *vnum prope te, & aliud prope nihil*, quod vocat materiam; forma autem non potest esse propè nihil. 2.D.12.Q.1.§. *Positio ista*. ℣. *Præterea Augustinus*. A. 9.

Duo (inquit Aug. 12. Ciuit. cap. 6.) *si sint æqualiter affecti animo, & corpore, & postea tententur eadem pulchritudine, vel obiecto, vnde est, quod alius cadit, & alius non cadit?* Et respondet, quòd hoc solum est à voluntate. 2.D.25.Qu. *Vnica*. *In primo argumento ad oppositum*. n. 2.

Duo aliqua quando concurrunt secundùm diuersas regulas, semper illud, quod est secundùm regulam superiorem, est eligendum, & faciendum. 4.D.50.Qu.2. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Præterea quando*. E. 10.

Duo.

Duo, pro quibus oratur, non sunt per se partes vnius, quòd sit susceptiuum adæquatum boni reddendi virtute orationis, sed vtrumque per se est susceptiuum adæquatum. *Quodl.* Q.20. §. *De primo.* ¶. *Ad exempla.* G.11.

Duo possunt esse inter se repugnantia, ita scilicet, quòd ambo non iustè fiant simul, & tamen vtrumque eorum diuisim posset iustè fieri: & sicut de iustè, ita de decenter fieri. *ibidem.* §. *Ad illa quæ probant.* ¶. *Aliter.* T.30.

D V P

Duplum.

Duplum est hoc ad A, & dimidium ad B, igitur est duplum, & dimidium, sed non sequitur; ergo est duplum, & non duplum; Non enim sequitur ex primis antecedentibus, nisi cum ista determinatione, quod est duplum ad A, & non duplum ad B, & ex illis non sequitur vlterius; ergo est duplum, & non duplum, sed est ibi ignorantia Elenchi. 2. D.2. Q.7. *Ad quartum principale.* C.3.

D V R

Duratio.

Duratio maior nihil perfectionis addit, nam albedo, quæ vno anno manet, non est perfectior, quàm si tantùm vno die maneret; ergo motus quantæcunque durationis non est perfectior, quàm motus vnius diei. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur.* ¶. *Contra istas.* X.25.

Durationis vnum instans accipiatur, in illo instanti possunt assignari omnia ordinata secundum originem, & naturam: accipiatur etiam vnum instans naturæ, in eo possunt assignari omnia ordinata secundum originem. 2. D. 1. Q.1. §. *Quantum ad hoc.* ¶. *Exemplum.* H.13.

Duratio tota à productione asini producti ab æterno, & generantis omnes asinos vsque ad istum, qui nunc est (hoc supponitur per possibile, vel impossibile) non esset finita, illi autem finiti; ille enim etsi productus fuisset ab infinito, non tamen potuit generasse ab infinito, quia generatio necessariò includit in creaturis, quòd sit mutatio inter terminos oppositos, scilicet priuationem, & formam, & quicquid est inter opposita sibi succedentia, non potest esse sempiternum. 2. D. 1. Q.3. §. *Tenenter autem primam opinionem.* ¶. *Ad tertiam.* F.17.

Duratione, *idest*, In duratione, siue mora essendi æuiterni, quæ est præcisè successiua, secundum vnam opinionem, est innouatio, & pars eius vna recedit, & alia succedit, & generaliter vna pars succedit alteri: non tamen est innouatio aliqua in illa existentia, cuius est illa mora. 2. D.2. Q.1. §. *Ad argumenta contra illam.* ¶. *Respondeo.* B.15.

Durationis partes non est necesse quòd in quibuscunque sint aliæ, & aliæ, quòd aliqua distinctio partium priorum sit causa huius distinctionis; quia illa, quæ alicui est secunda, potest in alio esse prima. *ibidem.*

Duratio pœnæ forte non cadit sub demerito, sicut nec duratio beatitudinis sub merito, sed ratione liberalitatis. 4. D.50. Q.6. *Ad vltimum principale.* S.16.

Duritia, Durities.

Duritia subditorum frequenter est causa, vt aliquid relaxetur eis, quod aliàs esset eis vtile non relaxari, si essent tractabiles. 4. D.33. Q.3. §. *Alia opinio.* ¶. *Quod autem.* C.7.

Durities in ferra si ponatur quod sit qualitas actiua, & per consequens, quòd instrumentum artificis sit actiuum, hoc nihil est; quia si Deus, de potentia absoluta, aliquod quantum molle conseruaret in eadem quantitate, & figura, mouendo ipsum localiter, æquè diuideret aliquod corpus, sicut modo instrumentum durum diuidit, ergo durities, quæ est qualitas, non est formale principium agendi: Apparet tamen esse pro eo, quòd est quædam impassibilitas resistens corrumpenti. 4. D.1. Q.5. §. *Ad primam ergo quæstionem dico.* ¶. *Ad intellectum.* F.14.

Durities licet prohibeat incisionem, non tamen combustionem, vel aliam passionem destructiuam. 4. D.49. Q. 13. §. *Respondeo.* ¶. *Contra hoc, illa.* C.7.

Finis Litteræ D.



E

Eadem.



Adem vni tertio sunt eadem inter se: *vel sic* Quæcunque vni, & eidem simpliciter sunt simpliciter eadem, inter se sunt eadem simpliciter: Ista propositio sic est intelligenda: Quæcunque, aliqua identitate sunt eadem alicui, illa, tali identitate, inter se sunt sic eadem; quia non potest concludi aliqua identitas extremorum inter se, nisi secundum illam identitatem, qua sunt eadem medio, & medium, in se, sic sit idem &c. Cum accipitur postea; Quicquid est in essentia diuina, est idem illi essentiæ, non est verum, intelligendo de identitate formali, & ideo non potest concludi formalis identitas extremorum inter se; quamdiu autem stat formalis distinctio relationum suppositi, stat formalis distinctio suppositorum. 1. D.2. Q.7. *Ad primum principale quartæ quæstionis*. 11.47.

Eadem quæcunque sunt vni, & eidem: *vel sic*, Quæcunque vni, & eidem sunt eadem, sunt inter se eadem, Ista propositio falsa est, nisi intelligatur de vniformi vnitate illius tertij in se, & illorum, quæ concluduntur esse vnum, ex vnitate illius; quia aliàs si est minor vnitas illius tertij in se, non potest concludi maior vnitas aliorum inter se, per vnitatem illorum cum tertio. 4. D.10.Q.3. *Ad tertium principale*. D.6.

E B I

Ebionitæ.

Ebionitæ, ad quorum hæresim extinguendam, tempore Leonis Papæ, fuit constitutum quòd conficeretur in fermento (quod fuit ad tempus) dixerunt quod necessarium erat Christianos iudaizare; & per consequens Pascha suum in azimo conficere, sicut fecerunt Iudæi; & ad extinctionem huius hæresis fuit ordinatum consecrare in fermento, sed post, hæresi illa extincta, rediit Ecclesia occidentalis ad primam consuetudinem, quæ conformis est institutioni Christi, & promulgationi factæ per eius Vicarium Petrum. 4. D.11. Q.6. *§. Ad primam quæstionem*. *ỽ. Hoc ergo*. C.6.

E B R

Ebriosus.

Ebriosus est, qui est assuetus ad ebrietatem, & iste non semper est ebrius, quia non semper impeditus ab actu rationis: Verum ergo dicit August. super Ioann. hom.5. *Non timeo ebriosum in actu baptizandi*, idest, assuetum generaliter ad ebrietatem; quia illa consuetudo mala non prohibet quin Baptismus ab eo collatus sit bonus, non tamen quando est ebrius; & hoc dico perfectè, quando totaliter impeditur ratio; sed aliàs, quando non est impeditus potens est ratione vti. 4. D.6. Qu.5. *Ad secundum principale*. G.10.

E C C

Ecclesiæ Catholicæ authoritas.

Ecclesiæ vniuersalis authoritas maxima est, quia dicit Aug. in libello contra Epistolam fundamenti, *Euangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Catholicæ crederem*, quæ Ecclesia sicut determinauit qui libri habendi sunt in Canone Bibliæ, ita etiam determinauit qui libri habendi sunt authentici in libris Doctorum, sicut patet in Canone. 1. D.5. Q.1. *Ad secundum principale*. F.8.

Ecclesiæ de Sacramentis multa non sunt expressa in Euangelio: *sive sic*, Multa de Sacramentis Ecclesiæ non sunt expressa in Euangelio, & tamen Ecclesia tenet illa esse tradita, certitudinaliter, ab Apostolis: Et periculosum esset errare circa illa, quæ non tantum ab Apostolis descendunt per scripta, sed etiam, quæ per consuetudinem

Ecclesiæ Catholicæ authoritas.

vniuersalis Ecclesiæ tenenda sunt; Nec Christus in Euangelio docuit omnia pertinentia ad dispensationem Sacramentorum, dixit enim Discipulis suis in Ioanne cap.6. *Sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille Spiritus Veritatis docebit vos omnem veritatem*; Multa igitur docuit eos Spiritus Sanctus, quæ non sunt scripta in Euangelio, & illa multa, quædam per scripturam, quædam per consuetudinem tradiderunt. 1. D.11. Q.1. *Ad secundum principale*. D.5.

Ecclesiæ ordinationem non oportet fundari super naturalem rationem necessariam, sed sufficit quod super probabilem. 4. D.39. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale*. F.7.

Ecclesia Catholica est communitas maximè verax, quia illa maximè veritatem commendat, & mendacium reprehendit; igitur eius testimonio certissimè credi potest, & præcipuè in illis, in quibus illa plus damnat mendacium, quàm in his, quæ sunt fidei, & morum. *Quodl.* Q.14. *§. De primo*. *ỽ. Ex his*. D.5.

Ecclesiæ stabilitas, & firmitas.

Ecclesiæ stabilitas patet quo ad caput per illud Aug. de vtilitate credendi quasi in fine, *Cum igitur tantum auxilium, tantum profectum, fructumque videamus, dubitamus nos eius Ecclesiæ credere gremio, quæ vsque ad consummationem generis humani ab Apostolica Sede, per successionem Episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, & partim ipsius iudicio plebis, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnantis culmen authoritatis obtinuit?* Vnde Gamaliel, Actuum 5. *Si est ex hominibus consilium hoc, aut opus; dissoluetur: Si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo videamini repugnare*: & Luc.22. ait Dominus Petro, *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*. *Prol.* Q.2. §. *De septimo*. B.9.

Ecclesiæ firmitas in membris patet per illud Aug. De vtilitate credendi cap.17. *Vulgus marium, & fæminarum &c.* Similem sententiam dicit contra Epistolam fundamenti. *Quis enim tantam multitudinem ad peccata pronam ad legem contrariam carni, & sanguini seruandam induceret, nisi Deus, ibidem*. *ỽ. Firmitas*.

Ecclesia militans nunquam erit fine aliquo, quia sit in charitate ex ordinatione Dei, iuxta illud Luc.22. *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua*. *Quodl.* Q.20. §. *De tertio autem*. *ỽ. Tertio dico*. P.24. *Additio*.

Ecclesia quo ad membra.

Ecclesiæ nisi sit membrum, nullus saluatur: *vel sic*, Nullus saluatur, nisi sit membrum Ecclesiæ, post lapsum Adæ; quod non est, nisi in fide mediatoris, sicut patet per Apostolum ad Hæb.11. diffusè, & per Hug. de Sacram. lib.1. 3. D.25. Q.1. §. *Sed hic*. *ỽ. Ad tertium*. F.9.

Ecclesia quo ad libros Canonicos.

Ecclesia libros, qui sunt in Canone diuinæ scripturæ, cum maxima diligentia approbatos recepit: tanta enim apud Iudæos sollicitudo fuit de libris habendis in Canone, & tanta apud Christianos de libris recipiendis tanquam authenticis, quòd de nulla alia Scriptura habenda pro authentica tanta sollicitudo fuit inuenta: præcipuè cum tam solemnes communitates de scripturis istis curauerunt, tanquam de continentibus necessaria ad salutem. *Prolog.* Q.2. §. *Quartum*. B.6.

Eccle-

Ecclesia quo ad legalia.

Ecclesia tenet, quòd hæresis est dicere legalia currere cum lege Euangelica, vt habetur Extra, De Baptismo, & eius effect. capite Maiores, vbi dicit Innocent. *Absit, vt in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum Euangelio, & circumsionem cum Baptismo seruandam*: non autem videtur quod Ecclesia hoc iudicaret hæresim ex sola omissione Iudæorum quadam necessitate dispersionis; seu huiusmodi non seruantium legem, sed videtur quod hoc fuit propter aliquam reuocationem, simpliciter factam à Deo. 4. Dist. 3. Quæst. 4. §. *Quantum ergo*. ℣. *Respondeo, quod tempus*. M. 17.

Ecclesia quo ad traditionem.

Ecclesia multa tenet oretenus per Apstolos sibi promulgata, sine scriptura: fundamentum est illud Ioann. 20. *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror Mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros*: & habetur expressè *Extra, De celebr. Missar. cap. Cum Martha lib. tertio*. 4. D. 17. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Vel igitur*. I. 17.

Ecclesia quo ad Sacramenta.

Ecclesia, vltra ius positiuum diuinum, quod continetur in Scriptura diuina, statuit multa, & propter obseruantiam honestiorem in moribus, & propter reuerentiam maiorem in suscipiendis, & dispensandis Sacramentis. 4. D. 17. Qu. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *De primo*. B. 4.

Ecclesia Rumana ordinauit quòd officia Ecclesiastica dicantur, & Sacramenta ministrentur in latinu grammatico, & hoc rationabiliter, quia istud distinctius potest scribi, & proferri. 4. D. 3. Qu. 2. §. *Tertio de forma*. ℣. *De istis quinque*. G. 9.

Ecclesia quo ad Baptismum.

Ecclesia Romana vel prohibuit formam Baptismi, qua vtuntur Græci, scilicet, *baptizetur seruus Christi*, (& hoc postquam cessauit causa, quare Ecclesia græca voluit seruare illam formam, & non illam, qua vtuntur latini:) vel prohibuit, inquam, illam formam quantum ad eos, & tunc peccant seruando, quod expressè non inuenitur in aliquo capitulo specialem mentionem faciente de ea: vel si permisit, siue concessit, licitum videtur eis illam formam continuare: & si, tali permissione, seu licentia stante, in Concilijs suis particularibus ordinauerunt inter se talem formam esse seruandam; videtur quòd Minister eorum tenetur eam seruare, sicut stante illa permissione Ecclesiæ Romanæ, quòd alicubi fiat trina immersio; alicubi vna: in illa Ecclesia, quæ determinauit trinam immersionem seruandam, sic faciendum est; & est de necessitate Ministri, præceptum, & modum propriæ Ecclesiæ seruare. 4. D. 3. Quæst. 2. §. *De secundo*. D. 6.

Ecclesiæ Romanæ in potestate fuit (cum Christus expressit verba, quæ sunt principalia in forma baptismi; & quæ non principalia, scilicet actum, & suscipientem) determinare, quibus verbis primæ, vel tertiæ personæ; & indicatiuè, vel optatiui modi exprimerentur suscipiens, & actus; & Ecclesia latina elegit exprimere suscipientem in secunda persona; & actum indicatiuè, & rationabiliter, vt notaret Ministrum verè conferre Sacramentum: Ecclesia autem græca elegit aliter, & rationabiliter pro tempore; vt auferretur schisma gloriantium de baptizantibus Ministris dicendo 1. Cor. 1. *Ego sum Pauli &c. ibidem*. *Ad secundum principale*. Q. 14.

Ecclesia, ex quo in eius potestate fuit determinare formam Baptismi ad illa verba, *Baptizo te*, non videtur, quòd voluerit aliquem ità præcise ad illam formam arctare, vt per hoc alicui præcluderetur via salutis; Nunc autem casu, quòd plures essent statim morituri, & baptizandi, alicui illorum præcluditur salus, si non posset aliquis, sine peccato mortali, vti ista forma, *Baptizo vos*; nam si in quocunque casu esset peccatum mortale, nullus deberet eos sic baptizare: nullus enim debet salutem alterius procurare, peccando in se mortaliter. 4. D. 6. Q. 2. §. *De tertio*. ℣. *An autem*. H. 6.

Ecclesia Romana videtur sentire characterem imprimi in anima in Baptismo, sicut dicit Innocentius tertius Extra, de Baptism., & eius effect. *Maiores; qui fictè accedit ad Baptismum, characterem suscipit Christianitatis impressum*. Sentiendum tamen est de Sacramentis Ecclesiæ, sicut sentit Romana Ecclesia. 4. Dist. 6. Quæst. 9. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Breuiter sicut*. H. 14. & Dist. 11. Quæst. 3. §. *Quantum ergo*. ℣. *Principaliter*. E. 13.

Ecclesia cogens suscipientem baptismum cum actuali eius dissensu interiori illud suscipiendi, & non reclamantem, nec protestantem, signo exteriori, suum dissensum, ad obseruantiam legis Christianæ, non potest argui quòd isti nolenti, tamen non reclamanti fiat iniuria: minus enim malum est sibi, quòd inuitus seruet legem Christianam, quàm quòd impunè permittatur agere contra eam; quia minus malum est inuitum aliqua bona facere, & mala fugere, quam liberè, & impunè mala agere, & bona dimittere. 4. D. 4. Q. 4. §. *Hic distinguo*. ℣. *Nec in hoc*. D. 4.

Ecclesia quo ad Eucharistiam.

Ecclesia militans, & Eucharistia in ea durabit donec veniat Christus ad iudicandum, sicut tenent omnes Sancti iuxta illud Apostoli 1. Corinth. 11. *Quotiescunque*, inquit, *panem hunc comedetis*, & *calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat*, supple, ad iudicandum. 4. D. 8. Quæst. 1. *Hic tria*. ℣. *De secundo*. A 2.

Ecclesia declarauit intellectum verborum consecrationis, qui importat transubstantiationem, esse de veritate fidei in Symbolo edito sub Innucentio III. in Concilio Lateranensi, *Firmiter credimus* &c. vbi explicitè ponitur veritas aliquorum credendorum magis explicitè, quam habebatur in Symbolo Apostolorum; vel Athanasij; vel Nicæni: Et breuiter quicquid ibi dicitur esse credendum, tenendum est esse de substantia fidei, & hoc post istam declarationem solemnem factam ab Ecclesia. 4. D. 11. Q. 3. *Ad secundum pro prima opinione*. F. 15.

Ecclesia Sancta Romana, *siue* Sancta Romana Ecclesia tenet panem transubstantiari in corpus Christi; & vinum in eius sanguinem, sicut manifestè habetur Extra de summa Trinit. & fide Cathol. *Firmiter credimus* §. Vna vero, vbi dicitur, *Ipse Iesus Christus Sacerdos est, & Sacrificium, Corpus, & Sanguis in Sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in Sanguinem, potestate diuina*. 4. Distinct. 11. Quæst. 3. §. *Quantum ergo*. ℣. *Principaliter*. E. 13.

Ecclesia non errat cum dicit, *fiat commixtio, & consecratio corporis*, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi &c. *ibidem*. ℣. *Ad hoc*.

Ecclesia Catholica eo spiritu exposuit verba consecrationis, quo tradita est nobis fides, spiritu scilicet veritatis edocta; & ideo hunc intellectum transubstantiatiuum eligit, quia verus est; Non enim in potestate Ecclesiæ fuit facere istud verum, vel non verum, sed Dei instituentis, & secundum intellectum à Deo traditum Ecclesia explicauit, directa in hoc, vt creditur, à spiritu veritatis. *ibidem*. *Ad secundum pro prima opinione*. ℣. *Dico, quod eo spiritu*. G. 15.

Ecclesia non ita strictè præcepit suscipientem Eucharistiam esse ieiunum, prohibendo non ieiunum suscipere, sicut prohibet diuisionem Sacramenti; Imo ipsa diuisio prohibetur à Christo ex prima institutione Sacramenti: nec etiam ita strictè prohibet non ieiunum percipere, sicut præcipit consecrantem percipere. 4. D. 8. Qu. 3. §. *Respondeo aliquis*. ℣. *Respondeo Ecclesia*. F. 5.

Ecclesiæ latinæ laudabilis est consuetudo, quæ nulla

Ecclesia quo ad Eucharistiam.

dispensat Eucharistiam, nisi in modica quantitate, quæ non posset suscipi ad crapulam; & sufficit valdè benè ad reuerentiam debitam Sacramenti. *ibidem. Ad secundum principale.* H.8.

Ecclesia rationabiliter defectibus naturalibus, vt mutilationi &c. impedientibus ordinatam conficientism Eucharistiæ, adiunxit pœnas canonicas, scilicet prohibitiones ministrandi, propter reuerentiam Sacramenti, & ad vitandum scandalum pusillorum: & istæ prohibitiones patent in Canone dist.25. & Extra de corpore vitiatis; Requiritur ergo in ordinatè conficiente ablatio omnium horum impedimentorum; quia habens quodcunque istorum, si conficit, facit contra prohibitionem Ecclesiæ, & per consequens non ordinatè, 4. D.13. Q.2. §.*Primò videndum*. ℣. *De primò*. E.8.

Ecclesia quo ad Sacramentum Pœnitentiæ.

Ecclesiæ præceptum de confessione facienda, iure diuino promulgato à Christo Apostolis, promulgatum fuit per Apostolos: *vel sic*, Præceptum de confessione Sacramentali potest teneri quod sit de iure diuino promulgato à Christo Apostolis, sed Ecclesiæ promulgato per Apostolos, absque omni scriptura; sicut multa alia tenet Ecclesia oretenus per Apostolos sibi promulgata, sine scriptura. 4 D.17. Q.*Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Vel igitur*. I.17.

Ecclesia, præceptum de confessione, quantum ad aliqua, quæ continet, non specificauit, & quantum ad aliqua specificauit; præcipua autem specificatio huius præcepti inuenitur in cap. vtriusque sexus extra de pænitentia, & remissione. *ibidem*. ℱ. *De tertio*. Q.24.

Ecclesia, quantum ad *Quis*, specificauit præceptum confessionis, quia peccator adultus, postquam, scilicet, ad annos discretionis attigerit &c. *ibidem*. ℣. *Quantum ad Quis*.

Ecclesia non specificauit præceptum de confessione quoad venialia, & hoc rationabiliter; quia ipsa vtitur sacramento pænitentiæ tanquam tabula secunda contra naufragium, quod non est in venialibus; nec aliquis tenetur ad aliquam contritionem de venialibus; imo in actuali voluntate, vel actu venialis moriens saluabitur. Non videtur autem, quòd aliquis teneatur ad secundam partem pænitentiæ, quæ est confessio, de quo non teneatur habere contritionem, vel attrictionem. *ibidem*. ℣. *Dico igitur*, R.25.

Ecclesia, quantum ad *cui*, videtur specificare præceptum confessionis in cap. Vtriusque sexus per hoc, quod ait *proprio Sacerdoti*: nam ex prima institutione Ecclesiæ non videntur fuisse distincti proprij Sacerdotes. *ibidem*. ℣. *Quantum autem ad cui*. R.26.

Ecclesia, quoad *quando*, determinauit præceptum confessionis: & illud semel videtur ad minus esse circa Pascha, quo tempore secundum capitulum vtriusque sexus debet quilibet Christianus communicare, nisi in casu. *ibidem*. ℣. *Quo ad quando*. V.28.

Ecclesia quo ad forum Publicum.

Ecclesia, quoad forum publicum, habet auctoritatem corrigendi delicta publica; & ibi requiritur duplex authoritas, correspondens duplici authoritati in foro secretissimo pœnitentiæ, sicut ad quodlibet iudicium rectum requiritur cognitio in causa illa, & sententiatio: istæ auctoritates pertinentes ad forum publicum possunt dici claues: De hac potestate data Ecclesiæ habetur Matth.18. dicente Christo Petro, *Si peccauerit in te frater tuus*, & sequitur tandem, *Dic Ecclesiæ: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus*: & sequitur, *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælis*; Ex quo patet quòd Deus approbat solutionem, & ligationem Ecclesiæ factam in foro publico, quam qui contemnit habendus est sicut Ethnicus, & Publicanus; In hoc forò

Ecclesia quo ad forum publicum.

clauditur Ecclesia, idest, communio fidelium per excommunicationem; & aperitur per absolutionem ab excommunicatione, seu reconciliationem. 4. D. 19. Qu. *Vnica*. §. *De quinto*. K.15.

Ecclesia non omnia mala punit, nec sic ea prohibet, vt propterea pœnas Ecclesiasticas iniungat. 4. Dist. 38. Quæst. *Vnica*. §. *Dico, quod votum*. ℣. *Respondeo non omnia*. D.6.

Ecclesia quo ad sacros Ministros.

Ecclesia in primitiua *siue* In primitiua Ecclesia erant pauci credentes, & ideo pauci Ministri sufficiebant ad dispensandum eis Eucharistiam; Et ideo non oportuit tunc Ministros in singulis gradibus institui: post autem multiplicata est fides, & etiam concomitabatur deuotio ad communicandum quotidie, & tunc fuit necessitas habendi multos Ministros ad singula ministeria ad Eucharistiam pertinentia; Et ideo tunc Ecclesia multos Ministros in singulis gradibus instituit: nec tamen tunc de nouo instituit. 4. D. 24. quæst. *Vnica*. *Ad tertium principale*. K.12.

Ecclesia præcisè determinante non est tenendum &c *vel sic*, Mulierem nullo modo, etiam de facto, posse suscipere ordines, ita quòd, si attentetur fieri, nihil fiat non est tenendum tanquam præcisè per Ecclesiam determinatum, sed habetur hoc à Christo; Non enim Ecclesia præsumpsisset totum sexum muliebrem priuasse, sine culpa, actu qui posset sibi licitè competere, qui esset ordinatus ad salutem mulieris, & aliorum in Ecclesia per eam; quia hoc esse videretur maximæ iniustitiæ, non solum in toto sexu, sed etiam in paucis personis. 4. D. 25. Q.2. §. *Hic breuiter*. ℣. *De tertio modo*. C.4.

Ecclesia in primitiua, *siue* In primitiua Ecclesia pueri non erant statim instructi in his, quæ pertinent ad Cultum, vel officium diuinum, & imo bene adulti erant in talibus satis rudes; Nunc autem pueri statim in talibus erudiuntur, & exercentur; & ideo sufficientius instructus est aliquis modo, tredecim annorum, in talibus actibus, quàm tunc forte erat rusticus vigintiquinque annorum: Et ideo non mirum quòd decreta in ætate seruanda in suscipiendis ordinibus abrogata sunt. *ibidem*. *Ad tertium principale*. F.6.

Ecclesia communiter non cogit aliquem ad susceptionem ordinis Sacri. 4. Dist. 37. Quæst. *Vnica*. ℱ. *Dico igitur*. B.4.

Ecclesia in diuersis parochijs instituit diuersos Sacerdotes parochiales, qui tenentur officiare Ecclesias, & celebrare specialiter pro suis parochianis: consimiliter in diuersis collegijs partialibus sunt diuersi Sacerdotes instituti ad offerendum Sacrificium Altaris, & specialius semper pro illis, qui sunt in tali collegio: De hoc potest accipi illud 7. quæstione prima, & notat Hieronymus ad Rusticum monachum: *In apibus princeps vnus est, Grues sequuntur vnam, Roma autem condita duos fratres Reges simul habere non potuit*: & sequitur; *Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archidiaconi, & omnis Ecclesiasticus ordo suis Rectoribus regitur*, hæc ille: Nec tantum requiruntur Rectores in Ecclesia ad correctionem faciendam, sed ad reconciliationem faciendam peccatorum per orationes Ecclesiæ, & hostiam salutarem. *Quodl*. Q.20. §. *De secundo autem*. ℣. *Potest ergo*. K.16.

Ecclesiæ collata est potestas ordinandi sibi Ministros, vt colligi potest ex illo verbo Pauli 1. Timot.3. vbi describitur quales esse debent Diaconi. 4. D.25. Q.1. §. *De secundo*. I.14.

Ecclesiam quo ad matrimonium.

Ecclesia, circa materiam habilem, vel inhabilem matrimonij, aliquid immutat, sed non circa illud, quod est essentiale contractui matrimonij. 4. D.26. Qu. *Vnica*. *Ad secundum principale*. S.20.

Ecclesia, cui non potest innotescere animus exercentis actum copulæ carnalis cum aliqua, post consensum expressum verbis de futuro, præsumit quòd iste noluit peccare mortaliter, & ideò, quòd talis procedat à consensu spon-

salium

Ecclesia quo ad matrimonium .

falium ad nonum consensum matrimonialem, & illo affectu cognoscat istam: Et per hoc ad illud, quod adducitur extra, De sponsalibus. Is, qui. Concedo enim, quòd si non mutetur consensus prior in matrimonialem, secundum veritatem non est matrimonium, licet Ecclesia sic præsumat. 4. D.28. Q. *Vnica. Ad primum principale.* ℣. *Respondeo.* B.3 4.

Ecclesiam præsumere ob metum contrahentem matrimonium non habere consensum, siue in eo tunc non esse consensum interius, licet eum verbis exprimat exterius; quia scilicet præsumit ipsum ex metu tantummodo consensisse exterius, non interius in animo; falsum est, quia Ecclesia semper præsumit pro meliori parte, sicut habetur extra de regulis iuris. Estote misericordes: & extra. De scrutinibus in ordinibus faciendo. cap. vnico: *Quis præsumitur idoneus, quando non probatur inidoneus*: & apparet manifestè, quia Ecclesia copulam carnalem sequentem sponsalia præsumit esse ex affectu matrimoniali; quia præsumit sponsum, & sponsam ante Trident. de Clandestin. non peccare mortaliter in illo actu, ergo à simili hic. 4. D.29. Q. *Vnica. §. Hic dicitur.* ℣. *Secundo peccat.* A. 5.

Ecclesiam illegitimare ad contrahendum matrimonium personam, aptam etiam pro tempore illo, pro quo est coactio, dicit quidam quòd posset dici; quia si potest illegitimare simpliciter, ita etiam in casu, vel ad tempus; sed hoc non credo, imo statutum Ecclesiæ hoc (idest libertatem) requirit ad naturam istius contractus ab efficiente determinatum propter finem, ad quem est. *ibidem. §. De secundo.* ℣. *Dicis etiam.* D. 8.

Ecclesia nunquam attentasset post matrimonia rata, non consummata licentiare alterum coniugum ad Religionem; altero manente in sæculo, nisi Christus hoc instituisset; Habetur autem hoc ex facto Christi vocantis Ioannem Apostolum, & Euangelistam à nuptijs Ioann. 2. cuius exemplum secuti sunt Sancti Patres Alexius, & Theonas, & alij. 4. D. 31. Q. *Vnica. §. Ad quæstionem.* ℣. *Tertio modo.* C. 7.

Ecclesia, de iure positiuo suo, illegitimauit fidelem ad contrahendum matrimonium, non simpliciter, sed respectu infidelis, sicut patet Dist. 28. Q. prima. Hoc autem Ecclesia rationabiliter ordinauit, quia hoc non potest congruè, & honestè fieri; non enim est honestum fidelem contrahere cum aliquo, vbi deficiat bonum prolis completum, quod est educatio ad cultum veri Dei: nec honestum est fidelem contrahere, cui contractui non sit annexum Sacramentum fidei Christianæ, & etiam vbi non sit bonum sacramenti, idest, indissolubilitas, quia coniugium Christianorum natum est habere hæc bona. 4. D.39. Q. *Vnica. §. De secundo.* ℣. *Respondeo quod sic.* E.5.

Ecclesia illegitimauit ad contrahendum matrimonium personas, aliquando in gradu remotiori, quam in lege naturæ, vel Mosayca fuit prohibitum, vt primò in septimo, postea in quarto gradu: & ratio illegitimationis fuit propter pacem, & amicitiam seruandam in Ecclesia, vsque enim ad quartum manet amicitia ratione consanguinitatis: & ex tunc incipiunt esse quasi extranei, & amore contepescere; & ideo congruum est tunc, per vinculum coniugale, tepescentem amicitiam reuocare. 4. D. 40. Q. *Vnica. §. De secundo.* ℣. *Respondeo.* E. 5.

Ecclesia nihil determinauit circa formam, vel materiam contractus matrimonialis, sed solùm personas aliquas illegitimauit, faciendo eas non capaces huius contractus; & hoc vel propter nimiam propinquitatem inter se; vel propter earum ad cultum diuinum specialem applicationem; vel propter alicuius horrendi criminis enormitatem. 4. D.42. Q. *Vnica. §. Ex statuto.* I.8.

Ecclesia propter applicationem specialem ad cultum diuinum, illegitimauit eum, qui solemniter vouit continentiam, & eum, qui suscepit ordinem sacrum; De primo dictum est Dist.38. & de secundo Dist.37. *ibidem.* ℣. *Propter applicationem* K.10.

Ecclesia illegitimauit iustè ad matrimonium propter enormitatem criminis, tantummodo duplicis; Propter scilicet enormitatem infidelitatis illegitimauit fidelem, non simpliciter, sed respectu infidelis, & è conuerso, ad matrimonium contrahendum: & de hoc dictum est Dist. 39. Aliud crimen enorme est adulterium cum machinatione in mortem legitimi coniugis: Et de isto impedimento dictum est Dist. 35. vel etiam cum fidei datione de contrahendo post mortem legitimi coniugis. *ibidem.* ℣. *Tandem propter.*

Ecclesia ponere tantam sollicitudinem, quantam ponit in ordinando matrimonia non est admirandum, quia communitas Christianorum viitur matrimonio, per cuius vsum multiplicatur populus Christianus: & ideo sic ordinari debet, vt in eius contractu, & vsu, vitentur ea, quæ obuiant Charitati, siue in Deum, siue in proximum; & seruanda sunt, quæ congruunt honestatem, vt sic honestum matrimonium Christianorum congruè significet illam benedictam coniunctionem Christi, & Ecclesiæ, de qua dicit Apostolus Ad Ephes. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*, quæ coniunctio nunc est per fidem, & aliquam dilectionem; Sed in Patria erit per visionem, & perfectam fruitionem sponsæ *non habentis maculam, neque rugam*, ad sponsum *speciosum præ filijs hominum. ibidem.* ℣. *Tres alij.* N. 12.

Ecclesia in orando .

Ecclesia in orando respicit aliquando vnam personam Sanctissimè Trinitatis, non considerando actualiter aliam, vt patet in collectis, in quibus includitur in fine *Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.* Primò enim præmittitur Pater, ad quem oratio communiter porrigitur, & in fine subnectitur Mediator, in cuius nomine petit, & orat Ecclesia: vnde si quis orando *Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.* intenderet petere in nomine Trinitatis, nihil peteret, quia petitur in nomine Mediatoris, qui Christus est: videtur ergo Ecclesia, in orando, orare vnam personam, & non aliam actualiter: Hoc etiam patet in illo hymno, *Veni creator Spiritus*, vbi multa ponuntur, quæ non conueniunt, nisi Spiritui Sancto, vt puta, quòd sit Donum, & talia. 2. D. 43. Quæst. 1. §. *Respondeo.* ℣. *Videtur tamen.* A. B. 3.

Ecclesia quo ad modum viuendi .

Ecclesia ad quamcunque veneris, illi te conformes, ait Ambros. & Aug. Ergo in Petro reprehensibile fuit in Ecclesia genitum ad Gal. 2. non conformare se eorum modo viuendi, vel quia in hoc dabat occasionem gentibus seruandi legem; vel quia ostendens facto illud esse necessarium, vel saltem necessarium ad hoc, vt conuersi ex Iudæis vellent communicare cum eis; & sæpè inferiores facerent aliqua difficilia, ne excluderentur à communione superiorum. 4. D.3. Q.4. §. *Quantum ergo.* ℣. *Primum enim.* L. 15.

Ecclesia materialis.

Ecclesiæ Parochiales, & aliæ solemnes collegiatæ sunt, regulariter, loca consecrata. 4. D. 13. Q. 2. §. *Sequitur secundum.* ℣. *Quæ autem.* K. 14.

Ecclesia à iure interdicta est, si est polluta Sanguine, vel semine extra de consec. Eccles. cap. vltimo, si in Ecclesia: & in talibus, si notorium est, peccatum est celebrare, non tamen incurritur irregularitas, quia non est à iure inflicta expresse: Si autem priuatum est, nec peccatum est, quia nec reconciliatione indiget, extra de adulterio, significasti. *ibidem.* ℣. *Circa primum.* M. 17.

E C L

Eclypsis .

Eclypsis, si est cognoscibilis ex duplici causa per duas potentias, scilicet, per sensum, & intellectum habentem demonstrationem, nunquam cognoscitur perfectissimè, nisi cognito principio demonstrationis perfectissimè: non tamen sequitur; ergo nunquam cognoscitur, nisi cognito principio demonstrationis, habet enim aliam causam, qua cognosci potest, quia ista non est præcisa causa: tamen

Eclypsis.

meo per illam aliam non potest ità perfectè cognosci, sicut per istam, quia ista causa, scilicet demonstratio, qua potest cognosci ab intellectu, est perfectior causa cognitionis suæ, quàm alia, qua potest cognosci per sensum. 1. D.3.Q.2. *Ad secundum principale secundæ quæstionis*. V. 30.

E F F

Effectiuum.

Effectiuum aliquod est primum simpliciter, ita scilicet, quod non sit effectibile, nec effectiuum virtute alterius à se. 1. D. 2. Quæst. 2. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Prima conclusio*. H. 11.

Effectiuum nullam imperfectionem ponit necessariò, ergo potest esse in aliquo sine imperfectione: sed si in nullo est effectiuitas sine dependentia ad aliquid prius, in nullo est sine imperfectione, ergo effectiuitas independens potest inesse alicui naturæ, & illa est simpliciter prima, ergo effectiuitas simpliciter prima est possibilis: & hoc sufficit, quia tale efficiens primum, si est possibile, est in re. *ibidem*. ℣. *Probatio istarum*. K. 14.

Effectiuum simpliciter primum est incausabile: *vel sic* Simpliciter primum effectiuum est incausabile: hoc probatur, quia est ineffectibile, & independens effectiuum, quia si sit virtute alterius causatiuum, vel ab alio effectibile; ergo vel procedetur in infinitum, vel erit circulus, vel status in aliquo ineffectibili, & independente effectiuo: illud dico primum, & aliud patet, quod non est primum ex datis tuis, *ibidem*, ℣. *Secunda conclusio*. L. 16.

Effectiuum primum est in actu existens, & aliqua natora existés actu sic est effectiua: probatio, Cuius rationi repugnat simpliciter esse ab alio, illud si potest esse, potest esse à se: sed rationi primi effectiui repugnat simpliciter esse ab alio &c. ergo effectiuum simpliciter primum potest esse à se; ergo est à se, quia tunc non ens produceret aliquid ad *esse*, quod est impossibile, & adhuc idem causaret se, & ita non erit incausabile omninò. *ibidem*. ℣. *Tertia Conclusio*. M. 16.

Effectiuum primum simpliciter non effectibile, nec effectiuum virtute alterius à se incausabile, actu existena, non tantum est prius alijs, sed aliqoid esse prius eo includit contradictionem, sic, inquantum primum existit: probatur: nam in ratione illius maxime includitur incausabile; ergo si potest esse, quia non contradicit entitati, sequitur quòd potest esse à se, & ita est à se. *ibidem*. ℣. *Iuxta tres conclusiones ostensas*, M. 16.

Effectiuis, *idest* In effectiuis sicut non variat: *vel sic*, Sicut in effectiuis non variat rationem efficiendi, quod non pertinet ad per se rationem efficiendi: ita in finibus illud non variat rationem finis, quod variat rationem terminandi. 3. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem igitur*. ℣. *Ex hoc potest*. D. 12.

Effectus.

Effectus nihil habet ab aliquo causante, quia illud natum esset causare, nisi actu causet. *Prolog*. Qu. 4. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Contra, hoc non saluat*. E. 11.

Effectus nouus potest fieri voluntate antiqua sine mutatione voluntatis, sicut ego, volitione mea eadem continuata, qua volo aliquid iam fieri, faciam illud tunc, pro quando volo illud facere. 1. D. 8. Quæst. 5. §. *Ad argumenta pro opinione Phil*. ℣. *Ad illud*. Y. 23.

Effectus dependens à principio actiuo, & passiuo, vniuersaliter necessariò requirit relationem realem. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Tenendo opinionem secundam*. ℣. *Sed quandoque*. T. 43. *Additio*.

Effectus ex sua entitate absoluta non necessariò requirit causam proximam, posset enim eadem entitas absoluta esse à causa prima, & tamen quando producitur à causa proxima, habet relationem ad eam. 1. D. 30. Quæst. 2. *Ad tertium principale*. ℣. *Præterea effectus*. P. 18.

Effectus.

Effectus si habet *esse* in se ipso respectu causæ primæ simpliciter est in se, quia respectu nullius habet verius esse: vnde illud, quod dicitur tale respectu primæ, est simpliciter tale. 1. D. 39. Qu. 1. 2. 3. &c. §. *Contra istud*. ℣. *Item, si effectus*. B. 9.

Effectus omnis quando in actu causatur, habet causam: Hoc patet per Arist. 2. Phys. Tex. 27. & 5. Meta. Tex. 3. *efficiens in actu, & causatum in actu simul sunt, & non sunt*: Patet etiam, si nulla esset auctoritas, per rationem manifestam, quia quod non est, quando non est, non produceret aliquid ad *esse*. 2. D. 2. Q. 10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Ad istam*. B. 5.

Effectuum varietatem oportet reduci in varietatem naturæ stellarum. 2. D. 14. Quæst. 3. *In tertio argumento in oppositum*. n. 1.

Effectum nihil prohibet produci ab Agente sine illo, quo præsente virtus Agentis magis debilitatur, quàm fortificetur. 2. D. 12. Quæst. 1. §. *Positio ista*. ℣. *Contra nihil*. A. 5.

Effectus licet dependeat solum à causis prioribus quantum ad suum *fieri* per se, & suum *esse* per se, materia, scilicet, & efficiente; potest tamen dependere ex alio, tanquam ex illo, quod est præexactum necessariò. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Ad aliud sustinendo*. P. 20.

Effectui quod repugnat formaliter: *sine*, Quod repugnat effectui formaliter, non destruit causam non necessariam istius effectus. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Istæ quæstiones*. ℣. *Præterea quod repugnat*. n. 4.

Effectum omnem, quem Deus potest facere mediante causa effectiua secunda, potest facere immediatè. 3. D. 24. Qu. *Vnica*. §. *Sed si loquamur*. F. 17.

Effectus ad productionem non requiritur imperfectio virtutis actiuæ, quia nulla imperfectio est ratio agendi, sed est magis impedimentum actionis. *Quodl*. Q. 7. §. *De tertio*. ℣. *Adducitur*. M. 19.

Effectus causandus si sit eiusdem rationis, potest Deus ipsum causare immediatè, nulla posita nouitate in eo, propter diuersitatem causarum receptiuarum; sicut sol immediatè soluit glaciem, & coagulat lutum, nulla posita nouitate in eo. *Quodl*. Q. 21. §. *Sed quomodo*. ℣ *Sed quomodo*. R. 14. Paulo ante finem.

Effectu in vno aliquo concurrunt plura, quorum quodlibet, sine alio, est aliquid in se: & sicut est aliquid in se, ita potest permanere, vt sit aliquid totius, sicut in exemplo de partibus domus: Hoc modo non est in Baptismo, quia nec verba sine ablutione sunt aliquid Baptismi, nec ablutio sine verbis. 4. D 6. Quæst. 2. *Ad secundum principale*. M. N. 8.

Effectus multi actu causantur, quando actualis motio causæ agentis per intellectum, à qua producuntur, non manet: & posset poni exemplum in naturalibus, quia proiecto lapide in aquam, primus circulus est causa secundi circuli, & sic deinceps: non tamen semper manet primus quamdiu cæteri: ita etiam vniuersaliter in motu proiectorum, prius cessat motori propinquior, quàm remota. 4. D. 6. Q. 6. *Ad argumentum principale*. ℣. *Sed si*. E. 4.

Effectus aliquis quando (quantum est de potentia Agentis) indifferenter fieri posset secundum varios modos, si idem esset receptibile illius secundum vnum modum, possibile esset fieri secundum quemlibet aliorum modorum: ista propositio ita posset intelligi, quòd esset neganda; absolutè enim potest Deus in omnem visionem, & secundum omnem modum visionis: non tamen in quocunque oculo potest causare quamcunque, quia non quilibet oculus est susceptiuus; Sed esto, quòd loquatur de quacunque forma, ad quam æqualiter se habet potentia Agentis de se, & potentia receptiui, quòd per istam potentiam æque posset qualibet causari in susceptiuo: tunc vera est propositio, quia tàm ex ratione actiui, quàm passiui, esset æqualis possibilitas: sed non adhuc sequitur de qualibet diuisim, & de omnibus simul, quia ex parte Dei, & susceptiui, actiui, & passiui, superficies est æquè possibilis ad omnem colorem, non tamen ad omnem simul 4. D. 10. Quæst. 2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad primam*. I. 14.

Effectus totaliter, & præcisè dependens à causa actiua quòd esset

Effectus.

esset nouus, reduceretur, secundum Arist. in aliquam variationem ipsius causæ efficientis; sed quòd effectus dependens ab Agente, & passo receptiuo sit nouus, potest reduci in nouitatem ipsius passi sine nouitate Agentis: ita diceretur à Phil. (supposito, quòd anima intellectualis non crearetur) quòd in animatione Deus, necessitate naturali, transmutat corpus organicum ad animationem, quàm citò corpus est susceptiuum istius animationis, & à causis naturalibus fit aliquando de nouo illud susceptiuum, & tunc noua est mutatio ad animationem ab ipso Deo. 4. D.43. Qu.2. §. *Potest dici.* ℣. *Respondeo nullo modo*. N. 20.

Effectum potest facere Deus sine tali causa, qui naturaliter non sequitur, nisi ex tali, vel tali causa, vt Virginem parere, siue concipere; parere enim est effectus concipere. 4. D.49. Q.16. §. *Ad primum argumentum.* ℣. *Ad secundum dico*. C. 6.

Effectus quo ad perfectionem.

Effectus si posset excedere causam suam totalem in perfectione, non esset vnde posset probari Deum esse perfectissimum ens. 1. D.3. Q.7. §. *Contra, neutra.* ℣. *Contra, actus*. G. 13.

Effectum alicuius causæ partialis possibile est excedere suam causam partialem, quia aliquid perfectionis potest habere ab alia causa partiali, propter quam perfectionem potest excedere illam causam partialem. 2. D. 3. Q. 10. *Ad secundum principale.* ℣. *Dico quod non*. I. 17.

Effectus non maiorem perfectionem requirit in causa, nisi in effectu sit maior perfectio, saltem in effectibus eiusdem rationis. 4. D.1. Q.1. §. *Secunda propositio.* ℣. *Hæc responsio*. X. 22.

Effectus adæquatus potentiæ perfectiori, nullo modo potest esse à potentia imperfectiori. 4. D.12. Q.3. §. *Dico ergo.* ℣. *Primo sic*. G. 14.

Effectum bene possibile est excellere suam causam partialem in perfectione, quia reliquam perfectionem habere potest ex causa reliqua partiali, & ita à duabus simul perfectior est, quàm ab altera illarum, *ibidem.* ℣. *Dico ergo, quod propter*. I. 16.

Effectus non adæquans causam.

Effectus non adæquans virtutem Agentis superioris potest ab Agente inferiori produci: Dico, quòd hic non agitur de æqualitate effectus ad causam, quia impossibile est esse aliquem effectum æqualem Deo: Sed *adæquans* potest intelligi ibi secundum proportionem præcisam, hoc est, effectus habens talem proportionem ad causam, qualem nullus alius potest habere, potè qui proximus possibilis illi causæ: si sic intelligatur non adæquans in prædicta propositione *effectus non adæquans &c.* nego eam; tantum enim valet, ac si diceretur, *effectus inferior primo possibilis potest produci à supremo possibili*, quod ideo est negandum, quia aliquis inferior non potest totus, & totaliter produci, nisi à supremo simpliciter. 4. D. 1. Q. 1. *Ad tertium principale.* O o. 32.

Effectus vnus est adæquatus vni causæ. 4. D.49. Qu. 8. §. *Respondeo.* ℣. *Si dicas*. B. 5.

Effectus manifestans causam.

Effectus quicunque productus totus, & totaliter, manifestat æqualem potentiam causæ, sed effectus perfectior eminentius manifestat: Exemplum, si ab eodem principio descendant multæ conclusiones ordinatæ, tota veritas principij causa est veritatis conclusionis cuiuslibet, & tamen vna illarum est altera verior, & eminentius manifestat veritatem principij. 4. D. 1. Quæst. 1. *Ad tertium principale*. O o. 32.

Effectus quo ad assimilationem.

Effectus formaliter magis assimilatur causæ proximæ inferiori, quàm remotæ, & principali, & perfectiori, sicut patet de filio respectu Patris, & solis. 1. D.3. Qu.8. *Ad secundum principale*. E. 3.

Effectus quo ad assimilationem.

Effectus est assimilabilis formaliter causæ propinquæ; ideo ipsa causa remotior magis assimilat effectiuè ipsum effectum causæ proximæ, quam ipsamet causa proxima sibi. *ibidem.* ℣. *Respondeo principalis*. F. 4.

Effectus nulli assimilatur, nisi propter aliquam actionem. 3. D.4. Quæst. 1. §. *Sed contra istud.* ℣. *Præterea, filius*. A. 3.

Effectus æquiuocus.

Effectus æquiuocus semper est minus nobilis totali causa sua æquiuoca, vt habetur 12. super Genes. cap. 39. *Quol.* Q. 15. §. *De primo.* ℣. *Secundum, scilicet*. B. 3.

Effectus coæuus causæ.

Effectus omnis coæuus causæ secundæ est à causa prima; Dico, quod si propositio sit vera, intelligenda est de positiuis, & non de priuatiuis: Aliter potest dici, quòd propositio est falsa, scilicet, quòd omne coæuum causæ effectiuè inest sibi à causa sua, quia non est contradictio de opposito. 3. D.18. Q. *Vnica. Ad sextum principale*. I. 18.

Effectus necessarius.

Effectus necessarius non potest præsupponere contingentem, sed bene è contra. 2. D.1. Q. 1. §. *Ad solutionem.* ℣. *Primo, quia*. D. 8.

Effectus contingens.

Effectus contingens alicuius causæ non necessariò concomitatur suam causam, igitur oppositum talis effectus, vel alicuius conditionis in ipso non destruit, vel diminuit talem causam. *Quodl.* Q.18. §. *Ex isto.* ℣. *Similiter*. A a. 18.

Effectus futurus.

Effectus futurus, verbi gratia, sessio mea futura si non tantùm quantùm ad entitatem, quam habet in *esse* cognoscibili, sed etiam quantum ad entitatem, quam habet in *esse* existentiæ, est nunc præsens æternitati; ergo nunc est producta in illo *esse* à Deo: nam nihil aliud à Deo habet *esse* in fluxo temporis, nisi sit productum à Deo secundum illud *esse*; sed istam sessionem Deus producet, vel animam Antichristi, quod idem est; ergo illud, quod iam productum est, iterum producetur in *esse*, & ita bis producetur in esse. 1. D.39. Q.1.2.3. &c. §. *Contra istud.* ℣. *Præterea si sessio*. B. 9.

Effectus quo ad cognitionem Dei Trini &c.

Effectus nobis noti vel relinquunt intellectum circa proprietates substantiarum separatarum, vel adducunt in errorem: quod apparet ex proprietatibus primæ substantiæ immaterialis in se: proprietas enim naturæ eius est, quòd sit communicabilis tribus, sed effectus non ostendunt illam proprietatem, quia non sunt ab ipso, inquantum Trinus: & si ab effectibus arguatur ad causam, magis ducunt in oppositum, & in errorem, quia in nullo effectu inuenitur vna natura numero, nisi in vno supposito. *Prolog.* Quæst. 1. §. *Tertio arguitur.* ℣. *Secundo probo*. F. 14.

Effectus identitas.

Effectus identitas non tantum à causa efficiente dependet, sed etiam à materia: materia etiam non potest esse omninò alia, vel alium situm habere in ordine ad Cælum, quia per actionem liberi arbitrij possunt corpora impediri, ne sint in illo situ, vbi prius erant: potest etiam per actionem talem aliquod corpus esse diuisum, & ita materia dispersa. 4. D.43. Q.3. §. *Hic sciendum.* ℣. *Præterea ratio*. C. 4.

Effectuum distinctio.

Effectuum realis distinctio essentialiter dependet ex distinctione in causa, ergo distinctio in causa effectuum realiter distinctorum non est solius rationis. 4. D.46. Q.3. *Ad secundum principale*. C. 4.

Effectus

Effectus quo ad ordinem.

Effectus aliquis quando præcedit alium effectum ordine naturæ, non potest causa exire in actum causandi effectum posteriorem, non prius causato effectu priori illa prioritate. 2. D.25.Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Ad aliud sustinendo*. O.19.

Effectus prior non dependet ab effectu posteriori, & si esset effectus simpliciter primus, non dependeret ab aliquo effectu, sed solum à suis causis. *ibidem*.

Effectus duos comparando ad eamdem causam primam, videtur quòd alter istorum habeat determinatum ordinem mediatum, vel immediatum, priorem, vel posteriorem, & hoc loquendo de tota specie alterius istorum duorum effectuum: hoc apparet inductiuè in passionibus consequentibus idem subiectum, in quo est necessariò determinatus ordo, quod vna immediatius sequitur subiectum, quàm altera. 1. D.17.Q.2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Prætereà comparando*. K.10.

Effectus duo comparati ad vnam causam communem eorum, possunt habere ordinem mutuum ad se inuicem in ratione causæ partialis; sicut species intelligibilis, & *intelligere* comparando ad intellectum agentem, & possibilem, quia respectu intellectionis partialis causa est species, & posset poni intellectio esse aliqua Causa speciei, pro quanto intendit eam, *ibidem*. Quæst. 2. *aliàs* 3. *Ad primum principale contra tertiam opinionem*. V.10.

Effectus multi eiusdem causæ sunt ordinati, quorum nullus est causa alterius, vt patet de Sole illuminante plures partes medij; & vbi est talis ordo causatorum absque hoc, quòd vnum sit causa alterius, ibi est immediatio cuiuslibet respectu eiusdem causæ, quorum nullus est causa alterius, excludendo aliud in ratione causæ, non autem excludendo aliud in ratione effectus immediatioris. & tunc posset concedi aliquo modo effectum propinquiorem esse causam respectu effectus remotioris, non propriè, sed propter prioritatem illam, quæ est inter tales effectus ad causam. 1. D.27 Qu. 3. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. H.19.

Effectus prior sine quo non causatur posterior, si sit in potestate alicuius: si prior non sit, nec posterior erit. 2. Distinct. 9. Quæst. 2. §. *Ad vlteriorem*. ℣. *Ex hoc patet*. G.23.

Effectibus in ordinatis quasi eiusdem rationis, quorum vterque natus est gigni à causa æquiuoca, non oportet priorem esse causam posterioris, sed vtrumque causari ab eadem causa æquiuoca. *ibidem*.

Effectus non omnis medius, *siue* Non omnis effectus medius ad alium effectum est semper causa illius effectus. *Quodl*. Q.7 §. *De primo*. L.15.

Effectus plures ab vna causa.

Effectus, & eius vnitas dependet à causa æquiuoca, non è contra, & effectus possunt esse plures, hac causa existente vna, quia in posterioribus potest esse pluralitas cum vnitate naturaliter prioris. 2 D.3.Q.10. §. *Ista opinio*. ℣. *Respondeo vis productiua*. D. 10.

Effectuum duorum non semper oportet assignare duas causas, si omnis multitudo reducenda est ad vnum, sicut ad causam illius multitudinis. 4. D.49. Qu.3. *In primo argumento ad oppositum*. ℣. *Respondeo, nisi*. n. 2.

Effectus à causa omnino vna non est immediatè, nisi vnus; *Vel* A principio omnino vno non possunt esse immediatè plura: ista propositio falsa est, si intelligatur de omnino vno in re; sufficit enim in Agente per intellectum, & voluntatem distinctio cognitorum, siue distincta cognitio plurium, ad hoc, quòd plura immediatè producantur ab ipso. 4.D.1.Q.1.§. *Ad rationes*. Bb. 25.

Effectus incompossibiles.

Effectus quando sunt in aliquo simul incompossibiles, & causæ eorum simul sunt incompossibiles in causando, quia non possunt simul causare; sed si altera causat, alia non causabit impedita à fortiori causa illius. 3 D.24.Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. M.21.

Effectus idem.

Effectus idem non est sine eadem causa, & hoc non ponendo miraculum, & loquendo de causis miraculi præcisa. 4.D. 1.Q.5. §. *Respondeo*. ℣. *Respondeo*. D. 4.

Effectus idem non potest esse, regulariter, à quibuscunque, & quantumcunque diuersis causis. 4.D.11. Qu. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Item manifestius*. R.38.

Effectus vnus à duabus causis.

Effectus idem non potest esse à duabus causis totalibus; loquendo de causa inducente formam effectiuè. 4.D.6.Q.2. §. *De primo*. ℣. *Ad primum*. B.3.

Effectus quo ad vniuersalitatem.

Effectus potest dici vniuersalior dupliciter, scilicet prædicatione, & virtute, seu perfectione: Vniuersalius prædicatione dicitur illud, cuius ratio dicitur de pluribus: Vniuersalius autem perfectione, cuius perfectio est maior in se, & perfectionum plurium contentiuum. 4. D.1.Q. 1. §. *Sed istæ*. C. 7.

Effectus vniuersaliores oportet in causas vniuersaliores reducere: Sed inter omnes effectus, vniuersalissimus est ipsum *esse*; ergo est proprius effectus causæ vniuersalissimæ, quæ est solus Deus; Si in maiori huius syllogismi sumatur vniformiter *vniuersalius* ex parte causæ, & effectus, concedo maiorem, quia communior effectus potest reduci in causam communiorem, & perfectior effectus requirit causam perfectiorem, si potest esse causa perfectior: Sed si accipiatur in maiori vtrobique vniuersalius perfectione, æquiuocatio est, vel minor est falsa: Minor enim non est vera, nisi de vniuersali secundum prædicationem: patet, non enim *esse* est perfectissimus effectus, quia, quod includitur in multis, non potest esse perfectius quocunque illorum, in quo includitur; Sequitur ergo conclusio, quòd reducitur in causam vniuersalissimam prædicatione; Sed tunc vltra, Deus est huiusmodi, falsa est, imò est causa vniuersalissima perfectione; Ens autem est causa vniuersalissima prædicatione, & tunc non potest concludi, nisi quòd *esse* non potest esse effectus, nisi entis, & hoc concedo; Si ergo sumatur vtrobique vniuersalius in maiori pro vniuersali secundum perfectionem, maior est vera, & minor falsa, vt patet ex dictis, imò effectus sic vniuersalissimus est nobilissimum creabile; Si vero in maiori accipiatur difformiter ratio vniuersalis ex parte causæ, & effectus, putà ex parte effectus pro vniuersaliori prædicatione, & ex parte causæ vniuersalius secundum perfectionem, maior est falsa: nam effectus vniuersalissimus prædicatione potest esse causa imperfecta, quia saluatur in pluribus effectibus imperfectis. *ibidem*. ℣. *Si ergo*, & ℣. *Si vero*. C.7.

Effectus vniuersalissimus prædicatione, inquantum huiusmodi, est à causa vniuersali secundum perfectionem; *esse* est huiusmodi: suppono, quòd author huius rationis, quam ponit in illa quæstione, *vtrum solius Dei sit creare*? non intendit ibi quærere, vtrum solius Dei sit creare omne creabile? quia tunc ista quæstio includeret, an aliquid aliud à Deo possit creare se ipsum? de quo nullus vnquam dubitare potuit secundum Aug. 1. De Trinit. cap. 1. ergo intendit quærere aliquam quæstionem dubitabilem, scilicet: An aliquid aliud à Deo possit creare, saltem aliquid inferius se? Et sic intellecta quæstione, tenet partem negatiuam propter rationem istam positam; Accipiatur ergo maior secundum expositionem istam *effectus vniuersalissimus* &c. Ex minor illa, *esse* est huiusmodi, sequitur ista conclusio; ergo *esse* inquantum huiusmodi, vel vt plus detur eis ad propositum; ergo *esse* creabile inquantum huiusmodi, non potest esse, nisi à causa vniuersaliori secundum perfectionem toto *esse* creabili: Ex hoc non sequitur, ergo nec *esse* huiusmodi creabilis potest esse, nisi à causa tali, patet enim quod in illa illatione est fallacia consequentis, ergo secundum istam expositionem primæ rationis, vel quæstio nulla est, vel si sit dubitabilis, & teneatur pars negatiua propter rationem sic intellectam, ratio erit sophistica secundum consequens. *ibidem*. ℣. *Ista confirmatio*. C.8.

Effe-

Effectus primi.

Effectus primi Agentis est bonitas, & perfectio: sed Agens necessarium producit effectum suum in susceptiuo, quantùm potest produci in eo; ergo si primum necessariò agit, producit bonitatem in quolibet, quantùm ipsum susceptiuum potest producere; sed habens bonitatem tantam, quantæ ipsum est capax, nullam habet malitiam. 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra igitur.* ℣. *Probo consequentiam*. S. 19.

Effectus quo ad rationem seminalem.

Effectus ille solus producitur secundum rationem seminalem, ad cuius productionem vis actiua creata concurrit, vt totalis causa. 3. D. 4. Qu. *Vnica. Ad secundum pro opinione prima*. L. 17.

Effectus causæ formalis.

Effectum causæ formalis Deus nunquam potest facere sine ipsa, vt hominem sine anima humana, & album sine albedine, quia est contradictio. 4 D. 49. Qu. 16. §. *Alij dicitur*. ℣. *Præterea aut situs*. E. 13.

Effectus vt raro, & in pluribus.

Effectus aliquis non dicitur raró, vel vt in pluribus, quia ipse in se contingat frequenter, vel raró; frequentius enim lapis cadens frangit caput, quàm luna eclypsetur: sed ista differentia debet intelligi per comparationem alicuius effectus ad suam causam: & dicitur ille effectus eueniens in maiori parte, qui habet causam determinatam ad suum euentum, quæ, vt in pluribus producit effectum: Raro dicitur euenire, quando non habet certam causam determinatam ad suum euentum, sed tantum prouenit ex aliqua causa ordinata ad alium effectum, impedita tamen ab illo effectu, ad quem ordinatur; & tamen ex tali impeditione prouenit istud raró: Accipitur raró, vel vt in pluribus, prout disiungit inter opposita contradictoria, non prout inter disparata distinguit. 1. D. 2. Qu 7. *Ad primum principale quartæ quæstionis*. ℣. *Ad secundum dico*. S. 29.

Effectus quicunque, *siue* Quicquid euenit, vt in pluribus ab aliqua causa non libera, est effectus naturalis illius causæ; quæ propositio nota est intellectui, licet accepisset terminos eius à sensu errante; quia causa non libera non potest producere, vt in pluribus, effectum, ad cuius oppositum ordinatur; vel ad quem, ex forma sua non ordinatur; sed causa naturalis ordinatur ad producendum oppositum effectus casualis, vel non ad istum producendum; ergo nihil est causa casualis respectu effectus frequenter producti ab eo, & ita si non est libera, est naturalis: Quòd autem iste effectus euenit à tali causa producente, vt in pluribus, hoc acceptum est ab experientia; quia inueniendo tunc talem naturam cum tali accidenti, nunc cum tali, inuentum est, quòd quantumcunque esset diuersitas accidentium talium, semper istam naturam sequebatur talis effectus; ergo non per aliquod accidens per accidens illius naturæ, sed per naturam ipsam in se consequitur talis effectus. 1. D. 3. Qu. 4. §. *De secundis*. E. 9.

Effectus, qui euenit, vt in pluribus *siue* Illud, quod euenit, vt in pluribus, notum fuit Aristoteli, quod sicut habet causam, vt in pluribus vniformiter agentem, & per se; Ita quod euenit in paucioribus, & difformiter, habet reduci ad causam vniformiter agentem, & per se. *Quodl*. Q. 21. §. *Quantum*. ℣. *Dicendum*. L. 9.

Effectus fortuitus.

Effectus fortuitus si nihil sit, nisi illud, ad quod causalitas Cæli potest se extendere, tunc non est necessarium causam inquirere, nisi Cælum, & mouens Cælum: & hoc videtur probabile, quia nihil fortuitum videtur in homine, nisi illud, ad quod causalitas Cæli se extendit mediatè, vel immediatè; sed primum non credo esse verum, quia aliquid est in homine, ad quod causalitas Cæli non potest se extendere, sicut est volitio, nisi occasionaliter, mouendo appetitum sensitiuum, secundum cuius inclinationem apta est voluntas inclinari; Cælum ergo,

Effectus fortuitus.

quia non potest volitionem attingere, nec etiam causas ad eius causationem coniungere, ideo aliquid est in homine, ad quod Cæli causalitas non potest attingere. *Quodl*. Q. 21. §. *Quantum*. ℣. *Dicendum, quod si*. N. 15.

Effectus fortè nullus fortuitus est in voluntate, & coniunctus volitioni per accidens, sed tantum causalitas Cæli ad omnia alia se extendit, & sic non oportet aliam causam extrinsecam ponere, nisi Cælum, & intelligentiam mouentem Cælum, & Deum mouentem mediatè; Ita quòd, si Aristoteles videtur dicere quod tale principium sit Deus, debet glosari, verum est mediatè. *ibidem*. O. 15.

Effectus aliquis fortuitus si ponatur in voluntate, cum Cælum non possit talem effectum attingere, nec causas ad causandum ipsum coniungere; nec aliqua intelligentia creata, tunc oportet aliquos effectus fortuitos in Deum reducere, qui omnia prouidet, & coniungit causas medias ad effectus tales fortuitos causandos. *ibidem*. ℣. *Si autem aliquis*. P. 15.

Effectus iustitiæ originalis.

Effectus, qui attribuuntur iustitiæ originali, si attribuantur vni qualitati mediæ inter naturam, & virtutem infusam, illam qualitatem mediam non est necesse ponere, quia quæcunque apparent inconuenientia de voluntate, saluabuntur sine ea. 2. D. 29. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. D 6.

Effectus non rectus.

Effectus non rectus quòd causetur à voluntate creata, hoc non est tunc propter causam priorem (nempe Deum) quæ quantùm est ex se, rectè causaret, si secunda causaret; sed propter defectum causæ secundæ, quæ in potestate sua habet concausare causæ primæ, vel non concausare: & si non concausat illi, vt tenetur, non est rectitudo in effectu communi ambarum. 2. D. 37. Qu. *Vnica* §. *Ad solutionem*. ℣. *Respondeo dico*. V. 15.

Effectus inuisibilis.

Effectum aliquem inuisibilem pertinentem ad salutem hominis viatoris possibile est Deum creare: hanc non oportet probare, quia Theologo est manifesta ex potentia diuina. 4. Dist. 1. Quæst. 2. §. *De secundo*. ℣. *Primum non*. C. 3.

Effectum istum ad signandum possibile est Deum &c. *vel sic*, Secundo dico, quod possibile est Deum imponere aliquod signum ad signandum istum effectum inuisibilem: hoc patet, quia nos possumus imponere signa ad signandum quodcunque intelligibile à nobis. *ibidem*. D. 4.

Effectum inuisibilem causandum à Deo, ordinante hominem ad salutem, congruum est signari per aliquod signum sensibile, vt Viator, inquirens cognitionem ex sensibilibus, effectum illum inuisibilem certius cognoscat: nec solum congruit esse signum huius effectus quasi speculatiuum, per quod scilicet possit haberi conceptus in intellectu de illo signato, vt *homo* signat naturam humanam; sed signum quasi practicum, scilicet, quòd signat signatum esse, vel fieri; nec adhuc signum practicum dubium, seu æquiuocum, vel incertum, quia & si per tale signum duceretur homo in cognitionem fieri huius effectus, non tamen appeteret illud signum sibi adhiberi, propter incertitudinem signi respectu *fieri* signati; ergo talem effectum signari per signum practicum certum, & efficax fuit congruum, vt & homo, ex tali signo, effectum cognoscat; & in tali signo effectum ardenter quærat; Nec tamen congruit signum illud esse certum, certitudine demonstratiua, sed quasi vt in pluribus 4. D. 1. Q. 3. §. *Hic quatuor*. ℣. *Congruum enim*. A. 3.

Effectum inuisibilem Sacramentalem congruit significari per signum sensibile, practicum, certum, certitudine vt in pluribus, idest, semper, nisi dispositio suscipientis impediat, & signo naturaliter præcedente *fieri* signati, vt sic susceptio signi sit quasi dispositio ad signatum. *ibidem*.

Effectus Sacramenti.

Effectus dupliciter potest dici, regulariter, concomitari susceptionem Sacramenti ab aliquo, vel tanquam causa principaliter causante huiusconcomitantiam, vel tanquam à causa meritoria, quæ scilicet meretur quòd sit talis concomitantia. 4. D.2 Q.1. §. *Ex his*. ℣. *Quod autem*. F.6.

Effectus significati per Sacramenta sunt proprij soli Deo, *ibidem*, ℣. *Et secundum hoc*,

Effectus Circumcisionis, & Baptismi.

Effectus gratiæ, tàm in circumcisione, quàm in Baptismo, proprius est ablutio animæ à peccato, licet concomitetur alius, scilicet acceptatio ad vitam æternam. 4. D.1. Q.6. *Ad vltimum principale*. N.13.

Effectus Baptismi, scilicet gratia, qui datur virtute eiusdem Baptismi, dici potest, quòd ex parte causæ principalis est, regulariter, æqualis in omnibus, quia supponitur quòd, de lege communi, prima gratia non datur maior absque omni differentia extra causam principalem. 4. D. 4. Q.7. §. *Sic ergo*. ℣. *Quantum ad Deum*. A.3.

Effectus quæ est beatitudo.

Effectus nouus, causatus à Deo in essentia animæ beatæ dicitur beatitudo eius formaliter, siue essentialiter, & non potest esse principaliter in essentia, vt distinguitur à potentia, quia tunc esset actus primus: per nullum autem primum actum distinctum à secundo, potest creatura immediatè attingere essentiam diuinam. 4. D.49. Q.2. §. *Ad istam secundam*. ℣. *Contra istam opinionem*. n.5.

Effectus in verbo cogniti.

Effectuum vnum cognoscens in verbo non comprehendit illum, nec verbum, vt est causa illius; ergo quotcunque effectus cognuscat, nullum eorum comprehendet, nec verbum, vt est causa alicuius eorum; igitur multò magis nec simpliciter comprehendet causam, si omnes effectus eius cognoscat. 3. D.14. Q.2. §. *Contra rationem*. ℣. *Præterea cognoscens*. G.10.

Effectus simplex.

Effectus simplicissimus potest causari à causis essentialiter ordinatis, qui differunt genere; Patet hoc de calore, qui gignitur è corpore cælesti, & igne; vel à substantia, & qualitate, quorum prima duo differunt genere physico; alia autem duo genere prædicamentali, & tamen effectus est simplex, non compositus ex rebus diuersis genere: Sic, hoc est vniuersaliter falsum, quòd effectus ordinati ab aliqua causa requirant duas naturas in effectu, quarum vna sit causata à superiori, & alia ab inferiori; Tunc enim non essent effectus ordinati respectu vnius, nec respectu alterius, nam hoc esset immediatè causatum ab vna causa, & hoc immediatè ab alia. 2. D.9. Q.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*. ℣. *Dico, quod*. Q.32.

Efficacia.

Efficaciam habere Sacramentum est ipsum habere regulariter effectum concomitantem; ergo ab illo habet efficaciam, à qua est, quòd effectus concomitetur. 4. D 2. Q.1. §. *Ex his*. F.6. & *ibidem*. ℣. *Et secundum hoc*.

Efficaciam Sacramenta nouæ legis à solo Deo habent, tanquam à causa principali: à Christo autem patiente, siue à passione Christi, habent efficaciam tanquam à causa meritoria. *ibidem*.

Efficacia virtutis partis ad propriam actionem, quam, vt existens in toto, posset habere, licet non consideretur præcisè, vt concurrens ad actionem totius, requirit determinatam virtutem intensiuam, & extensiuam, quia non quæcunque modica pars in toto, posset illo modo habere actionem propriam. 4. D.44. Q.1. §. *Quantum ergo*. ℣. *Quarta conclusio*. G.9.

Efficax.

Efficacis volitionis signum (si fiat immediatè à voluntate) est adimpletio: Si per alterum, est præceptum; & voluntatis remissæ in nobis fortè est consilium, signum, vel persuasio, vel monitio: Ita signum nolitionis remissæ est permissio, vel disuasio; & signum voluntatis efficacis est prohibitio. 1. Dist.47. Quæst. *Vnica*. §. *Respondeo*. B.2.

Efficere.

Efficere si dicatur generans, & nihil efficit, nisi secundum quòd est in actu; necesse est, quod efficiens efficiat actu, quia illud, quod est efficiens in virtute tantum, non efficit. 2. D.2. Quæst.10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Contra istud*. C.6.

Efficiens.

Efficiens primum est vltimus finis: probatur; quia omne per se efficiens agit propter finem, & prius efficiens agit propter finem priorem; ergo primum efficiens agit propter vltimum finem; Sed propter nihil aliud à se principaliter, & vltimatè agit, quia nihil aliud à se potest esse finis eius; ergo agit propter se, sicut propter vltimum finem; ergo primum efficiens est vltimus finis. 1. D.2. Q. 2. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Prima est*. P.18.

Efficiens primum est primum eminentia: ista probatur sic; Primum efficiens non est vniuocum respectu illarum naturarum effectarum, sed æquiuocum; ergo eminentius, & nobilius eis; ergo primum efficiens est eminentissimum. *ibidem*. ℣. *Secunda est*.

Efficiens cuius nullum est per se: *vel sic*, Cuius non est aliquod per se efficiens, illud non est effectibile, quia in nullo genere potest per accidens esse primum; sicut patet specialiter de causis agentibus per accidens, quæ sunt casus, & fortuna. *ibidem*. §. *Iuxta tres*. ℣. *Secunda conclusio*. N.17.

Efficiens primum est tantum vnum, secundum quiditatem, & naturam. *ibidem*. §. *Quantum ad tertium*. P. 19.

Efficiens quod est primum triplici primitate ostensa (scilicet efficientiæ, finitiuitatis, & eminentiæ, seu perfectionis) est ex se *necesse esse*: probatio, quia est penitus incausabile; nam contradictionem includit aliquid esse prius eo, in genere causæ efficientis, vel finis, & per consequens in genere cuiuscunque causæ; ergo est omninò incausabile; ergo necesse esse. *ibidem*. §. *Quantum ad tertium*. ℣. *Præambula*. Q.19.

Efficiens primum est intelligens, & volens, ità quòd sua intellectio sit infinitorum distinctè, & ipsa est sua essentia; & sua essentia est repræsentatiua infinitorum distinctè, & ex hoc secundo, tanquam ex quodam medio adiuncto, tamen cum alijs medijs, concluditur sua infinitas. *ibidem*. §. *Ostenso esse*. ℣. *Primò ostendo*. R. 20.

Efficiens primum est, à quo dependet tota natura in agendo: *siue sic*, Tale, à quo dependet tota natura in agendo, non videtur esse, nisi primum efficiens. *ibidem*. ℣. *Ex hoc arguitur*.

Efficiens primum dirigit effectum suum ad finem; ergo vel naturaliter dirigit, vel cognoscendo, & amando illum finem; non naturaliter, quia non cognoscens nihil dirigit, nisi in virtute cognoscentis; *sapientis enim est prima ordinatio* 1. Meta Sed primum efficiens in nullius virtute dirigit, sicut nec causat; tunc enim non esset primum. *ibidem*. ℣. *Item arguitur*.

Efficiens primum amare primum finem est penitus incausabile, & ita ex se *necesse esse*, & ita erit naturæ primæ. *ibidem*. ℣. *Nunc vlterius*. S.22.

Efficiens primum si non est suum *intelligere*, non erit optima substantia, quia per *intelligere* est honorabile 12. Meta. Tex.51. Secundo quia aliàs esset laboriosa eius continuatio, quia non idem illi, erit in potentia contradictionis ad illud; ad illam autem potentiam sequitur labor, secundùm Philosophum. *ibidem*.

Efficiens primum habet vnde possit quodcunque causabile causare, circumscripto quocunque alio, saltem vt prima causa illius causabilis; Sed circumscripta cognitione illius, non habet vnde possit quodcunque causabile

Efficiens.

fibile causare; ergo cognitio cuiuscunque alterius non est aliud à natura sua. *ibidem*. ¶. *Ostensio de intellige-re*. T. 23.

Efficiens primum nihil potest causare, nisi ex amore, vltimi finis velit illud; quia non potest aliter esse per se Agens; quia nec ageret propter finem. *ibidem*.

Efficiens primum licèt habeat in se potentiam effectiuam eminentiorem potentia cuiuscunque alterius potentiæ effectiuæ; habeat etiam in se eminenter potentiam effectiuam cuiuscunque alterius causæ; & per hoc habeat potentiam infinitam; & istud scit quasi vltimum, ad quod ratio naturalis potuit attingere de Deo cognoscendum: tamen ex hoc non videtur posse concludi omnipotentia, vt est credita. 1. Dist. 42. Quæst. *Vnica*. §. *Hic responderi*. A. 2.

Efficiens in actu, & causatum in actu simul sunt, & non sunt ex Phil. 2. Phys. Tex. 27. & 5. Meta. Tex. 3. 2. D. 2. Q. 10. §. & §. ¶. *Ad istam conclusionem*. B. 4.

Efficiens in virtute tantum, non efficit in actu. *ibidem*. ¶. *Contra istud*. C. 6.

Efficiens idem possibile est esse, & eamdem materiam naturaliter respectu secundò producti, quæ erat respectu primò producti; ergo possibile est secundò productum esse idem cum primò producto: antecedens probatur, quia si frequenter in corruptione fiat dispersio, vel diuisio materiæ: tamen possibile est oppositum in multis casibus; putà si includatur ignis intra vrinale, & ibi corrumpatur in aerem; deinde ex illo aere generetur ignis per reflexionem radiorum solarium, vel aliter; materia inclusa erit eadem. 4. D. 43. Quæst. 3. §. *Tertia opinio*. ¶. *Probac*. D. 9.

Efficientia.

Efficientia verbi in vnionem hypostaticam, quòd non sit communis toti Trinitati, vt aliqui volunt, contra hoc sunt authoritates, quas adducit Magister in litera, quòd tota Trinitas est operata incarnationem. 3. D. 1. Qu. 1. *Ad septimum principale*. §. *Contra hoc*. L. 18

Effigies.

Effigies, *idest* Hoc vocabulum *effigies* non videtur esse proprium vocabulum, loquendo de Deo, vt in ista propositione; species, vel essentia creata potest adæquatè repræsentare effigiem diuinam; fortè enim effigiatum non dicitur aliquid propriè, nisi quod est figuratum. 2. Dist. 3. Quæst. 9. §. *Dico igitur*. ¶. *Ad primam*. H. 12.

E G E

Egenus.

Egeno, vt egeno, qui non est egenus: *vel sic*, Alicui, vt egeno, qui non est egenus, dare aliquid non est donario liberalis: & ideo videant illi trutani, idest, qui diuites existentes recipiunt, tamen tanquam egentes, eleemosynam, ne iniustè omnia huius recipiant, quia non est in dante voluntarium propter conditionis ignorantiam, quam respicit in donando. 4. D. 15. Quæst. 2. §. *De tertio articulo*. ¶. *Nam in donatione*. X. 24.

E L E

Electio.

Electio recta necessariò requirit rationem rectam; quod non tantum verum est de electione strictè sumpta, sed pari ratione de qualibet volitione recta; quia ipsa requirit rationem rectam, cui conformiter eliciatur. *Prolog*. Q. 4. §. *Dico igitur*. ¶. *Tertia conditio*. B. 5.

Electio recta, ait Phil. 6. Eth. cap. 2. non est sine ratione recta, & habitu virtutis; ergo virtus per se requiritur ad electionem rectam; Non requireretur autem, si esset habitus generatus ex actibus posterioribus electione, quia tunc non inclinaret per se, nisi ad actus istos posteriores electione. *ibidem*. §. *Contra istud*. L. 21.

Electio si sit sola, sine ordine ad actum imperatum, putà propter defectum materiæ actus exterioris, ipsa sola erit praxis: hoc declaratur sic; Non habens pecuniam, cui tamen in phantasmate præsentantur pecuniæ, antequam alicuius actus electio sit principium effectiuum, vel ordinetur ad aliquid impetrandum; si eligat illas liberaliter distribuere, si haberet; Quantum ad actum, & habitum virtutis, non requiritur vlterior prosecutio, quia obiecto præsentato in phantasmate, circa quod potest esse actus liberalitatis completæ, habetur electio, ex qua generatur liberalitas, vel quæ elicitur ex liberalitate, & non requiritur vlterior prosecutio exterius, nec ordo ad exterius, si materia actus exterioris deficiat. *ibidem*. ¶. *Præterea non solum*.

Electio ad hoc, vt sit recta, requiritur vt sit virtus in appetitu, iuxta illud 6. Eth. *Electionis principium appetitus, & ratio, quæ gratia alicuius*, idest, practica: vnde sequitur, *neque sine habitu morali est electio*, scilicet recta; igitur virtus habet actum elicitum immediatiorem, quam sit ille, cuius electio est principium, vt imperans; prius enim actus voluntatis elicitus, qui est electio, est actio bona, quàm actus exterior imperatus ab electione bona sit bonus; quod probatur per Philosophum, ibi enim statim post illud *neque sine habitu est electio*, subdit, *bona actio enim sine more non est*. *ibidem*. ¶. *Tunc ad auctoritatem*. L. 22.

Electio est principium actus, non cuius gratia, sed vnde motus 6 Eth. cap. 3. Concedo hic auctoritatem affirmatiuam, quòd *electio est principium actus, vnde motus*, quia actus ab ipsa imperatus est actus moralis; sed ex hoc non sequitur, quòd solus iste sit actus (moraliter bonus) siue praxis, imo electio est prior praxis, propter quam etiam ista est bona praxis. *ibidem*. ¶. *Concedo igitur*.

Electio æquiuocè accipitur: vno modo pro actu voluntatis, consequente plenam apprehensionem intellectus, quo modo dicitur quis peccare ex electione, quando non est passio perturbans intellectum: alio modo pro actu voluntatis, consequente conclusionem syllogismi practici; quæ electio non est, nisi volitio efficax obiecti, quæ est ad inquirendum medium, per quod possit obiectum attingi: primo modo electio est impossibilium, sicut dicit Philos. 3. Eth. cap. 5. *quòd voluntas est impossibilium*, non tantùm voluntas errans, sed voluntas, præsupposita plena apprehensione intellectus: secundo modo electio non est impossibilium, quia nullus de impossibilibus syllogizat practicè. 2. D. 6. Q. 1. *Ad primum proopinione*. D. 4.

Electio vno modo præcisè dicit volitionem consequentem plenam apprehensionem: alio modo volitionem efficacem sequentem syllogismum practicum: primo modo potest esse cuiuscunque, cui præsupponitur notitia perfecta obiecti: secundo modo non potest esse alicuius, nisi ad cuius esse voluntas operatur quantum potest, quia nihil vult efficaciter, nisi ad quod disponit media, per quæ potest deduci; & talis volitio efficax nunquam est alicuius impossibilis; Nullus enim consiliatur de impossibilibus; nec præcipit intellectui practico ad inquirendum media ad illud: & hoc modo habet intelligi verbum Philosophi 3. Eth. *Electio non est impossibilium*. *ibidem*.

Electio est de se actus simplex. 3. Dist. 18. Qu. *Vnica*. §. *Est igitur videndum*. ¶. *Respondeo huiusmodi*. E. 11.

Electio recta est simpliciter perfectior, quàm dictamen rectum, & per consequens habitus generatus ex electionibus rectis erit nobilior habitu generato ex dictaminibus rectis. 3. D. 33. Q. *Vnica*. §. *Ad primum concedi*. ¶. *Ad secundum*. M. 18.

Electio est actus voluntatis, vel rationis 6. Ethic. cap. 3. est enim appetitus consiliatiuus: hoc autem pertinet ad voluntatem, quæ operatur, præsupposita cognitione rationis. *ibidem*. *In primo argumento in oppositum*. n. 2.

Electio mala non potest excæcare intellectum, ita quod erret circa agibilia. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ¶. *Præterea quod mala*. E. 12.

Electio

Electio.

Electio nulla potest esse recta moraliter, nisi sit concors suæ regulæ, & suæ mensuræ, quæ est dictamen rectum, *ibidem*. §. *Licet istud* ℣. *Potest ergo*. K. 20.

Electio si ita sit in voluntate, ita quod, ratione existente erronea, voluntas potest elicere actum contra iudicium eius, & tamen rectè eligere; & licet ea frequenter sic operari generetur quædam qualitas, quæ nata est esse concors rectæ rationi, & esset virtus, si haberet rectam rationem in operante, cui esset concors: tamen quia non est rectum dictamen in illo, deficit regula operationis rectæ, & ideo electio, quæ nata est esse recta, non est recta, quia non est regulata; & per consequens generat qualitatem aliquam, illa tamen non est habitus electiuus, & per consequens non est virtus, *ibidem*. *Ad tertium principale*. T. 32.

Electio est eorum, quæ sunt ad finem, & est de conclusione, quæ deliberatiuè concluditur per syllogismum practicum. 4. Dist. 49. Quæst. 10. §. *Respondeo*. ℣. *Dico, quod non*, E. 7.

Electus.

Electi, nunc soli, fuissent in statu innocentiæ nati: ratio huius est, quia omnis ordinatè volens, post volitionem finis immediatè, vult illud, quod est immediatius, vel proximius ad finem, ergo primò vult se ipsum, vel bonitatem suam tanquam finem: secundò vult bonum creaturæ rationalis vltimatum, quod est communicatio creaturæ, siue communicatio beatifica suæ bonitatis creaturæ tali; & postea vult gratiam, quæ ordinatur ad beatitudinem huius, vel ad fruitionem eius; & posterius vult istum beatum, vel beatificabilem esse nascitorum à tali parente; cum ergo, vt dictum est, prius sunt beatitudini determinati, quàm quod nascātur à talibus parētibus, per quoscunque parentes nascantur, ex quo habent rationem posterioris, huiusmodi parentes non poterunt variare determinatos beatificandos à voluntate diuina, quin idem in numero nascantur. 2. D. 20. Q. 2. §. *Dico, quod nunc*. A. 2.

Electi sicut prius prædestinantur, quàm passio Christi præuideatur vt remedium contra lapsum eorum; ita tota Trinitas prius præordinauit prædestinatos, & electos ad gratiam, & gloriam finalem, quantum ad efficaciam, quàm præuiderit Christi passionem, tanquam medicinam acceptandam pro electis cadentibus in Adam prius prædestinatis ad gloriam finalem: & sicut Verbum præuidit passionem Patri offerendam pro prædestinatis, & electis, & sic etiam efficaciter obtulit in effectu, ita tota Trinitas pro eis passionem efficaciter acceptauit, & pro nullis alijs efficaciter fuit oblata, nec ab æterno acceptata, & ideo meruit eis tantum primam gratiam ordinantem ad gloriam consummatam. 3. D. 19. Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *Tunc iste*. A. 6.

Electos omnes Deus prius voluit habere gratiam, & gloriam, quàm præuiderit eos casuros; & prius lapsuros, quàm præordinaret medicinam contra lapsum, & ideo passio, vt præuisa post præuisionem lapsus, potuit esse ratio remittendi offensam, & conferendi gratiam reconciliatiuam; non autem potuit esse ratio prædestinationis. *ibidem*. §. *Sed hic*. ℣. *Ad secundum*. E. ante. 12.

Electi, prædestinati ad reparandum ruinam illius supernæ ciuitatis Hierusalem, non producuntur communiter in esse, nisi per propagationem. 4. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*, ℣. *Ad probationem*. B. 3.

Electi tempore iudicij vniuersalis non erunt in terra, sed rapientur Christo obuiam in aere. 4. D. 43 Q. 5. §. *De tertio*. ℣. *Sed quia*. O. 12.

Eleemosyna.

Eleemosynam dare est bonū ex genere, siue in illo est bonitas ex genere, quia competit volitioni ex hoc, quòd transit super obiectum conueniens tali actui secundum dictamen rectæ rationis, & non solum quia est conueniens tali actui naturaliter, vt sol visioni. 2. D. 7 Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. *Tertia bonitas*. E. ante. 12.

Eleemosynam dare de proprio pauperi, qui eget, & in loco, quo melius potest sibi competere, & propter Dei amorem, est bonum virtuosum, seu ex circumstantia. *ibidem*.

Eleemosynam dare, non tantùm ex inclinatione naturali (sicut potuit fieri in statu innocentiæ, vel fortè modò potest fieri à peccatore, si adhuc peccator existens, & non pænitens, ex pietate naturali moueretur ad proximum) sed ex charitate, ex qua faciens est amicus Dei, inquantum respicit opera eius, est bonum meritorium. Nam in illo opere, supposita duplici bonitate morali, scilicet, bonitate ex obiecto, & bonitate virtuosa, seu ex circumstantia, est bonitas meritoria, siue bonitas gratuita ex acceptatione diuina in ordine ad præmium, quatenus ipse actus elicitur conformiter principio merendi, quod est gratia, vel charitas, siue secundum inclinationem charitatis. *ibidem*.

Eleemosynam, vniuersaliter loquendo, dando pauperibus pro aliquo, datur ei bonum spirituale. 4. D. 15. Q. 2. *Ad tertium principale*. Gg. 35.

Eleemosynam dare propter nnn bonum finem, scilicet amorem Dei, vel subuentionem proximi; non tamen propter malum finem, putà vanam gloriam, vel nocumentum alicuius, est actus malus priuatiuè, non tamen contrariè. *Quodl.* Q. 18. §. *De primo*. ℣. *Per rationem*. K. 7.

Eleemosyna, ex quo licitum est, imò rationabile, quòd requirat orationem: *vel sic*, Ex quo licitum est, imo rationabile, quòd eleemosyna requirat orationem, ille, qui cum eleemosyna sua imponit obligationem orandi pro se, rationabiliter facit; & ita ista eleemosyna ad quemcunque succedentem semper transit cum onere sibi imposito; Nullus enim præsumit se, & suum collegium sic alicui obligare, quòd non posset de cætero alteri aliqua suffragia committere, vel promittere, & ita præsumitur obligatio fieri secundum intentionem obligantis præcisè, tamen secundum notulam, licet non sit hæc obligatio promissuria. *Quodl.* Q. 20. §. *De secunda autem*. ℣. *Potest ergo*. K. 27.

Eleemosyna Missæ liberaliter offertur cum mendicatione orationis, & recipiens eleemosynam tenetur, secundum iustitiam, exaudire mendicantem orationem suam: & tunc secundum iustitiam, liberaliter tamen, scilicet, sine conuentione, & commutatione obligat se ad orandum pro benefactore; vel si est communitas aliqua, prælatus eius a se pro tota obligat, vel ipsam totam obligat, & quælibet istarum obligationum potest esse stricta, licet non sit secundum commutationem huius pro illo. *ibidem*. §. *De tertio articulo*. ℣. *Nec valet*. Q. 25.

Elementum

Elementum totum est singulare per se existens, & principalis pars Vniuersi. 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Item quod non*. B. 7.

Elementum habet qualitatem in tali latitudine, sed non præcisè in tali, vel tali gradu; Vnde sicut non sequitur, hoc corpus potest esse sine hoc loco, & sine illo, ergo paritatione sine omni; sic de elemento, non sequi; hoc elementum potest esse sine hoc gradu qualitatis, & sine illo; ergo sine omni. 2. D. 15. Qu. *Vnica*. §. *Hic est*. ℣. *Quod autem*. n. 4.

Elementa sunt imperfectissima entia in genere substantiæ secundum Commentat. 3. de Cælo & Mundo. Comment. 22. & 67. 2. D. 18. Qu. *Vnica*. §. *Restat igitur*. ℣. *Vbi sciendum*. E. 7.

Elementa sunt maxima corpora in genere corruptibilium, & tamen sunt imperfectissima. 4. D. 12. Q. 2. §. *Hic sunt*. ℣. *Primo quia qualitas*. D. 9.

Elementum quo ad generationem, & corruptionem.

Elementa tota, secundum Philosophum, sunt ingenerabilia, & incorruptibilia; & tamen quia sunt eiusdem rationis cum partibus suis, non repugnat eis reduci de potentia prima ad actum primum, sicut partes eorum reducuntur. 2. D. 2. Q. 10 §. *Respondeo*. ℣. *Sed obijcies*. G. 11.

Elementa simplicia non corrumpuntur secundum totum; quòd autem corrumpantur secundum partem, hoc est ex actione alterius contrarij in ipsa, & subtractione causæ conseruantis, & generantis. 3. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Rationes istæ*. ℣. *Vltimum*. n. 4.

Elementa

Elementum quo ad generationem, & corruptionem.

Elementa non habent ius, vt praeseruentur à corruptione, post resurrectionem mortuorum, & diem iudicij. 4. D. 49. Q 13 §. *Dico ergo.* ℣. *Ad aliud.* E. 10.

Elementa licet secundum se tota sint incorruptibilia, secundum Philosophum 2. & 3. Cæli &c. non tamen eo modo sunt incorruptibilia, quo Cælum; quia forma elementi, cum sit eiusdem rationia in toto, & in parte, non est formalis ratio incorruptibilitatis in toto, sicut nec in parte: & licet non sit aliqua causa naturalis corruptiua totius elementi, sicut partis, tamen istam possibilitatem intrinsecam ad corruptionem reduci ad actum non est ita impossibile, sicut Cælum corrumpi; Aut saltem, secundum Theologos, possibile esset Deum elementa annihilare, quæ, quantum est ex formis suis, sunt corruptibilia, sicut non annihilare Cælum, quod, secundum formam suam, est incorruptibile, quia in conseruando prius, & magis necessarium non requirit, tanquam medium, aliquod minus necessarium conseruari; absolutè igitur posset annihilare elementum, & nihil innouare circa *esse* Cæli. *Quodl.* Q. 11. §. *De secundo.* D. 7.

Elementum quo ad generationem mixti.

Elementum, in virtute corporum cælestium, potest agere ad generationem mixti, quod est nobilius ipso elemento agente, vt partiali causa 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta opinionum.* P. 25.

Elementa quatuor non oportet necessariò concurrere ad compositionem mixti; aliquando enim mixtum fuit factum ex vno elemento, vt patet per literam. Genes. 1. *Producant aquæ reptilia. &c.* Quando etiam concurrunt elementa ad generationem, non generatur mixtum per actionem illorum, corrumpentium se mutuò, sed oportet illa agere in virtute vniuersalis Agentis: probo, quia quæro de instanti, in quo generatur mixtum, vtrum in illo sint omnia corrupta, vel adhuc manent? Si omnia sunt corrupta, & in illo instanti, in quo inducitur forma substantialis mixti, est vera actio, & productio, & generatio; ergo mixtum generatur ex non ente: si aliquod illorum maneat; ergo non corrumpunt se mutuò in generatione mixti: & tunc etiam non generaretur mixtum, nisi ex illo vnico. 1. D. 15. Q. *Vnica.* §. *Dico ergo.* ℣. *Sed quomodo.* D. 7.

Elementa, in instanti, in quo corrumpuntur, & in quolibet instanti sunt imperfectiora ipso mixto; ergo non causant, nec generant ipsum mixtum per actionem suam. *ibidem.* ℣. *Præterea causa.*

Elemenium vnum potest esse, per potentiam diuinam, quasi ratio seminalis respectu mixti, ita quod ex vno elemento potest Deus causare mixtum, sicut de aqua fecit pisces Genes. 1. Vnde patet quomodo intelligendum est illud Aug. 3. De Trinit. cap. 9. quòd in elementis Mundi huius ponendæ sunt rationes seminales, quia possunt sic contemperari, vel per simplicem mixtionem; vel per illam, quæ est per iuxta positionem, quòd causabitur ex eis quædam qualitas, vel forma, quæ erit via ad aliquid perfectius: & ex hoc potest Aug. habere intentum suum 3. De Trin. vbi ostendit, quomodo magi Pharaonis fecerunt ranas. 2. D. 18. Q. *Vnica.* §. *Dico igitur.* ℣. *Item vnum elementum.* K. 11.

Elementa in mixto.

Elementa non manent in mixto secundum substantiam, siue remissam, vt dicit Commentator; siue non remissam, vt ponit Auicenna, cuius ratio est, quia non est ponenda pluralitas sine necessitate: nihil autem cogit ponere pluralitatem elementorum, vel formarum substantialium manere in mixto, quia non operatio, quæ maximè concludit formam; Non enim operatio mixti est eiusdem speciei cum aliqua operatione elementi, nec transmutatio; nam forma elementi, & forma mixti habent sufficientem entitatem, vt vna sit terminus vnius generationis, & alia alterius; vel vt hæc sit terminus à quo, & ille terminus ad quem generationis; ergo sicut nihil potest esse simul sub forma aeris, & ignis, sic nec sub istis, & mixti: nec etiam qualitas mixti hoc cogit, putà frigiditas carnis, quia illa

Elementa in mixtio.

non est frigiditas aquæ, vel terræ. 2. D. 15. Q. *Vnica.* §. *Dico ergo.* A. 5.

Elemēti forma generati, vel mixti est actualior, & perfectior, secundum Arist. *vel sic,* Arist. vult, quòd forma generati, siue mixti est actualior forma elementi, ita quòd forma elementi inferior, & potentialior est; ideo dicuntur elementa virtualiter manere in mixto, sicut imperfecta, & inferiora manent in superioribus, in quibus non manent, nisi virtualiter: Vnde Aristot. postquam dixit quòd *elementa manent in mixto,* subdit, *Saluatur enim virtus eorum. ibidem.* ℣. *Item Aristoteles.* C. 6.

Elementa non manent in mixto secundum substantiam: nec oportet dicere quòd maneant secundum qualitates suas, sicut nec qualitates extremæ manent in medio; manent ergo in mixto, sicut si diceretur, quòd sensitiua, & vegetatiua manent in intellectiua. *ibidem.*

Elementa quatuor manent in vno mixto, virtualiter, habente formam substantialem, continentem, in virtute, formas elementorum, non tamen secundum substantiam, vt partes sui, sed propter conuenientiam naturalem, quæ est formæ mixti cum elementis, quæ non est vnius elementi ad aliud, & continentiam virtualem: & pro hoc videtur esse Philosophus, qui dicit, quòd manent potentia, & virtute. *ibidem.* ℣. *Dico ergo.* E. 7.

Elementi prædominium in mixto attenditur secundum conuenientiam in qualitate naturali, quæ qualitas est principium motus, vt grauitas mouendi deorsum, non quòd elementum sit secundum substantiam: vnde secundum diuersam mixtionem elementorum, concurrentium in generatione illa, aliquando mixtum magis conuenit in forma cum vno elemento, quam cum alio, & sic in qualitate simuli, quæ est qualitas mixti, & non elementi, & ideo habet similem modum consequentem, & similem actionem. *ibidem. Ad tertium principale.* G. 9.

Elementi definitio posita 5. Meta. Ter. 4. scilicet, quod est, *ex quo componitur res, & in ea manet;* conuenit soli materiæ primæ generaliter, nam illa manet in re, quæ componitur ex ea. *ibidem.* ℣. *Ad dictum Commentatoris.* G. 9.

Elementum aliquod si secundum substantiam maneret in mixto, eadem ratione & omne elementum maneret, & tunc, cum inclinatio eorum sit in loca contraria, mixtum ex illis violenter moueretur, & quiesceret in quocunque loco. *ibidem. In secundo argumento principali.* n. 1.

Elementa potest dici quod non sint in corpore naturali mixto extra loca sua naturalia violenter, nec est ibi actio, vel passio violenta: Elementa etiam non sunt in mixto formaliter, sed solùm virtualiter. 2. D. 19. Q. *Vnica.* *Ad tertium principale.* G. 9.

Elephas.

Elephas, qui ingeniatus, vt matrem suam carnaliter cognosceret, legitur quòd post hoc ingeniatorem occidit. 4. D. 40. Q. *Vnica. Hic præmittendo.* ℣. *Ad propositum.* C. 3.

Eleuatio.

Eleuatio, & depressio Solis, & Lunæ, ratione cuius quandoque plus, quando scilicet sunt in auge; quandoque minus, quando scilicet sunt in opposito augis, si vniuersaliter negaretur, nec ex parte vnius, nec ex parte alterius posset assignari diuersa quantitas vmbræ: semper enim vmbra æquè in altum porrigitur & ibi esset æqualis quantitas, & semper luna quando æqualiter esset propè conum, æquè esset iuxtà, & propè vmbram. 2. Dist. 14. Quæst. 2. §. *De secundo.* A 4.

E L I

Eligere.

Eliget non rectè, *siue* Non rectè eliget aliquis circa materiam temperantiæ, nisi præcedente recta ratione, dictante de tali eligibili. 3. D. 36. Q. *Vnica.* §. *Dicitur aliter.* ℣. *Istud dictum.* A. 5.

Eligere.

Eligere potest nihil voluntas, intellectu rectè dictante : *vel sic*, Intellectu rectè dictante, voluntas potest nihil eligere, sicut potest non eligere, quod dictatur ab intellectu, quia ratio non mouetur simul ab isto intellecto, & ab illo; Nihil autem eligendo, non generatur in ea virtus aliqua, sed ex recto dictamine generatur prudentis, secundum asserentes connexionem necessariam virtutum; igitur prudentis generabitur sine alia virtute morali. *ibidem*. §. *Contra hoc*. ℣. *Praeterea per rationem*. E. 12.

Eligit quod non quis : *vel sic*, Quod quis non eligit, profectò non diligit, quod autem non diligit, facilè contemnit. 4. Dist. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. *Ad probationem secunda*. G. 8.

Eligibilis.

Eligibilius est, quo habens est simpliciter bonus illo, quo habens non est simpliciter bonus. 4. D. 49. Q. 4. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Contra ex eodem*. M. 17

Eligibilius est in bonis, quae non includunt se, illud, cuius oppositum est odibilius. *ibidem*. ℣. *Praeterea, in bonis*. N. 17.

E M E

Emens.

Emens, si magnum commodum consequatur ex re sibi vendita, vel commutata, non potest à venditore, vel permutante carius vendi, vel permutari; nam propter maius commodum eius, quod consequitur emens, nec res mea est in se pretiosior, nec mihi melior, & ideo non debet mihi maius pretium apportare: secus autem est, quando damnificor, quia tunc est mihi pretiosior, licet non in se. 4. D. 15. Q. 2. §. *De secundo*. ℣. *Consimilis conclusio*. M. 16.

E M I

Eminenter.

Eminenter nihil personae diuinae intrinsecum continetur in aliquo : *vel sic*, Nihil intrinsecum personae diuinae propriè continetur in aliquo eminenter, quia tunc esset ens per participationem illius continentis. 1. D. 2. Q. 7 §. *Sed hic restat*. ℣. *Et si detur primus*. Ff. 42.

E N S

Ens.

Ens est, cui non repugnat *esse*. 4. D. 8. Q. 1. §. *Hic tria videnda*. ℣. *De secundo dico*. A. 2.

Ens omne, inquantum ens, bonum est. *Prolog*. Q. 2. §. *De sexto*. ℣. *Quid asini Munichaei*. B. 8.

Ens per nihil notius explicatur. 1. D. 2. Q. 2. §. *Quarta via*. ℣. *Aliter arguitur*. Bb. 31.

Ens quodcunque est in se *quid*; & habet in se aliquem gradum determinatum in entibus, & est forma, vel habet formam. 1. D. 19. Q. 1. §. *De secundo*. B. 3.

Ens habet conceptum simpliciter simplicem, & ideo non potest esse medium (demonstrationis) inter ipsum, & suam passionem, quia neutrius est definitio, quae possit esse medium. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Quantum ad primum*. C. 13.

Ens non potest concipi, nisi distinctè, quia habet conceptum simpliciter simplicem; ergo potest concipi distinctè, sine alijs, & alii non, sine eo distinctè concepto; ergo ens est primus conceptus distinctè conceptibilis. 1. D. 3. Q. 2 §. *Loquendo*. ℣. *Secundo dico*. N. 24.

Entis ratio praecisè accepta est nobilior quacunque ratione superaddita praecisè accepta, sicut ratio subiecti est nobilior ratione passionis; ergo quod sibi, tanquam perfectissimo, est propinquius, illud est perfectius; Vnde falsum est quod ens se habeat ad alia, sicut materia ad formam, sed magis in potentia quasi actiua, sicut subiectum ad passionem. 4. D. 49. Q. 4. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Sed contra hoc*. I. 11.

Ens, vel res, communissimè sumptum, prout scilicet se extendit ad quodcunque, quod non est nihil; intelligendo per nihil illud, quod includit contradictionem, ita quod excludat omne *esse* extra intellectum, & in intellectu; extendit se ad quodcunque, quod non includit contradictionem, siue sit ens rationis, hoc est, praecisè habens esse in intellectu considerante, siue sit ens reale, habens aliquam entitatem extra considerationem intellectus. *Quodl*. Q. 3. §. *De primo*. ℣. *Communissime*. A. 2.

Entis, inquantum ens, quod ponitur obiectum Metaphysicae, nulla sunt principia, quia tunc essent cuiuslibet entis. *Prolog*. Q. 3. §. *Ad primum argumentum primae quaestionis*. ℣. *Quod tertio dicitur*. S. 18.

Ens minus communiter acceptum accipitur pro illo, quod habet, vel habere potest aliquam entitatem, non ex consideratione intellectus. *Quodl*. Q. 3. §. *De primo*. ℣. *Communissime*. A. 2.

Ens aliquod, quo habet entitatem : *vel sic*, Illud, quo aliquod ens habet entitatem, eo, tanquam fundamento proximo vnitatis, est vnum, vnitate correspondente tali entitati. *ibidem*. ℣. *Contra illud*. §. *De secundo*. E. 6.

Ens quo ad passiones.

Ens non tantum habet passiones conuertibiles simplices, sicut vnum, verum bonum; sed etiam habet aliquas passiones, vbi opposita distinguuntur contra se, sicut necesse esse, vel possibile; actus, vel potentia, & huiusmodi. 1. D. 8. Q. 3. §. *Teneo opinionem*. ℣. *Respondeo, sicut*. O. 19.

Ens in ratione suae passionis cadit; habet enim passiones proprias, vt patet per Phil. 4. Meta. Tex. 5. cap. 3. vbi vult quod sicut linea, inquantum linea, habet proprias passiones; & numerus, inquantum numerus, ita sunt aliquae passiones entis, inquantum ens; sed si ens cadit in ratione earum, vt additum; ergo non est per se primo modo in ratione quidditatiua earum. 1. D. 3. Q. 3. §. *Ad quaestionem*. ℣. *Secundum scilicet* G. ante 7.

Entis passio est illud disiunctum *necessarium*, vel *possibile*, circumloquens passionem, conuertibilem cum ente, sicut sunt multa alia illimitata in entibus : passiones autem entis conuertibiles, vt communius, immediatè dicuntur de ente. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Quantum ad primum*. C. 13.

Entis si sit aliqua passio non prima, difficile est videre per quam priorem, vt per medium, possit concludi de ente, quia nec facile est videre ordinem passionum entis; Nec si iste ordo cognosceretur, viderentur propositiones, assumptae ab eis pro praemissis, esse multùm euidentiores conclusionibus. *ibidem*.

Enti in passionibus disiunctis non posset particulariter inesse imperfectius extremum, nisi alicui enti inesset perfectius extremum, à quo dependeret. *ibidem*.

Ens hoc si continet quamlibet passionem entis, vt veritatem, & bonitatem, & vnitatem, non est ista continentia ex perfectione contenti, sed ex perfectione continentis. 2. D. 1. Q. 4. *alias* 5. §. *Secundum membrum*. O. 25.

Ens vnitiuè continet multas passiones, quasi posteriores, quae sunt res aliae ab ipso ente, vt probat Aristot. in principio. 4. Meta. Tex. 3. & 5. distinguuntur tamen ab inuicem formaliter, & quidditatiuè, & etiam ab ente; formaliter dico reali, & quidditatiuè, aliter Metaphysica, concludens tales passiones de ente, & illas considerans, non esset scientia realis: sicut ergo ens continet vnitiuè rationem vnius, veri, & boni, sic anima continet potentias suas vnitiuè, quanquam formaliter sint distinctae. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Ideo dico aliter*. K. 17.

Ens est verum, ens est bonum, hae sunt verae, & necessariae propositiones, & extrema habent conceptus simpliciter simplices, quia tàm ens, quàm verum, & bonum non habent conceptus resolubiles in alios conceptus priores, & tamen sunt demonstrabiles per primam passionem entis, puta per vnum, tanquam per medium *propter quid*. *Quodl*. Q. 7. §. *Tertia conclusio*. ℣. *Ad secundum*. K. 14. *Additio*.

Ens ad nihil.

Entis ad nihil nulla est proportio.4.D.1.Q.1.§.*Ratio secunda.* ℣. *Ad rationem*. H.13.

Ens totum creatum, *siue* Totum ens creatum plus excedit nihil, quàm anima excedit non animam; sicut totum ens creabile in se est perfectius, quàm anima: tamen æquè incompossibilis est non anima cum anima, sicut nihil cum toto ente. *ibidem*. ℣. *Respondeo*.

Ens quo ad definiri.

Entis cuiuscunque, *siue*, Cuiuscunque siue entis, siuè non entis, quod potest concipi, & significari, potest esse aliqua ratio nominis, quæ scilicet explicet explicitè, & distinctè illud, quod nomen importat implicitè, & confusè: & qualibet ratio talis potest dici definitio, extendendo nomen definitionis; sed definitio propriè dicta est ratio verum *esse* significans, secundum Phil. 1. Top. cap 4. & ideo non est quæcunque ratio nominis, sed ratio, per quam distinctè indicatur verum quid rei: Non est ergo propriè non entis, & hoc siue non ens accipiatur propriè pro impossibili, quod includit contradictionem; siue pro pura negatione, vel priuatione, quia non ens non habet *quid est*. 4. D.1.Qu.2.§. *Hic primo*. ℣. *Quantum ad primum*. A.2.

Ens non vnum per se quod non sit definibile, potest intelligi duobus modis; scilicet, vel quod consistat ex entibus eiusdem generis, vel alterius, quæ tamen non sunt nata constituere per se vnum: primum tenet nomen entis aggregati, vt cumulus, vel aceruus: secundum dicitur propriè ens per accidens: patet. 5. Meta. cap. De ente Tex. 13. neutrum autem horum est propriè definibile: primum non, patet. 8. Meta. cap. 10. Tex. 7. nec secundum, vt patet. 7. Meta. cap. 2. Tex. 15. 16. & inde. *ibidem*. §. *De secundo*. ℣. *Videndum*. G.6.

Entis per accidens, cuiusmodi est homo albus, non est definitio per se primo, sed secundum quid, & per accidens. 1. Dist. 3. Quæst.3.§. *Contra istam vniuocationem*. ℣. *Ad illa*. R.17.

Ens quo ad diuidi.

Entis prima distinctio videtur esse in ens extra animam, & in ens in anima: & illud extra animam potest distingui in actum, & potentiam essentiæ, & existentiæ; & quodcunque istorum *esse* extra animam potest habere *esse* in anima, & illud *esse* in anima aliud est ab omni *esse* extra animam: & ideo de nullo ente, nec de aliquo *esse* sequitur, si habet *esse* diminutum in anima, quod, propter hoc, habeat *esse* simpliciter; quia illud *esse* est *secundum quid* absoluè, quod tamen accipitur simpliciter, inquantùm comparatur ad animam, vt fundamentum illius *esse* in anima.1.D.36.Q.*Vnica*.§.*Contra istud*. ℣.*Tunc ad formam*. F.9.

Ens, prima diuisione, diuiditur in ens quiditatiuè, & in ens habens quiditatem, quod est ens subsistens; nunc autem quicquid est perfectionis, est ens quiditatiuè, & entitas quiditatiua; nam perfectio formalis est, quæ in quolibet ente melius est esse, quam non esse; sed nihil est tale, nisi sit entitas quiditatiua, prout abstrahit à *subsistere*; Ens autem subsistens, habens quiditatem est contrahens illam perfectionem: nunc autem est ita, quòd vnum, quod conuertitur cum ente, est tàm ens quiditatiuè, quàm ens subsistens, & ideo tàm essentiale, quàm notionale; Sed bonum, vt dicit formalem rationem terminandi actum volitionis, est entitas quiditatiua, & ideo est tantùm essentiale. 1. D.1.Q.2.*Ad secundum principale*.℣.*Ideo dico, quod ens*.I. 12. *Additio*.

Ens in omnibus diuidentibus, *siue* In omnibus diuidentibus ens, nobilius diuidens est perfectio simpliciter: si enim ens diuidatur per voluntarium, & non voluntarium, simpliciter perfectius diuidens est voluntarium; ergo est perfectio simpliciter.3.D.32.Q.*Vnica*. §. *Hic sunt*. ℣. *Ad hanc*. B. 2.

Ens sufficienter diuiditur, tanquam in illa, quæ includunt quiditatiuè ipsum, in ens increatum, & in decem genera, & in partes essentiales decem generum: Quicquid sit de istis, saltem non videtur habere plura diuidentis quiditatiuè, quin sint in istis. 1.D 3.Q.3.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Secundo sic, ens*. G.7.

Ens prius diuiditur in infinitum, & finitum, quàm in decem genera, quia alterum istorum, scilicet ens finitum est commune ad decem genera; ergo quæcunque conueniunt enti, vt indifferens ad finitum, & infinitum, vel vt est proprium enti infinito, conueniunt sibi, non vt determinatur ad genus, sed vt prius; & per consequens, vt est transcendens, & extra omne genus. 1. Dist. 8. Quæst 3.§.*Teneo opinionem*.℣.*Respondeo quod ens*.N. 18.

Ens non diuidunt finitum, & infinitum, vt iam contractum est aliquod genus, imò quodlibet genus, & ens, vt immediatè indifferens ad decem genera, est præcisè ens finitum: finitum tamen, & infinitum non diuidunt ens, nisi ens quantum. *Quodl*. Q.5.*Ad argumentum principale. Dico ergo*. B b. 26.

Entis non omnia diuidentia: *vel sic*, Non omnia, in quæ diuiditur ens secundum se, sunt æquè perfecta entia; imò qualitas, respectu substantiæ, potest dici modus, & tamen in se est vera res. 2. D.1.Q.4.§. *Quod si adhuc*. ℣. *Ista instantia*. D. 13.

Ens quando diuiditur per opposita, alterum diuidentium est imperfectionis in ente, alterum perfectionis.1.D.2.Q.7.§. *Quia sicut dixi*. ℣. *Responsio*. H. 16.

Ens, & vnum sicut diuiditur in simplex, & compositum, ita *esse*, & vnum distinguitur in *esse* tale, & tale; ergo esse per se vnum non determinat sibi *esse* simplex præcisè, sicut nec aliquod diuisum determinat sibi præcisè alterum diuidentium. 4. D. 11. Q.3.§. *Ad rationes*. ℣. *Ad primam*. B b 46.

Enti alicui nihil simpliciter repugnat per solam priuationem in eo, sed per aliquid positiuum in eo; igitur diuidi in partes subiectiuas non repugnat huic lapidi in eo, quod est quoddam ens, per aliquas negationes. 2. D 3.Q. 2.§. *Contra ista*. ℣. *Hoc modo*. A.2.

Ens reale.

Ens reale est perfectius ens, quàm ens, quod est tantum rationis. 1. D.8. Q.4.§.*Contra istam opinionem*. ℣.*Confirmatur*. F.10.

Ens reale non potest realiter mensurari ab ente rationis.2.D. 3.Q.1.§.*Contra istud*.℣.*Prima via*. n.3.

Ens ratum.

Ens ratum, ab vno Doctore sit declaratur, quia, secundum ipsum, res dicitur vno modo à *reor reris*, quod est opinari: & sic est communis, secundum ipsum, figmentis, & non figmentis: secundo modo res dicitur à ratitudine: loco istorum verborum accipio verba planiora: pro re dicta à *reor reris*, accipio realitatem opinabilem, quæ communis est, secundum ipsum, figmento, & non figmento: pro re autem dicta à ratitudine, accipio, secundum intentionem suam, realitatem quiditatiuam, quia ponit rem quiditatiuam esse ratam per hoc, quod est exemplata, quod non conuenit figmentis: vltra ista non restat, nisi realitas existentiæ actualis; Habemus ergo tria per ordinem; realitatem opinabilem, quiditatiuam, & existentiæ. 1. D. 3. Q.5.§ *Contra ista*. F.8. *Examinatur ibidem*. ℣. *Quæro tunc*. & D.36.Q.*Vnica*.§.*Hic quidam*.n.3.*Impugnatur ibidem*. §.*Contra* n.4.

Ens ratum sit fiat ratum; aut fiet ratum ex se, quod includit contradictionem, quia quicquid ex se est aliquale, est semper tale: aut ab aliquo causante fiet ratum: & si hoc, prius naturaliter absolutum aliquod potest terminare illam causationem, quam respectus, quia formalis ratio cuiuslibet termini primi producti non est necessariò respectus. *ibidem*.§.*Quantum ad istum*. I.12.

Ens quodcunque, quod non est de se *esse*, sed tantùm, cui cõtingit *esse*, non est ens ratum, nisi participando ipsum *esse*, vel inquantum participat ipsum *esse* (quia quoddam ens est, quod est ipsum esse): Ista propositio falsa est, si per ly *inquantum* intelligatur reduplicari aliquid per se primo modo: vel si in ea accipiatur *participando* gerundiuum, & prout exponitur per *quia*, nam si per ly *quia* intelligatur causalitas, pertinens ad primum modum, ista propositio est falsa eodem modo, quia per se primo mo-

Ens ratum.

mo modo participatio ipsa non est, quo ens est formaliter ratum: si autem intelligatur per ly *inquantum* causalitas, pertinens ad secundum modum per se, qualis est in subiecto respectu propriæ passionis, sic concedo quod tale ens, inquantum ens, putà lapis inquantum lapis, participat *esse*; non est tamen propriè vera è conuerso, scilicet quòd inquantum participat est ens. *ibidem*. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad secundum*. I. 13.

Ens est in primo instanti naturæ: *vel sic*, In primo instanti naturæ est ens, quod est ipsum *esse*, scilicet Deus: In secundo instanti lapis est ens ratum absolutum: In tertio est ipsa participatio, & respectus quidam, consequens ad ipsum lapidem, *ibidem*. K. 13.

Ens ratum aut appellatur illud, quod habet *esse* firmum, & verum *esse*, siue essentiæ, siue existentiæ, quia vnum non est sine altero qualitercunque distinguantur: aut ens ratum dicitur illud quòd primò distinguitur à figmenris, cui scilicet non repugnat *esse* verum essentiæ, vel existentiæ: Si primo modo accipiatur ens ratum, dico quòd homo non est, ex se, ens ratum, sed ab efficiente, à quo habet *esse* verum & essentiæ, & existentiæ: Et cum dicis, igitur numquam est ens ratum, nisi effectum; concedo hoc modo: & quando est effectum, est existens; ergo numquam est ens ratum, nisi sit existens, concedo: & cum dicis vltra; ergo non est eius definitio, nisi existens: nego istam consequentiam, quia definitio &c.: Si secundo modo intelligatur ens ratum, dico quòd homo est ex se ens ratum, quia formaliter ex se non repugnat sibi esse. 1. D. 36. Quæst. *Vnica*. *Ad primum principale*. I. 11.

Ens ratum nunquam est, nisi sit existens: *vel sic*, Ens effectum numquam est ens ratum primo modo, nisi sit existens; ergo non est eius definitio, nisi sit existens; nego istam consequentiam, quia definitio est distincta cognitio definiti secundum omnes eius partes essentiales: distincta autem cognitio potest esse alicuius, licet ipsum non sit ens ratum; non enim oportet, nisi quod ens ratum terminet cognitionem definitiuam; & non sequitur, ens ratum definitiuè intelligitur; ergo ens ratum est. *Ibidem*.

Ens possibile.

Ens omne si est possibile: *vel sic*, Si omne ens est possibile; ergo omne impossibile est non ens, bene sequitur, sed non è conuerso; ergo omne non ens est impossibile. *ibidem*. §. *Per idem*. *Ad propositum*. K. 12.

Ens simpliciter, & stricte sumptum.

Ens simpliciter vno modo accipitur, prout distinguitur contra ens secundum quid: & tunc ens simpliciter est substantia; ens secundum quid est accidens: Et patet quid est non ens simpliciter, oppositum isti. 4. D. 11. Qu. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Secunda ratio*. Y. 43.

Ens strictissimè sumptum habetur à Philosopho, qui dicit. 7. Meta. Tex. 2. *accidentia dicuntur entia, quia sunt entis*; Et infra, cap. 3. *Sicut de non ente logicè quidam dicunt esse non ens, non quidem simpliciter, sed non ens, sic & qualitatem*, & infra, *quemadmodum non scibile est scibile, & quemadmodum medicinale eo quod ad idem quidem, & vnum, non idem autem, & vnum, sic & de ente*: & videtur eamdem sententiam dicere in principio. 4. Tex. 2. quod *quemadmodum medicinale, & salubre multipliciter dicitur, ita & ens*; Ens ergo, simpliciter, siue potissimè dictum; & hoc siue sit analogum, siue vniuocum accipit ibi Philosophus pro ente, cui per se, & primò conuenit esse, quod est substantia sola: & sub hoc membro acceptionis entis strictissimè continetur ens reale, & absolutum, & per se ens. *Quodl*. Q. 3. §. *De primo*. ℣. *Tertius modus*. B. 3.

Ens contingens, & necessarium.

Ens aliquod si est contingens, sequitur; ergo aliquid ens est necessarium, sicut sequitur, si aliquod ens est finitum; ergo aliquod ens est infinitum, quia in talibus non posset enti particulariter inesse imperfectius extremum, nisi alicui enti inesset perfectius extremum, à quo dependeret. 1. Distinction. 39. Quæst. 1. 2. 3. &c. §. *Quantum ad primum*. C. 13.

Ens necessarium, & contingens, idest, hoc disiunctum non potest ostendi &c. *vel sic*, Non potest ostendi de ente, per aliquod prius medium disiunctum, hoc, scilicet necessarium, vel contingens; nec etiam ista pars disiuncti, quod est contingens, posset ostendi de aliquo supposito necessariò de aliquo, nam non videtur posse concludi extremum perfectius talis disiunctionis de aliquo ente ex hoc, quod alij enti conueniat extremum imperfectius; Non enim si perfectius est in aliquo ente, necesse est imperfectius esse in alio ente, & hoc, nisi illa extrema disiuncta essent correlatiua; Et ideo videtur ista, *aliquod ens est contingens*, esse vera primò, & non demonstrabilis *propter quid*. *ibidem*. ℣. *Sed nec isto modo*.

Ens non omne quod est: *vel sic*, Non omne ens, quod est, est necessarium &c.: Vnde sicut entia, antequam sint, quædam sunt contingentia, & quædam necessaria, sic etiam quando sunt, quædam sunt contingentes, & quædam sunt necessario. 3. D. 18. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. H. 17.

Ens omne quod est, quando est, necesse est esse: potest propositio ista distingui secundum compositionem, & diuisionem, dicendo sic: Omne quod est, quando est, necesse est esse, falsa est, & diuisa: vel sic: Omne quod est quando est, necesse est esse, vera est, & composita; Præterea aliter, est fallacia *secundum quid*, & *simpliciter*. *ibidem*. *Ad quartum principale*. H. 17.

Ens absolutum.

Ens omne ad se, consideratum sub ratione absoluta, potest pertinere essentialiter ad aliquod genus absolutum, *si est* per se vnum: nullus enim modus concipiendi, cum quo stare potest vnitas per se conceptus, qui conceptus sit absolutus, tollit quin illud sic conceptum pertineat ad genus absolutum, quia illud sic conceptum includit aliquid absolutum, dictum de se *in quid*, & aliquid *in quale*, per quod distinguitur ab alijs conceptibus absolutis, vt genus, & differentiam. 2. Distinct. 1. Quæst. 4. *alias*. 5. §. *Et si dicas*. E. 14.

Entis absoluti *esse* diminutum in intellectu est *esse* secundum *quid*: quod tamen ens absolutum, secundum illud esse diminutum, concomitatur relatio rationis. 1. Dist. 36 Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Ad secundum dico*. G. 10.

Ens absolutum, quod est ex se necessarium perfectè, quantum potest cogitari aliquid esse necessarium, non potest non esse, quocunque alio à se non existente. 1. D. 8. Qu. 5. §. *Istis rationibus*. ℣. *Et arguo*. O. 17.

Ens aliquid.

Ens omne; *siue sic*, *Omne, quod dicitur ad aliquid, est aliquid præter relationem*, 7. Trinit. cap. 2. ita quòd relatio non est intra conceptum absoluti. 1. D. 5. Q. 1. §. *Quantum autem*. ℣. *Respondeo quandocunque*. A. 5.

Entia aliqua, 5. Meta. Tex. 20. Dicuntur ad aliquid secundum genus, *vt medicina*, inquit, *eorum est, quæ ad aliquid, quia ipsius genus scientia videtur esse eorum, quæ ad aliquid*: nomen fortè speciei imponitur præcisè ad significandum qualitatem: & propter hoc non dicitur ad proprium correlatiuum: nomen autem generis non imponitur præcisè ad significandum genus, siue qualitatem, sed ad significandum ipsam sub respectu. *Quodl*. Qu. 13. *Ad argumentum principale*. ℣. *Ex hoc*. Nn. 33. in fine.

Entis primitas.

Ente, *idest* In ente concurrit duplex primitas, scilicet communitatis, & virtualitatis; Nam omne per se intelligibile aut includit essentialiter rationem entis; vel continetur virtualiter, & essentialiter in includente essentialiter rationem entis. 1. D. 3. Qu. 3. §. *Quantum ad secundum*. I. 8.

Ente, *idest*, In ente concurrit duplex primitas, scilicet primitas communitatis in *quid* ad omnes conceptus simpliciter simplices; & primitas virtualitatis in se, vel in suis inferioribus, ad omnes conceptus in se simpliciter simpli-

Entitas primitas.

simplices, & ita duplex primitas concurrens sufficit ad hoc, quod ipsum sit primum obiectum intellectus, licet neutram habeat præcisè ad omnia intelligibilia. *ibidem*. ✝. *Ex his apparet*. M. 12.

Ens primum.

Ens aliquod est simpliciter primum, triplici primate, scilicet efficientiæ, finis, & eminentiæ; & ita simpliciter, quod est impossibile aliquid esse prius. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Ex prædictis*. Ce. 34.

Ens primum est infinitum primò, quia primum efficiens. *ibidem*. ✝. *Ex secundo*.

Ens primum solum est tale, quòd in eo est perfecta ratio entitatis, & hoc non sub ratione aliqua relatiua, sub ratione, qua est hoc ens. 3. D. 27 Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum*. ✝. *Prima ratio*. C. 7.

Ens per essentiam.

Ens per essentiam, & non per participationem primò determinatur ex se; vt sit tale per essentiam; & vt sit infinitum tale; & vt sit hoc de se. 1. Distinction. 8. Quæst. 3. §. *Contra, conceptus*. ✝. *Respondeo, quod quando*. Bb. 29.

Ens tantum illud est perfectum, quod est ens per essentiam. 1. D. 2. Q. 3. *Ad tertium, principale*. D. 8.

Ens a se.

Ens à se, siue non ab alio, non est, nisi vnicum: Ex hoc sequitur quod non est nisi vnicum Agens non dependens in agendo; quod enim dependet in essendo; si agat, dependet in agendo. *Quodl*. Q. 7. §. *Quinta conclusio*. ✝. *Ista duo*. V. 28.

Ens, quod habet à se potentiam actiuam, habet à se entitatem; quod autem habet à se aliquod, habet illud in tota plenitudine, quæ sibi potest competere; nihil enim habetur limitatè in aliquo, nisi habeatur ab aliquo Agente, determinante illud ad certum gradum; quia si vnum ens habeat à se plenitudinem entitatis, & aliud ens non haberet à se talem plenitudinem, sed entitatem limitatam, omnino nulla esset ratio, quare illud plus haberet plenitudinem entitatis, quàm istud, sed videtur esse casus, qui non potest esse in his, quæ sunt à se. *ibidem*. §. *Contra dupliciter*. Y. 31.

Entis nullius ab alio est nobilius esse à sua causa, quàm sit *esse* entis à se; quia omne causatum habet *esse* dependens; sed quod est ex se habet esse independens. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Quantum ad tertium*. ✝. *Ex hoc*. Q. 19.

Ens per se.

Ens per se potest intelligi tripliciter: vno modo intelligitur ens per se solitariè, prout accipitur. 1. Poster. Tex. 9. in tertio modo per se; & hoc modo accidens potest esse ens per se, quando non est in subiecto: Secundo modo dicitur ens per se, prout distinguitur contra ens in alio; & sic per se ens est idem, quod non inhærens actualiter, nec aptitudinaliter; & hoc modo quæcunque substantia, non tantùm composita, sed etiam materia, & forma est ens per se, quia forma substantialis, licet insit materiæ informando, non tamen inhæret, quia inhærere dicit non per se informare, quia inhærens nec est actus simpliciter, sed actus *secundum quid*, nec cum illo, cui inhæret, facit per se vnum, opposita conueniunt ei, quod per se informat: Tertio modo ens per se dicitur illud, quod habet actualitatem vltimatam, ita quòd non est per se ordinabile ad aliquem actum simpliciter, vltra istum, quem habet, qui quidem actus vlterior possit esse actus eius per se, & hoc vel primò, vel participatiuè: quod hoc modo est per se ens, communiter dicitur suppositum, & in natura intellectuali dicitur persona. *Quodl*. Qu. 9. §. *De secundo*. ✝. *Prima ratio*. A. 3.

Ens per participationem.

Ens per participationem reducitur ad aliquid tale per essentiam: ista propositio non est prima, sed reducitur ad istam: Omne imperfectum reducitur ad perfectum: & quia omne ens per participationem est imperfectum; & tantum illud est ens perfectum, quod est ens per essentiam; ideo sequitur propositio illa de participatione. 1. D. 2. Qu. 3. *Ad tertium, vel quartum principale*. D. 8.

Ens omne, aliud ab ente infinito, dicitur ens per participationem, quia capit partem illius entitatis, quæ est ibi totaliter, & perfectè; non sic, quod sit pars entis infiniti; sicut binarius est pars, vel partes ternarij, secundum determinatam proportionem; quia nullum creatum est pars Dei, cum Deus sit simplicissimus: sed omne finitum, cum sit minus illa entitate infinita, conformiter potest dici pars, licet non sit secundum aliquam proportionem determinatam, quia excedit in infinitum. *Quodl*. Quæst. 5. *Ad argumentum principale*. Aa. 26.

Ens causa.

Ens est causa vniuersalissima prædicatione: Ex quo non potest concludi, nisi quòd *esse* non potest esse effectus, nisi entis: & hoc concedo. 4. D. 1. Qu. 1. §. *Sed istæ rationes*. C. 7.

Ens quo ad actionem.

Entia secunda licet Deus priuet actionibus suis, præueniendo causalitatem eorum, & causando effectus, quos illa possent causare; non oportet quòd illa priuet suis entitatibus; manent enim, & non causant suos effectus, quia alia causa, immediatè, causat illos; possunt tamen illos causare. *Quodl*. Quæst 7. §. *Sed licet*. ✝. *Ad primam*. O. 23.

Entia cum non habebunt actiones proprias, non habebunt essentias. Hoc dictum Commentatoris 9. Meta. Comment. 7. super illud, *Igitur possibile*, potest sic intelligi, quòd in antecedente, cum neget habere actionem propriam, hoc debet intelligi non tantum actualiter; quia tunc argueretur à destructione posterioris ad destructionem prioris, & esset fallacia consequentis, quia pluribus alijs modis potest poni destructio illius posterioris, putà per fortius Agens præueniens, vel contrarium impediens: sed debet intelligi in antecedente *non habebunt actiones proprias*, nec actualiter, nec aptitudinaliter, nec virtualiter: & benè sequitur quòd *non habebunt proprias essentias*, quia quodlibet actiuum, per propriam formam, & virtutem, habet virtualiter suam actionem, etiam quando non actualiter producit. *ibidem*.

Ens causabile, causatum, &c.

Ens omne causatum habet esse dependens; sed quod est ex se habet esse independens. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Quantum ad tertium*. ✝. *Ex hoc arguo*. Q. 19.

Ens causatum in entibus non est quædam entitas quasi partialis causæ, sed est omninò alia entitas, dependens ab entitate causæ: conclusio autem non est, nisi quædam veritas partialis respectu vniuersalis; & si ergo, aliqua conclusione destructa, destruatur principium, non tamen ita erit de entitate in causæ, & causato. 1. D. 3. Q. 5. §. *Istis rationibus*. ✝. *Hæc instantia*. Q. 17.

Ens causabile non potest habere differentias istas, *necessarium, & possibile esse*, sed omne ens causabile est tantum possibile, & ideo non est imperfectionis in Causa non posse causare istis differentias; quia ad impossibile nulla est differentia. *ibidem*. *Ad secundum principale*. ✝. *Per hoc*. Aa. 26.

Ens aliquod quod sit extra causam suam, quin habeat esse proprium; non capio. 4. D. 43. Q. 1. §. *De primo*. ✝. *Ad probationem*. C. 7.

Ens aliquod quo est in actu extra causam, & intellectum, eo est hoc primò; quia sic esse non competit, nisi huic: *vel sic*, Quo aliquid est in actu, & extra causam, & intellectum, eo est hoc primò, quia sic esse non competit, nisi huic: imo vniuersalitas, siue non hoc non potest alicui competere, nisi in intellectu. *Quodl*. Q. 2. §. *Prima ratio*. ✝. *Et quod*. D. 6.

Ens perfectum.

Ens optimnm, siue perfectissimum non sequitur ad perfectissimum aliquid eorum, quæ continentur sub ente, nisi illud sit simpliciter perfectissimum sub ente: 1. Distinct. 8. Quæst. 3. §. *Alij probant*. ✠. *Respondeo, nunquam*. R 21.

Entis omnis in actu primo perfectio vltima est in actu secundo, quo coniungitur optimo, maximè si sit actiuum, & non tantùm factiuum. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostenso esse*. ✠. *Istæ rationes*. S. 22.

Ens sine perfectione.

Ens sine perfectione *siue* Quicquid est ens sine perfectione, & caret aliqua perfectione entis, est simpliciter possibile, & terminus potentiæ simpliciter, cuius terminus non potest esse ens infinitum; quod est *necesse esse*. 1. D. 8. Q. 2. §. *Hic dicitur*. B. 2.

Ens summum.

Entia abstractio ab hoc ente, & summi ab hoc summo in sensibilibus est naturalis, & ista duo sibi coniuncta non habent repugnantiam; propter quod ratio ista *ens summum* non est ratio in se falsa, sicut loquitur Philos. 5. Meta. cap. de falso Tex. 34. quòd illa ratio est in se falsa, cuius partes includunt repugnantiam; & illa non potest concipi aliquo actu simplici intellectus; & per oppositum ista, *ens summum*, potest vno actu concipi, quia alterum istorum non repugnat alteri. *Quodl.* Q. 14. §. *De primo*. ✠. *Tertio potest*. E. 4.

Ens infinitum.

Ens infinitum est primum notum: *vel sic*, Primum notum, de quo noto immediatè cognoscuntur primæ veritates, est ens infinitum; quia iste est conceptus perfectissimus, quem possumus habere de illo, quod est in se primum subiectum Theologiæ; quod tamen neutram conditionem requisitarum ad subiectum nostræ Theologiæ habet, quia non continet habitum nostrum virtualiter in se, nec multò magis, vt nobis notum continet ipsum habitum. *Prolog.* Q. 3. §. *Quantum autem*. ✠ *In habitu*. M. 12.

Ente de infinito non potest demonstrari *esse*, demonstratione *propter quid*, quantùm ad nos, licet ex natura terminorum propositio esset demonstrabilis *propter quid*: sed quantùm ad nos, propositio est demonstrabilis demonstratione, *quia* ex creaturis. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ad primam quæstionem*. G. 10.

Enti non repugnat infinitas; ergo perfectissimum ens est infinitum. *ibidem*. §. *Quarta via*. ✠. *Aliter arguitur*. Bb. 31. & 4. Dist. 50. Quæst. 6. §. *Respondeo*. ✠. *Secundo*. C. 5.

Ens primum est infinitum primò. *ibidem*. §. *Ex prædictis*. ✠. *Ex secundo*. Cc. 34.

Entis infiniti conceptus est perfectissimus conceptus, nobis naturaliter notus, de Deo; quia iste conceptus, inter omnes à nobis conceptibiles, virtualiter plura includit; sicut enim ens virtualiter includit bonum, & verum in se, ita ens infinitum includit bonum infinitum, & verum infinitum, & omnem perfectionem simpliciter, sub ratione infiniti. 1. D. 3 Q. 1. *aliàs*. 2. §. *Quarto dico*. ✠. *Perfectio autem*. E. 17.

Ens summum si intelligatur comparatiuè, sic dicit respectum ad extra: sed infinitum dicit conceptum ad se; si autem intelligatur absolutè summum, hoc est, quod ex natura rei non possit excedi, perfectio illa expressius concipitur in ratione infiniti entis; non enim summum bonum indicat in se vtrum sit finitum, vel infinitum. *ibidem*. ✠. *Respondeo quod si*.

Ens infinitum cum non tantum dicat perfectionem summam, sed etiam non possibilem excedi, non sequitur infinitum ens, nisi præcisè ad infinitum tale quod est perfectissimum, in quo est ratio entis, quod scilicet dicit perfectionem simpliciter. 1. D. 8. Q. 3. §. *Alij probant*. ✠. *Respondeo nunquam*. R. 21.

Entis conceptus si accipiamus proprium indiuiduum: *vel sic*, Si accipiamus proprium indiuiduum huius conceptus *ens*, quod indiuiduum est in Deo, & proprium

Ens infinitum.

indiuiduum huius, quod est *infinitum*, idem indiuiduum est, nec potentiale ad se ipsum. *ibidem*. *Ad primum principale*. §. *Contra, conceptus*. ✠. *Istud etiam*. Bb. 29.

Ens vt conuenit Deo, scilicet ens per essentiam est ipsum *esse* infinitum, & non aliquid, cui tantùm conuenit ipsum *esse*; & ideo ex se est hoc, & ex se infinitum, vt quasi per prius intelligatur aliquo modo infinitas esse, modus entitatis per essentiam, quam ipsum intelligatur esse hoc; & ideo non oportet quærere quomodo hoc ens sit infinitum, quasi prius conueniat sibi singularitas, quàm infinitas: & ita est vniuersaliter in his, quæ possunt esse entia per essentiam, non per participationem: tale primò determinatur ex se, vt sit tale per essentiam; & vt sit infinitum tale; & vt sit hoc de se. *ibidem*. ✠. *Respondeo quod*.

Entibus, *idest*, In entibus si intelligamus aliquod infinitum in entitate in actu, illud debet intelligi proportionaliter quantitati imaginatæ infinitæ in actu sic, vt ens illud dicatur infinitum quod non potest ab aliquo in entitate excedi, & ipsum verè habebit rationem totius, & perfecti: totius quidem, quia licet totum infinitum actu in quantitate, nulla parte sui, nec etiam parte quantitatis talis careret; Tamen quælibet pars esset extra aliam, & sic totum esset ex imperfectis; sed ens infinitum in quantitate sic nihil entitatis habet extra, quòd nec eius totalitas dependet ex aliquibus imperfectis in entitate; sic enim totum est, quòd nullam habet partem extrinsecam, quia tunc non esset totaliter totum, ita etiam quamuis infinitum in actu esset perfectum in quantitate, quia sibi secundum se totum nihil quantitatis talis deesset, tamen cuilibet parti eius deesset aliquid quantitatis, quæ, scilicet, esset in altera: nec ipsum esset sic perfectum, nisi quodlibet eius esset imperfectum; sed ens infinitum sic est perfectum, quòd nec sibi, nec alicui eius deest aliquid. *Quodl.* Q. 5. §. *De primo*. ✠. *Ex hoc vltra*. A. 3.

Ens infinitum in entitate possumus sic describere, quòd *ipsum est. cui nihil entitatis deest, eo modo, quo possibile est illud haberi in aliquo vno*: & hoc pro tanto additur, quia non potest in se realiter, & formaliter per identitatem omnem entitatem habere: Potest etiam describi per excessum ad quodcunque aliud ens finitum sic, ens infinitum est, *quod excedit quodcunque ens finitum non secundum aliquam determinatam proportionem, vel determinabile*, verbi gratia, accipiatur hæc entitas, *albedo*, exceditur ab alia entitate, quæ est scientia, in triplo: iterum exceditur ab anima intellectiua in decuplo: iterum à supremo Angelo, esto quòd in centuplo, qualitercunque procedis in entitatibus, semper est dare, in qua proportione determinata supremum excedit infimum, non quod ibi sit propriè proportio talis, quali vtuntur mathematici, quia non constat Angelus ex aliquo inferiori cum aliquo addito, cum sit simpliciter; sed intelligendum est hoc, secundum proportionem virtutis, & perfectionis, sicut est excessus in speciebus: hoc modo, per oppositum, infinitum excedit in entitate finitum vltra omnem proportionem assignabilem. *ibidem*. B. 4.

Ens infinitum intensiuè est vnicum, implurificabile, & non arctatum, sed communicabile, & cuicunque incomponibile *ibidem*. §. *De secundo*. F. 7.

Ens infinitum est obiectum primum intellectus infiniti, & obiectum eius etiam beatificum. *ibidem*. §. *Prima ratio*. ✠. *Tertio probatur*. I. 11.

Entia omnia possunt tantùm perfectissimè includi in vno ente infinito. 1. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud*. ✠. *Item potentia*. B. 3.

Ens finitum, & infinitum.

Ens quodlibet habet intrinsecum sibi gradum suæ perfectionis; in quo est finitum, si est finitum; vel infinitum, si est infinitum; si ergo sit finitum, non per aliud ens finitatur. 1. D. 2. Q. 2. §. *Vltimò ostenditur*. ✠. *Breuiter respondeo*. Cc. 33.

Ens li-

Ens limitatum.

Ens limitatum, & ad se: vel si etiam est limitatum, & ad alterum, tamen limitatum, est naturale obiectum intellectus creati: Sed entitas limitata in se, quæ est essentialiter ad alterum illimitatum, non est naturaliter intelligibilis ab intellectu creato. *Quodl.* Q.14. § *Ad ista*. ✝. *Ad secundum*. Gg.24.

Ens ordinatum ad finem suum proximum habet proportionem immediatam ad illam, & tamen distat in infinitum à fine, nec tamen impedit hoc proportionem eius, quod est ad finem. 4. D.49. Q.11. §. *Respondeo dicitur*. ✝. *Praterea, si hoc*. B.4.

Ens ad finem.

Ens ad finem habet bonitatem participatam respectu finis. *Quodl.* Q.16. §. *De primo*. ✝. *Hic potest dici*. F.6.

Ens completum.

Ens completum in genere nulli alteri vnitur, vt faciat per se vnum cum eo, sed tantum facit cum alio vnum per accidens, vel aggregatione: & ratio est, quia illa, quæ faciunt per se vnum, non sunt entia completa per se in genere, sed tantum principia rei completæ in genere. 3. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ✝. *Praterea ens*. A.6.

Ens componibile.

Ens sicut est per se componibile cum ente, sicut per se receptiuum cum per se recepto, ita & habens esse proprium cum habente esse proprium: nec inter illa est vnio accidentalis, quia istud est per se perfectibile, & illud per se perfectio; quia si habere *esse* tolleret per se rationem perfectibilis; ergo non posset aliquid esse per se defectibile, nisi non ens. 4. D.43. Q.1. §. *De primo*. ✝. *Ad probationem*. B.7.

Ens potentiale, & ens in potentia.

Ens potentiale est minus perfectum, quàm actuale, dummodo sint eiusdem rationis. 1. Dist 28. Quæst.3. § *Contra istud*. B.4.

Ens aliquod potentiale quod necessariò coexigit eo modo, quo relatio coexigit terminum, scilicet aliquod secum simul natura, vel prius, illud sic coexigens non est simpliciter necessarium. *Quodl.* Q.1. §. *De altero*. ✝. *Prima ratio*. G.8.

Entia aliqua sunt, quæ cum perfectione sua sunt in perfectione ad perfectionem aliam. 4. D.49. Q.14. *Ad quartum principale*. M.13.

Ens vt indifferens, & transcendens.

Enti quicquid conuenit inquantum est indifferens ad finitum, & infinitum, conuenit illi priusquam diuidatur in genera, & ita est transcendens. 2. D.1. Q.4. §. *Ad primum alterius opinionis*. F.15.

Enti quod conuenit antequam descendat ad genera, est transcendens: sed quod conuenit omni enti, conuenit enti antequam in genera descendat; ergo quod est tale, est transcendens, & non alicuius generis determinari, sicut sunt relationes creaturæ ad Deum. *ibidem*. Q.5. *Ad secundum principale*. P.26.

Entis conceptus.

Entis conceptus non est formaliter conceptus creati, nec increati; & ita concedo quòd sit neuter: si autem intelligatur quòd iste conceptus est ita neuter, quòd neutrum contradictoriorum dicatur de eo, falsum est. 1. D.8. Q.3. *Ad primum pro opinione*. ✝. *Ad confirmationem*. E.11.

Ens quo ad vniuocationem.

Ens est vniuocum omnibus, sed conceptibus non simpliciter simplicibus est vniuocum in quid dictum de eis; Sed conceptibus simpliciter simplicibus est vniuocus, vt determinabilis, vel vt denominabilis, non autem, vt dictum est de eis in *quid*, quia hoc includit contradictionem. 1. D.3. Q.3. § *Quantum ad secundum*. ✝. *Tertio etiam*. L.12.

Ens quo ad inclusionem.

Ens includitur quiditatiuè in omnibus conceptibus quiditatiuis inferioribus; ergo nullus conceptus inferior distinctè concipitur, nisi concepto ente. 1. Distinct. 3. Quæst. 2. §. *Loquendo igitur*. ✝. *Secundo dico*. N. ante 25.

Entis rationem omne per se intelligibile aut includit essentialiter: *vel sic*, Omne per se intelligibile aut includit essentialiter rationem entis, vel continetur virtualiter, & essentialiter in includente essentialiter rationem entis; Omnia enim genera, & species, & indiuidua, & omnes partes essentiales generum, & ens increatum includunt ens quiditatiuè; omnes differentiæ vltimæ includuntur in aliquibus istorum essentialiter, vel quiditatiuè: omnes passiones entis includuntur in ente, & in suis inferioribus virtualiter; igitur illa, quibus ens non est vniuocum in quid, includuntur in illis, quibus est vniuocum. 1. Distinct.3. Quæst 3. § *Quantum ad secundum*. I.8.

Ens quo ad rationem generis.

Ens non est genus 3. Meta. Tex.10. Philos. ibi remouet ab ente rationem generis non propter æquiuocationem; imo si esset æquiuocum ad decem genera, esset decem genera, quia idem conceptus, quocunque nomine significetur, habet eandem rationem generis; sed remouet rationem generis ab ente, propter nimiam communitatem, quia videlicet prædicatur per se primo modo de differentia aliqua, & per hoc concludit, quòd ens non sit genus. 1. D.3. Q.3. §. *Contra istam*. ✝. *Ad primum argumentum*. N.14.

Ens non est genus, propter nimiam communitatem entis, ex hoc scilicet, quòd differentia sumpta à parte essentiali alia à natura, à qua sumitur genus, est ens in *quid*; nullum enim genus dicitur de aliqua differentia inferiori in *quid*, nec de illa, quæ sumitur à forma, nec de illa, quæ sumitur ab vltima realitate formæ. *ibidem*. ✝. *Ad videndum*. O.15.

Ens quo ad differentias.

Ens non prædicatur per se primo modo de differentijs vltimis. 1. Dist.3. Quæst. 3. §. *Contra istam*. ✝. *Ad videndum*. O.15.

Ens sicut dicitur *in quid* de parte essentiali, à qua sumitur differentia specifica, ita dicitur de tali differentia in abstracto; ita quod sicut hæc est *in quid*, *Anima intellectiua est ens*, accipiendo eumdem conceptum entis, secundum quem dicitur de homine, vel de albedine; ita hæc est *in quid*, *rationalitas est ens*, si rationalitas sit talis differentia; sed nulla talis differentia est vltima. *ibidem*.

Ens quo ad singularitatem.

Ens nullum est singulare formaliter per aliquid alterius generis; sicut enim in quolibet genere est inuenire aliquod supremum in coordinatione illius generis, & omnia media, genera, & species; ita est inuenire aliquod infimum per se in illa coordinatione, de quo omnia prædicantur, & ipsum non de alio. 4. Distinct. 12. Quæst 2. §. *Hic sunt*. ✝. *Prima non*. A.6.

Ens non solùm aliquando intelligo, sed hoc ens, vel substantiam hanc, non determinatè concipiendo in intellectu meo singulare alicuius inferioris, puta, *hoc animal*, vel *hunc lapidem*, sicut quando video à remotis, prius apprehendo quod est corpus, & animal, quàm hoc animal. *Quodl.* Quæst.4 §. *Ex istis duobus*. ✝. *Respondeo, ab ipso*. V.29.

Ens æquale, & inæquale, idem, & diuersum.

Ens omne, omni enti comparatum, est idem, vel diuersum 10. Meta. Tex.12. ita quod omne ens; omni enti comparatum, est æquale, vel inæquale. 1. D 19. Q.1. §. *De secundo*. B.3.

Ens omne est magnum, vel paruum; æquale, vel inæquale,

Ens æquale, & inæquale, idem, & diuersum.

licet magnitudo ista non sit fundamentum æqualitatis, pro vt est passio quantitatis, quæ est genus. *ibidem. Ad primum principale*. F.6.

Ens respectu Dei, & creaturæ.

Entis conceptum, sicut & aliquos alios, esse vniuocum, & non tantum analogum asseritur his verbis; secundo non asserendo, quia non consonat opinioni communi, potest dici, quòd non tantum in conceptu analogo conceptui creaturæ concipitur Deus, qui scilicet sit omnino alius ab illo, qui de creatura dicitur, sed in conceptu aliquo vniuoco sibi, & creaturæ. 1. D.3. Q.1. *aliàs* 2. §. *Secundo non asserendo*. A.5. 6. *& idem ostenditur ibidem*. D.8. Q.3. *§. Contra istam positionem*. n.7.

Ens dictum de Deo, & creatura concipiens intellectus: *vel sic*, Intellectus concipiens ens dictum de Deo, & creatura, si sint duo conceptus, non potest habere conceptus istos secundum aliquam vnitatem, nisi prius naturaliter habeat eos, vel simul, sub ratione distinctorum. *ibidem in posteriori loco*. ỽ. *Sed intellectus*. n.7.

Ens respectu substantiæ, & accidentis.

Ens dicitur de substantia, & accidentibus, sicut sanum de sanitate in animali, & anima 4. Meta. Tex.2. hæc auctoritas, & similis 7. Tex.14. De scibili, & non scibili potest adduci secundum superficiem verborum; quod accidens nullam habeat entitatem formalem, sicut sanitas in vrina nihil habet de ratione formali sanitatis: & si ad hoc adducitur, non est, nisi ignorantia vocabulorum; patet enim, quòd accidentia sint principia agentia, & principia cognoscendi ex 1. de anima, Tex.11. & per se obiecta sensuum: sed truffa est dicere aliquid esse principium agendi, vel actione reali in materiam, vel actione intentionali ad sensum, vel intellectum, & non habere aliquam entitatem formalem, ita enim dicimus chymeram agere, vel sentiri. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ỽ. *Aliqui etiam*. G.H.15. 16.

Ens dicitur de substantia, & accidente, sicut sanum de sanitate in animali, & vrina 4. Meta. Tex.2. similiter in 7. Tex.15. videtur dicere, quòd quemadmodum aliquod non scibile est scibile æquiuocè; & medicabile æquiuocè, opus, & vas; ita & ista quantitas, & qualitas dicuntur entia; Dico, quòd sicut necesse est in exemplis, secundum Damasc. cap.72. *aliàs* 73. & simile considerare, & dissimile; ita dico quod ad hoc faciunt illa exempla Philosophi, quòd sicut ordo essentialis est medicinæ ad animal in eo, quod est dici sanum, ita habitudo essentialis est inter accidens, & substantiam in habendo entitatem; sed non quòd ille ordo essentialis ad subiectum sit de essentia albedinis, quæ habet illum ordinem, sicut ratio signi est essentialiter sanum, vt dicitur de vrina: & ratio dissimilitudinis in hoc est, quia in vrina non est aliqua forma absoluta, à qua dicatur sana, licet sit ibi aliquod absolutum, super quod fundatur ratio signi, vtpotè talis color, vel talis digestio, & alia, quæ apparent; sed quòd ipse ordo ad sanitatem est, quo formaliter dicitur vrina sana, & ideo omninò æquiuocè, quantum ad nomen impositum ab illo conceptu, quo animal dicitur sanum; quia licet sanitas sit eadem, & quæ significatur per vrinam, tamen sanum impositum ad denotandum habens sanitatem formaliter, & habens eam, vt signum, est purè æquiuocum; Sed ex alia parte ens non est purè æquiuocum, vt dictum est alias, & in vtroque extremo est aliquid absolutum, propter quod formaliter vtrumque dicitur, licet super vnum absolutum fundetur ordo ad aliud. *ibidem*. H.17.

Ens per accidens.

Ens per accidens, inquantum ens per accidens, nullius recipit prædicationem per se; igitur infimum subiicibile, in coordinatione prædicamentali, non potest esse ens per accidens; aggregans autem res diuersorum generum est ens per accidens secundum Philosophum 5. Meta. cap. de vno, Tex.7. & 13. 2. D.3. Q.4. *§. Contra istam conclusionem*. ỽ. *Præter ea tertio*. D.7.

Ens per accidens.

Entis per accidens, cuiusmodi est *homo albus*, non est definitio. 1. D.3. Q.3. §. *Contra istam vniuocatinem*. ỽ. *Ad illa*. R.17.

Ens per accidens, Metaphysicus dicit esse, quod includit in se res duorum generum, sicut patet 5. Meta. cap. de ente, Tex.7. & 13. 1. D.26. Q. *Vnica*, §. *Ad primum tertiæ viæ*. ỽ. *Ad aliud de supposito*. Y.48.

Ens per accidens nihil est in diuinis: *siue sic*, Nihil in diuinis est ens per accidens: nec sequitur; Est suppositum per accidens logicè; ergo est suppositum per accidens metaphysicè, quia esse suppositum logicè dicit habitudinem alicuius, vt subiecti, ad aliquid, vt ad prædicatum, & ita potest dici suppositum per accidens; propter accidentalitatem ex parte inhærentiæ, non extremorum. *ibidem*. ỽ. *Respondeo, prima*. Z.49.

Ens per accidens non facit esse totum propria ratio rerum quantum ad genera, vel quasi genera: *vel sic*, Propria ratio rerum, quantum ad genera, vel quasi genera, non facit totum esse ens per accidens, sed habitudo rei ad rem, putà non identitas simpliciter. *ibidem*, ỽ. *Respondeo propria ratio*.

Ens quatenus obiectum.

Ens esse primum obiectum intellectus nostri, quòd naturaliter cognoscimus, & hoc secundum totam differentiam entis ad sensibilia, & insensibilia, est negandum. *Prolog*. Q.1. *Ad primum, licet*. ỽ. *Ad aliud, negandum*. D.12.

Ente, *scilicet*, In ente primo, subiecto Metaphysicæ propriæ passiones substantiarum non separatarum non includuntur virtualiter: *vel sic*, Propriæ passiones substantiarum separatarum non includuntur virtualiter in primo subiecto Metaphysicæ, scilicet in ente. *ibidem*. §. *Tertio arguitur*. F.14.

Ens, in quantùm ens, est primum obiectum intellectus nostri naturale: *vel sic*, Primum obiectum intellectus nostri naturale est ens inquantum ens: ista propositio potest concedi, accipiendo obiectum naturale vel pro eo, ad quod naturaliter, siue ex actione causarum naturaliter actiuarum, potest potentia attingere: vel pro illo, ad quod potentia naturaliter inclinatur; siuè possit illud naturaliter attingere, siue non. *ibidem*. *Ad primum principale*. Y.32.

Ens limitatum, & ad se: vel si etiam est limitatum, & ad alterum, tamen limitatum est obiectum naturale intellectus creati; Sed entitas limitata in se, quæ est essentialiter ad alterum illimitatum, non est naturaliter intelligibilis ab intellectu creato. *Quodl*. Q.14. *§. Ad ista*. ỽ. *Ad secundum*. Gg. 24.

Ens semper est obiectum intellectus, siue ponatur quod idem sit obiectum voluntatis, & intellectus; siue ponatur obiectum voluntatis aliquo modo particulare respectu obiecti intellectus. 1. D.3. Q.3. §. *Ad rationes*. ỽ. *Ad illud*. C.22.

Ens secundum quòd abstrahens à sensibili, & insensibili est verè proprium obiectum intellectus, quia intellectus, tanquam potentia superior, potest habere actum tàm circa sensibile, quàm circa insensibile; Vnde ista abstractio, quæ videtur esse non appropriatio, est sufficiens appropriatio respectu potentiæ superioris. *ibidem*. ỽ. *Secundam rationem*.

Ens est primum obiectum intellectus nostri, quia in ipso concurrit duplex primitas, scilicet communitatis, & virtualitatis; Nam omne per se intelligibile, aut includit essentialiter rationem entis, vel continetur virtualiter, vel essentialiter in includente essentialiter rationem entis. *ibidem*. *§. Quantum ad secundum*. I.8.

Ens est obiectum commune adæquatum, & hoc potentiæ intellectiuæ: Ens dico in communi, & quodlibet ens speciale, quacunque differentia entis contractum, sub eadem ratione mouet, siue hoc sit ratio indiuidui, siue ratio speciei. 2. D.3. Q.11. §. *Contra istam viam*. ỽ. *Respondeo hic*. E.10.

Ens si potest habere conceptum, vel rationem communem ad ens creatum, & increatum, est obiectum adæquatum intellectus; non quòd per abstractionem illam sit obiectum intellectus, sed quia à quolibet intelligibili potest abstra-

Ens quatenus obiectum.

abstrahi vna talis ratio, vel conceptus: & tunc non distinguerentur portio superior, & inferior, nec etiam intellectus, & voluntas formaliter per obiecta; si autem ens non posset habere talem conceptum communem, si debeat assignari potentiæ non organicæ, quæ se extendit ad omne ens, aliquod obiectum adæquatum, & primum, illud non erit, nisi essentia diuina, in se continens omnes rationes aliorum entium, & ad quam omnia alia entia habent attributionem, sed hoc falsum est. 2. D. 24. Qu. *Vnica. Ad primum principale.* ℣. *Dico, quòd si ens.* F. 7.

Ens totum creatum est obiectum proportionatum intellectui creato, non alligato sensibus quantùm ad cognitionem tàm abstractiuam, quàm intuitiuam; non enim differt intuitiua ab abstractiua, nisi propter præsentiã obiecti aliam, & aliam: quicquid ergo potest esse obiectum proportionatum intellectui in hac præsentia, & in illa; si ergo quodcunque ens potest abstractiuè cognosci à tali intellectu, quando est sibi præsens vno modo, sequitur, quòd potest intuitiuè intelligi ab eodem, quando est præsens in propria existentia reali. 4. D. 10. Q. 8. §. *Aliter dicitur.* ℣. *Contra hoc.* F. 8.

Ens est primum obiectum intellectus humani: *siue sic*, Primum obiectum intellectus humani est ens; ergo, & quodlibet, in quo saluatur ratio entis, est obiectum per se eius. 4. D. 49 Quæst. 8. §. *Respondeo.* ℣. *Videtur tamen.* B. 4.

Ens totum est obiectum intellectus humani, & per consequens non quietatur, nisi in cognitione summi intelligibilis io se. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo.* n. 3.

Ens totum est obiectum voluntatis sub ratione boni, & intellectus sub ratione veri; ergo intellectus, & voluntas non quietantur; nisi vbi est obiectum suum in summa sua perfectione. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo.* ℣. *Secundo est.* C. 5.

Ens, vel res in intellectu communissimo, prout res, vel ens dicitur quodlibet conceptibile, quod non includit contradictionem; siue illa communitas sit analogiæ, siue vniuocationis (de quo non curo modo) posset poni primum obiectum intellectus, quia nihil potest esse intelligibile, quod non includit rationem entis isto modo, quia includens contradictionem non est intelligibile: & isto modo quæcunque scientia, quæ non solum vocatur realis, sed etiam, quæ vocatur rationis, est de re, siue de ente. *Quodl.* Q. 3. §. *De primo.* ℣. *Et istorum duorum.* B. 2.

Ens in sua communitate, siue sit vniuocationis, siue analogiæ (non curo modo) & si ponatur obiectum adæquatum cuiuscunque intellectus creati, loquendo de obiecto, ad quod inclinatur potentia, non tamen de obiecto adæquato, ad quod potest potentia naturaliter attingere, scilicet ex concursu causarum naturalium eius; Imo sic pro quocunque statu cuiuscunque intellectus creati præcisè ens creatum est obiectum adæquatum, quia præcisè illud potest attingi, virtute causæ naturaliter motiuæ intellectus. *Quodl.* Q. 14. §. *De secundo.* ℣. *Diceretur.* O. 11.

Ens, & quotcunque inferius ad ens, præcisè sub ratione veri intelligendo, non intelligitur; nisi per accidens, & non secundum rationem quiditatiuam; verum enim est passio entis, & cuiuslibet inferioris ad ens. 1. D. 3. Q. 3. §. *Sed contra.* ℣. *Item verum.* A. 20.

Ens supernaturale cognoscibile.

Ens limitatum, & ad se: vel si etiam est limitatum, & ad alterum, tamen limitatum, est naturale obiectum intellectus creati: sed entitas limitata in se, quæ est essentialiter ad alterum illimitatum, non est naturaliter intelligibilis ab intellectu creato, sicut nec terminus, sine quo, nec ipsa intelligi potest. *Quodl.* Q. 14. §. *Ad ista.* ℣. *Ad secundum.* Gg. 24

Ens est supernaturale, ergo cognoscibile supernaturaliter si arguis vniformiter, ita quòd supernaturalitas in antecedente, & consequente referatur ad idem; concedo consequentiam; quia in consequente refertur supernaturalitas ad entitatem, sicut in antecedente; sed tunc non sequitur, ergo tantùm supernaturaliter potest cognosci; istud enim non sequitur, nisi supernaturale refertur ad

Ens supernaturale cognoscibile.

cognoscibilitatem; si autem intelligas in consequente, cum dicitur *cognoscibile supernaturale*, supernaturale referri ad cognoscibilitatem; nego consequentiam, *est ens supernaturale, ergo cognoscibile supernaturale*; quia in antecedente ly *supernaturale* dicit habitudinem ad causam suam, à qua potest accipere *esse*: licet autem non possit accipere *esse*, nisi à causa supernaturali, tamen est cognoscibile naturaliter; quia quantumcunque aliquid supernaturaliter ponatur in *esse*, post quam tamen positum est in *esse*, est quoddam ens naturale, & proportionatum potentiæ naturaliter cognoscenti, vel cognitiuæ. 4. D. 10. Q 8. *Ad primum principale.* I. K. 11.

Ens quo ad tempus.

Ens omne, in tempore, est de necessitate variabile secundum aliud, & aliud *esse*: necesse est secundum aliquid sui, putà secundum aliquam dispositionem, quam habet ex parte temporis, quod exceditur à tempore, quia aliter se habebit in alia parte temporis; & ideo impossibilia, & necessaria non sunt in tempore, quia non est alia, & alia dispositio in eis, vt possint excedi à tempore, vel aliter se habere. 2. Dist. 2. Quæst. 3. §. *Sed ista positio.* ℣. *Sed ista ratio.* A. 4.

Ens princeps.

Entia secundum Arist. 12. Meta. cap. vltimo, non volunt malè disponi, vnus ergo princeps. *Quodl.* Qu. 7. *Ad secundum argumentum in oppositum.* §. *Secundum scilicet.* Gg. 40.

Ens in instanti.

Ens aliquod tantummodo in vno instanti habere esse non est contradictio; Ipsum enim instans raptim transit, ita quòd non est, nisi, vt ita loquar, instantanee; Vel si dicas instans secundum substantiam semper manere idem; si illud dicatur esse substantia mobilis, cum illa substantia non sit per se terminus alicuius continui de genere quãtitatis, sequitur, quod illud quod vocas instãs secundũ substantiam, non est terminus continuans per se partes temporis; saltem instans secundum *esse* non manet, sed raptim transit, & ita oportet dicere de mutatione, & per consequens de instanti, quod est per se mensura mutationis; Non autem videtur maior contradictio de re permanente, quod non nisi in vno instanti habeat *esse*, quàm de ipso instanti, vel mutatione; quia & si res permanens possit habere idem *esse* non præcisè per instans, sed permansionẽ; & instans, vel mutatio non possit; tamen permanens totum *esse* suum habet in instanti vno, quia in hoc distinguitur contra successiuum; Non est ergo contradictio, si illud *esse* vltra hoc instans non habeat. *Quodl.* Q. 12. §. *De tertio.* G. 9.

Ens aliquod si aliqua virtute conseruaretur in instanti vltimo, ibi tunc non esset dare primum non *esse*: sic esset de creatura permanente, quæ non haberet *esse*, nisi per instans. *ibidem.* ℣. *Ad aliud dico, quòd in.* K. 15.

Entia sibi inuicem succedentia quo ad primum, & vltimum esse, & non esse.

Entibus, *hoc est* In entibus sibi inuicem succedentibus, siue sint opposita priuatiuè, siue contradictoriè, siue quasi contrariè, quia ambo sunt positiua, dico, quòd nunquam est dare vltimum præcedentis, & cum hoc primum consequentis; quia tunc opposita essent in eodem instanti, vel duo instantia immediata: semper tamen alterum est dare, scilicet, vel vltimum prioris, vel primum posterioris, quia diuisibile non est immediatum, nisi indiuisibili, & succedentia sibi inuicem sunt opposita immediata; Cum igitur illa, quæ accipiunt *esse* post *non esse*, quædam sunt raptim transeuntia, quædam permanentia naturaliter genita, vel corrupta; Quædam autem possunt esse entia permanentia virtute diuina producta, vel corrupta: In primis, scilicet, in raptim transeuntibus est dare, tam primum, quam vltimum in *esse*, quia illud instans, in quo solo habent *esse*, & ideo nec est dare primum, nec vltimum

in *non*

Entia sibi inuicem succedentia quo ad primum, & vltimum esse, & non esse.

in *non esse*, quia tam in toto tempore terminato ad hoc instans, quam in toto tempore sequenti hoc instans habet *non esse*: In secundis autem est dare primum *in esse*, sed non vltimum, & similiter in *non esse* est dare primum, & non vltimum; In alijs autem, quæ per virtutem diuinam producuntur, vel destruuntur; potest esse vterque istorum modorum, & etiam tertio modo, scilicet quòd sit ibi dare vltimum in *esse*, & non primum in *non esse*, quia illa virtus potest in quemcunque modum successionis vnius ad alterum, qui non includit contradictionem. *Quodl.* Qu. 12. §. *De tertio*. ✝. *Ad aliud dico, quòd in generatione*. L. 16.

Ens raptim transiens incipit, hoc est; est, & non fuit: & desinit esse, hoc est; est, & non erit, vbi vtrobique affirmatur *esse*, & negationes istæ hinc, & inde, scilicet non fuisse, & non fore nō sunt oppositæ: præcisè autem repugnantiā important *incipere*, & *desinere* secundum istos intellectus, in quibus est aliquid idem affirmatum, & negatum, vel opposita aliqua includuntur, *ibidem*. ✝. *Similiter*. M. 16.

Ens succedens alteri.

Ens aliquod, verbi gratia, A si succedat B, non est alterius rationis secundum aliquid intrinsecum sibi propter hoc, quòd succedit illi: Hoc probatur, quia quando succedens est, tunc non est illud, cui succedit; ergo propter illud non variatur succedens in se. 4. D. 12. Q. 4. §. *Quantum ad istam*. ✝, *Secundo, & est*. B. 14.

Ens quo ad destrui.

Ens nullum potest destrui, nisi per incompossibile sibi positiuè, vel priuatiuè. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Quantum ad tertium*. ✝. *Ex hoc arguo*. Q. 19.

Ens in esse miraculoso.

Ens aliquod positum in *esse* miraculoso permanet in illo *esse*, quousque ab alio Agente transmutetur. 4 D. 12. Qu. 1. *Ad primum principale*. ✝. *Respondeo aliquid*. Q. 24.

Ens non, siue non ens.

Ens negatiuè, siue non ens, quando non est, nihil causat, in quocunque ordine causæ. 4. D. 12. Q. 3. §. *Hic est opinio*. ✝. *Item quod non est*. n. 6.

Ens comparatum non enti.

Ens quodcunque, quantumcunque minimum habeat de entitate, est oppositum non enti simpliciter, quod est purum nihil. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alij concedentes*. ✝. *Secunda ratio principalis*. Y. 43.

Ens rationis.

Ens rationis est præcisè habens esse in intellectu considerante. *Quodl.* Quæst. 3. §. *De primo*. ✝. *Communissime*. A. 2.

Ens rationis non causatur ab obiecto, nisi inquantum cognitum, & vt sic non habet *esse*, nisi in intellectu, quod est *esse* diminutum: nihil autem, secundum quod ens diminutum est, est propria ratio entis veri, & propria causa entis perfecti; & istud probatur; quia omne causans verum ens, oportet quod habeat *esse* existentiæ, inquantum est causa; Ens autem diminutum, quod scilicet est ens cognitum, non habet *esse* realis existentiæ; ergo nec inquantum tale potest esse causa propria alicuius realis entis. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Aliter ponitur, quòd distinguuntur*. ✝. *Contra istud arguitur*. D. 7.

Ens rationis multò minus facit vnum cum ente reali, quam passio cum subiecto, passio enim consequitur subiectum, ex ratione subiecti; nullum autem ens rationis consequitur ens reale, ex ratione sui. 1. D. 8. Q. 4. §. *Ista tamen positio*. ✝. *Vlterius probo*. M. 14.

Ens rationis non est in aliquo, nisi vt tantùm habet *esse* in intellectu, sicut cognitum in cognoscente; Hoc autem *esse* est diminutum respectu *esse* existentiæ realis; & ideo secundum illud esse non potest esse causa alicuius, secundum aliquod *esse* realis existentiæ, quod est esse perfectius, neque producti naturaliter, neque artificialiter. 3. Dist. 8. Quæst. *Vnica*. *Ad quintum principale*. H. prope 20.

Ens omne rationis est sola relatio rationis. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero* ✝. *Quarta ratio*. L. 13.

Ens rationis est ita diminutum, quòd non potest esse perfectio, per se, entis realis. *ibidem*. ✝. *Istas propositiones*. M. 14.

Entis rationis, quod est tantùm ens diminutum, non potest esse definitio propriè dicta, quia propriè *quid*, sicut & ens, non competit, nisi enti reali: patet 5. Meta. Tex. 14. & ibidem 6. Tex. 8. Nec intelligo hic ens rationis, quod est in intellectu obiectiuè, quia sic omne vniuersale est in anima; nec illud, quod est tantum in intellectu subiectiuè, quia sic intellectio, & scientia sunt in anima, quæ tamen sunt formæ reales, & in genere qualitatis; sed intelligo ens in anima tanquam secundo consideratum, non tanquam primò consideratum, ad quod considerandum mouetur primò anima à re extra; sed tanquam ens in primo considerato, inquantum consideratum, & tale, vt in summa sit dicere: non est, nisi relatio rationis, quia nihil habet præcisè *esse* in considerato, nisi comparatio, qua consideratum comparatur ad aliud per actum considerantis: Ens ergo diminutum, vt hic accipitur, vniuersaliter est ens rationis. 4. D. 1. Q. 2. §. *Hic primo*. ✝. *Quantum ad primum*. B. 3.

Ens quo ad Eucharistiam.

Ens aliquod definitioni, seu rationi Eucharistiæ, scilicet, quod sit *Sacramentum corporis Christi, & Sanguinis* &c. subest in effectu, vt probari potest auctoritate Math. 26., vbi Christus post cœnam istud Sacramentum instituit, vt sub istis speciebus verum corpus eius, & verus sanguis veraciter contineretur &c.: Et per rationem congruam, quia congruum est Christum esse nobiscum in tali signo sensibili, vt magis excitetur quilibet ad reuerentiam, & deuotionem erga Christum. 4. D. 8. Qu. 1. §. *Hic tria*. ✝. *De secundo*. A. 2.

Entitas.

Entitas vna non sic replet totam naturam entitatis, quin cum ista alia entitas possit stare: hoc saltem non debet intelligi de repletione locali, sed quasi mensuratione essentiali. 1. D. 2. Q. 2. *Ad secundum principale*. Dd. 35.

Entitati cuilibet formali correspondet adæquatè aliquod ens, vel aliquid ens, entitate tali. 1. D. 4. Q. 1. §. *Respondeo*. A. 2.

Entitas aliqua de aliquo ente accepto sub negatione non prædicatur per se, ratione totius subiecti; quia totum non est per se vnum: si ratione partis, tunc non est prædicatio superioris de inferiori, sed eiusdem de se. 2. D. 3. Qu. 2. §. *Contra ista*. ✝. *Item de singulari*. B. 3.

Entitas quiditatiua.

Entitatē quamcunq; quiditatiuam intelligendo, loquēdo de quiditatiua entitate limitata, non habetur in quiditate intellecta, vnde ipsa sit hæc; ergo illa entitas, quæ de se est hæc, est alia entitas à quiditate, vel ab entitate quiditiua. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Vlterius declarando*. G. H. 12.

Entitas omnis quiditatiua, siue partialis, siue totalis, alicuius generis est de se indifferens, vt entitas quiditatiua ad hanc entitatem, & illam, ita quòd, vt entitas quiditatiua, est naturaliter prior ista entitate, vt est hæc: Et vt prior est naturaliter, sicut non conuenit sibi esse hanc, ita non repugnat sibi, ex natura sua, suum oppositum. *ibidem*. ✝. *Respondeo omnis*. I. K. 15.

Entitas specifica.

Entitas illa, qua constituitur aliquid *in esse* specifico, ex se formaliter est indiuisibilis in plures species, etiam, dato per impossibile, quòd esset incausata, licet modo istam indiuisionem habeat causaliter, vnde est causaliter. 1 D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ✝. *Dico quod quasi*. X. 45.

Entitas specifica nec includit, per identitatem, entitatem indiuidualem, nec è conuerso, sed aliquod tertium, cuius

ista

Entitas ſpecifica.

iſta amboquaſi ſunt primò per ſe partes, includit ambo iſta per identitatem, & ita tollitur iſta compoſitio perfectiſſima, quæ eſt ex re, & re, non tamen omnis. 2. D. 3. Q.6. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Et per hoc patet*. L. 16.

Entitas hæc indiuidualis, ſingularis, &c.

Entitas indiuidualis in creaturis licet per ſe determinet naturam, & faciat per ſe vnam cum ea, tamen illud vnum eſt compoſitum aliqua compoſitione, etiam reali. 1. D.26. Q. *Vnica*. ∬. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Poſſet dici*. A a. 50.

Entitas, quam addit ſingulare ſuper ſpeciem, non eſt entitas quiditatiua; ideo dico quòd tota quiditas, quæ eſt in indiuiduo, eſt entitas ſpeciei, & ita ſpecies dicit totum eſſe indiuiduorum. 2. D.3. Q.6. *Ad tertium pro opinione*. O.19.

Entitatem aliquam eſſe ſingularem, quæ nec eſt entitas ad ſe, nec ad aliud, non videtur eſſe intelligibile. 1. D.28. Q.3. §. *Hic communiter*. ℣. *Contra iſtud*. B.2.

Entitati huic indiuiſibili repugnat primò diuidi in quaſcunque partes ſubiectiuas, & per ipſam repugnat tali diuiſio per ſe toti, cuius illa entitas eſt pars: & inter entitatem ſpecificam, & hanc entitatem indiuidualem, quo ad diuiſibilitatem tantummodo, eſt differentia, in hoc quia illa vnitas naturæ ſpecificæ minor eſt iſta vnitate, ac propter hoc illa non excludit omnem diuiſionem, quæ eſt ſecundum partes ſubiectiuas, ſed tantum illam diuiſionem, quæ eſt partium eſſentialium: iſta autem excludit omnem. 2. D.3. Q.6. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Vlterius declarando*. F.11.

Entitas illa, quæ de ſe eſt hæc, eſt alia entitas à quiditate, vel ab entitate, quiditatiua; non poteſt ergo conſtituere totum, cuius eſt pars in *eſſe* quiditatiuo, ſed in *eſſe* alterius rationis. *ibidem*. H.12.

Entitates indiuiduales ſunt primo diuerſa, ideſt, in nullo eodem numero conuenientia; & tamen non oportet diſtincta ſimpliciter eſſe diuerſa: ſicut tamen illæ entitates ſunt incompoſſibiles, ita etiam indiuidua habentia illas entitates. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo, differentiæ*. I.14.

Entitas indiuidualis non eſt materia, vel forma, nec compoſitum, inquantum quodlibet iſtorum eſt natura; ſed eſt vltima realitas entis, quod eſt materia, vel quod eſt forma, vel quod eſt compoſitum; itaquòd quodlibet commune, & tamen determinabile adhuc poteſt diſtingui quantumcunque ſit vna res, in plures realitates formaliter diſtinctas, quarum hæc formaliter non ſit illa; ſed hæc eſt formaliter entitas ſingularis, & illa eſt entitas naturæ formaliter; Nec poſſunt iſtæ duæ realitates eſſe res, & res, ſicut poſſunt eſſe realitas, vnde accipitur genus, & realitas, vnde accipitur differentia, ex quibus realitas ſpecifica accipitur, ſed ſemper in eodem, ſiue parte, ſiue toto ſunt realitates eiuſdem rei formaliter diſtinctæ. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo omnis*. K.15.

Entitas tota ſingularis non continetur ſub vniuerſali, & hoc ſuppoſito modo (ſcilicet de addito, ſuper vniuerſale poſitiuo) ſicut ſupponit quidam, ergo ſimiliter nec tota cognoſcibilitas ſingularis continetur ſub cognoſcibilitate vniuerſalis. 2. D.3. Q.11. §. *Contra iſtam viam*. ℣. *Ad primam*. D.9.

Entitas ſingularis non eſt propria ratio gignendi phantaſma, ſed tantùm entitas naturæ præcedens illam entitatem ſingularem: ipſa autem entitas ſingularis non eſt nata mouere immediatè aliquam potentiam cognitiuam, niſi intellectum, & quòd noſtram nunc non moueat, eſt propter connexionem eius ad phantaſiam: in patria verò non eſt talis connexio, ideo ibi hoc, vt hoc intelligetur. 3 D.14. Q.3. *Ad tertium principale*. ℣. *Reſpondeo, iſta negatio*. E.9.

Entitas quoad vnitatem.

Entitatem quamlibet conſequitur propria vnitas, non habens aliam cauſam propriam ſui, quàm entitatis. 2. Diſtinct. 3. Quæſt. 4. §. *Contra iſtam*. ℣. *Præterea forma*. B.6.

Entitas quo ad vnitatem.

Entitas omnis vna cauſata habet aliquam vnam cauſam, à qua eſt eius vnitas, quia non poteſt poni vnitas in cauſato ſine vnitate in cauſa. 1. D.8. Q.1. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Primum ſic*. D.2.

Entitatem à quo habet aliquid, ab eo habet vnitatem: *vel ſic*, A quo habet aliquid entitatem, ab eo habet vnitatem, & per conſequens diſtinctionem. *Quodl*. Q.13. ∬. *Ad iſta*. ℣. *Ad primam rationem*. H h. 31.

Entitatem quiditatiuam neceſſariò conſequitur vnitas eius, quantumcunque illa vnitas non ſit alia res addita, ſicut & omne ens, ſecundum quamcunque entitatem conſequitur propria vnitas, non tamen iſta vnitas eſt intra formalem rationem quiditatis, vt quiditas eſt, ſed eſt quaſi paſſio conſequens quiditatem. 2. D.3. Q.4. *Ad vltimum principale*. O.20. in fine.

Entitas aliqua eſt in eodem, quod eſt idem numero, quam conſequitur minor vnitas, quam ſit vnitas numeralis, & eſt realis: & illud, cuius eſt vnitas talis formaliter, non eſt de ſe vnum vnitate numerali. 2. D. 3. Q.5. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Reſpondeo ſicut*. D. 10.

Entitas totius.

Entitas totius, vt diſtinguitur a partibus ſi non poneretur eſſe abſoluta, oporteret, ponendo totum primò aſſumi a verbo, quòd reſpectus eſſet tota ratio fundandi relationem vnionis ad Verbum. 3. D.2. Quæſt. 2. ∬. *De ſecundo*. D.8.

Entitas propria totius ſi eſſet reſpectus, oporteret ponere quòd quiditates omnium abſolutorum, & includentes materiam, & formam, & vt definibiles, eſſent tantùm formaliter entia reſpectiua. *ibidem*.

Entitatem propriam totius non eſſe reſpectum concluditur ex hoc, quòd neque generatio aliqua eſt per ſe ad reſpectum, vt ad terminum *ad quem*: nec etiam corruptio eſt à ſolo reſpectu, vt termino *à quo*: neque cauſæ abſolutæ ſunt ſolius reſpectiui cauſæ: neque propria paſſio conſequitur totum præcisè, in quantùm reſpectiuum: neque propria operatio, vel aliud accidens abſolutum: nec tandem videtur poſſibile poſſe aſſignare differentiam reſpectuum inter partes vnitas. *ibidem*.

Entitas totius eſt tertia à ſuis cauſis, & cauſaliter eſt ab eis, & non ab alijs; Et quare tales cauſæ cauſent, & conſtituant entitatem tertiam aliam à ſe, quæ ſit per ſe vna, & aliæ non conſtituunt, non eſt ratio, niſi quia iſtæ entitates cauſarum ſunt tales, & aliæ ſunt alterius rationis, quod Phil. innuit 8. Meta. Tex. 15. vbi reſpondens ad quæſtionem de vnitate compoſiti, quomodo fiat vnum per ſe ex materia, & forma, aſſignat pro cauſa, quia hoc eſt per ſe actus, illud per ſe potentia: & ſicut hoc eſt actus per ſe, illud potentia per ſe, ita hoc totum eſt vnum per ſe; & ſicut hoc eſt actus per accidens, & illud potentia per accidens, ita hoc totum conſtitutum eſt vnum per accidens: quare illa entitas eſt per ſe actus reſpectu alterius? non eſt ratio, niſi quia hæc entitas eſt hæc entitas. *ibidem*. ∬. *Quantum ad tertium*. ℣. *Dico, quod ipſa*. E.10.

Entitas tota totius poteſt eſſe abſoluta, licet neceſſariò præexigat, vel coexigat vnionem partium abſolutarum. *ibidem*. ℣. *Et ideo illud*. F.11.

Entitas hominis quando dicitur quod non eſt aliquid abſolutum aliud à partibus vnitis, alioquin aliquid abſolutum corrumperetur in Chriſto in morte: Dico, quòd verum eſt (ſcilicet aliquid abſolutum corruptum eſſe in Chriſto in morte) quia tota entitas corrumpitur: non tamen corrumpitur aliqua forma partialis, quæ cum anima, & corpore faciat vnum; Sed ipſum totum corrumpitur, & corruptio terminatur ad non eſſe totius, & tamen partes manebant. 3. D.22. Q. *Vnica*. *Ad ſecundum principale*. O.20.

Entitas aliqua poſitiua eſt in homine, quæ neque eſt pars materialis, nec formalis, nec partes; quia aliquid eſt ibi cauſatum à cauſis intrinſecis; ſed nec materialis, nec formalis eſt cauſata à cauſis intrinſecis; nec ambo ſimul; ergo aliqua alia entitas à cauſis diuiſim, & coniunctim acceptis: & illa (in morte) deſtruitur, alioquin homo non eſſet verè mortuus, quia non eſſet corruptio totalis entitatis hominis; Et tamen illa entitas reparabitur ea-

dem

Entitas totius.

dem numero. 4. Dist. 43. Quæst. 1. *§. De primo.* ℣. *Præterea in homine.* n. 4.

Entitas materiæ, & formæ.

Entitas materiæ, & formæ est diminuta, respectu compositi. 1. Dist. 8. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Primum sic.* D. 2.

Entitas absoluta.

Entitas eadem absoluta posset esse à causa prima; & tamen quando producitur à causa proxima habet relationem realem ad eam; igitur non requiritur ad relationem realem quod natura illa absoluta, in qua fundatur, necessario inclinetur, ex se, ad alterum extremum. 1. D. 30. Qu. 2. *Ad tertium principale.* ℣. *Præterea effectus.* P. 18.

Entitas omnis absoluta est per se cognoscibilis. 2. D. 12. Quæst. 1. *Ad tertium principale.* ℣. *Dico igitur.* K. 20.

Entitas absoluta, quæ est à solo Deo; sine aliqua entitate absoluta posteriore potest conseruari à Deo; quia Deus, sine omni absoluto, quod non est de essentia rei, & quod est posterius ipsa re, potest rem conseruare. 2. D. 12. Quæst. 2. §. *Respondeo ad quæstionem.* ℣. *Item quod Deus.* B. 4.

Entitas quæcunque, præcipuè absoluta, se ipsa primò est in suo *esse*, quia se ipsa primò recedit à suo *non esse* ad *esse*; quia licet multa concurrant ad suum *esse*, sicut materia ad *esse* formæ, & forma ad *esse* materiæ; tamen nullum concurrens est sibi prima ratio essendi in suo *esse*; ergo se ipsa primò est hæc. *Quodl.* Q. 2. §. *Prima ratio.* ℣. *Et quod.* D. 6.

Entitas ad se, & non ad se, seu ad aliud.

Entitas eadem non est formaliter ad se, & non ad se. 1. Dist. 2. Quæst. 7. §. *Sed hic restat.* ℣. *Ista autem distinctio.* Hh. 45.

Entitas ad se, & ad alterum; sicut non est eadem sic nec eadem accidentalitas accidentis entis ad se, & accidentis entis ad alterum. *Quodl.* Q. 3. *§. Respondeo.* ℣. *Ad secundum licet.* P. 15.

Entitas nulla vna in re signata potest esse extra animam, quin sit formaliter ad se, vel ad alterum, licet fortè, secundum aliquos, possibile esset aliquem conceptum indifferentem haberi, qui nec per se esset ad se, nec ad alterum; tamen nulla res extra animam posset esse indifferens, quin per se entitas hæc sit ad se, vel ad alterum. *Quodl.* Q. 4. *§. Contra ista.* ℣. *Contra secundum.* I. 16.

Entitas quæcunque signata in se quòd sit vel formaliter absoluta, vel formaliter ad alterum, non repugnat illi, quòd dicitur de conceptu alicuius indifferentis ad absolutum, & relatiuum; quia bene possibile est ab aliquibus abstrahi conceptum indifferentem, nec absolutum, nec relatiuum, & tamen quodcunque signatum existens extra animam necessariò, & determinatè est hoc, vel illud, ita quòd indifferentia conceptus, abstrahibilis à pluribus non concludit indifferentiam singularis, existentis ad hoc, vel illud. *ibidem.* §. *Ex istis duabus.* ℣. *Respondeo ab ipso.* V. X. 29.

Entitas à se.

Entitatem habet à se, quod habet à se potentiam actiuam: *vel sic*, Quod habet à se potentiam actiuam, habet à se entitatem: quod autem habet à se aliquid, habet illud in tota plenitudine, quæ sibi potest competere: Nihil enim habetur limitatè in aliquo, nisi habeatur in aliquo Agente, determinante illud ad certum gradum; quia si vnum ens habeat in se plenitudinem entitatis, & aliud ens non haberet à se talem plænitudinem, sed entitatem limitatam; omninò nulla esset ratio, quare illud plus haberet plenitudinem entitatis, quam istud, sed videtur esse casus, qui non potest esse in his, quæ sunt ad se. *Quodl.* Q. 7. *§. Contra dupliciter.* V. 31.

Entitas necessaria.

Entitas ex se necessaria in diuersis personis non expectat aliquam actualitatem ab ipsis, distinguentibus personas; quia non diuiditur per illa distinguentia personas; & ita distinguentia personas non sunt quasi vltimæ actualitates, quibus talia entia existunt. 1. Dist. 2. Quæst. 7. *Ad vltimum principale.* ℣. *Et per hoc.* Mm. 53.

Entitas infinita.

Entitas nulla formaliter infinita, simpliciter perfectior termino formali productionis habetur per productionem. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem.* n. 5.

Entitas nulla, simpliciter perfectior formali termino productionis, potest esse per productionem. *ibidem.* *§. Tertio principaliter.* ℣. *Respondeo, productio.* R. 18.

Entitate de ipsa infinita præcisissimè accepta, absque scilicet quacunque proprietate, verum est dicere quòd aliquam magnitudinem propriam virtutis habeat sibi intrinsecam; & non magnituditudinem finitam, quia repugnat sibi; ergo infinitam. *Quodl.* Q. 5. §. *De primo.* ℣. *Ex hoc sequitur.* C. 4.

Entitati quiditatis absolutæ, quæ nata est habere rationem mensuræ, vel mensurabilis, vel conuenit finitum, vel infinitum; Cui ergo repugnat finitum, ei conuenit infinitum, & talis est essentia diuina. *Quodl.* Qu. 5. §. *Et statim.* ℣. *Per rationem.* E. 6.

Entitas in diuinis.

Entitatem secundum quamcunque nihil potest poni in diuinis: *vel sic*, Nihil potest poni in diuinis esse secundum quamcunque entitatem, quod sit non simpliciter idem alteri, propter simplicitatem illius essentiæ. 1. D. 13. Q. *Vnica.* *§. Aliter ponitur, quòd distinguantur.* ℣. *Præterea quarto.* F. 10.

Entitas aliqua quare originatur in essentia diuina communicabilis, & aliqua incommunicabilis? Huius non est ratio formalis alia, nisi quia hæc entitas est hæc, & alla entitas est illa; & hæc entitas, quia hæc est communicabilis; & illa, quia est incommunicabilis; ita quòd ista originari non posset, nisi incommunicabilis formaliter oriretur; nec illa, nisi formaliter communicabilis oriretur; Ratio autem istius extrinseca, quasi fundamentalis, vel originalis est, quia essentia est radicaliter infinita, ex qua oriri possunt intrinsecè non tantum perfectiones simpliciter, & communicabiles, sed etiam proprietates personales incommunicabiles: quælibet tamen, quando originatur, originatur in summa determinatione sibi possibili. 1. Dist. 26. Quæst. *Vnica.* §. *Ad primum tertiæ viæ.* ℣. *Respondeo quod huius.* X. 46.

Entitas aliqua realis, siue ex natura rei, necessariò est in diuinis, & hoc in existentia actuali, alioquin nihil esset ibi reale in actu: illa entitas realis actualis, siue ponatur omnino vnica, siue ponatur aliquo modo distinctio rei, vel rationis, semper erit ibi ponere de necessitate aliquam entitatem realem primam vnicam, quæ non præexigat aliquam priorem; si enim quælibet præexigeret priorem, nulla esset prima, & per consequens nec aliqua alia esset posterior: Illam etiam primam entitatem oportet esse absolutam, siue ad se; quia secundum Aug. 7. de Trinit. c. 1. vel 3. *Omnis essentia, quæ relatiuè dicitur, est aliquid excepto relatiuo*: & secundum ipsum ibidem in principio tertij, *si non est aliquid ad se, non est omnino, quod relatiuè dicatur.* *Quodl.* Q. 1. §. *De primo hic.* ℣. *De primo in diuinis.* A. 2.

Entitatis realis, quæ est in Deo, cum sit prima ratio essendi simpliciter, rationabiliter vocatur essentia; Vnde August. 7. De Trinit. cap. 1. in fine, *Quod est sapientiæ, sapere; & quod est potentiæ, posse; & æternitati, æternum esse; & iustitiæ, iustum esse; hoc est essentiæ ipsum esse.* & infra cap. 4. vel 13. *Ab eo, quod esse appellatur essentia, propter quod Deus ipse, cui propriissimè, & verissimè conuenit esse, verissimè dicitur essentia*: & hoc primò dicente Augustino ibidem cap. 5. vel 13. *Manifestum est Deum abusiuè vocari substantiam, vt nomine vsitatiori intelligatur essentia, quod verè, ac propriè dicitur, ita vt fortasse solum Deum oporteat dici essentiam; est enim verè solus, quia incommu-*

Entitas in Diuinis.

idque nomen suo famulo euunciauit Moysi, cum dixit, Ego sum, qui sum: *Sed tamen, siue essentia dicatur, quod proprie dicitur; siue substantia, quod abusiue dicitur, vtrumque ad se dicitur, non relatiue ad aliquod. ibidem.*

Entitas incommunicabilis; ex natura rei, non est formaliter entitas communicabilis, & ideo, ex natura rei ante omnem operationem intellectus, Pater, communicat Filio entitatem communicabilem, & secundum hoc, ad quodcunque tertium comparentur, quod conuenit vni secundum formalem rationem eius, non oportet illud competere alteri, quod non est formaliter idem isti. 3. Dist. 5. Quæst. 2. *Ad primum principale primæ quæstionis*. A.3.

Entitas incommunicabilis.

Entitas prima incommunicabilis non præsupponit aliquod ens incommunicabile, nec per consequens præsupponit suppositum, quia suppositum est ens incommunicabile. *Quodl.* Q.4. *Ad argumentum principale*. X.30.

Entitas suppositi, seu personalis Diuina.

Entitas omnis personalis independens potest sufficienter terminare dependentiam naturæ creatæ in vnitate suppositi: talis est entitas propria cuiuscunque personæ, etiam, vt distinguitur ab alia. 3. D.1. Q.1. §. *De secundo*. B.4.

Entitas personalis personæ Verbi est ratio formalis terminandi dependentiam naturæ humanæ ad aliquod in vnitate personæ: hoc probatur, quia realis vnionis est aliqua entitas realis, formalis terminus, siue ratio terminandi: quæcunque autem entitas, generalissimè loquendo de entitate, vel est entitas essentialis, siue naturæ, vel est entitas hypostatica, siue personalis, quando est in natura intellectuali, da qua loquimur; Probatum est autem quod ratio terminandi istam dependentiam non est entitas naturæ, siue essentiæ in Deo; igitur erit hypostatica. *Quodl.* Q. 19. ſ. *De primo*. ℣. *Tertium sequitur*. C.3.

Entitas hypostatica, vt talis, non est perfectio simpliciter; nec tamen omnis talis est imperfecta. *ibidem*. §. *De secundo*. ℣. *Respondeo illam dependentiam*. H.8.

Entitas suppositi, & personalis creata.

Entitas propria suppositi, & naturæ si absolutè consideraretur respectu entitatis totius creati; entitas propria suppositi non est formalis respectu naturæ, sed magis materialis. 3. D.1. Q.1. *Ad primum principale*. § *Contra hoc*. ℣. *Secundum*. L.19.

Entitas aliqua positiua si esset, qua natura creata esset in se personata, illa entitas esset assumpta à Verbo, & tunc natura nostra in Christo esset personata simul duplici personalitate, quod est impossibile, quia si creata; igitur per illam est formaliter incommunicabilis alteri personæ, & per consequens personæ Verbi non communicatur, & in ipso non personatur. *Quodl.* Q.19. §. *De tertio*. ℣. *Et quod hoc*. T.18.

Entitate aliqua positiua si esset natura formaliter persona creata; igitur Verbum non posset deponere naturam assumptam, nisi vel illa maneret non personata, vel oporteret quod daretur sibi de nouo aliqua alia entitas, qua etiam haberet personalitatem creatam, sed hoc est impossibile; Illa enim non posset esse entitas accidentalis, quia accidens non est ratio formalis personandi substantiam: nec posset esse aliqua entitas substantialis, quia nec materia, nec forma, nec substantia composita, quia quæcunque talis si daretur, non maneret natura eadem, quæ prius, quia haberet aliam materiam, vel formam, vel entitatem substantiæ compositæ. *ibidem*. ℣. *Præterea, si aliqua*.

Entitas crata quo ad vnionem cum verbo.

Entitas omnis positiua creaturæ æquè est in potentia obedientiali respectu personæ diuinæ, siue ad dependendum ad ipsam. 3. Dist. 1. Quæst. 1. §. *Contra primam viam*.

Entitas creata quo ad vnionem cum verbo.

℣. *Primò quia*. D.7. & *Quodl.* Q.19. §. *De tertio*. ℣. *Ad propositum*. X.19.

Entitatem positiuam nullam concedendum est esse in natura intellectuali creata, cui repugnet contradictoriè communicari communicatione aliqua, repugnante personæ, quia nulla videtur entitas positiua in natura creata, quæ non sit possibilis dependere ad Verbum, & ita communicabilis eo modo, quo dicitur natura communicati supposito, vt qua suppositum dicitur ens in natura, puta humanitate dicitur homo, & hac humanitate hic homo. *ibidem*. §. *Non asserendo*. D.9.

Entitas omnis creata non solum dependet ad increatum, vt ad causam, sed etiam potest dependere speciali dependentia personali. *ibidem*. §. *Per hoc*. ℣. *Ad quartum*. H.11.

Entitas aliqua absoluta noua, quæ sit proprium fundamentum relationis nouæ, scilicet dependentiæ, & vnionis ad Verbum, ita quòd, ipsa posita, non posset eam non consequi relatio eius ad Verbum, quòd non sit videtur probabilius; quia illud absolutum esset necessariò vnitum Verbo; ita quod sicut incompossibile est illam vnionem esse, & non esse ad verbum, vt ad terminum, ita incompossibile esset illud absolutum, quod est necessarium fundamentum vnionis, esse non vnitum Verbo: nulla videtur talis entitas absoluta in creatura. *ibidem*. ſ. *Sed oppositum*. I.13.

Entitas, quæ esset proprium fundamentum vnionis ad Verbum, aut esset accidentalis, aut substantialis: non accidentalis, quia natura substantialis videtur personabilis in se, loquendo de natura intellectuali, inquantum scilicet est prior omni accidente; igitur sic, quando personatur in alio, videtur personari prior omni accidente, & nullum accidens est propria ratio personationis illius, nec per consequens istius vnionis: Si substantialis, non potest dici quòd illa sit aliqua res, alia ab illa, quæ potest esse in persona creata, quia tunc, aut materia, aut forma, aut substantia composita esset in Christo, secundum humanitatem, qualis nulla eiusdem rationis esset in alio homine; esset igitur entitas substantialis eadem tantùm materiæ, vel formæ, vel substantiæ compositæ; Sed quicquid est idem alicui substantiæ, manet, manente illa substantia; igitur natura assumpta non posset dimitti à Verbo, manente illa entitate absoluta. *ibidem*. ℣. *Præterea talis entitar*.

Entitas quo ad cognoscibilitatem.

Entitas participata si concludat de necessitate cognoscibilitatem participatam, & ita participatum habeat cognoscibilitatem per cognoscibile imparticipatum; non tamen habet cognosci per cognoscibile imparticipatum, vt cognitum, sed causam dantem sibi esse. 1. D.3. Q.3. *Ad secundum principale*. I. ante 26.

Entitas creata, secundum proportionem geometricam, sicut est improportionata entitati increatæ in entitate, ita in intelligibilitate, ita quòd intelligibilitas vnius, multoties sumpta, nunquam reddit intelligibilitatem alterius; Sed ex hoc non sequitur quod non sit intelligibile ab illo, nisi loquendo vniformiter de proportione geometrica. 4. D.49. Q.11. ſ. *Respondeo, dicitur*. ℣. *Respondeo, si loquamur*. C.6

Entitas limitata in se, quæ est essentialiter ad alterum illimitatum, non est naturaliter intelligibilis ab intellectu creato, sicut nec terminus, sine quo nec ipsa intelligi potest. *Quodl.* Q.14. ſ. *Ad ista, Ad primum*. ℣. *Ad secundum*. G g.24.

Entitas quo ad veritatem, & bonitatem.

Entitati absolutæ licet sit idem realiter veritas, & bonitas, & huic entitati hæc veritas, & hæc bonitas; non tamen formaliter, & quidditatiuè; quia veritas, & bonitas sunt quasi passiones entis. 3. D.8. Q. *Vnica* §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad argumentum*. E.17.

Enti-

Entitas accidentis.

Entitatem positiuam accidentis, consequentis speciem naturaliter, & manifestantis eam, non videtur probabile includere essentialiter, vel pro subiecto habere immediatè priuationem. 2. D.2. Q.9. *Ad secundum principale*. ℣. *Praeterea secundum superficiem*. L.28.

Entitas operationis vitalis in se, & quo ad causalitatem.

Entitas aliqua absoluta est in omni intellectione, & generaliter operatione quaeunque, qua Agens, tanquam actu vltimo, perficitur. *Quodl.* Quæst.13. §. *Quæstio ista*. ℣. *Vbi tria*. B.2.

Entitas prima principij actiui non est natura sua, vt est principium actus secundi, sed natura sua, vt in se est hæc; & ita prima distinctio entis non est per naturam suam, inquantum est principium talis operationis, puta intellectionis; sed per naturam suam, vt hæc natura, licet per identitatem ipsa sit principium talis actus secundi. 2. D.1. Q.6. §. *Dico tunc*. B.4.

Entitas illa, quam consequitur causalitas obiecti vbi est: *vel sic*, Vbi est illa entitas, quam consequitur causalitas obiecti, & illa entitas, quam consequitur causalitas intellectus, idem potest esse totalis causa, secundum vtramque causalitatem, respectu intellectionis. 2. Dist. 9. Quæst.2. *Ad tertium principale secundæ quæstionis*, ℣. *Sed non curando*, R.33.

Entitas indifferens.

Entitas aliqua indifferens ad aliquam affirmationem, & negationem, non est omnino idem illi negationi, sicut sibi ipsi cum illa negatione. 3. D.5. Q.2. *Ad primum principale secundæ quæstionis*. D.5.

Entitas mobilis.

Entitas actualis mobilis licet non sit mobili ratio recipiendi motum, sed magis, vt est ens in potentia; Est tamen actus necessariò requisitus ad hoc, quòd moueatur; Et sic loquitur Phil. dicens. 5. Phys. Tex.8. *Quod mouetur est*, non quod hæc sit conditio mobilis per se, sed per accidens, requisita tamen necessariò ad motum: per se autem conditio mobilis est esse in potentia. 2. D.12. Q.1. *Ad secundum principale*. I.19.

Entitas prior, & posterior.

Entitatem, & per consequens vnitatem, aut certam pluralitatem nihil habet à posteriori. *Quodl.* Q.2. §. *De secundo*. I.16.

Entitas quæcunque quaeunque alia vel est per se prior, vel posterior: istius propositionis veritas posset haberi ex connexione entium, & vnitate eorum, siue vniuersi, quæ vnitas est ordinis, secundum Philos. 12. Metaph. Tex. 52. Videretur enim illa entitas inconnexa cum alijs, quæ non haberet, per se, ordinem prioris, & posterioris. *Quodl.* Quæst. 19. §. *De secundo*. ℣. *Secunda distinctio*. F.6.

E O Q

Eo quod.

Eo quod non semper est nota causæ formalis illius, quod præcedit, nam vt dicitur. 5. Metaph. cap. De in eo quod Tex.23 Quoties dicitur causa, toties dicitur *inquantum*, siue *in eo quod*: talia possunt esse nota cuiuscunque causæ illius, quod præcedit: & ita cum substantia sit aliqua causa accidentis, licet non de essentia eius, accidens est ens, eo quod est taliter entis, designando illam causalitatem in substantia; sed non, propter hoc, formale *esse* erit *esse* alterius entis. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Dico ergo*. G.14.

Epicyclus.

Epicyclos planetarum, præter alios orbes, necesse est ponere, qui epicycli non sunt orbes circumdantes terram, sed parui orbes, situati in determinata parte orbium circumdantium terram, & hoc quia maior est eleuatio stellæ quandoque, quàm aliàs; quæ eleuatio non posset esse ex solo deferente; processio etiam, & statio, & retrogradatio facilius saluantur per epicyclum. 2. D.14. Q.2. §. *De secundo*. ℣. *Praeter istos*. A.6.

Episcopatus.

Episcopatus potest quis appetere, non volendo Sacerdotium. 2. D.6. Q.1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Tamen ad formam*. H.7.

Episcopatum aliqui non dicunt esse ordinem, vltra Sacerdotium, & tamen Episcopus habet potestatem ministerialem, per quam aliquis fit conueniens minister alicuius principalis Agentis &c. quam potestatem non habet non Episcopus; Est enim conueniens minister in aliquo actu, cui Deus assistit, vt in actu ordinandi: & non similiter assisteret, si alter non Episcopus exequeretur similem actum. 4. D.6. Q.10. §. *Hic dicitur*. ℣. *Tertia etiam ratio*. E.7.

Episcopatum negant aliqui esse ordinem propriè dictum, & ideo nec ordinem superiorem sacerdotio, vt dicit vna via; nec eo inferiorem, vt dicit alia: nec dicit ibi characterem imprimi: sed An sit delebilis a Papa, deponente Episcopum, vel non delebilis, propter consecrationem, cum qua confertur; altercantur inter se; sed vana videtur altercatio, negando Episcopatum esse ordinem: quæcunque enim iurisdictio in Ecclesia, vel per superiorem suspendi potest, ita quod si tempore suspensionis attentet aliquid facere, nihil facit; vel totaliter pro omni tempore tolli. 4. D.24. Q. *Vnica*. §. *De secundo*. ℣. *Alij contradicunt*. C.6.

Episcopatus, si ista aliquorum descriptio Sacramenti ordinis, quòd scilicet sit *potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in Ecclesiastica hierarchia*, est vera; sequitur quòd sit ordo; quod est contra eos: patet enim quòd Episcopatus est potestas ad aliquem actum in Ecclesia, vtpotè ad actum confirmandi, & conferendi Ordines Sacros; & non tantùm potestas congruè exercendi, quia non Episcopus si attentet istos actus, vt videtur, nihil facit. *ibidem*. §. *De primo*. ℣. *Contra*, *ex ista*. n.2.

Episcopatum dicentes esse ordinem, quia sibi competit aliquis gradus in Ecclesia, qui non competit Sacerdoti, non restringunt rationem ordinis, quia disponit ad actum eminentem, pertinentem ad Eucharistiam, sed in genere, quòd sit gradus eminens in Ecclesia, disponens ad actum aliquem Sacramentalem exequendum: & isto modo potestas, quam addit Episcopatus supra Sacerdotium, respicit aliquem actum Sacramentalem, videlicet confirmare, & Ordines conferre, qui actus sunt proprij Episcopo. *ibidem*. ℣. *Alij dicentes*. B.4.

Episcopatum innitentes dictis Dionysij 5. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ponentis tantùm tres Ordines, scilicet Episcopatum, Sacerdotium, & Diaconatum: Et Isidori Ethymol. lib.7. c.12. ponentis Episcopatum esse ordinem, & Canonistæ, dicunt esse propriè ordinem: Idem de Episcopatu habetur in Canone; dist.21. cap. Cleros. *ibidem*. §. *Contra istam*, in 3. 4. & 5. *argumenta principali*. & §. *De secundo*. B.5.

Episcopatus, quatenus includit sacerdotium, diceretur simpliciter superior ordo, quia habet ordinem ad omnes actus Ecclesiasticos; sacerdos non ad omnes, licet ad nobilissimum. *ibidem*. ℣. *Ista via*. C.5.

Episcopatus ordo quanto intimiùs includit Sacerdotium & alios gradus inferiores, tantò est simpliciter perfectior, quia essentialius respicit actus istorum inclusorum. *ibidem*. ℣. *Et tunc ad argumentum*.

Episcopatus, tenendo quòd sit Ordo, & alius à Sacerdotio, posset adhuc dici quòd non esset nobilior; quia etsi, includendo Sacerdotium, & Episcopatum sit eminentia gradus, quia ad plures actus, quam per alterum solum: tamen illud, quod præcisè addit Episcopatus supra Sacerdotium, non est ita excellens gradus, sicut Sacerdotium, quia per illud, quod sibi superadditur, non conueniunt sibi actus ita nobiles, sicut conueniunt

Sacer-

Sacerdoti per Sacerdotium. *ibidem*. ✠. *Tenendo tamen*. C.6.

Episcopus.

Episcopo, quàm simplici Sacerdoti, magis competeret baptizare, si sufficere possent Episcopi; Sed propter paucitatem Episcoporum, & pluralitatem baptizandorum, regulariter conceditur omnibus Sacerdotibus. 4.D.6.Qu.1 §. *Respondeo*. ✠. *Tandem dico*. D.3.

Episcopos inter, & Sacerdotes quod in primitiua Ecclesia non erat differentia potest esse vnus modus dicendi probabilis, quod probatur per duas auctoritates Hieronymi, quæ ponuntur in Can.dist.95.prima illarum est: cap. Olim, & cap. sequenti: Et intitulatur Hieronym. Super Epist. ad Titum.5. dicentis, *Olim*, inquit, *idem Presbiter, qui Episcopus, antequam diabolico instinctu schismata in Religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego autem Apolo, & communi præsbiterorum consilio Ecclesiæ regebantur: postquam autem vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat, non Christi, in toto orbe decretum est vt vnus de præsbyteris supponeretur, & schismatum semina tollerentur*: & parum post: *Sicut præsbyteri sciunt se, ex consuetudine Ecclesiæ, ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos, ita Episcopi nouerint se, magis ex consuetudine, quam dispensationis dominicæ veritate, præsbyteris esse maiores; & in communi debere Ecclesiam regere*. Item ad Euandrum præsbyterum; & ponitur Dist. 93. Legimus: *Cum Apostolus perspicuè doceat eosdem esse Episcopos, quos præsbyteros*. Hoc probat ibi per multas auctoritates: Et infrà, *Alexandriæ, à Marco Euangelista vsque ad Esdram* (aliàs Heraclum), *& Dionysium Episcopos, præsbyteri eligebant ex se vnum, & in excellentiori gradu collocabant, quem Episcopum vocabant, quomodo exercitus faciat Imperatorem: Diaconi autem eligunt vnum ex se, quem industrium nouerunt, & Archidiaconum nuncupant: quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod præsbyter non facit*. 4.D.7.Q.1. §. *Circa istam*. ✠. *Ad tertium*. D.4.5.

Episcopo si à principio fuit aliquis actus proprius, sicut dicit Hieronymus, *præter consecrationem, quid potest Episcopus, quòd non potest præsbyter* (Glossa per consecrationem intelligit alia) sequitur quod à principio erat differentia Episcopi, & Præsbyteri: & tamen authoritatea Hieronymi in contrarium adductæ non concludunt oppositum, sed sunt exponendæ, sicut Glossa exponit, quod fortè nomina erant synonima, & administratio, scilicet, gubernatio Ecclesiæ communis fuit; Sed tamen non dispensatio quæcunque Sacramentorum: quod probatur. dist.21. In nouo. *In loco Apostolorum surrexerunt Episcopi*, sed 72. *Discipulorum vicem gerunt Præsbyteri*. Ergo à Christo fuit distinctio Episcopi, & simplicis Præsbyteri. *ibidem*. D. 6.

Episcopus differre à simplici Sacerdote non videtur sufficienter probari per hoc, quod dicitur dist. 21. cap. In nouo. *In loco Apostolorum surrexerunt Episcopi* &c. Nam Philippus fuit de 72. Discipulis, & Stephanus, & cæteri Diaconi non Præsbyteri. Item ad Tit. cap. 1. dicitur: *Ad hoc reliquit te Cretæ, vt ordinares Præsbyteros*. Ergo non Episcopus hoc non potuit. *ibidem*. D.6.

Episcopum non differre à Præsbytero videtur probari per cap. Olim. 95. dist. quod super illud, verbum Pauli fundatur. 1. Timot. 4. *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositione manuum Præsbyteri; Quoniam*, ait, *Præsbyteri Episcopi nominantur, secundum quod dictum est ad Episcopum: Noli negligere gratiam, quæ data est tibi* &c. Et alibi A ct. 20. *Ad Maiores natu, qui vos posuerunt Episcopos regere Ecclesiam Dei*. Hic Hieronymus (Ex quo desumptum est illud caput). Non distinguit ergo Episcopum à Præsbytero, quia non dicit quod confirmatio fuerit data per Episcopum tantùm, sed loquitur de Præsbytero. Nec etiam in Actibus legitur distinctio Sacerdotum ab Apostolis, qui erant Episcopi. *ibidem*. D. 6.

Episcopus in eodem signo sensibili, & verbo confert Sacerdoti potestatem conficiendi corpus Christi, & absoluendi à peccatis: vnam quasi excellentem, & explicitè, & aliam quasi implicitè, omnis vsus est antecedens ad vsum istius. 4 D.19. Quæst. *Vnica*. §. *De tertio articulo*. ✠. *Si ergo*. G.13.

Episcopus nullus ordinatur, nisi prius in Sacerdotem fuerit ordinatus. *ibidem*. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad quintum*. N. 20.

Episcopo cum conueniat quædam potestas spiritualis, inquantum Episcopus; aut illa erit Ordinis, & tunc erit propriè Ordo; aut iurisdictionis, & tunc posset auferri per Superiorem, quod videtur inconueniens; quia consecratio alia, multo minor consecratione Episcopi, non potest auferri, quin semel consecratum semper maneat consecratum. Probatur. Extra de consecratione Ecclesiæ, vel altaris. cap. Aqua, in Glossa 4.D.24.Q. *Vnica*. §. *De secundo*. B. 5.

Episcopus, & solus, in Sacris Ordinibus est minister idoneus; In alijs autem non sacris aliquando, ex commissione, aliqui Priuilegiati, vt Abbates. *ibidem*. §. *De Tertio*. ✠. *Respondeo, dico*. G.8.

Episcopus depositus, seu degradatus, si teneatur quod non est simpliciter Episcopus; Tunc, quo ad illum casum, neganda est similitudo inter Episcopum depositum, & Sacerdotem degradatum, quia character Sacerdotis tolli non potest, nec per consequens Sacerdotium, sicut Episcopatus. 4. Dist. 25. Qu. 1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad primum*. I. 15.

Episcopum oportet esse. 1. Tit. 3. *vnius vxoris Virum*: illud *vnius vxoris Virum* intelligitur idest non plurium: nec tunc tantùm de præsenti, sed præterito, idest quod non habuit plures, quia tunc esset bigamus, & irregularis. 4.D.37.Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad primum* B. 5.

Episcopo licuit in primitiua Ecclesia, secundum consuetudinem Ecclesiæ tunc, habere vnam vxorem, viendo matrimonio prius contracto; Sed non licuit tunc contrahere, si nullam prius habuerat. *ibidem*. ✠. *Si tamen*. B. 5.

Episcopum, Præsbyterum, Diaconum, & Subdiaconum non posse contrahere matrimonium patet ex dist. 32. *Placuit Episcopos, Præsbyteros, Diaconos, & Subdiaconos abstinere ab vxoribus*; idest non contrahere, vt dicit ibi Glossa. Item dist. 37. Præsbyteris. Item dist. 28. *Nullum facere Diaconum Episcopi præsumant, nisi qui se castum promiserit*. *ibidem*. §. *Circa istam*. *In argumentis in oppositum*. ✠. *Contra*. B. 1.

Episcopus potest Clericum cogere ad statum Clericalem seruandum, & ad vitandum ea, quæ repugnant statui Clericali. 4 D.38.Qu. *Vnica*. §. *Dico, quod notum*. ✠. *Isti tres modi*. B. 3.

E Q V

Equinitas.

Equinitas est tantùm equinitas: Ly *tantùm* non excludit illa quæ sunt de per se ratione equinitatis, cuiusmodi est entitas rata; Sed excludit illa, quæ sunt per se passiones entis, vt vnum, actus &c. 1.D.3.Qu.5. §. *Ad rationes*. L.13. Quod dictum Auicennæ. 5. Meta. cap. 1. & 2. etiam exponitur sic, quòd est maxima abstractio, abstrahendo naturam à suppositis, quæ sunt illius naturæ, sicut abstrahitur, cum concipitur humanitas, non remanet vlterius abstractio alia: & ideo illud, vt sic conceptum præcisè, est ipsummet præcisè, quia cuilibet alij extraneum, sicut dicit Auicenna, quod *equinitas est tantùm equinitas, & nihil aliud*. 1.D.5.Q.1. §. *Quantum autem*. ✠. *Abstractio vltimata*. A. 6. Vel sic, quod authoritas loquitur de his præcisè, quæ per se includuntur in quidditate rei, vnde quidditas est: Vnde excludit vnum, & multa; actum, & potentiam, quia nullum tale est de per se intellectu quidditatis. 2. D.1.Q.4.§. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Secundum primum opinionem*. R. 28

Equinitas est tantum equinitas, nec ex se vna, nec plures; nec vniuersalis, nec particularis; intellige non ex se vna vnitate numerali: nec plures pluralitate opposita illi vnitati: nec vniuersalis actu, eo modo, quo aliquid est vniuersale, factum ab intellectu, non vt obiectum intellectus: Nec est particularis de se. 2.D 3.Qu.1. §. *Ad quæstionem*. E. 7. & *ibidem*. Qu. 4. §. *Ad authoritates*. ✠. *Ad Auicennam*. O. 20.

Equus.

Equus si dicatur Pater Mulæ, & Asina Mater; ad rationem Patris, vel Matris non esset necessarium quòd proles esset eiusdem speciei cum illis. 3. D.4. Q. *Vnica*. §. *Sed contra istud*. ℣. *Præterea matrem*. A.4.

Equus vt, refert Aristoteles. 8. vel 9. de Animalibus cap. 37. qui velatus cognouerat matrem suam, postea discoopertus oculis, videns hoc, se præcipitauit. 4. D.40. Q. *Vnica*. ∫. *Hic præmittendæ sunt*. ℣. *Ad propositum*. C.3.

E R R

Errare.

Errare potest potentia indisposita circa principium per se notum, non autem potest disposita. 1. D.3. Q.4. §. *Quantum ad tertium articulum*. ℣. *Dico tunc*. N.15.

Errantem circa vnum fidei articulum non oportet errare circa omnes, quia hæreses non sunt necessariò connexæ. 3. Dist.23. Quæst. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Præterea hic est*. B.4.

Errans circa vnum fidei articulum, & omnibus alijs credibilibus firmiter adhærens, sine fide infusa credit illis alijs articulis. *ibidem*.

Errare, & vitiosè agere contingit circa multa; sed circa tantum vnum, scilicet perfectè circumstantionatum contingit rectè agere, rectiùs, & rectissimè. 3. Dist.34. Quæst. *Vnica*. §. *Ad argumentum*. ℣. *Ad illud Philosophi*. R. 22.

Errare nullus omninò potest circa prima principia practica; aliter aliquis in via esset incorrigibilis, quia errans circa prima principia practica nihil haber, per quod possit reuocari ad bonum; quomodocunque enim fiat sibi persuasio, negabit assumpta, quia nihil potest assumi notiùs, quàm primum principium practicum. 3. Dist. 36. Quæst. *Vnica*. §. *Contra hoc. Per Augustinum*. ℣. *Præterea nullus*. F.13.

Error intellectus.

Error ille est maior, qui magis redundat in principijs, siue quo negatur conclusio verior, & principio propinquior. 2. D.37. Q. *Vnica*. ∫. *Ex ista solutione*. ℣. *Ad tertium etiam patet*. E.9.

Error intellectus peior est, si intellectus errans circa vnam conclusionem habeat obiectum magis necessarium, quàm errans circa aliam conclusionem, pro quanto actus verus oppositus deberet esse perfectior. *ibidem*.

Error in assensu est ex parte obiecti, non ex parte habitus, inclinantis naturaliter ad assensum præstandum. 3. Dist.23. Quæst. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Contra, decipi*. H.16.

Error non omnis circa conclusionem destruit assertionem principij. 3. Dist.28. Q. *Vnica*. ∫. *De secundo dico*. C. 4.

Errorem esse in intellectu ante primum peccatum voluntatis, est irrationabile, quia tunc pœna esset ante culpam. 3. Dist.33. Quæst. *Vnica*. §. *Hæc opinio*. ℣. *Quod si dicas*. A. 5.

Error opposita isti veritati, quòd anima intellectiua sit forma hominis specifica, qui proprius est, & solius Auerrois, pessimus est, non tantum contra veritatem Theologicam, sed etiam contra veritatem Philosophiæ. 4. D.43. Q.2. §. *Dico ergo*. ℣. *Prima est*. T.26.

Error circa fidem.

Error circa vnum articulum fidei, retentis alijs, non disponit ad fidem acquisitam in illo instanti, quo hæresis generatur; & fides infusa consequenter corrumpitur; imo est indispositio, vt pro tunc non generetur: igitur præfuit ante illum errorem; & sic certum est esse in nobis fidem acquisitam. 3. D.23. Q. *Vnica*. §. *De primo*. ℣. *Præterea hic est*. B.4.

Error in Ministro Sacramenti.

Error personæ in collatione Baptismi, puta si Sacerdos putans baptizare vnam personam, baptizaret aliam, quamuis non impediret valorem Baptismi, quin illa persona fuisset baptizata; talis tamen error faceret Matrimonium nullum esse; Non enim est simile de Baptismo ignoranter collato, ac de matrimonio ignoranter contracto, quia ibi [scilicet in Baptismo] non est contractus mutuus, sicut in Matrimonio. Si tamen aliquis, ad solutionem quæstionis de conditione erroris circa matrimonium, acciperet rationem ex ratione Sacramenti, quòd non posset conferri ab errante [circa personam] videtur probabile, quòd sic errans in Baptismo non baptizaret, sicut nec in Matrimonio. 4. D.30. Q.1. §. *Ad primum principale*. ℣. *Ad aliud dico*. F.8. & in parte. D.42. Q. *Vnica*. ∫. *Si primò*. ℣. *Triplex deceptio*. F.5.

Error Ministri circa personam, vt quod sit A. vel B. dum tamen intendat conferre Sacramentum illi personæ, quæ præsens est, non videtur impedire collationem aliorum Sacramentorum, sicut impedit in matrimonio: non quod impediat Sacramentum primò, sed quia impedit contractum donationis faciendum illi, cui non vult donare illud, quod hic datur. 4. D.30. Q.1. ∫. *Ad primum argumentum*. ℣. *Sed ista ratio*. F.8.

Error circa contractum vt sic.

Error, siue Apprehensio erronea, quantum ad omnem conditionem requisitam per se ad contractum, facit contractum nullum esse. 4. D.30. Q.1. ∫. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. A.2.

Error circa intentionem personæ, cum qua alia persona init contractum, est generalis omni contractui, ita quod omnem contractum reddit nullum; Quia si vnus contrahit animo simplici, & alter dolosè, vtens signis contractus, sine animo contrahendi, non est contractus; quia deficit illi principalior causa, scilicet actus mutuus voluntatis, sine quo, causa minus principalis, scilicet signum exterius, non sufficit. *ibidem*. ℣. *Tertia conditio*. B.3.

Error circa contractum Matrimonialem.

Error, correspondens contrahenti matrimonium ex parte contractus [scilicet defectus intentionis in alia persona, cum qua contrahit, sibi ignotus] puta si credatur, aliam personam simili contractu contrahere, cum tamen in rei veritate non contrahat, quia non intendit dare, sicut alia intendit accipere, irritat contractum Matrimonij. Et hæc conditio est generalis omni contractui. 4. D.30. Q.1. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Sunt autem*. & ℣. *Tertia conditio*. A. B. 2.3.

Error personæ facit contractum Matrimonij nullum esse; Quod patet, quia talis error impedit omnem venditionem, & traditionem rerum: puta si ematur aurum, & venditor vendit aurichalcum: ita hic intelligitur quod B. det potestatem sui corporis, si alia det, aliàs nihil est. 4. Dist.30. Quæst.1. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *De primo*. A.3.

Error conditionis personæ, vt quod sit serua, vel libera, reddit Matrimonium nullum. Et est conditio specialis in contractu Matrimonij, quia hæc est permutatio potestatis corporis pro potestate corporis; Seruus autem non potest dare potestatem sui corporis liberæ, sicut illa è conuerso: Et illa nesciens seruitutem eius, per consequens non consentit scientes in seruum, nec vult commutare potestatem sui corporis, pro potestate corporis, quam seruus non potest facere, quia non habet illam. 4. Dist.30. Quæst.1. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Secunda conditio*. A.2. & D.42. Q. *Vnica*. §. *Si primò*. ℣. *Triplex deceptio*. F.5.

Error conditionis melioris personæ non impedit Matrimonium, nec seruitus, si non sit ignota. *ibidem*. ℣. *Ex hoc sequitur*. B.3.

Error conditionis peioris potest dici quod impedit contractum Matrimonij, quia impedit commutantem recipere tantum, pro quanto intendit commutare; Sed ignorantia melioris conditionis, vel æqualis non impedit, propter contrariam rationem. 4. D.36. Q.1. §. *Dico ergo*. ℣. *Posset dici*. G.8.

Error dationis mutuæ in Matrimonio irritat contractum: puta,

Error circa contractum Matrimonialem.

puta, ista dat, credens ipsum posse redonare, siue secum posse permutare; ille autem non redonat, licet proferat verba, doloso animo, tantùm scilicet, vt extorqueat libidinem. 4. D.42. Q. *Vnica*. *§. Si primo*. *ỿ. Triplex deceptio*. F.5.

E S S

Esse.

Esse conuenit primò huic essentiæ, vt hæc. 1. Distinct. 2 Quæst. 1. *§. Ex his ad quæstionem*. *ỿ. Dico, quod nulla*. C.5.

Esse non est per se obiectum commodi. 4. Distinct. 50. Quæst. 2. *§. Ad secundam quæstionem*. *ỿ. Prima patet*. F.14.

Esse est maximè eligibile affectione commodi, & sic oppositum eius est maximè fugiendum; hoc est falsum, nisi oppositum sit in eodem genere oppositionis. 4. D. 50. Q.2. *§. Ad secundam quæstionem*. *ỿ. Respondeo, de minori*. F.15.

Esse non est perfectissimus effectus, quia quod includitur in multis, non potest esse perfectius quocunque illorum, in quo includitur; & consequenter est vniuersalissimus effectus, non secundum perfectionem, sed secundum prædicationem: & proinde si vniuersalissimus effectus reducitur ad vniuersalissimam causam [intelligendo vniuersalissimus vniformiter hinc inde] sequitur quod *esse*, vt effectus, reducitur ad vniuersalissimam causam secundum prædicationem, non verò secundum perfectionem. 4. D.1. Q.1. *§. Sed istæ rationes*. C.7.

Essendi ratio est ratio cognoscendi. *Quodl*. Q.5. *§. Prima ratio*. *ỿ. Ex his tribus*. K.11.

Esse essentiæ.

Esse habens aliquo modo præter illud, quod dat sibi esse, est aliquid, ratione cuius recipit esse. 1. Dist.26. Quæst. *Vnica*. *§. Ad rationes pro secunda opinione*. *ỿ. Præterea tertio*. N.34.

Esse essentiæ, & esse existentiæ ita se habent, quod vnum non est sine altero, qualitercunque distinguantur. 1. D. 36. Q. *Vn*. *§. Ad primum principale*. I.11. & 2. D.1. Q.2. *§. Quantum ad istum articulum*. C.7.

Esse essentiæ certum est tantùm differre ab essentia in modo concipiendi: & ita sunt in Christo tot talia esse, quot essentiæ. 3. D.6. Q.1. *§. Respondeo*. A.2.

Esse non est aliud ab essentia, quia incompossibile est genitum, vt genitum, per se habere vnum esse, si esset aliud ab essentia. 4. D.13. Q.1. *§. De tertio articulo*. *ỿ. Ad argumenta pro ista instantia*. Cc.38.

Esse existentiæ.

Esse existentiæ, secundum Henr. dicit respectum ad causam efficientem, vt efficiens est: Et, in veritate, illud esse, vel respectus erit nouum, vel nihil erit nouum per creationem; & tamen ille respectus in creatura est in comparatione ad Deum, adeoque, non obstante relatione aptitudinali præcedente, vt aptitudinalis est, potest actualis esse noua, tanquam alia ab illa aptitudinali. 1. D.30. Q.1. *§. Contra istam opinionem*. A.5. & 2. D.1. Q.2. *§. Contra illud*. *ỿ. Contra istud*. A.6

Esse existentiæ cognouit Deus ab æterno, sicut esse essentiæ. 1. D.36. Q. *Vnica*. *§. Concedo conclusionem*. C.6.

Esse existentiæ habens in se ipso, respectu causæ primæ, est simpliciter in actu, adeoque impossibile est ipsum postea poni in actu. 1. D.39. Q.1.2.3.&c. *§. Contra istud*. *ỿ. Bonus effectus*. B.9.

Esse existentiæ eo modo, quo distinguitur ab esse essentiæ, non est de se distinctum, nec determinatum; Non enim esse existentiæ habet proprias differentias alias à differentiis esse essentiæ, quia tunc oporteret ponere propriam coordinationem aliam à coordinatione essentiarum; Sed præcisè determinatur ex determinatione alterius: & ideo ipsa non determinat aliquid aliud. 2. D.3. Q.3. *§. Contra istud*. A.2.

Esse actualis existentiæ, pro vt distinguitur ab esse essentiæ, & subsistentiæ, dicitur, ab aliquibus, non esse in Christo aliud ab esse increato. 3. D.6. Q.1. *§. Respondeo*. *ỿ. Sed de esse tali*. A.2.

Esse existentiæ huius hominis non est alterius generis ab hoc homine. 3. D.22. Q. *Vnica*. *§. Ad primum argumentum alterius opinionis*. E.14.

Esse existentiæ non est de intellectu huius hominis, sed hic homo abstrahit ab illo esse. *ibidem*.

Esse existentiæ est terminus generationis. *ibidem*.

Esse diuinum, & in Diuinis.

Esse diuinum dicit quoddam pelagus diuinæ substantiæ; Cætera autem sunt illa, quæ circumstant naturam. 1. Dist. 8. Quæst. 4. *§. Ad quæstionem*. *ỿ. Ista etiam opinio*. Q.18.

Esse, in Diuinis, potest accipi vel pro esse simpliciter, vel pro esse incommunicabili; Simpliciter non est ibi, nisi vnicum esse, vt essentiæ; Esse autem incommunicabile, siue hypostaticum est ibi aliud, & aliud, sicut alia & alia persona. *Quodl*. Q.4. *§. Ad primum argumentum*. *ỿ. Respondeo esse*. Y.30.

Esse creaturæ.

Esse quodcunque attribuitur creaturæ, siue reale, siue diminutum, illud est à tota Trinitate. 1. D.18. Q.1. *§. Respondeo*. E.5.

Esse creaturarum si dicat relationem, quæ est eadem cum essentia, nulla creatura erit simpliciter noua. 1. D.36. Q. *Vnica*. *§. Contra ista*. *ỿ. Et istud posset*. B.5.

Esse creaturæ non est superius ad esse album, vt propter hoc dicatur, *Sortes est creatura*, quia albedo est creatura; sed ex alia ratione priori: Vnde licet de albedine dicatur creatura, non tamen de albo, si album non est esse primum illius, de quo dicitur. 3. D.11. Q.1. *§. Ad quartum principale*. H 14.

Esse creaturæ licet sit permanens, tamen respectu Dei, a cuius volitione actuali semper æquè dependet, semper est quasi in fieri, hoc est, actu dependet à causa dante esse, & nunquam in facto esse, hoc est, in actu separato, & independente à quocunque alio; non tamen est in fieri nouo, & nouo, sed per oppositum illi est in facto esse, hoc est in esse completo accepto, sine aliqua nouitate addenda. *Quodl*. Q 12. *§. De primo*. *ỿ. Respondeo, Philosophus*. D.6.

Esse creaturæ idem quandoque immediatè succedit *non esse* opposito, sicut in instanti, in quo incipit esse: quandoque autem non immediatè succedit ipsi *non esse*, sed quasi eidem *esse*, vt prius habito. *Quodl*. Quæst.12. *§. De secundo*. E.7.

Esse possibile, vel impossibile.

Ex non esse cuiuslibet alterius, quod est minus impossibile, non sequitur non esse illius, quod est impossibilius. 1. D.8. Q.5. *§ Istis rationibus*. P.17.

Esse possibile non est nisi esse secundum quid, quia hoc esse non est simpliciter esse creaturæ; sicut nec esse hominem mortuum est esse hominis; nec plus ponit ista possibilitas in re, quam cæcitas in oculo. 1. D.30. Q 2 *§. Ad secundam quæstionem respondeo*. *ỿ. Ad primum per hoc*. N. 15.

Esse omne existentiæ possibile, licet fortè sit mutabile, ponendo creationem, secundum intellectum Auicennæ, etiam ab æterno esse mutationem; tamen in esse intellecto, siue volito, quod est esse secundum quid, non oportet quod omnis possibilitas, quæ repugnat necessitati, ex se formaliter excludat mutabilitatem, quia illud esse non est esse reale, sed reducitur ad esse alicuius reale, secundum se necessarij. 1. Dist.39. Quæst.1. 2. 3. &c. *§. Ad primum principale quartæ quæstionis*. *ỿ. Ad secundam probationem*. V.21.

Esse actuale, & reale.

Esse nullum actuale exigit ens potentiale. 1. D.28. Qu. 3. *§. Contra istud*. B.4.

Esse actuale, & reale.

Esse reale non conuenit ei, cui non conuenit esse ens, vel res. 2. Dist. 1. Quæst. 4. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Sextorelatio*. B.9.

Esse proprium.

Esse eidem proprium totaliter habens; *Vel sic*, Quod habet totaliter idem esse proprium, non est imperfectius ex hoc solo, quod non communicat alij illud esse; quia perfectio naturaliter præsupponitur ei, quod est communicare perfectionem. 4. D. 43. Q. 1. §. *De primo*. ℣. *Præterea iste*. A. B6.

Esse habens proprium est componibile cum habente esse proprium. *ibidem*. ℣. *Ad probationem*. C.7.

Esse habet proprium, quod est ens extra causam suam, *ibidem*.

Esse infinitum.

Esse infinitum intensiuè, & esse, in quo infinita possibilia quomodocunque relucent, se habent respectu Dei ordinatè; ita quod quia est infinitus intensiuè, ideo infinita possibilia relucent in eo, & ita in infinita possibilia potest, sed non è conuerso. 3. D. 14. Quæst. 2. §. *Contra rationem*. G.10.

Esse per circumincessionem.

Esse *in* non dicit aliquid ad se, secundum omnem opinionem, loquendo de primo esse vnius personæ in alia. 1. D. 19. Q. 2. §. *Contra illud*. M.4.

Esse vnius personæ in alia per circumincessionem dicit relationem originis, quia illa non est eiusdem rationis in extremis. *ibidem*.

Esse *in* secundum circumincessionem non est vnam personam esse in alia quasi formaliter, licet secundum aliquid sit. *ibidem*. ℣. *Secundo sic*.

Esse Christi.

Esse primum nullum totale, quod resultaret ex natura diuina, & humana, est in Christo; secundum Damascen. l. 3. cap. 3. quia tunc non manerent ibi istæ naturæ, nisi confusè; Sed sicut sunt duæ distinctæ naturæ, ita duo esse distincta. 3. D. 11. Q. 1. §. *Cuiista opinio*. ℣. *Esse autem primum*. C.9.

Esse proprium, vel primum naturæ humanæ Christi, non est esse primum ipsius Christi: & ideo esse primum naturæ sequitur esse primum Christi, quia esse Verbi: & aliud esse primum non potest Christus habere. *ibidem*. §. *Contra istam rationem*. ℣. *Ad primum*. D.11.

Esse primum Christi non est creatum; nec primum totale, nec primum partiale. *ibidem*. §. *Ad argumentum*. ℣. *Ad aliud dico*. H.14.

Esse humanum est esse simpliciter Christi, vel istius hominis, non autem est esse Verbi simpliciter; quia licet de Verbo dicat esse simpliciter, quia esse substantiæ; non tamen est esse simpliciter Verbi, quia respectu verbi est esse quasi aduentitium, & quasi esse accidentis respectu subiecti; non autem est ita aduentitium respectu Christi, vel respectus istius hominis. 3. D. 11. Q. 3. §. *Hic sunt duo consideranda*. ℣. *Hoc modo*. D.4.

Esse Corporis Christi.

Esse corporis Christi sub modo sibi conueniente, est idem cum eius *esse* sub modo sibi non conueniente, sed repugnante sibi, quantum est ex parte sui. Et ex hoc sequitur quod idem potest esse principium ipsius *esse*, sed non sequitur; ergo ipsius esse sub hoc modo potest esse principium, quod est principium eius sub modo illo. 4. D. 13. Q. 1. *Ad quartum principale*. Gg.41.

Esse Angeli.

Esse, quod habet Angelus (posita successione æui) vnica causatione, limitatum est ad hoc *nunc*, &, nullo facto nouo circa ipsum, non potest, vi huius causationis esse, vltra hoc nunc: Sed Deus, dans illi quantitatem durationam perpetuam, & hoc vnica causatione continua, vel infinitis causationibus eiusdem esse, dat ei semper vniformiter, quo extendatur toti tempori. 2. D. 2. Q. 1. §. *Qui vult tenere*. A.14.

Esse supernaturale.

Esse primum supernaturale, quod habetur per habitum gratiæ, non requirit aliquid eleuans naturam; Sic enim esset procedere in infinitum, vt semper vnum supernaturale disponeret ad aliud: Et sicut illud, quod ibi [in esse supernaturali per gratiam] dat actum primum, potest immediatè perficere naturam; ita, hic, esse, à Verbo communicatum potest esse immediatum principium vnionis. 3. D. 2. Q. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad vltimum dico*. K.16. in fine.

Esse vbique.

Esse vbique est proprium Dei, sic intelligendo, quod Deus, ex sua immensitate, necessariò est vbique, quia nullum potest esse vbi, in quo non sit, secundum potentiam, præsentiam, & essentiam; Et sic impossibile est aliud à Deo esse vbique; Sed non est inconueniens aliquid aliud à Deo, per eius potentiam, esse in quocunque vbi: nec per hoc debet dici propriè esse vbique, sicut Deus, quia non est immensum. 4. D. 10. Q. 2. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad primum dico*. K.15.

Esse à se.

Esse à se si est positiuum, & absolutum, erit commune tribus: aut relatiuum, & non ad prius, quia non est nisi negatio relationis ad prius: igitur erit ad filium, & ita etiam à se: vel dicit habitudinem ad filiationem, si est positiuum: vel si dicit habitudinem ad præcedens, erit negatio relationis; & ita negatio est ingenitum: ergo non est proprium positiuum illius. 1. D. 28. Q. 2. §. *De secundo articulo*. ℣. *Contra esse à se*. D.6. Additio.

Esse per se & in alio.

Esse per se conuenit essentiæ Diuinæ, vel Deo, vnde Deus: Sed non posse esse quo formaliter aliquid per se sic, hoc conuenit naturæ creatæ, ex limitatione, propter quam est incommunicabilis, & *vt quod*, & *vt quo*. 1. D. 26. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Ad quartum ibitatum*. Aa.51.

Esse in alio quando aliquid dicitur secundum partem, eodem modo est in isto secundum partem, quomodo ista pars est in isto primo. Exemplum. Si homo sit in terra per pedem, sicut pes est in terra localiter, ita homo est in terra localiter per eum, non verò per informationem. 1. Distinct. 19. Quæst. 2. §. *Contra illud*. ℣. *Secundo sic*. num. 4.

Esse in nullam habitudinem essentialem dicit necessariò ad illud, in quo est: esse autem *ab* dicit dependentiam essentialem ad illud, à quo est aliquod. 2. D. 2. Q. 8. §. *Et tunc ad argumenta*. ℣. *Ad secundum dico*. B.3.

Esse in alio ente est inferius, quam esse in se; & magis est imperfectionis dependere, quam non dependere: Et ideo omne esse cuiuscunque alterius generis à substantia, scilicet accidentis, est imperfectius quocunque, quod est pars substantiæ, sicut est materia. 2. Distinct. 12. Quæst. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad secundum*. E.6.

Esse in aliquo secundum quid, est propter esse eius simpliciter: ideo sic, vel sic habet aliquid in se, vel esse in alio, quia in se est tale, & per consequens non est differentia in modo essendi alicuius in aliquo, nisi propter differentiam eius in se. 4. D. 11. Q. 4. §. *Hic dicitur*. ℣. *Secundo quia corpus*. A.3.

Esse *in* vel accipitur denominatiuè, & sic circuit omnia genera accidentium, sicut hoc, quod est inhærere, vel accidere: Vel accipitur pro ipsa habitudine per se, significata per *esse in*; & hoc modo accipitur aliquod genus ab *esse in*, quia est species determinata in vno genere; Si autem intelligas quod *esse in*, quantum ad per se rationem quam impor-

Esse per se & in alio.

importat, non pertineat ad aliquod genus determinatum, sed per se ad plura genera, negandus est; Non enim est tantæ auctoritatis, quod, propter dictum eius, debeat concedi oppositum eius, quod ratio concludit; Ratio autem conuincit quod ille conceptus, quem importat *esse in*, potest quidditatiuè contineri in aliquo genere, licet denominatiuè dicatur de formis, quæ sunt in multis generibus; Non enim dicitur quiditatiuè de albedine, & linea; tunc enim albedo, & linea non dicerentur ad se, quia illud, quod essentialiter includit respectum, secundum Augustinum. 7. de Trinit. cap. 2. non est ad se. 4. D. 12. Q. 1. *§. Ad quæstionem. ✝. Respondeo, vel esse*. D. 7.

Esse per se, & esse in alio, accipiendo vniformiter, scilicet prout per se esse negat apitudinem ad inhærendum, & esse in alio affirmat illam aptitudinem; Sic ista duo proportionaliter conueniunt, primum substantiæ, & secundum accidenti: Et tunc non plus sequitur ex hoc, nisi quod accidens non possit esse ens per se, cui repugnet inhærere: Sicut nec substantia potest esse ens, cui conueniat aptitudo inhærendi. Et si velis accipere vtrumque actualiter, scilicet actualiter esse per se, & actualiter esse in alio, dico quod, vt sic, non diuidunt ens, nec sunt propria istis diuidentibua, scilicet substantiæ, & accidenti. Nec mirum, quia ex parte illius per se, primus intellectus infert secundum. 4. Distinct. 12. Quæst. 1. *§. Ad argumenta principalia. ✝. Ad primum dico*. P. 23.

Esse in subiecto, vel non esse in subiecto, hoc prædicatum potest accipi secundum aptitudinem, vel secundum actualitatem. 4. D. 12. Quæst. 1. §. *Ad quæstionem respondeo*. A. 5.

Esse per se, & esse in alio eo modo, quo ista sunt propria substantiæ, & accidenti, non possunt competere alteri, hoc est, non potest competere accidenti esse per se, nec substare; sicut nec substantiæ potest competere inhærere. 4. D. 12. Q. 2. §. *Ad argumenta principalia. ✝. Ad secundum dico*. L. 17.

Esse simpliciter, & secundum quid.

Esse Homeri simpliciter, & non diminutum, est obiectum opinionis; sed illud esse simpliciter vt in opinione, est esse secundum quid: & ideo non sequitur, Homerus est in opinione, ergo Homerus est: Nec etiam, Homerus est existens in opinione, ergo est existena; sed est fallacia secundum quid ad simpliciter. 1. D. 36. Q. *Vnica. §. Contra istud. ✝. Ad primum dico*. E. 8.

Esse obiecti verum, vt est tantùm in intellectu, nullum est quærere, sed tantùm secundum quid: Nisi dicatur quod istud esse secundum quid reducitur ad aliquod esse simpliciter, quod est esse ipsius intellectionia; Sed istud esse simpliciter non est esse formaliter eius, quod dicitur esse secundum quid, sed est eius terminatiuè, vel participatiuè; ita quòd ad istud verum esse, illud esse secundum quid reducitur. *ibidem. ✝. Et si velis*. G. 10.

Esse aliquod simpliciter licet acquiratur per generationem; si tamen illud non sit primum esse geniti, & etiam primum esse geniti non sequatur non esse: tale genitum non dicitur creatura. 3. D. 11. Qu. 1. *§. Contra istam rationem. ✝. Ad primum*. E. 11.

Esse simpliciter est proprius effectus Dei: propositio ista est falsa, quia à quocunque efficiente generatur compositum, ab eodem effectiuè est esse compositi: Vnde cum aliquod compositum generetur ab aliqua causa creata, nisi tollatur omnis actio creaturæ, sequitur quod aliquod esse simpliciter sit à creatura. 4. D. 1. Quæst. 1. §. *Sed istæ rationes*. B. 7.

Esse simpliciter in isto, & esse huius, non sic distinguitur, quod ab alia causa possit esse huiusmodi esse, quin ab eadem sit esse simpliciter, quod est in isto; quia siue sit distinctio rationis in intellectu, vel qualitercunque, quod dat isti esse huius, dat sibi esse simpliciter, quod est in isto. *ibidem. ✝. Hoc non soluit*. D. 9.

Esse verius habet domus extra, quam domus in intellectu cuiuscunque; sed hoc est esse secundum quid, scilicet esse tale limitatum; nobilius autem simpliciter esse habet in intellectu, maximè diuino. 4. D. 1. Q. 1. *§. Ista ergo ratione. ✝. Ad propositum*. R. 20.

Esse habens simpliciter, manens sub aliquo modo, si incipit, alicubi, sub alio modo, non incipit nisi secundum quid: Et etiam simpliciter manens si desinit, alicubi, sub alio modo, non desinit nisi secundum quid. 4. D. 10. Q. 4. *§. Hic duo sunt videnda. ✝. Respondeo quod neutra*. F. 8.

Esse simpliciter accipiendo prout distinguitur contra secundum quid; Sicut ens diuiditur in prius, & posterius, vel primum, & secundum; & prius continet sub se substantiam, & posterius accidens; ita Simpliciter, in isto intellectu, æquiualet ei, quod est primum naturaliter; Et secundum quid, æquiualet ei, quod est posterius naturaliter: & isto modo omne accidens dat esse secundum quid 4. D. 11. Quæst. 3. §. *Alij concedenter. ✝. Sic dico in proposito*. Y. 43.

Esse aliquod in se, est esse simpliciter; Et tamen supposito non proprio non dat esse simpliciter omni modo. *Quodl.* Q. 19. §. *Ad illa autem*. Ee. 24.

Esse cognitum, & intelligibile.

Numquam cognoscitur de aliquo si est, nisi habeatur aliquis conceptus illius extremi, de quo cognoscitur esse. 1. D. 3. Q. 1. §. *In prima quæstione. ✝. Nec est distinguendum*. ante A. 2.

Esse cognitum non est esse possibile, quia: Esse cognitum est esse in actu, licet secundum quid; Esse possibile est esse in potentia ad esse simpliciter, & non in actu. 2. D. 1. Qu. 2. §. *Ad primum argumentum. ✝. Quod arguebatur pro secunda positione*. G. 10.

Esse intelligibile, si non est ex se tale, quod requirit esse simpliciter; producere illud in tali esse, non est producere illud in aliquo esse simpliciter: & ideo videtur Si illud esse intelligibile, comparando ad intellectum nostrum, non requirit esse simpliciter; nec comparando etiam ad diuinum intellectum, producentem in isto esse, non erit esse simpliciter. 1. D. 36. Q. *Vnica. §. Concedo conclusionem*. C. 6.

Esse diminutum entis, quod est esse secundum quid absolutè, scilicet esse cognitum, non infert esse simpliciter cogniti, licet nec etiam inferat non esse illius. 1. D. 36. Quæst. *Vnica*. §. *Contra istud. ✝. Tunc ad formam argumenti* F. 9.

Esse diminutum alicuius quod sit in intellectu, non significat quod secundum aliquid sui sit ibi, & secundum aliquid non; sed totum esse, secundum esse essentiæ, & existentiæ est ibi, non accipiens inde aliquid reale, sed tantum esse cognitum. *ibidem. ✝. Ad secundum dico*. G. 10.

Esse exemplatum non est esse, nisi secundum quid; & ideo habitudo ad talem terminum non esset realis, sicut terminus non est realis. 1. D. 30. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem respondo. ✝. Ad secundum simili modo*. N. 15.

Esse intellectum, vel volitum.

Esse intellectum est esse distinctum contra totum esse reale, tam quidditatiuum, quam existentiæ. 1. D. 36. Qu. *Vnica*. §. *Per idem. ✝. Ad vltimum*. N. 15. in fine.

Esse cognito, siue volito creaturæ, ex se, formaliter non conuenit necessitas illius alterius, ex se necessarij, ad cuius esse reducitur istud esse secundum quid; & ideo istud non est, ex se, formaliter necessarium, quia non habet esse extremi; quod respicit realiter. 1. D. 39. Qu. 1. 2. 3. &c. §. *Ad argumenta quartæ quæstionis. ✝. Ad secundam probationem*. V. 31.

Esse intellectum, vel volitum contingentis non est mutabile, quia, secundum illud esse diminutum, respicit extremum immutabile: & mutatio in aliquo, inquantum respicit aliud, non potest esse sine mutatione in illo extremo. *ibidem*.

Esse, quod est à forma.

Esse omne est à forma, ex Boetio, 1. Trinit.3. Verum est, esse specificum, & perfectum; Vel dicendum quod loquitur de facto, & non de possibili fieri per potentiam Dei; Et esse etiam formale licet sit communicatum materiæ à forma; tamen est communicatum materiæ esse proprium, quod est idem cum eius essentia, non sibi communicatum à forma, sicut nec eius essentia. 2. Dist. 12. Quæst.2. §. *Ad primam rationem alterius opinionis*. ✝. *Ad auctoritatem Boetij*. F.7.

Esse formale totius compositi est principaliter per vnam formam; & illa forma est, qua totum compositum est hoc ens; ista autem est vltima, adueniens omnibus præcedentibus. 4. D.11.Q.3. §. *Ad rationes*. ✝. *Ad primam concedo*. Bb.46.

Esse futurum, & reuelatum.

Esse futurum non est esse simpliciter: nec esse præteritum est esse simpliciter. 2. D.1. Qu.2. ∫. *Ad secundum argumentum*. ✝. *Quod arguebatur pro secunda positione*. G. 10.

Esse in reuelatione non est nisi esse actu cognitum in eo, cui fit reuelatio. 2. D.9. Qu.2. §. *Contra ista*. ✝. *Præterea quarto*. n.11.

Esse in instanti, vel in tempore.

Esse aliquid non in tempore continuo, & statim non esse, non est inconueniens, sicut apparet de mutatione, & instanti, quæ non habent esse nisi raptim, & statim non sunt. 2. Distinct. 2. Quæst.4. *Ad secundum principale*. H.14.

Esse, immediatè præcedens resurrectionem ipsam, est esse in instanti æui, quod quidem æuum potest coexistere tempori, sicut & nunc. Et cum quæris de coexistente sibi in tempore, vt immediatè præcedit resurrectionem: dico quod coexistens sibi est tempus, & non instans. 4. Dist.43. Quæst.5. §. *Ad argumenta*. ✝. *Respondeo*. R.14.

Esse potest in instanti res permanens, sed tamen potest habere esse in tempore. *ibidem*. ✝. *Per hoc ad aliud*. R. 14.

Esse in se æquè indiuisibile videtur habere res permanens, etsi maneat cum tempore. *ibidem*.

Esse quo ad prioritatem, & simultatem.

Esse perfectè necessariò dans alteri, ex hoc necessariò, est prius origine illo, & simul natura cum eo, ita quod non potest esse fine eo; & per consequens non est repugnantia inter esse prius origine, & esse simul natura, sed necessaria concomitantia, quando est perfecta origo, & completa. *Quodl*. Q.4. ∫. *Contra ista arguitur*. ✝. *Secundo sic*. G.14.

Esse necessarium, & incorruptibile.

Esse formaliter necessarium nihil aliud à Deo habet, sed simpliciter contingens. Aliquod tamen creatum dicitur habere esse incorruptibile, pro quanto non habet contrarium, vel non potest destrui ab aliquo creato, sed tantummodo potest annihilari à Deo, non conseruante. 4. Dist.49. Quæst.6. ∫. *Hic duo sunt videnda*. ✝. *Concedo ergo*. B.6

Esse perfectum, vel imperfectum.

Esse dans alicui effectiuè, dat ei modo imperfectiori, quàm dando sibi formaliter: Non enim est possibile quod aliquis modus dandi aliquod esse sit ita perfectus, sicut dandi illud esse formaliter: sicut nec essentia Diuina potest alicui dare esse à se, in quocunque genere causæ, perfectiùs, quam sit esse, quod ipsa dat formaliter. 4. D.12. Q.3. ∫. *Dico ergo ad quæstionem*. ✝. *Tertio sic si forma*. I. 15.

Esse idem omnino habens non videtur simpliciter imperfectum per hoc, quod non communicat alteri illud esse: Vnde si animæ esset idem esse, quod & totius; quare anima separata esset imperfecta in essendo, cum tunc nihil sibi tollatur, nisi quod suum esse non communicat alteri! Quare etiam idem esse habens anima esset imperfecta in essendo, & totum habens idem *esse* esset perfectum in essendo? Quomodo etiam manet esse totius, nisi manet totum, habens illud esse? *Quodl*. Q.9. §. *De tertio*. ✝. *Ad aliud habens*. K.15.

Esse Animæ intellectiuæ.

Esse Animæ intellectiuæ non est esse totale hominis, quia omne ens habet aliquod esse proprium: Homo, *vt homo*, est aliquod ens, non tantum anima, & consequenter habet aliquod esse proprium, & non tantum esse animæ. 4. D.43. Q.1. §. *De primo dicitur*. ✝. *Præterea ex illa*. A.6.

Esse animæ non potest *esse* totius, nec è conuerso, loquendo de esse totali, & præcisè: Et tamen operatio perfectissima totius istius, quia non potest in esse nisi secundum Animam; & non potest in esse secundum eam, vt secundum proprium receptiuum, nisi possit esse eius, quando ipsa per se est, sequitur quod operatio totius potest esse operatio illius: Vnde nego istam consequentiam: Esse huius non potest esse illius; ergo nec operatio eius operatio illius. 4. Dist.45. Quæst. 1. ∫. *Alia opinio*. ✝. *Ad quartum*. G.8.

Esse totius.

Esse totius compositi includit esse omnium partium: & includit multa esse partialia multarum partium, vel formarum, sicut totum ens ex multis formis includit illas actualitates partiales. 4. D.11. Q.3. §. *Ad rationes*. ✝. *Ad primam concedo*. Bb. 46.

Esse totius est actus simpliciter, compositi quidem per se primò, sed formæ participatiuè. *Quodl*. Q.9 §. *De secundo*. ✝. *Prima ratio*. A.4.

Esse quo ad inceptionem, & desitionem.

Esse quod incipit: *vel sic*, Quod incipit esse, definit esse: hæc propositio videtur esse principium, apud Philosophum: Vnde primo de Cœlo, contra Platonem, videtur habere pro incompossibili quod aliquid inceperit, & sit perpetuum, & incorruptibile. Et .3. Physicorum cap. de infinito: Cuius est principium, eius finis est. 4. Dist.43. Quæst.2. §. *De secunda propositione*. ✝. *Præterea principium*. H.15.

Esse contradistinctum à non esse.

Esse ab aliquo, & non esse ab aliquo, intelligendum est referri ad idem instans, siue *nunc* cuiuslibet ordinis, ad hoc quod sint contradictoria; vt scilicet pro quo *nunc* affirmatur esse ab alio, quod ponit, pro eodem *nunc esse ab* neget illud idem; Sed non oportet quod illi, de quo illa dicuntur, conueniat æquè primò non *esse ab*, sicut illi conueniret *esse ab*, si *esse ab* sibi conueniret. *Quodl*. Quæst.4. §. *Contra istum*. ✝. *Ad rationem*. E.10.

Esse vno modo potest intelligi illud, à quo primò formaliter aliquid recedit; primò autem receditur à non esse per illud, per quod aliquid est extra intellectum, & potentiam suæ causæ: hoc modo cuiuslibet entis extra intellectum, & causam est proprium esse: Alio modo dicitur esse vltimus actus, cui primo conuenit esse sic dictum: primò autem sic, quod non sit alicui alteri ratio essendi illo *esse*: isto modo compositum perfectum in specie dicitur esse, & solùm illud; pars autem eius dicitur esse per accidens tantummodo, vel, magis propriè, participatiuè isto esse. *Quodl*. Q.9. §. *De tertio principali*. ✝. *Potest igitur*. L.17.

Esse,

Esse participatum.

Esse, in ista propositione, *Participans aliquod esse non producit sibi simile secundum illud, nisi applicando illud ad aliud*; si accipiatur; quod participatur tanquam actus aliquis, alius ab essentia posterior, hoc modo non probatur productum non posse creari, quia etsi *esse* præsupponat in quo recipiatur, tamen essentia nihil præsupponit: & ita licet participans esse non creetur secundum esse, non probatur quin posset creari secundum essentiam, quæ præsupponitur; Si autem accipiatur *esse* tanquam idem suæ essentiæ, siue actus primus rei: hoc etiam modo minus probatur quin esse possit creari, & ita à participante ipsum, sicut ab alio, quia in istis inferioribus quodlibet indiuiduum participat naturam speciei, & tamen illa non potest esse in vno singulari primus terminus productionis, & in alio singulari principium producendi: Si autem ibi præsupponatur materia, hoc non est propter naturam illam participatam, sed quia forma illa, quæ est pars naturæ participatæ, est forma materialis. 4. Dist.1. Quæst.1. §. *Contra istam opinionem*. K.L.17.

Esse primum, & non primum.

Esse non primum suppositi, & non simpliciter, si fiat altercatio pro eodem accipi, nunc non est contentio, nisi in Verbo; Sed quando res constat, non est vis facienda in nomine, secundum Augustinum. 5. Trinit. cap. 7. & 1. Retractationum. 3. D.6. Q.1. §. *Concedo conclusiones*. ♱. *Quod si omnino*. D 7.

Esse primum alicuius dupliciter potest intelligi: Vel illud, quo totum dicitur primò ens, sicut humanitas dicitur primum esse corporis organici animati, quia hoc totum esse, quod consurgit ex vnione ipsarum partium, est esse adæquatum totius: Alio modo esse primum alicuius potest dici esse primæ partis alicuius in illo toto: puta, si corpus organicum præcederet duratione animationem, & primum esse hominis, hoc modo esset esse corporis organici. 3. D.11. Qu.1. §. *Cui ista opinio*. ♱. *Esse autem primum*. B.9.

Esse primum habens, & obiectum approximatum, si non impeditur, & actus eius sit permanens, potest habere actum. 3. Dist.18. Quæst. *Vnica*. §. *Ad sextum principale*. I.18.

Esse vnum, & plura.

Esse plura si sint in supposito [eodem] quorum vtrumque erit esse simpliciter suppositi, non sequitur suppositum esse duo entia. 3. Dist.6. Quæst.1. §. *Ad primum principale*. E.8.

Esse constituit ens; ergo plura esse plura entia: Est fallacia consequentis, à destructione antecedentis: diuisio enim antecedentis, & consequentis includit aliquam negationem circa vtrumque. *ibidem*.

Esse per se vnum non determinat sibi esse simplex præcisè; sicut nec aliquod diuisum determinat sibi præcisè aliquod diuidentium. 4. D.11. Q.3. §. *Ad rationes*. ♱. *Ad primam concedo*. Bb. 46.

Esse quo ad vnionem prædicati cum subiecto.

Esse, quod significat compositionem intellectus vnientis prædicatum cum subiecto, quod est syncathegorema, de quo dicit Philosophus. 5. Meta. Tex.4. quod significat, verum non esse falsum: patet quod in Christo tot sunt talia esse, quot possunt prædicari de subiecto. 3. D.6. Q.1. §. *Respondeo, quod in ista quæstione*. A.2.

Esse verbum notat vnionem extremorum essentialem, vel accidentalem, pro illo tempore, quod assignat. 4. D.11. Q.5 §. *Vltimo*. ♱. *Respondeo*. A.1.

Esse subsistentiæ.

Esse subsistentiæ est esse actualis existentiæ in se ipso, non dependentis in subsistendo ad aliud, vt ad suppositum: Et certum est quod non est nisi vnicum tale esse in Christo, sicut nec nisi vnicum suppositum. 3. D.6. Q.1. §. *Respondeo*. A.2.

Esse compositi.

Esse compositi non esse à generante compositum, & tamen necessariò concomitari ipsum non potest dici, quia non concomitatur vt terminus actionis generantis, in hypothesi; Si ergo vt terminus actionis agentis primi, & non præcedens compositum; ergo sequens, & ita, sine contradictione, potest compositum produci ab agente creato. 4. D.1. Q.1. §. *Sed istæ rationes*. B.7.

Esse substantiæ.

Esse substantiæ ideo tollitur ab accidente, quia est passum proportionatum Agenti naturali, scilicet habens partem potentialem, & actualem, quarum potentialis potest esse sine actuali. 4. D.12. Q.5. §. *Hic dicitur*. ♱. *Contra conclusionem*. n.3.

Esse termini à quo, & ad quem.

Esse termini *ad quem* conuersionis requirit non esse termini *à quo*, quia si termini sint oppositi, cum esse vnius oppositi excludat esse alterius oppositi, consequenter terminus *ad quem* conuersionis, vt talis, non habet in se entitatem termini *à quo*. *Quodl.* Quæst.10. §. *De tertio*. ♱. *Præterea esse*. N.21.

Esse interruptum.

Esse hominis in morte manere non interruptum, malè ponitur, quia tunc entitas totalis interrumpitur. 4. Dist.43. Quæst.1. §. *De primo*. ♱. *Præterea ex illa radice*. A.6.

Esse diligibile.

Esse suum quilibet naturaliter plus diligit, quàm esse alterius, cuius nihil est, vt pars, vel effectus. 1. Dist.2. Quæst.3. §. *In ista quæstione*. ♱. *Quantum ad secundam*. B.3.

Esse meum sicut, post *esse* diuinum, maximè teneor diligere, sic post odium *esse* diuini, maximè teneor vitare, & fugere odium *esse* proprij; Et consequenter odiendo *esse* proprium, & volendo ipsum facere non esse, pecco mortaliter. 4. D.50. Q.2. §. *Respondeo ergo*. ♱. *Vnde sciendum*. C.8.

Esse comparatum ad operari.

Esse sicut se habet ad essentiam, ita operari ad potentiam; Propositio ista est falsa, quia esse est idem realiter cum essentia, non progrediens ab essentia; Actus autem, vel operari est progrediens à potentia, nec est idem sibi realiter. 2. D.16. Q. *Vnica*. §. *Rationes istæ*. ♱. *Ad aliud dico, quod maior*. E.10.

Esse immediatius se habet ad essentiam, quàm velle ad voluntatem: & proinde magis necesse est ipsa plurificari secundum pluralitatem naturarum, quam voluntates, cum tamen in Christo, secundum Damasc. lib.3. c.14. & 60. sint duæ voluntates, & duo velle. 3. D.6. Q.1. §. *Concedo conclusiones*. ♱. *Hæc opinio*. D.7.

Esse formæ, & modus essendi; Agere, & modus agendi sunt immediata; Ideo sicut non est alia ratio, quare hoc habet talem modum essendi, nisi quia est tale ens; Sic non est aliqua ratio, quare hoc habet talem modum agendi, putà liberè, vel naturaliter, nisi quia est tale principium actiuum, scilicet liberum, vel naturale. *Quodl.* Quæst. 16. §. *Contra ista*. ♱. *Breuiter igitur*. V. 16.

Essentia Diuina in se.

Essentia Diuina est simplex, & indiuisibilis, Filio tota communicata. 1. Dist.5. Quæst.1. §. *Istud secundum*. num. 3.

Essentia Diuina est vna summa res, quæ nec generat, nec generatur. *ibidem*. §. *Quantum ad primum articulum*. num. 4.

Essentia nec verè, nec quasi est in potentia ad se ipsam. *ibidem*. Quæst.2. §. *Contra istam opinionem*. ♱. *Tertio quia alias*. n.6.

Essentia Diuina in se.

Essentia, prius origine, existens in Patre, est quasi forma communicata Filio. *ibidem*. *∫. Ideo tenendo*. *℣. Primum declaro*. G.10.

Essentia est quasi forma, & actus, qua relatio subsistens est Deus. 1. D 26. Q. *Vnica*. §. *Tenendo opinionem secundam*. Q.41.

Estcutia est actus quidditatiuus, & quidditatiuè distinguens. 1. D.5. Q.2. §. *Tertio principaliter*. *℣. Respondeo, concedo*. N.16.

Essenua, in Diuinis, primò occurrit, incipiendo à primo signo naturæ. *ibidem*. *℣. Respondeo, quòd in creaturis*. O. 16.

Essenua Diuina non includit aliqua, quorum vnum non est formaliter alterum, sicut persona; & ideo se tota distinguitur à quocunque distinguitur. 1. Distinct. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad argumenta Præpositiui*. Dd. 57.

Essentia Diuina habet rationem substantiæ tàm primæ, quàm secundæ, quantum ad aliquid; substantiæ quidem secundæ quo ad hoc, quod ipsa est communis, non tamen quo ad hoc, quod ipsa sit vniuersalis, hoc est diuisibilis, vel plurificabilis; est enim communis communitate reali, secundum Damasc. lib.1. cap.4. ibi, *Est communitas substantiæ, non solum rationis*, sicut est in natura creata. Habet autem rationem substantiæ primæ quantum ad hoc; quod est esse hæc: siue singulare, quia essentia de se est hæc; non dico quo ad hoc, quod est esse incommunicabile, quia hoc esset imperfectionis. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ℣ *Et ex hoc*. Q.17.

Essentia Diuina, & quælibet positiua passio de Deo habet conceptum resolubilem in priorem, scilicet in conceptum entis, licet sit ipsa summè simplex, simplicitate opposita compositioni, & componibilitati. *Quodl*. Quæst. 7. §. *Tertia conclusio*. *℣. Ad secundum*. K.14. Additio.

Essentia Diuina quo ad esse.

Essentiæ Diuinæ abstractissimè consideratæ, vt priori omnibus personalibus, conuenit esse per se. 1. Dist.5. Q.2. *∫. Tertiò principaliter*. *℣. Respondeo, quod in creaturis*. O.16.

Essentiæ Diuinæ proprius modus *essendi in*, quo est in Patre, vt quasi forma, puta, vt qua Pater est Deus, nullo modo conuenit personæ. 1. D.19. Q.2. §. *Contra illud*. *℣. Præterea*. n.5.

Essentia Diuina determinatur, ex se, ad per se esse, siue *vt quod*, siue *vt quo*; sed tamen cum hoc est communicabilis personæ relatiuæ, vt quo ipsa persona relatiua habeat idem per se esse. 1. D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. *℣. Ad quartum ibi tactum*. Aa.51.

Essentia Diuina quo ad hæcceitatem, & singularitatem.

Essentia Diuina, quæ de se est communis personis, est de se hæc. 1. D.1. Q.2. §. *Per hoc ad argumenta*. *℣. Ad secundum*. E.6.

Essentia nulla, naturaliter cognoscibilis à nobis, ostendit sufficienter hanc essentiam, vt hæc. 1. D.3. Q.2. §. *Tertio dico*. *℣. Est igitur alia ratio*. D.16.

Essentiæ Diuinæ conceptus sub ratione entis est imperfectior conceptu illiusmet essentiæ, vt hæc essentia est. *ibidem*. *∫. Ad argumenta principalia*. *℣. Ad Gregorium dico*. H.20.

Essentiam Diuinam à nullo intellectu creato posse cognosci distinctè *vt hæc*, falsum est. 1. D.22. Q. *Vnica aliàs 2* §. *De ratione*. A.4. Addit.

Essentia Diuina ex se, & non per relationem, formaliter est hæc, & ex se subsistit, idest per se est, vel saltem est totaliter ratio subsistendi. 1. D.26. Q. *Vnica*. *∫. Ad primum tertiæ viæ*. *℣. Ad quartum dicitur*. Aa.51.

Essentia hæc, vt hæc essentia, præcedens omnem quasi qualitatem, est intellectualis, & volitiua essentia; ita quod, sicut rationalitas non est attributum homini, sic nec intellectualitas huic essentiæ. *ibidem*. §. *Ad argumenta principalia*. *℣. Ad ista; ad primum*. Dd.55.

Essentia Diuina quo ad hæcceitatem, & singularitatem.

Essentia Diuina est de se hæc, & tamen communicabilis; Vnde si debet intelligi aliqua determinatio ad suppositum, cum suppositum sit incommunicabile, oportet quod hoc sit per aliquid, quod est primo incommunicabile. *Quodl*. Q 1. §. *Ad argumentum principale*. *℣. Hæc quæstio*. X.24.

Essentia Diuina potest cognosci vt singularis, ita quòd singularitas sit obiectum, vel pars obiecti, non autem quod sit modus concipiendi. 1. D.2. Q.3. *∫. Ad illa*. *℣. Ad secundam rationem*. C.7.

Essentia Diuina de se est singularitas quædam. 1. D.25. Q. *Vnica*. *∫. Et relatio*. G.3.

Essentia Diuina quo ad modos essendi.

Essentia Diuina non habet plures modos essendi immediatè, sine productione. 1. D.2. Q.7. §. *Ad secundam quæstionem*. *℣. Tertio, quia essentia*. A a.36.

Essentia vna actu existens non videtur, ex se immediatè, habere plures modos essendi. *ibidem*.

Essentia Diuina quoad communicationem.

Essentia communicatur non vt forma informans materiam, sed vt quidditas communicatur supposito, tanquam formaliter existenti per eam. 1. Dist.2. Quæst.2. *∫. Tertio principaliter*. *℣. Respondeo quod in creaturis*. O.16.

Essentia *vt quid* est ratio communicandi essentiam; nec solum hoc, sed, cum hoc, essentia, vt est intellectus, & voluntas, est principium productiuum personæ, & communicatiuum essentiæ. 1. Distinct.26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. *℣. Respondeo essentia*. Cc.54.

Essentia Diuina antequam intelligatur communicata per productionem, videtur in aliquo intelligi non communicata actu, vt in prima persona, propter primitatem eius; non quidem non communicabilis, quia non est non communicabilis, sed non actu communicata, quia non videtur posse communicari alicui quasi passiuè, nisi præhabeatur in aliquo non communicata sibi quasi passiuè: Et hoc modo in isto primo signo, in quo tantum intelligitur essentia in aliquo; & ista negatio non communicata actu, videtur habere intellectus alicuius incommunicabilis; Si enim essentia, vt non communicata actu, non esset incommunicabilis; igitur ipsa, vt non communicata, posset esse in pluribus: & tunc possent esse plures ingenîi; & plures primæ personæ, in quibus æquè primò esset essentia, & non esset eius status in aliquo primo; Sed si habetur aliquis incommunicabilis subsistens in natura Diuina, tunc habetur prima persona. 1. D.28. Q.2. §. *Ad quæstionem secundam*. H.10. Hæc tamen doctrina, ex qua probatur ingenitum esse proprietatem, constituentem personam Patris in esse personæ, & non aliquid positiuum, subtilis quidem est, sed non à Doctore probata; *ibidem*. §. *Contra istam viam arguitur sic*. K.12.

Essentia Diuina non posset communicari pluribus, nisi esset infinita. *Quodl*. Q.5. §. *Ad primum*. S.21.

Essentia Diuina quoad generationem.

Essentia Diuina est quasi materia in generatione Filij, secundum Henricum. 1. D.5. Q.2. *∫. In ista quæstione*. n.2. Et secundum Goffredum dicitur subiectiuè generari. *ibidem*. *℣. Huic opinioni*. n.4. Ambo refelluntur à Scoto. *ibidem* *∫. Contra istam opinionem*. n.5.

Essentia est formalis terminus generationis. *ibidem*. Et D.26. Q. *Vnica*. §. *Ad primum, & secundum*. *℣. Ad tertium dico*. T.44.

Essentiæ, vt de ea generatur Filius, necesse est assignare aliquod esse. 1. D.5. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. *℣. Item secundo*. A.7.

Essenua est terminus formalis generationis; & forma relationis, quia est qua relatio est, & similiter qua Deus est. *ibidem*. §. *Tertio principaliter*. *℣. Similiter quando relatio*. Q.17.

Essen-

Essentia Diuina quoad generationem.

Essentia est, qua Pater generat, secundum S. Thomam. Refellitur à Scoto 1. D. 7. Qu. *Vnica*. *§. Hic est opinio.* & §. *Contra istud*. A. 2.

Essentia Diuina non dicitur ingenerabilis, remouendo aptitudinem ad generationem; & ita non est ingenita, quatenus *ingenitum* dicit carentiam secundum genus, sumendo genitum pro communicato per generationem; sed vt in Patre potest dici non communicata, & ita ingenita; si hoc modo sumatur ingenitum. 1. Dist. 28. Quæst. 2. §. *Quantum ad primum, genitum.* ℣. *Tertio modo*. D. 5.

Essentia non est genita; ergo est non genita; ergo ingenita, non sequitur, quia affirmatiua de prædicato infinito non sequitur ad negatiuam de prædicato finito, nisi vbi illud prædicatum significat negationem extra genus, qualem hic ingenitum non significat. *ibidem*. §. *Ad argumenta huius quæstionis.* ℣. *Ad primam*. G. 8.

Essentia quo ad relationes Diuinas.

Essentia non se habet, respectu relationum Diuinarum, vt materia receptiua illarum. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Item quintò*. C. 10.

Essentiæ Diuinæ formalis ratio non est formalis ratio relationis, nec è conuerso. *ibidem*. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Respondeo vnitas*. L. 15.

Essentia Diuina est fundamentum relationum, sed non fundamentum quasi potentiale, recipiens istas, sed fundamentum quasi per modum formæ, in qua istæ formæ natæ sunt subsistere; non quidem per informationem, sicut similitudo est in albedine; sed sicut subsistens dicitur esse in natura; Sicut sortes dicitur subsistere in humanitate, quia sortes humanitate est homo; non enim ex ratione fundamenti habebit rationem potentiæ, vel quasi potentialitatis essentia Diuina, sed præcisè habebit rationem formæ, vt qua relatio, fundata in ea, simpliciter est Deus. Quod nonnullis declaratur exemplis. *ibidem*. ℣. *Respondeo quod in creaturis*. P. 16.

Essentia cum sit formale principium communicationis *vt quid*, quodammodo in ea prius eruot relationes, pertinentes ad communicationem, quàm aliæ æqualitatis, vel similitudinis, quæ fundantur in ipsa ratione quantitatis virtualis, & qualitatis essentialis. 1. Distinction. 26 Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad istud potest dici*. Cc. 53.

Essentia Diuina fundat relationes originis, quæ sunt reales, & tamen non est bis accepta ex natura rei. Quod si dicator, ipsam bis accipi in producente, & producto. Contra. Quæro, quid est bis accipi ex natura rei? aut habere aliqua aliquo modo distincta ex natura rei, & absoluta; Et hoc falsum est in proposito: aut tantum habere relationes distinctas ex natura rei, & tunc essentia, fundat ex natura rei, relationes originis distinctas; quia bis accipere ex natura rei, est ipsam fundare relationes originis reales, quia fundat duas relationes reales, quod nihil est. 3. D. 8. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta Ad vltimum.* ℣. *Et si dicas*. H. 22.

Essentia Diuina si, vt dicitur, est realitas omnium relationum, & ideo, secundum illam comparationem, non differunt realiter; ex hoc, cum illa comparatio sit etiam in essentiam, sequitur quod, vt sunt in essentia, non differunt realiter, & per consequens vt sunt in essentia, vel nullo modo differunt, quod omninò est irrationabile: vel sola ratione differunt; & si hoc, sequitur quod constituta per ipsas, vt in essentia, sola ratione differunt. *Quodl.* Q. 3. §. *De secundo articulo*. ℣. *Præterea si essentia*. F. 6.

Essentia sola, in diuinis, est quasi subiectum receptiuum proprietatis personalis. *Quodl.* Q. 4. *Ad argumentum principale.* ℣. *Ad hoc patet*. Bb 32.

Essentia Diuina secundum se, & non vt bis accepta secundum intellectum, fundat distinctas relationes reales originis, pro tanto, vt videtur, quia ipsa, vt fæcunda, in ratione principij communicatiui, & termini communicabilis, est infinita formaliter; ipsa autem, vt quanta virtualiter, est infinita formaliter; imo ipsa est quantitas infinita, & consequenter pari ratione, ipsa, vt sic quanta, potest fundare relationes communes oppositas reales, & non tantum vt bis accepta per considerationem intellectus. *Quodl.* Q. 6. *§. Istarum quatuor rationum* ℣. *Præterea essentia*. Dd. 24.

Essentia Diuina est ratio fundamentalis Paternitatis: Est tamen transcendens; Sed respectu æqualitatis est ratio fundamentalis, non transcendens, sed adæquata: Ideo Augustinus, quando dixit. 5. Trinit. 7. *Quærimus secundum quid Patri sit æqualis Filius, non autem secundum hoc, quod ad Patrem dicitur Filius; restat ergo, vt secundum illud, quod ad se dicitur, sit æqualis*; secundum logicam propriè locutus est, vt hæc sit vera: *Aliquo modo Pater secundum essentiam est æqualis*; quomodo ista non est vera: *Secundum essentiam est Pater*: imo ista est vera; *Secundum memoriam est Pater*, quia ista ratio fundamentalis est adæquata relationi illi. *ibidem*. ℣. *Aliter potest dici logicè*. Gg. 28.

Essentia Diuina, & relatio non faciunt conceptum per se vnum; nullus enim conceptus vnus est per se ad se, & per se ad alterum. *ibidem*. §. *Secundo contradicit his.* ℣. *Contra istud*. G. 29.

Essentia Diuina, secundum æqualitatem, non refertur ad se; neque etiam, secundum æqualitatem Paternitas refertur ad Filiationem. *ibidem*. §. *Dico ergo*. ℣. *Et per hoc ad argumentum*. Hh. 30.

Essentia quo ad personas Diuinas.

Essentia Diuina est, qua Pater, & Filius est, licet non sit, qua Pater est Pater, & qua Filius est Filius. 1. D. 5. Q. 2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Respondeo, quod in creaturis*. O. 16. & D. 26. Qu. *Vnica*. *§. Tenendo opinionem secundam*. R.

Essentia Diuina, vt amata, est necessariò præcognita Patri, & Filio, ad hoc vt spirent: sed non oportet in illo instanti originis concedere Spiritum Sanctum, qui est amor spiratus, esse præcognitum Patri, & Filio, licet in instanti æternitatis sit tota Trinitas nota cuilibet personæ in Trinitate. 1. D. 10. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad vltimum*. R. 14.

Essentiæ proprietas, vt communicabilis, non conuenit personæ, quia iste est proprius modus essentiæ, vt distinguitur à Persona; quia essentia est vna in tribus; persona autem nullo modo, nec primo, nec secundum aliquid sui, est vna in tribus. 1. D. 19. Q. 2. §. *Contra illud*. ℣. *Præterea*. n. 5.

Essentia Diuina, de se, determinatur ad primam personam, determinatione opposita indeterminationi ad opposita contradictoriè, non vero determinatione opposita indeterminationi ad diuersa positiua; ita tamen quod sit determinata ad alteram partem vtriusque contradictionis. 1. D. 28. Q. 3. *§. Sed tunc est aliud dubium.* ℣. *Cum igitur*. & ℣. *Respondeo determinatio*. & ℣. *Et per hoc patet ad argumentum*. I. K. 12.

Essentia sola, vel essentiale est commune vnum in personis Diuinis. 1. D. 31. Qu. *Vnica*. *§. Ad primum argumentum dico*. H. 8.

Secundum essentiam dicitur Pater æqualis Filio, & non Pater Filij secundum eamdem; quia licet essentia sit fundamentum vtriusque, non distinctum in tribus, nec per istam, nec per illam; Est tamen fundamentum proximum relationis communis, inquantum vnum in tribus; non autem, inquantum sic vnum, est fundamentum relationis originis, licet in se sit vna. *ibidem*. ℣. *Tunc tenendo communem viam*. I. 8.

Sub essentia ponit Augustinus. 7. Trin. c. 9. quidquid est ad se, siue sit essentiale commune tribus, siue personale. patet enim ibi quod eodem modo dicitur aliquid persona & Deus, licet persona accipiatur pro prima substantia; non autem eo est Deus, quo Pater, secundum eum, sed alio est Deus, & Pater. Vnde non intelligitur personale, si sit absolutum, sub relatione personæ, sed magis sub ipso communi, quod est ad se. 3. Dist. 1. Quæst. 5. *In primo argumento ad oppositum*. ℣. *Contra Aug.* n. 2.

Essentia quo ad personas Diuinas.

Essentia, siue minus propriè substantia, quod sit sola ratio simpliciter essendi in Diuinis cuiuscunque, habetur ab August. 7. Trinit. cap 6. *substantia Patris ipse Pater est, non quo Pater est, sed quo est*. Hæc ille. Et intelligit quod essentia non est ratio formalis Patri essendi Patrem, sed essendi simpliciter. Huic concordat Damasc. lib. 1. cap. 12. dicens sic: *Videtur quidem principalius omnium, quæ de Deo dicuntur, nominum, esse qui est*. Et hoc probat per illud Exod. 3. Qui est &c. Et subdit: *Totum enim in se comprehendens habet esse, velut quoddam pelagus substantiæ infinitum, & interminatum*. Hæc ille. Vnde rectè in Diuinis, in comparatione ad essentiam, tanquam ad entitatem simpliciter primam, & absolutam, consideratur omnis ordo cuiuscunque, siue quorumcunque, quæ in Diuinis sunt. *Quodl.* Q. 1. §. *De primo hic quæritur*. ✠. *De primo, in Diuinis*. C. 3.

Esse ntia sub ratione principij in Diuinis.

Essentia, vt obiectum, si non haberet rationem principij in productione Verbi, non magis diceretur Verbum essentiæ, quàm lapis. 1. D. 2. Q. 7. §. *Obijcitur contra istam deductionem*. ✠. *Respondeo, quod totale principium*. O. 21.

Essentia Diuina non est principium indeterminatum, indeterminatione materiæ. 1. D. 7. Q. *Vnica*. ∫. *Contra indeterminatio est duplex*. F. 5. & 1. D. 28. Q. 3. §. *Quamuis*. L. M. 14. Addit.

Essentia Diuina, vt principium actiuum, non est indeterminata ad productiones Diuinas ex æquo, sed per prius se habet ad generationem. Est igitur, ex se, sufficienter determinata ad vtrumque, sed, ex se, primo, ordine originis, ad primam, & illa posita, est determinata ad secundam. 1. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Contra indeterminatio*. ✠. *Item secundo*. H. 6.

Essentia Diuina in Patre intelligitur esse in eo quasi principium, & fundamentum cuiuslibet perfectionis. Vnde in Filio non potest præintelligi notitia ante essentiam, aliàs tunc Filius non haberet essentiam ante quodcunque aliud in se, sicut non ante notitiam; & ita non esset vniformiter Deus cum patre. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia. Ad secundum*. ✠. *Respondeo potest dici*. T. 24.

Essentia Diuina, circumscripto omni eo, quod est qualitas, habet in se, vt essentia est, illa, quæ sunt principia propriæ operationis, conuenientis Deo, cuiusmodi sunt intelligere, & velle. 1. Dist. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia. Ad secundum*. ✠. *Ad ista*. C c. 55.

Essentia, vt essentia, non est immediatum principium formale productionis, excludendo memoriam, vt memoriam, à ratione totalis principij. *Quodl.* Quæst. 1. ∫. *Contra: ista ratio*. ✠. *Respondeo ad secundam*. V. 22.

Essentia Diuina est principium formale, & terminus formalis vtriusque productionis, non tamen sic totale, quin aliquid includatur, per se, & in principio formali, & in termino: In principio quidem formali, quod est memoria perfecta, & voluntas perfecta, includitur essentia: Et in termino formali, quod est Verbum perfectum, & Spiritus Sanctus perfectus, includitur etiam essentia: Et fortè respectu vtriusque, tàm in principio, quàm in termino, essentia habet rationem principalis, & hoc respectu illius, quod concurrit cum eadem, scilicet intellectus, vel notitiæ; voluntatis, vel amoris: Vnde propter identitatem essentiæ, idem est quo producens producit, & terminus formalis; Propter autem distinctionem concurrentis cum essentia, vt potè intellectus, & voluntatis in principio productiuo, sufficit principium hoc, & illud ad productiones alterius rationis, & terminos quodammodo alterius rationis. *Quodl.* Q. 2. §. *Ad primum, triplex est via*. ✠. *Tertio modo*. O. 25.

Essentia merè intellectualis [qualis est essentia Diuina] non est principium alicuius productionis, nisi vt coincidit cum memoria, & voluntate. *ibidem*. ✠. *Respondeo, essentia*. P. 26.

Essentia sub ratione principij in Diuinis.

Essentia Diuina, vel quodcunque positiuum merè acceptum, esto sit in Patre formalis ratio dicendi, vel generandi; Tamen non potest esse in Filio ratio dicendi, vel generandi, quia ipsum, vt in Patre, est principium productionis adæquatæ, & per illam Filio communicatur. *ibidem*. ✠. *Ad eamdem rationem probandam*. Q. 27.

Essentia Diuina quo ad memoriam, & dicere.

Essentia, memoria perfecta, & dicere perfectum ita se habent, quòd in ijs distinctis in tali, vel tali esse { reali scilicet, vel rationis] manet per se eadem ratio consimilis ordinis, quia ratio quidditatiua A. & ratio quidditatiua B. Non enim *esse* in intellectu dat ipsi A. rationem quidditatiuam. *Quodl.* Quæst. 1. ∫. *De secundo articulo*. ✠. *Secundo probatur à priori*. P. 17.

Essentia, memoria perfecta, & dicere perfectum si in Deo posita essent realiter distincta, esset talis ordo realis, quòd memoria esset per se, in ordine reali, immediatior ipsi essentiæ, quàm dicere; quia essentia esset natura intellectualis perfecta, & ideo haberet intellectum perfectum; & vlterius haberet, vel habere posset obiectum, actu intelligibile, proportionaliter sibi præsens: & vltra; ideo esset, vel esse posset memoria perfecta. Nam hæc est ratio memoriæ perfectæ, intellectus habens obiectum intelligibile proportionatum actu sibi præsens: Et ex hoc vlterius, si ipsa esset, vel esse posset supposito habenti illam perfectè principium exprimendi, exprimeret, vel exprimere posset notitiam declaratiuam, correspondentem illi memoriæ. *ibidem*.

Memoriæ, & ipsius *dicere* prima per se ratio ordinis (qui est inter ipsa in Diuinis) est ex per se rationibus istorum, scilicet quòd memoria est memoria, & *dicere* est *dicere*; Vnde in quocunque esse, siue reali, siue diminuto, ista concipiuntur, statim habetur, ex rationibus istorum, quod memoria est immediatior ipsi essentiæ, quàm *dicere*, & per consequens, manentibus per se rationibus istorum duorum extremorum, occurentium intellectui, siue habentium *esse* reale, siue rationis quodcunque, semper manet eadem, vel similis, per se, ratio ordinis. *ibidem*. ∫. *Contra ista ratio*. S. 19.

Essentia Diuina quo ad infinitatem.

Essentia simpliciter infinita potest simpliciter fundare relationes oppositas eiusdem modi, licet magis repugnantes. 1. Dist. 2. Quæst. 7. §. *Quia sicut dixi*. ✠. *Confirmatur*. H. 7.

Essentia Diuina est infinita in se, & omnino à se; quæ est radix, & fundamentum; quæ infinitatem à nullo habet. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Alia est opinio*. ✠. *Respondeo potest dici*. N. 16.

Essentia Diuina, secundum Damascenum. lib. 1. cap. 12. *est pelagus quoddam infinitæ substantiæ*. 1. Distinct. 26. Quæst. *Vnica*. ∫. *Ad primum tertiæ viæ*. X. 45.

Essentia quia est radicaliter infinita, ideo ex ea oriri possunt, intrinsecè, non tantum perfectiones simpliciter, & communicabiles, sed etiam proprietates personales incommunicabiles; qualibet tamen quando originatur, originatur in summa determinatione sibi possibili. *ibidem*. ✠. *Respondeo, quod huius*. X. 46.

Essentiam Diuinam esse, ex natura rei, infinitam probant omnes rationes, quæ probant ipsam esse infinitam. 1. Distinction. 31. Quæst. *Vnica*. §. *Quantum ad primam conditionem*. ✠. *Et hæc probatur generalius*. B. 3.

Essentia Diuina, sub respectu rationis, est formaliter infinita; quia intellectus quomodocunque comparet essentiam, & per hoc causet in ea relationem rationis, non comparat eam, nisi vt est formaliter infinita, & ita, vt est sub tali relatione, formaliter est infinita, &

per

Essentia diuina quo ad infinitatem.

per consequens ita indeterminata, vt est sub illa ratione, sicut secundùm se: & ita, vt est sub prima ratione, potest fundare aliam propter sui infinitatem, sicut secundum se potest: adeoque per relationem rationis non determinatur. 1 D.35. Q. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Et ex hoc vltra*. C. 6.

Essentia Diuina est absolutè infinita: non sic entitas personalis; & tamen ipsa essentia, ex perfectione sua, non potest esse formaliter essentia alicuius personæ creatæ, vt suppleat formaliter vicem naturæ creatæ, quam tamen continet virtualiter; Vnde nec, multò magis, persona illa (ob continentiam virtualem) potest supplere vicem illam respectu personalitatis creatæ. 3. D. 1. Qu. 1. §. *De secundo dico*. ✝. *Istud argumentum*. C. 4.

Essentia Diuina concluditur esse infinita ex hoc, quod ipsa eadem potest esse in tribus personis; Vnde per eandem rationem natura humana esset infinita, si posset esse in pluribus personis, quia, qua ratione posset esse in duabus personis, pari ratione & in infinitis. 3. D. 1. Q. 2. §. *Contra hoc*. n. 4.

Essentia Diuina sicut est infinita ex eo, quod sit in tribus personis, quia est essentialiter natura trium suppositorum, quasi natura essentialis eorum; ita natura humana esset infinita [si esset suppositata pluribus suppositis diuinis] licet quasi natura aduentitia illa pluribus suppositis, sicut scientia est accidens illimitatum respectu plurium partium corporis, quas perficit anima, quam consequitur illa scientia. 3 D. 1. Q. 2. §. *Contra hoc*. ✝. *Contra istud*. n. 4.

Essentia Diuina non quietat [intellectum creatum] nisi vt est essentia visa, existens in tribus suppositis; Hoc autem non conuenit sibi, nisi ratione infinitatis, & consequenter non quietat, nisi sub ratione infinitatis. 3. Distinct. 14. Quæst. 2. §. *Ad secundum principale primæ quæstionis*. E. 6.

Essentia Diuina, per Damascenum. lib. 1. cap. 7. 9. vel 12. dicit pelagus substantiæ infinitum. Quodl. Quæst. 5. §. *De primo*. ✝. *Ex hoc sequitur*. C. 4. & Qu. 6. §. *Et statim*. E. 6.

Essentia vnius naturæ infinitæ (si darentur duæ naturæ simpliciter infinitæ) esset primum obiectum sui intellectus, & consequenter essentia alterius non erit primum obiectum istius: Sed nec erit obiectum secundarium, quia non est entitate posterius, quàm sit essentia illius, cum sit infinita, sicut ista; nec per consequens est posterior ea in intelligibilitate. *Quodl*. Q. 7. *Ad secundum in oppositum*. §. *Sed quia*. ✝. *Prima propositio*. F f. 39.

Essentia Diuina quatenus illimitata.

Essentia Diuina, quæ est penitus illimitata, à qua aufertur quidquid est imperfectionis, potest dare totale esse pluribus suppositis distinctis. 1. Distinction. 2. Quæst. 7. §. *Ad primam quæstionem*. ✝. *Hoc propositum*. E e. 40.

Essentia Diuina est simplex, & illimitata, quia illimitata non tantum intensiuè in vna ratione, sed in omnibus, quæ sunt principia propriarum operationum Dei: Sicut natura creata est quodammodo illimitata, quia identicè est quodlibet principium tale operandi; Cum hac tamen illimitatione essentiæ Diuinæ, quasi extensiua, stat simplicitas. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundum dico*. D d. 56.

Essentia Diuina est illimitata ad omnia entia, & est ad quodlibet illorum determinata, determinatione excludente indifferentiam ad contradictoria; Vnde per hoc quod extendit se, & est illimitata ad plura, nihil tollitur sibi de perfectione respectu illius, vel cuiuslibet illorum in se. 4. D. 50. Q. 3. §. *Respondeo*, *hic primo est videndum*. ✝. *Remanet ergo*. A. 2.

Essentia Diuina quia in ratione principij fundamentalis est vnum principium illimitatum, à quo multa sunt ordinatè nata procedere, & quodlibet, in primo instanti, in quo quasi emanat, vel procedit in *esse*, sum habet entitatem, hoc talem, & illud talem; huic sua entitas est ratio repugnantiæ alicuius, cuius tamen illi non est ratio repugnantiæ entitas sua. *Quodl*. Q. 5. §. *Ad primum*. ✝. *Et si quæras*. Y. 25.

Essentia Diuina quo ad sui perfectione.

Essentia Diuina habet aliquo modo rationem perfectionis radicalis respectu attributorum. 1. D. 13. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta pro opinione*. N. 17. & Dist. 26. Quæst. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ✝. *Dico quod quasi*. V. 45.

Essentia Diuina est perfectio simpliciter, & quidquid est eiusdem rationis cum essentia, quidquid scilicet est ad se; & ideo quodlibet tale est communicabile, & de se hoc; & ex hoc vltra; illud, quod est de se hoc, non potest contrahi vlterius, sed tamen potest in eo, quod est hoc, constitui aliquod incommunicabile per aliquid, quod non est perfectio simpliciter, & ideo nec eiusdem generis cum essentia, sed quasi alterius. 1. D. 26. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ✝. *Posset dici*, *quod absolutum*. Z. 50.

Essentia nihil est, nisi aliquem gradum determinatum perfectionis habeat totet entia. 1. D. 31. Q. *Vnica*. §. *Quantum ad primam conditionem*. ✝. *Præterea ratio illorum*. A. 3.

Essentia Diuina, quæ infinita est, includit eminenter omnes perfectiones. 2. D. 3. Qu. 10. *Ad primum principale*. H. 17.

Essentiæ Diuinæ immediatiora sunt illa, quæ sunt perfectiones simpliciter, quàm quæ non sunt huiusmodi; quia primæ perfectioni immediatiora sunt illa, quæ magis habent rationem perfectionis simpliciter, quàm quæ non habent; Essentia autem Diuina est prima perfectio, & perfectiones simpliciter habent magis rationem perfectionis, quàm illa, quæ non sunt perfectiones simpliciter. *Quodl*. Qu. 1. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Essentia Diuina includit totam perfectionem diuinam vnitiuè, & identicè, licet non formaliter comprehendat omnes perfectiones diuinas; Perfectiones autem illæ, & si sint identicè essentia, tamen distinctæ sunt ex natura rei, & formaliter; Item essentia est vnitiuè, & identicè omnis perfectio, non tamen formaliter, & ex natura rei; Vnde licet quælibet perfectio simpliciter sit formaliter infinita, non tamen radicaliter, cuiusmodi est essentia Dei. *ibidem*. §. *De primo*, *hic quæritur*. ✝. *Ad primum dici potest*. C. 4. Addit.

Essentiæ Diuinæ repugnat inhærere, quia ipsa est perfectio simpliciter. *Quodl*. Q. 3. §. *Respondeo ad primum*. ✝. *Respondeo*, *imperfectio*. T. 20.

Essentia Diuina quo ad continentiam.

Essentia Diuina non est pelagus perfectionum hoc modo, si pelagus sumatur pro continente actu, & formaliter in se omnes perfectiones sub propriis rationibus formalibus, sic enim nihil vnum formaliter est pelagus, quia contradictio est vnicam rationem formalem continere actu tot tes; Vnde hoc modo nihil est pelagus, nisi vnum identicè, quod est Deus, bonus, sapiens, beatus &c. Si verò pelagus sumatur pro aliquo vno formaliter, continente omnem perfectionem modo eminentiori, quo possibile est omnes in vno contineri, ita vt non tantùm contineantur in eodem identicè, propter infinitatem formalem continentis (sic enim quælibet continet omnes) sed vltra, quòd contineantur virtualiter quasi in causa, & adhuc in aliquo vt prima Causa à se continente, & vniuersalissima, quia omnes continente; Hoc modo hæc essentia est pelagus, quia in quacunque multitudine contingit stare ad aliquod omninò primum, in hac nihil est primum, nisi hæc essentia; ideo ipsa non est tantum formaliter infinita; sed virtualiter continens alias; nec tantum aliquas; sicut fortè intellectus continet sapientiam, & intelligere; & voluntas charitatem, & diligere; sed omnes; nec ab alio, vel virtute alterius continens, sed à se. Itaque habet infinitatem formaliter primariam, tam scilicet à se, quàm respectu omnium virtualiter causalem, & virtualiter continentiam; Et ideo pelagus, ita continens omnes, sicut possunt eminenter in vno aliquo formaliter, contineri. Ecclesiastes. 1. *Omnia flumina intrant mare*, *& vnde exeunt reuertuntur*. 1. D. 8. Qu. 4. §. *Ad quæstionem Respondeo*. ✝. *Nota pro dicto*. Q. 18. Addit.

Essentia nulla, aut Angeli, aut aliqua immaterialis creata singularis, siue quæ de se est hæc, continet virtualiter rationes omnium singularium cognoscibilium ab intellectu creato, nisi essentia increata, quæ est obiectum adæquatum

Essentia diuina quo ad continentiam.

cum intellectus Diuini, & non Angelici. 2. Dist. 3. Qu. 11. *§. Contra ex ijsdem principijs. ℣. Tunc ad rationem.* D. 5.

Essentia vnitiuè continet omnem actoalitatem Diuinæ essentiæ: vnitiuè autem non continentur quæ sine omni distinctione continentur, quia vnio non est absque omni distinctione: Nec vnitiuè continentur, quæ simpliciter realiter distincta continentur, quia illa multipliciter, seu dispersim ontinentur; Vnde hoc vocabulum *vnitiuè* includit aliquam distinctionem contentorum, quæ sufficit ad vnionem: & tamen talem vnionem, quæ repugnat omni compositioni, & aggregationi distinctorum, hoc non potest esse, nisi ponatur non identitas formalis cum identitate reali. Vnde concedo quòd essentia continet omnem actualitatem, & per consequens omnem formalitatem, sed non vt formaliter eadem, quia tunc non contineret vnitiuè. 4. Dist. 46. Qu. 3. *Ad secundum principale, ℣. Ad primum.* C. D. 4. 5.

Essentia Diuina continet omnem actualitatem, quantum potest contineri; verum est, quantum vnum vnius rationis; nihil autem vnius rationis potest continere plura non formaliter eadem perfectiùs, quàm vnitiuè, vel identicè. *ibidem. ℣. Et si dicas.* D. 5.

Essentia, vt essentia, est omninò primum in Diuinis; quæ, secundum Damascenum, est pelagus, propter comprehensionem omnium perfectionum Diuinarum: ista est infinita non tantùm intensiuè in se; sed etiam virtualiter primò, & per se continens omnia intrinseca; quodcunque autem aliud continet per identitatem alia, sed non primò omnia, quia nec à se, sed virtute essentiæ, à qua etiam habet suam infinitatem; Vnde videtur quod essentia habet infinitatem, & formaliter, & propriam, & primam, quia à se; quia respectu omnium dicitur pelagus, quia omnem perfectissimè continet entitatem intrinsecam, vt possibile est eam contineri in vno formaliter. *Quodl. Q. 5. §. Ad primum istorum. ℣. Ad vltimum, concedo.* X. 25. & Q. 6. §. *Et statim.* E. 6.

Essentia Diuina in nullo alio continetur essentialiter, vel virtualiter perfectè, secundum totam rationem cognoscibilitatis suæ, quia nihil aliud à Diuinitate continet eam perfectè sub ratione entitatis, nec per consequens sub ratione cognoscibilitatis, *Quodl. Q. 14. §. De tertio principali dico.* D d. 21.

Essentia diuina quo ad identitatem.

Essentia Dei eadem est quod volitio sui ipsius. 1. D. 2. Q. 2. *§. Ostenso esse de proprietatibus. ℣. Hæc conclusio secunda.* S. 22.

Essentia Diuina, & Paternitas sunt idem realiter, identitate non mutua; quia vnum eorum non est formaliter infinitum, sed tantùm essentia est formaliter infinita: Et propter illam infinitatem Paternitas est sibi idem, non è conuersu. 1. D. 8. Q. 4. §. *Contra istam solutionem. ℣. Ad secundum dubium.* Y. 23.

Essentiæ Diuinæ si est aliquid idem essentialiter, illud est actu in Deo merè ex natura rei, & hoc siue sit idem essentialiter identitate adæquata, sicut in creaturis est illud idem, quod intelligitur per definitionem, ei, quod intelligitur per definitum; siue sit idem tanquam inclusum essentialiter in illo; quomodo illud, quod intelligitur per partem definitionis, posset dici idem ei, quod intelligitur per definitum. *Quodl. Q. 1. §. De altero membro. ℣. Ex hac propositione.* I. 10.

Essentiæ Diuinæ est realiter idem omne, quod est in Diuinis: *vel sic*, Nihil est in Diuinis, quod non sit idem realiter essentiæ Diuinæ; imò etiam & cuilibet essentiali, ita quod, considerando vtrumque in abstracto, simpliciter verum est, *hoc est hoc*: Et sic de essentia, & de essentialibus, de quibus communiter apparet quod quodlibet sit infinitum formaliter, patet quòd quodlibet eorum est idem cuilibet, sibi compossibili in eodem supposito. *Quodl. Q. 5. §. Tertio arguitur ex incompossibilitate* O. 15.

Essentia diuina quo ad fœcunditatem.

In essentia Diuina est duplex fœcunditas, inquantum est intellectus infinitus, & voluntas infinita. 1. Dist. 26. Quæst. *Vnica. §. De modo igitur. ℣. In speciali autem.* A. 9.

Essentia Diuina communicatur secundum istam duplicem fœcunditatem iam dictam, quibus iam præintellectis, pullulant communes relationes, semper præsupponentes istas. *ibidem.*

Essentia Diuina quatenus emanatiua, & constitutiua.

Essentia Diuina, & relatio, secundum omnes, constituunt personam, qualemcunque habeant rationem principij; & per consequens hoc est, inquantum concurrunt; quod non potest esse, nisi vt relatio est in essentia. Ex quo sequitur quod essentia, & relatio constituunt personam, non nisi vt relatio est in essentia; Relationem autem esse in essentia, est relationem habere comparationem ad essentiam verissimam, quam potest habere citra considerationem intellectus, adeoque relatio non constituit personam, nisi vt comparata ad essentiam. *Quodl. Q. 3. §. De secundo articulo. ℣. De primo dico.* D. 4.

Essentia Diuina, cum dicitur ab aliquibus, quod, vt sola ratione differens à relatione, constituit personam primam in Diuinis: Si ly *vt* dicit formalem rationem respectu prædicati, cum hoc, quod est differre sola ratione, non importet nisi relationem rationis; sequitur quod relatio rationis est ratio formalis constituendi personam; Si autem dicit quid consequens formalem rationem, & illud, respectu cuius illud *vt dicit* rationem consequentem, non potest poni nisi essentia secundum se; quia hi dicunt quod essentia, vt sola ratione differens à relatione, constituit personam primam; sequitur quod essentia secundum se erit ratio constituendi in re, quod ipsi negant. *Quodl. Q. 4. §. Contra illud, cum dicitur.* K. 19.

Essentia Diuina, vt sola ratione differens à relatione, si est communicabilis, &, vt sic differens, constituit personam; sequitur quod communicabile formaliter constituit incommunicabile: Si incommunicabilis, & essentia omni modo, etiam vt essentia, sola ratione differt à relatione, tantummodo est ad se, & ita non formaliter ad alterum sicut relatio, & tamen non realiter distincta à relatione; sequitur quod essentia, omninò vt essentia, est sola ratione differens à relatione; & tunc vt prius, essentia vt essentia constitueret personam. *Quodl. Q. 4. §. Contra illud, ℣. Præterea essentia vt sola ratione.* K. 19.

Essentia Diuina, si, vt sola ratione differens à relatione, constituit personam, tunc si essentia est ad se, etiam constitutum formaliter est ad se: si ad alterum; sequitur quod essentia, vt essentia, erit ad alterum, quia essentia, vt essentia, sola ratione differt à relatione. *ibidem.* K. 20.

Essentia à Diuina, sicut licet loqui, emanant omnia ordinatè; primò quidem intrinseca essentialia, quæ non dicunt respectum ad extra; secundò notionalia; tertiò, & vltimò creata, siue extrinseca: Et quodlibet emanans recipit illud perfectionis ab ea, cuius est capax, si sibi non repugnat; & illius recepti causa quasi effectiua, & primaria, est infinitas essentiæ; Causa autem, siue ratio formalis est ipsa entitas, propria cuiuslibet emanantis. *Quodl. Q. 5. §. Ad primum istorum. ℣. Ad vltimum concedo.* X. 25.

Essentia Diuina quo ad actualitatem.

Essentia Diuina sicut est actus vltimus, & ideo non potest per aliquid determinari, respectu cuius sit ipsa quasi potentiale; ita quidquid est in ea est vltimum in vltima actualitate sibi possibili: ita quod in illo instanti naturæ, in quo sapientia v.g. pullulat in essentia, ipsa pullulat secundum vltimam determinationem, quam potest habere; Vnde & ista realitas, quæ est sapientia, formaliter est non determinabilis; Et similiter quidquid potest esse incommunicabile in primo in-

stanti

Essentia Diuina quoad actualitatem.

stanti naturæ, in quo pullulat in essentia, pullulat vt incommunicabile, & non prius vt communicabile, quia tunc esset determinabile per aliquid, per quod fieret incommunicabile. 2. D. 26. Q. *Vnica* §. *Ad primum tertiæ viæ*. V. 45.

Essentia est in Deo sub completa actualitate essentiæ, & hoc merè ex natura rei, sic intelligendo; quod nec essentia, nec aliquid per se inclusum in illa, vel actualitate eius, sit ibi præcisè ex consideratione cuiuscunque intellectus. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero*. ℣. *Secundo ratio*. H. 10.

Essentiæ Diuinæ quod est idem essentialiter, est actu in Deo merè ex natura rei, cuiusmodi est intellectualitas, siue vita intellectualis. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero termino*. ℣. *Istas propositiones*. L. 13.

Essentia Diuina quo ad subsistentiam.

Essentia Diuina, in hypotesi quod in Deo esset vnum tantum suppositum, tunc esset determinata, ex se, ad hanc subsistentiam, & constitueret hanc, non per aliquam negationem, sed se ipsa, secundum Philosophos gentiles, quia esset omninò determinata ad hanc, sicut in creaturis hæc natura est omninò limitata ad hoc suppositum: ponendo autem ibi esse originem; oportet essentiam non esse omninò determinatam ad vnam subsistentiam, & ideo non constitueret per se aliquam personam. 1. D. 28. Q. 2. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad tertium dico*. N. 15.

Essentiæ nihil aufert, nec illi, quod per se constituit, ponere ibi originem; sed ponit oppositum illius hypotesis, propter quam essentia de se constitueret personam, scilicet determinationem essentiæ ad vnicam subsistentiam, quæ hypotesis auferret essentiæ perfectionem, quia videretur ponere limitationem. Sed oppositum illius hypotesis ponens originem non aufert perfectionem; aufert tamen modum incompossibilem constituentium personæ, qui esset verus, ex hypotesi. *ibidem*.

Essentia Diuina quomodo determinatur ad primam subsistentiam, fusè declaratur. 1. Dist. 28. Quæst. 3. §. *Sed tunc est aliud dubium*. per totum paragraphum. H. 11.

Essentia Diuina non habet aliquam subsistentiam vnam primam, idest adæquatam sibi, quia tunc non posset esse in alia; sed sic adæquantur tres subsistentiæ illi naturæ, quod tamen in istis tribus est ordo in habendo naturam: & ideo essentia, vna primitate scilicet immediationis, respicit primum illorum ordinatorum; ita quod sicut essentia, ex se, primò esset in tribus, si esset in eis sine ordine, & hoc tàm primitate adæquationis, quàm primitate immediationis; ita nunc, ex se, est in tribus primitate adæquationis, sed non primitate ordinis immediationis, sed prius in primo illorum, & virtute illius in alijs, quibus communicatur ab illo primo. *ibidem*.

Essentia Diuina non determinatur ad vnam subsistentiam, determinatione, quæ opponitur illimitationi ad plura, sed ad tres subsistentias, quia illa determinatio est ad primum adæquatum; Loquendo autem de determinatione, quæ est ad primum immediatum non adæquatum, & stat cum illimitatione indeterminati ad plura, potest dici quod sit determinata ad vnam subsistentiam. *ibidem*. ℣. *Et per hoc patet argumentum*. K. 12.

Essentia Diuina quo ad prioritatem.

Essentia Diuina, vt in Filio, & Spiritu Sancto, habet naturaliter prioritatem aliquam ad intellectionem simplicem istius essentiæ; quia sicut ipsa, vt est in Patre, nata est mouere intellectum Patris ad simplicem sui intellectionem: ita etiam, vt in Filio, & Spiritu Sancto, nata est mouere quemcunque intellectum ad sui intellectionem simplicem. 1. Distinct. 13. Qu. *Vnica*. §. *Aliter ponitur, quod distinguuntur*. ℣. *Præterea secundo*. E. 9.

Essentia Diuina si, vt in Filio, habet prioritatem aliquam circa intellectionem simplicem sui, ipsa, vt in Filio, naturaliter præcedit omnem rationem, quam potest intellectus negocians fabricare circa ipsam, adeoque nulla ratio fabricabilis circa eam, naturaliter, præcedit eam, vt in Filio; alioquin esset circulus in prioritate naturali, quia & ratio causata per intellectum naturaliter præcederet esse eius in Filio, & è conuerso. *ibidem*.

Essentia Diuina, eo modo, quo est prioritas in Diuinis, prior est proprietatibus personalibus, non è conuerso; sicut etiam essentia est formaliter infinita: istæ autem proprietates non. 1. D. 26. Q. *Vnica*. ∫. *Ad rationes pro secunda opinione*. ℣. *Tertia ratio habet*. P. 39. & D. 28. Q. 3. ∫. *Quamuis*. L. 14. *Additio*.

Essentia Diuina sicut intelligitur prius ratio communicandi se, quam intelligitur esse quanta, vel qualis, ita etiam intelligitur ratio operandi prius, quam quanta, vel qualis; Non enim posterius conuenit essentiæ esse principium operatiuum respectu operationum propriarum tali naturæ, quam sibi conueniat esse principium actiuum; & hoc siue productiuum respectu producibilium in natura; siue communicatiuum ipsius naturæ. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Respondeo, essentia*. Cc. 54.

Essentia Diuina est principium operationum propriarum tali naturæ, inquantum natura est intellectus, & voluntas; quia intelligere, & velle sunt propriæ operationes illius naturæ; ideo prius est essentia, non tantum essentia, sed etiam intellectus, & voluntas, quàm sit quanta, vel qualis. *ibidem*.

Essentia Diuina, nisi prius sit in omnibus suis suppositis, non est naturale motiuũ ad intelligẽdum quodcunque intelligibile simplex. *Quodl.* Q. 14. §. *Hic intelligendum est*. ℣. *Si dicas*. R. 14.

Essentiæ Diuinæ prioritas ad voluntatem est quasi prioritas fundamenti; sed illud fundamentum non solum est perfectè idem cum illo, quod intelligitur fundari in eo, sed etiam illud habet perfectionem formalem, formaliter infinitam; propter quod perfectè, identicè, & vnitiuè continet perfectionem fundamenti. *ibidem*. ℣. *Ad istud dico*. A a. 19.

Essentia Diuina quo ad sui magnitudinem.

Essentia, quam certum est esse in Diuinis, vt essentia, tam certum est quod habet, ex natura rei, propriam magnitudinem. *Quodl.* Q. 6. §. *Et statim ex hoc infertur*. E. 6.

Essentiæ magnitudo propria est infinitas eius: adeoque habet propriam magnitudinem ex natura rei; quia sicut quantitatiua infinitas propriè dicit magnitudinem, imò extensiuè illimitationem quantitatis propriè; ita infinitas intensiua, & in perfectione, dicit summam perfectionem, vel magnitudinem perfectionis. *ibidem*. ℣. *Ex his sic arguitur*. E. 6.

Essentiæ magnitudo propria est infinitas intensiua, quæ conuenit essentiæ ex natura rei. *ibidem*. ℣. *Per rationem arguitur sic*. E. 6.

Essentiæ magnitudo si ex natura rei sit in Patre, & Filio, illa magnitudo vna erit, quia eadem essentia numero non est magna pluribus magnitudinibus eiusdem speciei, vel rationis. *ibidem*. ∫. *Vltimo in isto*. ℣. *Ad propositum est etiam ratio*. O. 12.

Essentiæ Diuinæ magnitudo si differret realiter ab ipsa essentia, essentia prior esset realiter magnitudine; & per consequens communicatio essentiæ communicatione suæ magnitudinis; adeoque qualiscunque distinctio sit inter illa in Diuinis, tali modo communicatio essentiæ erit prior communicatione magnitudinis, & per consequens æqualitate, quia non est in altero extremo, nisi secundum magnitudinem communicatam. *ibidem*. §. *De secundo articulo*. ℣. *Tertium probatur*. A a. 20.

Esfentia Diuina quo ad circumincessionem.

Essentia sola non est ratio inexistentiæ vnius personæ in alia per circumincessionem, nec relatio sola. 1. Distinct. 19. Quæst. 2. *§. Quantum ad secundum articulum*. D. 9.

Essentia sola si esset ratio huius inexistentiæ per circumincessionem, Pater esset in se, quod est falsum, eo modo, quo intelligit Saluator Patrem esse in Filio, & Filium in Patre, quia sic inesse requirit distinctionem realem. *ibidem*. *ỽ. Primum probo*. D. 9.

Essentia vnius personæ non posset esse in alia, nisi ipsa, quæ omninò eadem est illi essentiæ, esset in ea, licet alio modo *essendi in*. *ibidem*.

Essentia, & relatio, quæ solæ, secundum communem opinionem, sunt in persona Diuina, ambo simul erunt totalis ratio inexistentiæ vnius personæ in alia, per circumincessionem. *ibidem*. E. 9.

Essentia Diuina vt conceptibilis, & intelligibilis.

Essentia Diuina est aliquod obiectum conceptibile, in cuius conceptu non includitur relatio. 1. D. 1. Q. 2. §. *De primo dico*. A. 2.

Essentia Diuina nata est facere omnem realem conceptum, qui de ipsa haberi potest. 1. D. 8. Q. 4. §. *Ista tamen positio*. *ỽ. Item arguitur*. N. 15.

Essentia Diuina, secundum Henricum, nata est tantum facere conceptum vnum realem in intellectu Diuino, ita quod nullus alius habetur de ea, nisi per intellectum negotiantem; Vnde necessariò sequitur quod ista essentia nata est facere tantum, per se, conceptum vnum realem in quocunque intellectu; & vlterius quod conceptus nullus realis possit haberi de ista essentia, nisi vnus. 2 Dist. 3. Quæst. 9. §. *Contra primum*. *ỽ. Præterea, essentia*. n. 4.

Essentia Diuina est lux summa ex se, & de se intelligibilis, & de se perfectissimè intelligibilis; adeoque nullum lumen requiritur cooperatiuum sibi; quanto enim obiectum magis habet de se rationem, & perfectionem luminis, quod posset cooperari sibi, tantò minus coexigit ipsum. 3. D. 14. Quæst. 2. *§. In prima quæstione*. *ỽ. Itaque potest dici*. B. 3.

Essentia Diuina vt ratio cognoscendi.

Essentia Diuina est ratio cognoscendi intuitiuè quodcunque obiectum intelligibile. 1. D. 10. Qu. *Vnica*. *Ad vltimum principale*. S. 14.

Essentia Diuina si esset limitata respectu alicuius vnius determinati cognoscibilis, ipsa esset determinatè ratio cognoscendi illud, absque omni respectu rei, & rationis; adeoque si illa sit illimitata ratio respectu plurium cognoscibilium, potest esse, ex se, ratio cognoscendi quodcunque illorum, & omnia illa, sine omni relatione rei, & rationis 1. D. 35. Q. *Vnica*. *§. Contra conclusionem*. *ỽ. Præterea secundo*. B. 5.

Essentia Diuina ponitur propria ratio cognoscendi se ipsam: & hoc siue vt obiectum primum; siue vt ratio cognoscendi obiectum, & illud competit essentiæ merè sub ratione absoluta, sine omni respectu rei. *ibidem*.

Essentia, siue vt obiectum, siue vt ratio intelligendi, & relatio rationis non sunt vnum per se obiectum, nec vna ratio intelligendi. *ibidem*. *ỽ. Præterea tertio*. C. 6.

Essentiam præcisè oportet dare, quæ subest relationi rationis, tanquam primum obiectum, quo cognito, cognoscatur lapis: vel tanquam rationem formalem cognoscendi lapidem. *ibidem*.

Essētia, vt cognita, & si sit ratio deueniēdi in notitiā lapidis, tamen videtur postea quod intellectus Diuinus possit cognoscere lapidem in se, & non præcisè per hoc, quod comparat essentiam suam ad lapidem, quia sic, sine tali comparatione alterius ad ipsum, possumus nos intelligere lapidem. *ibidem*. §. *Contra secundam positionem*. *ỽ. Præterea, & si*. E. 8.

Essentia Diuina (posito, quòd intellectus sit quasi passiuus in Deo, & quod debeat hic assignari forma, vel quasi forma, qua operetur) potest dici quod sit ipsa, sub ratione, qua essentia, quæ sub ratione absoluta est ratio cognoscendi non tantum ipsammet, sed omne aliud, sub quacunque ratione cognoscibilis. *ibidem*. §. *Ad ista*. *ỽ. Ad secundum*. K. 14.

Essentia Diuina est, ex se, determinata, determinatione opposita indeterminationi, quæ est ad contradictoria, licet non sit, ex se, determinata, determinatione limitationis: nec hoc oportet ad hoc, vt per ipsam obiectum determinatè intelligatur. 1. D. 35. Qu. *Vnica*. §. *Et quod arguitur*. N 16.

Essentia Diuina est ratio intellectui Diuino intelligendi simplicia, & complexa necessaria naturaliter, ante omnem determinationem diuinæ voluntatis; ita quod eorum veritas non dependeat ab illo actu: & essent cognita ab intellectu Diuino, si, per impossibile, non esset volens: Contingentium verò naturaliter quidem est ratio cognoscendi eidem intellectui, sed supposita determinatione Diuinæ voluntatis, à qua habent quòd sint determinatè vera. 1. D. 39. Qu. 1. 2. 3. &c. §. *Viso de contingentia rerum*. M. N. 24.

Essentia, vt in Filio, non minus est perfecta ratio intelligendi omnia, qua in Patre, & ideo Pater ipsa sola nouit omnia, & similiter est de Filio. 2. Dist 1. Quæst. 1. *§. Quantum ad hoc igitur*. *ỽ. Intellige, quod prius*. H. 17. Addit.

Essentiam Diuinam intelligere sub ratione vniuersalis, vel vniuersalitatis est, contradictio, quia ratio intelligendi repugnat omninò obiecto intellecto. 2. D. 3. Q. 7. *§. Qui dicunt*. *ỽ. Præterea, qualibet*. A. 4.

Essentia Diuina aliquid in particulari distinctè videri non videtur possibile, nisi per essentiam ipsam, vel per aliquod repræsentatiuum distinctè, quorum vtrumque Angelo negant aliqui; & proinde negare tenentur essentiam vllo modo distinctè cognosci posse naturaliter ab Angelo, sicut etiam & indistinctè, siue in aliquo priori conceptu communiori, qui non sit proprius isti essentiæ, quia omnem conceptum communem, vniuocum isti essentiæ, & alij, negant ipsi. 2. Dist. 3. Quæst. 9. §. *Contra primum*. n. 4.

Essentia Diuina sola, & nulla alia superior, est sufficiens ratio cognoscendi inferiorem. *ibidem*. Qu. 10. *Ad primum principale*. H. 17.

Essentia Diuina est ratio cognoscendi singulare, & vniuersale, vel quidditatem; Ergo & species influxa in mente Angeli; In consequentia ista est fallacia accidentis, procedendo à magis perfecto ad minus perfectum affirmatiuè. 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra, ex ijsdem principijs*. *ỽ. Item, secundum eos*. C. 7.

Essentia Diuina, non respectus, nec personale aliquod, est ratio cognoscendi Beatis pœnas damnatorum, in Deo. 4. D. 50. Quæst. 3. §. *Respondeo, hic primo*. *ỽ. Remanet ergo*. A. 2.

Essentia Diuina, sine omni determinatione, & omni determinante re, vel ratione, cognoscibilis est, ex se, & ratio cognoscendi omnium, ad quæ est. 4. Dist. 50. Q. 3. *§. Respondeo, hic primo*. *ỽ. Remanet ergo*. A. 2.

Essentia Diuina est exemplar illimitatum omnium cognoscibilium: & est prima ratio in esse cognito, non autem alia ratio, quæ prius det esse cognitum: & hæc magis determinatè repræsentat, quàm aliquid limitatum, nedum extra existens, imò quam aliquid intra. Illo modo loquebatur Augustinus, quia ipse loquebatur de Ideis, sicut Plato; Plato autem ponebat eas in mente Diuina, sicut per se entia. *ibidem*. *ỽ. Dico, quod falsum*. D. 4.

Essentia Diuina quod non sit ratio cognoscendi omnia cognoscibilia est falsum: Et quando dicitur quod est indeterminata, hoc verum est; non tamen indeterminatione, quæ est cum potentialitate quadam ad contradictoria, quæ est imperfectionis; & isto modo materia est indeterminata ad formas, & genus ad species; & de ista verum est quod non sufficit ad determinatam cognitionem; Sed alia est indeterminatio, & illimitatio actiua, & actualitatis: & talis est sufficiens ratio & causandi, & cognoscendi. Sic essentia Diuina est indeterminata, propter illimitationem suæ perfectionis: Illud autem indeterminatum, quod, propter suam illimitationem, est perfectius, quam deter-

Essentia Diuina vt ratio cognoscendi.

determinatum determinatione opposita, bene potest esse ratio determinatæ cognitionis, sicut esset vnius tantum; Sic autem essentia Diuina se habet ad omnia cognoscibilia. 4. D.50.Q.3.§. *Ad argumenta. Ad primum principale*. E. 7.

Essentia Diuina quatenus repræsentatiua, & repræsentabilis.

Essentia primi efficientis est repræsentatiua infinitorum, distinctè. 1.D.2.Q.2.§. *Ostenso esse de proprietatibus*. ℣. *Primo ostendo*. R. 20.

Essentia Diuina ideo, vt ratio, est respectu infinitorum obiectorum repræsentatiua, quia est prima vnius obiecti, quod perfectè includit omnia illa, inquantum cognoscibilia; Sed illa vna ratio, quæ ponitur à quibusdam in Angelo, repræsentatiua omnium quidditatum à se, non habet aliquod primum obiectum, includens virtualiter omnes alias quidditates, secundum totam cognoscibilitatem suam: ponitur enim præcisè habere pro obiecto omnia creata; & nulla creatura sic includit omnes, adeoque nec potest repræsentare omnes quidditates. 3. Dist. 3. Quæst. 10. §. *Ista opinio*. ℣. *Patet per simile*. B. 8.

Essentia Diuina non est repræsentatiua sui Michaeli prius natura, quàm visio eius causatur in Michaele, & consequenter multo magis non est repræsentatiua alicuius alterius; Sed tàm ipsa, quam alia contingenter repræsentantur per actum voluntatis; ita quod ipsum repræsentare non est præcedens, quomodocunque ipsam intellectionem obiecti, quod dicitur repræsentari. *Quodl*. Q. 14. §. *Hic intelligendum esse*. ℣. *Hinc videtur*. Cc. 20.

Essentia Dei, sub ratione immutabilis, repræsentatur intellectui creato per aliquid omninò mutabile; siue illud sit species, siue actus; quod patet per simile, quia finitum potest repræsentare aliquid sub ratione infiniti. 1. D.3. Q.4. §. *Quantum ad tertium articulum*. ℣. *Patet etiam*. K. 13.

Essentia Diuina vt obiectum cognitum, & cognoscibile.

Essentia Diuina, sub propria ratione cognita, est obiectum, natum causare notitiam huius, *Deus est Trinus, & vnus*, vel similium: ipsa autem, sub tali ratione cognoscibilis, est obiectum nobis supernaturale. *Prolog*. Q.1.§. *Antequam hæc distinctio*. ℣. *Vtrum autem*. N. 22.

Essentia Diuina est primum obiectum intellectus Diuini, non communitate prædicationis, sed est primum secundum virtutem; Non esset autem primum obiectum virtualiter, si quodliber aliud, virtute propria, immutaret intellectum Diuinum. *Prolog*. Q. 3. §. *Contra istud arguitur tripliciter*. ℣. *Tertio, quia si essentia*. V. 22.

Essentia Diuina est in primo signo naturæ nota intellectui Diuino; & in secundo signo naturæ quidditates virtualiter continentes veritates proprias; In tertio autem signo sunt istæ veritates, virtualiter coorentæ in illis quidditatibus, sibi notæ; & non est ordo secundi ad tertium secundum causalitatem, quasi illæ quidditates causent aliquid in intellectu Diuino; sed est tantùm ordo effectuum essentialiter ordinatorum respectu eiusdem causæ; putà quod essentia sua, quasi prius natura, causat illas quidditates sibi notas, quàm veritates de eis fiant notæ. *Prolog*. Qu. 3. §. *Ideo dico aliter*. X. 23.

Essentia Diuina, vt cognita, non admittit aliquam mutationem. 1. Dist. 30. Quæst. 1. §. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. ℣. *Absolute igitur dico*. H. 11.

Essentia Diuina sola est obiectum primum, ex natura rei, & ex se, intellectus Diuini, & voluntatis Diuinæ, & omnia alia sunt secundaria obiecta, & producta, aliquo modo, in tali esse obiecti per actum intellectus Diuini; Adeoque essentia Diuina prius naturaliter est præsens intellectui suo, vt primum obiectum, quam aliquid aliud. 2. Distinct. 1. Quæst. 1. §. *Ad solutionem quæstionis*. ℣. *Primo, quia principium*. D. 9.

Essentia absolutè est primum obiectum, non vt in aliquo, sed vt essentia; Intellectus autem concurrit vt quo quilibet operatur, vt est eius, non vt est alterius. *ibidem*. §. *Quantum ad hoc igitur*. ℣. *Sed numquid Filius*. I 17. Addit. Quæ tamen additio non est in editione recentiori Parisiensi, & locum habet immediatè post versiculum, *Respondeo, & dico*. n. 18.

Essentia Diuina non potest esse obiectum primum, & adæquatum intellectus creati; sed solùm intellectus Dei, cui est proportionata, & respectu intellectus creati est improportionata. 2. D.24. Q. *Vnica*. *Ad secundum principale*. ℣. *Dico, quòd si eus*. F. 7.

Essentiæ Diuinæ quantitas, in ratione obiecti cognoscibilis, est proportionalis quantitati virtuali potentiæ intellectiuæ cognoscentis. 4. Dist. 49. Quæst. 11. §. *Respondeo dicitur communiter ab omnibus*. ℣. *Ad aliud*. D. 7.

Essentia Diuina, in ratione obiecti cognoscibilis, non distat in vno gradu à virtute cognitiua intellectus, licet plus distet à natura. *ibidem*.

Essentia Diuina, vt essentia, est primum obiectum tàm intellectus Diuini, quàm Beati. *Quodl*. Qu. 5. §. *Ad primum*. S. 21.

Essentia Diuina vt obiectum motiuum.

Essentia Dinina, vt est primum obiectum intellectus sui, est primum omninò motiuum in entibus, motione naturali; impropriè accipiendo motionem extensiuè. *Quodl*. Qu. 14. §. *Hic intelligendum est*. ℣. *Item aliqua motio*. Q. 14.

Essentia Dinina est naturale motiuum [intellectui Diuino] ad intelligendum quodcunque intelligibile simplex, sed non, nisi prius illa essentia sit in omnibus suis suppositis; Non quidem quod sine hoc esset defectus principij actiui, sed ex parte termini. *ibidem*. ℣. *Similiter essentia*. Q. 14.

Essentia Diuina in secundo ordine, qui est respectu termini secundi eiusdem essentiæ, scilicet creabilis, mouet primò ad intellectionem simplicem omnis intelligibilis: & hæc intelligentia, vt iam est in tribus suppositis; non autem mouet ad distinctam notitiam veritatis cuiuscunque complexionis, quia si mouet determinatè ad cognoscendam alteram partem in futuris contingentibus, cum naturale mouens necessariò moueat; sequitur quòd intellectus Diuinus intelligeret hanc partem contradictionis fore veram: & ita vel posset errare, vel oppositum non posset euenire; & tunc non esset contingens sed necessarium illud, quod ponitur esse contingens. *Quodl*. Q. 14. §. *Hic intelligendum est*. ℣. *Completo autem*. S. 15.

Essentia Diuina naturaliter mouet intellectum Diuinum, & per consequens necessariò ad cognitionem cuiuscunque, quod est possibile naturaliter, & necessariò cognosci; & huiusmodi est quodcunque obiectum simplex, & etiam quodcunque complexum verum, necessarium; non autem tale est aliquod complexum de existentia contingentis, quia non est natum esse determinatum ad veritatem. *ibidem*. ℣. *Respondeo, naturaliter mouet*. S. 16.

Essentia Dinina, si moueret necessariò intellectum Diuinum cognitionem de complexo contingenti habendam [in ordine motionis naturalis, antecedenter ad ordinem motionis contingentis] aut moueret ad cognoscendum sub distinctione hoc fore, vel non fore; Et hæc cognitio non est determinata de altera parte: aut si moueret determinatè ad cognoscendum alteram partem, illa necessariò esset determioata. *Quodl*. Q. 14. §. *Hic intelligendum est*. ℣. *Respondeo, aut moueret*. S. 16.

Essentia Diuina, vt essentia, nullum intellectum creatum mouet, tanquam motiuum per modum naturæ; sed omnem

Essentia Diuina vt obiectum motiuum.

omnem intellectionem illius essentiæ, quàm non causat aliquod creatum, causat immediatè voluntas Diuina. *ibidem*. ỿ. *Completo igitur toto ordine*. T. 16.

Essentia Diuina est motiua immediatè sui intellectus; sed non intellectus creati; quia intellectus Diuinus est primum mobile omninò, & ideo primò mouetur à prima forma motiua: & nihil aliud est immediatè mobile à prima forma motiua; quia non potest immediatè moueri, nisi primò modo motionis, & nihil aliud natum est sic moueri; Si igitur concludatur quod essentia Diuina eodem modo mouet omnem intellectum, concedatur quem immediatè mouet, sed ille est solus intellectus Diuinus. *ibidem* ỿ. *Per hoc patet*. V. 17.

Essentia Diuina non est immediatè motiua alicuius intellectus, nisi primi. *ibidem*.

Essentiæ Diuinæ non est proprius actus mouere ad actum beatificum; neque est prius actus voluntatis, imo est propriè actus illius voluntatis. *ibidem*. ỿ. *Ad aliud dico*. X. 17.

Essentia Diuina, vt quodammodo prior voluntate, licet sit obiectum primum, & immediatum visionis beatificæ, in ratione terminantis, non tamen est obiectum immediatum, in ratione mouentis; sed tantum mouens remotum, pro quanto mouet intellectum Diuinum ad visionem, præcedentem illud velle, quo mouetur intellectus Michaelis ad visionem. *Quodl.* Quæst. 14. §. *Hic intelligendum est*. ỿ. *Ad aliud dico*. X. 17.

Essentia Diuina non habet rationem motiui ad visionem sui in intellectu creato, nisi inquantum præsupponitur ipsam mouisse intellectum Diuinum ad visionem, quæ præsupponitur ipsi *velle* Diuino, motiuo intellectus creati; Vnde non se habent essentia, & voluntas vt mouens superius, & inferius, propriè loquendo, sic intelligendo quod vtrumque attingat ipsum motum; sed tantum voluntas attingit intellectum creatum, tamen præsupponit motionem intellectus Diuini ab ipsa essentia, sine qua ipsa voluntas non haberet illud *velle*, quo mouet. *ibidem*. ỿ. *Ad tertium dici potest*. X. Y. 18.

Essentia sola Diuina immediatè attingitur ab intellectu Beato, quia ipsa sola primò mouet, & per consequens, ad se ipsam attingendam. *Quodl.* Q. 15. §. *De secundo articulo*. ỿ. *Sed posset dici*. V. 21.

Essentia Diuina sub ratione præcisionis.

Essentia Diuina possibile est Viatorem frui, non fruendo persona, & hoc fruitione ordinata. 1. D. 1. Q. 2. §. *De primo dico*. A. 2.

Essentia Diuina quòd terminet actum, tàm visionis, quàm fruitionis Comprehensoris, quem non terminet persona; vel quòd talem actum terminet vna persona, & non alia; putà quòd intellectus videat essentiam, non personam; vel vnam personam, & non aliam; & quòd voluntas fruatur essentia, non persona: vel fruatur vna persona, & non alia, non est impossibile, de potentia absoluta. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantum ad istum articulum*. C. 5.

Essentia Diuina in se est primum obiectum, à quo essentialiter dependet actus visionis: Res autem visæ sunt obiectum secundarium, à quo essentialiter non dependet ille actus, qui licet non possit manere idem, nisi habeat habitudinem ad primum obiectum; potest tamen manere idem sine habitudine ad secundum, quia ab eo non dependet; Visio itaque non posset manere eadem, nisi esset eiusdem essentiæ; at posset manere eadem, absque hoc quod essent res visæ in ea; Quare sicut Deus potest cooperari ad actum illum, inquantum tendit in primum obiectum, non cooperando in ipsum, inquantum tendit in secundum, & tamen est actus idem: ita, sine contradictione, potest cooperari ad visionem essentiæ, vel fruitionem, quia essentia habet quasi rationem primi obiecti; non cooperando eidem actui visionis, vel fruitionis, inquantum tendit in personam: & ita in vnam, quod non in aliam; quia personæ habent rationem obiecti, quasi secundarij. 1. D. 1. Q. 2. §. *Quantum ad istum articulum*. ỿ. *Modus ponendi est iste*. C. 6.

Essentia Diuina sub ratione præcisionis.

Essentiæ Diuinæ in actuali consideratione possibile est aliquem stare, nihil considerando de persona, vt patet in Philosophis: & sic considerare essentiam, non considerando personam, inueniet in ea rationem finis, & omnis boni; & per consequens essentiæ, vt essentia est, potest facere reuerentiam, vel irreuerentiam, non faciendo alicui personæ; & proinde potest facere vni personæ, non faciendo alteri. 2. Dist. 43. Qu. 1. §. *Respondeo hic primo*. ỿ. *Præterea magis distinguitur*. B. 3.

Essentia Diuina à ratione suppositi distincta.

Essentia Diuina, non videtur intelligibile quòd non plurificetur, & supposita sint plura; nisi aliqua distinctio ponatur inter rationem essentiæ, & rationem suppositi. 1. Dist. 2. Quæst. 7. §. *Sed hic restat vlterior difficultas*. Ee. 41. & D. 34. Q. *Vnica*. §. *Contra istas tres quæstiones*.

Essentiæ ratio, vt essentia; & ratio, qua formaliter suppositum est incommunicabile, habent aliquam distinctionem, præcedentem omnem actum intellectus creati, & increati. 1. D. 2. Q. 7. §. *Sed hic restat vlterior difficultas*. Ff. 41.

Essentia Diuina non includit in sua ratione formali proprietatem suppositi, nec è conuerso; & ideo potest concedi quòd, ante omnem actum intellectus, est realitas essentiæ, quæ est communicabilis; & realitas suppositi, qua suppositum est incommunicabile: &, ante actum intellectus, hæc realitas formaliter non est illa, vel non est eadem formaliter illi. *ibidem*. ỿ. *Vel vt propriissimè dicatur*. Hh. 44.

Essentia, & proprietas personalis melius est dicere, quòd non sint formaliter idem, quàm quòd sint formaliter distinctæ. *ibidem*. ỿ. *Numquid igitur*. Hh. 44.

In essentia Diuina, ante actum intellectus, est entitas A. & est entitas B. & hæc non est formaliter illa; ita quod intellectus Paternus considerans A. & considerans B, habet, ex natura rei, vnde ista compositio sit vera, A. non est formaliter B, non autem præcisè ex aliquo actu intellectu acircea A, & B. *ibidem*. ỿ. *Breuiter igitur dico*. Hh. 44.

Essentia Diuina, in re, est ad se, & non ad aliquid: &, in re, Pater, inquantum Pater, relatiuè dicitur; Non est autem formaliter eadem entitas ad se, & non ad se. *ibidem*. ỿ. *Ista autem distinctio*. Hh. 45.

Essentia Diuina, vt ex Augustino concluditur. c. 14. *de Minoribus*, *non ideo est vna*, *quia Pater non est Filius*, *& Filius non est Pater*: *aut ille ingenitus*, *ille autem genitus*, *quia his nominibus relatiua eorum ostenduntur*: *vterque autem simul vna sapientia*, *& vna essentia*. Vnde, secundum August. non est identitas formalis relationis ad absolutum in Diuinis; Quod si vnum erit *quo* respectu alicuius, alterum non erit *quo* respectu eiusdem; esse autem *quo* conuenit alicui secundum eius rationem formalem, adeoque vnum eorum non est de ratione formali alterius, sed extra eam; & per consequens non est idem formaliter alteri. *ibidem*. ỿ. *Item in eodem*. Hh. 46.

Essentia Diuina vt aliquid, præter relationem.

Essentia Diuina, secundum August. 7. de Trin. cap. 1. vel 5. *Si relatiuè dicitur*, *non est essentia*, *quia omnis essentia*, *quæ relatiuè dicitur*, *est aliquid*, *excepto relatiuo*. 1. D. 1. Q. 2. §. *De primo dico*. A. 2. & *ibidem*. D. 2. Q. 7. §. *Sed hic restat vlterior difficultas*. ỿ. *Ista autem distinctio*. Hh. 45. & *Quodl.* Q. 1. §. *De primo hic quæritur*. ỿ. *De primo in Diuinis*. B. 2.

Essentia Diuina est res ad alterum: Hoc potest intelligi dupliciter, per identitatem, & formaliter: Primo modo posset concedi, & est sensus dicti, quòd Diuinitas est res, quæ est ad alterum, quia est paternitas; non autem est concedendum formaliter, quòd Diuinitas, secundum suam formam, sit ad alterum; sed quia in anteceden-

Essentia Diuina vt aliquid præter relationem.

recedente, *Paternitas, vt comparatur ad essentiam, est res ad alterum*, fuit prædicatio formalis; ideo si inferatur similis prædicatio in consequente, quod *Diuinitas est formaliter ad alterum*, neganda est consequentia, quia non oportet quod prædicatum eo modo conueniat determinationi, quo conuenit alicui intellecto sub tali determinatione, quando illa determinatio non notatur esse ratio inhærentiæ prædicati ad subiectum, sicut hic. *Quodl.* Qu. 3. §. *Respondeo ad primum.* ℣. *Et vltra cum dicis*. N. 13.

In essentia est relatio; ergo essentia potest denominari à relatione; & per consequens essentia formaliter refertur ad alterum; non sequitur, quia quod ibi intelligitur quasi susceptiuum formæ, est illimitatum ad oppositas formas, vel relationes, & tamen non distinguitur ab eis; Quod autem denominatur à forma aliqua, denotatur per hoc esse, distinctum ab opposito. *ibidem*. ℣. *Sed si obyciatur*, & ℣. *Ad formam ergo rationis*. N.O. 13. 14.

Essentia Diuina quo ad Theologiam.

Essentia Diuina est primum subiectum Theologiæ contingentis, sicut est subiectum primum Theologiæ necessariæ, & hoc tàm huius Theologiæ contingentis in se, quàm vt est in intellectu Diuino, & Beatorum: Vnde totius Theologiæ in se, & Dei, & Beatorum, primum subiectum est essentia Diuina, vt hæc. *Prolog.* Qu. 3. §. *Nunc autem videndum est*. ℣. *Dicitur autem primum subiectum*. N. 13.

Essentia Diuina vt obiectum voluntatis Diuinæ.

Essentia Diuina, quæ est obiectum voluntatis rectæ infinitæ, est, ex se, volenda. 1. Distinction. 10. Quæst. *Vnica*. §. *Contra idem est principium*. ℣. *Item ista ratio*. N. 11.

Essentia Diuina est primum obiectum voluntatis Diuinæ; non Pater, vt Pater; nec Filius, vt Filius. 1. D. 12. Q. 1. §. *Contra istam opinionem arguitur*. ℣. *Secundo probo consequentiam principalem*. H. 6.

Essentiam Diuinam præsentem habens sibi voluntas, siue vt amabilem, siue vt amatam, magis est principium producendi amorem adæquatum illi, quàm vt habet Patrem, vt Pater; vel Filium, vt Filius pro obiecto, vel saltem non minus: & ita cum voluntas prius habeat essentiam pro obiecto, quàm Patrem, vt Pater est, prius spirabitur Spiritus Sanctus voluntate, vt est essentiæ Diuinæ tamquam primi obiecti, quàm voluntate, vt est Patris, vel Filij tamquam obiecti secundi. *ibidem*.

Essentia non esse primum obiectum voluntatis Diuinæ, sed rationem formalem in primo obiecto, quod est persona, falsum est, quia vnum est primum obiectum voluntatis. *ibidem*. ℣. *Si dicatur* H. 6.

Essentiam Diuinam inquantum habent præsentem Pater, & Filius vt obiectum primum voluntatis suæ, spirant Spiritum Sanctum. *ibidem*. ℣. *Ex istis duabus*. I. 7.

Essentia Diuina quo ad prædicationem.

Essentia Diuina non prædicatur per se primo modo de Patre, neque formaliter. 1. D. 5. Qu. 1. §. *Ad argumenta logica*. H. 10.

Essentia est Pater, ista potest distingui, quia Pater potest summi adiectiuè, vel substantiuè: secundo modo significat personam, cuius est Paternitas; & concedo eam esse veram per identitatem; quia substantiuum potest prædicari de aliquo per identitatem: primo modo significat ipsam proprietatem denominatiuè, quia idem est Patrem esse, & genuisse: hoc modo ista est falsa, *Essentia est Pater*, quia significat Patrem formaliter prædicari de essentia. *ibidem*. ℣. *Ad aliud dico*. I. 10.

Essentia est Pater Filij, ista etiam distinguitur, sicut iam distincta est illa præcedens; scilicet, *essentia est Pater*; & substantiuè est vera; adiectiuè falsa. *ibidem*. ℣. *Ad aliud, essentia*. & ℣. *Ideo teneo opinionem*. K. 12.

Essentia si est Pater Filij, ergo Filius est Filius essentiæ: non valet consequentia, quia in consequente plus significatur, quàm in antecedente; In antecedente enim notatur identitas ad aliquid, de quo dicitur; sed in consequente significatur illud aliud referri ad illud formaliter. *ibidem*. ℣. *Ad secundam eius rationem*. L. 13.

Essentia non dicitur communicans, sed bene communicata. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Per idem ad secundum*. H. 9.

Essentia Diuina est infinita: Paternitas; vel relatio Diuina est essentia; ergo Paternitas est infinita: sic arguendo est figura dictionis, sicut arguendo sic: Deitas intelligit; Paternitas est Deitas; ergo Paternitas intelligit: Cuius ratio est, quia in abstractis benè potest esse prædicatio identica; Vbi autem prædicatum est adiectiuum, non potest esse vera, nisi sit formalis; Si ergo maior est vera formaliter, vel identicè, non curo: Et minor est tantummodo vera prædicatione identica, inferendo conclusionem, quæ non potest esse vera, nisi formali prædicatione, vtpotè, quia prædicatum est aliquod adiectiuum: in illa illatione interpretor identicam prædicationem minoris esse formalem, quia non posset inferri conclusio ista, nisi talis fuisset prædicatio in minori: Et in ista interpretatione, quæ fit inferendo conclusionem, est commutatio; Sicut inferens ex præmissis, *Sortes est homo; & Plato est homo; ergo Sortes est Plato*, interpretatur fuisse hominem hoc aliquid in præmissis, quia aliter non posset inferre conclusionem ex præmissis; & ideo *quale quid* commutatur in *hoc aliquid*: Sic in proposito, *Essentia est infinita*, est prædicatio formalis; *Paternitas est essentia*, est prædicatio tantùm identica: Si inferatur, *Paternitas est infinita*, non potest esse prædicatio, nisi formaliter: & illa non sequitur, nisi interpretando prædicationem in minori, quæ fuit tantùm identica, esse formalem; & per consequens non sequitur, nisi commutando prædicationem identicam in formalem. 4. D. 12. Qu. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad quartum*. O. 21.

Essentia Diuina cum sit omninò primum in Diuinis, est similiter commune, communitate reali; quia dicitur de qualiber persona, & de omnibus singulariter; & ideo quodcunque etiam aliud prædicetur simili modo in Diuinis, dicitur *essentiale*, quia simile essentiæ in modo prædicandi, siue in communitate reali: Et per oppositum, *notionale* dicitur illud, quod nec sic prædicatur, nec habet talem communitatem; sed quod pertinet ad notitiam distinctionis personarum. Sic distinguit Theologus *essentiale* contra *notionale*. *Quodl.* Q. 1. §. *De altero termino*. ℣. *Vna, quod aliter*. D. 5. 6.

Essentia Diuina quo ad rationem agendi.

Essentia Diuina si per se existat in aliquo instanti naturæ, antequam intelligatur esse in supposito, vel persona; in illo priori non est suppositum agens, in potentia propinqua, ad agendum. 1. D. 7. Qu. *Vnica*. §. *Quia autem aliqua argumenta*. ℣. *Ad primum dico*. Y. 22.

Essentia Diuina sola potest esse prima ratio agendi, tàm intellectui Diuino, quàm voluntati; quia si aliquid aliud posset esse prima ratio agendi, vilesceret illa potentia. 3. D. 32 Q. *Vnica*. §. *Tertium patet*. F. 5.

Essentiæ Diuinæ immediatior est potentia, quàm actio realis productiua, secundum illam potentiam. *Quodl.* Qu. 1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Secunde ad idem*. Q. 17.

Essentia Diuina, vt essentia, non est principium agendi, nisi per modum naturæ; Deus autem ad extra nihil agit hoc modo [& per consequens essentia non est illi principium proximum formale agendi ad extra]. *Quodl.* Qu. 8. §. *De primo*. ℣. *Contra hoc essentia*. C. 7.

Essentia Diuina quo ad causalitatem.

Essentia Diuina non causat in nobis, immediatè, actum credendi; sicut causabit, immediatè, actum videndi. 1. D. 1. Q. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Cum probatur vlterius*. L. 13.

Essentia Diuina non est creaturæ causa præcisa cognoscendi, licet sit ad id causa perfectissima; siquidem creatura, præter essentiam diuinam, habet aliam causã cognitionis

suæ,

Esfentia Diuina quo ad caufalitatem.

fuæ, fcilicet effentiam propriam, quæ nata eft gignere notitiam fui; nunquam tamen per motionem fuam ita perfectè cognofcitur res, ficut per effentiam Diuinam. 1.D.3.Q.2.§ *Ad argumenta huius quæftionis*. ℣. *Ad fecundum dico*. V. 30.

Efsentia Diuina nihil, aliud à fe, caufat naturaliter, naturali caufatione. 2.D.3.Q.9.§. *Ad quæftionem igitur refpondeo*. ℣. *Hac diftinctione*. D. 7.

Efsentia Diuina, quæ, fecundum fe ipfam, eft intimior intellectui Angeli, quàm fpecies intelligibilis, diftinctè ipfam repræfentans, propter iftam intimitatem poffet caufare immediatè illum actum, quem caufat fpecies: non tamen ifte actus effet in poteftate Angeli, ficut nec ipfa caufa, caufans ipfum: & fi quandoque ceffaret ab actu, non poffet iftum actum iterum habere, nifi ab effentia illa, caufante illum actum; quod non effet in poteftate ipfius Angeli. 4. D.3.Q.9.§. *Ad rationes principales*. Q. 17.

Efsentia Diuina non poteft alicui date effe à fe, in quocunque genere caufæ, perfectius, quàm fit effe, quod ipfa dat formaliter. 4. D.12. Q.3.§. *Dico ergo ad quæftionem*. ℣. *Tertio fic: fi forma*. I. 15.

Efsentia Diuina fi non effet formaliter volens, nihil omninò poffet caufare ad extra; quia nihil poffet caufare, nifi naturaliter; & quodcunque extrinfecum, cum fit formaliter poffibile, non poffet effe à neceffario, nifi contingenter. *Quodl*.Q.14.§. *Hic intelligendum eft*. ℣. *Et per hoc patet ad confirmationem*. X. 17.

Efsentia Diuina quo ad Beatitudinem.

Efsentiæ vnitas, & non ipfa Trinitas, erit ratio formalis videndi, vel caufa inhærentiæ prædicati ad fubiectum, fcilicet fruitionis, vel vifionis. 1.D.1.Q.2.§. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Cum probatur minor*. L. 13.

Efsentia Diuina non eft formaliter beatitudo noftra. 1. D. 3. Q. 7. §. *Conclufio iftarum duarum opinionum*. ℣. *Si dicas*. H. 15.

Efsentia Diuina, quæ eft primum obiectum formale intellectus Diuini, eft etiam primum obiectum formale voluntatis Diuinæ. ita quod vtraque potentia beatificatur in eodem obiecto primo, fecundum eamdem rationem formalem primi obiecti; nulla enim perfectio, quafi radicata in ipfa effentia Diuina, eft primo beatificatiua intellectus, vel voluntatis Diuinæ, fed ipfa effentia Dioina, fub omnimoda prima ratione, vt fcilicet eft fundamentum omnis perfectionis in Diuinis. 1.D.13.Q. *Vnica*.§. *Ad argumenta principalia. Ad fecundum*. ℣. *Ad aliud de potentijs*. Q. 23.

Efsentia Dioina, vt eft primum obiectum intellectus Diuini, vifa, prima cognitione intuitiua, ante omnem negociationem cuiufcunque intellectus, eft obiectum beatificum illius intellectus; quia ille non beatificatur per actum negotiatiuum. 1. Dift. 31. Quæft. *Vnica*. §. *Quantum ad primam conditionem*. ℣. *Sed contra iftud*. A. 2.

Efsentia Dioina, per quemcunque illapfum; non eft forma Beati, & per confequens oportet aliquid aliud fibi ineffe, quo formaliter fit Beatus. 4. Dift. 49. Qu. 2.§. *Ad iftam fecundam quæftionem*. ℣. *Contra iftam opinionem*. A. 2.

Effentia Diuina principalius perficit effentiam [creaturæ beatificabilis] *quam potentiam*; hæc eft falfa, loquendo de perficere formaliter; quia Deus, vt illabens efsentiæ, non perficit eam formaliter, fed tantum ficut aliqua caufa extrinfeca, vt obiectum; illabens autem potentiæ perficit eam, tanquam caufa extrinfeca, vt obiectum; & perficit eam formaliter per formam caufatam, quæ eft operatio, attingens ipfam, vt obiectum; Si autem loquaris de perficere qualitercunque, informando, vel aliter, vt accipias quod per illapfum verius perficit effentiam, quàm potentiam: Si confideretor, non fequitur quod per talem illapfum beatificaretur; nam iftud perficere pertinet ad actum primum, & confequenter non eft perficere beatificum. 4.D.49.Q.2.§. *Ad iftam fecundam quæftionem*. ℣. *Secunda ratio*. C. 9.

Efsentia Diuina, & res in ipfa, eodem actu videtur ab intellectu Beati. *Quodl*.Q.15.§. *De fecundo articulo*. ℣. *Item eodem actu*. V. 21.

Effentia Diuina non eft in memoria creata Beati, aliquo ordine, priùs quàm in intelligentia; quia non caufatur aliqua forma in intellectu beato, repræfentans illam efsentiam; Sed primum, quod caufatur in intellectu beato, eft ipfa vifio; illa autem caufatur in ipfa intelligentia. *Quodl*.Q.15.§. *De fecundo articulo*. ℣. *Ad fecundum diceretur*. X. 23.

Effentia Diuina quo ad vnionem Hypoftaticam.

Efsentia Diuina videtur poffe efse terminus proximus vnionis [naturæ humanæ] quia ipfa nullum efse habet à perfona, fed eft prius naturaliter, quàm fit in perfona, & dat efse perfonæ; eft enim natura de fe hæc, & per fe fubfiftens, licet non incommunicabiliter: Videtur autem quod incommunicabilitas non fit ratio proptia terminandi dependentiā [naturæ creatæ dependentis in efse fubfiftentis] Sed fubfiftentia fingularis. 3. D.1.Qu. 2. §. *Ad quæftionem igitur*. ℣. *Quod autem ipfa effentia*. B.6. & Dift. 5. Quæft. 2. §. *Ad primam quæftionem*. A. 2.

Efsentia Diuina non eft formalis ratio terminandi vnionem hypoftaticam, qua natura humana vnitur Verbo Diuino; fed proprietas perfonalis; aliàs in quocunque fuppofito eft ratio formalis terminandi iftam vnionem, ipfum terminaret eam; fuppofitum enim ideo terminat, quia habet rationem formalem terminandi; Sicut ideo creat, quia conuenit ei formaliter ratio creandi: & propter hoc in quocunque eft ratio formalis creandi proxima, creat; Vnde necefse eft tres perfonas fimul creare. 3. D. 1. Q. 5.§. *In ifta quæftione*. ℣. *Dico ergo*. A. 4. & D. 5. Q. 2.§. *Ad primam quæftionem*. A. 2.

Efsentia Diuina, vt alio, & alio modo habita à perfonis Diuinis, non eft formalis ratio terminandi vnionem hypoftaticam, ita quod fic haberi fit proxima ratio terminandi eam. *ibidem*. ℣. *Primo fic*. B. 7.

Efsentia Diuina, propter diftinctionem habendi eam in perfonis, quæ necefsaria eft, non eft ratio terminandi vni perfonæ, & non alij vnionem hypoftaticam, quod terminare eft contingens. *ibidem*. ℣. *Secundo, quia non eft*. B. 7.

Efsentia Diuina non eft formalis ratio terminandi vnionem hypoftaticam, licet fit ratio efficiendi eam; potuit tamen ipfa efse formalis ratio terminandi. 3.D.5.Q.2.§. *Ad primam quæftionem*. A.2. & D.1.Q.2.§. *Ad quæftionem igitur*. ℣. *Quod autem ipfa effentia*. B. 6.

Effentia Diuina in ordine ad creaturam.

Efsentia Diuina licet poffit comparari ad creaturam, & hoc tam per actum intellectus creati, quam increati, & fic in ea caufare relationem rationis; tamen ifta relatio non eft ratio terminandi relationem creaturæ ad ipfum Deum. 1. D. 30. Q. 2.§. *Refpondeo igitur ad primam quæftionem*. ℣. *Hoc etiam poteft declarari*. G. 10.

In efsentia Diuina (fi vera eft fententia Henrici de cognitione creaturarum per relationes rationis) relationis iftæ erunt præcisè, vt habet efse diminutum in intellectu, comparante efsentiam ad creaturam, non vt efsentia eft aliquid in fe: & vltra, efsent in efsentia, fi, per impoffibile, illa efsentia non efset, dum tamen ab aliquo intellectu intelligente compararetur ad eofdem terminos: & vltra, fi, per impoffibile, efsent duo Dij, efsent in intellectu huius Dei, comparante iftum Deum ad creaturas, & non in ifto Deo in fe. 1. D. 35. Q. *Vnica*. §. *Contra fecundam pofitionem*. E. 8.

In efsentia eft imitabilitas, ante comparationem factam per intellectum, efsentiæ, vt imitabilis à creatura. *ibidem*. ℣. *Præterea Deus*. E. 8.

Efsentiæ Diuinæ præcifa ratio eft ratio formalis terminandi omnem actum, & habitum Theologicum; & hoc in quacunque natura intellectuali. 3. Dift. 27. Quæft. *Vnica*.§. *Quantum ad iftum articulum*. ℣. *Prima ratio*. C. 7.

Efsentia Diuina nunquam eft comparata ad extra, nifi prius intelligatur illud, ad quod fit comparatio; non enim

fit

Essentia Diuina in ordine ad creaturam.

fit comparatio ad ignotum. 4. D. 50. Q. 3. §. *Respondeo hic primò est videndum*. ℣. *Sed quid facit idea*. C. 4.

Essentia Diuina, *siue* Per essentiam Diuinam, quæ perfectissimè omnia repræsentat, non per cognitionem respectus comparationis ad illa, ad quæ comparatur ad extra, cognoscuntur illa, ad quæ comparatur, quæ, vt sic repræsentana illa obiecta, habet rationem Ideæ. 4 D. 50. Q. 3. §. *Respondeo, hic primo est videndum*. ℣. *Per quid ergo cognoscuntur*. C. 4.

Essentia vnica Diuina de facto terminat sufficienter omnem dependentiam cuiuscunque dependentis, quia tàm illam, quæ est ad primam causam efficientem, quàm illam, quæ est ad causam exemplarem, & ad primam finalem. *Quodl.* Q. 5. §. *Prima ratio sic formatur*. ℣. *Ex comparatione autem*. H. 9.

Essentia incausata.

Essentia cuiuscunque si est incausata; *Vel sic*, Cuius essentia est, secundum se, incausata, ipsum est, secundum se, incausatum, quia quod aliquid Causetur per se, & non eius essentia, quæ est idem sibi per realem identitatem, omninò nihil est dictum: Vnde illud, cuius essentia est incausata à causis intrinsecis, est incausatum à causis intrinsecis. 3. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ℣. *Præterea cuius essentia*. A. 6.

Essentia finita, & creata quo ad quidditatem.

Essentia quæcunque absolutè finita, in se est finita, vt præintelligitur omni comparationi sui ad aliam essentiam. 1. D. 2. Quæst. 2. §. *Vltimo ostenditur*. ℣. *Breuiter dico*. Cc. 33.

Essentia quælibet creata, licet ipsa sit quidditas, & quanta, ita quod semper est in certo gradu perfectionis, & qualitatis essentialis, prius tamen est quidditas, quàm quanta, vel qualis; priùs est in indiuiduo ratio identitatis ad aliud indiuiduum, quàm æqualitatis, & similitudinis. 1. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad istud potest dici*. Cc. 53.

Essentia aliqua quod sit extra causam suam, & quod non habeat aliquod esse, quo sit essentia, est mihi contradictio. 2. D. 12. Qu. 1. §. *Sequitur secundo videre*. ℣. *Quomodo igitur*. F. 16.

Essentia quælibet creata non est aliud, quàm dependētia sui ad Deum. 2. D. 12. Q. 2. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Dico, sicut dictum est*. D. 5.

Essentia sicut est ad esse, sic potentia ad posse; Igitur sicut essentia est potentia, sic esse est posse, conceditur argumentum. 2. D. 16. Q. *Vnica*. §. *Rationes istæ non cogunt*. ℣. *Ad aliud dico, quod maior*. E. 10.

Essentia substantiæ ignis est sufficiens ratio intrinseca igni essendi substantiam, circumscripta quacunque alia re ab essentia; Vnde si essentia ignis dicit solam formam, circumscripta omni alia re à forma, forma erit sufficiens ratio ipsi igni essendi ignem, & substantiam; & consequenter ignia esset verè ignis, si sola forma ignis esset, quod est destruere omnem materiam; Patet enim quod sicut albedo est sufficiens ratio essendi album, & humanitas essendi hominem, & igneitas ignem: ita si sola forma ignis esset, & nulla materia; forma esset sufficiens ratio, habenti eam, essendi ignem. 3. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Contra ista*. ℣. *Sed vltra contra conclusionem*. n. 5.

Essentia quo ad existentiam, & operationem.

Essentia non potest esse sine existentia, nec, è conuerso, existentia sine esse, qualitercunque distinguantur. 1. D. 36 Q. *Vnica*. §. *Ad primum principale*. H. 11.

Essentia in quocunque instanti naturæ, vel durationis habetur perfecta, in eodem habetur perfectum principium operandi operationes, conuenientes potentiæ, & per consequens perfecta potentia: & ita si esse sit aliud à potentia, potentia præcederet ipsum esse. 4. D. 13. Q. 1. §. *De tertio articulo*. ℣. *Ad argumenta pro ista instantia*. Dd. 38.

Essentia, & eius existentia in creaturis se habent sicut quidditas, & modus; ideo distinguuntur: In Diuinis autem existentia est de conceptu essentiæ, & prædicatur in primo modo dicendi per se; sic, quod propositio illa: *Deus est*, est per se prima, & immediata, ad quam omnes aliæ resoluuntur. *Quodl.* Qu. 1. §. *De primo hic quæritur*. ℣. *Ad secundum dici potest*. C. 4. Addit.

Essentia quælibet, & creata quo ad sui notitiam, producibilitatem, intelligibilitatem, & beatitudinem.

Essentia quælibet cognita habitualiter, continet virtualiter primo notitiam omnium veritatum illius habitus. Prol. Q. 3. *quæ est secunda lateralis*. §. *De secundo dico*. ℣. *Nota, quod quælibet essentia*. A. 4. *Additio, quæ in aliquibus impressionibus deest*.

Essentia omnis creata alicui intellectui creato potest esse naturaliter nota. *ibidem*. §. *Ex dictis patet responsio*. ℣. *Secundo sic*. E. 7.

Essentias creatas (quas produci ab æterno in esse essentiæ docet Henricus) Deus producit in esse, aut vt cognoscens, aut vt non: Si sic; ergo sunt cognitæ, antequam sint in isto esse, & ita frustra ponuntur istæ entitates, propter cognitionem Dei æternam: Si non; igitur producit eas merè naturaliter; sicut ignis calefacit; quod videtur valdè absurdum de quocunque producto alio à se in natura. 1. D. 36. Qu. Vnica. §. *Contra ista arguitur*. ℣. *Præterea quinto*. B. 5. & 2. D. 1. Q. 2. §. *Sed contra istud*. ℣. *Contra istud est argumentum*. B. 6.

Essentiæ, & existentiæ rerum possunt à nobis intelligi; non tamen propter intellectionem nostram, ponitur quod habeant verum esse essentiæ, vel esse existentiæ. *ibidem*. §. *Concedo conclusionem*. C. 6.

Essentia Angeli licet sit actu intelligibilis, non tamen singulare sensibile; loquendo de intelligibili intellectione abstractiua tali, quali cognoscitur vniuersale. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. *Ad tertium*. ℣. *Ad probationes illas*. O. 29.

Essentia superior habet rationem mensuræ respectu inferioris: nec tamen semper inferior habet, respectu superioris, relationem attingentiæ vnientis formaliter, in ratione medij ad terminum, ad quem venit. *Quodl* Q. 13. §. *Circa secundum*. ℣. *Ista autem distinctio*. M. 11.

Essentia nulla creata, medianre sua voluntate mouet intellectum creatum, quia quælibet talis essentia est immediatè motiua intellectus creati, & ideo motione naturali. *Quodl.* Q. 14. §. *Hic intelligendum*. ℣. *Per hoc patet*. V. 17.

Essentia naturæ creatæ non potest beatificari, vt distinguitur à potentijs. 3. D. 2. Q. 1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad aliud de essentia*. I. 14.

Essentia creata vt exemplar, & repræsentatiua.

Essentia creata, inquantum talis essentia, creata est secundum determinatum exemplar, & ideo quælibet repræsentat Deum sub ratione vestigij. 1. D. 3. Q. 5. §. *Ad primum argumentum principale*. ℣. *Ad secundum dico*. N. 15.

Essentia aliqua si esset determinata ad representandum tantùm hanc essentiam, illa esset determinata duplici determinatione ad contradictoria, & determinatione ad alia. 4. D. 50. Q. 3. §. *Respondeo. hic primo*. ℣. *Remanet ergo quæstio*. A. 2.

Essentiæ duæ, in vnitate suppositi vnitæ, quomodo prædicentur.

Essentiæ duæ dicuntur duo neutraliter, sed non propter hoc Christus [in quo sunt duæ essentiæ, Diuina scilicet; & humana] est duo neutraliter, quia non est illæ duæ naturæ, [non enim est natura Diuina, vel humana]. 3. D. 6. Qu. 2. §. *Ad primum argumentum in oppositum*. ℣. *Ad vltimum patet per idem*. D. 7.

Essentia Angeli, & animæ.

Essentia Angeli per se existens, per hoc quod est præsens ipsi intellectui, non potest intellectus habere operationē, cuius essentia, vel similitudo nata est esse ratio. 2. D. 3.

Essentia Angeli, & Animæ.

Quæst. 8. *§. Contra, hæc opinio. ✠. Ex hoc arguo.* A.4.

Essentia animæ immediatè attingit finem, si se ipsa immediatè, & non mediante aliquo accidente, realiter differente ab ipsa, operetur, & agat. 2. D.16. Q. *Vnica. §. Dico igitur. ✠. Præterea, quanto ordinatum ad finem.* H.16.

Essentia animæ, indistincta re, & ratione, potest sustineri quod sit principium plurimu actionum, sine diuersitate reali potentiarum, ita quod sint vel partes animæ, vel accidentia eius, vel respectus. 2. D.16. Q. *Vnica. §. Contra quia non quærimus. ✠. Dico igitur.* G.16.

Essentia animæ si sit omnino idem potentijs ipsis, tunc non est ordo excedentiæ in re [ita quod essentia sit supremum in anima]: Si autem est aliquo modo fundamentum potentiarum, tunc licet sit supremum ratione actus primi, tamen non est nata habere actum secundum supremum; nec per consequens attingere bonum supremum extrinsecum, nisi mediante potentia, quia illud nullo modo attingitur, nisi per operationem potentiæ. 3. D.2. Q.1. *§. Ad argumenta pro opinione. ✠. Ad aliud de essentia.* I.15.

Essentia intimior est animæ, quam eius operatio; & tamen intellectus alius separatus potest essentiam intelligere [& per consequens operationem]. 4. Distinct 45. Quæst. 4. *§. Hic tria sunt videnda. ✠. Respondeo intimior est.* B.3.

Essentia Angeli, vel animæ est simpliciter perfectiis sua beatitudine inhærente, quæ accidens est; & per consequens non est inconueniens quod aliqua perfectio, quæ est actus primus animæ, vel Angeli in esse substantiali, sit verior eius perfectio, quia intimior; sit etiam in se nobilior perfectio, quàm beatitudo, vel aliqua, pertinens ad actum secundum; beatitudo tamen est nobilissima perfectio secunda. 4. D.49. Q.2. *§. Ad istam secundam quæstionem. ✠. Respondeo, substantia est.* C.9.

Essentiale.

Essentialis attributio non est, nisi ad essentialiter prius. *Prol.* Q.3. *§. Ex prædictis apparet.* O.14 *Est secunda lateralis.*

Essentiale, in Diuinis, est ratio formaliter terminandi actum amandi, vt propter quam; sed personæ terminant, vt quæ amantur. *Prol.* Q.4. & 5. *§. Si obijciatur contra hoc sic. ✠. Respondeo.* P.32.

Essentiale in Diuinis quo ad perfectionem.

Essentialia prædicata, per identitatem, transeunt in essentiam, siue substantiam, sed non eodem modo relationes; quia essentialia omnia magis dicunt perfectiones, simpliciter quidditatiuas; ratio autem personalis non dicit perfectionem quidditatiuam. 1. D.8. Q.4. *§. Ad argumentum principale. ✠. Ex isto.* Bb.26.

Essentiale quodcunque, comparando ad quodcunque essentiale in Diuinis, est formaliter infinitum; & ideo ex se habet vnde per identitatem includat quodcunque, quod potest secum esse: & non sunt præcisè illa extrema eadem perfecte, quia aliquod tertium includit vtrumque perfectè. 2. D.3. Q.6. *§. Ad quæstionem ergo respondeo. ✠. Et per hoc patet.* L.16.

Essentialia, in Diuinis, sunt perfectiones simpliciter, iuxta Anselmum: Monol.15. dicentem, *Essentiale est in quolibet melius ipsum, quam non ipsum*; tale autem dicitur perfectio simpliciter. *Quodl.* Qu.1. *In argumento ad oppositum.* n.1.

Essentiale aliquod, in Diuinis, est perfectio simpliciter, quia melius in quolibet ipsum, quam non ipsum: Et hoc patet ex intentione Anselmi: Monol.15. vbi ponit talem distinctionem, *quidquid est, præter relatiua, aut est tale, vt omninò melius sit ipsum, quam non ipsum; aut tale, vt non ipsum in aliquo sit melius quam ipsum.* Et exposita, & declarata ista distinctione, concludit: *Sicut nefas est putare vt substantia summæ naturæ sit aliquid, quo melius sit aliquo modo non ipsum, quam ipsum; Sic necesse est vt sit omnino quidquid melius est ipsum, quam non ipsum.* Et postea infert in speciali, quid non est: *Non est ergo,*

Essentiale in Diuinis quo ad perfectionem.

inquit, corpus, nec aliquid eorum, quæ corporei sensus discernunt. Et post subdit in speciali, quid, vel quale est: *Quare,* inquit, *necesse est ipsum esse viuentem, sapientem, omnipotentem, verum, iustum, æternum, & quidquid absolutè est melius ipsum, quam non ipsum.* Planum est autem, quod multa istorum sunt essentialia in Diuinis. Ista sententia Anselmi videtur posse accipi ab Augustino: 15. de Trin. cap.4. *Viuentia non viuentibus, intelligentia non intelligentibus, iniustis iusta, beata miseris præferenda iudicamus; ac per hoc, quoniam rebus creatis Creatorem, sine dubitatione, præponimus, oportet vt per summè viuere, & cuncta intelligere, iustumque, & benignissimum, & beatissimum fateamur.* Hæc ille; Tenet autem hæc consequentia per propositionem hanc: necesse est vt Creator sit quidquid in entibus præfertur ipsum, quam non ipsi: vel, vt Anselmus dicit, *Melius est ipsum, quam non ipsum. Quodl.* Q.1. *§. De altero termine. ✠. Prima ratio talis est.* G.8.

Essentiale in Diuinis recipit ab essentia infinitatem formalem, quia talis essentia sufficit, in ratione principij & fundamenti, ad dandum talem quantitatem: & talis quantitas virtualis ipsi non repugnat, sicut nec communicabilitas. *Quodl.* Q.5. *§. Ad primum istorum. ✠. Ad vltimum.* X 25.

Essentiale, vt commune tribus personis Diuinis.

Essentialia omnia, quæ excluduntur per ly *præter* (in dicto Damasceni. lib.1. cap.2. *Omnia sunt vnum præter ingenerationem, & generationem, & processionem*) sunt vnum in tribus. 1. D.28 Q.2. *§. Ad argumentum in oppositum dico.* L.12.

Essentiale aliquod licet sit principium productionis alicuius ad extra, non tamen est principium statim applicabile ad actum, nisi vt intelligitur in tribus; quia illud, quod est principium actuum ordinatorum, non intelligitur esse in potentia proxima ad actum remotum, nisi vt est sub actu priori. 2. D.1. Q.1. *§. Ad argumenta principalia. ✠. Ad tertium.* M.23.

Essentiale, in Diuinis, dicitur quodcunque distinctum ab essentia, quod est simile essentiæ in modo prædicandi, scilicet quod dicitur de qualibet persona, & de omnibus singulariter; & est simile in communitate reali, ex eo nimirum, quod, tali communitate, sit commune tribus personis. Quodl. Q.1. *§. De altero termino. ✠. Vna, quod aliter.* D.5.

Essentiale respectu notionalis.

Essentiale quodlibet ad se licet præcedat aliquo modo notionale, tamen non oportet omne essentiale, sub omni respectu ad extra, posse præcedere quodcunque notionale. 2. D.1. Q.1. *§. Ad argumenta principalia. ✠. Ad tertium dico.* M.23.

Essentiale Theologus distinguit contra notionale per hoc, quod essentiale prædicetur de tribus personis, & de qualibet singulariter; & quod sit commune illis, communitate reali, ad similitudinem essentiæ: Notionale verò nec sic de illis prædicatur, nec talem habet communitatem. De hoc August. 5. de Trinit. cap.5. *In rebus creatis, atque mutabilibus, quod non secundum substantiam dicitur, restat, vt secundum accidens dicatur: In Deo autem nihil secundum accidens dicitur; nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur: dicitur enim ad aliquid, sicut Pater ad Filium, & Filius ad Patrem.* Vult ergo quod in creaturis distinguitur essentiale contra accidentale: in Diuinis autem non distinguitur contra accidentale, sed contra relatiuum ad intra, quod scilicet dicit relationem personæ ad personam, & per consequens pertinet ad distinctam notitiam personæ à persona: & ideo, vt datur regula *ibi* cap.4. de dictis de Deo substantialiter, & relatiuè, communiter dicitur *notionale*, licet Augustinus hoc vocabulo non est vsus, sed sit vsus vocabulo relatiui, vel ad aliquid. *Quodl.* Quæstion. 1. *§. De altero termino. ✠. Vna, quod aliter.* D. E.56.

Esser.

Essentiale respectu notionalis.

Essentiale omne excedit quodcunque notionale, quia essentiale est commune tribus; notionale verò non. Quodl. Q. 1. *De secundo articulo*. O. 16.

Essentiali omni includente respectum ad extra immediatiùs est essentiæ aliquod notionale, loquendo de immediatione negatiua, quia tale essentiale non conuenit ipsi Deo nisi per operationem intellectus comparantis ad extra: Notionale autem conuenit essentiæ ex natura rei, absque omni comparatione intellectus ad extra; & per consequens minus requiritur medium inter essentiam, & tale notionale, quàm inter essentiam, & tale essentiale, vbi necessariò mediat actus intellectus. *Quodl*. Q. 1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Secunda conclusio*. O. 16.

Essentiali omni in diuinis ad extra notionale est immediatius essentiæ negatiuè; nullo autem essentiali est aliquod notionale immediatiùs tam negatiuè, quàm positiuè: Quolibet autem notionali est aliquod essentiale ad intra immediatiua vtroque modo, quia saltem intellectus est immediatior, quam *dicere*, quod est primum notionale, & ita per consequens quocunque notionali; Voluntas etiam immediatior est ipso *spirare*, & per consequens quocunque pertinente ad processionem Spiritus Sancti: *Quodl*. Q. 1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Sic igitur quantum ad istum*. R. 17.

Essentiale Diuinum in ordine ad extra.

Essentiale, pro vt *essentiale* specialiter accipitur in Diuinis, aliquod importat respectum ad extra, & aliquod non. *Quodl*. Q. 1. §. *De altero termino*. ℣. *Secunda distinctio*. E. 7.

Essentiale in Diuinis, quod scilicet habet conceptum per se vnum, non includit simul, & per se absolutum, & respectum ad extra; per consequens si includat respectum ad extra, non per se illum includit, sed principaliter, & primò, & per se includit absolutum, quod est fundamentum; illum autem respectum connotando includit. *ibidem*. ℣. *De primo certum est*. F. 7.

Essentiale aliquod in Diuinis non includit aliquem respectum ad extra. *Quodl*. Qu. 1. §. *De altero termino*. ℣. *Quia vero solutio quæstionis*. G. 8.

Essentiale, & notionale, seu personale quo ad prædicationem.

Essentialia omnia magis reducuntur ad vnum modum prædicandi inter se, quam personalia reducantur ad vnum modum prædicandi cum eis. 1. D. 8. Q. 4. §. *Ad argumentum principale*. ℣. *Ex isto*. Bb. 26.

Essentiale aliquod quandocunque prædicatur in Diuinis de aliquo essentiali; vel personale de essentiali; vel essentiale de personali; tunc prædicatio, etiam in abstracto, est vera, vt potè, hæc est vera, *Sapientia est Paternitas*: *Sapientia est spiratio*, & è contrario; quia abstrahendo à supposito, adhuc manet alterum extremum infinitum, scilic et Sapientia, & ideo remanet adhuc ratio identitatis extremi ad extremum, facta tali abstractione, & per consequens ratio veritatis in prædicatione affirmatiua. *Quodl*. Q. 5. §. *Tertio arguitur*. ℣. *Per oppositum consimilis ratio est*. Q. 17.

Essentiale vt contradistinctum ab accidentali.

Essentiale, in Philosophia, accipitur communiter vt distinguitur contra accidentale, pro vt accidentale continet sub se omne accidens per accidens; siue accidens commune, & accidens per se; siue proprium: Vnde ibi *essentiale* dicitur quod per se includitur in essentia; quemadmodum in composito reali materia, & forma dicuntur sibi essentialia; & in compositorationis, vel in ipso definito, genus, & differentia dicuntur partes essentiales rationis, siue rei definitæ. *Quodl*. Qu. 1. §. *De altero termino*. ℣. *Vna, quod aliter*. D. 5.

Essentialiter.

Essentialiter propriè nihil dicitur de eo, quod non est in se aliquid vnum essentialiter; Sicut nihil potest esse verum de eo, quod est in se falsum. *Quodl*. Q. 13. §. *De tertio articulo principali*. ℣. *Ex his sequitur*. A a. 24.

Esus.

Esus pomi prohibitus primis parentibus, in se, non fuit de genere mali, quia de hoc non fuit expresse præceptum ex natura rei, vel de lege naturæ, sicut sunt præcepta Decalogi; Sed solum fuit malum, quia prohibitum, ad experiendum eorum obedientiam. 2. D. 21. Qu. 2. §. *De primo dico*. A. 2.

Esus ligni vitæ non fuit peccatum, nisi quia prohibitum; Vnde bene licuisset sumpsisse de illo ligno, sicut de quolibet alio, si non adfuisset præceptum. *ibidem*. §. *Ex isto patet*. D. 3.

EVA

Eua.

Eua, secundum Augustinum, 12. super Gen. cap. vltimo, multo magis peccauit, quia appetiuit æqualitatem Diuinam, quam numquam appetebat Adam. 2. D. 21. Q. 2. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Euæ peccatum fuit grauius multò plus, quam peccatum Adæ, pro eo quod voluit sibi vsurpare æqualitatem Diuinitatis; Vnde habens auditatem æqualitatis Dei, & scientiæ Diuinæ, fuit seducta; Vir autem non fuit seductus; & ideo sic appetendo non peccauit, sed ex inordinato amore; Propterea peccatum mulieris fuit grauius. 2. D. 21. Q. 2. §. *De tertio dico*. F. 4.

Eua fuit causa peccati Viri, & ideo grauius addendo peccauit. *ibidem*. ℣. *Bene fuit*. F. 4.

Euangelista.

Euangelistæ narrant historias, & ideo verba eorum vera sunt, vt exprimuntur: non sic de alijs sermonibus tropicis sacræ scripturæ. 3. D. 14. Q. 3. §. *Ad primum principale*. B. 8.

Euangelium.

In Euangelio non docetur Christum descendisse ad inferna; Et tamen tenendum est, sicut articulus fidei, quia ponitur in symbolo Apostolorum. 1. D. 11. Qu. 1. §. *Ad authoritates*. ℣. *Ad rationem illam*. D. 5.

In Euangelio non sunt expressa multa de Sacramentis Ecclesiæ; Et tamen Ecclesia tenet illa esse tradita ceritudinaliter ab Apostolis; & periculosum esset errare circa illa, quæ non tantum ab Apostolis descendunt per scripturam, sed etiam quæ per consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ tenenda sunt. *ibidem*.

In Euangelio nec Christus docuit omnia pertinentia ad dispensationem Sacramentorum; Dixit enim discipulis suis. Ioan. cap. 16. *Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo: Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Multa itaque docuit eos Spiritus Sanctus, quæ non sunt scripta in Euangelio; Et illa multa, quædam per scripturam, quædam per consuetudinem tradiderunt. *ibidem*.

Euangelio non crederet Augustinus, vt scribit in epistola contra fundamentum Manichæi, nisi crederet Ecclesiæ Catholicæ: Et ibidem inquit: *Euangelium Nazareorum non admittam, quia non admittitur ab Ecclesia*. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *De primo certum est*. A. 4. & 4. D. 6. Qu. 9. §. *Ad quæstionem potest dici*. ℣. *Ad illam rationem primam*. K. 17.

Euangelium videtur satis publicatum fuisse, & maximè in Iudæa, antequam Paulus ascendit Hierusalem, & ibi, de consilio Iacobi, & aliorum Fratrum, post quattam synodum, habitam in Hierosolymis, purificatus secundum legem, ascendit templum, & obtulit pro se sacrificium; vt patet. Act. cap. 21. Hoc autem contingisse videtur tertio Neronis Anno, idest, circa vigesimum tertium post passionem Christi; quia Nero cæpit regnare circa vigesimum Annum post Christi passionem. 4. D. 3. Q. 4. §. *De secundo principali*. ℣. *Contra tertium, quod dicitur*. G. 10.

Eucharistia.

Eucharistia *est Sacramentum corporis Christi, & Sanguinis, veraciter contenti sub speciebus panis, & vini, post consecrationem factam à Sacerdote, sub certis verbis, cum debita intentione prolatis, ex institutione diuina veraciter signans corpus Christi, & Sanguinem sub eis realiter contineri.* 4. D. 8. Q. 1. §. *Hic tria videnda sunt.* ✝. *Ratio nominis Eucharistiæ.* A. 2.

Eucharistiæ ratio, seu definitio, quòd scilicet sit *Sacramentum corporis Christi &c.* non est in se falsa; quia nulla pars repugnat alteri; possibile enim est, sine contradictione, corpus Christi contineri sub specie panis, & Sanguinem sub specie vini; Possibile est etiam illa signa instituta esse à Deo ad signandum veraciter illa signata sub eis contineri; quia quod Deus potest facere, potest, per aliquod sensibile signum impositum, signare: Vnde illi rationi subest aliquod ens, hoc est, cui non repugnat esse. *ibidem.* ✝. *De secundo dico.* A. 2.

Eucharistiæ institutio, & prædicatio.

Eucharistiæ prædicatio diffusa patet, Ioann. 6. Sed institutio in cæna. Matth. 26. 4. D. 2. Q. 1. §. *Secunda conclusio.* ✝. *De Eucharistia patet.* D. 4.

Eucharistia instituta est à Christo. Matth. 26. post cænam, vbi instituit vt sub speciebus panis, & vini verum corpus eius, & verus Sanguis veraciter contineretur: & non tantum tunc, quando ipsemet confecit, sed quando postea hoc Sacramentum à Sacerdotibus in Ecclesia conficeretur: ad quod dedit authoritatem, subdens ibi, & dicens Apostolis, *Hoc facite in meam commemorationem.* Idem habetur. Lucæ 22. & 1. Corin. 11. vbi Apostolus diffusè determinat de modo perceptionis, & consecrationis huius Sacramenti. 4. D. 8. Q. 1. § *Hic tria videnda sunt.* ✝. *De secundo dico.* A. 2.

Eucharistia quo ad esse possibile, & actuale.

Eucharistia si in triduo consecrata fuisset, fuisset ibi vera res Eucharistiæ, & tamen non fuisset ibi anima, nec Sanguinis aliquid sub specie panis, si totus fuisset effusus, vt fuit possibile; nec totus, si magna pars illius fuit effusa; & tamen tota res eadem mansisset sub specie panis. 4. D. 10. Q. 4. §. *Hic duo sunt videnda.* ✝. *Sed dubium est.* A. 3.

Eucharistia non erit post resurrectionem; nec etiam corpus Christi habebit, sub modo Sacramentali, proprietates, seu passiones, & tamen tunc corpus Christi, sub modo essendi naturali, habebit ista. *ibidem.* ✝. *De primo sit prima conclusio.* C. 4.

Eucharistia non dependet ab eo, quod nec est Sacramentum, nec res Sacramenti, nec causa huius: Cum itaque existentia, modo naturali, non sit ibi Sacramentum, vt patet; nec res Sacramenti, imò res Sacramenti sit existentia sub alio modo disparato; nec sit causa huius, vel illius, efficitur quòd Eucharistia, sub modo Sacramentali, possit esse sine existentia sub modo naturali. 4. D. 10. Q. 4. §. *Hic duo sunt videnda.* ✝. *Item, & est idem.* D. 5.

Eucharistia potuit ante Incarnationem ita verè fuisse, sicut & nunc, & hoc tàm quantum ad significationem, quàm quantum ad rem significatam, & contentam; quia nimirum modus ille existendi Sacramentalis non includit essentialiter modum existendi naturalem, nec est effectus eius necessarius, ita quod ab eo necessariò dependeat. 4. D. 10. Q. 4. §. *Hic duo.* ✝. *Ex hac secunda conclusione.* D. 6.

Eucharistia verè manere posset, & quantum ad veritatem signi, & quantum ad veritatem signati, & contenti, post incarnationem, quamuis tunc corpus Christi posset desinere esse [seu de facto desineret esse] sub modo naturali. *ibidem.* §. *Hic duo sunt videnda.* ✝. *Secundum est corrolarium.* E. 6.

Eucharistiæ res posset in hostia consecrata veraciter contineri, absque hoc, quod haberet alicubi esse modo naturali: Nec ex hoc sequitur quod, si nusquam alibi esset, sola res hic contenta esset substantia, quia adhuc esset quanta, licet non modo naturali, nec quantitate præsente, sed quantitate inhærente. 4. D. 10. Q. 4 §. *Ad argumenta principalia.* ✝. *Item res Eucharistiæ.* &. ✝. *Ad tertium dico.* N. 15.

Eucharistia consecrata, conseruata in pixide, est Sacramentum, licet non, vt ibi, sit Sacrificium, nisi aptitudinaliter. 4 D. 13. Q. 2. §. *Ad quæstionem dico.* ✝. *Respondeo, quod oblatio.* C. 6.

Eucharistiæ veritas.

Eucharistiæ veritate supposita, verum est, *Hoc est corpus meum*; & *hic est corpus meum*; Sed non hoc accidens, sed contentum sub accidente: eodem modo, si esset panis, non hoc, quod est substantia panis, esset corpus, sed hoc, quod est contentum sub pane, est corpus; Maluit autem saluator vti hoc vocabulo *hoc*, quam *hic*, quia magis exprimitur veritas, licet vtrumque dictum esset verum. 4. D. 11. Q. 3. §. *Hic duo videnda sunt.* ✝. *Aliud de hoc, vel hic.* C. 10.

Eucharistiæ veritas saluari potuisset, si Deus instituisset quod corpus Christi verè esset præsens, substantia panis manente, vel cum accidentibus, pane annihilato; sicut bene fuit Deo possibile, quia tunc fuisset & signum verum, & signatum verum; sed hic non est modo tota veritas Eucharistiæ: non enim sic instituit. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad argumenta pro prima opinione.* ✝. *Ad primum.* F. 14.

Ad Eucharistiæ veritatem, verum est nihil requiri, nisi verum signum, & verum signatum, eo modo, quo signum est institutum, & quo sibi debet correspondere signatum; quod non est nunc præcisè quod corpus sit cum aliquo, scilicet cum pane, vel cum accidentibus panis indistinctè; sed institutum est nunc quod signatum sit tantum cum accidentibus, vt sub *signo*. *ibidem.*

Eucharistiæ veritas, & vnitas rei contentæ, scilicet corporis Christi, non saluatur sufficienter, si negetur quòd nulla alia forma substantialis sit in corpore Christi, quam anima intellectiua. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alius tenens.* ✝. *Præterea cum dicitur.* Q. 31.

Eucharistia quo ad rem contentam, & suum signatum.

Eucharistiæ Sacramentum est simpliciter veracissimum in signando; alia verò Sacramenta veracia sunt, quantum est ex se; tamen quandoque non habent effectum suum signatum, propter indispositionem suscipientis; istud autem nunquam caret suo signato. 4. D. 8. Q. 1. §. *Hic tria videnda sunt.* ✝. *Ex dictis patet.* D. 5.

Eucharistiæ Sacramentum continet realiter hoc, quod significat: non sic alia Sacramenta. *ibidem.*

Eucharistiæ Sacramentum significat gratiam subsistentem, scilicet verum corpus Christi ibi existens; Alia verò Sacramenta significant gratiam accidentalem, inhærentem suscipienti. 4. D. 8. Q. 1. §. *Hic tria.* ✝. *Ex dictis patet.* D. 5.

Eucharistia est Sacramentum nouæ legis, licet non sit signum gratiæ accidentalis, collatæ in eo, qui recipit illam; nam ipsa non est primò signum gratiæ accidentalis, sed subsistentis 4. D. 8. Q. 1. §. *Ex his patet ad argumenta.* ✝. *Ad primum.* F. 6.

In Eucharistia eo modo est res contenta, quo modo est primum signatum huius signi; Hæc est enim differentia huius Sacramenti ad alia; quòd realiter continet suum primum signatum, vt est suum signatum primum. 4. D. 10. Q. 4. §. *Hic duo sunt videnda.* ✝. *Contra, existentia.* D 6.

Eucharistiæ necessitas.

Eucharistia est necessaria, in lege euangelica, ad nutritionem spiritualem. 4. D. 2. Q. 1. §. *Respondeo hic prima conclusio.* ✝. *Conditio ista.* C. 3

Eucharistiam sumere est magis commune, & necessarium, quam conficere; & magis necessarium, licet sit in se aliquando nobilius, pluribus tamen quandoque competit, quam minus nobile, quod est minoris nobilitatis; & ratio est maior, siue communior necessitas. Itaque Christus expresse docuit se velle sumi in Eucharistia à quolibet Christiano, Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnē filij hominis, &c.*

Eucharistiæ necessitas.

&c. & ibi loquitur omnibus: Consecrationem autem, seu dispensationem noluit ita esse communem, quia non fuit ita necessarium vt esset communis; possunt enim pauciores dispensare, quam suscipere. 4. D. 13. Q. 2. §. *Ad argumenta.* ✠. *Ad quartum dico.* R. 20.

Eucharistia quo ad materiam, & Formam.

Eucharistia consecratur prolatione verborum, sed hæc non est sacramentum, sed consecratio sacramentalis: & illud non licet bis iterare super eamdem materiam: Et si secundo iteraretur, nihil fieret, quia iam prius factum est. Non possunt igitur super eamdem materiam frequenter proferri verba consecrationis Eucharistiæ: nec sic Eucharistia debet iterari, quod propriè aliqua materia huius sacramenti bis suscipiat formam eius. 4. D. 6. Q. 7. Ad argumentum principale. C. 3. in fine.

Eucharistia non habet aliqua verba pro forma, quia tunc non esset Sacramentum permanens, cum verba non possint esse nisi in successione; tamen ipsa consecratio sacramenti consistit in fieri, & ideo requirit aliquam formam verborum; Sed illa non est forma sacramenti, sed consecrationis sacramenti, & pro tanto illa possunt dici verba sacramentalia, quia ad sacramentum pertinentia, tanquam forma consecrationis eius, quæ consecratio est inceptio sacramentalis. 4. D. 8. Qu. 1. §. *Ex his patet ad argumenta.* ✠. *Ad tertium patet.* F. 6.

Eucharistiæ materia sunt ipsæ species visibiles, idest proximum fundamentum relationis significationis; ipsa verò significatio est ibi formale, sicut in alijs sacramentis. 4. D. 8. Q. 1. §. *Ex his patet ad argumenta.* ✠. *Si autem omnino quæras.* G. 7

Eucharistia non habet aliud tanquam materiam, & aliud tanquam formam; *siue* In isto sacramento non est aliud tanquam forma, sicut est in alijs; Cuius ratio est, quia istud est permanens, & ideo non possunt aliqua verba ad eius essentiam pertinere; In quocunque autem sacramento distinguitur materia, & forma; signum visibile dicitur esse materia, verba verò forma. 4. D. 8. Quæst. 1. §. *Ex his patet.* ✠. *Et si quæras.* G. H. 7.

Eucharistiæ consecrationi simpliciter sufficit panis consecrabilis; neque de necessitate requiritur quod hic sit azimus, neque quod sit fermentatus; quia, secundum Anselmum in libro suo de azimo, & fermentato, non differunt substantialiter azimus, & fermentatus, & ideo verè conficiunt etiam Græci. 4. D. 11. Q. 6. §. *Ad primam quæstionem.* ✠. *Hoc ergo simpliciter tenendum est.* B. C. 6.

Eucharistia, quòd conficeretur in fermentato, constitutum fuit tempore Leonis Papæ [fortè legendum est: A Leone Papa refertur fuisse aliquando constitutum] sed id fuit ad tempus, ad extinguendam hæresim Ebionitarum, qui dixerunt quòd necessarium erat Christianos iudaizare, & per consequens Pascha suum in azimo conficere, sicut fecerunt Iudæi; Et ad extinctionem huius hæresis fuit ordinatum conficere in fermento; Sed post, hæresi illa extincta, redijt Ecclesia Occidentalis ad primam consuetudinem, quæ conformis est institutioni Christi, & promulgationi factæ per eius Vicarium Petrum. 4. D. 11. Q. 6. §. *Ad primam quæstionem.* ✠. *Hoc ergo simpliciter tenendum est.* C. 6.

Eucharistiam conficere in azimo est hodie de necessitate Ministri, ad minus, in Ecclesia latina: Et fortè etiam grauiter peccant Græci, qui non se conformant Ecclesiæ Petri, maximè cum hic habeatur fundamentum solidum, quod sic Christus instituit istud Sacramentum celebrandum. *ibidem.* ✠. *Hoc ergo simpliciter.* & ✠. *Et fortè etiam grauiter.* C. 6.

Eucharistia pro secunda parte principali nutritionis spiritualis, essentialiter continet sanguinē, & pro signo aliquo, quod est, per se, potus: & hoc habetur: de Consecrat. dist. 2. c. Didicimus: & c. sequenti, *quod de expresso botro, hoc est, de vuarum granis populus communicaret, valde esset confusum: sed si necesse fuerit, botrus in Calicem comprimatur.* Huic autem vino apponere aquam, non est simpliciter necessarium, de necessitate sacramenti. *ibidem.* §. *Ad secundam quæstionem dico.* ✠. *Illud autem sacramentum.* & ✠. *Huic autem vino.* A. B. 1. 2.

Eucharistiæ confectio.

Eucharistiam conficiendo, *siue* In conficiendo Eucharistiam, quæ est excellentissimum Sacramentum, Deus non obligauit hominem ad non distrahi, quin prius intendens celebrare, licet in proferendo verba Sacramentalia distractus sit, verè tamen conficit. 4. Dist. 6. Quæst. 6. §. *Distinguitur communiter.* ✠. *Nec requiritur in baptizante.* C. 4.

Eucharistia, videtur manifestum, quòd actione diuina possit confici, loquendo de actione communiter, sicut Deus dicitur habere actionem circa creaturas, quando aliquid nouum immediatè facit in eis; nisi quod non est æquè facile videre quomodo sit hic actio positiua, sicut in creatione; quia non est hic aliquod positiuum absolutum, accipiens simpliciter esse. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad solutionem huius quæstionis.* ✠. *De primo videtur manifestum.* A. 3.

Eucharistiam conficere, vt principalis causa, nulli potest competere, nisi soli Deo; licet, vt causa instrumentalis, vel, vt magis propriè dicam, vt Minister, possit competere alicui homini, quia sic Deus ordinauit quod in quibuscunque Sacramentis Minister possit esse homo. 4 D. 13. Q. 2. §. *Ad quæstionem dico.* A. 3.

Eucharistia vt simpliciter, & absolutè possit confici, ita scilicet quod si attentet Minister facere, illam verè conficiat, nihil requiritur [ex parte causæ instrumentalis] vltra materiam debitam, nisi Minister debitus. 4. D. 13. Q. 2. §. *Ad quæstionem dico.* ✠ *Loquendo de posse.* B. 3.

Eucharistiæ Minister.

Eucharistiæ Minister tres debet habere conditiones, scilicet quod sit Sacerdos; quod possit proferre verba consecrationis; & quod possit habere intentionem debitam faciendi quod intendit Ecclesia facere: Secunda conditio, & tertia sunt communes hic, & in ministrante alia Sacramenta: Propter defectum secundæ, non potest mutus conficere: Propter defectum tertiæ, carens vsu rationis non potest conficere; Sed prima conditio est hic propria, scilicet quod solus Sacerdos potest: Et quilibet potest, cui possunt competere illæ duæ conditiones, scilicet prolatio, & intentio: Et quod solus Sacerdos possit, patet per illud extra: de Summ. Trin., & fide Cathol. vbi dicitur, *Hoc Sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum claues Ecclesiæ.* 4. D. 13. Q. 2. §. *Ad quæstionem dico.* ✠. *Loquendo de posse.* B. 3.

Eucharistiæ Minister, ad hoc vt ordinatè possit conficere, supposito quod habeat materiam conuenientem, & possit verba proferre, cum intentione debita superaddita, requirit amotionem omnium impedimentorum canonicorum; quia habens quodcunque istorum si conficit, facit contra prohibitionem Ecclesiæ, & per consequens non ordinatè. 4. D. 13. Q. 2 §. *Primo videndum est.* ✠. *De primo.* E. 8.

Eucharistiæ Ministri requisitum secundum est appositio conuenientium, scilicet ornamentorum, vt habetur: de Consecrat. dist. 5. *Vestimenta.* Dicitur ibi quod vestimenta Ecclesiæ, quibus Deo ministratur, debent esse sacrata, & honesta; quibus in alijs vsibus non debent vti, quam in Ecclesiasticis, & Deo dignis officijs. *ibidem.* ✠. *Secundum requisitum.* F. 9.

Eucharistiam attentans conficere, si est mutus, non potest loqui: si non vtitur ratione, non potest attentare habere intentionem debitam [& sic nihil facit]: Si non est Sacerdos, & attentat facere vt Sacerdos, non solum peccat mortaliter, & nihil facit, sed irregularis est, vt habetur: extra de Clerico non ordinato ministrante: cap. 1. & 2. & vniuersaliter quicunque exequens, vel attentans actum alicuius ordinis, quem non habet, irregularis est, vt patet in illo titulo: in diuersis capitulis. 4. D. 13 Q. 2. §. *Primo videndum est.* ✠. *Respondeo, si est mutus.* F. 10.

Eucharistia respectu suscipientis.

Eucharistiæ Sacramentum potest aliquis recipere, & non sacramentaliter, nec spiritualiter: Aliquis Sacramentum, & sacramentaliter, sed non spiritualiter: Aliquis & Sacramentum, & Sacramentaliter, & spiritualiter: Aliquis tantum spiritualiter, & non Sacramentaliter. 4. D. 8. Q. 3. §. *Respondeo.* A. 2.

Eucharistia respectu suscipientis.

Eucharistiæ recipit Sacramentum, & non sacramentaliter, nec spiritualiter, quicunque recipit hostiam consecratam, quia ibi est verè sacramentum, & tamen non recipit eam vt consecratam, sed omninò non discernens eam à communi cibo. Talis, secundum Apostolum. 1. Corint. 11. *iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini*, idest non discernens à communibus cibis: Et hoc potest esse vel ex infidelitate, sicut Paganus, si daretur sibi communio; vel ex contemptu, stante etiam fide, sicut in malo Christiano. *ibidem*. ℣. *Primo modo recipit*. A. 2.

Eucharistiæ sacramentum recipit sacramentaliter, sed non spiritualiter ille, qui non tantum recipit sacramentum, sed recipit illud vt sacramentum, credens ibi esse Corpus Christi, & se recipere communionem corporis Christi; sicut in Ecclesia consueuit fieri talis communio; Sed, si est in peccato mortali non contritus, non recipit spiritualiter, quia non recipit effectum spiritualem, ad quem ordinatur huius susceptio, quæ est animæ nutritio spiritualis, per gratiam, datam à Christo. 4. D.8.Q.3.§. *Respondeo*. ℣. *Secundo modo*. A. 2.

Eucharistiæ sacramentum, & sacramentaliter, & spiritualiter recipit bonus fidelis sine peccato mortali, secundum probabilitatem suam, & quia diligenter conscientiam examinauit, & talis verè nutritur, & Christo cibo spirituali vnitur, & incorporatur, secundum August. *Crede, & manducabis me, non me conuertens in te, sed tu conuerteris in me*; Hoc enim interest inter cibum corporalem, & spiritualem, quia cibus corporalis conuertitur in nutriendum; sed in nutritione spirituali cibarus conuertitur in cibum. *ibidem*. ℣. *Sed tertio modo*. A. 2.

Eucharistiæ sacramentum tantum spiritualiter, & non sacramentaliter recipitur, quando bonus homo est, secundum posse suum, bene, & deuotè paratus; tamen propter reuerentiam abstinet, vel propter aliquam infirmitatem, vel fortè quia non potest habere ministrum: Cui conuenit illud Augustini de Consecrat. Dist 3. *Vt quid paras dentem, & ventrem? Crede & manducasti*: & talis spiritualiter nutritur. 4. D 8.Q.3.§. *Respondeo*. ℣. *Quarto modo recipitur*. B. 2.

Eucharistia potest recipi à non ieiunis, nec sacramentaliter, nec spiritualiter; & etiam sacramentaliter, sed non spiritualiter. *ibidem*. ℣. *Ad propositum*. B. 3.

Ad Eucharistiæ perceptionem spiritualem, & sacramentalem, regulariter, oportet suscipientem esse ieiunum simpliciter, idest, ieiunio naturæ; Nec istius est aliqua causa principalis, nisi institutio diuina, quam vel Christus Discipulis dedit; vel per ipsos promulgauit; vel eis instituendum reliquit: Et quidem rationabilis est institutio, propter reuerentiam sacramenti, quæ minor est, regulariter, in pranso, quam in ieiunio; & etiam vt primò quæratur cibus spiritualis, quam corporalis. 4. D.8.Qu.3. §. *Respondeo*. ℣. *Ad propositum dico*. D. 3.

Eucharistiam in aliquo casu, quasi generaliter, potest non ieiunus suscipere, vt in infirmitate graui, quando timetur periculum mortis imminentis; Tunc enim esset periculum negare infirmo, licet pranso, poscenti sacramentum, cum sit Viaticum; Et ideo dandum est ei, qui proficiscitur ex hoc Mundo, vt per ipsum ducatur ad terminum. 4. D.8.Q.3. §. *Respondeo*. ℣. *Ad propositum*. D. 3.

Eucharistiam simpliciter manducat indignè, qui, cum eam suscipit, peccat mortaliter, peccato mortali interiori, vel exteriori; Vnde, quia simpliciter manducat indignè, peccat mortaliter. 4. D.9.Q *Vnica*. §. *Dicendum*. ℣. *De primo*. A. 2.

Eucharistiam suscipiens post peccatum mortale præteritum, de quo non recolit, non pænituit, nec pænitet; si est negligentia affectata, vel crassa, propter quam non recolit peccatum, non excusatur à peccato; licet minus peccet, quam ille, qui sacramentum suscipit interim peccans mortaliter: Quod patet. 1. Corint. 11. *Probet enim se ipsum homo* &c. Tenetur enim se ipsum examinare, secundum diligentiam nostræ fragilitati possibilem, antequam communicet; Si autem non sit negligentia crassa, puta quia præcessit examinatio sufficiens, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus prius, non peccat communicando, licet fortè aliquod lateat, vel traditum fuerit obliuioni. 4. Distinct. 9. Quæst. *Vnica*. §. *Dicendum*. ℣. *De secundo dico*. A. B. 2.

Eucharistia non esset Sacramentum Viatoris, si quis, facta diligenti inquisitione, post mortale peccatum præteritum, de quo non recolit, nec pænituit, nec confessus est, communicando peccaret; quia certitudo de possessione charitatis non conuenit Viatori: Et propter hoc dicendum quod diligenti inquisitione facta, secundum possibilitatem nostræ fragilitatis, & præmissa contritione, & confessione, quantum videtur homini sufficere; si tunc communicet, non peccat: Imò si qua alia peccata lateant, per istud Sacramentum remittuntur. 4. D. 9. Q. *Vnica*. §. *Dicendum*. ℣. *De secundo*. B. 2.

Eucharistiam, quæ est Sacramentum Ecclesiasticæ vnitatis, ad hoc, quod dignè quis recipiat, tenetur prius confiteri, quam communicare, si occurrat opportunitas; cuius ratio est, quia non tantum debet reconciliari Deo, sed Ecclesiæ; si autem non occurrat opportunitas confitendi, si potest sine Scandalo vitare, ne tunc communicet, tenetur non communicare, sed expectare confessionem: Si verò occurrit Scandalum, nisi statim communicet, vtpotè si est indutus, & post quam indutus est, occurrit sibi conscientia de peccato mortali, de quo non fuit confessus, & non habet in promptu idoneum Confessorem: tunc cum contritione, & voluntate confitendi, tempore opportuno, potest celebrare, vt scandalum euitetur. Et similiter de alio communicaturo, qui non celebrat, vtpotè consuetudo est in aliqua regione, vel Ecclesia, vt omnes non Sacerdotes communicent, in simili casu, scilicet, si tunc cum debet communicare, non habet idoneum Confessorem, potest tunc non confessus communicare. 4. D. 9. Q. *Vnica*. §. *Dicendum*. ℣. *De tertio dico*. C. 3

Eucharistiæ susceptio, seu vsus.

Eucharistiæ susceptio non est Sacramentum, sed est comestio, seu perceptio Sacramentalis, & ideo Sacerdos potest sibi ipsi dare Eucharistiam, vt patet in Missa; Baptismus autem [in sua collatione, & susceptione] est Sacramentum, & ideo non potest aliquis recipere illud à semetipso. 4. D. 6. Q. 4 §. *Ista quæstio soluitur*. ℣. *Ad argumentum dico*. B. 3.

Eucharistiæ Sacramentum sibimet ministrare non est Sacramentum, quia Sacramentum illud non consistit in vsu; At ministrare Sacramentum Baptismi est ipsum Sacramentum: Et ratio diuersitatis est; quia Sacramentum Baptismi consistit in vsu essentialiter, & non in aqua; Eucharistia autem est quoddam permanens, distinctum ab vsu Sacramenti: Quamuis ergo aliquis posset esse in vsu Sacramenti permanentis Minister, & suscipiens, non tamen potest hoc in Baptismo, qui essentialiter consistit in vsu. 4. D. 6. Q. 4. §. *Ista quæstio*. ℣. *Respondeo*. B. 3.

Eucharistiæ Sacramentum est quoddam permanens, etiam ante vsum: Et hoc congruum erat; quia Christus permanenter voluit esse nobiscum, & per consequens in aliquo signo, vel Sacramento permanente; Vnde vsus huius Sacramenti non est Sacramentum; Vsus enim verborum Sacramentalium est quædam via ad Sacramentum, quia in termino prolationis verborum incipit esse Sacramentum; sed vsus, & perceptio istius Sacramenti est quædam dispositio Sacramentalis, seu via, qua hoc Sacramentum applicetur membro Ecclesiæ; & bene possibile est in vtroque vsu, si dignè fiat, gratiam conferri vtenti: sed hoc non est formale, & primum significatum Eucharistiæ, sed quidam actus Sacramentales, in quibus benè potest gratia recipi, si dignè fiant; magis tamen in perceptione, quam in consecratione, quia actus perceptionis significat nutritionem spiritualem, quæ est per gratiæ collationem. 4. D. 8. Q. 1. §. *Hic tria*. ℣. *Ex dictis*. D. E. 5.

Eucharistia quo ad pluralitatem, & vnitatem.

Eucharistiæ quod essent plures in pluribus hostijs consecratis posset concedi, sicut plures sunt hostiæ: similiter plura vina consecrata, sicut sunt plura vina; Quamuis enim

uis enim

Eucharistia quo ad pluralitatem, & vnitatem.

vis enim Sacerdos, proferendo semel verba consecrationis, plures hostias consecret simul, tamen sunt ibi plures consecrationes passiuæ. 4. D.6. Q.2. §. *Ad primum principale*. ℣. *Respondeo*. M.8.

Eucharistiæ Sacramentum congruit habere vnitatem integritatis, & non indiuisibilitatis, quia est ad completam nutritionem animæ, quæ significatur per completam nutritionem corporis; Completa autem nutritio corporis fit ex aliquo vno, vnitate integritatis, non vnitate indiuisibilitatis, scilicet ex alimento; non enim nutrit sufficienter cibus sine potu, nec è conuerso. 4.D. 8.Q.1.§.*Hic tria videnda sunt*.℣.*De vnitate huius Sacramenti*. C. 4.

Eucharistiæ Sacramentum sicut est vnum vnitate integritatis, non indiuisibilitatis, quia in se includit duo signa partialia, quæ primò signant duo propria signata, & proxima, scilicet corpus, & Sanguinem; & remota, scilicet cibationem, & potum spiritualem; ita etiam est vna consecratio vnitate integritatis, & tamen duæ consecrationes partiales. 4. D.8.Q.2.§.*Respondeo*. ℣. *De primo patet*. A.3.

Eucharistiæ duratio in Ecclesia.

Eucharistiæ Sacramentum fore perpetuò in Ecclesia docet Apostolus 1. Corint. 11. vbi ait: *Quotiescunque panem hunc comedetis, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*, supple, ad iudicandum; Vnde vsque ad tunc durabit Ecclesia militans, etiam Eucharistia in ea, vt tenent omnes Sancti. 4. D.8.Q.1. §.*Hic tria*. ℣. *De secundo dico*. A.2.

Eucharistiæ transmutatio, & desitio.

Eucharistiam sicut disposuit Deus, sua voluntate, esse in Ecclesia, ita, eadem voluntate, qua disposuit eam ibi esse, disposuit quod circa species Sacramentales, præsente actiuo naturali, causaret talem transmutationem, qualem in substantijs conuersis causaret agens naturale: & hoc, ne meritum fidei euacuaretur, si videremus species intransmutabiles. 4. D.12. Q.4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo, à solo Deo*. G.21.

Eucharistia desinit esse in tali alteratione ad qualitatem, cum qua non posset stare species panis, quia Deus instituit non conseruare Eucharistiam, hoc est, accidentia sine subiecto, in quibus sit corpus Christi, nisi quamdiu manent ibi qualitates, natæ perficere substantias iam conuersas; & consequenter simpliciter Saluatur Eucharistiam posse desinere esse, actione agentis naturalis: Nec ibi est aliquod miraculum nouum, quia, eadem voluntate antiqua, qua Deus voluit Eucharistiam esse in Ecclesia, voluit etiam illam non manere, nisi quamdiù qualitates, aptæ natæ perficere substantias iam conuersas, manent. 4.D.12.Q.5.§. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Respondeo quamdiu manet*. B. 4.

Eucharistia manente, quædam transmutationum possibilium circa ipsam stant cum ipsa, quædam non: Omnia primæ non requirunt substantiam redire quamcunque, actione diuina, nec actione agentis naturalis: nec in illis de facto est materia, vel redit: secundarum autem quædam non requirunt substantiam redire, tamen redit, actione diuina. 4. D.12.Q.5 §.*Dico ergo ad quæstionem*. B. 11.

Eucharistia manente sub transmutationibus circa ipsam factis, non est necessarium redire substantiam panis. *ibidem*. ℣. *Prima probatur*. B. 11.

Eucharistiæ transmutatio corruptiua non necessariò requirit substantiam redire; dum tamen ibi maneat eadem quantitas, quæ sit subiectum transmutationis. 4.D.12.Q.6.§.*Dico ergo ad quæstionem*.℣.*Et per idem potest*. C.11.

Eucharistia dum manet, non est ibi substantia, nisi substantia corporis Christi; accidentia etiam manent tunc sine subiecto: neutrum autem istorum esset verum, si alia substantia rediret, adeoque quibusuis transmutationibus circa Eucharistiam factis, ipsa tamen manente, nulla substantia de facto redit. *ibidem*. ℣. *Secunda conclusio*. C.11.

Eucharistia siue corrumpatur per alterationem, siue per motum in quantitate, redit de facto substantia; & hæc est substantia composita, cui talia accidentia conuenirent, quam etiam afficiunt, & hoc in instanti corruptionis, & immediatè à Deo. 4.D.12.Quæst.6.§. *Dico ergo*. ℣. *Quarta conclusio*. D.12.

Eucharistia quando desinit esse, hoc est, in illo *nunc*, in quo, per actionem agentis naturalis, Eucharistia habet primò *non esse*; cum natura nihil corrumpat, nisi aliquid incompossibile producendo, produceretur, virtute naturæ, quoddam compositum per accidens, scilicet quantum quale, qualitate incompossibili Eucharistiæ, quæ corrumpitur; & istius compositi subiectum præfuit, & forma inducta est ab agente creato, habente eam in virtute sua actiua. Tunc autem non producitur aliqua substantia, actione naturæ, quia non habet passum, de quo producat substantiam; Si ergo tunc substantia producatur, hoc est actione Dei, qui disposuit nusquam accidens esse sine subiecto, nisi in Eucharistia manente: & ideo, illa destructa, Deus producit substantiam compositam, quæ nata est affici illis accidentibus, causatis per agens naturale; Nec illa substantia noua requiritur propter actionem naturæ, imò actionem illam sequitur ordine naturæ: nec necessariò, quia Deus posset non producere substantiam illam, quæ sequitur, ordine dispositionis diuinæ. *Quodl*. Qu.10. §. *Ad argumentum principale*. ℣. *Argumentum ad oppositum probat*. Q. 25.

Eucharistia manet, quamdiù manent qualitates, quæ possent afficere substantiam conuersam, licet ipsa sic affecta non esset conueniens nutrimentum: Vnde non desinit esse Eucharistia, nisi quando desineret ipsa substantia panis: & secundum hoc est dicendum quod, in illo instanti corruptionis specierum, est ibi substantia noua, sed non panis, quia illa non esset nata affici qualitatibus incompossibilibus pani iam inductis; sed talis est illa substantia noua, qualem natura generaret de pane corrupto, si substantia panis ibi fuisset. *Quodl*. Q. 10. §. *Ad argumentum principale*. ℣. *Alia est opinio*. R. 26.

Eucharistia quo ad cognoscibilitatem.

Eucharistiæ, seu hostiæ Altaris consecratæ deesse substantiam panis, non potest ab intellectu nostro naturaliter cognosci. 1. D.3. Qu. 3. §. *Quantum ad secundum articulum*. ℣. *Secundam rationem pertractosic*. K. 9.

Eucharistiæ signatum, idest corpus Christi, vt ibi existens, non potest intellectus noster pro statu viæ, quo non intelligit nisi ex sensibilibus, naturaliter videre. 4.D.10. Q.8. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Et sit prima conclusio*. C. ante. 7.

Eucharistiæ signatum, seu corpus Christi, in Eucharistia potest naturaliter videri ab omni intellectu, non alligato sensibilibus, siue sit Angelicus; siue animæ separatæ; siue hominis beati. Modus enim accidentalis per se obiecti non impedit cognitionem illius obiecti; At ista præsentia in Eucharistia est modus accidentalis substantiæ corporis Christi; vnde non impedit illam substantiam cognosci ab intellectu, cuius ipsa est per se obiectum: Est autem per se obiectum istius intellectus abstracti, qui non dependet in intelligendo à sensibilibus. 4.D.10.Q.8. §. *Respondeo*. ℣. *Secunda conclusio*. D 7.

Eucharistiæ signatum, seu Corpus Christi in Eucharistia nullo modo videt intellectus Beatus per actum beatificum; Corpus enim Christi esse in Eucharistia non est obiectum beatificum, nec inclusum in obiecto beatifico; Beatus autem non distinguitur à non Beato nisi videndo obiectum beatificum, vt est obiectum beatificum, & ea, quæ includuntur in ipso, vt est tale obiectum. 4. Dist. 10. Quæst. 8. §. *Respondeo*. ℣. *Tertia conclusio*. H. 10.

Eucharistiæ sacramentum tractans Damasc. lib.4.cap.5. Verè, inquit, *Spiritus operatio hæc, quæ super naturam sunt, operatur, quæ non potest capere, nisi sola fides*. Et paulò post interrogans, qualiter panis sit corpus Christi: *Dico tibi, Spiritus Sanctus sic superuenit, & facit hæc, quæ sunt super rationem, & intellectum*. Loquitur de nobis pro statu isto, quamuis vnus Doctor dicat eum loqui tam de Angelis, quam de nobis; sed hoc non potest esse verum, loquendo de naturali potentia intellectus Angelici, sed tantum de potentia Angeli vt permissi, & hoc de malo Angelo. 4.D.10.Q.8. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad tertium de malis Angelis*. N. 12.

Eucharistia quo ad cognoscibilitatem.

chatistiæ veritatem non oportet magis, quam veritatem aliorum Sacramentorum, & aliorum credibilium, semper videre, nec in Verbo, nec in se, ad hoc vt aliquis intellectus simpliciter sit beatus. 4. D.10.Qu.8.§. *Ad argumenta pro opinione*. O 14.

Eucharistia quo ad acceptationem Diuinam.

Eucharistia sicut non præcisè, ratione rei cõtentæ, plenè acceptatur à Deo, vt intuitu eius reddat bonum indigenti, sed oportet quod sit oblata; sic nec plenè acceptatur oblata, nisi ratione bonæ voluntatis alicuius offerentis: Non autem præcisè ratione voluntatis celebrantis, quia hoc pertinet ad meritum personale, non ad virtutem sacrificij: Nec immediatè, ratione voluntatis ipsius Christi offerentis, quia Christus, & si hic offeratur, vt contentus in sacrificio, non tamen hic immediatè offert sacrificium: iuxta illud Hebr.9. *Neque vt sæpè offerat semetipsum*. Et ibidem: *Christus semel oblatus est*, supple, à se ipso offerente. *Quodl.* Q.20. §. *De tertio autem*. ✠. *Ex istis patet*. O.22.

Eucharistia oblata acceptatur, non ratione voluntatis Christi, vt immediatè offerentis, sed ratione voluntatis Ecclesiæ generalis; illa autem habet rationem meriti finitam: & esto quod acceptaretur ratione voluntatis Christi, vt offerentis, hoc est instituentis oblationem, & dantis sibi valorem, & acceptationem; tamen non æquiualeret, nec acceptaretur sicut passio Christi, & ita esset meritum finitum, cui correspondet bonum, debitum virtute sacrificij. *Quodl.* Q.20. §. *De tertio autem*. ✠. *Sic ergo patet*. P.22.

E V I

Euidentia.

Euidentia nulla est media ex parte obiecti, à qua possit accipi aliqua alia veritas, quam veritas principij, vel conclusionis. 1.D.1.Q.3.§. *Quantum ad primum*. ✠. *Secunda differentia est*. A.2.

Euidentia, & non euidentia de eodem contradicunt, ideo non stabunt simul de eodem. 3.D.24.Qu.*Vnica*.§. *Contra hæc; primo contra opinantem*. ✠. *Contra qualibet duo*. A.8.

Euidentia tota conclusionis dependet essentialiter à principijs. *ibidem*. ✠. *Præterea comparanda illud lumen*. B.11.

Euidentia principiorum in scientia non dependet ex singularibus; sed si nullum singulare esset, cum scientia sit necessariorum, adhuc staret vera scientia. 3.D.24. Q. *Vnica*. §. *Ad primum pro prima opinione dico*. ✠. *Ad commentatorem dico*. K.19.

Examinare, & Examinatio.

Examinare se tenetur homo secundum diligentiam nostræ fragilitati possibilem, antequam communicet. 4.D.9.Q. *Vnica*. §. *Dicendum*. ✠. *De secundo dico*. B.2.

Examinatio sufficiens si præcessit, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus prius, non peccat communicando, licet fortè aliquod lateat, vel traditum fuerit obliuioni. *ibidem*.

Examinatio maior peccatorum non requiritur ad communicandum, quam ad securè moriendum. 4.D.9.Q.*Vnica*. §. *Dicendum*. ✠. *De secundo dico*. B.3.

E X C

Excæcatio.

Excæcationis pœna damnatorum est tristitia de perpetua detentione intelligentiæ in consideratione intensa ignis, vt obiecti. 4. D.46.Qu.4. §. *Ad quæstionem primo videndum est*. ✠. *Duplex est autem tristitia*. C.5.

Excedens, & excessum.

Excessum nihil excedi tur à duobus, primo ipsum excedentibus: & nihil excessum essentialiter ordinatur ad duo, prima eminentia, aliàs esset aliquid excessum essentialiter ab aliquo, quo non existente, nihilominus haberet essentiale excedens, quo mensuraretur essentialiter, & à quo acciperet suam perfectionem essentialiter; quod est impossibile: adeoque impossibile est alicuius excessi duo prima eminentia esse. 1.D.2.Qu.3.§. *In ista quæstione*. ✠. *Iuxta idem arguitur de vnitate*. B.4.

Excedi non potest absolutè infinitum. *ibidem*. ✠. *De quinta via dico*. B.4.

Excedit si vnum aliud, non oportet vniuersaliter, quod illud, quod est simul excedente, sit simul excesso. V.G. Si anima secundum terminos suos quidditatiuos (terminum enim quantitatiuum non habet) sit simul cum terminis digiti; non propter hoc sequitur quod quidquid est extra terminos digiti, sit extra terminos animæ. 4.D.10.Q.2.§. *Dico ergo ad quæstionem*. ✠. *Ad rationem primam alterius Doctoris*. N.18.

Excellens.

Excellens sensibile corrumpit sensum per accidens, quia corrumpit organum, quia soluit illam mediam proportionẽ, in qua consistit bona dispositio organi: Et per oppositum; Intellectus, quia non habet organum, non corrumpitur ab excellenti obiecto; Sed ex hoc non sequitur quod sit incorruptibilis; nisi probetur quod non dependeat, in essendo, à toto, quod est corruptibile. 4. D.43. Quæst. 2. §. *Potest dici*. ✠. *Ad aliud dico, quod excellens*. L.18.

Excellens sensibile, vt excellens sensibile, natum est inferre dolorem, quia est disconueniens, inquantum tale, & tamen, inquantum excellens sensibile, non immutat, nisi intentionaliter. 4.D.44.Q.3.§. *Ad quæstionem*. ✠. *Secundo dico*. B.3.

Excellentia.

Excellentia cùm quæritur vnius ad alterum, non debet comparari optimum ad infimum, sed optimum ad optimum, vel simpliciter ad simpliciter. *Præl.* Qu. 4. & 5. §. *Contra istam positionem quæro*. ✠. *Ex hoc patet, quod probatio*. F.12.

Excellentiam appetere super alios est passio irascibilis, vel concupiscibilis. 2.D.6.Q.2.§. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Alia duo argumenta*. T.18.

Excellentiam virtutis in gradu heroico supra virtutem humanam, non est manifestum non posse esse per alium gradum eiusdem speciei. 3.D.34.Q.*Vnica*. §. *Ad argumentum in oppositum*. ✠. *Ad illud Philosophi*. R.22.

Excessus.

Excessus de diligendo proximum, minus est directè contra præceptum de eo diligendo, quam odium proximi: & idem excessus minus est contra dilectionem Dei, quam est odium Dei, si tamen Deus potest odiri. 2 D.21.Qu.2. §. *Ex isto patet secundum*. D.3.

Excessus in pœna peccati non debet attendi secundum quantitatem extensionis, quia per se culpæ correspondet pœna secundum intensionem, secundum iustitiam distributiuam; Vnde Deus potest infligere pœnam aliquam, quæ si tantum per momentum duraret, sufficienter tamen puniret peccatum. 4.D.50.Qu.6. *Ad argumentum primum dico*. ✠. *Ad vltimum*. S.16.

Exclusio, & exclusiua.

Exclusiua affirmatiua infert vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis. 1.D.21.Q.*Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Probatur etiam falsitas*. A.2.

Exclusionis ratio, quæ exprimitur per particulas *tantum*, *solum* &c., notat præcisionem in illo, cui additur, respectu alterius extremi, siue præcisam commensurationem, scilicet, quod alterum extremum non excedat illud. *ibidem*.

Exclusiua est conuertibilis cum vniuersali affirmatiua de terminis transpositis, sic; *solus homo est risibilis; omne risibile est homo*. 1.D.21.Qu.*Vnica*.§. *Ad primum*. ✠. *Ad secundum dico*. A.6. & ✠. *Sed cum probatur illa consequentia* C.6.

Exclusiuam inferre ex exclusiua de terminis transpositis, æquiualeret illationi vniuersalis affirmatiuæ ex vniuersali affirmatiua de terminis transpositis; In tali autem illatione vniuersalis ex vniuersali est fallacia conse-

Exclusio, & exclusiua.

, consequentis; *omnis homo est animal, ergo omne animal est homo*, à superiori ad suum inferius affirmando. *ibidem. Ad secundum dico*. A.6.

Eaclusiua alium locum non teneret in perficiendo syllogismum imperfectum, quam aliqua indefinita non exclusiua; quia non aliam conclusionem inferret, quam prius non inferrebatur in syllogismo imperfecto. t. D. 21. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum*. ℣. *Respondeo, quod conuersiones docuit*. C.7.

Excommunicare.

Excommunicare in nullo casu possunt Sacerdotes Parochiales; & alij consimiles, nisi in quo inuenitur expressè eis concessum: & sic caeluduntur quædam pericula, quæ proueniunt ea pronitate quorumdam fatuorum ad eacommuuicaudum. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ℣. *Si hoc non placeret*. M. 17.

Excommunicare simpliciter nullus potest, nisi cui subsunt omnes fideles; Vnde nec aliquis alius, nisi vt Commissarius, authoritate illius. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Vnde etiam incurritur*. F.11.

Excommunicatio.

Excommunicatio minor non includitur inter impedimenta, retardantia celebrationem diuinorum, quo ad hoc, quod pœna irregularitatis sequatur; quia & si peccet grauiter in excomuiunicatione minori celebrans, uullius tamen irregularitatis notam incurrit, vt habetur. de celebrat. cap. *Si celebrat*. 4. D. 13. Quæst. 2. §. *Primo videndum est*. ℣. *Sed hic potest distingui de ignorantia*. G. 11. & Dist. 25. Quæst. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *De quarto habetur*. E. 8.

Excommunicatio, quæ simpliciter est excommunicatio, quæ est sola maior, est eaclusio alicuius à communione fidelium: non quidem exclusio corporalis, quæ fit in incarceratione, vel exclusione ab alijs; sed excludendo per prohibitionem, ne communicet cum alijs, nec alij cum ipso. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ℣. *Respondeo excommunicatio*. L. 16.

Excommunicationis gladij percusio frequens est io Ecclesia, ex pronitate quorumdam fatuorum, qui tamen rarò inuenitur ab Apostolis eatractus; in omnibus enim Epistolis Pauli non inuenies quod eacommuuicauerit, nisi tribus vicibus. Primò 1. ad Corint. 5. *Omninò*, inquit, *inter vos auditur fornicatio, qualis nec inter gentes; ita vt vxorem Patris sui quis habeat*; & sequiter: *Ego autem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui eum, vt præsens, qui hoc operatus est, in nomine Domini Iesu Christi, congregatis vobis in vnum, & in eo spiritu cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus Saluus sit in die Domini*. Idem 1. Timoth. 1. *Quidam circa fidem naufragauerunt, ex quibus Hymenæus, & Alexander, quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare*. Idem ad Galat. 1. *Si quis vobis euangelizauerit, præter illud, quod accepistis, anathema sit*. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo* ℣. *Si hoc non placeret*. M. 17.

Excommunicationis sententia videtur simpliciter lata ab Apostolo in primis duabus authoritatibus, nimirum 1. Corint. 5. contra incestuosum: & 1. Timoth. 1. contra Hymenæum, & Alexandrum in fide naufragantes: & patet quod ibi fuit causa iusta, quia peccatum enorme, & publicum: & forma debita, quia processus legitimus: & intentio recta, quia intendebatur correctio delinquentis; Vnde & primus ille per illam excommunicationem correctus est, vt patet per Epistolam secundam, vbi monet eos eum consolari, ne absorbeatur profundiori tristitia: Alij non leguntur pœnitentes fuisse; fortè iam erant Apostatæ à fide, & permanserunt ibi. 4. Dist. 19. Qu. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ℣. *Tantum ergo in primis duobus*. M. 19.

Excommunicationis sententia, lata est ab Apostolo in tertia authoritate, nimirum ad Galat. 1. contra prædicantem aliquid, repugnans sanæ fidei; fuerunt enim tunc Pseudoapostoli. In alijs autem locis, vbi præcipit vitare malos, vel simpliciter, vel quantum ad aliquos actus, non videtur ita plenè esse lata sententia excommunicationis, quia non videntur illi per hoc traditi Sathanæ; Dicitur enim quòd quos Apostolus tradidit Sathanæ, statim habuit Diabolus potestatem vexandi eos; non sic autem probabile est factum de omnibus malis, quos scribit esse vitandos. 4 D. 19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ℣. *In tertia authoritate*. M. 19.

Eacommunicatio minor non est excommunicatio, nisi secundum quid, quia secundum quid excludit à communione fidelium, puta in Sacramentis. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Quarta pæna est excommunicatio*. F. 11.

Excommunicatio maior quandoque incurritur à iure, quandoque à Iudice. *ibidem*. ℣. *Vnde etiam incurritur*. F. 11.

Eacommunicationem à iure quandoque possibile erat dicere numerum, imo erat paruus numerus, quaudo fuerunt Decretales compilatæ sub Gregorio 9. Sed hodie quis numerare sufficiat? Et cum crescant in infinitum, crescentibus motibus capitum, non oportet iuxta hoc membranas implere. 4. D. 25 Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Vnde etiam incurritur*. F. 11.

Eacommunicatio maior necà iure, necà Iudice debet infligi, nisi pro peccato mortali; nec pro quocunque, sed graui, cum quo etiam concomitatur contumacia; quia quamdiu aliquis est paratus satisfacere pro culpa, & audit Ecclesiam, quare habendus est sicut Ethnicus, & Publicanus? Cum, secundum Christum, pœna ista infligatur quasi vltima illi, qui non vult audire Ecclesiam, qui est finaliter contumax. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Vnde etiam incurritur*. F. 11.

Eacommunicatio relaxatur per absolutionem, factam ab illo, qui eacommunicauit, si est excommunicatio à Iudice, vel à superiore eius: si autem est à iure, per absolutionem eius, qui ius condidit: nec hoc solum, vt dicunt multi, sed per absolutionem cuiuscunque Sacerdotis, quando Legislator non reseruauit sibi istam absolutionem: & probant per capitulum. extra: de sententia excommunicationis, Nuper. Sed illa probatio parum cogit, quia non sequitur: Ille non reseruat; ergo concessit, loquendo de forma consequentiæ etiam secundum iura; quia posse absoluere cadit sub illa regula; *Quod non est concessum, videtur esse prohibitum*, quia non competit alicui absoluere à sententia commissa à superiore, nisi sit sibi concessum. 4. D. 25. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Qualiter relaxatur*. F. 12.

Excommunicationis pœnam, comparando ad irregularitatem, illa est simpliciter grauior quantum ad intensionem, quia excludit ab omni communione, aliàs licita; irregularitas autem tantum ab his, quæ pertinent ad Ordines; Sed ista reputatur leuior, quia faciliùs remittitur; sed hoc est ad oppositum; ista enim ideo faciliùs remittitur; quia grauissima est, & à pluribus excludit. 4. Dist. 25. Quæst. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Comparando autem istam pænam*. F. 12.

Excommunicatus.

Excommunicatus, vel præcisus ab Ecclesia, plus tenetur vitare alium, quam alius vitare eum; quia istud præceptum de vitando excommunicatum non imponitur alicui, nisi propter ipsum: nec imponitur sibi, nisi propter se; Præcisus tamen, vel eacommunicatus, in casu necessitatis, non tenetur vitare alium, imò tenetur non vitare; Si enim talis præcisus sciret paruulum aliquem non baptizatum statim moriturum, tenetur necessariè eum baptizare, & ita eum non vitate in actu baptizandi. 4. D. 5. Q. 2. §. *Hic distinguitur de malo*. ℣. *Præterea plus tenetur*. A. 3.

Excommunicatum si quilibet Christianus per excommunicationem tenetur vitare (cum nullus non subditus excommunicanti teneatur seruare institutionem ipsius, sicut nec præcepta eius, videtur quod non subditus isti non tenetur vitare eacommunicatum ab isto) oportet quod hoc sit per præceptum illius, cui tenetur obedire quilibet Christianus: & tunc sequitur quòd nullus inferior Papa, auctoritate propria, possit eacommunicare, licet posset excommunicare quantum ad suos subditos, hoc est, præcipere suis, vt caueant suum: & tunc sequitur,

Excommunicatus.

quitur, quod quicunque inferior, ſi ſimpliciter excommunicat, excommunicat ex commiſſione illius, cui tenentur omnes alij obedire, qui tenentur iſtum excommunicatum vitare. 4. D.19. Q. *Vnica*. §. *De quinto articulo*. ℣. *Reſpondeo, Excommunicatio*. L.16.

Excommunicatum eſſe aliquem ſi quis nouit, & hoc nec per confeſſionem, nec etiam per viam ſecreti, ſibi commiſſi, ſed priuatim, ideſt, ſic iſte ſcit, quod communitas neſcit, vel credit communitatem neſcire: hoc modo priuatim ſciens debet priuatim vitare. Extra de ſententia Excom. cap. cum non ab homine; Nec mirum eſt; quia non eſt debitor illi alteri, ideſt, illius tanquam ſecreti: Sed ſi ſciret per viam confeſſionis tantum, quid faceret? Reſpondeo, ſi poteſt per aliam viam vitare eum, quam ex vitatione prodendo excommunicationem eius, debet vitare: ſin autem, non ſolum non debet, imo non licet vitare, quia talis vitatio eſt de iure poſitiuo Eccleſiaſtico tantum; non prodere autem tenetur ille de lege naturæ; & de iure poſitiuo Diuino; & Eccleſiaſtico. 4. D.21. Q.2. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad vltimum dico*. N.24.

Excommunicatum ſe eſſe maiori excommunicatione poſtquam aliquis ſciuit; celebrans, notam irregularitatis incurrit; Si autem haberet ignorantiam inuincibilem, non tenetur cauere ab actibus ordinum, nec exercendo illos incurrit irregularitatem, vt habetur Extra. Apoſtolicæ: in Gloſ. Vt potè ſi quis excommunicauit aliquem per litteras, & à tempore ſigillationis litteræ voluit eum ſtatim eſſe excommunicatum; ille non tenetur ſe habere pro excommunicato, quouſque littera ad eum peruenerit; Si autem non ſit ignorantia inuincibilis, nec omnimoda incertitudo, vt ſi per famam, vel rumorem publicum deuenerit ad eum pœna de excommunicatione, irregularis eſt, licet cum eo mitius agatur. 4. D.25. Q.1. §. *In iſta quæſtione*. ℣ *De quarto habetur*. E.8.

E X E

Exemplar.

Exemplar, ſecundum Platonem in Thimæo, duplex eſt, creatum, & increatum: Exemplar creatum dicitur quod ſit ſpecies vniuerſalis, cauſata à re: exemplar autem increatum quod ſit idea in mente Diuina. 1. D.3. Q.4. §. *In iſta quæſtione*. ℣. *Sed ſi loquamur*. n.2

Exemplar creatum poteſt eſſe ratio cognoſcendi veritatem certam, & ſinceram naturaliter, ſi per veritatem intelligatur conformitas ad illud; Si autem ad exemplar increatum, cum conformitas ad hoc non poſſit intelligi, niſi illo exemplari cognito, quia relatio non eſt cognoſcibilis, niſi cognito extremo, ſequitur quod exemplar æternum non ſit ratio cognoſcendi non cognitum. 1. D.3. Q.4. §. *Circa quartum articulum*. O.16.

Exemplar habet relationem menſuræ reſpectu menſurati, vel exemplati. 1. D.3. Q.5. §. *Quantum ad hoc igitur*. ℣. *Quod autem adducit*. C.4.

Exemplaris cauſa.

Exemplaris cauſa non eſt alterius generis cauſæ ab efficiente, quia tunc eſſent quinque genera cauſarum; Vnde cauſa exemplaris eſt quoddam efficiens; quia agens per intellectum, diſtinctum contra agens per naturam. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad primum articulum*. G.10.

Exemplari cauſæ attribuere alium effectum, & cauſæ efficienti alium, non videtur probabile; quia cauſa exemplaris non eſt, niſi quoddam efficiens; efficiens enim diuiditur in efficiens per intellectum, ſiue propoſitum, & efficiens per naturam, ſecundum Philoſophum 2. Phyſic. Sicut igitur naturaliter producens non eſt alia cauſa ab efficiente, ita nec exemplaris, nec exemplariter producens: & ita idem eſt effectum, & exemplariter productum alicuius intelligentis, inquantum eſt intelligens, & inquantum exemplans. 1. D.36. Q. *Vnica*. § *Contra iſta arguitur*. ℣. *Prætereà ſexto*. B.5.

E X E

Exemplatum.

Exemplati ad exemplar non eſt ſimilitudo de primo modo relatiuorum, quia non eſt ſimilitudo vniuocationis, ſed imitationis; imo pertinet ad tertium modum, ſicut manifeſtè patet per Philoſophum, qui in tertio modo ponit relationem ſcientiæ ad ſcibile, & vniuerſaliter menſurati ad menſuram. 1. D.3. Q.5. §. *Quantum ad hoc igitur dico*. ℣. *Quod autem adducit*. C.4.

Exemplatum eſſe non eſt niſi eſſe ſecundum quid: & ideo habitudo ad talem terminum non eſſet realis, ſicut & terminus non eſt realis. 1. Diſtinct.30. Quæſt.2. §. *Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo*. ℣. *Ad ſecundum ſimili modo*. N.15.

Exemplum.

Exemplum, non eſt intellectus Philoſophi, quod currat ſuper quatuor pedes, quia, ſecundum Damaſcenum. cap. 72. alias 73. quod in omnibus eſt ſimile, idem vtique erit, & non exemplum: & ideo præmittit, non neceſſe omninò, & indifferenter aſſignari exempla; neceſſe eſt enim, in exemplis, & ſimile conſiderare, & diſſimile. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Aliqui etiam*. H.16.

E X I

Exire à ſe.

Exire cum dicitur amantem à ſe, & eſſe illud, quod amat, idque fieri per circumincesſionem, vel illapſum; ex hoc ſequitur quod per amorem fiat illa circumincesſio, vel illapſus amati in amantem; amor autem ille, vel dilectio ſunt per ſe potentiæ voluntatis, & per conſequens videtur quod iſte illapſus [etiam ſecundum Henricum] ſit primo in potentia, & ita beatitudo principaliter ibi. 4. D.49. Q.2. §. *Ad iſtam ſecundam quæſtionem*. ℣. *Quæ autem adducuntur*. A.7.

Extra ſe per amorem: iſtud dictum eſt metaphoricum, ſicut apparet per Philoſophum in Politicis. lib.2. cap.3. & in 7. cap.5. Nihil enim minus aliquid eſt id quod fuit, quia amat aliud: ratio autem huius metaphoræ, & omnium talium hæc eſt, quia in attingendo, vel acceptando, vel appretiando, verius eſt amans amatum, quam ipſummet, & quieſcendo in illo. *ibidem*.

Exit pro tanto amans extra ſe, quia ſuum eſſe paruipendit, in comparatione amati; ita quod magis appetit deſtrui eſſe ſuum, quam amati. 4. D.49. Q.2. §. *Ad iſtam ſecundam quæſtionem*. ℣. *Quæ autem adducuntur*. A.7.

Exiſtens, & exiſtere,

Exiſtere ſempiternum repugnat lapidi, ſecundum poſitionem, quod Deus non poteſt producere aliquid ſine principio; & ideo, ex quidditate lapidis, poteſt demonſtrari quod non habeat eſſe ſempiternum; & ideo, ex hoc, vlterius non abſolutè, quod habeat eſſe nouum; ſed ſi eſt, quod habet eſſe nouum. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes iſtam poſitionem*. ℣. *Ad argumenta tamen*. A.9.

Exiſtens non eſt per ſe eodem completiuè natura humana, & perſonata perſonalitate creata, quia non eſt perſonata vltimatè aliquo poſitiuo; per ſe autem exiſtit exiſtentia poſitiua creata, loquendo de propria exiſtentia naturæ. 3. D.1. Q.1. §. *Ad quintum principale*. L.17.

Exiſtens omne per ſe, ſecundum quod per ſe exiſtere diſtinguitur contra ineſſe, quod conuenit accidenti, non oportet per ſe exiſtere, ſecundum quod per ſe exiſtere dicit negationem actualis, & aptitudinalis dependentiæ ad perſonam alterius naturæ. 3. D.1. Q 1. §. *Ad quintum principale*. L.17.

Exiſtens aliquid, ſicut exiſtens, ſiue ſecundum exiſtentiam quod omninò neceſſariò conſequitur, conſequitur illud, vt exiſtens: *ſiue ſic*, Quod omninò neceſſariò conſequitur aliquid ſicut exiſtens, ſiue ſecundum exiſtentiam, conſequitur illud vt exiſtens; ita ipſum, vt intellectum, neceſſariò conſequitur illud, vt intellectum: Vt quemadmodum ad hominem realiter exiſtentem conſequitur ipſum eſſe riſibilem exiſtentem; ita ſi intelligatur homo (ſiue ſit, ſiue non ſit) neceſſariò intelligitur riſibile, conſequens ipſum in intellectu; nec tamen

men sequitur, quod risibile non sit eius passio realis. *Quodl. Q.6. Ad tertium principale.* Nn.34.

Existentia quo ad cognoscibilitatem.

Existentia cognoscitur à Deo ab æterno, sicut essentia, non tamen, propter istam relationem fundatam, concedit aliquis esse existentiæ, fuisse verum reale esse ab æterno. 1. Dist.36. Quæst. Vnic. §. *Concedo conclusionem*. C.6.

Existentia, & essentia alicuius etsi non sit, potest tamen à nobis intelligi; non tamen, propter intellectionem nostram, ponitur quod illud habeat verum esse existentiæ, vel esse essentiæ. *ibidem*.

Existentiam rei non potest cognoscere Angelus, si non potest intelligere nisi per habitum scientialem infusum; quia illud cognoscens non potest præcisè cognoscere existentiam rei, quod cognoscit per rationem, indifferentem ad existeotiam, & non existentiam; talis autem habitus, si ponatur, indifferenter se habet ad repræsentandum existentiam, & non existentiam, quia quidquid repræsentat, naturaliter repræsentat. 2. Distinct.3. Quæst.8. *§. Contra istam opinionem arguo. ℣. Praeterea si Angelus*. A.7.

Existentiæ, vel non existentiæ rerum sunt contingentes; & ideo non sufficit habere notitiam quidditatum, & vniuersalium (quæ sunt necessaria) ad hoc, vt cognoscatur hoc singulare esse, puta hunc, sortem currere, sed oportet quod ista notitia accipiatur à rebus. 2. D.3. Q 11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem. ℣. Praeterea secundo dico*. E.11.

Existentiæ contingentis, & singularis notitiam quantumcunque Angelus sibi concretam haberet, tamen cognitionem intuitiuam singularium necessariò recipit à rebus; non enim omnis cognoscens existentiam alicuius, cognoscit ipsam intuitiuè, quia potest ipsam cognoscere abstractiuè; nam cognitionem intuitiuam singularium non potest habere in Verbo, vbi tamen cognitio existentiæ habetur; & ideo ad cognitionem intuitiuam rei necessariò concurrit obiectum reale, vel ipsa res vt præsens. 2. D.3. Q.11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem. ℣. Tertio dico*. F.12.

Existentia non est excellentius cognoscibile, quam existens, cuius est existentia; quia non potest aliquis modus improportionaliter excedere illud, cuius est modus; Vnde cum Christus sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu creato, sequitur quod & quæcunque existentia eius. 4. Dist.10. Quæst.8. *In secundo argumento in oppositum*. n.3.

Existentia propria actuali dum aliquid est perfectè præsens alicui intellectui, potest ab eodem intuitiuè intelligi. 4. D.10. Q.8. §. *Respondeo ad quæstionem. ℣. Contra hoc, & primò*. F.8.

Existentia ipsa, & si sit ratio intellecta in obiecto, vel circa obiectum, tamen non necessariò requiritur vt actualiter conueniens obiecto, in quantum obiectum est scibile. *Quodl.* Quæst.7. §. *Secunda conclusio. ℣. Ex hoc arguitur sic*. G.8.

Existentia ipsa potest cognosci cognitione abstractiua; sicut enim essentiam, sic existentiam possum intelligere, licet non sit realiter extra intellectum. *Quodl.* Qu.11. §. *Circa secundum. ℣. Ad secundum concedi potest*. L.10.

Existentia quo ad demonstrationem.

Existentia non est medium, aptum ad ostendendum quod Deus non producit aliquid sine principio, quia si dicatur; Omnis creatura existens incipit existere; Sed lapis v.g. existit; ergo incipit existere; Hæc ratio videtur dupliciter peccare: primò secundum fallaciam consequentis; quia existentia in minori (quæ est consequens respectu existentiæ nouæ, sicut animal respectu hominis) non infert existentiam actualem nouam: Secundò quia præmissa, in qua applicatur existentia ad lapidem, erit contingens: & ita demonstratio illa non erit ratio multum probabilis, sed sophistica. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes istam positionem. ℣. Contra hoc, quia medium illud*. immediatè ante A 9.

Existentia quo ad demonstrationem.

Existentiæ conditio aliqua potest repugnare alicui *quod quid est*; & ideo potest esse medium demonstrandi, itaque existentia, sub tali conditione, potest demonstrari per *quod quid est* ipsius; sicut quidditas lapidis, licet in se non includat existere, tamen sibi repugnat ex se esse increatum, & ideo, ex ratione huius quidditatis, potest concludi quod non habet esse increatum, nec sempiternum: ita dicendum est in proposito, secundum istam positionem, quod lapidi repugnat existere sempiternum; & ideo, ex quidditate lapidis, potest demonstrari quod non habeat esse sempiternum; & ideo ex hoc, vltra, non absolutè quòd habeat esse nouum; Sed sic est, quod habet esse nouum. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes istam positionem. ℣. Ad argumenta tamen*. A.9.

Existentia, vt inuariabilis.

Existentiæ alicuius mensuram, dum manet, sicut aliquando non fore non variat; ita multò magis illa causa, per quam potest ista potentialitas reduci ad actum, puta per creatam, vel increatam, non variabit formalem rationem mensuræ existentiæ eius, vel moram eius in existendo. 2. D 2. Q.4. §. *Contra conclusionem huius positionis. ℣. Si etiam dicatur*. n.4.

Existentia quæcunque actualis inuariabilis, hoc est, cui repugnat, vt, secundum ipsam, sit variatio, siue fluxus, vel acquisitio partis post partem, mensuratur æuo; nec enim perpetuitas aliquorum, vel corruptio, vel annihilatio aliquorum variat mensuram formaliter, dummodo existentia sit eiusdem rationis, dum manet. 2. D.2. Q.4. *§. Concedo conclusionem*. A.9.

Existentia creaturæ permanentis est eadem omninò in creatione, vel conseruatione; quia in hoc est differentia permanentis à successiuo, quia successiuum, dum manet, semper habet aliud, & aliud esse, sicut aliam, & aliam partem; Sed permanens habet semper idem esse, nec variatur secundum partem, & partem, quia tunc esset successiuum; nec secundum totum, & totum, quia tunc in quolibet alio, & alio instanti haberet totaliter aliud, & aliud esse, quod est absurdum. *Quodl.* Q 12. §. *De primo dicit potest. ℣. Prima scilicet*. A.3.

Existentia vt distinguitur ab essentia.

Existentia vt distinguitur ab essentia, non est, ex se, distincta, nec determinata; Non enim existentia habet differentias proprias, alias à differentijs essentiæ; Sed præcisè determinatur ex determinatione alterius, ideoque ipsa non determinat aliquid aliud. 2. D.3. Quæst.3. §. *Contra istud*. A.2.

Existentia, vt determinata, & distincta, præsupponit ordinem, & distinctionem essentiarum. *ibidem. ℣. Ex hoc potest argui aliter*. A.2.

Existentia actualis est vltimus actus, posterior tota coordinatione prædicamentali, & ideo existentia distinguit vltimatè, sed distinctione, quæ est extra totam per se coordinationem prædicamentalem; quæ distinctio est aliquo modo accidentalis; licet non sit verè accidentalis, tamen sequitur totam distinctionem, secundum esse quidditatiuum: eo ergo modo, quo est actus, distinguit, & in quo est vltimus actus, vltimatè distinguit. 2. D.3. Q.3. *§. Contra istud. ℣. Per hoc patet ad argumentum*. C.3.

Existentia quo ad hæcceitatem, & personalitatem.

Existentia quo, & vnde contrahitur, vt sit hæc, eadem est de ea difficultas, quæ est & de natura; Nam si natura specifica eadem sit in pluribus indiuiduis, habet existentiam eiusdem rationis in eis; & per consequens sicut ista natura non est de se hæc, ita potest quæri per quid existentia sit hæc, quia non est dare quod sit de se hæc; & ita non sufficit dare primam existentiam, qua natura sit hæc. 2. D.3. Q.3. *§. Contra istud. ℣. Praeterea, eadem quæstio est*. B.2.

Existentia actualis primò conuenit naturæ; Vnde hæc natura non est existens formaliter, quia hæc, sed per naturam;

Existentia quo ad Hæcceitatem, & personalitatem,

ram; Illam autem naturam, vt existentem, intuitiuè cognoscit intellectus, & ista cognitio existentia, vt existentia, sufficit ad hoc, vt eios possit esse recordatio. 4. D.45.Q.3. *Ad secundum principale.* ℣. *Respondeo existentia actualis*. O.21.

Existentia per se in natora intellectuali quod sit personalitas negatur vniuersaliter, accipiendo per se existete, secundomquod distinguitur contra inesse, quod conuenit accidenti. 3. D.1.Quæst.1. *Ad quintum principale*. L. 17.

Existentia in Diuinis.

Existentia in Diuinis est de conceptu essentiæ, & prædicatur in primo modo dicendi per se, sic, quòd propositio illa per se est prima, & immediata, ad quam omnes aliæ resoluuntur. *Quodl.* Q.1.§. *De primo hic quæritur.* ℣. *Ad secundum dici potest*. C.4. *Additio*.

Existeotia est in Diuinis ex natura rei, alioquin nihil esset ibi existens ex natura rei; Huius auteo existentiæ modus intriosecua videtur quod sit æteroitaa, vt æternitas; quia sicut tofinitas intensiua dicit modum intrinsecum essentiæ, vt essentiæ, ita æternitas, vt æternitas, dicit modum intrinsecum existentiæ, vt existentiæ; Et tunc cum ibi sit existentia ex natura rei, sicut & *esse*: pari ratione modus intrinsecua illius, & hoc ex natura rei, sicut modus intrinsecus ipsius *esse*. Pro hoc est Dionysius de Diuin. nomi. cap.5. tertiæ partis: *Deus non quoddammodo est existens, sed simpliciter, & circumscriptiuè totum esse accipit in se ipso, & præaccipit, propter quod dicitur Rex sæculorum.* & sequitur: *Ipse est esse existentibus, & ipsum esse existentium, & existens ante sæcula; ipse est enim æuum æuorum, qui est ante sæcula*. Per æuum æuorom intelligitur æteroitas, secundum quod ipse est existens simpliciter, & incircumscriptè. *Quodl.* Q.6.§. *Restat nunc Videre de æternitate*. Q.13.

Existentia Diuina habet modum sibi intrinsecum, sicut essentia; sed illud non est oisi infinitas intensiua; æternitaa autem, vt æternitas, siue interminabilis durstio, vt interminabilis duratio, non est infinitas. *Quodl.* Q.6. §. *Contra istud.* ℣. *Hæc conclusio*. S.15.

Existentia Diuina hsbet repugnantiam ad desinere esse; & fundamentum illius repugnantiæ est ibi ex natura rei, scilicet existentia; sed formalis ratio repugnantiæ ad desinere esse, siue sit negatio desitionis, siue necessitas coexistendi cuicunque compossibili; hoc, vltra illud, quod est ex natura rei, addit negationem imperfectionis, vel respectum ad extra. *Quodl.* Q.6.§. *Contra istud obiicitur*. ℣. *Hæc conclusio*. S.16.

Existentia reali Diuinarum personarum, per impossibile, circumscripta, posita tamen sola consideratione in intellectu earum, adhuc intelligitur æqualitas: ista propositio, si intelligatur quod æqualitas tantùm competit eis, vt habentibus *esse* rationis, est falsa; non enim tantùm competit istis, vt habentibus *esse* rationis, sed *esse* reale, & ideo realiter. *Quodl.* Q.6. *Ad tertium principale*. N n.34.

Existentia duarum naturarum in Christo.

Existentia realis naturæ assumentis non est ratio terminandi dependentiam naturæ assumptæ à Verbo Diuino, sed subsistentia, idest, incommunicabilis existentia. 3.D.1.Q.5. §. *Ad argumenta.* ℣. *Ad aliud dico*. C.8.

Essentiam propriam actualem extra causam suam necessariò habet natura humana, vnita Verbo Diuino; ex quo non est tantum in intellectu, neque in causa, sicut habet suum proprium esse quidditatiuum; Sed non habet propriam subsistentiam, quia subsistentia vltra existentiam nihil addit, nisi negationem duplicis dependentiæ: ista autem existentia non est independens, sicut nec natura cuius est; sed talis existentia est ibi tantum existentia Verbi, ideo hic est tantum vna subsistentia. 3.D.6.Q.1. §. *Concedo conclusiones*. B.5.

Existentia naturæ humanæ vnitæ Verbo Diuino est alia ab existentia increata, quæ sit propria existentia huius suppositi, & simpliciter. *ibidem*. ℣. *Dico etiam*. B.5.

Existentia naturæ humanæ assumptæ Verbum est propriè

Existentia duarum naturarum in Christo.

existeos; subsistit eoim in natura humana, sicut suppositum in natura, propter quod propriè dicitur homo. *ibidem.* ℣. *Dico etiam vlterius*. C.5.

Existentia naturæ humanæ [vnitæ Verbo] est in se existentia simpliciter, pro vt ens diuiditur io ens simpliciter, & in ens secundum quid; & ens simpliciter est substantia, & ens secundum qoid est accidens; existentia autem naturæ humanæ est existentia substantiæ. 3.D.6.Q.1. §. *Concedo conclusiones*. ℣. *Secundo dico*. D.7.

Existentia qualis est in se, tale existere dat cuicunque existenti per ipsam; Vnde cum Verbum [vnitum naturæ humanæ] existat existentia ista, scilicet per naturam humanam, existet simpliciter existentia ista. *ibidem*. ℣. *Et si dicas*. D.7.

Existentia corporis Christi in Eucharistia.

Existentia aliqua, quando est indifferens ad duos modos; sicut potest simpliciter haberi sub vno modo, sic & sub alio; Vnde cum existentia corporis Christi simpliciter, seu realis, sit indifferens ad modum naturalem, & Sacramentalem, potest haberi sub quouis ex istis modis, licet non sub alio. 4.D.10.Q.4. §. *Hic duo sunt videnda*. ℣. *Conclusio secunda*. C.4.

Existentia sub modo naturali non est de essentia existentiæ sub modo Sacramentali, quia res Eucharistiæ (scilicet corpus Christi) non habet in Sacramento modum existendi naturalem, scilicet extensiuum, quem tamen haberet, si esset de essentia illius existentiæ, vel modi existeodi, quem ibi habet, quia omne habens aliquid, habet illud quod est de essentia eius: Nec existentia sub modo naturali est causa existentiæ sub modo Sacramentali; quia Deus est causa immediata istius existentiæ, scilicet, Corporis Christi in Sacramento, & per consequens corpus sub naturali existentia, non est causa existentiæ Sacramentalis. 4.D.10.Q.4.§. *Hic duo sunt videnda.* ℣. *Contra*, *& est ad conclusionem*. C. D.5.

Existentia corporis Christi modo natursli non est Sacramentum, nec res Sacramenti; imò res Sacramenti est existentia sub alio modo disparato; nec est causa huius, adeoque Eucharistia non dependet ab existentia sub modo naturali. 4.D.10.Q.4.§. *Hic duo.* ℣. *Item, & est idem*. D.5.

Existentia corporis Christi modo naturali non est intrinseca Eucharistiæ; & per consequens Deus, qoi potest, sine quocunque causato non intrinseco alicoi, illud (scilicet effectum illum, cui non est illud intriosecum) causare, potest etiam causare existentiam sub modo Sacrsmentali, sine ea sub modo naturali. 4.D.10.Q.4.§. *Hic duo.* ℣. *Item, & est quasi idem*. D.5.

Existentia corporis Christi, licet sit eadem sub doobus modis, scilicet naturali, & Sacramentali; tamen non est terminus relationis, quæ includitur in Eucharistia sub modo naturali, sed sub modo disparato; quia eo modo est res contenta in Eucharistia, quo modo est primum signatum huius signi; Hæc est enim differentia hoius Sacramenti ad alia, quia realiter cootinet suum primum signatum, vt est suum signatum primum; existentia autem sub modo naturali non contioetur hic realiter, imò sub alio modo disparato, & consequenter non est terminus relationis 4.D.10.Q.4. §. *Hic duo.* ℣. *Contra existentia*. D.6.

Existentia corporis Christi in Eucharistia potuit nobis inlieri ex alia existentia, vtpotè alicuius contenti in cootinente, seu signati in signo, vel tecti in tegente. 4.D.10.Q.8.§. *Respondeo ad quæstionem.* ℣. *Respondeo, docet Augustinus*. B.6.

Existentia corporis Christi in Eocharistia, licet quo ad aliquid similis sit existentiæ Angeli, non tamen quo ad sensibile, & visibile; quia Angelus caret illis principijs, quæ requiruntur in aliquo obiecto ad actum sensationis, scilicet, quantitate, & qualitatibus sensibilibus; ista autem substantia habet quantitatem, & qualitates sensibiles, licet modus aliqois eis auferatur; Vnde vt probaretur qood oculus corporeus non possit eleoari ad videndum hanc substantiam, ex hoc quod non posset eleuari ad videndam substantiam separatam, oporteret probare quod modus quantitatiuus esset simpliciter necessarius ad hoc, quod esset sensatio istorum. 4.D.10.Q.9.§. *Hic dicitur*. ℣. *Ad tertiam*. A.4.

Exi-

Existentia Angeli, & Æuiterni.

Existentia Angeli (posita successione æoi) manet tota, secundum quod absoluta est, habens tamen nouum, & nouum respectum ad ipsam causam, ita quod ipsa tota, & sub vno respectu ad causam suam causantem, succedit sibi ipsi, vt sub alio respectu ad conseruantem. 2. D 2. Q. 5. §. *Alio modo potest conclusio sustineri*. C. 57.

Existentiæ actualis Angeli non oportet quærere aliquam mensuram intrinsecam, aliam à natura rei ipsius mensuratæ, quia nihil est ibi aliud realiter à natura rei mensuratæ; mensura autem, ex natura rei, aliud est à mensurato. 2. Dist. 2. Quæst. 2. §. *Ad secundam partem quæstionis*. H. 11.

Existentia Angeli non videtur posse esse mensura sui ipsius, sicut in alijs; quantitas enim, vt distinctè cognita, potest esse mensura sui ipsius, secundum partes suas confusè cognitas; Non est ita hic, cum ista existentia sit indiuisibilis, in qua non possunt concipi partes confusè, quia non habet in se partes simpliciter, & per consequens non est necesse in Angelo existente ponere aliquid, aliud ab actuali eius existentia, quod sit mensura illius existentiæ actualis. 2. D. 2. Q. 3. §. *Ad secundam partem quæstionis*. H. 11.

Existentiam æquè inuariabilem ponendo omnia æuiterna habere, potest negari omne extrinsecum, aliud ab existentia actuali æuiterni, ex natura sui natum mensurare actualem existentiam ipsius æuiterni; quia licet vna existentia sit perfectior alia, & per hoc posset eam mensurare, tali mensuratione quidditatiua, sicut loquitur Philosophus. 10. Met. *quod primum in omni genere &c.*; tamen mensuratione duratiua, quæ dicitur aliquo modo reduci ad genus quantitatis, non videtur vna existentia inuariabilis esse inuariabilior alia, quia cuilibet omnino repugnat successio partium in ipsa; & tunc diceretur quod cum æuum ponatur mensura alicuius, inquantum durans est inuariabiliter, & illud sic extrinsecum oporteret esse notius, ex natura rei, secundum rationem inuariabilitatis; Et cum non sit talis differentia inter existentias æuiternorum, nihil sic erit æuum. 2. D. 2. Q. 3. §. *Sed ista positio*. A. 2.

Existentia qualibet superior in æuiternis potest dici simpliciter qualibet existentia inferiori, & nata certificare de ipsa existentia inferiori ex natura rei; & pro tanto qualibet existentia superioris posset dici æuum respectu inferioris: & tunc tot sunt æua, quot æuiterna, excepto hoc, quod in vltimo æuiterno non est æuum, quia existentia eius nullam aliam existentiam inuariabilem mensurat. Et similiter existentia supremi Angeli est tantum æuum respectu aliorum inferiorum, quia existentia eius inuariabiliter mensurat omnes alios, & non habet aliquod isto modo, quia nullam aliam habet existentiam superiorem se. 2. D. 2. Q. 3. §. *Sed ista positio*. ✝. *Vel alio modo potest dici*. A. 3.

Existentia Angeli inferioris, cognita intuitiuè à superiore, nihil eiusdem rationis eum intellectione intuitiua, qua illam cognoscit superior, nec alterius rationis gignit in medio, quia medium non est capax intellectionis, vel speciei intelligibilis. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quæstionem istam*. ✝. *Secundo principaliter*. D. 19.

Existentia non prima, & secundum quid.

Existentia albi licet formaliter fortes existat, quia formaliter est albus; non tamen simpliciter, sed secundum quid existit illa existentia, quia illa existentia est secundum quid, & maximè respectu existentiæ fortis, quæ est in se existentia simpliciter. 3. D. 6. Q. 1. §. *Concedo conclusiones*. ✝. *Secundo dico*. D. 6.

Existentia alicuius, quæ non est prima, non semper est eius secundum quid, si illud non est natum dare existentiam secundum quid, qualisest omnis natura substantialis, qualitercunque se habeat ad illud, cui dat esse. *ibidem*. ✝. *Sed istud non concludit*. D. 7.

Existentia partis, & totius.

Existentia pedis mei ideo non est existentia mei, licet sit in me, quia ego non sum pes, neque subsistens respectu pedis, sicut suppositum respectu naturæ; Sed è conuerso magis pes existit per existentiam mei, & ideo existentia pedis non est alia ab illa, qua existo, sed tantum est aliqua existentia partialis in illa, qua existo. 3. D. 6. Q. 1. §. *Concedo conclusiones*. ✝. *Dico etiam vlterius*. C. 5.

Exitus.

Exitus Filij à Patre est processio producti à producente; talis autem exitus nihil prohibet, quin exiens maneat in eo, à quo exit; quia recipit eamdem naturam cum eo, à quo procedit. 1. D. 19. Q. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad vltimum dico*. I. 14.

E X O

Exorcista. Vide Ordo.

E X P

Experientia.

Experientia licet non habeatur de omnibus singularibus, sed de pluribus, nec semper, sed plures; tamen expertus infallibiliter nouit quod ita est, & quod semper, & in omnibus: & hoc per istam propositionem, quiescentem in anima, *quidquid euenit, vt in pluribus, ab aliqua causa non libera, est effectus naturalis illius causæ*; quæ propositio nota est intellectui, licet accepisset terminos eius à sensu errante; quia causa non libera non potest producere vt in pluribus effectum, ad cuius oppositum ordinatur, vel ad quem, ex forma sua, non ordinatur; causa autem naturalis ordinatur ad producendum oppositum effectus casualis, vel non ad istum producendum, adeoque nihil est causa casualis respectu effectus frequenter producti ab eo; & ita si non est libera, est naturalis; quod autem iste effectus eueniat à tali causa producente vt in pluribus, hoc acceptum est per experientiam; quia inueniendo nunc talem naturam cum tali accidente, nunc cum tali, inuentum est quod quantumcunque esset diuersitas accidentium talium, semper istam naturam sequebatur talis effectus; & per consequens non per aliquod accidens per accidens illius naturæ, sed per naturam ipsam in se consequitur talis effectus. 1. D. 3. Q 4. §. *De secundis cognoscibilibus*. E. 9.

Experientia quandoque accipitur de conclusione, puta, quod Luna frequenter eclipsatur, & tunc, supposita conclusione quia ita est, inquiritur causa talis conclusionis per viam diuisionis; & quandoque deuenitur, ex conclusione experta, ad principia nota ex terminis: & tunc, ex tali principio nota ex terminis, potest conclusio, prius tantum per experientiam nota, certius cognosci, scilicet primo genere cognitionis; quia vt deducta ex principio per se noto; sicut illud est per se notum, quod opacum interpositum inter luminosum videlicet, & perspicuum, impedit luminis multiplicationem ad tale perspicuum: & si inuentum fuerit, per diuisionem, quod terra est tale corpus, interpositum inter Solem, & Lunam, scietur certissimè, demonstratione *propter quid*, & non tantum per experientiam, sicut sciebatur illa conclusio ante inuentionem principij. 1. D. 3. Q. 4. §. *De secundis cognoscibilibus*. ✝. *Sed vlterius notandum*. E. 9.

Experientia quandoque est de principio, ita quod non contingit amplius per viam diuisionis vlterius inuenire principium, notum ex terminis, sed statur in aliquo vero, vt in pluribus, cuius extrema experimentatum est frequenter vniri, puta, quod herba talis speciei est calida; nec inuenitur aliquod medium aliud prius, per quod demonstretur passio de subiecto, *propter quid*, sed statur in isto, sicut in primo noto, propter experientiam; tunc licet incertitudo, & fallibilitas remoueantur per illam propositionem, *effectus vt in pluribus alicuius causæ non liberæ, est naturalis effectus eius*; tamen iste est vltimus gradus cognitionis scientificè; & fortè ibi non habetur necessaria cognitio actualis vnionis extremorum, sed aptitudinalis; Si enim passio est res alia, absoluta à subiecto, posset, sine contradictione, separari à subiecto, & expertus non haberet cognitionem quia ita est,

sed

Experientia.

sed quia aptum natum est ita esse. 1. Distinct.3. Quæst.4. §. *De secundis cognoscibilibus*. ✝. *Sed vlterius notandum*. F.9.

Experientia acquiritur scientia *quia*; nam per experientiam est frequenter notum de effectu, quia est, ex multis singularibus acceptis à sensu, & nondum scitur propter quid ita est, quia illud non habetur à sensu, nisi mediante vlteriore inquisitione. *Quodl*. Q.7. §. *Hic præmittenda sunt*. ✝ *Et videtur hinc sequi corrolarium*. A.3.

Exponens.

Exponens se fornicationi, si in momento summæ delectationis non vtatur ratione, nec per consequens voluntate, peccat tamen mortaliter, exponendo se illi passioni, in qua non potest vti ratione: quemadmodum aliquis potest meritoriè, vel demeritoriè exponere se dormitioni, propter bonum finem, in qua non potest vti ratione. 3. D.15. Q.Vn. §. *Quantum ad secundum articulum dico*. ✝. *Respondeo, ipsum pati*. H.18.

Exponens se periculo mortis, vt acceptans actum, in quo verisimile est, secundum humanum iudicium, quòd exponit se periculo mortis, sicut in bello mortali, tenetur ad pœnitentiam exteriorem, scilicet ad confitendum. 4. D.9. Q.Vn *Ad secundum principale*. E.5.

E X T

Extensio.

Extensio cognitionis practicæ ad praxim consistit in duplici relatione aptitudinali, scilicet conformitatis, & prioritatis naturalis. *Prol*. Q.4. §. *Ex hoc articulo patet secundur*. C.6. & §. *Ad quæstionem igitur respondeo*. O.31.

Extensio aptitudinalis ad praxim conuenit considerationi, siuè sit finis amatus, siue non; potest enim in intellectu esse talis cognitio, qualitercunque voluntas se habeat; imò etiamsi voluntas non esset coniuncta intellectui: & ita à fine, tanquam à finali causa non conuenit aptitudo ista cognitioni; Nihil enim inest ab aliqua causa, quod inest, illa causa non causante. *Prol*. Q.4. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Contra; finis non est causa*. D.11.

Extensio securitatis beatitudinis de eius perpetuitate, superaddita quantitati intensionis eiusdem beatitudinis, includit perfectionem intensionis. 4. Dist.49. Quæst.6. *Ad primum principale*. T.25.

Extensum.

Extensum omne per accidens vel recipit extensionem in se, qua extenditur per accidens; vel recipitur in extensione, vel extenso. 4. D 12. Q.2. §. *Ad quæstionem ergo respondeo*. ✝. *Sed de facto quid?* I.15.

Extollere.

Extollere in corde bonitatem alicuius tanquam summam respectu bonitatis suæ, & à quo ipse magnificans habet totam bonitatem suam, est actus quidem laudabilis, dummodo habeat obiectum sibi conueniens; illud scilicet, cuius bonitas excedit bonitatem illius reuerentis, & à quo ipse reuerens habet bonitatem suam. 3. D.9. Q. Vn. §. *De primo sciendum*. A.2.

Extractio.

Extractio partium virtualium in augmentatione Charitatis exponitur, in sententia Henrici; sed refellitur, quia si fiat augmentatio in charitate per extractionem partium virtualium, tunc aut per istam extractionem habetur aliqua entitas realis noua, aut non: Si non; ergo ista extractio non erit aliqua actio; & per consequens augmentabitur charitas sine actione Diuina; Si autem est aliqua realitas, ad quam terminatur ista extractio, quæ non est præcisè realitas prior, quia concedit latitudinem in essentia formæ, nec prior realitas corrumpitur, secundum sic opinantem; igitur terminatur ad aliquam realitatem, aliam à priori: & cum faciat vnum per se cum priori, aliter non esset augmentatio, sequitur quod hoc fit per appositionem vnius realitatis ad aliam: igitur ponere augmentationem charitatis fieri per extractionem, est ponere eam fieri per appositionem. 1.D.17. Qu.3. vel 6. §. *Sexto propter tertiam opinionem*. ✝. *Hic dicit vnus Magister tria*. & ✝. *Contra istam opinionem*. Yy.2.3.

Extractio noui gradus a subiecto non est ratio augmenti charitatis, sed quia Deus, augendo, addit aliam realitatem præcedenti; magis enim propriè dicitur augmentatio per appositionem, quam per extractionem. *ibidem*. ✝. *Item sic opinans*.

Extractio non fit in augmentatione charitatis; nec iste modus concipitur, quia talis productio non esset productio: sed est ibi noua realitas, addita præexistenti, sicut partes, vel gradus, non quidditatiui, sed indiuiduales, & existentiæ. *ibidem*. ✝. *Dico ergo*. Zz.4.

Extraneitas.

Extraneitas à iure hæreditatis, ex generatione naturali; & gratia, quæ est gratuita voluntas adoptantis; & bonum, ad quod præordinatur ex ista gratia, scilicet hæreditas, ad quam filius adoptiuus habet ius succedendi ex adoptione, non conueniunt Christo, secundum generationem Diuinam; quia, ex generatione naturali Diuina, est hæres naturalis in hæreditate æterna: secundum etiam naturam humanam non dicuntur hæc sibi conuenire; quia, secundum istam generationem, non fuit extraneus, quia fuit innocens. 3.D.10.Q.*Vnica*. §. *Respondeo, quod qui diceret*. A.2.

Extraneitas talis potest dici quòd requiratur in filio adoptato, quod in instanti generationis naturalis non habeat ius in hæreditate; ita quod prius habeat esse naturale, secundum quod sit extraneus, antequam adoptetur; prioritas tamen illa sufficit quod sit naturæ, vt scilicet persona adoptata in primo instanti naturæ, in quo generatur, vel creatur, ex illa sola generatione, vel creatione non habeat ius: & in secundo instanti naturæ, ex gratia, habeat ius: ita fuit in Christo; prius enim natura terminauit natura humana generationem, ideo erat vnita Verbo, antequam in ipsa esset gratia habitualis. *ibidem*. ✝. *Qui istam rationem*. & ✝. *Sufficit ergo prioritas*. B.4.

Extraneitas in filio adoptato potest etiam dici quòd requiratur in instanti priori temporis, vel naturæ, talis, quòd non necessariò concomitetur aliquid generationem naturalem, vt dispositio de congruo, conferens ius ad hæreditatem; Christi autem generationem temporalem concomitabatur gratia, qua anima Christi habuit ius in illa hæreditate. *ibidem*. ✝. *Si hoc non placet*. B.4.

Extraneitas ad hæreditatem non fuit in Christo in primo instanti, quia licet in secundo instanti conferatur ius hæreditatis, tamen in primo instanti est illa dispositio, necessariò consequens naturam istam humanam, & ideo non est extraneitas. 3.D.10. Q.*Vnica*. §. *Respondeo*. ✝. *Et si obyciatur*. C.4.

Extraneitatis negatio in Christo non est propter gratiam habitualem, quam in secundo instanti [idest in primo instanti post generationem temporalem] habuit; sed est propter dispositionem necessariò insequentem generationem talem humanæ naturæ de congruo, & hoc ex vi vnionis illius naturæ ad Verbum, quæ dispositio non fuisset consecuta talem naturam in supposito proprio. 3.D. 10. Q.*Vnica*. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad istam instantiam*. D.4. Addit. in fine.

Extraneum.

Extraneum medium est, quod non prædicatur per se primo modo, neque propriè per accidens: non enim genus per se prædicatur de differentia, neque per accidens, quia neutrum neutri accidit, nec ambo tertio; sed est ibi medium extraneum, siue inferius, contrahens aliud, quod inferius potest dici accidens superiori, idest extraneum, sed non propriè accidens. In Diuinis autem essentia non prædicatur per se primo modo, idest, formaliter de Patre, neque per accidens propriè, sed est ibi medium extraneum, quia in Diuinis non omnia sunt per se eadem, idest formaliter; nec tamen est aliquid idem alicui

cui

Extraneum.

cui per accidens propriè, sed aliquid est idem alicui absoluta identitate, absque formali identitate. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta logica*. *Ad primum*. H. 10.

Extraneum non oportet sic esse adoptiuum in adoptione humana, hoc est inimicum, neque ex actu proprio, neque ex actu parentum, quia sic, videlicet inimicus, communiter non adoptatur, sed magis dilectus. 3. D. 10. Q. *Vnica*. §. *Respondeo*. ℣. *Si dicatur*. A. 2.

Extraneum quandoque esse, hoc est, non habere quandoque ius in hæreditatem Patris, indignitatis est. 3. D. 10. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum dico*. D. 4

Extraneus, vel Barbarus, nesciens linguam vllam intelligibilem ab aliquo Sacerdote illius Regionis, non tenetur confiteri sua peccata per interpretem. 4. D. 17. Q. *Vnica*. *Ad quintum principale*. Y. 31.

Extremum.

Extrema prima proportionis actiui ad passiuum sunt communia ad omnia per se extrema illius proportionis; nam inter illa communissima est adæquatio, quia in quocunque est ratio vnius, illud respicit quodlibet, in quo est ratio alterius. *Prolog*. Q. 3. §. *Contra istud arguitur dupliciter*. ℣. *Ad primum respondeo*. D. 4.

Extrema prima proportionis causæ ad effectum non sunt communissima, quia inter illa non est adæquatio; non enim sequitur, si commune potest causare habitum, quòd speciale possit è conuerso; non enim quodlibet contentum sub illo communi respicit habitum illum, vt effectum eius, sed tantum aliquod primum obiectum contentiuum, quod virtualiter continet omnia, ad quæ habitus se extendit. *ibidem*.

Extrema aliqua duo opposita vbi sunt, quanto aliquid recedit ab vno oppositorum, tantò accedit ad aliud. *Prolog*. Q. 4. §. *Ad rationes pro opinione opposita*. ℣. *Ideo aliter dicendum*. E e. 44.

Extrema quando inter se nullam habent distantiam mediam, sed ipsa dicuntur præcisè distare ratione extremorum inter se, tanta est distantia, quantum est maius extremum. Exemplum. Deus distat in infinitum à creatura, etiam suprema possibili, si qua daretur, non propter aliquam distantiam mediam inter extrema, sed propter infinitatem vnius extremi: Ita contradictoria non distant per aliqua media, quia contradictoria sunt immediata, ita quod quantumcunque parum recedit aliquid ab vno extremo, statim est sub altero; sed distant propter ista extrema inter se, adeoque tanta est ista distantia, quantum est illud extremum, quod est perfectius. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostensis igitur his præambulis*. ℣. *Sed quidquid sit de antecedente*. Z. 29.

Extremum nullum vnius relationis est idem formaliter cum extremo alterius correlationis. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Per idem ad secundum dico*. H. 9

Extremo non existente, non existit habitudo necessaria ad illud, quia extremo habitudinis non existente, non existit fundamentum. 1. D. 8. Q. 5. §. *Istis rationibus*. ℣. *Et arguo primo sic*. P. 17.

Extremum illud passionum non conuertibilium cum ente, sed disiunctarum, quia semper est nobilius, ideo hoc modo illud extremum dicetur de Deo, quod vel dicit nobilitatem, vel non repugnat nobilitati; sed reliquum repugnat. 1. D. 19. Q. 1. §. *De tertio dico*. D. 4.

Extremum vnum proportionis in vno actu componendi, & diuidendi habet rationem vnam, secundum quam accipitur respectu alterius extremi, quia diuersæ rationes accipiendi idem extremorum respectu eiusdem termini non videntur stare cum vnitate actus componendi. 1. D. 21. Q. *Vnica*. *Ad tertium principale*. ℣. *Contra istud*. F. 8.

Extrema quando sunt ita alterius rationis, vt vnum excedat alterum, non oportet similem esse coexigentiam vnius ad alterum, & è conuerso; sicut non sequitur. Quodcunque æternum est cum toto tempore; ergo omne temporale est cum tota æternitate: prima vera est ratione immensitatis æternitatis, & illud deficit in altero extremo: & ideo non oportet esse concomitantiam è conuerso, qualis est hic: Ita hoc æternum potest esse terminus nouæ habitudinis ad ipsum, quia æternaliter existens potest aliquid de nouo producere, & potest de eo aliqua appellatio dici ex tempore; sed temporale non potest ita habere habitudinem alicuius æterni ad ipsum. 1. D. 30. Q. 2. §. *Ad argumenta primæ quæstionis*. ℣. *Ad secundum*. K. 13.

Extremo vno passionum distinctarum, quod est minus nobile, sumpto de aliquo ente, potest concludi aliud extremum, quod est nobilius de aliquo alio ente; sicut sequitur: si aliquod ens est finitum; ergo aliquod ens est infinitum: Et si aliquod ens est contingens; ergo aliquod ens est necessarium; quia in talibus non posset enti particulariter inesse imperfectius extremum, nisi alicui enti inesset perfectius extremum, à quo dependeret; Isto tamen modo non videtur posse concludi extremum imperfectius talis disiunctionis; non enim si perfectius est in aliquo ente, necesse est imperfectius esse in alio ente: Et hoc nisi illa extrema distincta essent correlatiua, sicut causa, & causatum: Vnde contingens de ente aliquo non potest ostendi ex hoc, quod aliud sit necessarium. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. &c. §. *Quantum ad primum dico*. C. 13.

Extrema nullus sensus, nec intellectus comparat, nisi apprehendat vtrumque; Vnde contradictoria possunt apprehendi ab intellectu, & etiam simul apprehenduntur, alioquin nullo modo intellectus diceret ea esse contradictoria, sicut generaliter patet ex argumento Philosophi. 2. de Anima. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenenter istam positionem*. ℣. *Ad illud de vix intelligibili*. D. 14.

Extrema vbi sunt posita, necesse est media esse finita: in omni autem genere qualitatum sensibilium extrema sunt posita, quia contraria, adeoque qualitates sensibiles sunt determinatæ secundum species. 2. D. 2. Q. 9. *Ad secundum principale*. ℣. *Secundò Aristoteles de sensu, & sensato*. C. 16.

Extrema motus possunt intelligi aut duo *vbi* distantia, inter quæ est aliquod medium, quod nihil est extremorum: aut duo immediata, inter quæ sunt media, quorum tamen quodlibet est aliquid extremorum. 2. D. 2. Q. 12. §. *Hic dicunt quidam, quod extrema*. A. 2.

Extrema prima proportionis actiui, & passiui sunt vniuersalissima abstracta à quocunque actiuo, & à quocunque passiuo: & ista proportio inest particularibus sub vtroque extremo per rationem communem, & per consequens extremis. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad quæstionem istam*. ℣. *Probatio minoris*. A. 15.

Extrema vt sunt in medio, non agunt ad corruptionem sui, sicut cum sunt in se ipsis; Non enim rubor, in quo dicuntur extrema manere, corrumpit se magis, quam albedo, vel aliud extremum. 2. D. 15. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. G. 9.

Ab Extremo in extremum non fit transitus, nisi per medium. 2. D. 21. Q. 1. *In secundo argumento principali*. n. 1.

Extrema quantumcunque sint correlatiua, tamen circa extrema sunt duo actus intellectus, sicut patet de accidente, & subiecto; qui enim intelligit accidens, non, propter hoc, intelligit subiectum eadem intellectione, licet actus comparandi sit vnus 2. D. 43. Q. 1 §. *Respondeo*. ℣. *Sed hoc non valet*. B. 3.

Extrema aliqua communia quando habent inter se proportionem, ipsa est inter quæcunque contenta sub altero extremo. Exemplum: Calefactiuum, & calefactibile sunt prima extrema, fundata super habens calorem in actu, & in potentia; In quibuscunque ergo inueniuntur istæ rationes actualiter calidi, & potentialiter calidi, illis potest inesse talis proportio. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem dico*. ℣. *Præterea quando*. G. 7.

Extrema prima huius proportionis, perfectio supernaturalis, & perfectibile supernaturale, sunt gratia (loquendo de anima Christi, eiusque gratia) & natura intellectualis; Vnde in quibuscunque contentis sub alterutro extremo est ratio istius proportionis, & ita quæcunque gratia potest esse perfectio cuiuscunque naturæ intellectualis. Exemplum ad hoc. Si color se habeat ad superficiem primò vt perfectio ad perfectibile, & non determinetur, ex natura alterius extremi, ad aliquid inferius, vt sit extremum proportionis, quælibet superficies potest perfici à quocunque colore: quod si extrema determinentur aliunde, puta, quòd superficies, vnde talis substantiæ, scilicet lapidis, fiat determinatum extremum talis coloris, tunc ista superficies non potest recipere quemcunque colorem, quod non est, ex parte eius, qua perfectibile est, sed inquantum illud, cuius est, determinat sibi certam speciem, vel certum gradum coloris; sed si absolutè esset perfectibile, &

Extremum.

bile,& reliquum, perfectio quælibet posset perfici à quocunque gradu.3. D.13.Q.4.§.*Ad primam quæstionem*. ℣. *Præterea quando*. G.7.

Extrema quælibet duo contradictionis de eodem sunt incompossibilia æquè inter se.3. D.24.Q.*Vnica*.§.*Contra hæc primo contra opinantem*. ℣.*Contra, quælibet duo extrema*. A.8.

Extrema quando sunt immediata, tanta præcisè est eorum distantia, quantum est extremum alterum maius: patet in simili, quia tanta est distantia Dei à creatura, etiam suprema possibili fore, quantus est Deus; & ideo si poneretur suprema creatura possibilis, adhuc Deus distaret ab illa in infinitum, quia est infinitus.4. D.1.Q.1. §.*Ratio secunda principalis*. F.11.

Extrema orationis, vel propositionis denotantur vniri pro primo instanti temporis prolationis verborum, & per consequens tunc est veritas in oratione, quod significatur per verbum, copulans extrema, quia nihil aliud est in propositione, quod significat tempus, ad quod oporteat, ex intellectu propositionis, vnionem extremorum referri.4.D.8.Q.2.§.*Aliter ergo potest dici*. ℣.*Tertia conclusio est ista*. K.15.

Extremorum quando est talis identitas, quòd per abstractionem non tollitur ratio identitatis eorum, tunc prædicatio in abstracto vera est; Vnde hæc est vera, *albedo est color*, quia licet extrema sint abstracta, non tamen fit abstractio, nisi à subiecto alterius naturæ, & illud subiectum non fuit præcisa ratio identitatis eorum extremorum; Vnde manet ratio identitatis naturæ ad naturam, illo subiecto exclusos albedo autem, & musica non habent identitatem nisi per accidens, ratione subiecti; adeoque licet hæc sit vera, *album est musicum*, pro tanto, quod idem subiectum denominatur ab vtroque accidente; tamen abstractione facta ab illo subiecto, quod fuit ratio identitatis eorum, hæc est falsa *albedo est musica*. *Quodl*. Q.5. §. *Tertio arguitur*. ℣.*Exemplum*. P.16.

Extremum vnum alicuius prædicationis quando est infinitum, per abstractionem à supposito, non tollitur ratio identitatis ad ipsum, & hoc cuiuscunque compossibilis sibi in eodem supposito; & ideo propter infinitatem non potest esse compossibilia in eodem supposito, nisi vera, & perfecta identitate reali: Vnde abstractione facta à supposito, quamdiu manet ratio extremi infiniti formaliter, semper, in quacunque abstractione, manet ratio identitatis extremi ad extremum, & per consequens vera prædicatio in abstracto, *hoc est hoc. ibidem*.

Extrema vbi non sunt opposita, sed compossibilia in eodem supposito, ibi semper, ad minus, est prædicatio vera in concreto: sicut *Pater est spirans*, *Pater est ingenitus*: non autem in abstracto: sic, *Paternitas est spiratio*; & tamen hæc est vera, Deitas est Paternitas, Deitas est spiratio; Hoc non est, nisi quia Diuinitas est formaliter infinita, non autem Paternitas, nec spiratio; & ideo abstrahendo à supposito Deitatem, cum semper maneat in ipsa ratio infinitatis, semper manet ratio identitatis simpliciter ad Paternitatem, & ad spirationem; & ideo manet ratio veritatis affirmatiuæ prædicationis in abstracto; Sed Paternitatem, quæ non est formaliter infinita abstrahendo à supposito, non manet ratio identitatis eius ad spirationem actiuam, quæ etiam non est infinita, quia neutrum extremum, secundum propriam rationem sui, habet infinitatem, & ideo, licet hæc sit vera, *Pater spirat*, quia eidem supposito conuenit vtrumque; tamen, abstractione ab illo supposito facta, quia neutrum eorum est infinitum, non est vera prædicatio in abstracto, *Paternitas est spiratio*. *Quodl*. Q.5.§.*Tertio arguitur*. ℣. *Ex ista ratione patet*. P.17.

Extremi ad extremum adhuc manet ratio identitatis, facta abstractione à supposito; & per consequens ratio veritatis in prædicatione affirmatiua, quando adhuc manet alterum extremum infinitum; Vnde generaliter patet quod nunquam est neganda prædicatio in Diuinis per identitate abstracti de abstracto, nisi quia neutrum extremum est formaliter infinitum, sicut hæc est neganda, *Paternitas est spiratio ibidem*. ℣.*Per oppositum*. Q.17.

Extremum relationis, inquantum extremum, oportet realiter distingui ab extremo, reduplicatio ista *inquantum* potest diuersimodè intelligi, vel quia reduplicatur relatiuum, quod dicitur oppositum, vel correlatiuum; vel quia reduplicatur ratio formalis vltima, qua scilicet vltimatè formaliter est relatiuum, vel correlatiuum: & in his duobus sensibus propositio est vera: Vel etiam quia reduplicatur ratio formalis non vltima, sed fundamentalis, quasi præuia: & in hoc tertio sensu propositio illa est falsa, & solum hoc modo ista alia propositio est vera, *extrema relationem æqualitatis non terminant, nisi inquantum habent fundamentum æqualitatis*; Vnde probatio prioris propositionis, quæ accipit quod *extremum, inquantum est extremum, terminat relationem*, adhuc ibi ly *inquantum* habet tantam reduplicationem, quantam prius, & solummodo in tertio sensu probatur per hoc, quòd terminat, inquantum habet in se fundamentum. *Quodl*. Q.6.§.*Istarum quatuor rationem*. ℣. *Ad tertium*. Ff.27.

Extrema secundum se immutabilia habent inter se habitudinem omninò necessariam: vel sic, *Inter extrema secundum se immutabilia est habitudo omninò necessaria*; In ista propositione, quæ est Philosophi.8. Physicorum Tex.78. non concordat cum ipso Theologus, sicut nec in ista, *Deus, & Cælum sunt extrema, secundum se immutabilia*, ex qua Philosophus infert quod Deus motu infinito necessariò mouet Cælum, cum tamen Theologus non ponat *mouere* necessariò competere Deo actualiter, esto ponat posse infinito tempore mouere. *Quodl*. Q.7.§.*Contra duppliciter*. X.30.

Extrema non possunt manere, quin maneat relatio media; Ista propositio, si vera est, non habet veritatem, nisi de relatione propriè dicta, idest quarti prædicamenti; respectus autem, quem importat *vbi*, non est talis [& ideo potest corpus, & locus manere sine vbi]. *Quodl*. Q.11.*Ad argumentum principale*. O. 17.

E Z E

Ezechias.

Ezechiæ mortem nunciauit Esaias, & mortuus fuisset naturaliter, secundum causas inferiores; Sed tamen Deus ab æterno vidit orationem suam, & deuotionem, & lacrymas, ideo prohibuit causalitatem causarum inferiorum, &, vltra terminum naturalem, addidit sibi quindecim annos, vt patet Esaiæ cap.38.3.D.21. Q.*Vnica*. §. *Ad quæstionem*. A.2.

Finis Litteræ. E.

F

Facere.



Facere hoc de facto dicunt Iuristæ, hoc est, de potentia absoluta: vel de iure, hoc est de potentia ordinata secundum iura. 1. D.44.Q.*Vnica*.§. *Respondeo* A. 1.

Faciens comparatum ad agens.

In faciente benè forma est ratio faciendi, in qua forma faciens assimilat sibi factum; sed in agente nihil est productum, nisi ipsa actio. 1. D 3.Q.7. §. *Ad auctoritatem*. ✝. *Et cum post arguitur*. A 2. 39.

Faciens naturale.

Faciens naturale præsupponit passum effectum, quod transmutat, quod quidem est in potentia ad terminum, & per actionem eius fit actu tale: & quod transit de potentia ad *actum*, mutatur. 3. D 7.Q.2.§.*Sed tantam*. ✝.*Respondeo faciens*. A. 4.

Facies.

Facies bona hominis, ex Aug. 8. Trin. cap. 3. *dimensa pariliter, & affecta hilariter, & luculenter colorata*. *Quodl*. Q.18. §. *Ista quæstio*. ✝. *De primo*. C.3.

Facta non iudicanda.

Facta non debent iudicari esse talia, qualia sunt, ex scandalo consequente, vel non consequente; Vniuersaliter enim, secundum legem Euangelicam, vitanda sunt quæcunque scandala pusillorum, secundum illud Matth. 18. *Væ illi, per quem scandalum venit*. Scandala autem Pharisæorum, non data, sed accepta, non sunt vitanda, iuxta illud Matth. 15. *dicentibus discipulis suis: scis, quia Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt*: respondit Christus: *sinite eos abire, cæci sunt, & duces cæcorum*: siue igitur in factis indifferentibus ex se, quale est comedere carnes, de quo Apostolus. 1. Corint. 8. *Si frater meus scandalizatur, non manducabo carnes in æternum*. Siuè in factis, quæ habent aliquam malitiam, putà venialem, tamen nata sunt scandalizare occasionaliter pusillos præsentes, vitanda sunt propter scandala; sed iudicare per hoc non possumus quale sit istud factum, ex natura facti in se. 3. D.38 Q *Vnica*.§. *Secundo videndum*. ✝. *Sed de illo*. E.11.

Facta quomodo possunt esse signa, & quæ.

Facta possunt esse signa æquiuoca; quia diuersimodè à diuersis concipi possunt, ad hoc scilicet, vel ad illud factum: Vnde non debet reputari reuelatiuum confessionis, nisi ex natura sua prodat peccatum confessum: diuertere autem à nemore (agitur de Confessore, in confessione sciente se à comitibus latronibus occidendum in nemore) non sic ducit, quia si illi alij non fuissent priùs collocuti de illa interfectione, numquam per hoc, quòd ille diuertit, cognoscerent illum esse confessum de voluntate occidendi istum; Si tamen diuertere, ex ratione sui, est signum ductiuum in notitiam talis peccati confessi, duceret quoscunque in hoc, & istos æquè, si non fuissent collocuti, sicut si fuissent collocuti. 4. D.21.Q.2.§. *Ad tertium principale*. ✝. *Sed aliter potest dici*. M.20.

Factibile comparatum ad agibile.

Factibilia diuersa sicut requirunt diuersas artes proprias, ita diuersa agibilia diuersas prudentias proprias. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo*. L.22.

Factibile supernaturale comparatum ad cognoscibile supernaturale.

Factibile supernaturale non est naturaliter factibile; ergo cognoscibile supernaturale non est naturaliter cognoscibile: in hoc argumento, si supernaturale vbique per se determinet illud, cui additur, potest concedi consequens, sicut etiam antecedens: Et tunc falsa est ista propositio, *existentia corporis Christi in Eucharistia est cognoscibile supernaturale*. Si autem supernaturale non determinet per se illud, cui additur, sed quoddam aliud implicitum, vtpote *ens*; consequentia non valet, quia in antecedente per se determinat ipsum sub ratione factibilis; & ideo repugnat ei hoc, quod est fieri naturaliter: in consequente verò non determinat cognoscibile sub fieri, & ideo non repugnat ei cognosci naturaliter. 4. D.10.Q.8. §. *Ad primum principale*. K. 12.

Factio diuersimodè considerata.

Factio est actus transiens extra, non sic est de actu proprio scientiæ, vt intelligitur transire. *Prolog*. Q.3. §. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ✝. *Vel melius, quod subiectum*. R.18.

Factionem simpliciter eius, de quo dicitur, notat *fieri* non determinatum per aliquid, putà quando prædicatur secundum adiacens, v.g. *homo fit*, denotatur factio simpliciter inesse homini. 1. D.30. Q.1. §. *Ad argumenta primæ quæstionis*. ✝. *Ad tertium*. L.13.

Factio, quando prædicat secundum adiacens, dicit factionem simpliciter; quando autem prædicat tertium, dicit factionem secundum illud, quod specificatur per tertium: Sic etiam de *esse*, quando prædicat secundum, & tertium. 3. D.7.Q.2.§. *Sed tantam*. A.3.

Factio passiua.

Factio passiua non includit formaliter nisi habitudinem facti ad faciens, & ordinem ipsius facti ad non esse præcedens, & in creaturis concomitantur se: &, his duobus concurrentibus, saluatur ratio factionis, siuè simpliciter, siuè talis. 3. D.7.Q.2.§. *Sed tantam*. ✝. *Et istud probatur*. A. 3.

Factionis ratio vbi saluetur.

Factionis ratio æqualiter saluatur in agente, vel faciente naturali, præsupponente passum effectum, quod, per transmutationem in productione termini, mutatur: ac in agente supernaturali non sic necessariò præsupponente passum, quod, per inductionem termini, mutatur: Vnde accidit quòd illud, quod fit tale, mutetur, nisi quando illud, quod dicitur tale, est forma eius, quod fit tale, ad quam illud fuit in potentia: & ita communiter accidit in factionibus passiuis, vbi agentia naturalia agunt, quæ faciunt aliqua esse talia in actu, qualia priùs fuerunt in potentia. 3. D.7.§. *Sed tantam*. ✝. *Respondeo*. A.B.4.

Factio quando non potest esse.

Factio nulla potest esse non entis de aliquo non ente, quia (maximè extendendo factionem) qualibet est, vel entis de non ente, vel non entis de ente; sicut in annihilatione; vel entis de ente. 4. D.1.Q.6.§. *Contra istam conclusionem*. ✝. *Respondeo, accepi*. C. 5.

Factiua quæ dicantur.

Factiua, & non operatiua sunt omnia sub sensitiua, quia non habent operationes immanentes in eis. 4. D.49.Q.8. §. *Secundo videndum*. ✝. *Ex hoc sequitur*. E.6.

F A L

Fallere, & falli quid.

Falli est rem opinari aliter esse, quàm sit, pro tunc, pro quando creditur esse: istud autem includitur in illis duabus præmissis de inesse: *Deus nouit me sessurum cras, & non sedebo cras*: quarum altera significat isti credere hoc, & reliqua negat hoc esse, & hoc pro eodem instanti; & ideo sequitur conclusio de falli: non sic autem quando vna est de inesse, & altera de possibili, vt hic, *Deus nouit me sessurum cras, & possum non sedere cras*; quia illa de inesse affirmat vnum oppositum pro illo instanti; illa de possibili affirmat potentiam ad alterum oppositum pro eodem instanti,

Fallere, & falli quid.

stanti, non coniunctim, sed diuisim; & ideo non sequitur pro aliquo instanti, quòd possit esse coniunctio oppositi in re ad illud, quod creditur; & ideo non sequitur possibilitas deceptionis, quæ includit istam coniunctionem. 1. D.39.Q.1.2.3.&c. *§.Ad primum argumentum secunda quæstionis*. Q.27.

Fallere, nec falli posse Deum potest probari naturaliter, sicut potest probari Deum esse. 3. D.24. Q.Vn. §.*Ad primum principale*. ✝. *Ad aliud dico quod procedit*. M.22.

Falsitati Deum non assistere.

Falsitati alicuius Deum non assistere operando miracula ad falsa alicuius prædicata, vel dicta, ratio naturaliter dictat. 3. D.23. Q.Vn. *§. De primo*. ✝. *Præterea ad Romanor*. B.5.

Falsius.

Falsius non sequitur ex minus falso; quia si falsius habeat duplicem rationem falsitatis, & minus falsum tantùm vnicam, circumscribamus à falsiori illam rationem falsitatis, qua excedit minus falsum, stante alia, & à minus falso illam, quam habet, tunc falsius erit falsum, & minus falsum non erit falsum; quia circumscripta est ratio falsitatis minus falsi; & consequenter, hoc posito, falsius erit falsum, & minus falsum erit verum; & tunc ex vero sequitur falsum. 1. D.8. Q.5. §.*Istis rationibus*. ✝. *Et arguo*. O.P.17.

Falsum.

Falsum non est scibile. 1. D.3. Q.2. §. *Secundo non asserendo*. ✝. *Et vniuocationem*. B.6.

Ex falso non sequitur verum. 1. D.8. Q.5. §.*Istis rationibus*. P. 17.

Falsi ad falsum est necessaria correspondentia: Et sic mali inhonesti ad malum incommodi est iusta correspondentia. 4. D.46. Q.4. §. *De tertio*. ✝. *Ad primum*. L.10.

Falsum ex.6.Me: Tex.8. & verum non est in rebus, vt quod quidem bonum verum, quod autem malum falsum, sed in mente. *Quodl*. Quæst.18. §.*Contra ista*. ✝. *Respondeo*. T.15.

Falsum crimen.

Falsum crimen imponentem proximo oportet restituere famam, retractando verbum suum, & hoc ita publicè, sicut ibi imposuit; quia aliàs non seruaret iustitiam in reddendo proximo quod suum est. 4.D.15.Q.4. §.*Respondeo*. ✝.*In primo dico*. B.2.

Falsi criminis impositor, vel cuiuscunque veri, licet occulti, quod non potest probare, pro calumniatore habetur. Extra. De calumnia: talis est iste, qui reuelat quodcunque secretum crimen, quod probare non potest. 4. D.21. Q.2. *§.In ista quæstione*. ✝.*Quantum autem*. K.17.

Falsum non potest demonstrari. 4. D.49. Q.6. *Ad tertium principale*. V.25.

FAM

Fama quid.

Fama est status illæsæ dignitatis quantum ad vitam, & mores. 4. D.25. Q.1. §.*In ista quæstione*. ✝. *Secunda pœna*. C. 5.

Fama propria.

Famam propriam sic debet quilibet diligere, quòd quilibet, cui potest iustè competere in se fama, debet magis diligere illam, quàm alteri, cui non potest iustè competere; Sed si sibi non potest competere, nisi iniustè, alteri autem iustè, magis debet diligere alteri, cui iustè conuenit, quàm sibi, cui iniustè. 4. D.15. Q.4. §. *Respondeo*. ✝. *Respondeo, sicut*. B.2.

Famam propriam quilibet tenetur diligere secundùm rectam rationem, iuxta illud Eccl.41. *curam habe de bono nomine*: & reddit rationem de hoc: *Hoc enim magis remanebit tibi, quàm mille thesauri magni, & pretiosi*; Probat etiam per aliud, subdens; *bonæ vitæ numerus dierum; bonum autem nomen permanebit in æternum*: Et Prouerb.22. *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ*. 4. D.21. Q. 2. §.*In ista quæstione*. ✝.*Prima talis est*. D.8.

Famam seruare, & restituere.

Famam falsum crimen imponentem proximo oportet restituere, retractando verbum suum, vel quod sibi imposuit, & hoc ita publicè, sicut sibi imposuit, quia aliàs non seruat iustitiam in reddendo proximo quod suum est. 4. D.15. Q.4. *§.Respondeo*. ✝. *In primo dico*. B.2.

Famam dignitatis illæsæ, quæ dignitas est necessaria ad ducendam vitam ciuilem, tollit confessio reuelatio sui peccati in confessione detecti; quia qua ratione à Confessore potest vni reuelari; & alteri; & sic omnibus: in tali autem reuelatione est manifestum quòd statum dignitatis illæsæ, quæ consistit in fama eius apud Conciues; tollitur isti. 4. D.21. Q.2. §.*In ista quæstione*. ✝.*Prima talis*. D.9.

Famam personæ, cum qua peccat confitens, vult saluare, idest deberet velle, sicut sui; imò eo magis, quòd persona illa sibi fuit coniuncta in crimine; tantum enim magis tenetur ei ad boni restitutionem, quod per illam amisit, & ad custodiam illius boni, quod potest custodiri; non obstante illo malo commisso. 4. Q.21. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✝. *De quid*. K.16.

Fames quid.

Fames est appetitus calidi, & sicci, qui appetitus, siuè sit naturalis, siue voluntarius, dicit aliquod absolutum, & non variatur consequenter ad variationem vbi; & per consequens si hic satiatur, & cessaret appetitus cibi, cessaret etiam, in eodem alibi (si esset idem animal in diuersis locis simul) licet non ex cibo sumpto ibi. 4. D.10. Q.2. *§.Dico ergo*. ✝. *Ad illud argumentum*. K.16.

Familiaritas.

Familiaritas tàm singularis (vt est illa matrimonij) *est vitanda* fidelieum quocunque contrariæ sectæ, nisi propter maius bonum. 4. D.39. Q.Vn. *§.De secundo*. ✝. *Respondeo; causa*. F.6.

Familiæ bonum in quo consistat.

Familiæ bonum consistit in aliqua firma adhæsione personarum principalium familiæ; aliàs esset bonum vagum: propter hoc dicit Philosophus 8. Ethic.12. quòd homo naturaliter est animal coniugale, & domesticum; Vnde vaga coniunctio maris, & fœminæ ad procreandam prolem, quæ tolleret firmam adhæsionem principalium personarum familiæ, scilicet parentum, & prolis, esset contra bonum familiæ: nec etiam aliquæ personæ ad habetent diligentiam circa necessaria sibi mutuo, & proli. 4.D. 26.Q.Vn. §.*Ad solutionem*. ✝.*Sequitur secunda*. D.5.

Familiæ Christi ascriptum quomodo distinguatur à non ascripto.

Familiæ Christi ascriptum, *siuè* In familiam Christi receptum congruit, distingui à non recepto per aliquod intrinsecum sibi, quia licet Christus posset distingere, sine tali intrinseco, tamen perfectior est distinctio eius, & in se, & in comparatione ad omnem ecclesiam, militantem scilicet, & triumphantem; si fiat per aliquam formam intrinsecam manentem; quàm si non sic fiat: tale autem distinctiuum eius, qui suscepit Sacramentum, quo intratur in familiam Christi, ab eo, qui non suscepit, & immanens in suscepto; ponitur character; Hæc congruentia est magis rationabilis; quàm aliæ duæ de dispositione ad gratiam, & de efficacia sacramentorum ad habendum aliquem effectum præter gratiam, ne sint à Deo instituta vana; quia hæc congruentia est specialis de Baptismo, & aliæ duæ habent probabilitatem; quòd si ponetur character, tali modo (hoc est vt dispositio ad gratiam, & ne sacramenta sint aliquando vana sine omni effectu) ponetur. 4. D.6.Q.9.§. *Ad quæstionem*. ✝. *Tertia congruentia*, & ✝. *Istarum*. I.15.

Farina quo ad materiam Eucharistiæ.

Farinam tritici purgati secundum communem purgationem, eo modo scilicet, quo pistores solent eam purgare; cum certum sit esse materiam conuenientem ad faciendum panem consecrabilem; & dubium sit, an amidum sit huiusmodi materia; & pars negatiua multia sit probabilior: non sine peccato aliquis se exponit tali dubio; maximè ille, qui præparat hostias consecrandas, quia sibi simpliciter est certum quòd de tali materia præparat: vtens forte magia potest excusari de peccato, quia supponit talem materiam esse benè præparatam. 4. D.11. Q.6. §. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Sed si*. A.2.

F E L

Felicitas quid secundum Philosophum.

Felicitas, secundum definitionem Philosophi 1. Eth. Tex.10. *Est operatio optima secundum optimam virtutem, & in vita perfecta*. 4. Dist.49. Quæst.3. §. *Alia est opinio*. n.4. & Quodl. Quæst.13. §. *Prima conclusio*. ℣. *De primo*. C.3. *etiam*. 4. Dist.49. Quæst.1. *In primo argumento ad oppositum*. n.3.

Felicitatem Philosophus, sequens naturalem rationem, aut ponit esse perfectam in cognitione substantiarum separatarum acquisita, sicut videtur dicere. 1. Eth. Tex.6. & 10. cap.7. aut si non determinatè asserit istam esse supremam nobis possibilem; aliam tamen, ratione naturali, non concludit; ita quòd soli rationi naturali innitendo, vel errabit circa finem in particulari, vel dubius remanebit: Vnde. 1. Ethic. cap.13. dubitando ait: *Siquidem igitur, & aliud aliquod Deorum est donum hominibus rationabile, & felicitatem Dei datum esse, & maximè humanorum quantò optimum*. *Prol*. Q.1. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Primo sic*. A.6.

Felicitatem naturalem ponit Philosophus. 10. Ethic. in perfectissimo cognoscibili à nobis, etiam naturaliter, quod est Deus. 1. Distinct.3. Quæst.2. §. *Nunc de ordine*. T.29.

Felicitatem ponit Philosophus. 10. Ethic. cap.1. in speculatione obiecti perfectissimi. 1. D 3. Q.7. §. *Ad quæstionem respondeo*. K.20.

Felicitatem ponebant Philosophi consistere in intellectione, & volitione. 2. D.25. Q.Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Contra illud*. B.9.

Felicitatem hominis. 10. Ethic. cap.1. in intelligere ponit Philosophus; & manifestum est quòd illa felicitas inest formaliter homini, & per consequens & illa operatio, in qua consistit. 4. D.43. Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *De secundo*. B.6.

Ad veram felicitatem humanæ naturæ nunquam per ingenium (Philosophus) potuit pertingere, nec affirmatiuè, nec negatiuè: non negatiuè, quia falsum demonstrari non potest: non affirmatiuè, quia sensibilia ad hoc sufficienter non producunt; Vnde tanquam dubius nunc videbatur sentire quod non esset vera felicitas cui posset succedere miseria; nunc quod non posset esse alia felicitas hominis, quia nesciuit de felicitate alterius vitæ ab illa, & illa non est felicitas inamissibilis; ideo non oportet in hoc eius auctoritati inniti. 4. D.49. Q.6. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud de Philosopho*. T.V.25.

Felicitas in quo consistat, secundum Philosophum.

Felicitas in qua operatione consistat specificat Philosophus. 10 Ethic. cap.10. deducendo, quòd *Dij, quos arbitramur felicissimos, ex quo eos omnes viuere suspicati sunt, & non dormire, ergo operari; quare Dei operatio beatitudine differens*, speculatiua vtique erit. 4. D.49. Q.1. *In secundo argumento in oppositum*. n.4. & Quodl. Q.1. §. *De altero*. ℣. *Istas propositiones*. M.14. & Q.13. §. *Prima conclusio*. ℣. *De primo*. M.14.

Felicitas, vt deducit Philosophus. 12. Meta. Tex.13. 15. 16. consistit in operatione: probat autem: Vita qualia quædam est. 4. D.49. Quæst.1. *In quarto argumento ad oppositum*. n. 4.

Felicitas quomodo detur, aut non detur.

Felicitas illa specialis, quam non ponimus (quia ponimus speculationem homini possibilem, longè perfectior est quacunque possibili sibi in vita ista) non est naturaliter nota esse finis noster, nec naturaliter notum eam naturaliter appeti à nobis tanquam finem. 4. D.43. Q.2. *Ad secundum principale*. Bb.32.

Felicitatem intellectus nostri impossibile est esse in aliquo conceptu, qui est minus perfectua, quàm sit conceptus rei sensibilis, per actum sensitiuum causatus (dato etiam, quòd nullus conceptus etiam communior, quàm sit ille entis materialis, non sit causatus in nobis, nisi à quidditate rei materialis.) 4. D.49. Q.8. §. *Respondeo*. ℣. *Si dicas*. B. 5.

Felicitas quomodo ametur.

Felicitas amatur amore concupiscentiæ. *Prol*. Qu.3. §. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ℣. *Secundo sic Homo est finis*. S.19.

Felix quando differt à misero.

Felix, secundum Philosophum. 1. Eth.17. non differt à misero, nisi secundum medietatem vitæ, scilicet in Vigilia. 4. D.31. Q. *Vnica*. §. *Hic dicitur*. ℣. *Præterea multo*. n.3.

Felix quis sit, & quomodo intelligatur.

Felix est Dei amantissimus. 10. Eth.10. intelligitur passiuè, quasi maximè amatus à Deo; non actiuè, sicut patet ibidem: subdit enim, *Siquidem curam humanorum habere à Dijs sit rationabile, & gaudere ipsos (supple Deos) optimum, & cognatissimum: hoc autem est intellectus &c. Diligentes igitur hoc, idest intellectiuum, rationabile erit, Deos rebeneficiare, vt amicos &c*. Prol. Q.4. §. *Contra hanc conclusionem*. ℣. *Quod autem additur*. M.24.

F E R

Ferrum infixum cum retrahi non possit.

Ferrum ita impingens in os, quod retunditur, nec retrahi potest, nec eadem virtute, qua immittitur, nec maiori, allatum in exemplum ab Henrico, ad explicandum quomodo volnntas, separata à sua libertate perfecta, ita se immergit in obiecto volibili, quod resilire non potest; Est exemplum, sicut & tota positio Henrici, similia positioni Hesiodi. 3. Met. Tex.25. quia immortales facti sunt qui gustauerunt nectar, & manna; quos ibi deridet Philosophus, quia despexerunt intellectum nostrum: Non enim potest intelligi, secundum Philosophum ibi, quid dicitur per tales sermones parabolicos, vel metaphoricos: nec est modus Philosophi, vel scientifici sic loqui. 2. D.7. Q.Vn. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea contra exemplum*. D.10.

Ferrum acutum, infixum duro corpori ideo non potest extrahi à causa, vel virtute illa, quæ ipsum infixit, quia partes corporis magis concurrunt, in quas impinxit; & ideo magis coarctatur illud infixum, quàm in principio, quando infigebatur; Sed si augumentaretur virtus motiua, secundum augmentationem, quam addit illa coarctatio partium, & illud infixum remaneret in sua natura æquè rectum, posset iam extrahi. *ibidem*.

Ferrum in respectu ad ignem.

Ferrum est corpus alterabile ab igne; non tamen ferrum ignitum est ignis; tamen quia corpus durum, & difficulter recipiens; ex quo recipit fortiter alterationem in illis qualitatibus; & per consequens, secundum eas, fortiter agit: non tamen ibi est ignis, sed qualitas ignis, nisi forte in poris ferri, vbi est ignis, quia corpus subtile, & penetratiuum est. 4. D.49. Q.16. §. *Alius est intellectus*. ℣. *Ad aliud de igne*. E.15.

Ferrum ignitum habet virtutem alterandi, non tamen in materia (ignis) propria. *ibidem*.

F I C

Fictio in susceptione Baptismatis.

Fictio, in susceptione Baptismi, impediens eius effectũ, nempè gratiam baptismalem, non dimittitur, nisi per verã pænitentiã; Sed potest dici quòd, ea dimissa, habet Baptismus

Fictio in ſuſceptione Baptiſmatis.

effectum ſuum, reſpectu omnium peccatorum, præcedentium Baptiſmum, quæ tamen non erant cauſa fictionis in Baptiſmo. 4. D.4. Q.5. §.*Reſpondeo, fictus*. ✠.*Et ſi obyciatur*. C.4.

Fictio in fictè ſuſcipiente Baptiſmum, recedente poſtea fictione, priùs naturaliter tollitur, quàm per Baptiſmum (fictè ſuſceptum) aliquid cenſetur: & in illo priori oportet habere veram pœnitentiam; quia fictio non tollitur, niſi per veram pœnitentiam, ſecundum Auguſtinum: *Vera pænitentia plenè reconciliat Deo quantum ad omnia*. Vnde Baptiſmus non poteſt præuenire effectum pœnitentiæ, quantum ad aliquid delendum ibi; imò pœnitentia præuenit, quantum ad omnia. *ibidem*. ✠.*Hoc non videtur*. C.5.

Fictus.

Fictus dicitur, qui aliud prætendit exterius, aliud habet interius. 4. D.4. Q.2. §.*Reſpondeo*. A.2.

Fictus in ſuſceptione Baptiſmi.

Fictus ſic in ſuſcipiendo Baptiſmum, quòd oſtendat ſe velle recipere illam ablutionem eo modo, quo Eccleſia intendit eam conferre: & tamen oppoſitum habet in animo, non recipit Sacramentum, quia ſimpliciter eſt nolens reſpectu ablutionis Sacramentalis, licet ſit volens reſpectu ablutionis ſimplicis: Et ſi talis poſtea recederet à fictione, eſſet baptizandus; Tamen Eccleſia iudicaret eum conſentire in ablutionem Sacramentalem, & cogeret eum ad obſeruantiam fidei Chriſtianæ, quia præſumit partem meliorem, quando ſigna magis prætendunt eam. 4. Diſt.4. Quæſt.5. ∫.*Reſpondeo*. A.2.

Fictus in ſuſcipiendo Baptiſmum, oſtendendo ſe eſſe diſpoſitum ad recipiendum Sacramentum, tamen non eſt diſpoſitus interius, vel quia non habet rectam fidem; vel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in actu; vel præteritum, de quo nullo modo attritur, vel conteritur; non recipit gratiam, quia nolentem Deus non iuſtificat, ſecundum illud Auguſtini: *Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te*. *ibidem*.

Fictus in ſuſceptione baptiſmi, fictione ponente obicem contra gratiam, non contra validitatem Baptiſmi, rebaptizari non poteſt, quia Deus inſtituit Baptiſmum initerabilem. 4. D.4. Q.5. §.*Reſpondeo, fictus*. ✠.*Reſpondeo rebaptizari*. B.3.

Ficto in ſuſceptione Baptiſmi poteſt dici quòd, quando verè pœnitet de fictione illa, gratia infunditur perfectior per pœnitentiam, quàm eſſet illa, quæ præciſè, virtute pœnitentiæ, infunderetur; ita quòd illa includit in ſe perfectionem gratiæ pœnitentialis, & baptiſmalis: Et hoc modo Baptiſmus habet effectum, quia gratia æquiualens gratiæ baptiſmali datur pœnitenti de fictione, ſimul cum illa, quam meretur de pænitendo. *ibidem*. ✠.*Aliter poteſt dici, quòd quando*. E.7.

Fictus in ſuſceptione Baptiſmi poteſt dici quòd non eſt baptizatus in Chriſto, ſed in Chriſti nomine, quia non virtute Chriſti, interius baptizantis. 4. D.4 Q.5. *Ad primum principale*. H.9.

Fictus, æquè ſi poteſt recipere aliquod Sacramentum, ſicut fictus recipit Baptiſmum, quod apparet probabile, quia non videtur maior neceſſitas determinare diſpoſitionem ad hoc, quod abſolutè recipiat Sacramentum pœnitentiæ, quam ad hoc, quod abſolutè recipiat Sacramentum Baptiſmi: & recipiens Sacramentum pœnitentiæ nullum omninò effectum inuiſibilem recipit; & per conſequens non neceſſe eſt, propter veritatem Sacramenti, quod baptizatus recipiat aliquem effectum inuiſibilem, ſtando præciſè in illa congruentia, quod eſſet Sacramentum aliquando dandum, ſi talem effectum non conferret ſuſcipienti. 4. D.6. Q.9. ∫.*Ad quæſtionem*. ✠.*Si enim aliquis*. K.16.

F I D

Fidelis quo ad Matrimonium.

Fidelem Eccleſia illegitimauit ad contrahendum Matrimonium, non ſimpliciter, ſed reſpectu infidelis, ſicut patet. 22.q.1. *Sic enim*, inquit, *non niſi einſdem Religionis, & fidei maneant copulata coniugia*: & ibidem. Cap. Caue. *Non niſi baptizata ſumatur in coniugium*, quia Baptiſmus eſt primum Sacramentum. 4. D.39. Q.Vn. §.*De ſecundo*. ✠.*Reſpondeo, quòd ſic*. E.5. & D.42. Q.Vn. §.*Ex ſtatuto*. ✠.*Tandem*. K.10.

Fidelis quo ad apprehenſionem Beatitudinis.

Fidelis quilibet credens in fruitione Trinitatis eſſe beatitudinem, appetit illum finem, licet non velit media ad illum finem, quia non efficaciter vult, ideo non vult virtuosè viuere. 4. D.49. Q.10. §.*Reſpondeo ergo*. ✠.*Tunc arguo*. D.6.

Fidelis aliquis apprehendens finem, apprehendit certitudinaliter eſſe beatitudinem in Deo Trino, & vno: Similiter autem apprehendit fornicationem, vt impoſſibilem ordinari ad finem illum; Sed, dictante intellectu, quòd fornicatio non eſt ordinabilis ad illum finem, qui eſt beatitudo; imò eſt contraria fini: & tamen voluntas eligit fornicationem; Vnde contrariè poteſt aliquis velle, aliquid, non in ordine ad finem. 4. D.49. Q.10. §.*Ex his ſequitur* N.15.

Fidelis, & infidelis contradicentes ſibi de hac propoſitione, *Deus eſt Trinus, & Vnus*; non tantùm contradicunt ſibi de nominibus, ſed de conceptibus; quod non eſſet, niſi vterque in intellectu ſuo haberet conceptum terminorum. *Quodl.* Q.14. §. *De primo*. ✠.*Quod probatur*. E.4.

Fidelitas ſeruanda.

Fidelitatem quilibet, de lege naturæ, tenetur ſeruare proximo ſuo, quam vellet, & deberet ſibi velle ſeruare. 4. D. 21. Q.2. ∫.*In iſta quæſtione*. ✠.*Secunda ratio*. E.9.

Fides, ſeu fidelitas quo ad Matrimonium.

Fides, *ideſt* Fidelitas, in iuſtè reddendo actum debitum Matrimonialem, eſt bonum eius, vt finis proximus, ſed minus principalis: bonum prolis eſt eius bonum extrinſecum, vt finis vltimus, ſed principalis. 4. D.31. Q. *Vnica. Ad quæſtionem*. A.4.

Fidei, *ſeu* Fidelitatis bonum ſeruandæ in actu Matrimoniali, reddendo coniugi quod ſuum eſt, & non dando alteri alienum, eſt virtualiter in Matrimonio, quia eſt neceſſariò ex obligatione; & quantum ad negatiuam, ſaltem eſt ibi obligatio ſemper, & ad ſemper; & ideo non ſeruans fidem peccat mortaliter. 4. D. 31. Qu.Vn. §.*Ad quæſtionem*. ✠.*Reſpondeo, Sacramentum*. B.5.

Fides, *ideſt* Fidelitas [in matrimonio] ſeruari poteſt, ſine fide, qua creditur in Deum: & hanc ſeruant Infideles fidelibus in contractibus, & è conuerſo: & habetur per Auguſtinum in Epiſtola ad Publicolam; non enim ſequitur; Non vult ſeruare fidem iſtam ad Deum, à qua dicuntur Chriſtiani fideles; ergo non vult ſeruare fidem, ideſt fidelitatem proximo: tum quia non ſequitur: Non vult ſeruare perfectius; ergo nec minus perfectum: tum etiam, quia non poteſt attingere, per rationem naturalem, ad obſeruantiam huius fidei, ſicut illius. 4. D.39. Q.Vn. §.*Hic ſunt*. ✠.*Hæc non mouent*. A.2.

Fidei datio quo ad Matrimonium.

Fidei datio falſa adulteræ (de ipſa ducenda vxore poſt mortem Viri) coniuncta cum adulterio, ſimpliciter impedit, & dirimit Matrimonium, & habetur Extra. De eo, qui duxit c.vlt. Sequitur enim ibi, *tolerari non debet, ſi prius, vel poſtea, dum vixit vxor illius, illam adulterio polluiſſet*; (& refertur *prius*, & *poſt* ad fidei dationem): Hoc autem intelligendum eſt quando ambo ſunt conſcij quòd actus ille eſt adulterium; Si enim Vir ſit tantum conſcius, & mulier inſcia, putà quia neſcit eum habere aliam; Tunc ſi Vir poſtea contrahat cum illa, ad petitionem Viri non eſt diuortium celebrandum, ſicut habetur in eodem.cap.1. 4. D.35. Q.Vn. ∫.*Reſpondeo, tria*. ✠.*De his*. B.3.

Fidei datio, & adulterium, ſi ſola iſta duo cum inſcia coniugata fierent, & poſt mortem Viri eius, & etiam Vxoris alterius adulteri, ille duceret iſtam, videtur: quòd, ex capite De eo. Extra. Simpliciter eſt Matrimonium: Et ratio

eſt

Fidei datio quo ad matrimonium.

est, quia ex isto capite colligitur quòd Ecclesia non simpliciter illegitimauit personas illas propter illa duo concurrentia; sed secundum quid, scilicet si persona decepta reclamet: sed sententia negaos videtur certior, quia si post sciat impedimentum, & reclamet, fiet diuortium ex isto capite, & consequenter priùs non fuit matrimonium verum.*ibidem.* ☩ *Sed si sola.* D.6.

Fides de quo, qualis habitus sit, & ad quod inclinet.

Fides est de veritate prima.*Prolog.*Q.3.§.*Ex dictis.* ☩. *Tertia persuasio*. F.8.

Fides non est habitus speculatiuus; nec credere, aut visio illi succedens est actus speculatiuus, sed practicus.*Prolog.* Q.4.§.*Ad argumenta principalia primæ quæstionis.* ☩. *Ad primum*. A 2. 41.

Fides, ex ratione sua, inclinat tantùm in verum latens, secundùm Gloss. in illud Hebr.11.*Fides est substantia rerum superandarum argumentum non apparentium*. 3. D.31.Q. *Vnica.*§.*Respondeo*. A. 2.

Fides infusa non potest inclinare ad aliquod falsum: inclinat autem virtute luminis Diuini, cuius est participatio; & ita non nisi ad illud, quod est conforme lumini Diuino.*Quodl.*Q.14.§ *De primo.* ☩. *Alia differentia*. I.7.

Fidei habitus vnitas, quomodo sit, vel non.

Fidem esse vnam, seu vnum habitum, potest teneri (si teneatur, quòd fides assentit credibilibus, quatenus à Deo verace) omnium credibilium, quia non respicit credibilia sub proprijs rationibus illorum, sed vt reuelata suot à Deo; & credit omnia reuelata ab ipso tanquam vera esse, eodem habitu, quo credit reuelantem esse veracem; Nam credibilibus reuelatis à Deo assentio, quia assentio veracitati Dei: Et sic fides respicit omoia credibilia, vt reuelata à Deo, non autem sub proprijs rationibus: Et ideo vna fides posset esse de omnibus credibilibus, quamuis geometricalia, & physicalia, & quantumcunque diuersa, & alterius rationis introducerentur hic, tanquam credibilia: In omnibus enim esset vna ratio credeodi esse vera, quia reuelata sunt à Deo.3.D.23.Q.*Vnica.*§. *Secundo de fide.* ☩.*Similiter*. D.7.

Fides si ponatur omnium articulorum vna, potest dici quòd Petrus, & Ioannes habuerunt fidem de alijs articulis à Crucifixione, cùm viderent illum homioem crucifigi: & ita credidssent ipsum esse Crucifixum, si noo vidissent; sed ex qoo viderunt, non crediderunt pro tunc, nec vmquam postea, recogitãdo illius crucifixionem, habuerunt fidem de ea; sicut nec dum viderunt totuitiuè; habebant tamen habitum, quo illud credidisent, si ooo vidissent.3.D.24.Q.*Vnica.Ad primum principale*. ☩. *Sed contra*. L. 21.

Fides infusa non potest dici quòd habeat vnitatem ex obiecto primo, scilicet Deo, quia Deus non mouet, in ratione obiecti, ad cognitionem omnium credibiltum: nec in Deo, vt in obiecto, concipiuntur omnia, vt ex illo deduci possunt, licet contineat oiunia, vt causa effectiua omnium; ideo oportet dicere quod habeat vnitatem, vel ab vnitate reuelantis credibilia, quia omnia respiciuntur à fide, vt reuelata à Deo: Et hæc formalis ratio est vna in omnibus, secuodùm vnam opinionem: Vel quòd habeat vnitatem in se formaliter ex ipsa, quamuis illam effectiuè habeat à Deo, & noo habeat vnitatem ex aliquo, vt ex obiecto, sicut scientiæ causatæ ab obiecto.3.D.25.Q.2. §. *Ad secundum quæsitum*. C.3.

Fides necessitas.

Fidei habitus est nobis necessarius ad determinatè assentiendum veritati existentiæ Corporis Christi in Eucharistia, quia iotellectus noster intelligens, ex sensibilibus, nihil potest habere, vndè determinatè assentiat tali veritati: & ideo requiritur habitus, inclinans ad assentiendum: Sed alius intellectus respiciens totum ens, & per consequens istud ens intuitiuè, benè potest habere assensum de hoc, ex rationibus extremorum, visis intuitiuè: & ideo sibi non est necessaria fides.4.D.10.Q.8. *Ad argumenta pro opinione*. N.14.

Fidei ad veritatem pertinentia.

Fidei ad veritatem æquè pertinet fide credere veritatem vnius articuli, sicut alterius.4.D.10.Q.8 §.*Respondeo*. ☩. *Tertia conclusio*. H.10.

Fide tenendum.

De fidei substantia non est tenendum aliquid, propter rationem sulubilem præcisè, à quocunque fiat.1.D.26. Qu. *Vnica.*§.*Ad primum forsan.* ☩. *Ad tertium diceret forsan.* sub K. 30.

De fide vt aliquid teneatur, oportet habere maiorem auctoritatem, quàm quòd Sanctus aliquis arguat per rationem solubilem: sæpè enim quis arguit, quod non omninò asserit.1.D.10.Q.*Vnica.*§.*Ad primum forsan.* ☩ *Ad tertium diceret forsan*. sub K. 30.

Fides in genere qualitatis.

Fides, spes, & charitas sunt supernaturalia quædam, & tamen conceduntur esse propriè in genere qualitatis.4.D.6.Qu. 10.§.*Ad quæstionem.* ☩.*Contra*. *Fides*. L.14.

Fides rara, *siue* Rara fides ideo est, quia multi multa loquuotur.4.D.15.Q.4.§.*Respondeo, in genere.* ☩.*Respondeo; rara*. D.3.

Fides in præscientia Dei.

Fidem iu præsentia Dei esse rationem prædestinaodi, licet bona opera non sint talia, aliquando sensit Augustinus: in Epistola ad Roman.: dicens: *propter fidem, quam præsciuit in Iacob, qua sibi erat crediturus, & infidelitatem in Esau; illum prælegit, & hunc non*; sed illud retractauit. 7.Retract.22.in hæc verba: *Illud non dixissem, si fidem inter dona Spiritus Sancti connumerare sciuissem.*1.D.41.Q. *Vnica.*§.*Circa istam*. n.2.

Fidem habere quomodo quis scire possit.

Fides, & spes manent in peccatore.1.D.17.Q.2. *aliás*. 3. §. *Contra istam conclusionem.* ☩.*Vltimò*. D d. 19.

Fides reuelatorum credibilium acquisita est in nobis, pro certo.3.D.23.Q.*Vnica.*§. *De primo certum est*. A.4.

Fidem accipiendo prout dicit habitum generatum, inclinantem in aliquid non euidens ex se, tanquam in verum, & hoc determinatè, vt assentit illi tanquã verò; sic potest aliquis scire se habere fidẽ, generaliter loqueodo de fide, sicut potest scire se habere scientiam, arguendo, habitum esse in se ex suis actibus; sed quòd aliquis sciat, vel scire possit se habere fidem certam, determinatè ioclinantem in verum, ita quòd sciat, fidem esse veram, & illud, io quod inclinat, esse verum; ita quòd facit assentire vero: & non solùm inclinat in aliquid tanquam verum, secundum primum modum: sic nullus potest scire in hac vita, nisi reueletur sibi.3.D.23.Q.*Vnica.*§.*Sed quid.* ☩.*Respondeo*. I.17.

Fidem suam quando Augustinus.13. Trinit. dicit hominem tenere firmissima, & certissima scientia, loquitur de scieotia, non qua fides scitur actu secundo, sed actu primo; quia fides in anima, sicut omnia, quæ sunt in aoima, sunt præsentia in memoria: ita quod de illis, si respectu eorum posset exire in actum, haberet certam scientiam; sed pro statu isto non potest habere actum secundum de fide, vt tendit in credibilia in se; ideo credo, me habere fidem, quia assentio vero in se, sicut credo verum esse illud, cui assentio.3.D.23.Q.*Vnica.*§.*Sed quid.* ☩. *Ad argumentum*. K.17.

Fidem habentem non latet se habere fidem aliqualiter, quin scilicet sciat se habere habitum, quo credit in generali: quòd autem ille habitus inclinet ipsum in verum simpliciter, hoc credit.3.D.24.Q.*Vnica.*§. *Contra hæc.* ☩.*Præterea*. *Contra hoc*. B.12.

Fides non probanda sophismatibus.

Fides exponeretur derisioni ex hoc, quòd ad probanda credita adducerentur sophismata pro demonstrationibus: & ideo hoc est periculosum, agendo contra infideles. 2. D.1.Q.3.§. *Tenentes istam positionem.* ℣. *Ad secundum potest dici*. A. 10.

Fidei ad actum quæ concurrant.

Fidei ad actum concurrunt necessariò, scilicet habitus inclinans determinatè in verum, & ipsa credibilia aliquomodo præsentia. 3.D.25.Q.1.§. *Sed hic occurrunt*. ℣. *Ad actum*. G.9.

Fides de mediatore.

Fides de creatore sicut semper fuit necessaria ad salutem: ita fides Redemptoris semper fuit necessaria ad salutem, post lapsum humani generis. 3. D.23.Q.1.§. *Sed hic occurrunt.* ℣ *Præterea sicut*. F.9.

Fides de Mediatore potest esse explicita, sicut quòd Dei Filius, Deus, & homo, redimeret genus humanum per hoc, quòd nasceretur de Virgine, & moreretur in Cruce: Sic autem explicitè credere in Redemptorem non fuit necessarium pro omni statu; Sed hoc idem potuit credi magis confusè, scilicet, quòd Deus ordinaret aliquam viam redemptionis; sed quòd hoc fieret per Filium suum incarnatum; vel per Angelum; vel per hominem purum, non fuit necesse credere; sed hic generaliter credere fuit necessarium omni homini ad salutem. 3. D.25.Q.1.§. *Sed hic occurrunt.* ℣. *Præterea, sicut*. F. 9.

Fidem quomodo habemus de Christo, cùm tamen Christum non viderimus, docet August. 8. Trin. 4. 5 hoc est, secundum ipsum, in quibusdam intentionibus communibus acceptis à singularibus; sicut diffusè docet ibi; quia nihil interest ad fidem nostram, vtrum erremus in quibusdam conditionibus singularibus conceptis de Christo; quia fides nostra non respicit per se illas conditiones singulares proprias, sed aliquem hominem singularem, cuius notitia potuit nobis infieri ex notitia cuiuscunque singularis hominis. 4. D. 10. Q.8.§. *Respondeo.* ℣. *Respondeo, docet*. B. 6.

Fidem habenti qualis certitudo esse debeat.

Fidem habenti, quòd Deus inspirauit totam Sacram Scripturam; & quòd ipse est veritas infallibilis, certius debet esse quicquid ab ipso in Scriptura est reuelatum, quàm illud, ad quod quicunque intellectus potest, naturali lumine, attingere 4. D.14. Q.2.§. *Hic dicitur*. ℣. *Consimiliter in practicis*. E. 5.

Fidei cognitio quid agat.

Fidei cognitio non tribuit conceptum simplicem de Deo, sed tantummodo inclinat ad assentiendum quibusdam complexis, quæ non habent euidentiam ex terminis simplicibus apprehensis; & per consequens per fidem non habetur conceptio simplex transcendens omnem conceptum simplicem apud metaphysicum. *Quodl.* Q.7.§. *Tertio conclusio*. I 11.

Fides quo ad illud, quod respicit.

Fides acquisita si non sit in se prima regula, tamen in se respicit primam regulam: & ita omnis virtus habens eam pro regula, non habet prudentiam naturalem pro regula sed primam veritatem, & si non in ratione habitus, tamen in ratione obiecti habitum regulantis. 3.D.26.Q.*Vnica*.§. *Ad quæstionem.* ℣. *Dici potest*. F. 16.

Fides respectu ad spem.

Fides aliqua infusa, vel acquisita præcedit actum spei, pro quanto desiderare absolutè non potest esse, nisi eius, quod ostenditur possibile; & illa possibilitas boni consequendi ostenditur à fide applicata ad bonum desiderabile; quod si ostendatur tanquam impossibile, tunc eius non est desiderium absolutè, sed tantùm conditionatum, quia scilicet desideraret, si non esset talis apprehensio, vel ostensio: & tale desiderium conditionatum non est sperare. 3. D. 26.Q.*Vnica*.§. *Ad primum horum.* ℣. *Dico igitur*. I.20.

Fides de obiecto attingibili præcedit actum spei, & desperationis: non enim efficaciter, & absolutè desiderat, nisi possibile attingi: & ideo persuadetur desperanti vt credat, non vt diligat. 3. D.26.Q.*Vnica*. §. *Ad argumenta pro prima via*. L. 22

Fides, & spes respectu ad patriam.

Fidei, & spei actus requirunt imperfectionem. 2. D.27.Qu. *Vnica*. §. *Ideo alia est opinio*. n. 3.

Fidei, & spei habitus non manebunt in Patria, quia essent superflui, cum inclinationes eorum, scilicet in verum latens, & bonum commodum absens, non possunt ibi haberi, vbi erit verum patens, & bonum habitum. 3 D.31.Q.*Vnica*.§.*Respondeo*. A.2.

Fidei, & spei non oportet ponere, quòd succedant in Patria alij habitus, loquendo propriè, sicut habitus differunt ab actibus. 3. D.31.Q.*Vnica*.§.*Respondeo nullus.* ℣. *Respondeo, non oportet*. B. 2.

Fides, & spes habitualis non euacuantur in patria, quia succedat eis aliquid incompossibile, sed quia essent superflui. *ibidem*.

Fidei, & spei actus est talis per se, quòd necessariò concomitatur ipsum imperfectio: & ideo fides determinatè inclinat ad actum talis speciei, ad quem non potest esse determinatio in Patria. 3. D.31.Q.*Vnica*. *Ad secundum principale*. G. 10

Fides, & spes possunt esse virtutes in specie sua perfectæ sine charitate, inquantum scilicet sunt principia propriorum actuum respectu propriorum obiectorum; sed perfectionem illam vltimam, quam habent in attingendo finem, ad quem ordinantur ex charitate, non possunt habere sine ipsa. 3. D.36 Qu.*Vnica*.§. *Quantum ad quartum*. ℣. *Dici potest*. R. 31.

Fides, leuitas, & pertinacia quomodo differant.

Fides, ratione modi actus, potest concedi media inter leuitatem, quia quis nimis firmiter assentit ei, quod non est credendum, iuxta illud Eccles. 19. *qui citò credit, leuis est corde*: & inter pertinaciam, qua quis nimis resistit credentis, nolens alicui assentire, nisi per rationem naturalem ostendatur. 3. D.26.Q.*Vnica*. *Ad secundum principale*. M. 24.

Fides, & prudentia quomodo dentur intelligi.

Fides, quæ est virtus infusa; & prudentia, quæ est virtus acquisita, & ambæ virtutes intellectuales, quæ non exprimuntur [in octo beatitudinibus] in se, nec in suis speciebus, satis dantur intelligi per appetitiuas, quia non est voluntas optimè disposita sine virtute correspondente in intellectu. 3. D.34. Q.*Vnica*.§. *His suppositis.* ℣. *Duas autem*. N. 19.

Fides quo ad baptismum.

Fidem non habentes baptizati baptismo Ioannis, fuerunt quidem baptizandi baptismo Christi; sed non sequitur; ergo habentes fidem non erant postea baptizandi [baptismo Christi]; Iste enim modus arguendi non tenet, nisi in causis præcisis, quod non est in proposito: Infidelitas enim non erat causa præcisa rebaptizationis baptismo Christi; imò magis, quia prius non receperant gratiam baptismi. 4. D.2.Q.2. *Ad primum principale*. B. 4.

Fides respectu actus.

Fides si ponitur habere aliquam causalitatem respectu actus, tunc actus non posset esse talis sine ea, qualis est ipsa posita; si ponatur habere nullam, tunc manifestum est quod ex actu non potest perpendi fides inesse. 4. D. 4.Q.2 §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad primum argumentum*. A. 3.

Fides infusa si causalitatem præcisam, quæ scilicet nulli alij possit competere, habeat respectu actus, potest fortè certitu-

Fides respectu actus.

certitudinaliter cognosci inesse per hoc, quòd aliquis cognosceret talem conditionem suo actui inesse, quæ non posset inesse sine fide infusa; Si autem poneretur non habere causalitatem præcisam, putà si talis causalitas posset competere fidei acquisitæ; simpliciter tunc non potest cognosci fidem infusam inesse ex actu, neque ex aliqua conditione ipsius actus: & tunc esset dicendum quòd licet nihil sit in actu, nec pertinens ad actum, in quo distinguatur habens fidem à non habente; ac per hoc non posset esse notum, secundùm rationem naturalem fidem inesse; tamen hoc est creditum. *ibidem*. A. B.4.

Fides quo ad ea, quæ credenda sunt.

Fide credenda aliqua sunt ita de substantia fidei, quòd omnes etiam simplices, post tempus aliquantulum usus rationis, tenentur illa explicitè credere, sicut sunt articuli de Incarnatione, vt Christus est natus; & mortuus; de quo sunt solemnitates speciales in Ecclesia, & quos potest Populus concipere, quia sunt de Christo homine. 4. D.5.Q.1.§.*Ad primum ergo.*℣. *Ad aliud de Cypriano*. C.6.

Fidei de substantia aliqua sunt explicitè requisita: *vel sic*: Aliqua sunt explicitè requisita de substantia fidei obseruanda à maioribus Ecclesiæ, vtpotè, quòd Deus est Trinus, & huiusmodi pertinentia spiritualia, & imaginabilia, sicut haberi potest ab Augustino. c4. Trin. 1. &c.4 D 5.Q.1.§.*Ad primum ergo*. ℣. *Ad aliud de Cypriano*. C.6.

Fides includit aliqua, quæ nec necessariò sunt explicitè credenda à simplicibus, nec à maioribus Ecclesiæ, quia non adhuc illorum veritas est declarata, & determinata per Ecclesiam; cuiusmodi sunt multæ conclusiones necessariò inclusæ in articulis creditis, sed antequam sunt per Ecclesiam declaratæ, & explicatæ, non oportet quemcunque eas credere; oportet tamen circa eas sobriè opinari; vt scilicet homo sit paratus eas tenere pro tempore, pro quo veritas fuerit declarata. *ibidem*.

Fides quomodo corrumpitur.

Fides in nobis non corrumpitur effectiuè, sed demeritoriè; nec per maximum demeritum, sed per illud, quod ex ratione sua opponitur fidei, cuiusmodi est infidelitas, siuè error circa credibilia. 3.D.23. Qu. *Vnica*.§.*Ad primum principale*.℣.*Ad aliud concedo*. L.16.

Fides non est ratio noscendi terminos.

Fides, quæ distinguit fidelem ab infideli, cum non sit habitus inclinans ad assentiendum ex notitia terminorum, non est ratio noscendi terminos, sed præsupponit eorum notitiam. *Quodl*.Q.14.§. *De primo*. ℣. *Sed si tale transcendens*.E.4.

Fides, & scientia quomodo conueniant, vel non.

Fidem, & scientiam non habemus, nec habere possumus simul in via de credebilibus reuelatis, quia 2. Corint. 5. *Per fidem enim ambulamus, non per speciem*: vbi Glossa; modo per fidem tantùm illuminamur. 3.D. 24.Q.*Vnica*.*In primo in oppositum*. n.1.

Fides, & scientia (secundum S. Thom. in secunda secundæ q.1.art.5.vbi quærit ex intentione, an fides, & scientia possunt stare simul de eodem) non stant simul. Theologia autem, si inquantum subalternata scientiæ Beatorum, non sit vera scientia; & vt subalternata, non sit, nisi in Viatore: tunc scientia, sub propria ratione scientiæ subalternatæ, stat cum fide in Viatore, & de iisdem scilicet creditis: nec potest soluere contradictionem istam, nisi in secunda secundæ velit dicere, quòd loquitur de scientia subalternante, non subalternata. 3.D.24.Q.*Vnica*. §. *Contra istam opinionem*. n. 4.

Fidem si non euacuat cognitio abstractiua scientifica, aliquis simul potest habere scientiam abstractiuam de

Fides, & scientia quomodo conueniant, vel non.

geometria, & fidem. *ibidem*.§.*Contra hæc*.℣.*Contra conclusionem*. A.8.

Fides, accipiendo scientiam pro firma adhæsione credibilibus propter testimonium alienum, est scientia ex August. 11. Ciuit. 2. *Profectò*, inquit, *ea, quæ remota sunt à sensibus, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eisque credimus, à quorum sensibus remota esse, vel fuisse non credimus; & sicut est in sensu, quod credimus aliis de his, quæ viderunt, sic est in intellectu, secundum ipsum de his, quæ mente sentiuntur, quia & ipse sensus mentis rectissimè sensus dicitur*. 3.D.24.Q.*Vnica*. §. *Ad quæstionem*.℣.*Vno modo*. D.13.

Fides, accipiendo scientiam non solùm pro credulitate adhærendo testimonio alieno, sed pro assensu, quo veritati scitæ assentitur, licet non ex euidentia necessaria; Fides, inquam, accipiendo scientiam hoc modo, qua scilicet assentitur alteri parti contradictionis determinatæ, esset scientia, secundùm Philosophum: Et si esset de speculabilibus, reduceretur ad scientiam: Si de agibilibus, reduceretur ad prudentiam: Si de factibilibus, ad artem: Et isto modo fides infusa, & scientia de reuelatis stant simul, quia sic non accipitur propriè scientia. 3. D. 24.Q.*Vnica*.§.*Ad quæstionem*.℣.*Similiter*. D.13.

Fidem, & scientiam impossibile est de eodem esse, accipiendo scientiam propriè, vt accipitur. 1.Poster., pro notitia certa, excludente omnem dubitationem, & deceptionem; necessaria per causam euidentem in intellectu, & per causam necessariam euidentem applicatam ad conclusionem per discursum Syllogisticum. 3. D.24. Q.*Vnica*. §. *Ad quæstionem*.℣.*Sed accipiendo*. D.13.

Fides non excludit omnem dubitationem, sed aliqua dubitatio potest stare cum fide. 3.D.24.Q.*Vnica*.§.*Sed si loquamur*. H.17.

Fidem scientes explicare, & defendere, habent habitum distinctum à fide, sed non alio lumine, quàm sit fides. 3.D. 24.Q.*Vnica*.§. *Ad aliud pro opinione secunda*. L.20.

Fidem, & notitiam certam de Christo habuit Thomas, Ioan 20. dicente illi, ipso Christo, *quia vidisti me Thoma, credidisti*; Sed hoc intelligendum est, vt explicat Gregorius homil.26.in Euang.in Octau. Paschæ, *aliud vidit, aliud credidit; vidit hominem, & credidit Deum*. 3. D.24.Q. *Vnica*.§. *Ad primum principale*. L. 21.

Fides circa Deum, vt immediatè cognoscendum in via, sufficienter perficit, quia de Deo in via non potest haberi (de lege ordinaria) nisi cognitio fidei. 3.D.34.Q.*Vnica*. §.*Ad istam quæstionem*. ℣. *Per tres*. C.7.

Fidei quomodo succedat visio.

Fidei succedit visio, loquendo de obiecto principali fidei, quod est Deus Trinus, & Vnus, sed non de omnibus aliis, respectu quorum est fides; alioquin oporteret Beatum videre in Verbo gratiam fuisse collatam in Baptismo; Pœnitentia; & Confirmatione: Videret etiam semper in Verbo incarnationem Verbi; natiuitatem; passionem &c. quæ non sunt necessaria, vt videantur in Verbo, nec in se, ad hoc, quòd aliquis sit Beatus: hoc etiam modo non oportet de Sacramento Eucharistiæ magis, quàm de aliis Sacramentis, vel de aliis credibilibus veritatem semper videre in Verbo, ad hoc, vt aliquis intellectus simpliciter sit beatus. 4. D.10. Q.8. *Ad argumentum pro opinione*. N. O. 14.

Fides seruanda in bello.

Fidem oportet seruare in bellando contra quemcunque; ita quòd infidelitas, vel mendacium cuiuscunque Christiani in bello contra infidelem damnatur, licet possit vti aliquibus cautelis belli, quæ per se non repugnant veritati, nec includunt mendacium. 3. D. 38. Q.*Vnica*.§.*Ad argumenta*.℣.*Huic etiam*. I.15.

Fides infusa quid sit, & quomodo necessaria.

Fidem infusam necesse est ponere respectu credibilium, ex Apostolo ad Hebr.11. *Sine fide impossibile est placere Deo*: certum autem est quod placuerunt multi Deo: & quòd loquatur Apostolus de fide infusa, patet per eundem 1. Corin.12. vbi dicit: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*: & post subdit de istis virtutibus Theologicis, quæ sunt viæ excellentiores omnibus habitibus acquisitis; ibi enim loquitur de fide infusa, sicut de charitate infusa. 3. D.23. Quæst. Vn. *In argumento in oppositum*. n. 3.

Fidem infusam, quæ non infunditur sine charitate, non oportet ponere propter credulitatem articulorum reuelatorum, vt homo firmiter credat articulis reuelatis, & determinetur ad alteram partem, sine oppositi formidine. 3. Dist.23. Quæst. Vnic. §. *De primo*. ♈. *Ex istis*. B.5.

Fidei infusæ necessitas non potest concludi ex hoc, quòd homo firmiter credat omnibus articulis reuelatis, & determinetur ad alteram partem, sine oppositi formidine; quia etiam fides acquisita est super opinionem, quæ adhæret vni parti contradictionis cum formidine alterius, licet sit infra scientiam, quæ est ex euidentia obiecti scibilis. *ibidem*.

Fides infusa an sit, vel quomodo sit ponenda in nobis, non est ita certum, sicut de fide acquisita. 3. D.23. Q.Vn. §. *Secundo de fide*. D.6.

Fidem infusam oportet ponere propter auctoritatem Scripturæ, & Sanctorum; sed non potest demonstrari fidem infusam inesse alicui, nisi præsupposita fide, quod velit credere Scripturæ, & Sanctis; sed infideli nunquam ostenderetur. 3. Distinct. 23. Quæst. Vn. §. *Ad quæstionem*. F.14.

Fidei infusæ habitum non pono [solùm] propter gradum in actu, sed etiam propter assensum, quia assensus non est totaliter à voluntate. *ibidem*. G.15.

Fides infusa requiritur non solùm propter intensionem actus, sed etiam [probabiliter] propter assensum, & certitudinem. 3 D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ♈. *Quod autem*. G.15.

Fides infusa est propter actum primum, & propter perfectionem gradus actus secundi; quem gradum non posset habere intellectus cum fide acquisita solùm: & si propter aliquam certitudinem maiorem velit is dicere; solutis argumentum factum, quòd non. 3. D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ♈. *Dico, quod tunc*. H.16.

Fides acquisita licet sufficiat ad assensum, & certitudinem actus, prout credere opponitur opinari; tamen non est itá perfectè certus, sicut cum fide infusa, nec esset actus ita intensus: nec sufficit inesse primò; quia fides acquisita non perficit animam ita perfectè, sicut infusa; Oportet igitur ponere vtramque fidem. *ibidem*. *Ad primum principale*. K.18. & D.26. Q.Vn. §. *Ad primum istorum*. ♈. *Ad tertium dico*. K.21.

Fides infusa est perfectior habitus simpliciter quocunque habitu acquisito, eo quòd ratione suæ perfectionis non potest causari, nisi à Deo in ratione causæ; vt causat obiectum; vel per alium modum, supplendo vicem obiecti, quod non est perfectè præsens in ratione obiecti respectu fidei. 3. D.23. Q.Vnic. §. *Ad primum principale*. ♈. *Ad alind concedo, quod fides*. L.19.

Fides infusa fuit necessaria homini saluando pro omni statu. 3. D.25. Q.1. ∫. *De primo*. A.2.

Fides infusa est perfectio supernaturalis, qua anima determinatè assentit vero, & credit verum; Vnde sicut necessarium fuit hominibus ante Christi aduentum habere charitatem; Sic & habere fidem: Non quòd sit contradictio, ea separari, quia separantur modo in via; Manet enim modo fides informis sine charitate; & in Patria manebit charitas sine fide; Sed quia Deus de lege ordinata, quam statuit, non perficit animam, nisi perficiat eam secundum totum. 3. D.25. Q.1. §. *De primo*. A.2.

Fidem fuisse in Patribus ante Christi aduentum concludimus ex vno credito, scilicet, quia credimus fidem infusam esse in nobis, qua assentimus simpliciter vero. *ibidem*.

Fides infusa quomodo, & quando corrumpitur.

Fides infusa corrumpitur, cùm hæresis generatur; Vnde aliquis errans circa vnum articulum, & credens alios, fide acquisita credit alios, quæ scilicet fides acquisita fuit cum infusa præcedente, si aliqua talis fuit; Non enim in illo instanti, in quo corrumpitur fides infusa per hæresim, generatur primò fides acquisita; nam ille error non disponit ad fidem pro tunc; imò est indispositio, vt pro tunc non generetur, quare præfuit ante illum errorem; & sic certum est esse in nobis fidem acquisitam. 3. D.23. Q.Vn. §. *De primo*. ♈. *Præterea hic est*. B.4.

Fides, & spes infusæ non corrumpuntur per actum infidelitatis, & desperationis, nisi demeritoriè: & si velis habere aliquid, quod corrumpatur per istos actus, tanquam repugnans formaliter, dico, quòd illud non est, nisi fides, & spes acquisita: & benè possibile est, per actus nostros induci aliquod repugnans formaliter illis habitibus acquisitis. 4. D.1. Q.1. §. *Ad argumenta principalia*. ♈. *Ad probationem primi*. Pp.33.

Fides infusa non potest stare cum hæresi in quocunque articulo. *Quodl.* Quæst.14. §. *De primo*. ♈. *Comparando*. H 6.

Fidei infusæ effectus, & inclinatio.

Fidei habitus, secundum vnum modom ponendi fidem infusam, inclinat in articulos fidei, sicut si ex articulis cognitis immediatè acquireretur. 3. D 23. Q.Vn. §. *Aliter potest poni*. E.11.

Fides infusa facit suum secundum actum perfectiorem, sicut charitas suum. 3. D.23. Qu. Vnic. §. *Ad quæstionem*. F.14.

Fide infusa, sicut credo Deum esse Trinum, ita credo, me habere fidem infusam, qua hoc credo. *ibidem*. & §. *Sed quid*. ♈. *Respondeo*. I. 16.

Fidei infusæ augmentum petebant Apostoli Luc.17. *Domine adauge nobis fidem*: Et in quadam collecta Domin.13. post Pentecost. petitur idem: *Omnipotens sempiterne Deus da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum*. 3. D.23. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. G.15.

Fides infusa non excludit omnem dubitationem, sed dubitationem vincentem, & trahentem in oppositum credibilis. 3. D.23. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. G.15.

Fidei tam infusæ, quàm acquisitæ habitus inclinat naturaliter, & per modum naturæ præbet assensum. 3. Dist. 23. Quæst. Vnic. §. *Ad quæstionem*. ♈. *Contra*: *decipi*. H.16.

Fidem infusam, & fidem acquisitam, comparando ad actum credendi, in hoc conueniunt, quòd quando insunt eidem animæ, actus vnus, & idem credendi, elicitur secundum inclinationem vtriusque; quia quando sunt duæ formæ, quæ naturaliter inclinant ad actum in eodem operante, vtraque, quantum est de se, necessariò, & semper inclinat ad actum; & ideo quandocunque actus elicitur, elicitur secundum inclinationem vtriusque: & si per hoc, quod est actum credendi inniti fidei isti, intelligatur actum elici secundùm inclinationem eius; tunc concedendum est, quòd actus credendi innititur vtrique fidei. *Quodl.* Q.14. §. *De primo*. ♈. *Comparando fidem*. G 5.

Fides infusa inclinat ad credendum ea, quæ non habent euidentiam ex terminis, nec includunt aliquam euidentiam connexionis terminorum, si termini sint apprehensi ex sensibus. *Quodl.* Q.14. §. *De primo*. *Comparando fidem*. H.6.

Fidei infusæ, eiusque actus, vnde, & qualis certitudo.

Fides infusa, tenendo quod assentit credibilibus, quatenus sunt à Deo reuelata, non habet certitudinem ex obiecto, sed ex veracitate testis; scilicet Dei: & hoc modo facilè est videre quomodo fides est cum ænigmate, & obscuritate; quia habens fidem, non credit articulum esse verum ex euidentia obiecti, sed propter hoc, quod assentit veracitati infundentis habitum, & in hoc reuelantis credibilia. 3. D.23. Q.Vn. ∫. *Secundo de fide*. D.6.

Fides

Fidei infusæ, eiusque actus, vnde, & qualis certitudo.

Fides infusa, si respicit primam veritatem, vt reuelantem articulos, & causantem assensum de credibilibus, & non sit aliud, de quo est fides, vt de obiecto; sequitur quòd nunquam aliquis fidelis sua fide assentiet huic, *Deus est Trinus, & Vnus*, quia secundum te (sic opinante) non assentio illi, nisi quia est reuelatum à prima veritate. 3. D. 23 Q. *Vnica*. §. *Contra, si fides*. D. 7.

Fides infusa si ponitur, est certior, quàm acquisita, aliàs frustra poneretur. *ibidem*. ℣. *Præterea, fides*. E. 8.

Fide infusa, si ponitur, huic *Deum esse Trinum, & vnum* assentio, quia hoc reuelatum est à Deo; Sed hoc esse reuelatum credo, quia Ioannes, vel alius Apostolus dixit, hoc esse reuelatum: Si verò audiuissem eum asserentem hoc sibi esse reuelatum, credidissem sibi fide acquisita, credendo scilicet, ipsum esse veracem, & nihil falsum velle asserere; igitur & modo credo, fide acquisita ex auditu Scripturarum, vel lectione, esse reuelatum Apostolo, *Deum esse Trinum, & Vnum*; Igitur tota firmitas, quam ponis hoc modo in fide infusa, est à fide acquisita; ergo non videtur ponenda fides infusa ad hoc, vt credatur articulis fidei, propterea quòd sunt reuelati à Deo verace; ita quòd reuelatio passiua sit obiectum eius formale. 3. D. 23. Q. Vnica. §. *Contra si fides*. ℣. *Præterea, fides infusa*. E. 8.

Fidei habitum inclinantem intellectum nostrum in assensum articulorum, Deus nobis infundit. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Aliter potest poni fides infusa*. E. 10.

Fidem infusam, vltra acquisitam, habemus, & ad illam habendam licet possit homo ex naturaturalibus se disponere, non tamen ex natura intrinseca, nec etiam concurrentibus quibuscunque causis naturaliter motiuis, intellectus potest ad eam attingere; quia illam solus Deus infundit, qui non est causa naturaliter motiua alicuius intellectus causati. *Quodl*. Qu. 14. §. *De primo*. ℣. *Sed vltra*. G. 5.

Fidem infusam nobis inesse est tantùm creditum; ideo nullo modo euidentiam facit: acquisitam experimur nobis inesse, qua mediante, obiecta credibilia sunt per auditum præsentia; & sic aliquo modo euidentia, licet propriè neutra sit ex obiecto euidens: per infusam sine acquisita non potest quis exire in actum: euidentiam habet acquisita ex testimonio reuelantis, siuè prædicantis. *ibidem*. ℣. *Respondeo*. H. 6. *Additio*.

Fide infusa, *siuè* Per fidem infusam non percipio me inclinare in actum, siuè secundùm illam elicere actum; sed tantùm percipio, me assentire secundùm fidem acquisitam, vel eius principium, scilicet testimonium, cui credo: quia si perciperem me habere actum secundum fidem infusam, & secundum hoc scirem quòd secundùm fidem infusam non potest haberi actus, nisi determinatè verus; perciperem quòd actus meus non posset esse falsus; quia ex hoc sequitur quod perciperem quòd obiectum actus non posset esse falsum; & tunc scirem illud, idest infallibiliter cognoscerem illud esse verum; quod nullus experitur in se, vt credo, quantumcunque aliquis habeat vtramque fidem, & secundùm vtramque assentiat. *Quodl*. Quæst. 14. §. *De primo*. ℣. *Tertia differentia*. K. 8.

Fidei infusæ actus non est certus, neque vt cognitio principij ex se, neque vt conclusio per principium; sed tantummodo à quodam extrinseco; illud enim lumen fidei infusæ, quia est participatio quædam luminis Diuini, non potest inclinare intellectum, nisi in aliquod determinatè verum: Vnde certitudo illa in actu est ex quadam comparatione ad quoddam extrinsecum infallibile, cui actus ille conformatur; Non est autem ex ipsa intrinseca perfectione actus, quia æquè perfectus esset, quantum ad quodlibet intrinsecum sibi, si æquè intensè eliceretur præcisè secundum fidem acquisitam. *Quodl*. Qu. 17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Ad illud*. L. M. 11.

Fidei infusæ causalitas respectu actus credendi, qualiscunque illa sit; tamen non facit actum illum esse certiorem intellectui habenti actum, quàm si ipsa fides infusa non causaret. *Quodl*. Q. 17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Respondeo: qualiscunque*. M. 11.

Fides infusa per quid exprimatur, & quid respiciat,

Fides infusa potest poni in nobis alio modo, quàm quatenus respicit credibilia, vt à Deo reuelata, siuè sub ratione formali reuelationis passiuæ; sed quatenus respicit Deum, vt obiectum primarium, & articulos inclusos, vt obiecta secundaria. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Aliter potest poni fides infusa*. E. 10.

Fides infusa credibilium respicit ipsum Deum, de quo formantur articuli, quibus, sicut obiectis secundarijs, assentimus per habitum: ille verò assensus non est ex euidentia terminorum. *ibidem*.

Fides infusa, si tenderet in credibilia, non vt formaliter reuelata à Deo, sed in se; esset potentia, non habitus, quia sic nullo modo possum assentire huic, *Deus est Trinus, & vnus*, nisi per finem. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra, quia sic*. E. 12.

Fides infusa, si tenderet in credibilia in se, non vt reuelata, actus fidei acquisitæ, & infusæ essent alterius rationis, quia habent principia alterius rationis; Nam actus fidei acquisitæ dependet ab intellectu, & veracitate asserentis aliquid credibile; sed actus fidei infusæ ab intellectu, & fide infusa; & consequenter, ex quo principia, saltem partialia, sunt alterius rationis, sequitur quod actus sunt alterius rationis. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra, quia sic*. ℣. *Præterea tunc sequitur*. E. 12.

Fides infusa inter dona Spiritus Sancti exprimitur per intellectum, & scientiam; ita quòd illa duo non circumloquuntur duos habitus, sed vnum tantùm, secundum perfectum, & imperfectum; & vnus potest dari sine alio, sed non è conuerso. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *Exprimuntur ergo*. O. 20.

Fides infusa inter fructus Spiritus Sancti exprimitur nomine proprio. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *De fructibus*. P. 21.

Fidei infusæ obscuritas.

Fides infusa licet, secondum vnam viam, non respiciat credibilia sub ratione formali reuelationis passiuæ, seu formaliter vt sunt reuelata, sed ipsos articulos in se, adhuc tamen est obscura; quia licet firmiter inclinet intellectum in talia, vt obiecta, tamen non facit ea præsentia ex euidentia rei, nec aliud facit ea sic euidentia, vel præsentia; tamen habitus fidei inclinat in veritatem obiecti, secundùm quod inclinat firmiter intellectum in talia obiecta. 3. D. 23. Quæst. *Vnica*. §. *Aliter potest poni*. E. 11.

Fides infusa quo ad assensum.

Fides infusa si præbeat totum assensum credibilibus per modum naturæ inclinans potentiam in actum; cùm termini articulorum possint apprehendi ante omnem actum voluntatis; sequitor quòd homo firmiter assentiret credendis ante omnem actum voluntatis, quod negat Augustinus homil. 26. super Ioan. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra, quia sic*. ℣. *Præterea, si fides infusa præbeat*. E. 13.

Fides infusa, si ponitur præbere totum assensum, & necessariò credendis; cùm ipsa non sint credibilia præsentia, oportet ponere aliam fidem, vel habitum, in quo illa credibilia contineantur, vt neutra, & præsentia intellectui: & aliam fidem, per quam fieret assensus in talia credibilia: cùm termini eorum, & complexio sit neutra: & sic quilibet perfectè credens, vt Theologus, haberet in se duos habitus intellectuales, vt per vnum credibilia essent sibi præsentia, vt neutra; & per alium assentiret. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra, quia sic*. ℣. *Præterea, si fides infusa ponitur*. E. 13.

Fides infusa non est principium sufficiens eliciendi actum credendi. 4. D. 6 Q. 10. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo, habitus*. P. 16.

Ex fide infusa solùm non potest quis elicere actum credendi, & hoc de lege communi; licet Deus, fidei infusæ assistendo, posset mouere intellectum ad assentiendum actualiter illi, ad quod fides infusa inclinat; sed tunc fortè non ex sola inclinatione fidei istius eliceretur actus ille, sed ex motione Diuina: & multò magis, de lege communi, ex sola fide infusa, non potest haberi actus cre-

Fides infusa quo ad assensum.

credendi. *Quodl.* Quæst. 14. ∫. *De primo*. ℣. *Comparando*. H.6.

Fide acquisita quomodo credatur.

Fide acquisita ex auditu parentum, & aliorum, sicut credo, multa tempora transisse, Mundum etiam non incepisse mecum, credo etiam Romam esse, quam non vidi, ex relatione fide dignorum: Sic & reuelatis in Scriptura per fidem acquisitam ex auditu firmiter adhæreo, credendo Ecclesiæ approbanti, auctoritatem librorum Canonis. 3. D.23. Q.Vn. §. *De primo*. ℣. *Præterea, si vnus puer*. A.4.

Fidei acquisitæ quando non potest subesse falsum.

Fides acquisita, communiter, innititur assertioni alicuius testis, qui posset deficere: & ideo illa fides non tribuit actui credendi, inquantum sibi innititur, quod non possit sibi subesse falsum: frequenter tamen non sibi subest falsum, quando scilicet testis, cuius testimonio innititur, in testificando illud sit verax. Et dixi *communiter*, quia Deo immediatè reuelanti posset quis credere credulitate acquisita, si aliud non sit verum reuelari à Deo, quàm actum credendi, vel noscendi causari immediatè à Deo in eo, cui fit reuelatio. *Quodl.* Q.14. §. *De primo*. ℣. *Alia differentia*. I.7.

Fides infusa, & acquisita quandocunque ad idem inclinant, tunc necessariò acquisitæ non subest falsum; non quòd hæc necessitas sit ex ipsa fide acquisita, sed ex infusa concurrente cum ipsa ad eundem actum. Innititur igitur actus credendi fidei infusæ, tanquam regulæ certæ, & omnino infallibili, à qua actus habeat quod non possit esse falsus; sed innititur acquisitæ, tanquam regulæ minùs certæ, quia non per illam repugnaret actui quòd esset falsus, vel circa falsum obiectum. *Ibidem*.

Fides acquisita vnde proueniat.

Fides est ex auditu; auditus autem est ex prædicante; prædicare autem nullus potest, nisi mittatur: & sic, de primo ad vltimum, non potest homo credere, nisi audiat aliquem prædicantem sibi credibilia, vt arguit Apostolus Roman. 10. *Quomodo*, inquit, *credent ei, quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante? quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Hoc argumentum non valet, nisi loquatur de fide acquisita; quia hæc fides generatur in homine ex hoc, quòd audit verba prædicantis, adhibendo fidem dictis suis. 3. D.23. Q.Vn. §. *De primo*. ℣. *Præterea, ad Romanos*. B.5.

Fidem acquisitam reuelatorum in Scriptura tenendum est, pro certo, esse in nobis generatam ex auditu, & ex actibus nostris, qua eis firmiter adhæremus. 3. D.23. Q.Vn. §. *De primo*. ℣. *Ex istis*. C.5.

Fides acquisita non infusa præcedit charitatem.

Fides præcedit charitatem in non bono moraliter per charitatem infusam; quia hæc fides [acquisita] generatur in homine ex hoc, quòd audit verba prædicantis adhibendo fidem dictis suis; quia non oportet quemlibet talem esse bonum moraliter per charitatem infusam, sed potest esse in peccato mortali, & audiendo prædicantem, & videndo miracula fieri, credit ei; & hoc, quia dictat sibi naturaliter ratio, quòd Deus non assistit falsitati alicuius, operando miracula ad falsa alicuius prædicata, vel dicta; Igitur fides illa præcedit charitatem, & per consequens est acquisita; quia infusa non infunditur, nisi cum charitate. 3. D.23 Qu.Vn. §. *De primo certum*. ℣. *Præterea ad Romanos*. B.5.

Fidei acquisitæ sufficientia, & necessitas.

Fides acquisita sufficit in primo, cui reuelati sunt articuli fidei, vt firmiter credat eis, sicut in Paulo; & per consequens in alijs posterioribus sufficit fides acquisita, vt firmiter credant talia credenda. 3. D.23. Q.Vn. §. *Contra, si fides*. ℣. *Præterea in primo*. E.8.

Fides acquisita ex auditu necessariò requiritur cum fide infusa, ad hoc, vt habitus inclinet ad actum fidei firmiter eliciendum. 3. D.25. Qu.1. *Ad primum principale*. I.11.

Fide acquisita posita, credibili præsente, potest intellectus per habitum infusum credere, (dummodo voluntas non contramoueat) nec plus requiritur. 3. D.25. Q.2. §. *Ideo dico*. A.2.

Fides acquisita; *siuè* Ex fide acquisita, etiamsi solam insit, potest elici actus credendi, sicut credimus certis articulis testimonio fide digno asserentia, ad quos tamen non inclinat aliqua fides infusa. *Quodl.* Q.14. §. *De primo*. ℣. *Comparando*. H.6.

Fides acquisita, & infusa in quo conueniant, vel non.

Fides infusa similis est in aliquo fidei acquisitæ, imò in multis; Nam fides acquisita assentit, vel credit dicto alicuius, quia credit veracitati asserentis illud esse verum: Sic fides infusa assentit alicui reuelato, quia credit Deo, vel veracitati Dei asserentis illud: & quia quod Deus asserit, supernaturaliter reuelat; ideo fides assentiens tali reuelato, quia assentit veracitati reuelantis, est habitus supernaturalis; reuelat autem credibilia, quando infundit habitum. 3. Dist.23. Quæst.Vn. §. *Secundo de fide*. D.6.

Fides infusa, secundum vnum modum eam ponendi, est dissimilis ab acquisita; quia ratio tendendi in aliquod creditum est veritas testis asserentis illud esse verum: hic non sic, sed de ipsis credibilibus, scilicet articulis respicientibus primam veritatem, in qua sunt omnes veritates huiusmodi, sicut obiectum primum; non sicut illud, à quo sunt causaliter huiusmodi veritates reuelatæ, secundùm aliam viam, quamuis articuli non sint præsentes, vt obiecta, nisi quia priùs reuelati: tamen intellectus non tendit in eos, quia primo credit ea reuelata; ideo non respicit pro formali obiecto in eis reuelari, sed ipsos articulos in se. 3. Dist.23. Quæst. Vn. ∫. *Aliter potest poni*. E.11.

Fide acquisita cui credatur, vel non, & quomodo.

Fide acquisita nullus credat alicui, nisi quem scit posse falli, & fallere, licet credat, ipsum non velle fallere: & nemo potest perfectè assentire dictis eius, quem nouit posse falli, & fallere in his, quæ dicit. 3. D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Quod autem*. G.15.

Fide acquisita stante, & dum homo assentit per eam alicui obiecto, non potest dubitare, vel non assentire: aliter de eodem obiecto, & sub eadem ratione esset fides, siuè adhæsio, & dubitatio, & ita opposita, quod est falsum; quare propter firmam adhæsionem non oportet ponere fidem infusam. 3. D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Contra*. G.16.

F I E

Fieri quid respiciat, & quomodo intelligatur.

Fieri non determinatum per aliquid, putà quando prædicatur secundùm adiacens, notat factionem simpliciter eius, de quo dicitur: vt si dicatur, *homo fit*, denotatur factio simpliciter inesse homini; Si autem prædicatur tertium adiacens, sicut, *homo fit albus*, non notat fieri, nisi secundùm quid eius, scilicet, quòd specificat ipsum. 1. D.30. Q.1. ∫. *Ad argumenta primæ quæstionis*. ℣. *Ad tertium*. L.13.

Fieri Deum, vel incipere absolutè nullo modo conceditur, benè tamen secundum quid, vt fieri, vel incipere esse Dominum. *ibidem*.

Fieri non necessariò denotat mutationem illius, de quo dicitur, nec præcessionem respectu termini factionis; quia hoc non esset, nisi inquantum fieri implicat quodammodo inceptionem; Sed ipsa inceptio, quando prædicat

tertium

Fieri quid respiciat, & quomodo intelligatur.

tertium adiacens, non notat præcessionem subiecti ad prædicatum; Nam verum est dicere de anima nunc creata, quòd nunc incipit animare corpus, nec tamen prius fuit, quam animaret corpus; ita etiam quando prædicat secundum adiacens, verum est dicere, quòd incipit esse. 3.D.7.Q.2.§. *Sed tantam*. ℣. *Et quid aliqui*. C. 7.

Fieri respicit efficiens in communi: & etiam dat intelligere oppositum præcedens qualecunque, siuè positiuum, siuè priuatiuum. 3. D.11.Q.1.§. *Cui ista opinio*. A. 7.

Fieri aliquid ex aliquo dupliciter dicitur, scilicet ex subiecto manente, vel ex termino corrupto: aliter enim ignis generatur ex materia ignis; aliter ex aere, siuè non igne secundùm Philos. 1. Phys. 4. D.11 Q.1 §. *De primo*. ℣. *Per hoc*. B. 3.

Fieri quod non potest aliquid ex non ente simpliciter, quando arguit Philos. 1. Generat. 8. 12. & inde respondendo ad argumentum distinguit non ens simpliciter, quia aut prout *simpliciter* accipit pro *vniuersaliter*: & tunc non ens simpliciter est purum nihil, & isti non enti oppositum est quodcunque ens, quantumcunque minimum habeat de entitate: alio modo accipitur ens simpliciter prout distinguitur contra ens secundùm quid: & tunc ens simpliciter est substantia; ens secundùm quid est accidens; & patet, quòd est non ens simpliciter oppositum isti. 4.D.11.Q.3.§. *Alij concedentes*. ℣. *Secunda ratio principalis*. X. Y. 43.

Fieri quando prædicatur secundum adiacens, prædicat fieri simpliciter eius, de quo dicitur, vt hic, *Petrus fit*: quando autem prædicatur tertium adiacens, tunc denotat, subiectum fieri secundum formam prædicati, vt hic, *homo fit albus*. 4.D.11.Q.5. ∫. *Vltimo quæritur*. ℣. *Secundo dico*. B. 1.

Fieri; *siuè* In fieri, aliqua sunt secundum Philosophum. 3. Phys. Tex. 14. 57., quæ non habent completum esse sicut successiua; & per oppositum aliquid dicitur *in facto esse*, quando sic habet *esse* completum, quòd non dependet in essendo ab aliquo extrinseco. *Quodl.* Qu. 12. §. *De primo*. ℣. *Respondeo, Philosophus*. D. 6.

FIG

Figmentum.

Figmenta non habent genus, & differentiam. 1. Distinct. 3. Quæst. 5. §. *Contra ista*. ℣. *Respondetur*. sub G. 10.

Figmentum omne habet rationem in se falsam, & includentem contradictionem. *ibidem*.

Figura.

Figura proprijssimè sequitur speciem, sicut determinatiua organizationis corporis humani; & ideo videtur accidens manifestatiuum speciei, & est per se visibilis. 2. D. 2.Q.9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Præterea, secundum superficiem*. sub L. 28.

Figurarum esse primam non potest sciri *propter quid* de aliqua figura in communi, nisi per medium proprium, scilicet per rationem circuli; nec mirum; quia prædicatum proprium ad hoc, vt sciatur *propter quid*, requirit medium proprium. *Quodl.* Q. 14 ∫. *De primo*. ℣. *De scientia vero*. M. 9.

Figura quotuplex, & quid dicat.

Figura est duplex: quædam est forma absoluta, & ista est de genere qualitatis forma, vel circa aliquid constans figura; & ita non sequitur *vbi*: Alia est figura, quæ est situatio partium in loco, & in continente, & ista est forma respectiua consequens ipsum *vbi*. 4.D.10.Q.2.§. *Dico ergo*. ℣. *Dici potest*. Q. 24. *Additio*.

Figura non dicit, vltra quantitatem, nisi relationem partium ad inuicem, vel terminorum includentium partes: hæc autem relatio mutari potest, partibus manentibus eisdem, & in se, & in toto. 4.D.12. Qu.4. §. *Ad quæstionem* ℣. *De secunda*. F. 19.

Figura dictionis.

Figura dictionis, idest, fallacia illa dicta figura dictionis, nusquam apparet alibi ita euidenter, sicut in paralogismis, in quibus casus aliquis construitur in vtraque præmissa cum diuersa significatione, ita scilicet, quòd quantùm ad sensum possit accipi in vna significatione, in vna ex præmissis; & in alia significatione, in altera; & propter similitudinem casus, accipitur sæpè in eadem significatione: hoc enim est propter similem terminationem casualem, quæ ostendit similem constructionem casuum: & in hoc decipit propter amphibologiam quantum ad præmissas; Apparet enim quòd possit inferri, ac si in eodem casu similiter terminata similem sententiam significarent in præmissis: Vnde in hoc syllogismo; *Relatione nihil producitur*; *productione aliquid producitur*; *ergo productio non est relatio*; Nam si vtrobique construatur ablatiuus in ratione formæ proximæ denominantis; minor est vera, & maior falsa: accipiendo maiorem negatiuam, prout ablatiuus construitur in ratione formæ proximæ denominantis, sic vtraque est vera; Sed tunc inferendo, quòd productio non est relatio, fit figura dictionis, mutando rationem principij formalis proximi, in rationem principij formalis remoti: Vel vt magis logicè dicatur, commutando absolutum in respectiuum; Nam principium remotum, respectu cuiuscunque denominati relatiuè, est absolutum: principium autem proximum, est respectus: & fortè posset hic poni figura dictionis secundum primum modum ex simili terminatione. 4. D.13.Q. 1.§. *Ad argumenta contra istum*. ℣. *Ad propositum*. P. Q. 21. 22.

Figuratio.

Figuratio licet videatur esse qualitas, tamen consequitur ipsum *vbi*. 4.D.10.Quæst.2.§. *Dico ergo*. ℣. *Et cum additur*. Q. 24.

Figuratio alia, & alia non corrumpit necessariò quantitatem; & oppositum asserere videtur contra sensum; nimis enim durum esset dicere quòd quoties figuratur aqua aliter, & aliter in alio, & alio vase, toties haberet nouam quantitatem simpliciter, manentibus partibus eisdem in se, & in toto. 4.D.12.Qu.4 ∫. *Ad quæstionem*. ℣. *De secunda*. E. 19.

FIL

Filiatio quid sit, & quomodo intelligenda.

Filiatio *est habitudo producti naturaliter similis producenti in natura intellectuali*. 3.D.8.Q.Vnica. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Primum probo*. C. 10.

Filiatio debet esse habitudo producti *naturaliter* &c.; Nam propter defectum huius particulæ, *naturaliter*, Spiritus Sanctus non est Filius: & *similis producenti*: propter defectum huius particulæ, vermis non est filius Solis: *in natura intellectuali*; ideo ignis non est filius ignis, nec planta plantæ: nec propriè Bos Bouis. 3.D.8. Q.Vnica. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Primum probo*. C. 10.

Filiatio potest describi, quod sit habitudo producti naturaliter in natura intellectuali, vel sensitiua, si omninò contendatur, brutum esse filium bruti; vel Vitulum esse filium Bouis. *ibidem*.

Filiationis in descriptione nihil per se, & primò respicit suppositum, nisi ratione productionis passiuæ; quia omnia alia addita respiciunt naturam, vel in producente, vel in producto, vel in vtroque; Vnde filiatio ratione nullius magis determinat sibi, vt sit suppositi, quàm generatio passiua; quæ tamen plurificatur ad plurificationem ipsarum naturarum actualiter existentium, acceptarum per ipsas generationes, sicut patet per Damascenum. lib. 3.cap.53. vel 7. quòd *Christi sunt duæ generationes*: atque ideo & ipsa filiatio plurificatur ad plurificationem earumdem. 3.D.8.Q.Vnica. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Primum probo*. C. 10.

Filiatio si est relatio præcisè fundata super generationem passiuam, quæ iam præterijt, vt siuè in re, siuè in intellectu dicatur aliquis esse filius, quia aliquando fuit genitus, ita quòd esse filium non prædicet aliquid de præsenti

realiter,

Filiatio quid sit, & quomodo intelligenda.

realiter, licet vocaliter, sed tantùm aliquid de præterito; ita quod hæc, *Sortes est genitus*, æquiualet huic, *Sortes fuit genitus*; &, secundum istum intellectum, æquiualet isti, *Sortes est* filius: & hoc modo Filius dicit relationem realem; sed non secundum esse simpliciter, scilicet actualis existentiæ; sed secundum esse præteritum, quod est esse reale secundum quid, sicut Sortem esse futurum: vel magis, quemadmodum potentia ante actum in natura potentiali dicit relationem realem vno modo, sed secundùm diminutam entitatem rei: Si hoc inquam modo intelligatur filiatio; quicunque fuit aliquando filius, numquam potuit non esse filius, sicut quod fuit non potest non fuisse; quemadmodum etiam quod quandoque est possibile, non potest non esse possibile, quamuis non sit actu præsens: Et secundum hoc, Ioannes, si esset annihilatus, adhuc esset Filius Zebedæi; Nec Deus posset destruere illam relationem, quantumcunque fundamentum annihilaretur, secundum existentiam actualem; Nec plus realitatis diceret filiatio de filio existente, quàm non existente. 3.D.8.Qu. *Vnica*. *§. Ad quæstionem ergo*. ℣. *Respondeo, aut filiatio*. D. 13. 14.

Filiatio si dicit relationem producti passiuè completè, manente existentia actuali naturæ acceptæ per generationem, sine interruptione, hoc modo Christus vsque ad mortem fuit Filius Mariæ; sed post resurrectionem, non; quia existentia actualis naturæ humanæ, acceptæ per generationem Mariæ, fuit interrupta per mortem, & ipsam existentiam, vt secundò acceptam per resurrectionem, consequebatur alia relatio ad Deum resuscitantem; Filiatio, inquam, si hoc modo accipiatur, siuè explicetur, nullus esset filius alicuius post resurrectionem generalem: Et hæc opinio videtur absurda. *ibidem*. ℣. *Alio modo*. D. 15.

Filiatio dicit habitudinem geniti ad generans, fundatam super existentiam actualem naturæ, acceptæ per generationem: vel super ipsam naturam, acceptam sic actualiter existentem: & hoc sinè continuè habitam post acceptionem, sine interruptione; siuè eamdem habitam cum interruptione, ita quòd vtrumque accidat sibi. 3.D.8.Qu. *Vnica*. *§. Ad quæstionem ergo*. ℣. *Tertio ergo*. E. 16.

Filiatio in filio posset esse fundamentum alicuius habitudinis filij ad Patrem, putà obligationis ad dilectionem naturalem, & si possibile esset filiationem solam esse. 4. D. 6. Quæst. 10. *§. Hic dicitur*. ℣. *Et quod adducitur*. D. 5. 6.

Filiatio vt est in Diuinis.

Filiatio Diuina non est in Patre, sicut forma in informato; sed præsens per inexistentiam intimam; & ideo non sequitur quòd Pater sit Filius. 1.D.19.Qu.2. §. *Ad tertium Si principale*. G. 11.

[Fi]liatio, & Verbum, seu Verbatio non sunt duo propria Filij Æterni, sed idem, quia eamdem relationem per se significant Filius, & Verbum, licet alia connotent; quia Filius naturam viuentem in communi; & Verbum notitiam intellectualem actualiter expressam: ista connotata non sunt semper eadem; sed relatio passiua significata semper est eadem. 1. D. 27. Qu. 2. §. *Ad argumenta cum primo*. ℣. *Ad tertium dico*. I. 21.

Filiationis plurificatio in Diuinis est simpliciter impossibilis, includens contradictionem. *Quodl*. Q. 2. §. *Prima ratio*. *Esto etiam*. A. 5.

Filiationem Diuinam esse *bene*, accipietur primò ex ratione filiationis talis, non ea immaterialitate, quæ tantùm aliquid ponit, vel excludit aliquid annexum propriæ singularitati. *ibidem*. ℣. *Et quod immaterialitas*. D.6.

Filiatio Diuina cùm non sit eadem communicabilis pluribus, non oportet distinguere inter aliætatem filiationis, & alium modum habendi; imò sicut Diuinitas potest esse perfecta in aliquo, & tamen alio modo haberi in alio; ita filiatio potest esse perfecta in aliquo, & tamen alia haberi in alio. *Quodl*. Q.2. *§. De quarta ratione*. F. 11.

Filiatio vt est in Christo.

Filiationes duæ reales, secundùm aliquos, non sunt in Christo. 3.D.8.Q.*Vnica*. §. *Hic dicitur*. n. 3. *ibidem*. *Impugnatur* §. *Contra istam positionem*. n. 3.

Filiatio non est tantum personæ Christi sic, quòd non possit plurificari, licet fundamentum plurificetur; nam hoc non sibi conuenit vndè relatio absolutè, quia tunc si Christus fuisset albus, non fuisset realiter similis alijalbo, nec fuisset realiter æqualis alij, habenti tantam quantitatem, quantam ipse habuit: Tunc etiam in supposi tis creatis relationes non possent plurificari, plurificatis fundamentis: neque hoc potest sibi conuenire vnde relatio talis originis, quia non magis repugnat relationem originis plurificari in supposito, quàm ipsam originationem, quæ præcedit istam relationem originis, vt proxima ratio fundandi eam: origines autem plurificantur in eodem supposito, secundum Damascenum. lib. 3. cap. 7. *Duas generationes Christi veneramur*. 3. D.8. Qu. *Vnica*. *§. Contra istam positionem*. n. 3.

Filiatio æterna, & filiatio temporalis non sunt eiusdem rationis, maximè secundum negantes duas filiationes in Christo; quia ipsi negant aliquid eiusdem rationis posse dici de æterno, & temporali. 3.D.8. Qu. *Vnica*. §. *Contra istam rationem*. ℣. *Præterea, minor*. B. 9.

Filiatio æterna non est relatio, qua Filius dicitur Filius temporaliter; sicut Paternitas æterna non potest esse relatio, qua Pater dicetetur Pater temporaliter: quæcunque enim proprietas personalis Diuina æquè non respicit aliquid creatum pro termino. 2.D.8. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Præterea propositum* C. 10.

Filiatio tàm æterna, quàm temporalis, in Christo, est realis: patet de æterna, quia realiter est filius æternus: de temporali probatur, quia illa relatio est realis, quæ consequitur extrema, ex natura extremorum, sine actu intellectus: posita autem matre generante, & ita supposito habente naturam per generationem, ex natura extremorum, sine actu intellectus, sequitur hic filiatio, sicut ibi maternitas. *ibidem*. C. 11.

Filiationis temporalis in Christo ad Matrem relatio non est eadem realiter fundamento (scilicet naturæ humanæ Christi Domini). 3 D.8. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem ergo*. ℣. *Respondeo: ista relatio*. D. 12.

Filiatione Christus est filius; ergo alia filiatione est alius filius; est fallacia consequentis, ex destructione antecedentis. 3. D.8. Quæst. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad primum*. F. 18.

Filiationem, quæ fundatur super esse [naturæ humanæ Christi Domini] acceptum primò per generationem, non tollit quod alia productione accepit idem esse in resurrectione; sed tantùm sunt duæ relationes, consequentes duas productiones passiuas, quæ fuerunt ad idem esse: & vna fuit interrupta, sicut & esse fundamenti: altera tunc primò est noua. 3. D.8. Qu. Vnica §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. G. 19.

Filiationem qui diceret esse præcisè suppositi, & non secundum naturam, posset faciliter dicere Christum non esse Filium adoptiuum, quia illa relatio non conuenit supposito secundum se; sed dicendo filiationem fundari in natura, simili naturæ generantis naturaliter, filiatio adoptiua fundabitur in natura, quæ est similis creanti, vt imago eius similitudine naturali, & etiam similitudine gratiæ, qua ipsa, vt natura intellectualis, potest attingere ad hæreditatem adoptantis. 3. Distinct. 10. Quæst. Vnica. *§. Respondeo*. A. 2.

Filius in Diuinis quo ad diuersa prædicata, & significata.

Filio de æterno stat quod sit à se formaliter necessarius; & tamen ab alio producente, cum quo habet eamdem entitatem necessariam. 1. D.2.Q.7. §. *Tenendo quatuor igitur*. ℣. *Respondeo: Philosophi ponentes*. I. 9.

Filius [Æternus] non est possibilis possibilitate reali, nec possibilitate inhærente, nec terminata ad ipsum; quia possibilitas, siuè actiua, siuè passiua, est aliud in natura: Tamen Filius est terminus potentiæ productiuæ; quæ abstrahit à rationæ potentiæ effectiuæ; & si illa potentia dicatur simpliciter potentia, terminus illius potentiæ potest dici simpliciter possibilis; sed possibilitas illa non repugnat formaliter necessario. *ibidem*. ℣. *Ad secundam probationem*.

Filius in Diuinis quo ad diuersa prædicata, & significata.

Filius est alius Deus genitus; cùm hæc sit falsa, erit etiam hæc falsa, *Deus genuit alium Deum*, si ly *Alius* ponit suum per se significatum circa per se significatum extremorum, & sui determinabilis, denotans ipsa inter se esse distincta, & illud determinabile esse commune vtrique extremo alietatis; & tamen distingui in eis, quod non conuenit Deo. 1. D. 4. Q. 1. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Ad propositum*. C. 2.

Filius [Æternus] non procedit vt amor donabilis, sed vt Verbum declaratiuum essentiæ Patris; & ideo non procedit Filius proprietate personali, vt habens aptitudinem vt detur; procedit tamen vt possibilis dari à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. 1. D. 18. Q. *Vnica*. §. *Respondeo primo*. ℣. *Ad tertium*. H. 8.

Filius, ex processione sua, non significat respectum ad creaturam, nec illum connotat, quia naturaliter, & non per modum doni, procedit: Exit enim *non quomodo datus, sed quomodo natus*, Augustinus. 15. de Trinitate. 1. D. 18. Q. *Vnica*. §. *Respondeo primò*. ℣. *Ad sextum*. K. 9.

Filius si est in Patre per essentiam, quæ formaliter est in Patre, sequitur quòd Filius erit in Patre quasi formaliter, licet secundùm aliquid sui, quòd non est *esse in* secundùm circumincessionem. 1. D. 19. Q. 2. §. *Contra illud primo*. ℣. *Secundo sic*. n. 4.

Filius est in Patre; Pater est in Filio; ergo Filius est in Filio, non valet, quia arguitur conuertendo, non procedendo. 1. D. 19. Q. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Quantum igitur*. H. 13.

Filius non esset omnipotens si non posset causare intellectionem in intellectu, potente recipere eam. 1. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Contra istud: non comparando*. ℣. *Confirmationes etiam*. C. 6.

Filius non erit omnipotens; si generare est terminus omnipotentiæ simpliciter; quia generare non potest aliquo modo esse à Filio, nec vt in Filio, nec in alio. *ibidem*.

Filium non habere formam conuenientem omni actioni, quam actionem nata sit potentia simpliciter respicere; concluderet Filium non esse simpliciter omnipotentem. 1. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Contra istud non comparando*. ℣. *Secunda*. C. 6.

Filium esse principiatum, & non possibilem; vlterius conceditur. 1. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ℣. *Vlterius tamen*. E. 9.

In Filio concedendum est quòd non sit omnis potentia; vel quòd non sit in eo potentia ad omne, accipiendo potentiam extensiuè ad potentiam, vt respicit omne principiabile; licet sit in ipso omnipotentia, quæ dicit potentiam ad omnia possibilia 2. Dist. 20. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ℣. *Hoc modo*. F. 10.

Filius Dei quo ad spectantia generationem, & essentiam.

Filius producitur formaliter per modum naturæ; sed non producitur formaliter per modum voluntatis. 1. D. 2. Q. 7. §. *Contra ista instatur*. ℣. *Ad tertiam*. sub P. 25.

Filium esse essentiam de essentia, vt aliquando dicit Augustinus, non probat essentiam esse genitam, vel generantem illud, de quo Filius generetur. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Ad primam*. F. 8.

Filius, cùm dicitur, *est essentia*, ex vi construuctionis, significatur essentiam esse proprium correlatiuum eius, quod est Filius; & ita Filium esse formaliter Filium essentiæ, quod est falsum. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta logica*. ℣. *Ad secundam eius rationem*. L. 13.

Filius non generatur de essentia Patris, sicut de materia, vel quasi materia. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ideo tenendo*. E. 11.

Filius, sine glossa, verè, & propriè est de substantia Patris. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ideo tenendo*. ℣. *Secundo dico*. F. 12.

Filius cùm dicitur de substantia Patris, per ly *De* non

Filius Dei quo ad spectantia generationem, & essentiam.

tantùm notatur efficientia, vel origo; Si enim tantùm efficientia, tunc creaturæ essent de substantia Dei: Nec notatur per illud *De*, tantùm consubstantialitas, quia tunc Pater esset de substantia Filij; sed notatur simul originatio, & consubstantialitas, vt scilicet in casuali huius præpositionis *De*, denotetur consubstantialitas sic, quòd Filius habet eamdem substantiam, & quasi formam cum Patre, de quo est originaliter: & per illud, quod construitur in genitiuo cum isto casuali, notetur principium originans, ita quòd totalis intellectus huius sermonis, *Filius est de substantia Patris*, est iste, Filius est originatus à Patre, vt consubstantialis ei. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ideo tenendo*. ℣. *Secundo dico*. F. G. 12.

Filius est de substantia Patris, intellecto ly *De*, vt dicit originem, & consubstantialitatem, intellectus iste verè saluat quòd Filius non sit de nihilo: verè etiam saluat quòd Filius est de substantia Patris, sicut requiritur ad Filiationem. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ideo tenendo*. ℣. *Ad intellectum ergo*. G. 13.

Filius si non diceretur esse de nihilo, quia essentia eius, secundum ordinem originis, præfuit in Patre, & hoc si illa essentia esset quasi materia generationis Filij; multò magis nec Filius esset de nihilo, si illa essentia, priùs origine existens in Patre, sit quasi forma, communicata Filio. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ideo tenendo*. ℣. *Primum declaro*. G. 13.

Filius nullo modo est de nihilo, sed est verè de substantia Patris; non tamen sicut de materia, vel de quasi materia: Nec est creatura, quia creatura est post nihil, idest post *non esse sui*, & cuiuscunque in ea, non ita Filius; non tantùm quia suum esse est æternum, sed etiam quia sicut est secunda persona, sic priùs origine est suum esse formale in prima persona. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Respondeo*. & ℣. *Sed dices*. R. 19.

Filius est de essentia Diuina. Hæc propositio non est ita concedenda, sicut hæc, *Filius est de substantia Patris*; quia per secundam exprimitur consubstantialitas, & originatio, propter genitiuum, constructum cum casuali præpositionis; per primam autem non notatur aliquid originans. 1. Distinct. 5. Quæst. 2. §. *Sed obijcitur*. ℣. *Respondeo, quòd Augustinus*. V. 20.

Filium esse Filium substantiæ Patris licet dicat Augustinus. 15. de Trinit. cap. 19. & Doctor quidam dicat illam esse propriam; tamen videtur probabilius quòd quandocunque relatiuum construitur cum aliquo, in tali habitudine casuali, in qua aliquid natum est terminare illam relationem, & correlatiuum tunc construitur cum illo præcisè, vt cum correlatiuo; & ita in ista, *Filius essentia*, videtur accipi essentia, vt correlatiuum eius relatiui, cum quo construitur: & tunc auctoritas Augustini. de Trinitat. 15. cap. 19 debet exponi, sicut ipse exponit, *Filij charitatis suæ*, idest Filij sui dilecti. 1. Dist. 5. Quæst. 2. §. *Sed obijcitur*. ℣. *Ad aliud dicendum*. V. X. 20.

Filius est de essentia Patris; ergo est Filius essentiæ Patris, non sequitur, quia consequens notat relationem esse inter Filium, & essentiam, sicut suum correlatiuum, quod non notat antecedens, sed tantùm consubstantialitatem in essentia, cum origine, notata in illo, quod construitur cum essentia. *ibidem*. ℣. *Et tunc ad argumentum*. X. 20.

Filius habet scientiam, vel voluntatem generandi, non videtur ita concedenda, sicut ista, *Filius scit, vel vult generationem Patris*, imò videntur illæ negandæ, sicut istæ, *Filius scit generare, & vult generare*; quia idem videtur velle agere, & habere voluntatem agendi; sed non idem istis videtur esse velle actionem, quia hæc non includit eam velle, vt actionem voluntatis, quòd aliæ videntur significare. 1. D. 7. Qu *Vnica*. §. *Ad formam autem quæstionis*. S. 17.

Filium semper nasci videtur negare Augustinus. lib. 83. quæstionum. q. 37. his verbis; *Qui semper nascitur, nunquam natus est*; Cùm tamen Origenes dicat opposi-

tum,

Filius Dei quo ad spectantia generationem, & essentiam.

tum, sicut allegat Magister in littera, super illud Ieremiæ. 11. *In enta est*; Gregorius tamen moralium. 29. Super illud Iob. 38. *Sciebas quando nasciturus*, videtur dicere aliqua, quibus possunt ista dicta concordari: *Non possumus*, inquit, *dicere semper nascitur, ne imperfectum aliquid videatur*, ne, inquit, aliquid videatur imperfectum; Non dixit imperfectio est, si dicatur semper nasci; sed videtur significari imperfectio, hoc est, iste sermo: *Semper nascitur*, non significat generationem esse ita perfectam, sicut sermo iste significat eamdem esse perfectam, *semper est natus*: Ista enim *semper est natus*, magis exprimit veritatem, quàm ista *semper nascitur*; licet vtraque sit vera. 1. D.9. Q. Vnica. §. *Ad quæstionem dico*. ỽ. *Ad tertium dico*. D.5.

Filius licet non possit formaliter generare, vt generatio sit in ipso: nec possit principiare generationem in se ipso; tamen si illud sit terminus omnipotentiæ, oportet dicere quód possit Filius principiare generationem in eo, in quo nata est esse. 1.D.20.Q.Vnica.§. *Contra istud*. ỽ. *Confirmationes*. C.6.

Filius nullo modo potest principiare generationem in se, nec in isto, in quo non est nata esse. *ibidem*.

Filius non potest aliquo modo generare; *Siuè sic*: Generare non potest aliquo modo esse à Filio, nec vt in Filio. 1. D. 20. Q. Vn. §. *Contra istud*. ỽ. *Confirmationes*. C.6.

Filium non habere formam conuenientem omni actioni, quam actionem nata sit potentia simpliciter respicere, concludit, Filium non esse simpliciter omnipotentem. *ibidem*.

Filium producit Pater, vt intellectus, licet non, vt intelligens formaliter. 1.D.36.Q.Vn.§. *Contra ista*. ỽ. *Praeterea quinto*. B.5.

Filius Æternus quòd non potest generare, non est tota ratio, quòd memoria, vt in Patre, habet terminum adæquatum; Sed oportet addere quòd habet terminum adæquatum illi principio, non producibilem ab eo, cui communicatur tale principium; quia si esset producibile ab eo, cui communicatur tale principium, tunc communicaretur ei tale principium, in ratione principij, ad producendum; & ita eo posset producere. Quærendo autem vltra quare Verbo, habenti eandem memoriam cum Patre, non communicatur ipsa memoria in ratione principij productiui, videtur quòd oporteat probare per aliud, quàm per terminum adæquatum rationi illius principij, vt in Patre. 2.D.1.Q.1. §. *Quantum ad hoc igitur*. ỽ. *Sed ista responsio*. K. 19.

Filius Dei, si cum hoc, quod generatur in æternitate, reciperet aliam naturam, secundùm quam dependeret à Patre, per impossibile; tunc diceretur idem in eo esse generari, & genitum esse; & illud esse Filij posset absolutè non esse; & inquantum istud esse quasi immediatè sequeretur suum non esse, diceretur generari: & inquantum quasi mediatè, sequeretur suum non esse, vt coexistens alijs partibus temporis, diceretur genitum esse. 2. D.2. Q.1.§. *Ad argumenta pro prima opinione* ỽ. *Et si dicatur*. E.21.

Filius Dei, qui est terminus actiuæ generationis Patris, per illam generationem accepit *esse*, & personam esse, & Deum esse; Alioquin si nullum *esse* accipit per illam, non videtur esse intelligibile quomodo sit ibi aliquid terminans generationem, quæ est actio de genere actionis, quod pro tanto dico ad excludendum operationes, quæ dicuntur æquiuocè actiones. 4.D.11.Qu.3.§. *Quantum ergo ad istum articulum, dico*. ỽ. *Sed istud*. M.22.

Filius in Diuinis sicut primam proprietatem habet, pertinentem ad *generari*, siuè *dici*, ita Pater primam proprietatem incommunicabilem habet, pertinentem ad *dicere*, siuè gignere, quia illa conuenit Patri secundum quòd habet intellectum fœcundum, qui intellectus est prima ratio productiua in Patre. *Quodl.* Quæst. 4. §. *Iuxta illud*. C. 4.

Filius Dei quo ad suas proprietates; & alia.

Filius filiatione nihil producit, nec ad extra, nec ad intra. 1. D.7.Quæst.Vn.§. *Loquendo tunc*. ỽ. *Partem negatiuam*. M.9.

Filius Æternus est imago Patris, quia, ex vi productionis suæ, procedit vt similis Patri. 1.D.10.Q.Vn. §. *Ad argumenta principalia*. ỽ. *Ad primum*. P.13.

Filius Æternus habet voluntatem, quæ est principium productiuum amoris adæquati, & habet eam vt præintelligitur productu actu voluntatis. 1.D.11.Q.1.§. *In ista quæstione*. ỽ. *Ad hoc est ratio*. B.2.

Filius priùs origine producitur, quàm Spiritus Sanctus, propter ordinem potentiarum. *ibidem*. ỽ. *Concedo*. C.4.

Filius constituitur in esse personali filiatione; & consequenter ea formaliter distinguitur ab omni alia persona: & ideo, per impossibile, vel incompossibile, circumscripto quocunque alio, & maximè posteriori filiatione, remanebit Filius filiatione distinctus personaliter à quacunque persona. 1 D.11.Q.2.§. *Contra istam opinionem*. ỽ. *Ex primo horum*. B.6

Filius non constituitur in esse personali spiratione actiua, quia illa est communis Patri, & Filio; & non sunt in eo proprietates positiuæ aliæ, quàm generatio passio, & spiratio actio; consequenter constituitur generatione passiua. *ibidem*.

Filius personaliter distinguitur per aliquod, quod est de ratione eius, inquantum est persona: Quodlibet enim habens aliquod *esse*, distinguitur, distinctione conueniente illi *esse*, à quocunque alio per aliquod, quod est de ratione eius, inquantum habet tale esse: Spiratio autem actiua non est de ratione eius, inquantum persona, sed Filio iam posito est quasi proprietas aduentitia. 1. D.11.Qu.2. §. *Contra istam opinionem*. ỽ. *Contra istud, & primo*. B.6.

Filius per se distinguitur à non Filio; & consequenter per aliquod, quod est de essentia eius: Hoc autem non est vis spiratiua: Consequitur enim proprietatem constitutiuam eius. 1.D.11.Q.2.§. *Contra istam opinionem*. ỽ. *Contra istud, & primo*. B 6.

Filius si spiraret, Patre, per impossibile, non spirante, adhuc Pater Paternitate distingueretur à Filio. & Spiritu Sancto. 1.D.11.Qu.2.§. *Contra istam opinionem*. ỽ. *Confirmatur*. C.7.

Filius non est amabilior Patri, quia redamans Patrem, quàm propter essentiam Diuinam, propter quam primò amatur; nec ista redamatio est alia ratio amabilitatis in Filio. 1. D.12.Q.1.§. *Contra istam opinionem*. ỽ. *Item Secundo*. L. 10.

Filius Æternus est æqualis Patri, & è conuerso: & est coæquatus Patri, at non, è conuerso, Pater illi coæquatus, sed eum sibi coæquans. 1.D.19.Q.1.§. *Ad argumenta principalia*. ỽ. *Ad tertium*. M.9.

Filio appropriatur respectus artis ad creaturas, vt ad artificiata, licet sit communia tribus. 1.D.27.Q.3.§. *Ad tertiam quæstionem*. ỽ. *Ad Augustinum*. K.23.

In Filio est prima æqualitas, Augustinus. 6. de Trin. cap.9. quod non est verum, si aliqua Persona posset dici æqualis ad se, tunc enim Pater esset priùs æqualis. 1. D.31.Q.Vn. §. *Secundum principale*. B.4.

Filius Dei quo ad aliquas propositiones circa. generationem.

Filius Dei scit generationem Patris: & si vera sit ista propositio, non tamen ista, *Filius habet scientiam generandi*; similiter nec ista; *iste habet voluntatem generandi*, quia, ex constructione grammaticali, non solùm notatur abstractum (putà scientiam) constructum cum gerundiuo, haberi ab illo, vt forma, sed vt principium talis operationis, procedentis ab isto supposito. *Quodl.* Q.2. §. *Ad primum: triplex est*. ỽ. *Quantum ad secundum*. R.28.

Filius habet principium formale dicendi, & generandi perfectè; ista propositio, loquendo *de habere* propriè, sicut dicitur abstractum haberi, quando habetur, vt forma suppositi; & etiam de constructione propria nominis, significantis principium actus cum gerundiuo, significante actionem; quæ constructio notat illam formam huic supposito esse

principi-

Filius Dei quo ad aliquas propositiones circa generationem.

principium agendi : Ista, inquam, propositio, hoc modo intelligendo *habere*, est falsa; quia & si Filius habeat memoriam perfectam, non tamen vt formam; & si habet vt formam, non tamen vt principium agendi. *Quodl.* Q.2.§. *Ad primum* . ✝. *Quantum ad secundum*: R. 28.

Filius Dei quo ad aliqua, quæ sunt ad intra, & incarnationem.

Filius si est in Patre per essentiam; quæ formaliter est in Patre; sequitur, quòd Filius erit in Patre quasi formaliter; licet secundum aliquid sui, quod non est *esse in secundum circumincessionem*. 1.D.19.Q.2. *§. Contra illud primò*. ✝. *Secundo sic*. n. 4.

Filij exitus à Patre est processio producti à producente: nunc autem talis exitus nihil prohibet, quin extens maneat in eo, à quo exit, quia recipit eamdem naturam cum eo, à quo procedit. 1.D.19. Q.2. *§. Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad vltimum*. l. 14.

Filius non quasi naturaliter, vel coactè vult voluntate, quasi Pater volens prædeterminauit Filium ad volendum idem, & non fit in potestate Filij idem velle, sicut erat in potestate Patris, sed in eodem instanti naturæ Pater, & Filius intelliguntur habere voluntatem, & æquè liberè quemlibet actum volendi habere vt est illius obiecti, sicut si alius non haberet istam voluntatem. 1. D. 20. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ✝ *Cum obijcitur*. H. 13.

Filium duplici modo habendi habere essentiam, siuè intellectum, videtur impossibile, tàm in re, quàm in consideratione intellectus negotiantis; quia sic intellectus esset simul potentia receptiua, & terminus formalis eiusdem generationis, quod est impossibile. 1.D.27.Q.3.§. *Contra ista*. ✝. *Præterea*, *si primò*. C. 9.

Filius, & Filiatio idem significant, licet alio modo significandi; quia sicut Filiatio significat relationem de genere relationis, ita & Filius, per modum tamen denominantis suppositum relatiuum; & si accipiatur substantiuè, idem significat cum tali subsistente. 1. Dist. 27. Quæst. 3. §. *Ad secundam quæstionem*. I. 20.

Filius licet sit simul cum Patre natura, non tamen origine, & ideo non præcedit generationem passiuam, sicut Pater. 1. D. 28. Q. 3. §. *Ad primum*. ✝. *Respondeo*. L. 13.

Filius, siuè sapientia genita, non est Patri principium essendi formale: nec principiatiuum; nec principium actiuum subauctoritatiuum respectu actus essentialis. 1. Dist. 32. Quæst. 2. *§. Ad secundam igitur quæstionem*. C. 9.

Filius sapit sapientia ingenita, sicut principio principiatiuo; & Pater sicut formali principio. 1. D. 32. Q. 2. §. *Ad secundam igitur*. C. 9.

Filium Dei esse realiter Filium hominis minus videtur esse possibile, quàm filium hominis, per gratiam, posse esse Filium Dei: & ideo si hoc est possibile, multò magis istud; Non tamen necesse est quòd si Filius Dei est filius hominis, quòd ille idem filius hominis sit Filius Dei per gratiam. Fortè enim negaretur de eodem determinatè; imò nec conceditur quòd Christus sit Filius Dei adoptiuus, sed sequitur, quòd aliquis alius possit esse Filius Dei per gratiam; quia ad aliquem indeterminatè fiebat illa comparatio ab Augustino, dicente. 13. Trinitat. 19. *Si Filius Dei naturalis factus est filius hominis; magis credibile est quòd filius hominis naturalis fit gratia Filius Dei*, non ad istum, vel illum determinatè. 3. Dist. 2. Quæst. 1. *§. Ad argumenta principalia*. ✝. *Per idem*. G. 11.

Filius Dei, ex Damasceno. lib. 3. cap. 53. verè generatur ex Mitre temporaliter. 3. D.6. Q. 1. *§. Contra conclusionem*. ✝. *Primo sic*. A. 3.

Filius Mariæ, filiatione æterna, non habet respectum ad Matrem, vt propterea dicatur eius Filius, quare

Filius Dei quo ad aliqua, quæ sunt ad intra, & incarnationem.

secundum aliam filiationem dicitur eius Filius. 3. D.8. Q. *Vnica*. *In primo argumento principali*. n.2.

Filius filiatione est filius, sicut Pater paternitate est Pater; Sed propter hoc non sequitur ad plurificationem filiationum plurificatio filiorum. 3. Dist.8. Quæst. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad primum*. F. 18.

Filius Beatæ Virginis, nempè Christus Dominus, est realiter æqualis Matri, secundùm naturam humanam, vel excellentior. *ibidem*. ✝. *Ad vltimum*. H. 21.

Filius Dei incepit esse: non debet concedi, sicut ista; *Christus, vel ille homo incepit esse*, quia esse humanum Christi (quod incepit esse) est esse simpliciter Christi: non autem est esse Verbi simpliciter; quia licet de Verbo dicat esse simpliciter, quia esse substantiæ, non tamen est esse simpliciter Verbi, quia respectu Verbi est esse quasi aduentitium, & quasi esse accidentis respectu subiecti; non autem est ita aduentitium respectu Christi, vel respectu istius hominis. 3. Dist. 11. Quæst. 3. §. *Hic sunt duo*. ✝. *Hoc modo*. C. D. 4.

Filium Dei possibile fuit non fuisse incarnatum, nec per consequens passum: & cum hoc possibile fuisset Deum produxisse prædestinatum ad beatitudinem, & iustè: non tamen excludendo misericordiam: & per consequens possibile fuisset tunc pœnitentem sibi satisfecisse, quia non potest, iustè, peccatorem siue satisfactione beatificare. 4. Distinct. 15. Quæst. 1. §. *De secundo dicitur*. ✝. *Primo, quia possibile*. B. 5.

Filius Dei nihil per natiuitatem accepit, quod dicat respectum ad extra. *Quodl.* Q.1 *§. De altero*. ✝. *Prima ratio talis*. G. 9.

Filius Æternus est perfectus Deus, & tamen non habet Diuinitatem omni modo habendi eam; imò potest Diuinitas haberi, & si non alia; tamen in alio supposito, & alio modo habendi eam; & consequenter ex hoc, quòd sit perfectus Filius intensiuè, sicut est perfectus Deus; non sequitur quòd non habeat omnem filiationem possibilem extensiuè, vel saltem non omni modo possibili. *Quodl.* Q. 2. §. *De quarta ratione*. F. 11.

Filius, in Diuinis, verum est dicere quòd accipit Deitatem à Patre, & Pater dat ei, & communicat Deitatem: & ista duo semper simul prædicantur de eodem. *Quodl.* Q. 12. §. *De secundo*. F. 8.

Filius, in Diuinis, producitur per modum naturæ, licet eius principium productiuum sit memoria. *Quodl.* Qu. 16. §. *Contra istud*. ✝, *De isto articulo*. S. 13.

Filius solus, vt creditur, est incarnatus; Ex quo sequitur quòd natura humana non est vnita cuilibet Personæ in Trinitate, sed soli Filio. *Quodl.* Q. 19. §. *De primo*. ✝. *Vlterius*. A. 2.

Filio Æterno, ratione proprietatis hypostaticæ, repugnat formaliter omnis imperfectio, ita quòd ista proprietas sit ipsi Filio formalis ratio repugnantiæ; Nihil enim ponitur in Diuinis ex natura rei, quin sibi, præcisissimè considerato, repugnet quæcunque imperfectio. *Quodl.* Q.19. §. *De secundo articulo*. ✝. *Primo sic*. D. 4.

Filius Dei quo ad illa, quæ sunt ad extra.

Filius potest mitti à Spiritu Sancto, licet non sit à Spirito Sancto. 1. D.32. Q. 1. *§. Ad primum dico*. ✝. *Per hoc patet*. F. 12.

Filius, in Diuinis, non est obiectum omnipotentiæ, prout intelligitur pro potentia causatiua omnis causabilis; sicut nec Spiritus Sanctus, quia nec Filius est sic possibilis, nec Spiritus Sanctus, licet sit producibilis. *Quodl.* Q.7. *Ad primum in oppositum*. B b. 33.

Filio, vel Verbo Diuino non est propria aliqua ratio agendi ad extra, quia, vt dicit Augustinus. 5. Trinit. 14. *Ad creaturam*

Filius Dei quo ad illa, quæ sunt ad extra.

creaturam Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est vnum principium, sicut vnus Creator. Quodl. Quæst. 8. *§. De primo.* A. 3.

Filius in, Diuinis, nõ præexigitur, in ratione causæ, ad productionem creaturæ; si intelligatur quòd Verbum necessariò præexigatur ad productionem creaturæ, tanquam causalicatem [Patris respectu creaturæ] perficiens, quia non perficit causalitatem Patris; Sed Pater in se, & à se habet causalitatem perfectam, & eam communicat Filio; & ideo Filius habet, quia Pater habet; Requiritur autem Filius, etiam in ratione causæ, ad productionem creaturæ, intelligendo quòd Verbum necessariò præexigatur ad illam productionem, tanquam in eadem causalitate cum primo (scilicet cum Patre) præexacto conueniens; quia enim priùs quàm creatura producatur, communicatur sibi eadem natura cum Patre; & per consequens eadem virtus actiua respectu cuiuscunque posterioris; sequitur quòd Filius, tanquam conueniens in eadem causalitate cum Patre, præexigitur ad productionem creaturæ *Quodl.* Q. 8. §. *Ad ista.* ♈. *Respondeo, quòd Verbum.* L. 17.

Filius non requiritur, in ratione causæ, ad productionem creaturæ, si necessitas illa intelligatur ea parte effectus, ita scilicet, quòd effectus non haberet à quo sufficienter posset produci, nisi ille esset causa; sed requiritur necessariò, intelligendo quòd aliquid præexigatur necessariò in ratione causæ ex parte necessariæ cõcomitantiæ in causa, quia eamdem perfectionem totalem causandi haberet Pater, si, per impossibile, solus esset; Sed non potest in actum illius causalitatis exire, nisi priùs Filius concurrat secum, vel communicet secum in eadem perfectione, & secundum eam exeat in eumdem actum. *Quodl.* Quæst. 8. §. *Ad ista.* ♈. *Aliter potest dici.* M. 17.

Filius negat à se auctoritatem primariam causandi ad extra, Ioan. 5. *Non potest Filius à se facere quicquam*; Concedit autem subauctoritatem in causando, cùm subdit, *Nisi quod videtur Patrem facientem*: Et infra ibidem; *Opera, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam, ea ipsa opera, quæ ego facio &c., dedit mihi Pater*; ecce subauctoritas, *ego facio*, ecce causalitas; Consimiliter respectu Spiritus Sancti habet Filius subauctoritatem in agendo; & ratio vtriusque est, quia à quo aliquid habet principium agendi, ab eo habet & agere; & per consequens virtute illius agit, non virtute eius, tanquam causæ superioris, quia non habet virtutem distinctam ab eo; sed virtute illius, tanquam principij sibi communicantis causalitatem, & ideo habentia auctoritatem in ista causalitate, in qua recipiens habet subauctoritatem. *Quodl.* Q. 8. *§. De secundo articulo.* N. 18.

Filij à Christo congregati.

Filios Hierusalem dùm dicit Christus Matth. 22. voluisse cõgregare, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisse: non sic intelligendum, est quasi Dominus voluerit colligere filios Hierusalem: & non sit factum, quod voluit; sed quod omnes, quos ipse congregauit, sua voluntate congregauit. 1. D. 46. Q. *Vnica.* §. *Ad primum.* ♈. *Ad secundum.* B. 3.

Filius quo ad adoptionem respectu hominis, & Dei.

Filius adoptiuus (translatum est enim illud vocabulum à Iuristis, vt sic dicatur) dicitur, quòd non est naturaliter genitus ab aliquo, nec, ea generatione naturali, habens ius succedendi in hæreditatem; sed, ex gratia, præordinatur vt habeat ius succedendi; ita quòd ibi tria concurrunt, scilicet extraneitas in generatione naturali: & gratia, quæ est gratuita voluntas ipsius adoptantis; & bonum, ad quod præordinatur ex istis gratia, scilicet hæreditas, ad quam habet ius succedendi ex adoptione. 3. D. 10. Q. *Vnica.* *§. Respondeo.* A. 2.

Filium esse Dei adoptiuum est dignitatis, supplentis indignitatem, quia extraneus non potest dignificari, nisi adoptetur ad hæreditatem; sed indignitatis est quandoque

Filius quo ad adoptionem respectu hominis, & Dei.

esse extraneum. 3. D. 10. Q. *Vnica.* §. *Ad argumenta.* ♈. *Ad secundum.* D. 4.

Filij adoptiui dicuntur tàm arrogatus, quàm adoptatus. 4. D. 42. Q. *Vnica.* §. *Respondeo.* ♈. *Iuxta quod.* B. 3.

Filius quo ad assimilationem, & seruitutem.

Filius aliquando assimilatur magis matri, quàm Patri; Vndè in matre est aliqua virtus actiua, quia agens intendit assimilare sibi effectum; ita quòd effectus nulli assimilatur, nisi propter aliquam actionem eius. 3. Dist. 4. Quæst. *Vnica.* *§. Sed contra istud.* ♈. *Præterea Filius.* A. 3.

Filius dùm est in vtero, non est, quantum ad seruitutem temporalem, distinctus à Matre; Non enim habet Dominus dominium in paruulo, nisi quia in Matre; sed in quantùm ad seruitutem, vel libertatem spiritualem, non est simile, quia ista respicit distinctam personam: paruulus autem in vtero est ita distinctus in persona à matre, sicut extra vterum. 4. D. 4. Q. 3. §. *Ad primum.* ♈. *Ad secundum.* B. 4.

Filius quo ad debitum iustitiæ originalis, & quo ad statum innocentiæ.

Filij nati in statu innocentiæ fuissent Viatores, & consequenter peccatores esse poterant: & ideo non confirmati in iustitia, 2. D. 20. Quæst. 1. §. *Circa istam vigesimam.* ♈. *Oppositum.* n. 1.

Filius natus in iustia originali (stante statu innocentiæ) non fuisset in ea confirmatus; quia filius non recepisset perfectiorem iustitiam, quàm Pater; Pater autem poc uit eam perdere, & perdidit; & consequenter filius pot uit eam perdere. 1. D. 20. Qu. 1. §. *Dico ad quæstionem.* ♈. *Sed fuisset ne.* D. 3.

Filij [in statu innocentiæ] si habuissent victoriam de prima tentatione, sic fuissent confirmati, sicut primus parens, si primæ tentationi restitisset, & victoriam habuisset. 2. D. 20. Q. 1. §. *Ad primum argumentum.* E. 4.

Filius quilibet Adæ naturaliter est debitor iustitiæ originalis, & ea demerito Adæ caret ea; & ideo omnia talis habet vnde contrahat peccatum originale; Sed si alicui in primo instanti creationis animæ detur gratia, ille, licet, careat iustia originali, numquam tamen est debitor eius; quia merito alterius, præuenientis peccatum, datur sibi gratia, quæ æquiualet illi iustitiæ, quantum ad acceptationem Diuinam: & ideo, quantum est ex se, quilibet haberet peccatum originale, nisi alius præueniret merendo. 3. D. 3. Q. 1. *§. Si autem teneatur.* C. D. 14.

Filius quo ad statum innocentiæ.

Filios si ponatur procreari de semine, quòd est superfluum alimenti: idem alimentum in numero, quod etiam potuit esse in vtroque statu [innocentiæ, & peccati] vel materia nutrimenti, quæ potuit esse hic sub vna forma, & ibi sub alia indutum, vel induta forma seminis ab vno agente per actum virtutis generatiuæ, posset transmutari ad eamdem formam ab alio agente, & sic esset idem numero; & sic, qui modo est filius reprobi, potuit fuisse filius electi. 2. D. 20. Q. 2. §. *Dico, quòd soli.* ♈. *Dico, quod non.* C. 3. & D. 8. Q. *Vnica.* §. *Ad quæstionem ergo.* ♈. *Respondeo, quod ista* D. 12.

Filij nati in statu innocentiæ fuissent primò nescij, & nerui eorum non fuissent primò apti ad motum progressiuum; & ideo caruissent in corpore, & in scientia, sicut modo. 2. D. 20. Q. 3. A. 1.

Filij Israel.

Filij Israel non erant à Deo dispensati, *sed* Deus cum ipsis non dispensauit; Exod. 11. 12. Spoliantibus Ægyptios, contra præceptum de furto; quia ipsi non acceperunt simpliciter alienum: tùm quia Deus erat Superior Dominus, & potuit transferre dominium illarum rerum in eos, etiā inuitis inferioribus Dominis: & hoc modo non peccauit Christus licentians in porcos intrare Dæmones, qui statim

Filij Israel.

tim præcipitati sunt in mare; Non enim iniustè priuauit eos porcis suis: Tum etiam, quia filij Istael, seruiendo Ægyptijs, merent ant tanta recipere, licet Ægyptij nollent ea reddere; & tunc per Superiorem Iudicem potuerunt compelli, de cuius licentia filij Israel potuerunt iustè, & licitè accipere. 3. D.37.Q.Vn. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Et ad aliud*. I.15.

Filius in humanis quo ad auctoritatem, hæreditatem, & matrimonium.

Filius, quà filius potest habere aliquam auctoritatem exequendi aliquem actum in domo Patris, quem non potest non filius, seu nepos, & infra: & potestas ista sic, vel sic præcipiendi, vel imperandi non est nisi cognatio, vel filiatio. 4.D.6.Q.10. §. *Hic dicitur*. ✠. *Tertia etiam ratio*. E.7.

Filius familias non potest donare aliquid, sine voluntate parentis. 4. D.15.Q.2. ∫. *De secundo articulo*. ✠. *Ex hoc patet*. I.11.

Filius spurius si credit matri adulteræ, ei reuelanti ipsum conceptum ex adulterio, non est probabile quòd ex hoc dimittere velit hæreditatem, quia pauci inueniuntur ita perfecti, vt propter iustitiam, seruandam in foro Dei, dimittant magnas possessiones, quas possunt tenere iure exteriori: nec hoc mater potest præsumere, nisi multùm priùs experta fuisset voluntatem filij sui; Non autem debet se exponere certo periculo diffamationis apud filium suum, propter incertam correctionem filij; Si verò non crederet, tunc essent duo mala, quia & ipsa esset diffamata, & ipse teneret hæreditatem vt priùs. 4. D.15.Q.2.§. *Ad argumenta*. ✠. *Contra primam*. Kk.38.

Filium non posse cogi à Patre ad contrahendum matrimonium, habetur. Extra. De sponsalibus. Impuber. cap.1. 4. D.29. Q.Vn. *In tertio argumento in oppositum*. n.2.

F I N

Finem non vult necessariò voluntas.

Finem, sicut nec ea, quæ sunt ad finem, voluntas vult necessariò; ideo non video, quin actus, qui est finis in vniuersali, possit esse meritorius, sicut ille, qui est entis ad finem: omnes enim sunt contingentes. 4. D.49.Q.10.§. *Ad primum argumentum*. ✠. *Ad aliud, quando arguitur, quòd non necessariò*. K.13.

Finis quomodo sit causa, & causalitas.

Finis non est causa, nisi inquantum amatus, & desideratus mouet efficiens ad efficiendum. *Prol.* Q.4. §. *Contra istam positionem*. ✠. *Contra: finis*. D.11. & 1.D.2.Q.2.§. *Ad primam quæstionem*. ✠. *Secunda conclusio*. L.16.

Finis non est causa, nisi inquantum mouet efficiens ad dandum esse; Mouet, inquam, vt amatum, & desideratum. 1. D.8.Q.5. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Item 12. Met.* B.6

Finis ex hoc, quòd mouet efficientem ad causandum, est alia causa ab efficiente: hæc enim est causalitas sua; & ideo finis, inquantum finis, non mouet efficientem effectiuè, quia ipse efficiens mouet effectiuè; & alia est causalitas vnius, & alterius; aliter non esset alia causa. 2. D.25. Q. Vn. ∫. *Contra conclusionem*. ✠. *Item quarto*. B.11. *Additio*.

Finis qualis esse debeat, & quid requiratur vt moueat.

Finis nobilioris nihil ignobilius potest esse. *Prol.* Q.4. ∫. *Contra istam positionem*. ✠. *Contra, non*. E.12.

Fine, *siuè* A fine, vt finis, nulla natura, vel aptitudo naturalis habetur, nisi vt amato, & desiderato, & sic mouente efficiens. *Prol.* Q.4. §. *Concedo ergo* ✠. *Secundum patet*. G.13.

Finem vt cognitum mouere efficiens, non est verum. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ✠. *Item quartò*. B.11. *Additio*.

Finis in agentibus à proposito non mouet, nisi sit cognitus ab Agente à proposito; & ideo finis, vt cognitus, non mouet effectiuè. *ibidem*.

Finis diuisio, seu diuersa acceptio.

Finis vltimus verus est finis vltimus ex natura rei; Finis vltimus apparens est qui ostenditur à ratione errante, tanquam finis vltimus: Et finis præstitutus est ille, quem voluntas, ex libertate sua, vult tanquam finem vltimum. 1. D.1.Q.1.§. *De tertio articulo*. D.5.

Finis alicuius potest esse duplex, scilicet remotus, & propinquus: & remotus est regulariter principalior, quia ad illum ordinatur propinquior. 4. D.31. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. A.4.

Finis quandoque accipitur pro causa finali; quandoque pro perfectione vltima, ad quam res ordinatur; quandoque pro optimo; quandoque pro vltimo. 4. D.49. Q.8. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad aliud de fine*. F.7.

Finis quo ad respectum, & in quantum mouet.

Finis respectus est ens rationis tantum. 1. D.1. Qu.1. §. *De quarto articulo*. E.5.

Finis vltimus ad nullum actum creatum necessariò mouet. 1. D.1. Q.4. §. *Negatiua istius*. ✠. *Item aut finis*. n.14.

Finis non mouet, nisi metaphoricè. 1. De generat. Tex.55. & consequenter non effectiuè, inquantum finis; quia verè mouens effectiuè mouet propter finem; Finis autem, inquantum finis, non mouet propter finem. 2 D.25. Q. *Vnica*. §. *Circa distinctionem vigesimam quintam*. ✠. *Item vna ratio talis*. n.2.

Finis si mouet effectiuè, est efficiens. 2. D.25.Q.Vn.§. *Contra conclusionem*. ✠. *Item secundo, quia omne*. B.11. *Additio*.

Finis est principium mouens, & mouet priùs omnia alia causa; Vnde si moueat se propter finem (sicut necesse est quòd faciat, si effectiuè mouet, quia omne per se agens agit propter finem) adhuc vt finis in alia motione mouebit se effectiuè propter finem; & idem ita infinities mouebit se propter finem; & idem infinities erit finis sui ipsius, quia potest infinities mouere; vel cuiuslibet finis erit alius finis in infinitum. *ibidem*.

Finis diuersimodè consideratus.

Finis ratio, & ratio efficientis per accidens in eodem concurrunt; tamen de facto vna est ratio formalis ipsius finis, sicut vna est ratio formalis ipsius efficientis. 1. D.1. Q.2. ∫. *Ad rationes*. ✠. *Ad primam*. L.14.

Finis actus, vt eliciti, est, ad quem potentia eliciens ordinat actum, & propter quem elicit ipsum; sed finis, ex natura rei, est bonum, ad quod actus, ex natura sui, natus est ordinari; non quidem in ratione obiecti, quod attingitur per actum, sed sicut omnes naturæ creatæ in suo gradu ad finem vltimum ordinantur. 1. D.1.Q.2. §. *Ad rationes in oppositum*. ✠. *Ad confirmationem*. L.14.

Finis excedit finibile in bonitate, & per consequens in perfectione. 1. D 2.Q.2.§. *Conclusionibus tribus*. ✠. *Secunda conclusio*. O.18.

Finis sequitur productionem rei in *esse*; aut si præcedit, hoc est in quantum mouet efficiens ad agendum. 1. D.3.Q.7. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Hoc etiam arguitur*. A.3.

Fine in amato nulla videtur esse comparatio per voluntatem. 1. D.35.Q.Vn. ∫. *Potest dici ad quæstionem*. ✠. *Præterea, voluntas*. F.9.

Finis voluntatis habet primam rationem obiecti voliti. 2. D.6. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Istorum autem actuum*. A.3.

Finis à dilectione proceditur ad dilectionem eorum, quæ sunt ad finem. 2. D.6. Q.2. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad primum argumentum in oppositum*. T.18.

Finis actus non distrahit ab actu in ijs, quæ actu fiunt, licet oppositum sit conditionaliter nolitum; & ideo, quod quis facit, vel patitur (hoc pacto) non est simpliciter nolitum, sed secundùm quid. 3. D.15. Q.Vn. ∫. *Vltimo videndum*. ✠. *Hoc credo falsum*. S.29.

Finibus de proprijs virtutum moralium dictatur, discurrendo à principio practico, sumpto à fine vniuersali, ad particulares; & ille discursus est prima consiliatio, licèt communiùs dicatur consilium de medijs virtutum. 3. D. 36. Q.Vn. *Licet istud*. ✠. *Nec obstat*. I.19.

Finem habens superiorem regulariter, in actibus, & potestatibus ordinatis vtitur, inferioribus omnibus. 4. D.14.Q.2. §. *Primus articulus*. ✠ *Ad illam ergo instantiam* H.10.

Finis principalis quando est valdè necessarius, negligendus est finis minus principalis. 4 D.33. Q.1.§. *De secundo*. ✠. *Qualiter autem*. D.5.

Finis diuersimodè consideratus.

Finis omnium, quodammodo, sumus: vel sic: *Sumur, quodammodo, finis omnium*. 2. Phys. Tex. 24. Ista auctoritas potest exponi: finis omnium, supple, generabilium, & corruptibilium; quia homo est nobilissimum inter illa, & in hoc, quodammodo, finis perficiens. 4. Distinct. 48. Quæst. 2. *§. In ista quæstione*. *ỳ. Sed illam*. C. 7.

Finis assecutio non est per actum desiderij, qui est absentis, sed per alium actum, scilicet, qui est rei præsentis, est assecutio primò, loquendo de primitate perfectionis, licet per actum intellectus sit aliqualis assecutio prior, prioritate generationis, non verò perfectionis. 4. D. 49. Qu. 4. §. *In ista quæstione*. *ỳ. Ad rationem*. D. 5. & *ỳ. Respondeo, verum*. H. 9.

Finis non habet rationem nolibilis, quia nec malitiam, nec defectum boni; Vnde hoc, quod est nolle finem, includit contradictionem, sicut videre sonum: sicut vult Augustinus in Enchirid. cap. 14. *Sic enim Beati esse volumus, vt miseri esse non solum nolimus, sed nequaquam velle possimus*. *Quodl.* Qu. 16. §. *De primo*. *ỳ. Hic potest dici*. E. 5.

Finis quando mereatur, vel attingatur ab actu.

Finis quando non excedit virtutem operantis propter finem, tunc operatio in finem ducens est factiua finis; sicut medicatio respectu sanitatis; Quando vero finis excedit virtutem operantis propter finem, tunc expectatur finis ex dono alterius; & operatio in finem ducens est meritoria finis. 2. Dist. 5. Quæst. 1. *§. Ideo tenetur*. A. 3.

Finis est conditio principalior: pertinens ad bonitatem actus, non tamen est sufficiens simpliciter, loquendo etiã de bonitate meriti, quæ addit super bonitatem moralem, illa & est principaliter ex fine. 2. D. 40. Q. *Vnica*. §. *Ad auctoritatem Augustini*. B. 4.

Fine accepto sub ratione boni honesti, actus circa ipsum est meritorius: acceptus autem sub ratione commodi si appetatur, non est meritorius actus ille circa ipsum. 4. D. 49. Q. 10. §. *Ad primum argumentum*. *ỳ. Aliter potest dici*. L. 14.

Finis quo ad cognoscibilitatem, & vt ex eo prouenit cognitio.

Finis hominis naturaliter non scibilis. Vide Verbum Homo.

Finis proprius nullius substantiæ cognoscitur à nobis, nisi ex actibus eius, nobis manifestis, ex quibus ostenditur quòd talis finis sit conueniens tali naturæ. *Prolog.* Qu. 1. §. *Contra istam*. *ỳ. Secundo probatur*. B 7.

Finis non cognoscitur per media, nisi quando ipsa media cognoscuntur sub ea speciali ratione, & propria, sub qua respiciunt talem finem. *Prol.* Qu. 1. §. *Ad primum licet procedat*. *ỳ. Tunc ad formam*. D. 11.

Finis ratio non est ratio nobilissima cognitionis, sed illud, quod est finis, sicut ratio fundamentalis illius respectus. *Prol.* Q. 3. §. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis*. *ỳ. Ad aliud dico*. V. 21.

Fine de cognito; *Seu* De fine cognito, & de his, quæ sunt ad finem, non potest ita distinctè tractari, quin tota illa cognitio esset practica intellectui creato. *Prol.* Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. *ỳ. Ad argumentum eorum*. N. 29.

Finis, vt est finis praxis.

Finis praxis, vt causa prima, in genere isto includit virtualiter totam notitiam practicam. *Prol.* Q. 4. *§. Concedo ergo*. *ỳ. Primum patet*. G. 13.

Finis praxis ideo dat notitiæ practicæ aptitudinem suam primam ad praxim, quia, vt obiectum primum, includit principia, &, mediantibus illis, conclusiones: & ita totam notitiam practicam, non autem inquantum finis. *ibidem*. *ỳ. Secundum patet*. G. 13.

Finis prius natura, quàm ametur, includit conclusiones practicas. *Prol.* Qu. 4. §. *Concedo ergo*. *ỳ. Secundum patet*. G. 13.

Finis vt est finis praxis.

A Fine sumuntur principia practica. *Prol.* Qu. 4. §. *Contra hoc sic*. *ỳ. Præterea tertio*. K. 17.

Finis vltimus, qui virtualiter includit primam notitiam omnis rectitudinis necessariæ cuiuscunque praxis, est prima regula. *Prol.* Q. 4. §. *Si obijciatur, quia*. *ỳ. Hic videtur*. Q. 34.

Finis vt consideratur in particulari.

Finem circa in vniuersali ostensum voluntas non potest errare, sed bene circa finem in particulari ostensum, secundum Henricum. *Prol.* Q. 4. §. *Contra hoc sic arguitur*. I. 17.

Finis in Theologia ostensio est finis in particulari. *ibidem*.

Fine in vltimo in particulari apprehendit ut tota ratio finis in vniuersali. 1. D 1. Qu. 4. §. *Si tenendo*. *§. Contra secundum articulum*. n. 13.

Fine in particulari nullus est defectus boni, nec malitia. *ibidem*.

Finis quo ad rectitudinem, quietationem, & fruitionem.

Finis vbi est obiectum; ibi circumstantia finis, vt obiecti, primo tribuit rectitudinem actui. *Prol.* Q. 4. §. *Ad rationes propinione*. *ỳ. Ad aliud de bonitate*. F t. 44.

Finis ratio non quietat inquantum principium effectiuum, sed inquantum obiectum perfectissimum. 1. D. 1. Qu. 1. §. *Contra istud*. *ỳ. Similiter consequentia*. C. 4.

Finis ratio non est propria ratio obiecti fruibilis, nec in fruitione ordinata, nec communiter sumpta. 1. D. 1. Q. 1. *§. De quarto articulo*. E. 5.

Finis ratio secundùm veritatem, respectu fruitionis ordinatæ, concomitatur obiectum fruibile, & fortè, in apprehensione præuia, præcedit fruitionem elicienndam, quasi ratio obiecti allicieus: Sed, in fruitione finis præfixi, ratio finis sequitur actum, quia vel dicit modum actus, vel modum obiecti, vt talis finis præfixus actu terminat ipsum actum; quia voluntas, appetendo illud propter se, tribuit sibi rationem finis. 1. D. 1. Q. 1. *§. De quarto articulo*. *ỳ. Respectu ergo*. E. 5.

Finis ratio non est propriè ratio fruibilis, sed ratio illius boni absoluti, cui conuenit ratio finis. 1. D. 1. Q. 5. *§. Ad argumenta*. *Ad illud primæ quæstionis*. n. 6.

Finis quo ad illud, quod est ad finem.

Finis relatio licet fundetur in infinito, tamen quod est ad finem, inquantum tale, est finitum. 1. D. 1. Q. 1. §. *Ad primum principale Ad secundum*. E. 6.

Finem, & ea, quæ sunt ad finem ordinatè volens, priùs vult finem, quàm aliquod entium ad finem, quia propter finem alia vult. 1. D. 41. Q. *Vnica*. §. *Potest aliter dici*. *ỳ. Primum probatur*. A. 11.

Finem ad debitum non est, quod est ab efficiente non efficiendo, sed deficiendo. 2. D. 37. Q. *Vnica*. aliàs 2. *Ad tertium principale primæ quæstionis*. A 2. 19.

Fines ad duos, principalem scilicet, & minus principalem, quando aliquid ordinatur, rationabile est vti illo, eo modo, quo magis valet ad finem principalem, licet per hoc aliquid detrahatur fini minus principali. 4. D. 33. Qu. 1. §. *De secundo*. *ỳ. Qualiter autem*. D. 5.

Finis dependet ab eo, quod est ad finem, & non è conuerso, cùm tamen finis sit perfectior eo, quod est ad finem. 4. D. 49. Qu. 4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. *ỳ. Respondeo; posteriora*. N. 18.

Finis per bonitatem non appetitur necessariò illud, quod est ad finem. *Quodl.* Quæst. 16. *§. De primo*. *ỳ. Hic potest dici*. G. 6.

Finis vltimus quo ad varias considerationes de eo.

Finis vltimus verus est finis vltimus ex natura rei. Vide supra. Finis Diuisio, siue diuersa acceptio.

Finis vltimus licet sit vnus in se, tamen in se habet distinctas rationes aliquas, quæ non sunt formaliter rationes vltimi finis. 1. D. 1. Q. 2. §. *Ad rationes in oppositum*. *ỳ. Ad primam*. L. 14.

Finis vltimus ad nullum actum creatum necessariò mouet.

Finis vltimus, quo ad varias considerationes de eo.

mouet. 1. D.1. Q.4. §. *Negatiua istius*. ỽ. *Item, aut finis*. n.14.

Fines duo vltimi, si essent, haberent duas coordinationes entium ad se; ita quòd ista entia ad illa nullum ordinem haberent, quia nec ad finem illorum; Nam quæ ordinarentur ad vnum finem vltimum, non possent ordinari ad alium, quia eiusdem causati duas esse causas totales, vel perfectas in eodem ordine, est impossibile: Ordinata ergo ad vnum finem, nullo modo ordinantur ad alium, nec per consequens ad illa, quæ ordinantur ad alium: & ita ex his, & illis non fieret vnum vniuersum. 1. D.2. Q.2. §. *Quantum ad tertium*. ỽ. *Hoc patet tertio*. Q.19.

Finis vltimus creaturæ beatificabilis in toto processu, quo perducitur ad perfectum finem, est beatitudo perfecta. 1. Dist.41. Quæst.Vn. ʃ. *Potest aliter dici*. ỽ. *Primum probatur*. A.11.

Fini vltimo propinquius conuenit dici finis eorum, quæ sunt remotiora. 3. D.32. Q.Vn. §. *Tertium patet*. ỽ. *Ex hoc*. H 6.

Finis vltimus voluntatis potest dici volibile, vel appetibile supremum à tali volutate (illud scilicet, quod non potest ab illa propter aliud appeti) quia propter illud volitum est quodcunque aliud volendum. 4. D.49. Q.1. ʃ. *Ad primam quæstionem*. ỽ. *Probatur etiam illud*. S.21.

Finis sub fine extrinsecus simpliciter per vnum intrinsecum, sibi correspondentem attingitur: & per consequens multò magis finis simpliciter vltimus extrinsecus per vnum intrinsecum, sibi correspondentem attingitur, quia in prioribus essentialiter in aliquo ordine non est minor vnitas, quàm in posterioribus essentialiter. 4. D.49. Q.3. *In secundo argumento ad oppositum*. n.2.

Finis vltimus, vt huiusmodi, est proprium obiectum ipsius velle. 4. D.49. Qu.4. ʃ. *In ista quæstione*. ỽ. *Contra istud*. A.4.

Finem vltimum accipiendo in aliqua coordinatione finium, non oportet quòd illud possit esse causa finalis immediata respectu cuiuscunque, quia aliquod remotum non ordinatur ad ipsum, nisi mediante fine propinquiori; Sicut organa exteriora, ordinata ad potionem, vel incisionem, non ordinantur ad sanitatem, nisi mediantibus istis finibus proprijs. *Quodl.* Q.7. ʃ. *Secundum scilicet*. ỽ. *Hoc etiam*. N.22.

Finem vltimum, & maximè desiderabilem, auctoritates omnes, siuè dicant de cognitione, sicut illa Augustini. 1. Trin. cap. penultimo: *Visio est tota merces*; siuè loquantur de dilectione, sicut. de doctrina Christiana, *Summa merces est, vt ipso perfruamur*: in hoc saltem conueniunt, esse operationem, vel in operatione consistere. *Quodl.* Q.13. §. *Prima conclusio*. ỽ. *Prima sic*. C.3.

Finis vltimus est ille, cuius participatione voluntas vult quicquid vult; Ista propositio est vera, intelligendo sic, cuius participatione in entitate vult alia, tanquam participatione obiecti voliti. *Quodl.* Q. 16. ʃ. *De primo*. ỽ. *Hic potest dici*. G.6.

Finis quisnam summè volendus.

Finis extra est simpliciter optimum, & summè volendum, quia illud est magis volendum voluntate libera, quod appetitus naturali naturaliter est magis appetendum, cuiusmodi est quod propinquius est vltimo, quod simpliciter maximè appetitur naturaliter. 4. D.49. Q.4. ʃ. *In ista quæstione*. ỽ. *Contra istud*. A.4.

Finis intrinsecus, & extrinsecus.

Finis intrinsecus (scilicet fruitio beatifica) non tollit omnem priuationem (aliorum finium intrinsecorum) formaliter à subiecto, sicut finis extrinsecus (scilicet obiectum beatificum) tollit omnem defectum finis extrinseci quia finis extrinsecus est formaliter infinitus: finis intrinsecus est formaliter finitus: & ideo non potest sic ille includere intrinseca, sicut iste extrinseca. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo*. ỽ. *Ad secundum*. C.8.

Finis intrinsecus dùm manet, excludit defectum (alterius finis intrinseci); sicut albedo, dum inest, excludit defectum nigredinis; sed ille non simpliciter necessariò inest, quia non est in se necessariò; ille autem extrinsecus

Finis intrinsecus, & extrinsecus.

est in se necessarius. 4. D.49. Q.6. ʃ. *Hic duo*. ỽ. *Respondeo; ille*. C.8.

Finis alius intrinsecus, succedens huic fini intrinseco [beatitudinis] potest coniungere alij fini extrinseco [ab obiecto beatifico]; Sed tunc finis extrinsecus non est huic finis, nec supplens omnem defectum cuiuscunque finis extrinseci; Tunc enim finis intrinsecus non est coniunctus fini extrinseco beatifico. *ibidem*.

Finis quid omne sit, & omnium finis quis.

Finis est non omne vltimum, sed optimum, vt dicitur in 2. Phys. tale autem, vt finis intrinsecus, est operatio; tamen delectatio est, ordine naturæ, posterius, quæ tamen non est talis, quòd operatio ordinetur ad ipsam, sicut ad finem, nec est perfectius operatione. 4. D.49. Q.7. §. *Ad primum dicendum*. ỽ. *Ad aliud dicendum, quod non*. B.4.

Fine accepto pro causa finali, Deus est causa finalis omnium: & hoc non aliter, nisi sicut propter quem amatæ sunt res: Deus enim omnia producit propter se ipsum: & sic est finis immediatius omnium, vt propter se, & à se, nō ad se, vt ad finē immediatum: fine autem accepto pro perfectione vltima, ad quem res ordinatur, non est Deus, nisi causa finalis; Non enim Deus est beatitudo formaliter, licet propter se det beatitudinem. 4. D 49. Q.8. § *Ad argumenta*. ỽ. *Ad aliud de fine*. F.7.

Finis vt ad baptismum attinet.

Finis intentionis ministri Baptismi, quæ est respectu finis, propter quem talis actus (nempè Baptizare) est exercendus, est duplex; scilicet principalis, & remotus: vt potè quòd baptizatus fiat filius Regni, qualis fieri non potest, si non habet gratiam, per quam est dignus vita: Alius est proximus, & minus principalis, vt scilicet baptizatus fiat Christianus, siuè membrum Ecclesiæ militantis: & vtrumque finem potest aliquis intendere in vniuersali, vel in particulari. 4. D.6. Q.5. §. *Ad istam quæstionem*. ỽ. *Dico ergo distinguendo*. C.3.

Finis vltimus, seu principalis, & remotus actus baptizationis, scilicet, ordinare istum ad vitam æternam, non est finis huius, vt est actus humanus, ad quem finem oporteat actum istum ordinare, vt sit sibi humanus. *ibidem*. ỽ. *Ratio autem*. C.4.

Finis vt est in intentione.

Finis intentio habet in se virtualiter distinctionem propriam cuiuscunque ordinati ad finem: & pro, tanto, manente intentione cuiuscunque ad finem ordinati, manet ista intentio actualis prima virtualiter in omnibus istis. 4. Distinct.6. Quæst.6. §. *Distinguitur communiter*. A.2.

Finis vt est alicuius legis.

Finis legis, positæ ab homine legem (quod v.g. fiat iusta vindicta in reos) ferente, non est ipse legislator, vel bonum eius, sed bonum commune: & ideo propter illum finem est lex, & obseruatio eius: & ita rationabilior est vindicta, inquantum est ad illum finem, quàm si esset ad bonum priuatum personæ punitæ. 4. D.14. Q.3. ʃ. *Primus articulus*. ỽ. *Respondeo vindicare*. E.7.

Finitas.

Finitas non est de ratione entis, nec passio conuertibilis cum eo. 1. D.2. Q.2. §. *Quarta via*. ỽ. *Aliter arguitur*. Bb.31.

Finitas in entitate dicit, suo modo, partialitatem entitatis. *Quodl.* Q.5. *Ad argumentum principale*. Y.26.

Finitas virtutis, quæ non est aliud à natura Angeli, est causa successionis motus Cœli, quia illi virtuti potest esse aliqua resistencia in mobili, quæ non posset esse virtutis infinitæ. *Quodl.* Q.7. §. *Secundum scilicet*. ỽ. *Quæro ergo*. Ii. 41.

Finitiuum.

Finitiuum aliquod est simpliciter primum, hoc est non est aliud ordinabile, nec in virtute alterius natum finire alia.

Finitiuum.

alia. 1. Distinction. 2. Quæst. 2. §. *Iuxta tres*. ✝. *Prima conclusio*. N. 17.

Finitiuum primum est incausabile, quia est infinibile, aliàs non esset primum; & consequenter ineffectibile, quia omnē per se agens agit propter finem. ex. 2. Phys. Vnde cuius nullum est per se agens, eius nullus erit agens; Cuius autem non est finis, eius non est aliquid per se agens; & consequenter ipsum est ineffectibile. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Iuxta tres*. ✝. *Secunda conclusio*. N. 17.

Finitiuum primum est actu existens; & alicui naturæ necessariò actu existenti conuenit ista primitas. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Iuxta tres*. ✝. *Tertia conclusio*. N. 17.

Finitiuum primum est ita primum, quòd impossibile est aliquid esse eo prius. *ibidem*. ✝. *Corrolarium*. N. 17.

Finitum respectu formæ, perfectionis, essentiæ, & vbi.

Finitum non recipit formam, nisi finitam; tamen benè habet obiectum infinitum. 1. D. 1. Q. 1. §. *Ad primum*. ✝. *Ad propositum*. H. 6.

Finitum finito additum addit aliquam perfectionem. 1. D. 2. Quæst. 2. §. *Ostenso proposito*. ✝. *Consimiliter*. Aa. 30.

Finito non est incompossibile aliquid esse perfectius. 1. D. 2. Q. 2. §. *Quarta via*. Bb. 32.

Finita forma in se prius finitur, quia est talis natura in entibus, quæ finitur, quàm finiatur per materiam; nam secunda finitas præsupponit primam, & non causat eam. 1. D. 2. Q. 2. §. *Vltimò ostenditur*. ✝. *Breuiter Respondeo*. Cc. 33.

Finita quæcunque essentia absolutè in se est finita, vt præintelligitur omni comparationi sui ad aliam essentiam. 1. D. 2. Q. 3. §. *Vltimò ostenditur*. ✝. *Breuiter dico*. Cc. 33.

Finitum est respectu vbi, quod ita est hic, quod non alibi; & quod ita est nunc, quòd non aliàs, est finitum respectu Quando; & ita de alijs; & quod ita agit hoc, quòd non aliud, est finitum secundum actionem. Consequentia non valet, nisi illud, quod demonstratur in antecedente, à quo alia separantur, sit finitum. Exemplum; si esset aliquod *Vbi* infinitum, per impossibile, & corpus infinitum repleret illud *Vbi*, non sequeretur; Hoc corpus est hic, ita quod non alibi; ergo est finitum secundùm *Vbi*; quia ly hic non demonstrat, nisi infinitum. Ita, secundum Philosophum, si motus esset infinitus, & tempus infinitum, non sequitur: iste motus est in hoc tempore, & non in alio: ergo est finitus secundum tempus. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Ad primum argumentum*. ✝. *Ad tertium*. Dd. 36.

Finitum respectu infiniti.

Finitum potest repræsentare aliquid sub ratione infiniti. 1. Dist. 3. Quæst. 4. §. *Quantum ad tertium*. ✝. *Ad primam*. K. 13.

Finita non reddunt aliquid infinitum in perfectione. 1. Dist. 8. Quæst. 1. §. *Secundò probo*. ✝. *Ex hoc sequitur*. G. 5.

Finitum, & infinitum sunt illa, per quæ commune aliquod contrahitur ad Deum, & creaturam, & dicunt gradus intrinsecos ipsius: Vnde ista contrahentia non possunt esse veræ differentiæ; nec cum contracto constituunt ita compositum conceptum, sicut oportet conceptum speciei esse compositum; imo conceptus ex tali contracto, & contrahente est simplicior, quàm possit esse conceptus speciei. 1. D. 8. Q. 3. §. *Teneo opinionem meam*. ✝. *Secundo ex eodem medio*. K. 17.

Finitum, vel non infinitum additum alicui finito non facit infinitum. 4. D. 13. Q. 1. §. *De secundo articulo*. ✝. *Dico ergo*. Aa. 33.

Finiti ad infinitum nulla est proportio geometrica, quia finitum quotiescunque sumptum, nunquam reddit infinitum. 4. D. 49. Qu. 11. §. *Respondeo dicitur*. ✝. *Respondeo, si loquamur*. C. 6.

Finitum, & infinitum licet sint improportionata proportione geometrica, non tamen propter hoc sunt improportionata proportione alterius generis, putà proportione operationis ad suū terminū, siuè cognitionis ad obiectum, quia proportio obiecti ad potentiā de aliquo foro est. *ibid*.

Finitum respectu infiniti.

Finitum omne, cùm sit minus infinito, est pars; & per consequens cui repugnat esse pars, vel excedi realiter ab aliquo, ei repugnat esse finitum. *Quodl*. Q. 5. *Ad argumentum principale*. Aa. 26.

Finitum, & infinitum non diuidunt ens, vt iam contractum est ad aliquod genus; imò quodlibet genus, & ens, vt immediatè indifferens ad decem genera, est præcisè ens finitum; finitum tamen, & infinitum non diuidunt ens, nisi ens quantum; quia, secundum Philosophum. 1. Physic. Tex. 15. finitum, & infinitum quantitati congruunt, quod est verum de finito, & infinito, & quantitate propriè acceptis; ita etiam, extensiuè loquendo, finitum, & infinitum, vt sunt passiones entis, conueniunt præcisè enti quanto, in se habenti quantitatem aliquam perfectionis. *Quodl*. Q. 5. *Ad argumentum principale*. ✝. *Dico ergo*. Bb. 26.

Finitum, vt intelligibile.

Finitum non potest esse aliquod ens, nisi aliud sit infinitum: nec contingens, nisi sit aliud necessarium. 1. D. 39. Q. 1. 2. 3. §. *Quantum ad primum, dico, quòd istud*. C. 13.

Finitum aliquod intelligibile potest repugnare alij finito intelligibili, sicut si intelligatur album addi nigro in aliqua perfectione, hic vtrumque componens est finitum: & tamen nihil est factibile, quia ipsa, quæ intelliguntur componi, secundùm intellectum includentem contradictoria, sunt incompossibilia: Vnde in talibus non valet; possum hoc intelligere; ergo potest fieri, quia non est infinitas. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum*. ✝. *Si primo modo*. I. 12.

Finitum, vt tale, minus est infinito, vt tali, quia, secundùm Euclid. 7. Concl. 4. *omnis numerus, minor maioris numeri, pars est, vel partes*; Hoc autem non sic intelligendum est in Diuinis, quòd ille binarius sit pars illius ternarij, quia nihil est sic in Diuinis; Sed quantum ad propositiones omnes, attendendas in quantitatibus, ille binarius se habet ad illum ternarium, sicut pars, vel partes ad totum; quia simili modo exceditur ab illo ternario, sicut exceditur alius binarius ab alio ternario, cuius est pars. *Quodl*. Q. 5. *Ad argumentum principale*. Y. 26.

Finitum respectu finis, & quantitatis.

Finitum nullum, seu nihil finitum essentialiter ordinatur ad duos primos fines. 1 D. 2. Q. 3. §. *In ista quæstione*. ✝. *Iuxta idem arguitur*. B. 4.

Finitum omne de genere quantitatis habet duos terminos, & duos fines, nempè duo indiuisibilia, & duo instantia, si sit successiuum. 2. D. 2. Q. 2. §. *Istam instantiam*. ✝. *Item hoc argumentum*. C 6.

Finitum omne per ablationem partium finitarum, aliquoties sumptarum, totaliter consumitur. 4. Distinct. 18. 19. Quæst. Vnic. §. *Ad argumenta*. ✝. *Et cum dicitur*. G 30.

Finitum respectu continentiæ.

Finitum nihil continet, secundum perfectam continentiam formalem, & virtualem, opposita formaliter; *vel melius*; Nihil finitum continet secundum &c. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea secundo*. A. 8.

F I R

Firmamentum.

Firmamentum. Genes. 1. accipit Scriptura pro toto Cœlo, inter Empyreum, & elementa. 2. D. 14. Q. 2. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad primum*. A. 7.

F I S

Fissio.

Fissio pedis est quædam pedalitas. 7. Met. cap. de vnitate diffinitionis. Tex. 43. Per hoc non volebat dicere Philosophus, quód

Fissio.

quod differentia inferior per se includat superiorem; Intelligit enim ibi non de prædicatione per se primo modo, qualis intelligitur per illa abstracta, sed quod inferior differentia debet per se diuidere superiorem, in quantum huiusmodi: Et hanc diuisionem per se innuit per ista abstracta: & quod sic intelligat, patet ex præcedentibus *istius §. in principio*: Dicit enim quòd oportet diuidere differentiam differentiam: & subdit quomodo intelligit, non dicendo habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum; Sed aliud habens fissos pedes, aliud non fissos pedes; Hæ namque sunt differentiæ pedum: Et sequitur illud, quod allegatur; *Nam fissio pedis est quædam pedalitas*; hoc est dictu, fissio pedis per se particulat pedalitatem; & ideo per se diuidit habens pedes; non sic autem alatum. 4. D tt. Q. 3. § *Ad rationes*. ♈. *Ad primam concedo*. inferius. *Quod ergo addit ibi*. Cc. 49.

F L O

Florere.

Florere est verbum neutrum, & non significat formaliter productionem alicuius; & ideo arborem florere non significat formaliter arborem producere flores. 1. D. 32. Q. 1. §. *Contra; sicut*. ♈. *Præterea exemplum*. n. 5.

F L V

Fluere.

Fluere ab essentia attribuitur virtuti actiuæ essentiæ. 2. D. 16. Q. Vn. §. *Rationes istæ*. ♈. *Item iste ponit*. A. 5.

Fluxus vt est in esse intellecto.

Fluxum in esse intellecto non dixit Auicennas esse fluxum in esse quidditatiuo; quia esse intellectum est esse distinctum contra totum esse reale, tàm quidditatiuum, quàm existentiæ. 1. D. 36. Q. Vn. §. *Per idem*. ♈. *Ad vltimum*. N. 15.

Fluxus vt est formæ.

Fluxus formæ: forma, secundum quam est actualiter fluxus: forma secundùm quam potest esse fluxus partis post partem: permanens, in quo non est natus esse fluxus partium, tamen necessariò habet formam consequentem, in qua natus est esse fluxus; illud denique, in quo non potest esse fluxus, nec in aliquo consequente illum naturaliter; in omnibus ista se habent secundùm quemdam ordinem. 2. D. 2. Q. 4. §. *Concedo conclusionem*. ♈. *Ad primum dico*. B. 9.

Fluxus formæ essentialiter mensuratur tempore, quia contra rationem eius formalem est permanentia: vel quod aliqua pars eius maneat eadem; sed ratio eius requirit partem eius succedere parti. *ibidem*.

Fluxus prout est maris.

Fluxus, & refluxus maris causatur à Luna 2 D. 14. Q. 3. §. *Dico ad quæstionem*. ♈. *Præterea, corpora*. A. 2.

Fluxus in maribus mediterraneis, & fluuijs si irregulariter accidat, ratio est, quia inundario aliorum marium venit in tumore oceani in directo alicuius regionis, & tumore oceani in directo motus Lunæ: pars autem aquæ eiusdem tumescentis in oceano fluit ad locum, & alueos humiles vicinos, propter materiam grauitatis aquæ; & fluunt tunc maria mediterranea: recedente autem Luna ab illo aspectu, vel situ, recedit tumor prædictus; & per consequens in loco oceani, vbi prius fuit aqua eminentior, quàm in mari, & in fluminibus mediterraneis, iam per recessum illius tumoris, fit aqua ibidem humilior terra: Et ideo aquæ inundantes ad loca illorum fluuiorum, propter loci humilitatem, ex eadem lege naturæ, fluunt ad oceanum. 2. D. 14. Q. 3. §. *Dico ad quæstionem*. ♈. *Prima opinio*. B. 3.

Fluxus regulariter non accidit in alijs maribus, sicut in oceano. 2. D. 14. Q. 3. §. *Dico ad quæstionem*. ♈. *Prima opinio*. C. 3.

Fluxus prout est maris.

Fluxus, & refluxus maris fit bis in die, quia, secundum Albumasar. 2. lib. maioris introductoris in Astronomia, Luna in quartis Cœli habet effectum consimilem in quartis terræ oppositis, ita quòd, sicut in quarta orientali inter Orientem, & meridiem, dum Luna est in ascendendo super hemisphærium, tunc habet fluxum in hac quarta; Et descendente Luna à puncto meridiei ad occidentem, continuè incipit mare decrescere in illa quarta, in qua prius creuit, & fluit in alia quarta occidentali: & descendente Luna ab Occidente sub terram, vsque ad angulum mediæ noctis, fluit mare in quarta Orientali super terram, illi quartæ oppositam, in qua nunc est Luna: & ita iam bis in illa die fit fluxus in illa quarta, & sic de alijs. 2. Dist. 14. Quæst. 3. §. *Dico ad quæstionem*. ♈. *Sed quære*. C. D. 4.

F O E

Fœcunditas respectu personarum Diuinarum.

Fœcunditatem ad gignendum, & spirandum dicit mens, vt habet rationem perfectè parentis. 1. D. 3. Q. 9. §. *Sed his occurrunt*. ♈. *Dico igitur*. F. 4.

Fœcunditas non solùm ad generandum, sed ad spirandum est in Patre; & hocà se; quia si Pater non haberet fœcunditatem à se ad spirandum, sed haberet eam, derelictam sibi ex productione Filij, sicut quidam dicunt, sequitur, vt videtur, hoc impossibile, quòd Pater nunquam haberet illam fœcunditatem. *ibidem*.

Fœcunditas intellectus Paterni constituit ipsum Patrem; non autem fœcunditas voluntatis; & per consequens ista fœcunditas intellectus, aliquo modo, prius habebit actum suum, quàm fœcunditas voluntatis actum suum. 1. Dist. 11. Quæst. 1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Ad hoc est ratio*. C. 3.

Fœcunditas eadem voluntatis, quæ est in Patre, communicatur Filio, quia in illo signo originis, in quo Filius producitur per fœcunditatem intellectus, communicatur sibi à Patre quicquid ei non repugnat; & ita fœcunditas voluntatis. 1. D. 12. Q. 1. §. *In ista ratione*. ♈. *Ratio autem*. B. 2

Fœcunditatem perfectam potest intellectus habere ad productionem Verbi, vt existit in vna sola Persona; Voluntas autem ad productionem Spiritus Sancti perfectam fœcunditatem habere non potest, nisi in gemina Persona, secundum Henricum. 1. D. 12. Q. 2. §. *Sed est difficultas*. ♈. *Ista opinio*. B. 3.

Fœcunditas perfecta voluntatis requirit amorem mutuum, secundùm eumdem Henricum, quod fusè explicatur auctoritate Richardi. *ibidem*. vbi latè refellitur. §. *Contra istam opinionem*. E. 5.

Fœcunditatem productiuam Spiritus Sancti habet Pater à se, prius origine, quàm Filius generetur, siuè illa fœcunditas ponatur relatio, siuè aliquid absolutum. *ibidem*. ♈. *Et si dicat*. K. 8.

Fœcunditas voluntatis, respectu spirationis Spiritus Sancti, communicatur Filio per actum primæ fœcunditatis, nempè intellectus; Non tamen est alia, aut maior fœcunditas in duobus, quàm in vno, sed eadem in producente, & producto. 1. D. 12. Q. 1. §. *Quantum ad istum articulum*. M. 12. & 2. D. 1. Q. 1. §. *Ad solutionem quæstionis*. ♈. *Secundò; quantum*. P. 11.

Fœcunditas in Patre ad generandum, & spirandum, non est in eo aliquid vnum positiuum, nisi essentia; nec essentiam connotat, vt propter hoc dicatur esse proprietas Patris. 1. D. 28. Q. 2. §. *De secundo articulo*. ♈. *Sed contra istud*. D. 6.

Fœcunditas omnis, quæ non repugnat personis Diuinis, communicatur eis completa productione ad intra: & prius in Deo est principium productionis necessariæ, & ad intra, quàm in eo sit aliquod principium productionis contingentis, & ad extra. 2. Dist. 1. Quæst. 1. §. *Ad solutionem quæstionis*. ♈. *Primò, quia principium*. D. 8.

Fœcunditas Diuina exhauritur per actum generationis Filij; Verbû illud *exhauritur*, si in ista propositione propriè acci. piatur, sicut accipitur in corporalibus, denotat, nihil, illius quod exhauritur remanere in illo, in quo præfuit; vt patet

Fœcunditas respectu personarum Diuinarum.

de aqua in puteo Isto modo non potest intelligi ad ostendendum quòd Pater non posset producere duos Filios, quia fœcunditas sic non exhauritur per productionem Filij, quin tota ipsa eadem semper maneat in Patre; & consequenter oportet quòd per alteram similitudinem intelligatur; vt videlicet dicatur *exhauriri* pro quanto scilicet, quod non manet in Patre ad alium actum productionis, vel generationis alterius Filij; sicut si non maneret aqua in fonte, quantùm ad alium actum potationis, posset aliquo modo dici exhausta per actum potationis: & tunc conceditur quòd, exhausta isto modo tota fœcunditate, ordinata ad generationem Filij, non posset alius generari; Sed quòd in Diuinis sic exhauritur in generatione vnius Filij tota fœcunditas, quæ est in Diuinis ad generationem Filij, oportet probare hoc. *Quodl.* Q.2. *§. De prima ratione: Verbum*. F.53.

Fœcunditas in imagine.

Fœcunditas eadem non potest esse in duabus primis partibus imaginis; Potest esse autem, & est in duabus Personis, respectu tertiæ, 1. D.3. Q.9. *§. Sed hic occurrunt*. *¥. Ad secundum*. I.6.

Fœmina in comparatione ad masculum in Ecclesia Dei.

Fœminam inter & masculum, quantum ad gloriam consequendam, & gratiam habendam, non est distinctio in lege Christi, quia tantam gratiam habere, & tantam gloriam attingere potest illa, sicut iste; Sed quantum ad gradum excellentem habendum in Ecclesia, benè decet esse distinctionem inter Virum, & Mulierem in lege Christi, quia hoc consonat legi naturæ. 4. D.25. Q.2. *Ad primum principale*. F.6.

Fœmina, inquit Augustinus: de bono coniugali. cap. 18. *Si Cathecumena vitiata est, non, potest post Baptismum, inter Dei Virgines consecrari*; Et tamen possibile est illam corruptionem ante Baptismum fuisse peccatum; & per consequens non deletur per Baptismum, quantum ad pœnas proprias, correspondentes sibi. 4. D.33. Q.2. *§. De secundo*. *¥. Præterea; Augustinus*. B.5.

F O M

Fomes quomodo ponatur in carne.

Fomes ad quid ponitur in carne ab Henrico, est dubium; nam si ponitur vt principium rebellionis, non oportet; Non enim per se rebellat caro voluntati, sed appetitus sensitiuus. 2. D.22. Q.Vn. *§. Contra istam viam*. *¥. Secundum dubium*. n.4.

Fomes si poneretur, deberet principaliter poni in appetitu sensitiuo: vel si in corpore, non nisi in illo, quod est organum appetitus sensitiui: & si hoc, cum nulla talis caro transfundatur, non transfunditur caro infecta fomite. *ibidem*.

Fomes quo ad paruulos.

Fomes sicut nullum motum inordinatum suscitauit in paruulis, cum solo peccato orginali descendentibus in vita ista, ita nec in altera vita aliquem in illis suscitabit. 2. D.33. Q.Vn. §. *Et si quæratur*. *¥. Ad aliud de fomite*. D.4.

Fomes quo ad sui diminutionem.

Fomes cùm sit in carne, vel in virtute aliqua corporali, per gratiam, quæ est in anima, non potest formaliter diminui; quia non est inter ipsum, & gratiam formalis repugnantia, cùm non sit nata fieri circa idem; sed dicitur fomes diminui quantum ad effectum, quem consueuit causare in anima, scilicet peccatum; secundum enim quòd gratia augetur, fomes minorem habet efficaciam inclinandi ad peccatum. 4. D.4. Q.7. § *Respondeo, aliqui*. *¥. Sed istud*. n.2.

Fontalis plenitudo vbi intelligenda.

Fontalis plenitudo non intelligitur ad extra, quia talis fœcunditas est communis tribus: Nec ad intra est in Patre, nisi duplex fœcunditas, scilicet ad generandum, & spirandum. 1. D.28. Q.2. §. *De secundo articulo*. *¥. Sed contra*. E.6.

Fontalis plenitudo quæ, seu quid.

Fontalis plenitudo non est aliqua positiua relatio vna in Patre; quia tunc in eo essent tres relationes positiuæ, scilicet generatio actiua; spiratio actiua; & ista fontalis plenitudo; & quinque essent notiones, quod communiter non conceditur. 1. D.28. Q.2. *§. De secundo articulo*. *¥. Sed contra*. E.6.

Fontalis plenitudo nihil dicens, præter duplicem illam fœcunditatem, non potest connotari per hoc, quod est ingenitum. *ibidem*. *¥. Præterea ingenitum*. E.6.

Fontalis plenitudo, secundùm aliquos, importata per *ingenitum*, si dicit positionem, & illud positiuum sit essentia; sequitur quòd, si *ingenitum* sit proprietas personalis, etiam & essentia; Si autem dicit relationem positiuam, & patet quòd non, nisi ad personam; & tunc si ad personam; aut ad vnam, aut ad plures; non ad producentem, vel producentes; ergo ad productam, vel productas: Si ad plures, non poterit esse vnum formale principium constitutiuum Personæ; Si ad vnam, & singularem; aut relationem ad personam primam productam, aut secundam; & tunc non tenetur positum, scilicet, quòd *ingenitum*, vt distinguitur contra Paternitatem, vel spirationem, constituat Personam; aut relationem vnam, abstractam ab istis, scilicet Paternitate, & spiratione: Et tunc, si potest aliqua relatio communis abstrahi ab istis duabus, sequitur quòd prima Persona non aliqua vna relatione, scilicet singulari, signata in existentia sit Persona, sed aliquo modo vna abstracta à relationibus duabus; & hoc alterius rationis; quia duæ productiones actiuæ in Diuinis non possunt esse eiusdem rationis: Et tunc prima Persona non constitueretur formaliter aliquo constitutiuo vnius rationis, quasi specificæ; sed vno abstracto à duobus, quasi alterius rationis. *Quodl.* Q.4. §. *Contra istum modum dicendi*. *¥. Contra secundum, fontalis*. D.8.

F O R

Forma quo ad rationem ipsius.

Formæ ratio est perfectior, quàm ratio singularitatis. 1. D.7. Q.Vn. §. *Nota*. *Addit. Ad tertium*. *¥. Cùm arguitur*. R.24.

Forma qualibet se ipsa est talis forma; nec est alia ratio intrinseca, quare est talis forma. 1. Dist.26. Quæst.Vn. §. *Tenendo opinionem secundam*. *¥. Ad secundum dico*. S.42.

Forma omnis absoluta pertinet ad aliquod genus entis. 4. D.1. Q.5. *In primo argumento ad oppositum*. n.5.

Forma quo ad perfectionem, & imperfectionem.

Forma in creaturis habet aliquid imperfectionis, quia scilicet est forma informans aliquid, & pars compositi: Aliquid etiam habet, quod non est imperfectionis, sed consequitur eam secundùm suam rationem essentialem, siuè formalem; scilicet, quòd ipsa sit, quo aliquid est tale. Exemplum: Sapientia in nobis est accidens, hoc est imperfectionis; Sed quòd ipsa sit, quo aliquid est sapiens, hoc non est imperfectionis, sed essentialis rationis sapientiæ. In Diuinis autem nihil est forma secundum illam duplicem rationem imperfectionis, quia nec informans, nec pars. 1. D.8. Q.4. §. *Contra istam solutionem*. *¥. Ad ista*. X.22.

Forma perfectior vbi est, ibi non potest multiplicari aliqua imperfectior, siuè species, quæ sit forma imperfectior, falsa est ista propositio. 2. Distinct. 13. Quæst. Vnica. §. *Ad argumenta*. *¥. Dico, quod falsitas*. H.7.

Forma omnis absoluta est perfectior respectiua. 2. D.14. Q.3. §. *Ad primum*. *¥. Ad tertium*. L.7.

Formam

Forma quo ad perfectionem, & imperfectionem.

Formam nobilissimam, cuiusmodi est anima intellectiua, non habere potentias actiuas suæ perfectionis accidentalis, & receptiuas eiusdem, est absurdum: Et quia non potest in talibus formis dari potentia actiua, & passiua, quæ sint distinctæ subiecto, cùm non sint potentiæ organicæ, ideo non distinguuntur subiecto: & ideo ibi erunt vnitiuè sine distinctione ratione subiecti, non tamen sine distinctione formali. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Etsi dicas*. E. 13.

Forma destructibilis & si sit in homine, & excellentior omni forma bruti; tamen ex illa non potest sumi ratio sufficiens ad probandum resurrectionem totius. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo*. n. 4.

Forma intellectiua est forma specifica. *ibidem*. ℣. *Primo modo*. A. 4.

Forma specifica hominis non remanebit perpetuò extra corpus. 4. D 43. Quæst. 2. §. *Respondeo*. ℣. *Primo modo*. A. 4.

Formam intellectiuam ponimus, excedentem omnem formam organicam, vel materialem. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo*. ℣. *Ex secunda operatione*. H. 12.

Forma nobilissima, quæ in vita immortali erit in toto homine, erit anima intellectiua; ipsa autem tunc erit eadem, quæ & nunc, & æquè perfecta substantialiter; & consequenter tunc non tollet priuationem [alicuius formæ inferioris à corpore] sicut nec nunc. 4. D. 49. Qu. 13. §. *Respondeo*. ℣. *Hoc etiam*. B. 3.

Forma non dicitur forma imperfecta ex hoc solo, quod non communicat suam perfectionem alteri; sicut nec ipsa perficitur in hoc, quod communicat; sed dicitur imperfecta ex carentia perfectionis *esse* totius, quæ carentia concomitatur illud non communicare *Quodl*. Q. 9. §. *De tertio*. ℣. *Ex hoc patet*. M. 18.

Forma quo ad intensionem, & extensionem.

Forma manens in intensione qualitatis non manet sicut materia sub forma, sed sicut natura in indiuiduo, supra quam quodlibet indiuiduum aliquid addit. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs* 4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad argumentum in oppositum*. T t. 9.

Formæ est concedenda simplicitas opposita quantitati molis; sed hoc nihil contra intensionem, quæ pertinet ad quantitatem perfectionis, & virtutis. 1. D. 17. Quæst. 3. *aliàs* 5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad aliud de sex principijs*. Y y. 9.

Forma quæcunque, alia ab anima intellectiua, est extensa. 4. Dist. 43. Quæst. 2. §. *Respondeo*. ℣. *Consequentia primi*. G. 12.

Forma quo ad distinctionem, & differentiam.

Formas receptas non distinguunt receptiua in specie, sicut patet de albedine in lapide, & in ligno. 2. D. 1. Qu. 6. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Vel potest dici*. G. 6.

Forma est principalior ratio distinctionis geniti à generante, quàm materia; quia sicut forma est illud principalius, quo compositum est, quàm materia, ita est principalius, quo compositum est vnum, & per consequens in se indistinctum, & ab alio distinctum. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad propositum*. ℣. *Ad illud Aristotelis*. S. 22.

Formæ differunt; ergo formaliter, vel in forma differunt, non sequitur: sicut non sequitur; Homines plures differunt; ergo in humanitate differunt. 2. D. 3. Q. 7. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad rationem primam*. D. 7

Formarum distinctio est sicut distinctio numeri, falsum est, nisi sit earum secundum esse formale, quod pertinet ad quidditatem per se. *ibidem*. ℣. *Quando ergo*. E. 8.

Formas omnes differre specie inferre ex dicto illo Philos. 10. Met. Tex. 25. Masculus, & fœmina non differunt specie, quia *Masculinitas, & fœminitas sunt differentiæ materiales formæ humanitatis*, ex hoc inuentis, quòd differentiæ formales omnes distinguant specie, quia forma, & species idem sunt; Hoc, inquam, ex illo textu, inferre est fallacia consequentis; Verè enim Philosophus vult ibi quòd differentia non formalis non est specifica; sed ex hoc non

Forma quo ad distinctionem, & differentiam.

sequitur quòd omnis differentia formalis sit specifica. 2. D. 3. Qu. 7. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad illud de* 10. *Met*. F. 9.

Formam inter substantialem, & accidentalem Philosophi distinxerunt à posteriori, vtpotè per ista media; habere contrarium, & non habere: recipere magis, & minus, & non recipere, secundum eam: posse esse notum, & non esse, & huiusmodi. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Respondeo, aut tu*. A a. 44.

Forma absoluta non distinguitur specie ab alia per solam relationem; sed per aliquam differentiam absolutam eiusdem generis, secundum illud in prædicamentis: *diuersorum generum, & non sub alternatim positorum diuersæ sunt species, & differentiæ*; Vnde absolutum non distinguitur specificè per aliquod respectiuum; actus autem dilectionis est forma absoluta; meritorium autem non importat, nisi respectum. *Quodl*. Q. 17. §. *De tertio*. ℣. *Hæc conclusio*. F. 6.

Forma quo ad continentiam.

Formam aliquam continentem aliam formam quicquid perfectè, & formaliter continet, continet etiam illam aliam; Vnde si intellectiua continet perfectè, & formaliter vegetatiuam, & sensitiuam, & non sub ratione, destruente rationem vegetatiuæ, & sensitiuæ, sed sub ratione perfectiori, quàm illæ formæ habeantur sine intellectiua, vt concedunt negantes, intellectiuam continere formam mixtionis; sequitur quòd intellectiua continet perfectè istam formam mixtionis, quàm sensitiua, & vegetatiua continent; ideoque sine ratione videtur dictum quòd sensitiua in bruto continet formam corporeitatis, & vegetatiua in planta: Et tamen, quòd sensitiua, & vegetatiua, vt contentæ in intellectiua, & modo perfectiori, non contineant eamdem formam. 4. Distinct. 11. Quæst. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Contra conclusionem*. R. 37.

Formæ sensitiuæ, & vegetatiuæ, si modus inextensibilis repugnat, non continentur in intellectiua: Si repugnat modus extensibilis, non continent formam corporeitatis: Si nec sic, nec sic, tunc indifferenter poterunt continere formam corporeitatis, vt sunt in se, vel vt contentæ in intellectiua; Tunc enim continent corporeitatem, propter ordinem perfectionis formæ ad formam; non autem propter modum existendi talem, vel talem; Sed ordo perfectionis semper est idem. 4. D. 11. Quæst. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Contra, aut sensitiua*. R. 37.

Forma quo ad multiplicationem.

Forma immaterialis aliqua si non est *hæc* formaliter sua quidditate, habemus quod ista propositio; *forma eiusdem rationis non potest plurificari, nisi per materiam*, non concludit omnimodam impossibilitatem plurificationis filiationis in Diuinis; cum tamen illa plurificatio sit impossibilis, simpliciter includens contradictionem; Vnde ista propositio non concludit propositum, scilicet conclusionem, quam tenemus (videlicet hanc impossibilitatem plurificationis filiationis) sicut ipsa est vera, nisi accepta sic, quòd forma immaterialis quæcumque sit de se *hæc*, siuè ex ratione suæ quidditatis, quæ rationabiliter videtur multis esse falsa; Nec enim est doctrina conueniens, conclusionem certissimam, & summè necessariam tenere propter rationem nimis generalem, quæ videtur multis habere plures instantias. *Quodl*. Qu. 2. §. *Prima ratio*. ℣. *Esto etiam*. A. 5.

Forma quo ad communicabilitatem, & prout est per se.

Formæ communicabilitas duplex potest intelligi: vna, quæ est vniuersalis, quæ est per identitatem ad multa inferiora, quorum quodlibet est ipsum; Sicut vniuersale cõmunicatur singularibus: alia, quæ est ad multa, quorum

Forma quo ad communicabilitatem, & prout est per se.

quodlibet est ipso, sicut forma communicatur materiæ, sed non est ipsum. 1. D.7.Q.Vn. *§. Ad argumenta primo ad principalia. ♈. Ad secundum.* T. 18.

Forma tripliciter potest intelligi per se esse: vno modo, quòd per ly *per se* excludatur inesse formæ ipsi materiæ, siuè formæ accidentalis, siuè essentialis, vel substantialis: alio modo inesse quidditatis, siuè naturæ ipsi supposito, & hoc actuale: Tertio modo aptitudinale, & potentiale, & vtrumque inesse. *ibidem. §. Nota. Addit.* Z. 22.

Forma quo ad variabilitatem.

Forma eadem quandoque potest acquiri mutationibus alterius rationis. 1. D.7.Q.Vn.§ *Ad argumenta igitur. ♈. Ad secundam viam.* R.15.

Formam in se variabilem omnem, si conceditur secundum vnam viam, dum manet, habere existentiam variabilem, & existentiam non tantùm variatam, sed etiam variabilem mensurari tempore; tunc omninò est ponendum, talia entia non mensurari æuo, secundum quorum formas potest esse motus. 2. D,2. D.4.§.*Concedo conclusionem. ♈. Si tamen conceditur.* C.11.

Forma [sub esse quieto, & sub aliqua immutatione] corrumpenda per motum, puta in alteratione, quæ incipit sub calore in esse quieto; si accipiatur, huius immutationis, est accipere vltimum, scilicet immutationem terminatiuè, quia mobile se habet nunc indiuisibiliter, sicut prius diuisibiliter. 2. D.2. Q.9. §.*Ad argumenta quæstionis. ♈. Ad aliud de secundo.* N.31.

Forma aliqua alicuius generis non transmutatur ad magis, & minus intra genus; Sed tota forma, quæ est maior, siuè in quantitate, siuè in qualitate, vbi non dicit ens per accidens, est terminus *à quo*; & tota forma, quæ est minor, est terminus *ad quem*: vel è conuerso; & tamen illa tota forma, quæ est maior, potuit esse illa res, quæ est minor, sicut aliquid eius. 4. D.12. D.4. §. *Quantum ad istam. ♈. Respondeo verum est.* B.11.

Formæ vini non potest statim succedere, nisi aceti forma; & non è conuerso immediatè; Sed quod huic formæ vini succedat, vel illi, indifferens est, sicut indifferenter ex hoc igne, vel illo generatur aqua. 4. D.43. Q.1. §. *Aliter ponitur. ♈. Probatio autem.* E.9.

Formæ absolutæ nouæ, *vel* Ad formam absolutè nouam potest esse per se mutatio; quia forma absoluta potest acquiri subiecto, non tantùm per accidens, scilicet ad acquisitionem alterius, sed per se propter acquisitione, quia potest primò per se succedere suæ propriæ priuationi. *Quodl.* Q.13.§.*De secundo. ♈. Præterea: iuxta secundum.* G.7.

Forma quo ad inclinationem.

Formam habens actiuam sibi prædominantem nunquam potest moueri contra inclinationem illius formæ prædominantis. 1. D.17. Q.2.§.*Contra istam opinionem. ♈. Præterea: Tunc.* F.5.

Formam vnam materialem, quantùm ad inclinationem suam naturalem, subesse voluntati creatæ, non videtur rationabile. 2. D.3. Q.10. §.*Ista opinio. ♈. Quod etiam dicit.* E.14.

Forma quoad appellationem, & denominationem.

Forma omnis existens in alio, vt forma, sicut dat *esse* illi, ita dat illi aliquo modo denominari à sua actione; Et licet forma in supposito denominetur ab actione sua; non tamen vltima denominatione, sed vlterius denominatur suppositum ab eadem actione; si tamen aliqua forma per se existens nata esset habere aliquam actionem propriam, si ipsa daret idem *esse* pluribus; ex quo supposita non denominantur actione formæ, nisi quia habent *esse* per formam, denominatentur ab eadem actione, sicut haberent idem *esse* illius formæ actiuæ. 1. Dist. 12. Quæst.

Forma quo ad appellationem, & denominationem.

1. §. *Ad argumenta respondetur. ♈. Aliter dici potest.* M.16.

Forma eadem in quocunque habet idem esse, videtur eodem modo posse appellari ab illa; quia enim forma talis est, & in tali, ideo tale appellatur ab ipsa, & non è conuerso. 1. D.30. Q.1. §. *Contra istam opinionem. ♈. Præterea, quod dicitur.* C.6.

Forma quod sit in aliquo, & tamen quòd non possit denominari ab ea, vt dicatur habens formam, contradictio est. *ibidem. ♈. Quod enim forma.* C.6. *Additio.*

Formam aliquam esse in aliquo subiecto, & tamen subiectum non posse dici tale, quale natum est constitui per illam formam, videtur irrationabile. 1. D.30. Q.1. & 2. §.*Contra primum. ♈. Etsi dicatur.* E.8.

Forma, ratione cuius subiectum denominatur per ablatiuum constructum cum solo neutro, in aliquo aliquando est inhærens, vt qualitas: aliquando se habet per modum formæ ab extra denominantis, sicut est de genere habitus, vel ad modum illius; & vtroque modo potest fieri denominatio: Et sicut aliquid denominatur non tantùm à forma, sed ab aliquo extrinseco quandoque, ita denominatiuum potest dici de eo cum illo extrinseco ablatiuè sumpto; Et hoc, siuè illud denominatiuum significet verbaliter, siuè nominaliter; Sicut enim posset dici, iste est ornatus vestimento, prout *ornatus* significat aliquid de genere habitus, ita posset dici, *iste nitet vestimento*, vel aliquo alio verbo neutro, quod significatur enim isto denominatiuo, scilicet esse ornatum. 1. Dist.32. Quæst.1. §. *Contra: sicut. ♈. Præterea exemplum.* n.5.

Forma habens denominationem formæ; idest forma informans, non denominatur ab actione denominatione vsitata, qua aliquid dicitur agere, quia tunc est alteri ratio, qua ipsum denominatur hac denominatione: Forma autem non informans, sed per se ens, non denominatur hac denominatione; denominari tamen potest alia denominatione (vt calor v.g. calefacit): & si ipsa non dependet vlterius ad aliquid denominatum, denominatio eius erit vltima. 4. D.12. Q.3. §. *Ad principales rationes. ♈. Respondeo forma.* Bb.35.

Forma omnis potest denominare illud, in quo est, extendendo denominationem ad prædicationem denominatiuam essentialem in concreto, sicut homo est animatus; & ad denominationem propriè dictam, sicut homo est risibilis, vel lignum est album, vel homo intelligit; concedi potest quòd omnis forma aliquo istorum modorum denominat illud, in quo est; quia ad minus de composito prædicatur in concreto, licet illud sit, extendendo denominationem; Sed si accipiatur de illo, in quo est, vt in susceptiuo, prædicatum prædicatur propriè denominatiuè, negandum est, nisi illud susceptiuum sit limitatum; vel nisi prædicatio illa denominatiua importet subiectum esse proprium, & distinctum ab opposito. *Quodl.* Q.3. *§. Respondeo ad primum. 4. Ad formam ergo.* O.14.

Forma quoad cognoscibilitatem, & intelligibilitatem.

Forma quæcunque potest intelligi vt in subiecto; potest etiam intelligi, vt in abstracto in se, & in abstracto à subiecto. 1. Dist.3. Quæst.4. §.*Circa quartum articulum.* O.16.

Forma est magis cognobilis à nobis, quàm materia, quæ tamen (scilicet forma) non cognoscitur, nisi ex operationibus, & multo minùs materia; quantò enim est aliquid magis remotum à sensibus, tantò minùs est à nobis cognoscibile. 2. D.12. Q.1. §.*Ad argumentum. ♈. Dica igitur.* I.20.

Forma adueniens enti in actu, quæ sit substantialis, & quæ accidentalis, vnum est medium, per quod hoc manifestius distinguitur quoad cognitionem nostram, seu à posteriori; Quamdiu enim proceditur in substantialibus, semper posterior est perfectior prioribus; quando autem venitur ad accidentales, sequens est imperfectior vltima præexistente; quæ autem sit perfectior, hoc nobis non

Forma quo ad cognoscibilitatem, & intelligibilitatem.

non potest innotescere, nisi à posteriori: & illud est rationabile in se, & in nobis; in se quidem, quia in eodem genere non aduenit forma formæ, nisi vt perfectius constituat in illo genere: in alio autem quicquid aduenit, scilicet, vt accidens, imperfectius est quacunque præsupposita forma substantiali. 4. D. 1. Q. 3. §. *Alij concedentes*. ✠. *Respondeo; aut tu*. A. 44.

Forma nulla potest haberi conceptum perfectum quietatiuum, nisi cointelligatur illud, cuius est forma. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Respondeo, quòd nec*. L. 18.

Formam substantialem diffiniri per additum, sicut & accidens, est vtrobique necessitas: patet per Philosophum diffinientem animam 2. Anim. Tex. 6. & inde, vbi statim ponit corpus, quod est perfectibile ipsius, vel totum compositum, cuius ipsa est pars, nec aliquid ponit pertinens ad essentiam Animæ, sed tantum modo hoc, quod est actus, quod significat respectum animæ ad illud, cuius est forma; Non tamen est similis additio hic, & ibi, quia in diffinitione formæ substantialis additur aliquid, quod facit per se vnum eum ipsa, vel cuius ipsa est per se pars (quod dico propter modum diuersum dicendi formam definiri, vel per materiam, vel per totum); Sed in definitione formæ accidentalis additur aliquid, cum quo non facit per se vnum, nec cuius est pars per se. *ibidem*. ✠. *Respondeo; vtrobique*. L. 19.

Forma quo ad priuationem.

Forma vt est terminus *ad quem* priuationis, verè opponitur sibi priuatiuè, vt est terminus *à quo*: Et est motus inter opposita formaliter. 2. D. 2. Q. 9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ✠. *Confirmatur hoc*. R. 34.

Forma secundum ordinem generationis immediatè præcedens aliam in materia, si potest redire, non apparet, quare etiam non possit redire priuatio concomitans; Vnde illa propositio, de Prædicamentis cap. de oppositione à priuatione ad habitum, *impossibilis est regressio*, intelligenda est in ordine naturalis generationis secundum descensum; quia post priuationem, ibi non recedit habitus, quia non redit forma immediatè præcedens illum habitum secundum ordinem generationis. 4. D. 43. Q. 3. §. *Quantum ad istum*. ✠. *Ad illa ergo*. F. 13.

Forma nulla potest auferre priuationem à susceptiuo, quod scilicet natum est accipere aliam formam, nisi eminenter contineat formam ipsam, quia, manente in aliquo aptitudine ad recipiendum, non potest tolli carentia, nisi ponatur illud; nec aliter tollitur, nisi sicut illud tollitur; Vnde forma Cœli, cùm non includat in se formas inferiorum simpliciter, sed nec eminenter eo modo, quo eus infinitum includit omnia alia, sequitur, quòd non tollet à sua materia priuationem illarum formarum, si tamen sua materia fit capax illarum. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo*. ✠. *Ad secundum*. C. 7.

Forma nulla finita potest excludere omnem priuationem à susceptiuo. 4. D. 49. Q. 6. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad aliud patet*. T. 25.

Forma in corruptione substantiali pro tanto posset dici non annihilari, quia ei succedit pro termino non *nihil*, sed priuatio illius formæ. *Quodl*. Q. 10. §. *De tertio*. ✠. *Aliter potest dici*. O. 23.

Forma vt est in potentia contradictionis, seu indeterminata.

Forma aliqua est in potentia contradictionis ad aliqua, vt scientia, quæ est contrariorum; & ista non potest se determinare, quia est diminuta, & imperfecta quantùm ad hoc, & respicit vtrumque contrariorum. 2. D. 25. Q. Vn. §. *Ad primum principale*. ✠. *Ad aliud de potentia*. V. 24.

Forma in potentia indeterminata, perfecta tamen, & non diminuta, cuiusmodi est voluntas, potest se determinare, & etiam alia; Vnde Arist. 9. Met. Tex. 3. 10. quia dixerat, *quod scientia est contrariorum*: & tamen ad nullum illorum potest se determinare; ideo subdit, *determinatum*; hoc autem dico appetitum, seu prohæresim. *ibidem*.

Forma vt est in potentia contradictionis, seu indeterminata.

Forma aliqua, quando est indeterminata secundum virtutem actiuam ad plura, illud, quod præcisè respicit vnam actionem determinatam, non perficit eam, inquantum est potentia indeterminata respectu illius actionis. 2. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Contra istam positionem*. ✠. *Præterea; secundo*. A. 6.

Forma vt est disponens, & determinans ad agendum.

Formæ imperfectiores anima intellectiua benè possunt esse causæ totales respectu suarum operationum; quia operationes earum sunt limitatæ ad res, respectu quarum haberetotalem actiuitatem non concludit aliquam perfectionem actiuam, nisi limitatam; sed in ista forma perfecta (nempè anima intellectiua) quæ ordinatur ad totum ens, non potest poni totalis causalitas respectu cogoitionis totius entis. 1. D. 3. Q. 7. §. *Ad argumenta opinionum*. ✠. *Respondeo, quòd ista forma*. P. 26.

Forma omnis sufficienter elicitiua alicuius actionis, si per se est, per se agit illa actione. 1. D. 7. Qu. *Vnica*. §. *Contra istud*. sub A. 2

Forma inquantum est, in qua assimilantur generans, & genitum, non habet vnitatem, nisi rationis, sicut accipitur à Damasceno. lib. 1. cap. 8.; & consequenter nec entitatem, nisi rationis: & per consequens, secundum hoc, non est principium elicitiuum actionis realis. *ibidem*. ✠. *Item tertio*. B. 3.

Forma non est principium agendi, nisi inquantum agens est in actu per eam; non est autem in actu per ipsam, nisi inquantum est in ipso; Non est autem in ipso, nisi vt est hæc; & consequenter, vt est hæc, est principium agendi. 1. Dist. 7. Quæst. *Vnica*. §. *Contra istud*. ✠. *Item quarto*. C. 3.

Formam aliquam in vniuersali acceptam, si consequatur aliqua operatio in vniuersali, quamlibet formam singularem sub illa consequitur operatio singularis eiusdem rationis, nisi aliqua forma singularis sit imperfecta. 1. D. 7. Q. Vn. ✠. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum*. T. 18.

Forma communis (loquendo de communitate, quæ est formæ respectu participantium ipsam) non oportet, quòd sit principium operationis communis, & maximè quando habetur à pluribus suppositis secundum ordinem, ita quòd vni communicatur ab alio, & hoc communicatione adæquata. *ibidem*.

Formæ multæ sunt dantes *esse*, quæ non sunt actiuæ; & ita nullo modo dant actum secundum; & talis est Paternitas, sicut & Filiatio. 1. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad propositum*. T. 19.

Formæ quare quædā sunt actiuæ, & quædam, non difficile est assignare rationē cōmunē; quia aliquæ formæ substātiales sunt actiuæ; aliquæ autem formæ substantiales non sunt actiuæ; & aliquæ qualitates non sunt actiuæ; & tamen plus cōueniunt qualitates, & qualitates in aliquo conceptu cōmuni, quàm qualitates, & substantiæ: Similiter aliquæ formæ substantiales imperfectiores sunt actiuæ, sicut elementares; & perfectiores non sunt actiuæ, sicut mixtorum, sicut forma lapidis, & aliorum inanimatorum: Aliquæ etiam mixtorum perfectorum sunt communicatiuæ sui, sicut formæ corporum cælestium, & formæ Angelicæ. Non igitur videtur ratio, quare aliquæ formæ in communi sunt actiuæ, & aliquæ non: Sicut in speciali non videtur aliqua ratio, quare calor est calefactiuus, nisi quia calor est calor: Et ita videtur quòd hæc sit immediata, calor est caloris effectiuus; ita etiam videtur quòd omnes formæ de genere quantitatis, & omnes relationes non sunt actiuæ: & de omnibus talibus non valet: si dant actum primum; ergo & secundum. *ibidem*. ✠. *Quæ autem sit*. V. 19.

Forma substantialis potest esse principium actionis de genere actionis, & actionis de genere qualitatis. 1. D. 7. Q. Vn. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad quartum*. Y. 21.

Forma omnis sufficienter elicitiua alicuius actionis, si per se est, per se agit illa actione. Ista propositio habet in Diuinis maiorem probabilitatem, quam in creaturis, quia Deitas sic per se est, quòd illi correspondet proprium *quod* potens

Forma vt est disponens, & determinans ad agendum.

potens agere, putà hic Deus, qui quodammodo præcedit relationes, & sic agit, quia sic primò intelligit, & vult. 1. Dist. 7. Qu. *Vnica*. §. *Quia autem*. Y. 22.

Forma, quæ est principium totale agendi, vt est in subiecto, si per se est, per se potest operari. 1. Dist. 17. Qu. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea ex hoc*. F. 4.

Forma, quæ supernaturaliter producitur, ita naturaliter potest se habere ad actum suum, sicut se habet ad actum suum forma, quæ est merè naturalis. 1. D. 17. Q. 2. *alias* 3. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Aliter potest dici*. P p. 34.

Formam habens limitatam ad agendum non est omnipotens ad agendum; Licet enim ignis sit potens ignire, & calefacere; si non possit frigefacere, non esset simpliciter omnipotens; quia forma eius, limitata ad vnum actum, concludit ipsum non esse simpliciter potentem. 1. D. 20. Q. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Secunda etiam*. B. 6.

Forma corporis cælestis est potentia actiua in remotum, absque hoc, quòd corpus illud agat in proximum, secundum eamdem potentiam actiuam, secundum quam agit in remotum, licet agat in propinquum secundum aliam potentiam actiuam. 1. D. 37. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo; agens*. n. 2.

Forma quantò est perfectior in creaturis, tantò videtur ratio agendi in remotis. *ibidem*. ℣. *Si igitur*. A. 3.

Formam habens aliquam; quæ nata est esse principium alicuius actionis vniuocæ, sicut potest per illam agere in receptiuum approximatum, & proportionatum; ita etiam habens formam, quæ nata est esse principium actionis æquiuocæ, potest per ipsum agere æquiuocè in passum approximatum; & si ipsummet sit receptiuum illius actionis, vel effectus æquiuoci, & carens eo, ex quo est maximè approximatum, & proportionatum sibi ipsi, non solùm poterit causare effectum illum in alio, imò summè causabit effectum illum in se ipso. 2. D. 2. Q. 10. §. *Respondeo tunc ad Philosophum*. E. 8.

Forma materialis est ratio agendi secundum essentiam suam, sicut calor in igne ad calefaciendum, aut saltem aliqua forma in communi; aliter esset processus in infinitum in rationibus agendi. 2. D 3. Q. 8. *In argumento ad oppositum*. n. 2.

Forma accidentalis præsupponit necessario in materia formam substantialem, quia quicquid præsupponitur ab actu primo, inquantum prius, præsupponitur ab actu secundo; & proinde actio formæ accidentalis præsupponit actionem formæ substantialis. 2. D. 16. Q. *Vnica*. §. *Dico igitur*. ℣. *Præterea principale agens*. sub. G. 16. *Additio*. quæ deest in editione hibernica.

Forma, quæ non habet actum primum, vel principium actiuum, nisi respectu actus secundi immanentis, seu operationis, quæ est terminus istius actionis, poterit habere huiusmodi actum secundum immanentem à se ipsa; sicut potentia actiua, quæ non est nata exire in actum secundum in alio receptum, vel in aliud transeuntem, exit à se ipsa, præsente obiecto, in actum illum. 2. D. 25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Si dicas etiam*. P. 20.

Forma, determinans ad agendum, magis debet poni in principali agente, quàm in instrumento: posset concedi ista propositio de instrumento extrinseco, non autem de intrinseco, quod est idem operanti. 2. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Ad aliud de instrumento*. C. 7

Formæ eiusdem rationis, licet vna sit perfectior alia, videntur similiter se habere ad agere in instanti, vel in tempore, licet vna aliquid perfectius producat; quàm alia; sicut patet de luce perfectiori, & imperfectiori, quarum vtraque æquè instantaneè illuminat, licet vna perfectiùs illuminet, quàm alia. 3. Dist. 4. Q. *Vnica*. §. *Contra ista vis*. ℣. *Similiter, quomodo*. sub. A. 6.

Forma vt est disponens, & determinans ad agendum.

Forma aliqua, quæ requiritur ad aliquam operationem propter imperfectionem alicuius causæ partialis respectu illius operationis, tantò magis requiritur, quantò est excellentior. 3. D. 13. Q. 4. *In primo argumento principali*. A. 1.

Forma aliqua creata, tàm in via, quàm in Patria, ponitur in voluntate, vt possit vti illa forma in operando; & sit in potestate eius vt sic laudabiliter operetur. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad argumenta istarum duarum*. ℣. *Respondeo*. R. 20.

Forma omnis, requirens potentiam receptiuam in essendo, si est actiua, necessariò requirit potentiam passiuam in agendo; alioquin forma, terminans actionem, esset absolutior à materia, quàm forma principians actum, quod est inconueniens, quia absolutio à materia perfectionem arguit. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ista ergo ratione*. ℣. *Prima propositio*. N. 18.

Forma relatiua de congruo respectu alicuius Agentis principalis, voluntariè disponentis agere in passum habens talem formam, & non in aliud passum eam non habens, potest esse sola relatio; sicut aliquis disponit agere aliquid in aliquem, quia filius, vel quia consanguineus, nolens aliquid simile causare in non habente talem relationem. 4. D. 6. Q. 10. §. *Hic dicitur*. ℣. *Character autem*. F. 8.

Forma absoluta quando dicitur quòd habeat aliquam operationem propriam, cùm quantitas sit forma absoluta, & tamen non ponatur actiua, oportet exponere quòd habeat operationem respectu eius, cuius sit sufficiens principium, vel quòd aliquo modo se habeat ad operationem. 4. D. 6. Q. 10. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud, quantitas*, P. 17.

Forma substantialis dat *esse* simpliciter; non quidem *esse* primum, quod scilicet sequitur immediatè non *esse* simpliciter; sed dat *esse* simpliciter, vt distinguitur contra *esse* secundum quid. 4. Dist. 11. Quæst. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Sic dico in proposito*. Y. 43.

Forma substantialis siuè adueniat alicui iam habenti *esse*, siuè non, dat *esse* simpliciter, accipiendo *esse simpliciter*, prout diuiditur contra *esse secundum quid*, sed non accipiendo *esse simpliciter*, prout recedens à non *esse*; sicut forma accidentalis, cuicunque adueniat, dat *esse* non simpliciter, sed secundum quid. *ibidem*.

Forma hæc, quæ dicitur substantialis, quare dat esse simpliciter; & forma illa, quæ dicitur accidentalis, quare dat esse secundum quid, si de ratione neutrius est dare illud esse, quod immediatè recedit à non esse, si quæratur: si de re in se (scilicet à priori) quæratur; nulla causa est, quare ista dat esse simpliciter, & alia secundum quid, nisi quia hæc est forma substantiali, illa accidentalis; sicut enim nulla est causa, quare calidum calefacit, quia immediata est: & inter causam immediatam, & effectum non est alia causa media, ita in genere causæ formalis hæc est immediata, calor constituit calidum, & anima hominem, & est immediatio formæ ad actum formalem. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alij concedentes*. ℣. *Respondeo, aut tu*. Y. 44.

Formæ substantiali nec omni, nec soli conuenit dare *esse* simpliciter, accipiendo ly *dare esse simpliciter* pro primo dare *esse*: Sic, inquam, accipiendo *dare esse simpliciter*, nec omni, nec soli formæ substantiali conuenit dare *esse* simpliciter, quin si primo adueniret quantitas materiæ, posset dare sibi esse formale primum, licet non primum recedens à non esse: & forma aliqua substantialis potest aduenire secundo, & tertio; sed distinguendo *esse* simpliciter contra secundum quid, sicut primum naturaliter contra secundum naturaliter; sic omnis forma substantialis dat *esse* simpliciter; & accidentalis non simpliciter, sed secundum quid; Non ergo quæras si primo, vel secundo adueniat ista forma alicui, sed quandocunque adueniat, talem actum nata est tribuere, qualis forma est. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad secundum responsum est*. D d. 50.

Forma manens eadem in *esse* habet eamdem virtutem; & per consequens potest esse principium eiusdem actionis;

Vnde

Forma vt est disponens, & determinans ad agendum.

Vnde cùm accidens separatum in Eucharistia maneat in se idem, quod priùs, poterit in omnem actionem, in quam potuit priùs. 4. D. 12. Q. 3. *In secundo argumento in oppositum*. n. 3.

Formam aliquam nullus negat in Deo esse, quæ sit principium proximum agendi, non quòd sine causis intermedijs agat, sed quòd in suo ordine causandi per nihil medium, vltra formam suam, agit. Ita, esto quòd accidens (licet hoc sit falsum) habeat quamdam actionem ad substantiam, posteriorem actione substantiæ; substantia tamen per suam propriam formam erit principium actionis sibi propriæ, in suo ordine agendi. 4. D. 12. Quæst. 3. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ꝟ. *Hoc non sufficit*. E. 12.

Forma illa est principium actionis, quæ est tale principium assimilandi sibi passum; non tantùm realiter, vt in actione reali, quæ est in contrarium; sed in actione intentionali, quæ est in sensum. *ibidem*. ꝟ. *Sed non obstat*. L. 17.

Forma acta in passo ab Agente est opus, & finis ipsius Agentis, quæ proinde ab Aristot. 3. Phys. dicitur actio, quia est ab Agente; & vt fluens est motus. 4. D. 13. Quæst. 1. §. *Ad huius*. ꝟ. *Respondeo Aristot*. K. 14.

Formam oportet dare actum ipsi, quod informat: Et si est actiuum, oportet quòd respiciat illud, in quod causat actum secundum: ista autem sunt disparata, quia, sine contradictione, vnum potest separari ab alio, licet reducantur in idem principium. 4. Dist. 13. Quæst. 1. §. *De tertio articulo*. ꝟ. *Ad argumenta pro ista*. D d. 38.

Forma dans actum secundum, dat etiam primum, & è conuerso: & ideo ista propositio; *Quandocunque sunt duo actus, quorum neuter includit alium, non reducuntur in idem principium*, non valet ad probandum quod animare, & intelligere non reducuntur ad idem principium: & ita non est vera vniuersaliter de actibus primo, & secundo etiam ordinatis; Sicut autem est vera de actibus secundis, & disparatis, & principio actiuo limitato, sicut debet intelligi Philosophus. 2. de anima. Tex. 33. dicens quòd *potentiæ distinguuntur per actus, sicut actus per obiecta*, nihil est ad propositum, quia animare, & intelligere non sunt tales duo actus. 4. D. 13. Quæst. 1. §. *De secundo articulo*. ꝟ. *Respondeo ergo, quòd illa*. D d. 38.

Forma innotescit ex operatione, sicut materia ex transmutatione. 4. D. 43. Quæst. 2. §. *Respondeo*. ꝟ. *De secundo*. B. 6.

Forma quælibet inferior intellectiua si habet operationem, habet præcisè respectu obiecti, sub rationibus oppositis vniuersali in actu, relationi inter non sensibilia, & alijs huiusmodi, nempe sub ratione singularitatis, absoluti, existentis, vt existens est &c. Et per consequens si habemus operationem circa obiectum sub istis rationibus, quibus opponuntur illæ aliæ, illud non inerit nobis secundum aliquam formam, aliam ab intellectiua: & consequenter inerit nobis secundum intellectiuam, & proinde intellectiua formaliter inest nobis: alioquin aliter non essemus formaliter operantes secundum illam operationem. 4. D. 43. Q. 2. §. *Respondeo*. ꝟ. *Consequentia primi*. G. 12.

Forma dat esse, & agere, & consequenter pars secundum formam potest dici, quamdiù habet *esse* secundum formam, vel quamdiù habet agere secundum formam: & secundum infert primum, licet non è contra; citius enim deficit alicui actio propter imperfectionem, quàm esse: & siuè sic, siuè sic, pars secundum formam non est tantùm pars formæ, sed includit materiam, & formam. 4. D. 44. Quæst. 1. §. *Quantum ergo*. ꝟ. *Quarta conclusio*. G. 6.

Furma actus non est, nisi conditio ipsius actus. 4. Dist. 49. Quæst. 1. §. *Ad argumenta*. ꝟ. *Ad quartum*. E e. 30.

Forma actiua est prior natura termino actionis, saltem in actionibus æquiuocis. *Quodl*. Q. 8. §. *Ad ista*. ꝟ. *Consimiliter*. H. 14.

Formà vt est disponens, & determinans ad agendum.

Forma absoluta, terminans actionem de genere actionis, quando est extra ipsum Agens, tunc actio illa transit; Quando verò forma illa est in ipso Agente, tunc actio est immanens. *Quodl*. Q. 13. §. *Ad ista*. ꝟ. *Alio modo*. E e. 27.

Formæ duæ quando sunt, quæ naturaliter inclinant ad actum in eodem operante, vtraque, quantum est de se, necessariò, & semper inclinat ad actum; & ideo quaodocunque actus elicitur, elicitur secundum inclinationem vtriusque. *Quodl*. Q. 14. §. *De primo*. ꝟ. *Comparando*. G. 5.

Forma omnis absoluta, cùm sit terminus actionis, habet aliquod principium actiuum, per quod accipit esse. *Quodl*. Q. 15. §. *De primo*. ꝟ. *Prima conclusio*. A. 2.

Forma quo ad dependentiam.

Formæ quædam habent esse fixum, non dependens continuè à sua causa, quasi in fieri, sicut calor in ligno; quædam habent quasi continuam dependentiam ad suam causam, sicut lumen in medio ad Solem: & hoc dicit Augustinus. 8. Super Genesim, ad litteram dicens, quòd *aer non est factus lucidus, sed fit lucidus*. Primæ formæ, propter suam independentiam in esse, non habent rationem actionis, nec motus: Secundæ, propter continuam suam dependentiam, magis videntur habere esse *in fieri*, quàm *in facto esse*: & ita habent esse, quia semper, dum sunt, æquè causantur, sicut in primo instanti, quando incipiunt esse: & ideo, causa cessante causare, istæ formæ cessant esse. 1. D. 3. Q. 9. §. *Ad primum argumentum*. ꝟ. *Ad tertium*. O. 10.

Forma absoluta, vt est qualitas, quòd sit *in fieri*, vel *in facto esse*, non variat depeodentiam ad subiectum, sed tantùm variat modum essendi ipsius formæ in se, vel saltem in comparatione ad causam, dantem *esse*. *Quodl*. Quæst. 13. §. *De quarto*. ꝟ. *Respondeo*. K k. 32.

Forma quo ad efficiens, & agens.

Forma qualitatis omninò alia [numero] à forma iam inexistente subiecto, non inducitur de facto per agens naturale, quia ipsum intendit formam præexistentem imperfectam perficere: Vnde inducit aliquam realitatem, quæ nata est esse pars cum realitate præexistente, & vnit eam realitati præexistenti, vt partem parti; & ita non inducit formam omninò aliam. 3. D. 8. Q. *Vnica*. §. *Contra istam rationem*. ꝟ. *Respondeo, quòd cum*. B. 7.

Forma, qua aliquid est simile, formaliter assimilat ipsum alteri; Sed Agens dans formam illam assimilat effectiuè, vel principiatiuè. 3. D. 32. Q. *Vnica*. §. *Ex isto*. ꝟ. *De verbo*. E. 4.

Forma, & efficiens non coincidunt in idem numero: & consequenter anima, quæ est causa formalis hominis, non est causa effectiua eiusdem. 4. D. 43. Quæst. 3. §. *De tertio*. ꝟ. *Præterea, secundo Physicorum*. O. 21.

Forma quo ad creationem.

Forma inducta per productionem Diuinam, scilicet essentia, non est eiusdem rationis cum forma, quæ est fluens, vel secundum quam est fluxus, cuiusmodi est productio. 1. D. 2. Q. 7. §. *Ad primum argumentum principale*. ꝟ. *Cùm arguitur tertiò*. T. 30.

Forma omnis generabilis, & corruptibilis, si non immediatè creatur, accipit esse per mutationem sui subiecti, neganda est ista propositio, si intelligatur per mutationem, cuius ipsa sit primò terminus, & de mutatione propriè dicta; potest tamen concedi de mutatione, cuius aliquid eius sit terminus; & de mutatione communiter dicta: ita in organizatione Corporis Christi, mutationis propriæ dictæ terminus est

corpus

Forma quo ad creationem.

corpus organicum, quod est aliquid corporis animati. 3.D.2.Quæst.3. *ʃ. Ad rationes principales.* ℣. *Ad tertium.* E.8.

Formam summam, quæ sine perfectione priori ipsius passi, vel sine aliqua causa secunda partiali, potest in passum immediatè causari à Deo, ad hoc vt passum recipiat, non requiritur, vtramque causam partialem esse summè perfectam. 3 D.13.Q.4. §. *Ad argumentum quartæ quæstionis.* ℣. *Ad secundum dico.* S. 21.

Forma nulla materialis potest creari à creatura. 4. Distinct. 1. Quæst. 1. §. *Ideo dici potest.* ℣. *Secunda conclusio.* G g. 28.

Forma, quæ creatur, prius naturaliter est à causa efficiente, quam materiam informet; quia si non prius naturaliter; sequitur quòd non accipit esse à causa, nisi illa actione, qua subiectum informatur, quæ informatio est mutatio propriè dicta, & ita non creatio. *ibidem.*

Forma nulla materialis potest esse principium creandi aliquid; quia, sicut in essendo præsupponit materiam, in qua sit; ita in agendo præsupponit materiam, in quam agat; alioquin terminus actionis eius esset absolutior à materia, quàm ipsa forma. 4.D.1.Qu.1. *ʃ. Ideo dici potest.* ℣. *Tertia conclusio.* Hh. 29.

Forma accidentalis, si creetur (vt ponitur de gratia, & charitate) benè potest aliquod subiectum præcedere, quod disponat ad illum terminum, sicut hic præcedit anima: & licet in tali subiecto non possit esse aliqua dispositio simpliciter necessitans, tamen potest esse dispositio necessitans secundum quid: & hoc est ex Diuina dispositione: & sic potest exponi Magister, quòd Deus posset dare talem potestatem Ministro, vt ipse aliquam dispositionem causaret in anima, quæ esset necessitans ad gratiam, hoc modo; quòd Deus disposuisset vniuersaliter sic disposito dare gratiam: sic etiam organizatio corporis est dispositio ad animam intellectiuam necessitans. *ibidem:* ℣. *Intelligendum.* L l. M m. 31.

Forma nulla potest esse in anima alia ab anima, quam non possit Deus, de potentia absoluta, delere, sicut posterius à priori, quia in hoc nulla potest inueniri contradictio. 4. D.6. Quæst.9. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ad quintum, licet.* N. 20.

Formam materialem licet Deus posset facere esse sine materia; non tamen inde sequitur quòd posset facere formam immaterialem per se simpliciter subsistentem, sicut Angelus, esse in materiam: Et ratio est, quia prius potest esse ratio repugnandi alicui, ne insit sibi; quod si inesset, esset posterius; sicut repugnat homini esse rugibilem, & illud, quo formaliter homo est homo, est ratio illius repugnantiæ; Vnde priùs simpliciter necessariò est ratio repugnantiæ, sic scilicet, quod contradictio est illa coniugi: non sic necessariò potest esse ratio conuenientiæ alicuius posterioris sic, scilicet, quòd contradictio sit illa non vniri, quia non est contradictio, absolutum priùs separari à suo posteriori. *Quodl.* Qu. 9. *Ad argumentum principale.* P. 21.

Forma quo ad productionem, & causationem.

Forma habet esse aliquo modo per productionem. 1.D.3.Q. 7. *ʃ. Contra istam.* ℣. *Hoc etiam.* A. 3.

Forma, quæ est principium productionis, prius est principium eius, inquantum forma est distinctiua, quàm inquantum est assimilatiua. 1.D.7.Q. *Vnica.* §. *Contra istud.* ℣. *Item quinto.* C. 3.

Formã productiuam in operationibus, quæ non sunt productiones, non oportet habere necessariò passum adæquatum sibi, tàm secundùm intensionem, quàm secundum extensionem, ita quòd posset agere actione adæquata. 2. D. 3. Quæst. 10. *ʃ. Ista opinio.* ℣. *Respondeo. Vis productiua.* D. 10.

Forma eiusdem rationis vniuersaliter priùs causatur in propinquiori, quàm in remotiori. 2.D.9.Q.2.§. *Ad quæstionem istam.* ℣. *Per hoc patet.* C. 18.

Forma, quæ producitur in esse non nisi productione totiua, non producitur nisi per accidens; quia non, nisi productione totius; nec etiam est, nisi per accidens, loquendo de entitate per se, quæ competit composito ex

Forma quo ad productionem, & causationem.

7. Met. Tex. 22. 60. Vnde forma, quæ potest per se esse, producitur productione propria, vel potest sic produci. 2. Distinct. 17. Quæst. 1. §. *Dimissa opinione.* ℣. *Quicquid fit.* A. 3.

Forma, quia eadem productione producitur, qua compositum, non producitur, nisi quia compositum producitur. 7. Met. Tex. 22. 27. Hoc verum est de forma, quæ non producitur alia productione, quàm productione totiua. Quando autem forma producitur productione, quæ, saltem, ordine naturæ, præcedit vnionem sui cum materia, non est verum: & secundum hoc possunt assignari in productione animæ Adæ duæ productiones passiuæ, vna ad animam, sicut ad vnum terminum partialem, alia ad totum. 2.D.17.Q.1. *ʃ. Ad primum argumentum.* C. 5

Forma aliqua valdè improbabile est quòd toties causetur in serra, quoties mouetur ab artifice: & toties desinat esse, quoties desinit actu moueri. 4.D.1.Q.5. §. *Contra opinionem istam.* ℣. *Exempla.* C. 10.

Formæ duæ ordinatæ, hoc est, non ex æquo, quantùm ad causationem, nec æquè perfectæ, quando ab eodem Agente causantur, rationabile est quòd sit vna dispositio ad aliam; & hoc non perfectior ad imperfectiorem, sed è conuerso. 4.D.6.Q.9. §. *Ad quæstionem potest dici.* ℣. *Istarum congruentiarum.* K. 15.

Forma, quæ est in aliquo supposito principium producendi productione adæquata illi formæ, non potest esse alicui alteri principium producendi. *Quodl.* Qu.2. §. *Ad primum triplex.* ℣. *Ad rem potest.* P. 26.

Forma quo ad inductionem.

Formæ aliquæ quando habent essentialem ordinem, ita quòd vna recipitur mediante altera in eodem, siuè sint natura, siuè potentia; & hoc, siuè ab eodem Agente, siuè ab alio, dato etiam quòd natura sit ratio recipiendi alteram, nunquam secunda potest induci ab Agente in suo receptiuo, nisi prima sit priùs inducta. 1. Dist.3. Quæst 7. §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Specialiter etiam.* B.4. *Additio.*

Forma inducitur perfectè in passo diuisibili mutatione indiuisibili, quando Agens respicit totum passum, tanquam terminum indiuisibilem, secundum quem ipsam totam inducit, tanquam indiuisibilem; Sed secundum talem formam non est motus, sed tantum mutatio vna, vel fortè plures, habitæ aut ordine durationis, aut naturæ 2.D.2. Qu.12. §. *Ad primum argumentum.* ℣. *Ex isto apparet.* F. 4.

Forma aliqua substantialis, ad quam includendam accidens separatum disponeret quantum, & quale sibi approximatum, & ad quam inducendam, nec Cælum, nec aliquid in natura sufficeret; à prima causa simpliciter, ad quam tunc oportet fugere, induceretur. 4. Distinct.12. Quæst. 3. *ʃ. Dico ergo ad quæstionem.* ℣. *Ne tamen nimis.* P. 22.

Formæ omnes æquiuocæ, inducibiles in aliquod subiectum ipsis formis perfectius, inducuntur in quocunque à se ipso, licet tale Agens æquiuocum non diceretur posse inducere formam illam in aliud passum, sicut voluntas vna non potest inducere volitionem suam in aliam voluntatem, benè tamen in seipsam. 4.D.12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæstionem.* ℣. *Dico, quòd etsi.* T. 27.

Forma corporis, & animæ non eadem mutatione inducitur; imò inductio formæ corporis est per mutationem, quia susceptiuum formæ corporeitatis (scilicet materia) transit à priuatione ad formam. 4.D.43.Q.5. §. *De tertio.* ℣. *Respondeo, sicut.* I. 9.

Forma quo ad transubstantiationem.

Forma corporis Christi, separata à materia in existentia naturali non manet primum signatum Eucharistiæ (nempè corpus, compositum ex materia, & forma) sub ipsa Eucharistia, quia simul materia haberet formam, & non haberet; & consequenter sub illo signo nihil omninò manet istius signati; neque enim materia sub forma, propter

Forma quo ad transubstantiationem.

per contradictionem; neque materia sine forma omninò, quia non continetur hic, nisi quia pars totius; neque materia sub alia forma, quia tunc simul haberet, & non haberet illam aliam formam. 4. D. 10. Q. 6. §. *Ad intellectum*. ℣. *Vbi sciendum*. G. 9.

Formæ corporis Christi impressio in materiam panis, quæ, secundùm aliquos, per illam impressionem fieret eadem cum materia corporis, non esset transubstantiatio, sed generatio: illa enim materia priùs fuit sub priuatione formæ corporis, & non habet formam illam: nec per hoc etiam probatur ab illis auctoribus quomodo forma panis transeat in formam corporis. 4. D. 11. Q. 3. §. *De secundo articulo*. ℣. *Item ista impressio*. I. 21.

Formam aliam substantialem, quam intellectiuam, negando in corpore Christi, non sufficienter saluatur veritas Eucharistiæ; nec vnitas rei contentæ in ea, scilicet vnitas corporis Christi; quia sicut in existentia naturali, ita & in Eucharistia erat idem corpus, & mortuum, & viuum; quod probatur per multas auctoritates, quarum vna est Ambrosij, & ponitur de Consecr. Dist. 2. & aliæ aliorum, dicentium quòd idem corpus, quod sumptum est ex Virgine, passum; & sepultum; resuscitatum; in Cœlo collocatum est, sit in Eucharistia. 4. D. 11. Q. 3. §. *Alius tenens conclusionem*. ℣. *Præterea, cùm dicitur*. Q. 31.

Forma panis in transubstantiatione licet non sic maneat, sicut forma in corruptione, scilicet in potentia materiæ, quia nimirum materia panis transit in materiam corporis; tamen corruptio non dicitur annihilatio ex hoc solùm, quòd subiectum manet, & negatio terminans est priuatio; sed etiam ex hoc, quòd si negatio termini esset quæcunque negatio in genere, putà in aliquo disparato passiuo, adhuc transiens ad ipsam non esset annihilatio. 4. D. 11. Q. 4. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. M. 18.

Forma quo ad generationem, & corruptionem.

Forma per se non generatur, sed compositum. 7. Met. Tex. 22. tàm in generatione substantiali, quàm secundùm quid; & sua ratio est, quia omne, quod fit, fit ex materia, tanquam ex eo, quod est pars ipsius, quod fit. Cum igitur materia non sit pars, nisi compositi, generatio, per se, solius erit compositi. 1. D. 3. Q. 6. §. *Tertia quæstio*. X. 23.

Forma in composito est formalis terminus generationis; non autem terminus per accidens, sicut apparet per Philosophum. 2. Phys. Tex. 14. vbi probat formam esse naturam, per hoc, quòd generatio est naturalis, quia est via in naturam, idest in formam: Quæ ratio nulla esset, si forma esset tantùm terminus per accidens generationis. Et in eodem etiam vult quòd forma, & finis coincidunt in idem; quod non est verum de fine geniti, sed generationis: & per consequens terminus formalis generationis verè est ipsa forma. 1. Dist. 5. Quæst. 1. § *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Ad rationem illam*. G. 9.

Formam aliquam non conceditur dari, communicari, sinè præstari producto per generationem, nisi illa forma communicata sit formalis terminus talis productionis. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem*. ante. A. 5.

Forma, inquantum est in qua assimilantur generans, & genitum, non habet vnitatem, nisi rationis. 1. Dist. 7. Quæst. *Vnica*. §. *Contra istud*. ℣. *Item tertio*. B. 3.

Forma, secundum quod est illud, in quo assimilatur generans generato, non est tantùm ens rationis, sed habet aliquam vnitatem, præcedentem omnem actum intellectus. 1. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Nota, quòd tripliciter*. ℣. *Ad tertium*. R. 23.

Forma, v.g. calor, qui infuit mobili, corrumpenda ab aliquo Agente per motum, nempè generationis, ab instanti immutationis continuè remittitur, & acquiritur forma inducenda, scilicet frigus. 2. D. 2. Q. 9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Ad aliud de secundo*. N. 31.

Formæ corruptæ non *esse* fuit in indiuisibili; *esse* autem formæ inductæ per motum est in toto tempore habito; & ideo nullum est medium inter illa: & tamen quod sequitur in tempore non est immediatum secundum se totum, & secundum partem ante partem in infinitum. *ibidem*. ℣. *Ad propositum ergo*. S. 35.

Formarum ordo naturalium, succedentium sibi in generatione naturali, determinatus est ab instituente naturam; & ideo respectu cuiuscunque Agentis naturalis est necessarius, ita quòd nullum Agens naturale potest facere immediatè acetum ex vino. 2. D. 2. Q. 12. §. *Hic dicunt quidam*. ℣. *Sed numquid*. C. 3.

Forma est assimilatiua geniti cum generante, ita quòd non materia propriè, quia non est qualitas substantialis, vel accidentalis; materia autem est distinctiua, appropriatè loquendo, quia necessariò ex hoc, quod caret forma, distinguitur ab illa materia, quæ præhabet formam, & ita compositum à composito. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem quintam præcedentem*. ℣. *Ad illud Aristotelis*. S. 22.

Forma geniti licet sit causa alietatis in composito, principalior, quàm materia; non tamen est causa præexistens huius alietatis, sed materia & hoc; quia ipsa præexistit priuata; & ideo non potest esse eadem cum materia informata. *ibidem*. ℣. *Potest etiam*. S. 22.

Formam generantis, quæ est principium generationis, necesse est esse nobiliorem, vel æquè nobilem, sicut forma geniti, tàm in generatione vniuoca, quàm æquiuoca; Vnde, cùm impossibile sit formam accidentalem quamcunque esse perfectiorem forma substantiali, non potest esse principium immediatum generandi. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Dico igitur*. ℣. *Præterea, necesse est*. sub. G. 16.

Formæ pars, quæ (secundùm ponentes partem formæ gignendæ esse in materia ante generationem tanquam rationem seminalem) de nouo aduenit per generationem, si non præfuit in materia, cùm illa pars non sit à se, nec aliquid eius præfuerit, creabitur: Si præfuit; nihil noui per generationem acquiritur; & consequenter nihil erit totaliter nouum; sed fuerunt simul creata, & quodlibet erit in quolibet, quod Philosophus improbat. 1. Phys. Tex. 37. 2. D. 18. Q. *Vnica*. §. *Contra primum*. n. 4.

Forma, quæ ab aliquibus ponitur præcedere in materia ad generationem, tanquam ratio seminalis; ab iisdem ponitur imperfectior forma inducenda per generationem: aliter ante generationem esset in materia forma facta, eiusdem rationis cum forma inducenda; Ex quo sequitur quòd ratio seminalis, vel illa forma imperfecta præcedens non aget, nisi in virtute formæ inducendæ, quæ nondum est. 2. D. 18. Q. *Vnica*. §. *Contra primum*. ℣. *Præterea, illud*. n. 4.

Forma præcedens, & subsequens in materia, quæ ponitur imperfectior, sunt necessariò eiusdem rationis; aliter illa forma esset ex diuersis rebus diuersarum rationum; Vnde sicut perfectior ponitur in esse per generationem, sic & imperfectior: & ita in materia non præfuit ratio seminalis perpetuò. *ibidem*. ℣. *Vel formetur*. n. 4.

Formæ pars, quæ (secundùm ponentes non totam formam, sed eius partem in generatione produci) per generationem inducitur: aut educitur immediatè de potentia materiæ. Et tunc frustra ponitur ratio seminalis præcedens in materia: aut non immediatè educitur de materia, sed de illa parte formæ præexistente, siuè de ratione seminali, vel de materia, vt est sub illa parte, vel ratione seminali: vtrobique sequitur inconueniens, scilicet, quòd aliquid educeretur ad actum de aliquo eiusdem rationis cum ipso. 2. D. 18. Q. *Vnica*. §. *Contra primum*. ℣. *Præterea; pars*. n. 4.

Forma perfecta, vel noua, inducta in materiam per creationem, licet non sit de aliquo, cùm ly *De* dicit circumstantiam rei materialis ad creationem; tamen requiritur quòd nihil præcesserit, necessariò requisitum ad esse suum. In generatione autem substantiali deficit conditio, quia materia requiritur præexistere: & ita agens non potest

Forma quo ad generationem, & corruptionem.

potest aliquid creare, vel annihilare, quia relinquit materiam post corruptionem. 2. D.18.Q.*Vnica*. §. *Contra primum*. ℣. *Ad rationem*. A. 4.

Forma vltima in generatione per semen non est à Patre, quia, Patre non existente, filius generatur: nec à forma Cæli, quia multa viuentia sunt perfectiora forma Cæli: vel igitur ab Angelo, vel à Deo est anima, dans vitam: vel oportet interimere aliquam præmissarum: non ab Angelo, quia Angelus non agit, nisi mediante motu Cæli; relinquitur ergo quòd à Deo. 2. D.18.Q.*Vnica*.§.*Dico ergo*. I. 10.

Formæ corruptæ licet nulla pars maneat, manet tamen aliquid formæ receptiuum, quod fuit aliquid compositi. 4. D.1.Q.1.§.*Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad probationem primi*. Pp. 33.

Forma in corruptione non annihilatur; non manet quidem, nisi in potentia materiæ; sed ipsam manere in potentia materiæ est compositi alteram partem manere per se 1 & sic manet etiam forma per accidens; cuius autem aliquid siuè per se, siuè per accidens manet, non annihilatur. 4.D 11.Q.4.§.*Ad agumenta*. ℣. *Ad tertium*. L. 17.

Forma corrupta, licet maneat in potentia materiæ; non tamen inde sequitur quòd posset idem numero redire per agens naturale; quia potentia illa, in qua manet forma, debet intelligi principium potentiale, non autem respectus; Corrupta enim forma, non amplius manet respectus potentiæ ad formam, quia non est respectus potentiæ ad omnino præteritum, sicut nec ad omninò impossibile; sed ipsum principium potentiale manet, & in hoc totum manet per se secundum aliquid eius, & forma, quæ erat aliquid totius manet per accidens, secundùm aliquid sui. 4.D.11.Q.4.§.*Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. M. 17.

Formæ corruptæ & si nihil maneat, potest tamen dici quòd negatio, succedens sibi est negatio in apto nato; & ideo priuatio: & illa non est nata terminare annihilationem. *ibidem*.

Forma vniuersaliter non generatur effectiuè, sed compositum: & sicut in composito per se vno, ita in composito pet accidens. 4. D 12.Q.1.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad quartum dubium*. O.22.

Forma aliqua attingit immediatè terminum generationis: ista propositio est vera; sed hæc alia falsa: *forma substantialis non attingit immediatè illum terminum, & hoc, quia non est principium agendi immediate, sed mediatè*; Hæc, inquam, est falsa, quia nihil est instrumentum alicuius causæ, nisi superioris causæ, in genere causæ efficientis; Vnde si accidens coniunctum, (vt aliqui volunt) est instromentum substaniiæ, substantia erit superius Agens; & per consequens prius naturaliter Agens, quàm accidens: & proinde in illo priori producit totam substantiam, cùm non excedat suam perfectionem; adeoque accidens in posteriori signo non attingit vllo modo productionem substantiæ, alioquin idem bis produceretur. 4.D.12.Q.3.§.*Dico ergo ad quæstionem*. ℣-*Concedo primam*. D. 10.

Forma illa est principium agendi [secundum aliquos] in qua generans, & generatum assimilantur; vnde cùm generatum principaliter assimiletur generanti in forma substantiali, & secundum quid sibi assimiletur in accidentibus [fateri deb nt, formam substantialem esse principium agendi]. *ibidem*. ℣. *Ex hoc arguitur*. E. 12.

Forma substantialia, si per se esset, quod non potest esse principium generandi substantiam compositam, secundum auctoritatem Philos. 7. Met. Tex. 28. dicentis quòd *Idea non potest esse principium generandi compositum*: Hoc quidem habet dubium: Si enim sicut qualitas est totale principium alterandi, ita forma substantialis generantis sit totale principium generandi; consequens est dicere quòd forma substantialis, per se ens, potest substantiam generare, nisi fortè quia non esset sub modo conuenienti ad agendum; nihil enim habet modum conuenientem ad agendum in materiam quantam, nisi ipsum sit quantum, loquendo de Agente

Forma quo ad generationem, & corruptionem.

vniuoco. 4. D.12.Q.3.§.*Ad principales rationes*. ℣. *Sed quod dicitur*. D d. 39.

Forma nulla, quæ est terminus Agentis naturalis, est simpliciter incorruptibilis. 4.D 43.Q.2.§.*Potest dici*. ℣.*Ad aliud, valdè dubium*. M. 19.

Forma prout prouenit ab anima.

Forma totius compositi, ex corpore mixto, & anima, est proxima ratio recipiendi sensationem; & ideo illa forma totalis est potentia sensitiua; nec vna pars eius, scilicet forma mixti, nec alia, scilicet anima intellectiua. 4. D.44. Q.2.§. *Ad quæstionem*.℣.*Primum scilicet*. B.6.

Formæ omnes intellectuales, & operationes consequentes, quæ poterant haberi ab anima coniuncta, poterunt haberi à separata. 4. D.45. Q.3.§.*Ad quæstionem*. M. 20.

Forma secundum quod informat, & perficit.

Formæ diuersæ, perficientes idem perfectibile, sicut ordine quodam natæ sunt mediatius, & immediatius informare illud, vel perficere; ita si eadem forma contineat in se virtualiter perfectionem illarum formarum ordinatarum, quasi consimili ordine naturæ perficiet illud perfectibile: sicut si forma corporis substantiæ &c. essent aliæ formæ in aliquo, per prius informaret forma substantiæ, & deinde forma corporis &c. ita si vna forma includat virtualiter omnes illas; ipsa quasi prius perficiet materiam sub ratione substantiæ, quàm sub ratione corporis. 1. D.3. Q.2.§.*Quantum ad notitiam habitualem*. ℣. *Quantum ad istam*. R. 28.

Forma non actiua non est principium formale inducendi aliquam formam. 1.D.3.Q.6.§.*Hic sunt*. ℣. *Dicendum*, sub.V.32.

Forma non est forma informans totum, & tamen totum denominatur ab ipsa, vt homo ab anima animatus. 1. D.8.Q.4.§.*Contra istam solutionem*.℣.*Respondeo: corpus*. X. 22.

Forma imperfectior non potest esse ratio perfecta gignendi perfectam. 1. Distinct. 27. Quæst. 1. vel. 3. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Quod postea additur*. A.4.

Formæ eiusdem rationis habent camdem rationem perficiendi, & non perficiendi. 2.D.1.Q.5.*aliàs*.6.§.*Conclusio*. n.2.

Forma substantialis perfectior aliquando recipitur in perfectibili imperfectiori, quia dat simplicitet perfectionem maiorem, & priorem. 3. D. 13. Quæst. 4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum*. ℣. *Potest dici breuiter*. I. 11.

Forma absoluta priùs naturaliter perficit suum perfectibile, quàm huiusmodi perfectibile, vel ipsa forma habeat respectum extrinsecùs aduenientem. 4.D.10. Quæst.4. §. *Ad argumenta principalia*.℣.*Pro hoc est ratio talis*. N. 14.

Forma determinata ad aliquod receptiuum, nullo modo potest aliud perficere; sicut nec albedo Angelum; nec sapientia lapidem; forma autem substantialis determinatur ad materiam substantialem, vt ad proprium susceptiuum; & consequenter nullo modo potest perficere dimensionem de genere quantitatis, quæ non est materia substantialis. 4.D.12.Q.6.§.*Tertia opinio*.℣.*Contra istam*. A.8.

Forma de genere priori non potest perficere susceptiuum de genere posteriori; & consequenter nec forma substantialis dimensionem. *ibidem*. ℣. *Item secundo*. A.8.

Forma in quocunque est: *Vel sic*: In quocunque est forma aliqua, illud est simpliciter tale, secundum formam illam: Omninò enim irrationabile videtur quòd forma

sit in

Forma secundum quod informat, & perficit.

sit in aliquo, & non constituat ipsum, informatum secundum ipsam. 4.D.13.Qu.1.§. *Ad huius autem difficultatis.* ¥. *Item in quocunque est forma.* E. 9.

Forma, quæ nullo modo est extensa ex parte sui, nec aliter, quàm prius, perficit materiam, alio, & alio modo extensam; respicit eam indiuisibiliter; hoc est, quòd ipsa non secundum partes perficit partes materiæ. 4. D. 44. Quæst. 1. §. *Circa istam quæstionem.* ¥. *Contra istam opinionem.* B. 6.

Forma perficiens passum, vt illimitatum, vel indifferens ad plura, indifferenter perficit ipsum in ordine ad illa plura; sicut si aliqua forma perficeret Solem, inquantum est illimitatè actiuus respectu omnium inferiorum, indifferenter ipsum perficeret in ordine ad vnam actionem, & aliam. 4.D.49. Qu. 2. §. *Ad istam secundam.* ¥. *Tertia ratio.* E. 11.

Forma perficiens passum, illimitatum ad plures actiones, non perficit ipsum præcisè in ordine ad vnam actionem, quia statim sequitur oppositum subiecti, scilicet, quod perficit illud, & limitatum, & determinatum ad vnam actionem. 4.D.49.Q.2. §. *Ad istam secundam.* ¥. *Si instetur maiori.* F. 11.

Forma nulla perficit susceptiuum inquantum indifferens ad plura præcisè, quæ perficit ipsum in ordine ad vnum illorum. *ibidem.* ¥. *Si instetur minori.* F. 11.

Forma nulla perficit aliquod, inquantum illimitatum, vel indifferens ad plura, quæ præcisè perficeret ipsum, si esset determinatum ad alterum illorum. *ibidem.* G. 11.

Forma respectu subiecti, seu suppositi.

Forma potest esse principium, *quo* respectu transmutationis sui subiecti. 1.D.17.Q.2. *alias.* 3. §. *Hanc viam tenendo.* ¥. *Ad aliud dico.* sub T. 8.

Formarum incompossibilitas in se est prior, quàm sit formarum in subiecto recipiente: Quia enim sunt incompossibiles in se, ideo non possunt recipi in eodem; non è conuerso; Vnde illud, quod est ratio incompossibilitatis in formis intensis oppositis, est aliquid positiuum in eis secundum se, non tantùm in ordine ad subiectum. 1. Dist. 17 Quæst. 3. *alias.* 5. §. *Contra istam opinionem.* sub V u. 3.

Forma si est indiuisibilis dat subiecto esse indiuisibile, & indiuisibiliter; Non enim subiectum est tale secundum formam, nisi qua forma est talis: consequenter si forma est talis, quod in ipsa, secundum se, non est aliqua maioritas perfectionis in forma, secundum se, nec subiectum, secundum eam diceretur magis tale. 1.D.17.Q.3. *alias.* 5. §. *Contra istam opinionem.* ¥. *Præterea, si forma.* sub Vu. 4.

Forma, quæ propriè dicitur augeri, & intendi, non propriè mutatur, nisi per accidens, inquantum eius subiectum mutatur. 1.D.17. Qu.3. *alias.* 6. §. *Sexto propter tertiam opionem.* ¥. *Ad secundum.* Z z. 4.

Forma non mutatur, tenendo quòd mutari propriè sequitur intensionem illius, sed subiectum tantùm mutatur, & intenditur per eam. *ibidem.*

Forma substantialis, quæ substantialiter perficeret plura supposita, sicut esset actualiter illimitata, ita accidens consequens, quod accidentaliter perficeret eadem supposita, esset illimitatum. 3.D.1.Q.2. §. *Contra hoc.* ¥. *Contra istud.* n. 4.

Formam omninò aliam à præexistente in subiecto (idest omninò aliam non solo numero, quæ non faceret aliquam vnam formam cum præexistente) induci in idem subiectum non esset repugnantia, subiecto non propter hoc diuersificato. 3. D.8.Q.Vn. §. *Contra istam rationem.* ¥. *Respondeo, quod cum.* B. 7.

Forma non auget capacitatem subiecti, quia quando duæ causæ concurrunt ad constituendum tertium, posterior non dat priori aliquid, pertinens ad propriam causalitatem eius; Vnde cum materia, seu subiectum sit aliquo modo prior forma, saltem origine, ad constituendum compositum, forma non dat materiæ aliquid, pertinens ad causalitatem ipsius materiæ. 3.D.13. Qu.4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum.* ¥. *Ad tertium.* L. 14.

Forma non habens esse alterius rationis in subiecto, non habet inseparabilitatem aliam à quocunque; quia enim est talis forma, & tale esse habens, est separabilis, vel inseparabilis à quocunque; forma autem non habet esse alterius rationis in subiecto, ex hoc, quòd eius oppositum præcessit in eo; & per consequens forma non habet aliam inseparabilitatem à quocunque per hoc, quòd eius oppositum præcessit in subiecto. 4. D.1.Q.6. §. *Contra istam conclusionem.* ¥. *Contra istud.* B. 4.

Forma respectu subiecti, seu suppositi.

Formæ plures substantiales si sunt in eodem supposito, vltima est perfectissima. 4. Distinct. 49. Quæst. 7. §. *Ad primum dicendum.* ¥. *Respondeo, quòd simpliciter.* B. 5.

Formæ quæcunque, quantumcunque sint contrariæ, si sint in diuersis subiectis, non repugnant formaliter. 4.D. 49. Quæst. 16. §. *Respondeo ergo.* ¥. *Ad primum.* F. 17.

Forma actius quando inest alicui subiecto, actio, secundum illam formam, per accidens competit eidem, sicut lignum per accidens calefacit. *Quodl.Q.*15.§.*Si verò.* ¥. *Sed quo ad alium.* T. 10.

Forma respectu ad materiam.

Forma finitur per materiam, falsum. 1.D.2.Q.2.§.*Vltimò ostenditur.* ante. C c. 33.

Forma non nata esse in materia, est infinita, similiter falsum, quia Angeli sunt immateriales, & tamen finiti. *ibidem.*

Forma finita in se prius finitur, quia est talis natura in entibus, quæ finitur, quàm finiatur per materiam. 1.D.2.Q.2.§. *Vltimò ostenditur.* ¥. *Breuiter respondeo.* C c. 33.

Forma eiusdem rationis est materiæ eiusdem rationis, propriè loquendo de materia, quæ est pars rei inexistens; Non verò si accipiatur materia pro opposito, ex quo, corrupto, generatur oppositum. 1. D.2. Quæst. 7. §. *Ad primum argumentum principale.* ¥. *Ad primam.* S. 29.

Forma, quæ est aliquo modo illimitata in perficiendo materiam, sine sui extensione, & distinctione qualicunque potest perficere plures partes materiæ. Exemplum: Anima intellectiua, quæ non est limitata ad perficiendum hanc partem corporis organici, sine sui diuisione, & extensione qualicunque, vel per se, vel per accidens, potest perficere aliam partem corporis organici. Ista enim proprietas, videlicet quòd forma non distinguatur, & tamen perficiat plures partes corporis, vel materiæ, non competit animæ ratione imperfectionis; quia ipsa ponitur forma perfectissima inter omnes formas naturales; Omnes enim aliæ imperfectiores carent isto gradu in perficiendo. 1. D. 2. Quæst. 7. §. *Ad primam quæstionem* ¥. *Hoc propositum.* E e. 40.

Forma cùm sit aliquid compositi, & aliquid eius perfectius, quam sit materia, si forma alicuius præexisteret, & materia de nouo adueniret, & informaretur illa forma præexistente, ipsum productum non esset de nihilo; quia aliquid eius præextitisset; imò aliquid eius perfectius, quàm materia, quæ præextitit communiter. 1.D.5.Q.2.§. *Ideo tenendo.* ¥. *Primum declaro.* G. 13.

Forma, inquantum forma, non est causa reducens materiam ad actum formæ. 1.D.8.Q.1.§. *Ad quæstionem.* ¥. *Primum sic.* B. 2.

Forma eiusdem speciei non multiplicatur, nisi per materiam, falsa; imo vbi forma distinguitur in materia, & cum materia, materia non est ratio principalis huius distinctionis; quia in quacunque distinctione illud est ratio principalis distinguendi hoc, quod est ratio principalis agendi in illo esse. 1.D.31.Q.*Vnica*.§. *Ad primum argumentum.* ¥. *Ad secundum.* L. 11.

Forma est finis materiæ. ex. 2. Phys. Tex. 23. & ideo distinctio materiæ est propter distinctionem formæ, & non è conuerso. 2. Dist. 1. Quæst. 5. *alias.* 6. §. *Sed quæ sit prima ratio.* ¥. *Contra: forma.* n. 2. & Dist.

Forma respectu ad materiam.

Dist 16. Q. *Vnica.* §.*Contra.* ✠. *Præterea: contra illud.* G. 14.

Forma alia licet sit in alia materia non tamen, propter alietatem materiæ, est alia forma; sed sicut entitas formæ est prior illa, ita & sua alietas. 2. Distinct. 3. Quæst. 4. §. *Ad primam rationem.* ✠. *Ad secundam rationem.* K. 15.

Forma substantialis si non esset, nisi gradus intrinsecus materiæ; sequeretur tunc quòd per illos gradus generabilia non distinguantur specie, quia isti gradus sunt essentialiter idem tertio, scilicet materiæ; nec est alterius rationis secundum illos gradus. 2 D.12.Q.1.§. *Positio ista.* ✠. *Ad rationes oppositas.* A. 9.

Formæ non competeret dare esse materiæ, si esset eiusdem rationis cum ea: & si materia esset eiusdem rationis cum forma, non competeret sibi recipere esse. 2. D.12.Q.1.§. *Sequitur secundo.* E. 16.

Forma est causa secunda, mediante qua Deus dat esse materiæ: Forma autem non est de essentia materiæ, inquantum materia est; quia aliter, adueniente alia, & alia forma, esset alia, & alia essentia materiæ. 2. D.12.Quæst.2.§. *Respondeo ad quæstionem.* ✠. *Item quicquid.* A. 3.

Formam si Deus vult necessariò esse ad hoc, quòd velit, materiam esse, hoc non est simpliciter, sed propter necessatiam connexionem materiæ ad formam; qualis tamen necessitas absoluta connexionis materiæ ad formam non est. *ibidem.* ✠. *Item non est.* B. 4.

Formæ nullæ circa materiam sunt simpliciter ita immediatæ, quod si habet vnam, caret alia, licet aliquæ sint immediatè respectu Agentis naturalis, quod non agit, nisi in quanto; Et per consequens simpliciter, & immediatè non potest attingere ad nudam essentiam materiæ. 2.D.12.Q. 2.§. *Ad argumenta principalia.* ✠. *Ad tertium dico.* F. 6.

Forma [substantialis] licet sit magis ens, quàm materia; tamen potest dici quòd non sit causa, constituens esse materiale, sed est causa, concurrens ad esse compositi constituendi; & ideo potest separari forma à materia, sicut è conuerso. 2.D.12.Q.2.§. *Ad primam rationem.* ✠. *Potest dici.* H. 10.

Formas [substantiales materiales] separatas non oportet esse spirituales, quia sicut quantitas est forma eiusdem naturæ quando separatur, & quando est in subiecto; sic etiam istæ formæ essent eiusdem naturæ si separarentur, sicut cùm sunt coniunctæ, siuè cùm informant materiam; nec essent intellectuales, quia hoc repugnat eis secundùm se. *ibidem.*

Forma nulla complet totum appetitum materiæ suæ respectu formæ, nisi det actum oppositum priuationi illius formæ: nec forma illa dat actum oppositum priuationi cuiuscunque formæ, nisi contineat omnes formas, saltem virtualiter. 2.D.14.Q.1.§. *Respondeo; alia videtur.* ✠. *Contra: nulla.* B. 3.

Forma vnita materiæ ab ea recipit aliquam perfectionem, alioquin anima beata frustra vniretur corpori, ex quo ex corpore non acquireret perfectionem. 2.D.14.Q.1.§. *Secundum Theologos.* ✠. *Respondeo.* E. 5.

Forma si per se esset, & materia per se esset, vt corpus organicum, & anima: vel subiectum per se esset, & accidens per se, vt panis, & quantitas; si de nouo vniantur, nullum absolutum nouum est in altero extremo; sed relatio vnionis contingenter se habet, vt possit inesse, vel non inesse, etiam extremis positis. 3.D.1. Q.1.§. *Ad illud in oppositum.* K. 14.

Forma Cœli sicut non continet virtualiter, vel causaliter, & perfectè omnes formas; ita non potest auferre à materia, si in Cœlo sit materia, omnem priuationem, & potentiam materiæ ad aliam formam. 3. D.16. Q.2.§. *Ad primum principale dicitur.* ✠. *Ad aliud cùm dicitur.* E. 10.

Forma ignis, si est quidditas completa in genere, quia non potest contrahi, vt dicunt aliqui, vt sit perfectior per materiam, vel aliquid tale; tunc forma ignis nulli alteri poterit vniri, vt faciat cum eo, per se, vnum ens in genere per se: Et proinde hic ignis non erit ens per se: vel si sic, non habet materiam, sed solam formam, quod est æquè inconueniens: Et si habet materiam, est ens per accidens, vel aggregatione; sicut aceruus, quod est contra Philosophum. 7.Meta.5. quia compositum per se generatum, per se est vnum. 8. Meta.15 aliàs esset minus vnum, quam terminus augmentatiuus, vel alterationis. 3. D. 22. Qu. Vnica. §. *Contra ista.* ✠. *Præterea ens.* A. 6.

Forma hæc ideo facit per se vnum cum hac materia, quia hic est actus, & illa potentia; quia esse potentiam, & esse actum conuenit per se pluribus; & consequenter per aliquid commune eis, quod non est nisi per materiam, & formam, quæ primò faciunt per se vnum; Omne autem per se vnum habet per se quod quid est. 3.D.22.Q.Vn. §. *Contra ista.* ✠. *Præterea.* 7. *Metaphysicæ.* B. 8.

Forma sicut est magis ens, quàm materia, ita magis causat & entitatem, & cognoscibilitatem. 3. D. 22. Q. Vnica. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis.* ✠. *Ad secundum.* H. 16

Forma materialis non potest esse ab aliqua creatura priùs naturaliter, quàm informet materiam suam, vel potentiale suum; Nulla enim creatura potest formæ materiali dare esse absolutum in se, hoc est absque hoc, quod informet suum potentiale; quia si posset sic dare esse, posset etiam illud conseruare, vt realiter, virtute creaturæ, maneret in aliqua duratione talis forma sine materia. 4. Dist.1.Quæst.1. §. *Ideo dici potest.* ✠. *Secunda conclusio.* Gg. 28.

Forma materialis est omnis illa, quæ ex natura sua necessariò inclinatur naturaliter, vt sit actus materiæ, siuè sit substantialis, siuè accidentalia. 4. Distinction. 1. Quæst. 1. §. *Ideo dici potest.* ✠. *Secunda conclusio.* Gg. 28.

Forma nulla materialis potest esse principium creandi aliquid, quia sicut in essendo præsupponit materiam, in qua sit; ita in agendo præsupponit materiam, in qua agat: alioquin terminus actionis esset absolutior à materia, quam ipsa forma. *ibidem.* ✠. *Tertia conclusio.* Hh. 29.

Forma materialis, secundum totum genus suum, est posterior origine tota sua materia receptiua: Et consequenter quælibet talis forma est posterior ad quamlibet materiam. 4.D.1.Qu.1. §. *Ideo dici potest.* ✠. *Potest etiam specialiter.* Ii. 29.

Forma substantialia non potest creare materiam. *ibidem.*

Formæ est sequi, & determinare; materiæ autem præcedere secundùm originem, & determinari: Similiter illud, quod est principalius, & actualius potest dici forma respectu potentialioris: similiter quod est spiritualius potest dici forma respectu eius; quod est minus spirituale. 4.D.3.Q.2. §. *Hic primo videndum.* A. 3.

Forma eadem numero non potest simul informare duas materias, quarum vtraque erit sufficiens receptiuum, & totale eius. 4.D.11.Q.3. §. *De secundo articulò.* ✠. *Si autem intelligat.* I. 20.

Formam perficientem materiam educi de potentia materiæ accidit materiæ. 4.D.11.Qu.3. §. *Alij concedenter.* ✠. *Contra, accidit.* V. 40.

Forma substantialis materialis nulla est, quæ dat *esse simpliciter* materiæ, & hoc si tenetur *esse simpliciter*, idest *esse* recedens à *nō esse*, quia materia habet esse simpliciter isto modo, etiam sine omni materia; Vnde non sola forma substantialis dat esse simpliciter, idest vniuersaliter: nec etiam simpliciter, idest primum. 4.D.11.Q.3. §. *Alij concedenter.* ✠. *Sic dico in proposito.* Y. 43.

Formam perfectiorem, vt informantem materiam, possibile est requirere illud, quod imperfectior requirit [ad informandum eamdem materiam], & non tantùm secundùm gradum æqualem, sed secundum gradum perfectiorem. 4.D.11.Q.3. §. *Ad rationes.* ✠. *Respondeo, aliquæ qualitates.* Hh. 55.

Forma nulla substantialis est informans materiam, quin illam consequantur, vel ipsa requirat qualitates consequentes, & in certo gradu, in quo si non maneant, nec forma illa informabit materiam. 4. Distinction. 11. Quæst. 3. §. *Ad rationes.* ✠. *Respondeo, illæ qualitates.* Hh 56.

Forma est simpliciter perfectior materia. 7.Meta.cap.2. Tex. 7. & propter hoc, ordo qualitatum correspondet, secundum perfectionem, ordini substantiarum, secundum perfectionem;

Forma respectu ad materiam.

sectionem;& propter hoc qualitas est principium actionis realis, & est ipsi substantiæ principium attingendi finem suum, 4.D.12.Q.2.§. *Hic sunt*. ℣. *Quarto; quia quantitas*. D.10.

Formam eandem si Deus reduceret [in eadem materia], quod non negatur sibi possibile, illa faceret per se vnum cum materia, sicut prius; & consequenter in materia esset potentia respectu eius eadem, sicut priùs. 4. D.43 Qu.3. §. *Quantum ad istum*. ℣. *Ad aliud dico*. H. 16.

Forma coæua materiæ simul duratione concreata est in materia; Sed posterius natura inducitur, vel imprimitur in materiam passione de genere passionis, sed sine omni mutatione; quia nunquam materia à priuatione illius transit ad formam: nec breuiter aliter se habet secundùm eam, quia aliter, & aliter præsupponunt entitatem. 4.D. 43.Quæstion.5. §. *De tertio*. ℣. *Responddo, sicut*. I. 9.

Forma, quæ, vt extensa per accidens, respicit materiam extensam, ipsa alio modo extensa respicit materiam alio modo extensam; quia, secundum Aristotalem. De prædicam. cap. de quant. *Quanta est superficies, tanta est albedo*: Et apparet per rationem, quia pars eius est in parte; & ita maior in maiori. 4. Distinction. 44. Quæst. 1. §. *Circa istam quæstionem*. ℣. *Contra istam opinionem*. B.6.

Forma [in sua generatione] dependet à materia, & non è conuerso: & tamen est perfectior materia. 4.D.49.Q.4. §. *In ista quæstione*. ℣. *Respondeo, posteriora*. N. 18.

Forma sola infinita; si posset materiam perficere, posset (auferendo priuationem omnium aliarum formarum) compositum incorruptibile constituere; tamen adhuc esset dubium an susceptiuum esset in potentia ad illas formas sub proprijs rationibus, quas habet eminenter in illa forma infinita. 4. D.49.Q.6. §. *Hic duo*. ℣. *Ad secundum*. C.7.

Forma, quæ tollit à sua materia omnem priuationem, constituit compositum incorruptibile: ista propositio est falsa, loquendo de incorruptibili, hoc est indestructibili; Si autem sit sermo de incorruptibili ab Agente naturali, aut à contrario, est vera. 4.D.49.Q.6.§. *Hic duo*. ℣. *Ad secundum*. C.7.

Forma eiusdem rationis non multiplicatur, nisi secundum materiam. Ista propositio, quæ, secundùm eius auctores, æquè haberet locum de Angelo, sicut de Deo: Si sic intelligatur, quòd forma quæcunque immaterialis sit de se *hæc*, siue ex ratione suæ quidditatis, sicut Deus Deitate est hic, ita quod nihil aliud intelligendo, nisi Deitatem, est contradictio formalis Deum non esse *hunc*: Si sic, inquam, intelligatur; sequitur quòd ratio formæ specificæ in Angelis includit repugnantiam, imò contradictionem ad multiplicari realiter: & ita, sicut non stat cum conceptu hominis quòd concipiatur irrationalis, vel cum conceptu Dei, quòd concipiatur tanquam indifferens ad plures Deos; ita non stat cum conceptu talis speciei quòd concipiatur plurificabilis: & per consequens quicunque posuerunt speciem Angelicam posse plurificari, habuerunt in intellectu suo conceptus formaliter repugnantes; quia conceptum talis speciei, & plurificabilia; & per consequens quicunque conceperunt ibi esse rationem vniuersalis simpliciter, scilicet dicibilis de pluribus; imò concipiendo naturam cum tali vniuersalitate includitur in illo intellectu repugnantis formalis inter obiectum, intellectum, & modum concipiendi: quod consequens non videtur probabile. *Quodl*. Quæst. 2. §. *Prima ratio*. A.3.

Forma eiusdem rationis non multiplicatur, nisi secundum materiam: Ista propositio si intelligatur sic, quòd quamuis forma immaterialis aliqua non sit hæc formaliter sua quidditate, tamen ipsa in re multiplicari non potest, quia vnica forma talis singularis, & signata, habet in se totam entitatem illius formæ, & intensiuè, & extensiuè; vt patet de Sole: Si inquam, detur talis intellectus propositionis; tunc sequitur quòd natura specifica Michaelis de se non est hæc; ergo non repugnat sibi contradictoriè non esse hanc, vel non esse in hoc, per illam ergo potentiam, quæ potest in quodlibet, quod non includit contradictionem, potest naturam illius fieri, & non in hoc. *ibidem*. ℣. *Si detur secundus*. A.4.

Formam eiusdem rationis non posse plurificari sine materia realiter, non est omninò necessarium, hoc est cuius oppositum includit contraditionem; & licet habeat aptitudinem ad materiam, tamen priùs natura habet plurificationem; & consequenter prima ratio plurificationis non est materialitas generaliter. *Quodl*. Quod. 2. §. *Prima ratio*. ℣. *Ex ista instantia*. C.6.

Formæ non est per se causa materia, licet sit materia formæ. *Quodl*. Quæst. 2. §. *Prima ratio*. ℣. *Ex ista instantia*. C.7.

Forma vno modo non dicitur quidditas specifica, secundùm Philosophum in multis locis: & per oppositum materia dicitur quicquid habet rationem contrahentis, vel determinantis ipsam quidditatem: & hoc modo differentia indiuidualis, quæcumque sit, ipsa dicitur materia respectu quidditatis specificæ. *Quodl*.Q.2. §. *De secundo articulo*. ℣. *Sed considerando*. M.20.

Forma non habens materiam, acceptam pro contrahente quidditatem indifferentem, non est plurificabilis: hæc est sententia Philophi, cum quo nos Theologi in hoc conuenimus; & hoc sufficit ad hoc, quòd productio eiusdem rationis non sit plurificabilis in Diuinis; sed non propter hoc conceditur quòd habens materiam, quæ est pars realis compositi, non potest plurificari: & tunc illud Philosophi. 12. meta. Tex.49. quod primum non habet materiam, quia est actus purus, debet intelligi de materia, accepta pro contrahente quidditatem, quia non habet eam ad contrahendum suam quidditatem; vt sit *hæc*, quia sua quidditate est *hoc*. *Quodl*. Quæst. 2. §. *De secundo articulo*. ℣. *Sed considerando*. N.21.

Formam materialem non negat Philosophus immediatè induci in materiam à Deo. *Quodl*.Q.7.§. *Sed licet*. ℣. *Ad secundam*. P.24.

Forma substantialis licet insit materiæ informando, non tamen inhæret, quia *inhærere* dicit non per se informare, quia inhærens nec est actus simpliciter, sed actus *secundum quid*: nec cum illo, cui inhæret, facit per se vnum: opposita conueniunt ei quod per se informat. *Quodl*.Q. 9.§. *De secundo*. ℣. *Prima ratio*. A.3.

Forma substantialis quicquid potest esse, hoc sibi competit immediatè per essentiam suam, scilicet posse dare actum simpliciter ipsi materiæ, quia. 8. Meta. Tex.15. & inde, patet quòd non est alia ratio, quare hoc posset facere per se vnum cum materia, nisi quia hoc est per se actus, & illud per se potentia: Et huius non est aliqua ratio vlterior, nisi propria ratio huius, & illius; Vnde cui repugnat esse actum materiæ, hoc precisè repugnat sibi per rationem propriam. *Quodl*.Q 9.§. *De secundo*. ℣. *Secunda ratio*. B.5.

Formæ alicuius immaterialitas non videtur sequi ex hoc, quòd in nulla parte, vel per nullam partem materiæ, quam informat, propriè exerceat operationem, sicut potentiæ sensitiuæ; forma enim purè materialis, dum tamen sit vniformis in toto, & in qualibet parte, non dicitur operari per organum, sicut ignis non dicitur operari per organum. *ibidem*. ℣. *De Ista quarta*. D.10.

Formam materialem separari à materia non requirit, nisi, quòd forma non sit simpliciter necessaria ratio suæ vnionis ad materiam; quod verum est, quia est entitas absoluta, & ita prior natura illa vnione; sed formam immaterialem, vt Angelum, posse vniri materiæ, poneret aliqua vniri, quorum vnum est ratio repugnatiæ. *Quodl*. Q.9. *Ad argumentum principale*. P.21.

Forma quoad corpus, & opus organicum.

Formæ organicæ, disponentis ad formam intellectiuam vltimam, inductionem præcedunt duæ transmutationes, videlicet; motus localis, quo materia defertur ad locum conuenientem generationi: & alteratio, qua materia in loco debito alteratur, & disponitur ad formam corporis organici inducendam. 3.D.2.Q.3. §. *Quantum ad secundum*. A.4.

Forma, qua corpus est completè organicum, inducitur in

Forma quo ad corpus, & opus organicum.

vltimo instanti alterationis, quæ est condensatio corporis corrumpendi: Et hoc, siuè illa, secundum aliquos, sit anima intellectiua; siuè, secundum alios, sit forma alia, præcedens illam: Et hoc, secundum istos secundos, siuè ipsa sit vna totius corporis organici, & partium etherogenearum; siuè sit alia totius ab illis, quæ sunt propriæ, & substantiales speciales partium etherogenearum; siuè tertio modo nulla sit alia forma totius corporis organici à formis particularibus substantialibus partium etherogenearum: Et secundum hoc tertium membrum corpus esse completè organicum, esset omnes formas partiales esse completè inductas: Et licet, secundùm secundum membrum, & tertium istorum, posset poni non omnes partiales simul induci, sed vnam priùs, ad quam sufficeret alteratio breuior, & aliam posteriùs, ad quam requireretur alteratio prolixior; tamen, secundùm omnia tria membra, aliquid est in vltimo instanti, quod non præfuit, & sine quo non est corpus completè organizatum. 3. D.4. Quæst. Vn. §. *Potest dici*. ỳ. *Ad quod intelligendum*. B.7.

Forma totius corporis organici cessante, nihil est formatum ab anima. 4. D.10. Q.6. §. *Ad intellectum*. ỳ. *Vbi sciendum* G.8.

Forma illa sola dicitur principium operandi organicè, quæ scilicet quodammodo illuminata in agendo, potest esse principium diffotmium actionum, quæ tamen non possunt elici, nisi mediantibus partibus dissimilibus; & & ideo requiritur quod perfectibile à tali forma habeat partes dissimiles, per quas operationes illæ organicæ exerceantur: & talis forma est propriè sola anima. *Quodl*. Q. 9. §. *De secundo*. ỳ. *Sed ex isto*. E.10.

Forma vt est mixti, seu corporeitatis.

Forma nulla corporeitatis si maneat in igne, & in aqua, nullum omninò accidens, quod requirit pro subiecto substantiam compositam, potest manere idem numero; Sed quodlibet erit vel est in corrupto, vt in subiecto; vel in genito, vt in subiecto: & ita quantitas, & quodcunque aliud accidens erit posterius naturaliter substantia: & ita quantitas corrupti, & quodcunque accidens eius fuit naturaliter posterius substantia corrupta. 2. Dist. 3. Quæst.4. §. *Ad primam rationem*. ỳ. *Sed ad conclusionem*. L.17.

Forma generati, siuè mixti est actualior, & perfectior forma elementi; ita quod forma elementi inferior (quam forma mixti), & potentialior est. 2. Dist.15. Quæst. Vnic. §. *Dico ergo ad quæstionem*. ỳ. *Item Aristoteles*. C. 6

Forma mixti nihil prohibet æquè immediatè perficere materiam primam, sicut formam elementi: Et hoc loquendo de immediatione perfectionis, scilicet quòd perficiat materiam, non mediante alia forma; Sed non perficit materiam immediatè, immediatione transmutationis. 2. D.15. Q.Vn. §. *Ad primum in oppositum*. ỳ. *Ad aliud cum dicit*. I.10.

Forma mixti non perficit materiam mediante forma elementi, licet sit ordo in transmutari; quia priùs materia transmutatur in formam elementi, quàm mixti; ita quod non inducitur forma mixti, nisi præcesserit forma elementi. *ibidem*.

Forma vna in corporalibus non est principium recipiendi aliam. 2. D.16. Q.Vn. §. *Rationes istæ*. ỳ. *Ad tertium*. C.8.

Forma determinat sibi membra conuenientiâ [animalis], non autem materia respectu actuum [vitalium organicorum]; materia enim non distinguit formam, sed è conuerso. 2. D.16. Q.Vn. §. *Contra, quia*. ỳ. *Præterea contra*. sub G.14.

Forma mixtionis, exclusa fide, manifestiùs posset concludi in alijs viuis differre ab anima, quàm in homine de anima intellectiua; quia non potest esse regulariter idem effectus à quibuscunque, & quantumcunque diuersis Agentibus; Sed à quocunque, & qualitercunque corrumpatur corpus viuum, dum tamen non statim resoluatur in elementa, semper producitur cadauer idem & eiusdem rationis, vt patet ad sensum: idem autem non potest esse terminus proprius actionis huius, & illius Agentis: atque adeo non est nouum productum per actionem corruptiuam ipsius animati, sed est derelictum. 4. D.11. Q.3. §. *Alij concedentes*. ỳ. *Item manifestius*. R.38.

Formam corporis mortui, quantumcunque difformis alteratio præcedat, & ab alio, & alio Agente, semper sequitur idem terminus. *ibidem*.

Formam mixtionis informare, absque anima intellectiua, non est contradictio. & per consequens hoc non est miraculum. 4. D.11. Q.3. §. *Alij concedentes*. ỳ. *Contra secundum additum*. S. 39.

Forma mixti, & anima intellectiua si sint duo actus, & neuter potentialis respectu alterius, sic, quòd neutet est ratio recipiendi alterum, vt volunt aliqui; sequitur quòd non sit per se vnum ex eis: & licet eadem materia recipiat eas, hoc nihil ad B. quia per se vnitas alicuius entis est, secundùm Philosophum. 7. Meta. cap. penultimo. &. 8. cap. vlt. ex actu, non ex potentia. 4. D. 11. Q.3. §. *Alij concedentes*. ỳ. *Contra tertium additum*. T.39.

Formam mixti, seu corporeitatis substantialem ponere in viuentibus vltra formam specificam, non destruit distinctionem inter formam substantialem, & accidentalem; nec in se, quod enim hæc forma sit substantiales, & illa alia accidentalis, est in se immediata, quia scilicet, hæc est hic, & illa est illa: nec quantù ad cognitionem nostram, per media illa, per quæ possumus cognoscere distinctionem istam, sicut à posteriori: nec mirum si distinguendo hanc formam, secundùm intellectum nostrum, oportet vti posterioribus hac forma, & illa; quia nec alio modo cognoscimus quasi in aliquo formas substantiales, nisi à posterioribus. 4. D.11. Q.3. §. *Alij concedentes*. ỳ. *Respondeo; aut tu quæris*. A 2.45.

Forma qualibet vitæ est excellentior simpliciter quaecunque forma mixtionis: & ita quodcunque inducens formam vitæ oportet esse perfectius se ipso, vel alio, vt præcisè induceret formam mixtionis: & ita licet ab eodem generetur corpus mixtum in planta, vel bruto, & inducatur anima; tamen ibi idem est quasi duo agentia, quia habeat in se rationem perfectionis, & imperfectionis Agentis. *ibidem*. ỳ. *Ratio, quam facit*. A 2.45.

Forma animæ non manente, corpus manet; & ideo vniuersaliter in quolibet animato necesse est ponere illam formam, qua corpus est corpus, aliam ab illa, qua est animatum: & hoc non loquendo de illa forma, quæ est corpus, hoc est, indiuiduum corporis, quod est genus; nam quodcunque indiuiduum sua forma taliter est corpus, vt corpus est genus, habens corporeitatem: Sed loquendo de corpore, vt est altera pars compositi; per hoc enim non est indiuiduum, nec species in genere corporis, nec in genere substantiæ, quod est superius, sed tantummodo per reductionem. 4. D.11. Q.3. §. *Ad rationes*. ỳ. *Ad quartam dico*. G g. 54.

Forma mixtionis, seu corporeitas, recedente forma intellectiua, non manet in *esse* perfecto, & quieto; quia qualitates consequentes eam tunc sunt corruptæ secundùm gradum, secundùm quę consequuntur eam in *esse* perfecto, & quieto. *ibidem*. ỳ. *Respondeo; aliquæ qualitates*. H b. 55.

Forma mixtionis non est dispositio necessaria, vel necessitans ad animam intellectiuā: Et licet statim sequatur eam intellectiua in generatione, hoc non est propter necessitatem inter eas, sed quia Agens Superius habet passum proportionatum compositum, quia ex materia, & forma mixtionis: Et quando habet passum proportionatum compositum, statim in illud induceret illam, cuius est capax. *ibidem*. Hb.56.

Forma mixti, seu corporeitatis corporis Christi est formalis terminus cōuersionis, siuè forma termini cōuersionis panis in corpus Christi in Eucharistia, & manet eadē, siuè anima vniatur illi, siuè nō vniatur; quia hæc prior est naturaliter, saltē in informando, ipsa anima, & in triduo mansit, anima non manente ibi: & in triduo fuisset eadem res huius Sacramenti, si Sacramentum tunc mansisset, quia in illo triduo forma corporeitatis non fuit separata à materia

Forma vt eſt mixti, ſeu corporeitatis.

materia ſua in Chriſto; & per conſequens nec ſeparata à materia ſua, vt in Euchariſtia. 4.D.11.Q.3.§. *Ad rationes*. ℣. *Quantum ergo*. Kk.57.

Forma mixti, ſeu corporeitatis interrumpitur ſecundum *eſſe*; & tamen reducitur eadem. 4.D.43.Qu.1.§. *De primo*. ℣. *Præterea: probatum*. B.7.

Forma corporeitatis eſt diſpoſitio, neceſſitans ad animam ſecundùm quid; non quòd ex iſta, vel virtute eius ſequatur animatio; ſed quia, ipſa poſita, Agens, neceſſitate conditionata ſuæ diſpoſitionis inducit formam, ad quam eſt. 4. Diſtinct. 43. Quæſt. 1. ∫. *De tertio*. ℣. *Ad illud*. P.22.

Forma corporeitatis, ex quo eſt diſpoſitio neceſſitans ad animam, non abſolutè, ſed ex neceſſitate Agentis; non ſimpliciter, ſed ex dipoſitione ſua, ſtatim, forma corporis inducta, inducitur ab ipſo forma, quæ eſt anima, & non ex neceſſitate materiæ. 4.D.43.Q.5.§. *De tertio*. ℣. *Dico etiam ſecundo*. G.8.

Forma reſpectu totius, ſeu compoſiti.

Forma naturalis ſicut non tollit à toto naturali, quin ita ſit totum ſemper diuiſibile per quantitatem, ſicut quantitas eſſet, ſi ſola eſſet; ita etiam non tollit, quin quodlibet diuiſum poſſet per ſe eſſe, quantum eſt ex ſe, & ex parte ſui; ſicut poſſet quælibet pars quantitatiua, in quam diuideretur quantum. 2.D.2.Q.9.§. *Ad argumenta quæſtionis*. ℣. *Sed contra illam reſponſionem*. F.19.

Forma eſt ſimpliciter prior compoſito. 7. Meta. Tex. 2. Vnde ſi quantitas eſt forma primæ ſubſtantiæ, ipſa erit prior primà ſubſtantia in eſſendo. 2. Diſtinction. 3. Quæſt. 4. ∫. *Contra iſtam concluſionem*. ℣. *Præterea, forma*. ſub B.6.

Forma alia præter formam partis (cuiuſmodi eſt in homine anima intellectiua, quaſi ſuperueniens illi) quæ ſit etiam aliquid ipſius totius, & tamen dicatur forma totius, diſtinguendo eam contra formam partis, quia completius conſtituat totum, quàm illa alia forma, non eſt ponenda in toto, quia tunc eſſet in homine aliqua forma conſtituens hominem, perfectior anima intellectiua, quod eſt inconueniens. 3.D.2.Q.2. ∫. *Quantum ad tertium*. E.9.

Formam aliam à forma partis ponere in toto, ſi innitatur rationi, acceptæ ex vnitate totius, putà quia materia, & forma, quæ eſt pars, non fieret vnum, niſi per aliquam aliam formam, vnientem illas partes, quæ ſit forma totius: iſta ratio concluderet proceſſum in infinitum; quia etiam de ipſa quæreretur quomodo faciat vnum cum materia, & forma partis? ſi ex ſe, ita poteſt concedi de forma partis, quod ex ſe ſit nata facere vnum cum materia: Si per alud, erit proceſſus in infinitum. 3. Diſtinct. 2. Quæſtion. 2. ∫. *Quantum ad tertium*. ℣. *Similiter ſi*. E.9.

Formam aliquam aliam (vltra formam, quæ perficit materiam vltimatè) quaſi perficientem tàm materiam, quàm formam, non eſt neceſſe ponere in toto. *ibidem*. ℣. *Ideo dico*. E.9.

Forma totius ſi intelligatur non aliquid conſtituens totum, ſed ipſa natura tota, vt quidditas: hoc modo concedi benè poteſt quod forma totius ſit alia à forma partis. Et quod natura, vel quidditas poſſet dici forma, patet ex Philoſopho. 5. Meta. cap. de cauſa, Tex. 2. 3. D. 2. Quæſt. 2. §. *Quantum ad ſecundum*. ℣. *Si tamen intelligatur*. E.9.

Forma totius alia à forma partis eſt forma reſpectu totius compoſiti, non quidem forma informans, ſed forma, qua compoſitum eſt ens quiddicatiuè: Et hoc modo totum eſt ens, & formaliter forma totius, ſicut album dicitur album albedine: non quidem quod forma totius ſit quaſi cauſa ipſius totius cum materia, & forma partiali, cauſans quaſi totum, ſed ipſum totum præcisè conſideratum ſecundùm illum modum, quo loquitur Auicenna. 5. Meta. cap. 1. Equinitas eſt tantùm equinitas. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo, & dico*. E.9.

Formam eſſe in materia eſt compoſitum habere eſſe: quia ſi non; aut ergo eſſe ſequitur naturaliter ipſum compoſitum, quod eſt terminus generationis; aut præcedet naturaliter: Si præcedet, ergo priùs eſt eſſe compoſiti, quàm ipſum compoſitum, quod non eſt intelligibile: ſi ſequatur; ergo, ſine contradictione, poſſet compoſitum produci ab Agente, abſque hoc, quod Deus daret illi compoſito eſſe; imò ſimpliciter poſſet Deus non dare eſſe illi compoſito producto, cùm non agat extra ſe, niſi contingenter. 4. Diſtinction. 1. Quæſt. 1. ∫. *Sed iſtæ rationes*. B.7.

Forma prima (in hypotheſi de pluralitate formarum) quantumcunque ponatur manere, ſecundum rei veritatem, in generato, & corrupto; tamen non manet totum idem, loquendo de toto etiam vt dicitur integrum ex partibus, facientibus vnum per ſe de genere ſubſtantiæ; quia totum ſimpliciter præcedens corruptionem includebat formam vltimam ſpecificam; illud autem non manet in termino generationis, ſed tantum pars eius: & conſequenter illa authoritas Philoſophi. 1. Generat. Tex. 10. quòd ſcilicet generatio ſit *tranſmutatio totius in totum*, non facit contra pluralitatem formarum. 4.D.11.Q.1. ∫. *De primo*. ℣. *Per hoc patet*. B 2.

Forma vna, qua formale *eſſe* totius compoſiti eſt, principaliter eſt, qua totum compoſitum eſt hoc ens; & eſt vltima, adueniens omnibus præcedentibus. 4 D.11.Qu.3.§. *Ad rationes*. ℣. *Si tamen omninò*. Bb.46.

Formas plures non repugnant includi in toto compoſito [ſubſtantiali] non tanquam ſpecificè conſtituentes illud compoſitum, ſed tanquam quædam incluſa in potentiali iſtius compoſiti. *ibidem*.

Forma totius eſt quidditas rei: (includens vtramque partem eſſentialem ipſius totius (materiam ſcilicet, & formam, quæ eſt altera pars compoſiti), & illa (ſcilicet forma totius) non eſt aliud realiter ab ipſo toto: quod ſi ſic fortè ſit aliud, tantùm eſt aliud in modo intelligendi; & tantùm iſto modo poſſunt differre *quod*, & *quo*, reſpectu actionis, quando *quo* eſt *quo* totale, quod ſemper eſt ad minus, quando ipſum *quo* nulli alij ineſt, & fortè etiam, quando alij ineſt; quia tunc ſubiectum nullam cauſalitatem habet propriam reſpectu actionis; Sed tamen tunc denominatur ab illa actione denominatione remota, quia denominatur à principio *quo* illius actionis. 4. Diſt. 12 Quæſt. 3.§. *Ad principales rationes*. ℣. *Reſpondeo, forma*. Bb.36.

Forma ſubſtantialis eſt talis actus, qui eſt natus conſtituere per ſe vnum cum ſuo perfectibili per ſe: non poteſt autem conſtituere vnum per ſe cum aliquo de genere quantitatis. 4. Diſtinction. 12. quæſt. 6. §. *Tertia opinio*. ℣. *Item tertio*. A 8.

Forma ſubſtantialis eſt in homine, alia ab anima intellectiua; & per conſequens, cùm cuiuslibet formæ ſit dare eſſe, in anima intellectiua non eſt totale eſſe compoſiti. 4. Diſtinct. 43. Quæſt. 1.§. *De primo*. ℣. *Præterea, probatum eſt*. B.7.

Forma cuiuſcunque totius, quæ non eſt nata eſſe per ſe: *vel ſic:* Cuiuſcunque totius forma non eſt nata eſſe per ſe, eius totius poteſt eſſe aliqua operatio propria, quæ non poteſt eſſe formæ ſuæ: Per oppoſitum autem, cuius forma ſpecifica nata eſt per ſe eſſe, illius totius non poteſt eſſe aliqua operatio perfecta, quæ non poſſit eſſe formæ, vt operantis; quia operatio perfectiſſima non poteſt ineſſe, niſi inſit ſecundùm formam perfectiſſimam: & non poteſt eſſe ſecundùm formam poſſibilem per ſe eſſe, niſi poſſit illi per ſe ineſſe; quia illud erit per ſe immediatum receptiuum: & ita, ſi per ſe eſt, per ſe poteſt recipere. 4. Diſt. 45. Quæſt. 1.§. *Alia opinio*. ℣. *Ad quartum*. G.8.

Forma aliqua vbicunque eſt: *vel ſic*: Vbicunque eſt aliqua forma, oportet dare prædicationem formalem de toto, quæ eſt per ſe primo modo: Etiam in creaturis oportet dare communiter prædicationem formalem de toto, quæ ſit propriè denominatiua formæ de ſuſceptiuo. *Quodl*. Qu. 3. ∫. *Reſpondeo ad primum*. ℣. *Reſpondeo, aliqua*. O.14.

Forma ſubſtantialis per ſe ordinatur ad *eſſe* totius; illud autem eſſe eſt actus ſimpliciter: compoſiti quidem per ſe primò, ſed formæ participatiuè, quia pars dicitur *eſſe per ſe* per accidens, hoc eſt *per ſe* participatiuè; totum autem primò. *Quodl*. Q.9.§. *De ſecundo*. ℣. *Prima ratio*. A.4.

Forma. ex.7.Met. Tex.7. *eſt magis ens, quàm compoſitum*: hic non intelligitur *prius*, & *magis* ſecundùm perfectionem,

Forma respectu totius, seu compositi.

sed secundum principalitatem, & independentiam, quia *esse* principij principalioris est independens respectu principiati, & respectu principij minus principalis. *Quodl.* Q. 9. *§. De tertio.* ✠. *Ad ista*. H. 14.

Formæ materiales non manet in suo *esse*, corrupto toto; non quia esse earum non fuerit aliud ab *esse* compositi corrupti; sed quia ipsæ corrumpuntur per accidens: hoc autem est, vel quia Agens corrumpens per principium suum actiuum, contrarium illis attingat illas, vt contraria: vel saltem attingit compositum, corrumpendo ipsum, Et formæ tales sunt inseparabiles à composito in essendo: neutrom autem istorum verum est de anima intellectiua. *Quodl.* Quæst. 9. §. *De tertio*. ✠. *Ad aliud: habens*. K. 16.

Formæ, & totius non est idem *esse* omninò, accipiendo *esse* pro illo, quo primò formaliter aliquid recedit à non *esse*; Sed accipiendo *esse* pro vltimo actu, cui scilicet non aduenit aliquid aliud, dans *esse* simpliciter, vtriusque est idem *esse*: sed illud non est vtriusque eodem modo, sed totius primò, & partis participatiuè. *ibidem*. ✠. *Per eandem*. L. 17.

Forma quo ad susceptiuum, seu receptiuum,

Formæ [immediatè] oppositæ sic se habent, quòd si susceptiuum habet vnam, caret alia; & è conuerso: aliàs esset cõtradictio si formæ consequerentur susceptiuum de necessitate, & tamen posset esse sine eis. 2. D. 12. Q. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad tertium dico*. F. 6.

Forma, contra quam inclinatur receptiuum, licet non inducatur, nisi per Agens per se violentans passum; tamen per se ratio violenti est ex habitudine passi ad formam, quia passo, & forma manentibus in sua ratione, putà quòd forma sit receptibilis, tamen contra inclinationem passi; quomodocunqoe varietur Agens, passum violenter recipit; Quod etiam apparet, quia non tantùm in induci, sed etiam in permanere dicitur quod aliqua forma violenter permanet in passo; & diù; Aliquid aotem naturaliter, ita quòd, circomscribendo Agens, quod scilicet non habet actionem post inductionem formæ, ibi est naturalitas, vel violentia, præcisè comparando formam ad receptiuum. 4. Distinct. 43. Quæst. 4. *§. Intelligendum*. ✠. *Respondeo*. D. 4.

Formæ omnes eiusdem susceptiui proximi sunt eiusdem generis physici ex. 5. & 10. Met. Tex. 22. omnes verò tales sunt contrariæ, vel mediæ, vt habetur in eodem decimo; Omnes autem huiosmodi non prohibent actionem mutuam, imo sunt principia actionis mutuæ. 4. D. 49. Qu. 13. §. *Respondeo*. ✠. *Hoc etiam probatur*. C. 7.

Formà quatenus subiectum.

Forma simplex subiectum esse non potest accidentis, sed benè considerationis. *Prol.* Q. 3. *§. Ad primum argumentum primæ quæstionis*. R. 18.

Forma, potà caloris, sicut vnius indiuidui, nempè gradus, non est subiectum, ita nec alterius, & per consequens nec mutabilis de vno ad aliud. 1. D. 17. Q. 3. *§. Ad quæstionem igitur*. ✠. *Ad argumentum in oppositum*. Tr. 9.

Forma nulla, vt vult Boetius. lib. de Trin. potest esse subiectum accidentis, quia forma dicitur in quid de quocunque alio. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem ergo*. ✠. *Vlterius declarando*. H. 13.

Forma simplex subiectum esse non potest, ex. Boet. lib. de Trin. cap. 1. potest dici quòd Boetius loquitut de forma, quæ est pura forma, idest porus actus, sicut applicat ibi de Deo: & verum est quòd forma, quæ non est nata perficere aliquod potentiale, non est nata recipere accidens: & ita est de essentia Diuina. 4. D. 12. Q. 5. §. *Ad rationes*. ✠. *Ad secundam*. B. 5.

Forma quo ad visionem.

Forma aliqua non est necessariò prius recepta in intellectu, ad hoc, vt visio recipiatur in eo, inquantum intellectus habet rationem receptiui respectu visionis. 3. Distin. 14. Quæst. 3. §. *In prima quæstione*. ✠. *Quantum ad secundum*. A. 2.

Forma alia à visione, posita in intellectu, priosquam in eo recipiatur visio, non est obiectum præsens, nisi absolutè voluntariè se repræsentet; quia illa forma non potest esse necessaria ratio, qua obiectum sit præsens, vt visum, quia si vult, videtur; Si non vult, non videtor: illa etiam non posita, potest obiectum voluntariè se repræsentare intellectui, & hoc, actu causando visionem in intellectu. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ✠. *Quantum ad secundum*. A. 2.

Forma aliqua, si esset necessariò intellectui prior ipsa visione, vt in ea ipsa visio recipiatur, & hoc in genere causæ efficientis; sequeretur quòd sine tali forma posset visio inesse intellectui; quicquid enim potest Deus per causam efficientem mediam, potest etiam immediatè: & hoc in quocunque, quod est receptiuum illius: nec posset talis forma esse necessaria ad visionem recipiendam, in ratione causæ materialis, vt proprium receptiuum, sicut superficies in substantia se habet ad colorem, ea eo quòd sit propria ratio receptiua coloris; quia tunc intellectus, vt est aliquid animæ, esset beatus in illa forma. 3. D. 14. Qu. 2. §. *In prima quæstione*. ✠. *Præterea, si aliqua*. A. 2.

Forma aliqua, si esset intellectui necessaria ad recipiendam visionem, vt ea prior, in ratione causæ materialia, esset illa perfectissima forma, cuius est capax intellectus, quia intellectos ex se non posset alias recipere, nisi per istam: & ita intellectus, vt est aliquid animæ, quietaretur naturaliter, priusquam sibi inesset visio, quod est impossibile. *ibidem*.

Forma si poneretur necessaria ad recipiendam visionem, in ratione causæ materialia, si per se esset, per se posset recipere visionem; & ita per se ea istens posset beatificari visione, & per consequens etiam modo immediatè beatificaretur: & etiam sequeretur quòd intellectus non beatificaretur modò, nisi per accidens; sicut substantia, quantùm ad potentiam passiuam eius, quietaretur per accidens per colorem, possibilem inesse superficiei. 3. D. 14. Q. 2. §. *In prima quæstione*. ✠. *Præterea, si aliqua*. A. 2.

Forma quo ad beatitudinem.

Forma, siuè perfectio secunda quæcunque in creatura, quæ tamen est perfectio absoluta, sine contradictione potest esse sine relatione coniunctionis ad obiectum beatificum: si tamen sic ponatur talis ratio beatitudinis intrinsecæ, quod non posset esse sine coniunctione; sequitur quòd beatitudo vel sit relatio, vel includit absolutum, & relationem. 4. D. 49. Q. 1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum*. D d. 29.

Forma aliqua non potest poni in Beato solùm ad decorem, & pulchritudinem, & quæ non ordinetur ad actionem; & per consequens, cùm nihil requiratur propter receptionẽ beatitudinis; sequitur quòd si sit aliqua forma supernaturalis, & spiritualis in anima Beati, prior operationibus, qoòd illa requiritur propter operationem eliciendam. 4. Dist. 49. Quæst. 11. §. *Respondeo ergo*. ✠. *Ex hoc sequitur*. G. 9.

Forma vt est Sacramentum.

Forma Sacramenti, propriè loquendo de forma, prout est altera pars compositi, est ipsa relatio signi, qua formaliter est tale Sacramentum, & materia est totum fundamentum illius relationis. 4. D. 3. Qu. 2. §. *Hic primò videndum*. A. 3.

Forma Baptismi (loquendo de forma necessaria Ministro) qua vtitur Ecclesia Romana, idest, *Ego te baptizo* &c. quantum ad aliqua verba non principalia in forma, scilicet illa, quibus exprimitur suscipiens, & actus, siuè Minister, Ecclesia Græca quandoque non voluit seruare, cuius causam tangit Apostolos. 1. Corinth. 1. *Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit; Ego quidem sum Pauli* &c. Gloriabantur enim de ministris baptizantibus, quasi eis ascriberetur Baptismus, & redarguit eos, & istam eorum contentionem dicent,

Diui-

Forma vt est Sacramentum.

Diuisus est Christus ; Et propter hoc ortum fuit inter eos schisma, & ordinatum fuit inter eos, ad illud schisma tollendum, ne Minister exprimeretur in propria persona ; nec actus in indicatiuo modo, sed optatiuo ; quia Minister non significatur esse actor Baptismi, sed tantùm Minister, desiderans, & orans effectum Baptismi conferendum à Deo : & suscipiens non exprimeretur in secunda persona, sed in tertia (sic baptizetur seruus Christi), quasi non præcisè reciperet, quod recipit ab aliquo sermone sibi dirigente ; Veruntamen melius potuisset suscipiens fuisse sic expressus, quàm per hoc, *Seruus Christi &c.* scilicet nomine proprio ; Non enim iam seruus Christi baptizatur, sed baptizatur vt sit seruus Christi, loquendo de seruitio Spirituali, quo Christianus est seruus Christi. 4. D.3. Q.2. §. *De secundo*. C.6.

Forma, qua vtuntur Græci in Baptismo (*baptizetur Seruus Christi &c.*) potest dici, quòd, quamdiù tolerata fuit ab Ecclesia Romana, licita fuit eis : Et pro tempore, pro quo instituta fuit, durante causa (institutionis scilicet, ad euitandum schisma) ; sed cessante illa causa, rationabiliter potuit forma communis fuisse eis imposita. *ibidem*. D.6.

Forma Baptismi continet verba, principaliter pertinentia ad eam : aliqua autem non principaliter pertinent, quia exprimunt Ministrum, actum, & suscipientem ; Ministrum enim non est simpliciter necessarium aliquo verbo exprimi, neque pronomine alicuius personæ, quia non est in verbis Christi : Matth. vlt. 4. D.3. Q.2. §. *Tertio de forma*. E.7.

Formam Baptismi varians secundum quamcunque quatuor variationum, scilicet : aut secundùm substantiam, alia verba ponendo pro istis, vel aliud verbum pro isto : aut secundùm quantitatem apponendo, vel subtrahendo, & si apponendo, vel anteponendo, vel postponendo, vel interponendo : aut secundùm qualitatem, scilicet auferendo aliquam requisitam terminationem ad congruam loquutionem : vel secundùm *vbi*, transponendo ; De quacunque, inquam, istarum variationum, dicendum, quòd si varians intendit vti verbis, quibus vtitur, tanquam forma Ecclesiæ præcisè, non baptizat, quia deficit sibi intentio vtendi verbis, quibus vtitur, tanquam forma Ecclesiæ ; intendit enim vti illis verbis aliqualiter variatis, tanquam forma præcisa Baptismi. *ibidem*. ℣. *Ad cuius intellectum*. F.7.

Forma [Sacramenti] tradita communiter semper manet forma, nisi per formæ institutorem, pro aliquo tempore, fiat aliqua dispensatio. *ibidem*. ℣. *Sed, an modo esset*. I.10.

Formæ Baptismi, si fiat in ea variatio secundùm quantitatem, ita quòd illi aliquid addatur, repugnans verbis principalibus formæ ; sic dicendo : *In nomine Patris maioris, & Filij minoris* : vel diminuens verba illa : v.g. Si præmittatur, vel distinguatur, vel interponatur aliqua conditio, quæ non existat, v.g. *Si ego sum omnipotens, ego te baptizo* : vel si sit aliqua oratio disiunctiua, contra rationem formæ, quia disiunctiua non ponit determinatè alteram partem, & eodem modo de similibus. Formæ, inquam, Baptismi si his modis addatur aliquid, vel diminuatur verbis principalibus, nihil fit : similiter si anteponitur, vel post ponitur aliquid non repugnans, fit : si aliter, non. 4. D.3. Q.2. §. *De secunda variatione*. M.11.

Forma Baptismi non manet ex interpositione verborum, non pertinentium ad eam, ita quòd, esto interpositio talis non sit alicuius distrahentis, vel repugnantis, si tamen interrumpat vnitatem debitam formæ, non manet forma ; Quando autem talis vnitas necessaria interrumpitur, indicatur ex alijs actibus humanis : Quando enim ex communi loquela, ex interpositione impertinentis, non iudicatur, quin posset prior sermo continuari, consimiliter nec debet in proposito iudicari : vt potè si quis inciperet orationem (scilicet formam) & diceret, *tacete*, vel *recedite*, non propter hoc esset necessarium incipere orationem ; sed, non obstante tali interruptione, posset eamdem continuare, & complere. *ibidem*. ℣. *De interpositione*. M.11.

Forma Sacramenti non consistit tantùm in significatione

Forma vt est Sacramentum.

incomplexorum, sed in significatione totius orationis. 4. D.3. Q.2. *Ad vltimum principale*. R.15.

Forma Baptismi Græcorum, dicentium, *baptizetur* &c. significat ablutionem fieri per ipsum proferentem illa verba, quia non est tantùm deprecatio, sed etiam quædam efficax operatio, vt sit sensus, *per istum actum meum circa istum*, baptizetur ille. 4. D.6. Qu.2. §. *De secundo*. E.5.

Forma Baptismi, qua vtitur vnus, simul baptizans plures, scilicet, *Ego baptizo vos*, non est simpliciter vna, quia ly *vos* includit in se singulare pluries geminatum. 4. Dist.6. Quæst.2. ∫. *De tertio*. ℣. *Et tunc ad argumentum* G.6.

Forma Sacramenti Confirmationis est talis ; *Signo, vel consigno te signo Crucis, confirmo te chrismate salutis, vel sanctificationis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. 4. Dist.7. Quæst.1. §. *Circa istam*. ℣. *Hic patet*. B.2.

Forma consecrationis Sacramenti Eucharistiæ est vna, vnitate integritatis ; sed tamen constituens in se plures formas partiales ; Distinctio autem istarum formarum partialium patet, quia vna est efficax sine alia, quod manifestum est, alioquin enim fideles Corpus adorantes, ante consecrationem sanguinis, essent idolatræ, quod falsum est. 4. D.8. Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *De primo*. A.3.

Forma nostra consecrationis Calicis sine dubio est certa, secundùm auctoritatem Innocentij Tertij. Extra. De celebratione Missarum cap. cùm Martha. §. Ex eo credimus, dicentis, *formam verborum, sicut in Canone scribitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperunt successores* ; quia multa tradita sunt ab Ecclesia Apostolis, quæ tamen non sic scripta sunt in Euangelijs : Nec obstat de Euangelistis (quorum nullus formam, qua vtimur, recitat) quia intendebant narrare rem gestam, non autem tradere formam consecrandi. 4. Distinct.8. Quæst.2. ∫. *De secundo, dico*. ℣. *Respondeo, non dubito*. B.6.

Forma Græcorum in consecratione sanguinis est ista, *Hic est Sanguis &c.* de qua Ecclesia non dicit eos non conficere ; Vnde dicunt aliqui quòd forma eorum, & forma nostra, & quæcunque scripta in Euangelijs, sufficiens est ad consecrationem ; tamen in Ecclesia Romana est, de necessitate Ministri, vti forma, qua vtimur. 4. D.8. Q.2. ∫. *De secundo, dico*. ℣. *Respondeo, non dubito*. B.6.

Forma alia quòd vtatur auctor (sacramentorum, & ipsius formæ) & ministri, quibus committit formam, non est probabile : *Vel* : Non est probabile quòd alia forma vtatur auctor, & ministri, quibus committit formam. 4. Distinct.8 Quæst.2. §. *De tertio articulo*. ℣. *Sed contra*. F.11.

Forma Sacramenti Matrimonij est vna, vnitate integritatis, non vnitate indiuisibilitatis. 4. D.26. Q.Vn. §. *Ad solutionem*. ℣. *Ex hoc patet*. L.15.

Forma prout est Cœli.

Forma substantialis nulla est in corpore cælesti imperfectior forma elementari. 2. D.13. Q.Vn. §. *Hic tria sunt*. ℣. *De primo*. A 2.

Formam substantialem corporis cælestis probabile est consequi aliquam formam actiuam, sicut formas substantiales generabilium, & corruptibilium consequuntur qualitates actiuæ ; Non est autem qualitas alia, consequens formam substantialem corporis cœlestis, quàm lux. *ibidem*.

Forma Cœli non dat materiæ actum oppositum priuationi cuiuscunque formæ alterius à se, puta forma ignis ; quia non continet virtualiter omnes formas, quia non animam intellectiuam ; & ideo priuatio aliarum formarum est in materia, informata forma Cœli. 2. D.14. Q.1. §. *Respondeo, alia videtur*. ℣. *Contra : nulla*. B.3.

Forma Cœli non potest produci, nisi à solo Deo ; & tamen nō dicitur creati ; quia Deus non alia productione producit formā Cæli, quàm totū Cælum ; & ideo non priùs natura fuit forma Cæli terminus creationis, quàm Cæli : ita dicerent Philosophi quòd, passo existente disposito, crearet,

Forma prout est Cœli.

& produceret Deus animam [intellectiuam] de necessitate, 000 creatione, quæ terminaretur ad formam, sed ad compositum; Vnde non concederetur, animam creari. 2.D.17. Quæst. Vn. §. *Dimissa opinione*. ℣. *Quicquid sit*. A. 3.

Forma Cœli ita continet alias inferiores, quòd non potest per aliquod Agens naturale expelli. 4.D.49.Qu.6. ∫. *Hic duo*. ℣. *Ad secundum*. C. 7.

Forma vt est elementaris.

Forma elementaria substantialis potest, secundùm Commentatorem, intendi, & remitti; nam talem dicit esse mediam inter substantialem, & accidentalem: de quo nihil decidit ibi Doctor. 2.D.15.Qu. Vn. ∫. *Hic est vna opinio*. ℣. *Ad aliam*. n. 4.

Formaa substantiales elementarea necessariò intendi ad intensionem qualitatum, vel remitti ad remissionem, non concludit ratio Commentatoris de parte, & toto. *ibidem*. ℣. *Quod autem*. n. 4.

Forma elementi, & forma mixti habent sufficieotem entitatem, vt voa sit terminus vnius generationis, & alia alterius: vel vt hæc sit terminus *à quo* corruptionis, & illa termious *ad quem* generationis: & ita sicut nihil potest esse simul sub forma aeris, & ignia, sic nec subistia, & mixti. 2.D.15.Q.Vn. §. *Dico ergo ad quæstionem*. A. 5.

Forma elementaris nata est eum materia constituere suppositum per se subsistens in genere substantiæ: & ita si sint plures formæ elementares in mixto, quælibet constituet suppositum: & sic in omni mixto essent plura supposita, quia ibi erit suppositum aquæ, & suppositum ignis, quorum quodlibet natum est per se subsistere, quod est inconueniens. *ibidem*. ℣. *Item forma*. A. 5.

Forma elementi, quantumcunque remissa, cum materia constituit substantiam compositam. *ibidem*. ℣. *Item omnem*. A. 5.

Forma prout est carnis.

Forma carnia non respicit materiam indiuisibiliter, quia tuoc esset simplex, sicut anima intellectiua, quod non conceditur: & per consequens, cùm materiam alio modo extensam (per nutritionem scilicet, & augmentationem) quia multo maiorem, quàm antea perficiat, oportet, quòd illa (scilicet forma carnia) sit aliter extensa [quàm ante]; & tunc cùm partes eius priores maneant, oportet, quod aliqoa para formæ sit noua; alioqoin non esset extensior nunc, quàm priùs. 4.D.44.Q.1.§. *Circa istam quæstionem*. ℣. *Contra istam opinionem*. B. 6.

Forma carnis, quæ in nutritione, quæ est generatio talis, qualia, inducitur in materiam nutrimenti, noua est, quia forma [carnia] præexistens [in nutrimento] non posset de nouo perficere illam materiam, quia hoc non competit nisi formæ omninò inextensæ, sicut exemplificatur de intellectiua; quælibet enim extensa per accidens habet partem aliam in alia, & alia parte materiæ: & ita si noua materia perficitur, non perficitur per aliquam partem, quæ priùs perficit aliam materiam. 4.D.44.Q.1. ∫. *Quantum ergo*. ℣. *Secunda conclusio*. D. 7.

Forma carnia si poneretur recipere magis, & minus; impuritas carnis priùs existentia, vel posteriùs aduenientia per nutritionem, esset propter remissionem formæ substantialis. Potest tamen poni præcisè propter imperfectionem qualitatum naturalium consequentium formam, quæ sunt principium alterandi nutrimentum, quod quantò imperfectius alteratur, tantò ex eo caro impurior generabitur. *ibidem*. ℣. *Tertia conclusio*. E. 8.

Forma prout est terminus adæquatus potentiæ actiuæ matris.

Forma nulla partialis est terminua adæquatoa potentiæ actiuæ matris io formatione corporis organici, aliàs non posset in formam totius; Vnde cùm omnes formæ partiales (supposita pluralitate formarum partialium heterogenearum in corpore organico) includantur in toto (in forma scilicet totali organica) quod est terminus adæquatus; Maria Virgo, in formatione Corporis Christi, habeos virtutem actiuam partialem, minus principalem respectu totius formæ organicæ, posset, tanquam causa minus principalis actiua, cum Spiritu Sancto, tanquam causa partiali principaliori, in omoes illas simul. 3.D.4.Q.*Vnica*.§. *Potest dici*. ℣. *Contra: actiuum non habens*. C. 9.

Forma quo ad habere ipsam, & esse in eodem.

Formæ plures similes sub gradu imperfecto non repugnant [in eodem subiecto], sicut repugnarent sub esse perfecto: patet de frigido, & calido, & tepido. 2.D.18. Qu. *Vnica. Ad argumenta*. ℣. *Ad illud*. M. 12.

Formam aliquid non posse recipere formaliter, si causa præcisa esset: *vel melius*: Si causa præcisa esset, quod aliquid non possit recipere formaliter formam; quia idem habet eamdem formam modo eminentiori; v.g. quòd, scilicet, ideo Sol non potest recipere formaliter calorem, quia habet calorem eminentiori modo, scilicet virtualiter; Tunc oppositum erit causa oppositi, quod scilicet, si non habet [formam] eminentiori modo, vel virtualiter, poterit eam recipere formaliter, vel modo minus eminenti. Cùm ergo Saturnus non sit calidus virtualiter, poterit fieri formaliter calidus, quod est falsum. 2.D.25.Q.*Vnica*. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Respondeo, in talibus*. G. 15.

Formam propriè habere non dicitur aliquid in abstracto, nisi habeat eam, sicut forma sic significata nata est haberi, hoc est tanquam forma; Non enim propriè diceretur habere albedinem, qui haberet eam clausam in bursa, quia non est ille modus perfectus; quia albedo nata est haberi vt forma informans. *Quodl*. Q. 2. ∫. *Ad primum triplex*. ℣. *Quantum ad secundum, videlicet*. Q. 28.

Forma eiusdem speciei non potest simul haberi intensiua, & remissiua; nec duæ formæ, vt contraria, & media possunt simul esse in eodem; Sed tamen duæ formæ disparatæ benè possunt simul esse, & etiam eiusdem generis remoti, sicut calor, & color; quarum tamen vna est nobilior altera. *Quodl*. Quæst. 15. *Ad argumentum principale*. ℣. *Ad primum*. Y. 24.

Formarum impossibilitas in eodem non est, quia vna est eminentior altera, vel eminenter, siuè virtualiter ipsius contentiua; Sed ex aliqua ratione speciali, putà propter contrarietatem, vel vnitatem specificam, vel aliquam aliam talem; Vnde ista propositio, *habens formam nobiliorem non est natũ recipere formam minus nobilem*, vniuersaliter sumpta, falsa est: & licet in multis singularibus videatur esse vera, tamen hoc non est ratione nobilioris formæ, vel nobilioris modi habendi formam, & minus nobilis, sed ex aliqua ratione speciali. *ibidem*. ℣. *Non est igitur*. Y. 24.

Formam aliquam, vt intellectionem, si aliquid haberet eminenter sic, quòd infinitè virtualiter; non esset capax eius formaliter, quia infinitas excludit omnem potentialitatem; Sed quando forma illa virtualiter, sed finitè habetur, benè potest aliqua perfectio, licet secundùm quid, & accidentalis, addi subiecto per hoc, quòd illam recipit formaliter. *Quodl*. Quæst. 15. *Ad argumentum principale*. ℣. *Non est igitur*. A a. 24.

Forma quo ad respectum, & vbi.

Formæ absolutæ ad qoidditatem, *siuè* Ad quidditatem formæ absolutæ noo pertinet essentialiter aliquis respectus; quia tunc illa quidditas esset ad se, & non esset ad se. 4. Dist. 6. Quæst. 10. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra istud*. A. 7.

Forma, quæ per se est in genere absolutò, quod essentialiter includat respectum aliquem; nunquam hoc sensit Aristoteles. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Dico ergo*. F. 14.

Forma omnis, determinans ad *vbi*, determinat ad determinatum *vbi*, vt ad *vbi*, ad quod determinat elementum, prædominans in mixto. 4.D.49.Q.14.§. *Respondeo hic sunt*. ℣. *Præterea, si aliqua*. G. 10.

Formam

Forma quo ad respectum, & vbi.

Formam potest Deus dare corpori, per quam sit cum alio corpore simul in eodem loco; si intelligatur per formam respectus quidam extrinsecus ad aliud corpus; qui respectus est simultas; est verum; si autem intelligatur, quòd det sibi formam priorem, quæ sit causa simultatis; est falsum. 4. Dist. 49. Qu. 16. *§. Alius est.* ✠. *Ad aliud, quando.* E. 15.

Forma naturalis actiua, licet habeat respectum quendam ad productum, qui respectus significatur per nomen principij, vel potentiæ; tamen illud, quod dicitur esse principium, vel potentia, tanquam substractum huic respectui, est aliqua forma absoluta; quia non minus formale principium actionis, vel motus est aliquod absolutum, quàm terminus. *Quodl.* Q. 8. §. *Ad ista.* ✠. *Ad tertiam probationem.* G. 13.

Formæ priores ipso *vbi* non variantur propter variationem ipsius *vbi*, quia propter variationem posteriora non variatur prius. *Quodl.* Q. 10. §. *Ad ista.* ✠. *Prima est.* K. 16.

Forma substantialis [corporis existentis in duobus locis] si virtute alicuius Agentis circa istud in vno loco separetur à materia simpliciter, nusquam esset vnita eidem materiæ, vt diceretur de corpore Christi, quando fuit mortuum in Cruce, non fuit viuum in Eucharistia. *Quodl.* Q. 10. §. *Ad ista.* ✠. *Istas duas.* K. 18.

Forma quo ad fluxum.

Forma fluens, vel forma, secundum quam est fluxus, est eiusdem rationis cum forma terminante. 1. Distinct. 2. Quæst. 7. §. *Ad primum argumentum.* ✠. *Cum arguitur.* T 30.

Formarum fluxus duplex à Deo, de quibus Auicen. 8. Meta. cap. vlt. intelligitur de fluxu formarum à Deo, inquantum intellectæ sunt: & de fluxu omnis entis, quod est, hoc est rei in vero esse: sicut igitur aliud esse est intellecti, inquantum, intellectum ab esse vero, quod est essentiarum extra animam, ita est fluxus iste, & ille alius, & alius: vtroque fluxu fluit res à Deo. 1. D. 36. Q. Vnica. *§. Per idem.* ✠. *Ad vltimum.* M. 55.

Forma, secundùm quam est naturaliter fluxus, & secundùm quam est fluxus partis post partem, est eadem forma; & secundùm illam vno modo acceptam, est actu motus: & secundùm alium modum acceptam, est actu quies; De ista forma potest dici quòd licet non habeat esse actu variatum, quando est quies, secundum ipsam habet esse variabile: & ideo nunquam mensuratur æuo, quamquam non sit actu variatum; quia æuum requirit in suo mensurato esse inuariabile, cui repugnat successio partis post partem; Si tamen dicatur, omne esse non variatum mensurari æuo, tunc potest concedi, quòd ista forma, quando, secundùm eam, non est actu motus, potest dici mensurari æuo. 2. D. 2. Q. 4. §. *Concedo conclusionem.* ✠. *De ista forma.* B. 9.

Formam secundum quam est naturaliter fluxus, licet non actu variatum, est magis probabile mensurari tempore, quàm æuo; quia ipsa actualiter nunc existens videtur habere instans temporis pro mensura, non autem nunc æui, quod tamen oporteret ponere, ponendo ipsum, inquantum est actualiter sub motu, mensurari *nunc* temporis, & vt est actualiter sub quiete mensurari *nunc* æui. 2. Dist. 2. Quæst. 4. *§. Concedo conclusionem.* ✠. *Sed ista pars.* B. 10.

Formam in fluxu, vel in fieri Deus potest facere sine subiecto, sicut potest eam facere in esse quieto; quia non est de essentia motus, quòd aliquod subiectum aliter se habeat; quia pars quantitatis, v. g., potest succedere parti: ita in non subiecto, sicut in subiecto; Sed hinc non sequitur, quod Agens creatum potest facere formam in fluxu sine subiecto; imò sequitur oppositum, quia non potest facere formam quietam sine subiecto; Causans autem motum effectiuè, causat motum in fluxu. 4. Distinct. 12. Quæstion. 4. *§. Quantum ad istam.* ✠. *Per istud ergo.* D. 18.

Forma in comparatione ad numerum.

Formæ se habent, sicut numeri. 1. D. 2. Q. 2. §. *Conclusionibus tribus.* O. 18.

Formæ. 8. Met. Tex. 10. *comparantur numeris, in quibus quodcunque additum, vel substractum variat speciem in formis*: hic loquitur Philosophus de forma, prout indicat quidditatem, vt patet ex eius verbis; & hoc modo nihil additur formæ, quin variet speciem; vel simpliciter, hoc est de vna specie aliam facit contrariam; vel disparatam: vel secundùm quid, hoc est de non tali specie facit talem speciem, putà si addatur differentia pertinens ad esse quidditatiuum generi, faciet speciem specialissimam, & non præfuit talis species specialissima, sed tantùm præfuit species intermedia. 2. Distinct. 3. Quæst. 7. *§. Ad primum argumentum.* ✠. *Ad probationem.* E. 8.

Formæ se habent sicut numeri. 8. Met. Tex. 10. Intentio Philosophi hic est de formis, id est de speciebus subalternis, vt patet ex prima proprietate numeri, quòd scilicet sicut numerus stat ad indiuisibilia, ita resolutio definitionum stat ad indiuisibilia: ita quòd quidditates istæ sint ordinatæ in vniuerso, sicut numeri sunt ordinati resolubiles in vnitatem: Et sic loquitur de speciebus subalternis, & non de speciebus specialissimis. 2. Distinction. 3. Quæst. 10. *§. Ad argumenta principalia.* ✠. *Ad primum.* H. 17.

Forma quo ad diuersa considerata, & respectu diuersorum.

Forma fluente existente alterius rationis à forma terminante, non oportet, ex distinctione motuum, distinctionem concludere terminorum. 1. Distinction. 2. Quæst. 7. *Ad primum principale quartæ quæstionis.* ✠. *Cùm arguitur tertiò.* T. 30.

Forma remissa, & ipsa augmentata non sunt per se termini huius motus (nempè intensionis cuiuscunque formæ de nouo aduenientis) quia forma remissa non est priuatio, sed positio quædam; non tamen oportet quòd forma, quæ per accidens concomitatur terminum *à quo* per se corrumpatur. 1. D. 17. Q. 3. *aliàs.* 4. §. *Supposito, charitatem.* ✠. *Ad rationem illius* sub Tt. 16. *Additio.*

Forma accidentalis est diuisibilis secundùm gradus; ideo quilibet gradus compatitur alium, & perficitur eo. 1. D. 17. Q. 3. *aliàs* 4. §. *Hic dicitur.* ✠. *Ad aliam confirmationem. In quæstione Additionis.* sub Tt. 16.

Forma non est subiectum mutationis, sed se habet respectu diuersorum graduum eius, sicut species ad duo indiuidua, quæ de nouo habent esse speciei: Vnde non est motus formæ secundum istos gradus, quia non sunt accidentia superaddita naturæ formæ, sed sunt modi intrinseci dicentes certum gradum quantitatis virtualis illius formæ. 1. D. 17. Q. 3. *aliàs* 4. §. *Supposito, charitatem.* ✠. *Ad rationem principalem.* Tt. 16.

Forma non omnis secundùm quam est innouatio, vel variatio, mensuratur tempore, vel instanti temporis, sed solùm illa, secundùm quam mutabile aliter se habuit successiuè, quàm nunc se habet indiuisibiliter, hoc est cuius termino, ad quem diuisibiliter habito, necessariò præsupponitur terminus, à quo indiuisibiliter, & in termino habitus est indiuisibiliter: & hoc vel secundum quem fuit motus mensuratus tempore, vel vt necessariò concomitans motum mensuratum tempore. 2. D. 2. Q. 4. §. *Concedo conclusionem.* ✠. *Respondeo, quòd non omnis.* F. 13.

Formæ nihil addit ita, vt eius variet speciem, quicquid est citra naturam in inferioribus, siuè sit proprietas indiuidualis, siuè magis, vel minus, vel quodcunque aliud, quod non respicit naturam, vt est in suo esse quidditatiuo, non aufert, nec addit aliquid substantiæ hoc modo. 2. D. 3. Q. 7. §. *Ad primũ argumentum.* ✠. *Ad probationem.* E. 8.

Formas [substantiales materiales] separatas non oportet, esse spirituales, quia sicut quantitas est forma eiusdem naturæ, quando separatur, & quando est in subiecto: Sic etiam istæ formæ essent eiusdem naturæ, si separarentur, sicut sunt coniunctæ, siuè cùm informant materiam; nec essent intellectuales, quia hoc repugnat eis secundum se. 2. D. 12. Q. 2 *§. Ad primam rationem.* ✠. *Potest dici.* H. 10.

Forma illuminans Luna, lumen est, & non lux, quia non est corpus terminatum in Luna: & tamen est sensibilis, & species lucis. 2 D. 13. Q Vn. §. *Quantum ad tertium.* ✠. *Respondeo: species.* G. 6.

Forma quo ad diuersa considerata, & respectu diuersorum.

Formam per eamdem, per quam res est hæc, per eamdem est receptiua passionis, consequentis naturaliter naturam eiusdem rei; vt patet de risibilitate respectu formæ speciei hominis. 2. D.18. Q.Vn. §. *Contra primum*. ℣. *Ad aliud de diffinitione*. C.6.

Formæ illi, cui natura dedit potentiam vt possit augmentari, dedit ei potentiam augmentatioam actiuam, & effectiuam augmenti; & nutritiuam, ad hoc, quòd possit conseruari. 2. D.25. Q.Vn. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Et si dicar*. E.13.

Formas eiusdem speciei consequuntur potentiæ naturales eiusdem speciei. 3. D.4. Q.Vn. §. *Sed contra istud*. A.3.

Forma qualibet est participatio infiniti; & tamen, ex hoc, non concluditur quòd qualibet talis forma posset esse infinita. 3. D.13. Q.4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum*. ℣. *Ad tertium*. K.13.

Forma, virtualiter continens omnia, repugnat animæ, & Angelo. 3. D.16. Q.2. §. *Ad primum principale dicitur*. ℣. *Ad aliud: concesso*. E.9.

Forma est simplex inuariabili essentia consistens, lib. sex princip. Auctor ille loquitur de illis sex principiis, de quibus determinat; illa autem sunt formæ respectiuæ extrinsecus aduenientes; Vnde hic Auctor non agit de formis absolutis. 4. Dist.12. Quæst.5. §. *Ad rationes*. ℣. *Ad primam*. B.5.

Forma substantialis est essentialis ratio terminandi dependentiam respectu quantitatis; & consequenter non potest ad illam dependere ipsa forma. 4. D.12. Qu.6. §. *Tertia opinio*. ℣. *Item illud*. A.8.

Forma substantialis non potest de potentia dimensionis deduci. *ibidem*. ℣. *Item quomodo*. A.8.

Formæ omnes sub sensitiua sunt factiuæ, non operatiuæ, quia non habent operationes immanentes in eis. 4. Distinct 49. Quæst 8. §. *Secundò videndum*. ℣. *Ex hoc sequitur*. E.6.

Forma aliqua si nata est facere aliquem effectum, effectus oppositus illi effectui opponitur causæ effectus virtualiter. 4. Dist.49. Quæst.12. §. *Respondeo*. ℣. *De impossibilitate*. B.4.

Forma prima, si esset ordo essentialis inter formas, non oportet quòd possit esse immediata forma cuiuscunque informabilis, cuius potest esse immmediata alia forma secunda: & hoc siuè prima forma, & secunda accipiantur ordine generationis, siuè perfectionis; quod habet maiorem euidentiam, si vera sit opinio de pluralitate formarum [substantialium in eodem viuente]. *Quodl*. Q.7. §. *Secundum scilicet*. ℣. *Hoc etiam*. N.21

Formam aliquam nouam priorem ipsa operatione non recipit illud, quod exit de potentia accidentali ad actum, quia tunc non fuisset prius in potentia accidentali, sed essentiali. *Quodl*. Q.13. §. *Prima conclusio*. ℣. *Secundo probatur*. E.4.

Formam eiusdem speciei consequitur virtus eiusdem speciei. *Quodl*. Quæst.15. §. *Sed hic sunt*. *Ad primum dico*. H.10.

Forma, per quam obiectum actu intelligibile relucet intellectui, est forma constituens perfectam memoriam. *Quodl*. Q.15. § *Si verò*. Q.18.

Formam aliquam Deiformem Deus, qui se solum, & propter se ipsum diligit, potest dare creaturæ, quam habens specialiter diligatur: & opus eius, ad quod ipse inclinat, pro quanto fit secundùm ipsius inclinationem, specialiter acceptetur. *Quodl*. Q.17. §. *De secundo*. ℣. *Potest igitur*. E.5.

Formas ad supernaturales etsi sit potentia aliqua in susceptiuo, non tamen propriè aptitudo, quia illa non est propriè, nisi ad formam naturaliter perfectiuam. *Quodl*. Q.19. §. *De tertio*. ℣. *Ad propositum*. X.19.

Formabile.

Formabile omne potest formare Deus secundùm rationem propriam, sibi æternam in mente sua. 1. D.35. Q.Vnic. §. *Ad ista*. I.12.

Formale prout est peccati.

Formale in peccato deleri debet in se per oppositum formaliter, vel virtualiter in remissione peccati. 2. D.32. Q. Vn. *Quantum ad quartum*. F.13.

Formale in peccato non est debitum iustitiæ, quia in statu innocentiæ fuit iustitia debita; sed est carentia iustitiæ, quæ proinde debet deleri vel per positiuum proprium oppositum, vel per aliud virtualiter continens illud oppositum. *ibidem*.

Formalitas in Diuinis.

Formalitates quot sunt: *vel sic*: Quot sunt formalitates in Diuinis, tot sunt ibi realitates, & res; Sed qualibet pluralitas est tantùm secundùm quid ibi: vel negari potest consequentia ista, plures formalitates reales: ergo plures realitates, sicut negatur: plures Personæ Diuinæ; ergo plures Diuinitates; Sed prima est realior. 4. Dist. 46. Quæst.3. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum potest dici*. E.5.

Formica.

Formica quamuis videatur habere actus prudentiæ, & prouidentiæ, inquantum recolligit grana ad eumdem locum, & tempore determinato, scilicet in æstate; tamen hi actus in ea possunt saluari sine vera prudentia, & prouidentia; & sine recordatione præteriti; vt præteriti; Vniformitas enim in ea, quantum ad locum, & tempus, potest saluari per solam apprehensionem, & retentionem speciei eius, quod est delectabilis, sine apprehensione præteriti, vt præteritum; Si enim delectabilis fuit huic formicæ hic reponere granum, & illa species delectabilis, quæ remanet in phantasia, mouebit appetitum sensitiuum ad quætendum illud, tanquam delectabile: & ita de nouo ad veniendum ad illum locum; quare autem in vno tempore recolligit, & non in alio; oportet dare rationem ex parte suæ complexionis, quare est ibi delectabile sic recolligere grana, & sic non: Siuè hoc imponatur naturali industriæ suæ; siue aliæ causæ; Saltem illud de tempore non concludit recordationem, quia formica hoc anno genita, quæ nunquam priùs est experta penuriam hyemalem, ita recolligit in æstate ista grana, sicut alia decem annorum, si tamen posset viuere; Vnde ex recordatione prætetitorum non habet illum actum pro tali tempore. 4. D. 45. Q.3. §. *Circa istam quæstionem*. ℣. *Præterea non oportet*. D.8.9.

Fornicari, & fornicatio.

Fornicationi se exponens, si in momento summæ delectationis non vtatur ratione, nec per consequens voluntate; peccat tamen mortaliter, exponendo se illi passioni, in qua non potest vti ratione. 3. Dist.15. Quæst.Vn. §. *Quantum ad secundum articulum*. ℣. *Respondeo, ipsum*. H.18.

Fornicatur quis, tribus videntibus: illi postea accusantes non diffamant illum; sed ipsemet se diffamauit in facto illo publico. 4. Dist.15. Quæst.4. §. *Respondeo*. ℣. *Respondeo, sicut*. C.2.

Fortis vt est potens, & impauidus.

Fortis maximè apparet, si in repentinis sit impauidus. 3. Ethic.91. debet illud dictum Philosophi sic intelligi; quòd sicut virtuosus, obiecto ostenso, inclinatur ad rectè agendum ex recto habitu; ita etiam per prudentiam ordinatus est ad statim rectè dictandum circa illud eligibile, & quasi imperceptibiliter deliberat, propter promptitudinem eius in syllogizando practicè: alius autem imperfectus, cum difficultate, & mora syllogizat practicè: & si tandem rectè eligat, non dicitur repentinè agere, sed morosè: & alius perfectus quasi repentinè agere respectu illius, quia agit quasi in tempore imperceptibili. 3. Distinction. 33. Quæst. Vnic. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Consimiliter*. O.P.23.

Fortem

Fortis vt eſt potens, & impauidus.

Fortem eſſe, & potentem idem eſt in ſpiritualibus. 3. D.34.Q.*Vnica.§.Notandum vlterius*. ℣. *Eodem etiam modo*. H.13.

Fortis non eſt omninò impauidus; quia hoc eſt audacis in nullo pauere; Sed eſt impauidus, & pauet, vbi ratio recta dictat; dictat autem recta ratio plus debere timere mortem, quàm carcerem: & peccatum mortale, quàm actum contrahendi matrimonium, aliàs diſplicibilem. 4. D.29.Q.*Vnica*.§.*Ad primum argumentum*.℣. *Ad ſecundum*. G.11.

Fortis quo ad mortem, & ſuſtinendum.

Fortis, ſi non eodem, ſed alio habitu diſponitur ad ſuſtinendum terribilia modo perfecto, & ſupremo, ſicut & infimo; ſequitur quòd ille habitus, qui diſponit ad ſuſtinere in infimo gradu, de neceſſitate eſt imperfectus, quantum ad actum ſuum, & obiectum; quia circa ſuſtinere terribilia non poteſt habere perfectionem; Sed ad hoc, quòd aliquis perfectè ſe habeat ad illud, oportet quòd habeat habitum alium in ſpecie, quod eſt inconueniens. 3. D. 34. Q. *Vnica*.§.*Sed contra*. ℣. *Si dicas*. n. 3.

Fortis: ex. 3. Eth. cap. 11. debet ſe exponere morti pro Republica: & 9. Eth. cap. 9. vult idem, & ſecundùm iudicium rationis naturalis; & per conſequens, ſecundùm rationem naturalem, poteſt cognoſci immortalitas animæ. 4. D.43.Q.2.§.*De ſecunda propoſitione*.℣.*Præterea tertio Ethicorum*. H.14.

Fortis: ex. 9. Ethic. cap. 9. exponens ſe morti pro Republica, maximum bonum tribuit ſibi in exercendo illum magnum actum virtutis: & hoc bono priuaret ſe, imò vitioſè viueret, ſi illo actu tunc prætermiſſo, ſaluaret ſuum *eſſe* per quantumcunque eſſe. 4.D.43.Q.2. §. *Poteſt dici*.℣.*Ad aliud de forti*. O.22.

Fortis vt eſt politicus,

Fortem politicum pati dolores exceſſiuos, & vehementes eſt obiectum bonum, eligibile propter bonum finem; & ideo electio, habens illud pro obiecto bona eſt, adhibitis circumſtantijs debitis circumſtantibus eam, licet bonus actus formaliter, qui eſt electio voluntatis, non maneat cum talibus tormentis, paſſionibus coniunctis, ad quæ ſe exponit. 3.D.15.Q.*Vnica*. §. *Quantum ad ſecundum articulum*.℣.*Reſpondeo, ipſum*. H. 18.

Fortis politicus. 3. Eth. 11. *ſuſtinet mortem, & vulnera, quoniam bonum: vel quoniam turpe non: & quanto vtique magis habeat virtutem omnem, & felicior ſit, magis in morte triſtior erit*: quod non eſſet, niſi quia, quantum in ipſo eſt, vult oppoſitum. 3.D.15.Q.*Vnica*.§. *Tertio videndum*.℣.*Hoc autem probatur*. R.26.

Fortis politicus nollet Ciuitatem ſuam talem neceſſitatem incurrere, à qua eam liberari oporteret per mortem eius, & ſic præſupponit quoddam nolitum. 3. Diſtinct. 15. Quæſt. *Vnica*.§.*Vltimo videndum*.℣.*Reſpondeo, ſicut fortis*. S.30.

Fortis politicus quando dicitur quòd iudicat mortem ſuſtinendam pro bono communi, procedit de circumſtantijs, pertinentibus ad rationem inferiorem. 3.D.15. Q.*Vnica*.§. *Ad primum alterius viæ*. ℣. *Ad aliud de forti*. V.31.

Fortis politicus, ſecundum rectam rationem, vt vult Philoſophus. 9. Ethic. cap. 9. debet ſe morti exponere pro bono Reipublicæ: licet Philoſophus non poneret talem habiturum aliquod præmium poſt hanc vitam: ſicut patet ex multis locis, in quibus dubitat, animam eſſe immortalem, & magis videtur declinare ad partem negatiuam. 3.D.27. Q. *Vnica*. §. *Iſtis igitur rationibus*.℣.*Præterea*. 9. *Ethicorum*. G.13.

Fortis politicus vt velit ſe non eſſe, ne pereat bonum Reipublicæ, etiam circumſcripto omni præmio futuro, eſt conſonum rectæ rationi. *ibidem*.

Fortis politicus, ne malè ſit Reipublicæ, vult ſe, & actum virtutis non eſſe: & per conſequens ſimpliciter magis diligit bonum publicum, quod vult ſaluari, quàm ſe, vel actum virtutis, pro cuius ſalute non ſe

Fortis vt eſt politicus.

exponit, ſed pro ſalute Reipublicæ. 3. D.27.Q.*Vnica*. §.*Iſtis igitur*. ℣. *Contra hoc*. H.14.

Fortitudo.

Fortitudo eſt donum, & Virtus, quia habent actus eiuſdem rationis. 3. D.34.Q.*Vnica. In primo argumento principali*. n. 1.

Fortitudo in communi dicitur habitus perfectiuus proprius acquiſitus iraſcibilis. 3.D.34. ℣. *Vnica*.§. *His ſuppoſitis*. I. 14.

Fortitudo, & temperantia quæ ſunt ſpecies intermediæ [virtutis appetitiuæ acquiſitæ ad ſe] & ſi poſſint ſubdiuidi, tamen, in connumeratione virtutum Cardinalium, remanent indiuiſæ. *ibidem*.

Fortitudo; Temperantia; & Iuſtitia, quæ ſunt virtutes morales acquiſitæ, ſunt genera intermedia. *ibidem*. ℣. *Vlterius*. I. 15.

Fortitudinem in ſua ſpecie perfectiſſima exprimit ſaluator, Matth. 5. ibi: *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*. 3.D.34.Q.*Vnica*.§.*His ſuppoſitis*.℣. *Duas quidem ſpecies*. M. 18.

Fortitudo inter fructus Spiritus Sancti exprimitur in patientia. *ibidem*. ℣. *Virtutes morales*. P.21.

Fortuitum.

Fortuitum licet non ſit per ſe, ſiuè primò in poteſtate voluntatis, quia non euenit ex intentione eius; tamen eſt in poteſtate eius per accidens, & quaſi ſecundariò, vt annexum per ſe intento. *Quodl*.Q. 21.§. *Quantum ad primum*.℣.*Vlterius autem*. E. 5.

Fortuna, an ſit, & quid.

Fortuna eſt: hæc concluſio eſt affirmatiua, & communi conceptu plurimum conſona: & talem Philoſophandi modum communiter habuit Ariſtoteles, quia ſupponit ſemper communiter conceſſa. *Quodl*. Quæſt. 21. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Prima eſt affirmatiua*. A. 3.

Fortuna non eſt aliqua cauſa, diſtincta à natura, & intellectu, ſiuè propoſito; imò eadem voluntas, quæ reſpectu effectus intenti eſt per ſe cauſa, reſpectu effectus non intenti dicitur eſſe fortuna. *ibidem*. ℣. *Secunda concluſio*. B. 3.

Fortunam eſſe quandam Deam, vt imaginantur Pagani, cui, tanquam cauſæ per ſe, attribuunt effectus, quos videmus fortuitò euenire; falſum eſt: & fortè propter iſtum intellectum malum Paganorum repræhendit Auguſtinus ſe ipſum. 1. Retract. 1. *Non mihi*, inquit, *placet toties appellare fortunam*. Catholici autem potiùs debent talia attribuere prouidentiæ Diuinæ, ſaltem generaliter. *Quodl*.Q.21.§.*Quantum ad primum*.℣. *Secunda concluſio*. B. 3.

Fortuna, ſecundum Ariſtotelem, 1. Rethoricæ ſuæ, conſiſtit in duobus, ſcilicet in aſſequendo bonum præter intentum: & in fugiendo malum, vt ſi quis non incidat in latrones. *Quodl*. Q.21.§. *Quantum ad primum*. ℣. *Sed in quibus*. G. 7.

Fortuna quatenus ab ipſa proueniunt effectus.

Fortuna, *ſiuè* A fortuna aliquid euenire Philoſophus poterat accipere, tanquam communiter conceſſum: Manifeſtum eſt enim quòd Agenti à propoſito aliquid euenit præter intentionem; & illud dicitur fortuitum, ſiuè effectus fortuitus: & conſequenter, vt ſic euenientis fortuna eſt cauſa. *Quodl*. Q. 21.§.*Quantum ad primum*. ℣. *Prima eſt affirmatiua*. A. 3.

Fortuna non eſt cauſa totalis effectus fortuiti: hoc eſt, quòd nihil ſic euenit à fortuna, quin etiam eueniat ab aliqua cauſa, per ſe intendente, iuxta illud Plat. in Timeo: *Nihil eſt, cuius ortum non præceſſit legitima cauſa*. Et. 5. de Ciuit. Dei. 9. dicit Auguſtinus; *Cicero concedit, nihil fieri, ſi cauſa efficiens non præcedat*. *ibidem*. ℣. *Tertia concluſio*. C. 4.

Fortuna quatenus ab ipsa proueniunt effectus.

Fortunam dicimus causam, ex Philos. in bello de Fortuna cap. 2., quia alia existente causa, effectos, non videmus. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum.* ℣. *Tertia conclusio.* C. 4.

Fortuna bona est: hæc conclusio videtur communiter concessa; Manifestum enim est quòd Agenti alicui à proposito euenit præter intentionem aliquod bonum; & ita cùm bona fortuna dicatur bonus effectus fortuitus; vel magis propriè, licet minus vsitatè causa talis effectus, & illa duo sine se inuicem esse non possunt: sequitur, quòd bona fortuna sit. *Quodl.* Quæst. 21. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Conclusio, quæ etiam.* D.5.

Fortunæ bonæ (vt accipitur pro causa, vel effectu) diuisionem, quæ est vocis in signa, tangit Philosophus cap.1. De Fortuna, dicens: *Causam frequenter dicimus ipsam esse; Causam autem alienum à nomine; causa enim, & cuius est causa, aliud est*: hæc ibi. *Quodl.* Q.21.§. *Quantum ad primum.* ℣. *Conclusio, quæ etiam.* D.5.

Fortuna bona est in his, quæ non in nobis existunt, hoc est, quorum non sumus Domini; sicut exemplificat Philosophus; Nobilem benè fortunatum dicimus, & totaliter, cui talia existunt, quorum ipse non Dominus est. *ibidem.* ℣. *Vlterius autem.* D.5.

Fortuna bona est in his, quæ sunt in nobis; etenim, cui præter cogitationem suam acciderit aliquod bonum operari, benè fortunatum dicimus; sine ratione enim habens impetum ad bonum, & hoc adipiscens, dicitur benè fortunatus: vel planius intendens vnum, & in exequendo adipiscens aliud non intentum; & tamen bonum, dicitur in hoc habere bonam fortunam. *ibidem.*

Fortunæ bonæ distinctio penes effectus videtur esse in illud, quod est proprie tale: & in illud, quod est communiter, vel minus propriè tale; Nam propriè bona fortuna videtur esse illorum, quæ sunt in potestate nostra, sicut & absolutè fortuna: & hoc sic intelligendo, quòd licet fortuitum non sit per se, siuè primò in potestate voluntatis, tamen est in potestate eius per accidens, & quasi secundariò, vt annexum per se intento: respectu autem eorum, quæ nec sic, nec sic sunt in nostra potestate, & per consequens accidunt nobis, non inquantum agentibus à proposito, non est propriè fortuna sed casus. *Quodl.* Q.21.§. *Quantum ad primum.* ℣. *Ista distinctio.* E.5.

Fortuna bona distinguitur vno modo secundum effectus, scilicet per se, & per accidens: effectus per se est bonum sumere: effectus per accidens est malum non sumere: & hæc distinctio tangitur à Philosopho in libro de Fortuna. *ibidem.* ℣. *Alia est distinctio.* E. 5.

Fortuna bona distinguitur secundùm Aristotelem. lib. de bona fortuna, quòd scilicet, bona fortuna dicitur respectu eorum, quæ in nobis sunt; vt quando aliquis intendit vnum per se, & aliud euenit: Alio modo respectu eorum, quæ non sunt in nostra potestate, vt quod sit nobilis, & pulcher, & diues nascatur: & ista distinctio fortunæ est in fortunam propriè dictam, & in fortunam minùs propriè dictam, quæ magis dicitur casus; quia non est ab Agente à proposito, quia non est talis euentus in potestate nostra. *Quodl.* Q.21. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Alio modo distinguitur.* H.7.

Fortuna vbi est plurima, ibi minimus intellectus, secundùm Aristotalem: vbi autem plurimus intellectus, & ratio, ibi minima fortuna. *ibidem.* ℣. *Dicendum.* I. 10.

Fortuna bona non est sine actu voluntatis, quia fortuna est effectus contingens, consequens effectum Agentis à proposito; nunc autem actus voluntatis est circa obiectum ostensum à ratione, & consequenter impulsus, quo fertur homo ad volendum aliquid; ad quod sequitur aliquis effectus præter intentionem; non est sine ratione. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum.* ℣. *Contra: non est.* K.11.

Fortunatus.

Fortunatus, id est benè fortunatus nullus dicitur, eo quòd semel benè sibi accidit fortuitè. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum.* ℣. *Primum membrum.* F.6.

Fortunatus nullus benè dicitur ex hoc præcisè, quòd sibi semper fortuitè benè accidit, quia siuè intelligatur sic, quòd cum omni proposito suo annexum est aliquod bonũ fortuitum; siuè sic, quòd cuicunque proposito suo annexum est aliquod fortuitum, ipsum est bonum; neutrum enim istorum semper accidit sine miraculo speciali: & hoc non solùm intelligendo vniuersaliter absolutè, verùm etiam in tali actu, putà militari, vel negotiatiuo, & hoc siuè de bono euentu simili, putà victoria, vel lucro: siuè dissimili, putà hoc, vel illo annexo casualiter, nullo quidem illorum modorum diceret Philosophus, aliquem esse benè fortunatum, sicut nec ratio probabilis persuadet. *Quodl* Q.21. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Secundum membrum.* F.6.

Fortunatus, id est benè fortunatus aliquis dicitur, quia sibi, vt in pluribus, benè accidit; Vnde secundum Arist. 1. Ethic. 9. *Vna hirundo non facit Ver*: Sic vnus actus, & similiter vnus euentus effectus fortuiti, non facit hominem dici benè fortunatum; sed quando accidit ei, vt in pluribus; Vnde dicit Aristotales in lib. de bona Fortuna: *Insipientes existentes dirigunt multa, & ideo quando habent actiones per se intentas, ad quas, præter eorum intentiones, euenerunt, vt in pluribus, bona, dicuntur benè fortunati: & hoc patet ex communi sermone*; Vnde 10. Rethor. *Videmus* propter bonas fortunas benè fortunatos electos. *Quodl.* Q.21. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Tertium membrum.* F.6.

Fortunatus, id est benè fortunatus nullus dicitur vniuersaliter sine miraculo speciali; *vel sic*; vt cuilibet intento ab eo per se sit semper annexum aliquod bonum per accidens, vt in arte plantandi, & seminandi &c. Vel sic, Vt sit talis, quòd quandocunque est annexum sibi aliquid fortuitum, illud sit bonum, quia nullus potest esse, qui in actione sua, alijs causis contingentibus concurrentibus, possit aliquod malum per accidens concurrere; quia in potestate sua non est concursus aliarum causarum, scilicet, vt fodiens fodiat ad bufonem, vel ad serpentem, nisi Deus faceret ex miraculo concursum causarum specialem ad hoc. *ibidem.* ℣. *Sed est ne aliquis.* G.7.

Fortunatus benè potest esse aliquis, vt in pluribus, & aliquando, quantum ad bona similia coniuncta similibus propositis, vt quando euenit victoria coniuncta voluntati bellandi: aliquando, quantum ad dissimilia bona dissimilibus propositis: aliquando è conuerso, quantum ad bona dissimilia similibus propositis: & sic est possibile, aliquem, vt in pluribus, esse benè fortunatum, vt patet per experientiam. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum.* ℣. *Sed est ne aliquis.* G.7.

Fortunatus, id est benè fortunatus, vt dicatur aliquis (loquendo de bona fortuna impropriè dicta, quæ non est in potestate nostra) non inuenitur aliquid intrinsecum; Sed hoc accidit sibi ex concursu causarum extrinsecarum, quæ potest esse ex Deo disponente secundùm Theologos, licet non secundùm Aristotelem; Sicut si aurum sit ibi, & aliquis intendens fodere, ipsum inueniat; hoc est ex concursum causarum extrinsecarum, & non est alia causa, nisi quia ipse est magis dispositus, vt causa vniuersalis moueat ipsum ad hunc locum magis, quàm ad alium. *ibidem.* ℣. *Non inuenio.* H.8.

Fortunatus benè nullus dicitur, quia impellitur ad volendum aliquid, ad quod consequitur bonum, nisi illud bonum adipiscatur. *Quodl.* Q.21. §. *Quantum ad primum.* ℣. *Item nullus.* N.15.

Forus prout est in Ecclesia.

Forus duplex est in Ecclesia, scilicet publicus, & priuatus: & pro quanto ille forus duplex est in ea, pro tanto duplex est iudicium; & quantum ad aliquas regulas iustitiæ, oportet esse aliquam conuenientiam hic, & ibi, sicut vtraque diffinitio hic, & ibi est actus iustitiæ: & pro tanto potest Sacramentum pœnitentiæ dici Sacramentum iudiciale, vel iudicium Sacramentale; & ex hoc, quòd Sacramentale, est firmius, quia rationabilius, quàm

aliud

Forus prout est in Ecclesia.

aliud iodicium publicum. 4. D.14.Q.4. §. *Quoad secundum*. ℣. *Ex hoc sequitur*. B.4.

Forus duplex est in Ecclesia, vnus secretissimus, in quo idem est accusator, & reus, & ad istum pertinent claues sententiandi, & cognoscendi de peccatis omnibus, etiam occultis, quæ dicootur claues Regni Cœlorum: Est autem alius forus publicus, quia & Ecclesia habet auctoritatem corrigendi delicta publica, & ibi requiritur duplex auctoritas, correspondens duplici prædictæ [authoritati in foro secreto], sicut ad quodlibet iudicium rectum requiritur cognitio in causa illa, & sententiatio. 4. D.19. Q.Vn. §. *De quinto articulo*. K.15.

F R A

Frater.

Fratri suo, existenti in charitate videtur quis magis obligatus, quàm peccatori, qui nec Deum diligit, nec à Deo diligitur, sicut iustus. *Quodl*. Q.20. §. *De secundo autem*. ℣. *Et adhuc*. M.19.

Frater prout est Religiosus.

Fratri Minori non potest quis donare pecuniam, quia ille non vult esse Dominus. 4. D.15. Q.2. §. *De secundo articulo*. ℣. *Ex hoc patet*. H.11.

Fraus.

Fraus in permutatione rerum, vbi transfertur dominium, vitanda est in substantia, vt non commutetur aurichalcum pro auro; nec aqua pro vino: in quantitate; vt siuè quantitas mensuretur per pondus; siuè per aliam mensuram, scilicet virgam, vel huiusmodi, quantùm ad longitudinem; vel mensuram aliam corporalem, vt scilicet modium sextarium, vel huiusmodi: siuè in liquidis, siuè in aridis iustum pondus; & vniuersaliter iusta mensura seruetur: consimiliter de qualitate, quòd non commutetur vinum corruptum, quod accipitur ab alio commutante tanquam vinum purum. Et hæc omnia probantur. Extra. de iniuriis, & damno dato. *Si culpam*. *Qui occasionem damni dat, damnum videtur dedisse*. 4. Distinct. 15. Quæst. 2. §. *De secundo articulo*. ℣. *Quod primo additur*. L.13.

F R E

Frequentia.

Frequentia peccandi non est dubium quòd est circumstantia simpliciter ponens aliud peccatum; quia qualibet vice committitur nouum peccatum: & de similibus simile habeatur iudicium. 4. D.17. Q.1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Nec solum peccata*. N 20.

F R I

Frigiditas.

Frigiditas in muliere non impedit simpliciter matrimonium, sicut nec sterilitas. 4. D.42. Q.Vn. ∫. *Si primo*. ℣. *Quartum impedimentum*. H.7.

Frigus.

Frigus non est maioris virtutis, nec magis actiuum in se ad corrumpendum calorem, per hoc, quòd calor sit sine substantia, quàm si esset cum substantia; Sed in hoc contrarium, scilicet in calorem sine substantia magis potest agere, quia hoc contrarium separatum caret causa, conseruante suum esse; coniunctum autem habet causam, conseruantem suum esse: & hæc doctrina est vniuersaliter de causis contrariis, formaliter, vel virtualiter concurrentibus circa idem passum; Non enim est vna magis actiua simpliciter, vel minus, quia alia concurrit circa idem passum; sed tantùm vna est minus actiua in illud, quia alia concurrit: illa enim impedit. 4. Distinct. 12. Quæst. 3. ∫. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Quando ergo*. X.31.

F R V

Fructus prout intelligitur de fructibus Spiritus Sancti.

Fructus Spiritus Sancti ita se habent respectu ad numerum septenarium virtutum (trium scilicet Theologicarum, & quatuor Cardinalium) quod quidam eorum sunt virtutes, secundum regulam, secundùm quam enumerantur in illo septenario: quædam autem sunt species virtutum sic enumeratarum: quædam nec sic, nec sic, sed delectationes, consequentes actus, v.g. Charitas exprimitur ibi proprio nomine, & similiter fides. 3. Distinct. 34. Quæst. *Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *De fructibus*. P.21.

Fructus inter Spiritus Sancti; *vel* Inter fructus Spiritus Sancti enumerantur quædam, quæ sunt delectationes, concomitantes, vel consequentes actum; vt gaudium, quod propriè est delectatio in voluntate; & pax, quæ est securitas habendi obiectum sine repugnantia. *ibidem*. ℣. *Sic igitur habemus*. P.21.

Fructus vt est arboris, & pertinens ad lucrum.

Fructus est vltimum, quod expectatur de arbore, non vt possidendum corporaliter, sed vt habendum per actum potentiæ, attingentis in illud, vt obiectum; Pomum enim non est fructus in quantum expectatur vt possidendum, sed in quantum expectatur vt gustandum, & actu gustus attingendum. 1. D.1. Q.3. ∫. *Ad primum argumentum*. C.6.

Fructus est expectatum sub illa ratione, sub qua expectatur, vi à potentia, attingendum. *ibidem*.

Fructus est obiectum fruitionis. 1. D.1. Q.3. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundum*. C.6.

Fructus, inquantum est aliquid arboris, sequitur conditionem arboris; tamen, inquantum est aliquid in se, potest habere conditiones oppositas arbori in se; potest enim fructus esse mollis, & arbor dura. 4. D.4. Q.3. *Ad tertium principale*. B.4.

Fructus lignorum germinantium computatur in sortem, quia non sunt ex industria vtentis. 4. D.15. Q.2. ∫. *De secundo articulo*. ℣. *Aliter ratio*. N.17.

Fructum recipere de sua pecunia prouenientem per industriam alterius, est facere vsuram. 4. D.15. Q.2. ∫. *De quarto sunt*. ℣. *De tertio*. C c.31.

Frui quid sit, quid includat, atque significet.

Frui, si includit actum voluntatis perfectum, & delectationem, tunc non significat aliquod ens per se vnum, sed vnum aggregatum ex duobus entibus, vt ens per accidens. 1. Distinct. 1. Quæst. 3. §. *De secundo principali*. B. 3.

Frui quòd sit actus tantùm, videtur illa authoritas Augustini dicere. 83. quæstionum, quæstione. 30. *Omnis itaque humana peruersio est, quod etiam vitium vocatur fruendis vti velle, atque vtendis frui*. Peruersio, vel peruersitas est formaliter in actu voluntatis elicito. 1. D 1. Q.3. ∫. *Quod tantùm sit actus*. B.3.

Frui, secundùm Augustinum. 1. de Doct. Christ. cap. 1. *est amore inhærere alicui rei propter se ipsum*. 1. D.1. Q.3. §. *Quod tantùm sit actus*. ℣. *Hoc etiam videtur*. B.3.

Frui quòd sit tantùm delectatio, videtur dicere illa authoritas Augustini. 1. de Trinit. cap. 10. in fine: *hoc est enim plenum gaudium nostrum, quo amplius non est, frui Trinitate*: Similiter &. 83. quæstionum, quæstione. 30. *Frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatem*. 1. Distinct. 1. Quæst. 3. ∫. *Quod autem frui*. ℣. *Similiter*. B. 4.

Frui quòd accipiatur pro actu, & delectatione simul, probatur ex diffinitione illa de *Frui*. 10. de Trinitat. cap. 10.

Frui quid sit, quid includat, atque significet.

cap. 10. *Fruimur enim cognitis, in quibus voluntas ipsis, propter se ipsa delectata, conquiescit*. Ad actum enim pertinet, cùm dicitur, *Fruimur cognitis*, quia actui voluntatis præsupponitur actus intellectus in obiectum cognitum; sed post subdit: *In quibus voluntas &c.* Quòd si delectatio accideret fruitioni, non deberet poni in eius diffinitione. 1. D.1. Q.3. §. *Quod autem frui accipiatur*. B.4.

Frui quid magis propriè significet (an actum scilicet, vel delectationem) difficile est probare; tamen aliquo modo potest conijci ex vsu vocabuli; Istud enim vocabulum *Frui* construitur cum ablatiuo, significante obiectum, ex vi transitionis, qualia constructio appropriatur verbis, significantibus actum: non autem construitur cum obiecto in ablatiuo ex vi causæ, qualis constructio debetur passionibus, significatis per verba purè passiua; Non enim ita dicitur, *Fruor in Deo*, sicut dicitur, *Delector in Deo*, vel *Deus delectat me*, sed dicor *Frui Deo* transitiuè, sicut dicor, *Amare Deum*: Et istud videtur esse magis proprium significatum vocabuli. 1. D.1.Q.3.§.*Quod autem frui accipiatur*. ℣. *Quod autem sit*. C.5.

Frui nomen nullo modo conuenit [nec actui imperfecto volendi bonum propter aliud, qui vocatur vsus; nec actui volendi bonum absolutè, absque relatione ad aliud; aut absque fruitione propter se, qui vocatur actus neuter] sed pro altero aliorum duorum [pertinentium ad voluntatem, nempè & pro actu perfecto volendi bonum propter se, qui vocatur fruitio; & pro delectatione, sequente talem actum], & pro ambobus simul videntur aliqui vti isto vocabulo, & tunc erit nomen æquiuocum: Vel si est vniuocum, oportet auctoritates quasdam exponere, quòd loquuntur causaliter, vel concomitanter. *ibidem* ℣. *Sed de vocabuli*. C.5.

Frui est primum, quo attingo expectatum, vt expectatum. 1. D.1.Q.3.§ *Ad primum*. C.6.

Frui si est passionis, vt obiecti, vt sonat illa auctoritas ad Galat.5. *Fructus Spiritus est Charitas, gaudium, pax &c.* non erit passio, sed est actua aliquis, potens habere istas passiones pro obiectis, quasi proximis suo primo obiecto. 1.D.1.Q.3.§ *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundum*. C.6.

Frui nihil dicit, nisi actum inhærendi obiecto propter se, quem concomitatur delectationis quietatio; siuè qui est ipsa quietatio, hoc actus, vltimatè terminans potentiam, in quantum potentia se ipsam determinat actu suo; ita quòd de ratione fruitionis, si dicit actum, non videtur esse quòd ipsa quietet potentiam, quantum est ex parte obiecti, sed quantum est ex parte potentiæ, obiecto propter se inhærentis. 1. D.1.Q.5.§. *Ex his ad propositas*. n.3.

Frui non tantùm includit non referre immediatè in Deum negatiuè, sed oppositum eius, quod est non referre contrariè, scilicet *vlt.*3.D.33.Q.*Vnica*.§.*Ad argumenta principalia*.℣.*Respondeo, habitus*. N. 21.

Frui est amore inhærere propter se, scilicet amatum. 4. Distinct.49.Quæst.5.§.*Ad quæstionem*. ℣. *Prima ostenditur*. A.2.

Frui quo ad ea, quæ frui possunt, & quibus fruendum est.

Fruendum est rebus, quæ sunt Pater: *siuè sic: Res, quibus fruendum est, sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*: Augustinus.1.de Doctrina Christiana.cap.1. 1.D.1.Q.1. *In argumento ad oppositum*. n.2.

Fruens potentia; *siuè*, Potentia fruens non quietatur, nisi vbi est perfectissimum ens, hoc est, summum tantum. 1. D.1.Q.1.§.*Contra istud*. A.3.

Fruens potentia; *siuè* Potentia fruens inclinatur ad omne ens, sicut ad per se obiecta; & consequenter non quietatur in aliquo vno ente, nisi illud includat omnia entia, quantùm possunt includi in aliquo vno; possunt autem tantùm perfectissimè includi in vno ente infinito, consequenter potentia potest tantùm quietari ibi in summo. *ibidem*.℣.*Item potentia*. B.3.

Frui quo ad ea, quæ frui possunt, & quibus fruendum est.

Fruendum est bonis inuisibilibus: Augustinus. 83. quæstionum, quæstione. 30. *Frui* accipitur extensiuè pro amore honesti, distincto contra amorem vtilis, & delectabilis: vel bona honesta dicuntur ibi pluraliter, non propter pluralitatem essentiarum, sed propter pluralitatem perfectionum in Deo, fruibilium. 1. D.1. Q.1. §. *Ad primum principale*. E.6.

Frui viatorem essentia Diuina, non fruendo Persona, & hoc fruitione ordinata, est possibile; quia essentia est aliquod obiectum conceptibile, in cuius conceptu non includitur relatio: & sic concepta habet rationem summi boni; & consequenter perfectam rationem fruibilis; adeoque cùm sic possit concipi à viatore, contingit ea frui, etiam ordinatè. 1.D.1.Quæst.2.§. *De primo, dico*. A.2.

Frui Viatorem Persona Diuina, non fruendo essentia, non est possibile, quia Persona, in ratione sui, includit essentiam. 1.D.1.Q.2.§.*De primo, dico*. ℣. *Et confirmatur*. A.2.

Frui potest Viator ordinatè vna Persona, non fruendo alia; quia respectu trium Personarum sunt articuli distincti fidei; potest ergo concipi vna Persona, cui correspondet vnus articulus, non concipiendo aliam Personam, cui correspondet alius articulus; & tunc in ista Persona concipitur ratio summi boni: possibile est ergo frui ista Persona sic concepta, non fruendo alia. 1. Distinct.1.Quæst.2.§.*De primo, dico*.℣. *Secundo etiam* B.2.

Fruentem vno relatiuo non oportet frui suo correlatiuo; quia possibile est frui Deo, inquantum Creator, non fruendo creatura, quæ terminat illam relationem. *ibidem*.℣.*Respondeo*. B.2.

Frui essentia non fruendo Persona non potest comprehensor, neque de potentia Dei absoluta, secundùm Henricum. 1. D.1.Quæst.2.§. *De secundo arciculo*. B. 2. Impugnatur. *ibidem*. §. *Quantum ad istum articulum* C.5.

Frui quin possit voluntas essentia, non Persona, vel vnà Persona, & non alia, non videtur contradictio. 1. Distinct.1.Quæst.2. §: *Quantum ad istum articulum*. C. 5.

Frui ordinatè essentia, non fruendo Personà, non est in potestate voluntatis comprehensoris; quia sicut non est in potestate voluntatis, ordinatè manentis, vt non fruatur (si enim non frueretur non impedita, in hoc peccaret, & mereretur non frui); ita non est in potestate voluntatis, vt ordinatè fruatur aliquo, & non fruatur quocunque potest frui: & ideo non est in potestate voluntatis, ordinatè manentis, sub aliqua ratione non frui, sub qua potest frui. 1. D.1.Q.2.§.*Quantum ad tertium*. ℣. *Similiter*. G.9.

Frui non potest ordinatè Viator, nec comprehensor vna Persona, non fruendo alia; hoc est, nisi habitualiter fruatur alia, hoc est, quòd sit in proxima dispositione fruendi alia, si distinctè illa concipiatur ab illo. 1. Dist.1.Quæst.2.§.*Quantum ad quartum*.℣.*Similiter*. H.11.

Frui potest vltimo fine sub ratione vltimi finis formaliter, non fruendo illo, sub aliquibus rationibus distinctis, quas in se habet, quæ non sunt formaliter rationes vltimi finis. 1.D.1.Q.2.§. *Ad rationes in oppositum*. ℣. *Ad primam*. L.14.

Frui velle vtendis, secundum Augustinum.83. quæst.quæst. 30. atque fruendis vti, omnis humana peruersio est, quod etiam vitium vocatur. 1.D.1.Q.3.§. *Quod tantum sit actus*. B. 3.

Frui Trinitate, secundùm Augustinum. 1. de Trinit. cap. 10. est plenum gaudium nostrum, quo amplius non est. 1. D.1.Q.3.§.*Quod autem frui*. B. 4.

Fruitur voluntas de necessitate, secundum Henricum, vltimo fine apprehenso obscurè in vniuersali; potest tamen non frui fine obscurè apprehenso in particulari. 1 D.1. Q.4.§.*Quantum ad istos*. n.2. Impugnatur. *ibidem*. §. *Contra primum articulum*. n.3.

Fruitur necessariò habens voluntatem supernaturaliter eleuatam fine clarè viso, secundùm Henricum. 1. D.1. Q. 4. §.

Frui quo ad ea, quæ frui possunt, & quibus fruendum est.

Q.4.§.*Quantùm ad istos.*✝.*Quantum ad tertium.*n. 3. Impugnatur.*ibidem.*§.*Contra primum articulum.*✝. *Contra tertium articulum*. n.23.

Frui fine etiam viso nequit voluntas, charitate non eleuata, secundum Henricum. 3. D.3.Q.4.§. *Quantum ad istos.*✝.*Quantum ad quartum*.n.3.Impugnatur.*ibidem.* §.*Contra primum articulum.*✝.*Contra quartum articulum.* n.15.

Fruitur voluntas Diuina simpliciter, & necessariò, & per se primò: Voluntas creata beata fruitur simpliciter, & perpetuò, & per se, sed non primò. Voluntas viatoris iusti fruitur simpliciter, & per se, sed non immobiliter, neque primò: Voluntas peccantis mortaliter fruitur simpliciter, quantum est ex parte voluntatis, quietantis se ipsam; quoniam quietatur in obiecto, quod propter se amat, sed non simpliciter quietatur, quantum est ex parte obiecti: nec *Frui* illud requirit; sed quia obiectum non est de se quietatiuum, sicut potentia actu suo se quietat in ipso, ideo est fruitio inordinata.1.D.1. Q.5.§.*Ex his ad propositas.*✝. *Dico ergo*. n. 4.

Fruitur communiter peccans mortaliter se ipso; quia obiectum actus sui amat amore concupiscentiæ; & per consequens aliquid aliud amat amore amicitiæ: Illud autem aliud est ipsemet, cui, vt amato amore amicitiæ, appetit illud obiectum: Vnde non fruitur obiecto sui actus; nec per consequens ipso actu, super quem non oportet primò reflecti.*ibidem.*✝.*Respondeo.*n.4

Frui abusiuè dicitur appetitus sensitiuus propter non relationem, idest inquantum alicui inhæret, non propter alterum negatiuè, illi inhærendo aliqualiter propter se. 1. D 1.Q.5.*Ad quæstionem penultimam.*n.5.

Frui propriè non conuenit appetitui sensitiuo, quia non irreferibiliter inhæret; similiter nec amore inhæret; quia eius propriè non est amare; similiter nec propriè inhæret, quia non se applicat obiecto, sed quasi infigitur vt obiecti.*ibidem.*

Frui propriè si ab appetitu sensitiuo negetur, qui tamen magis conuenit cum voluntate, cuius propriè est frui, quàm appetitus naturalis; sequitur quod habenti solum appetitum naturalem non conuenit frui propriè; imò nec sic abusiuè, sicut competit appetitui sensitiuo.1.D.1.Q. 5.§.*Ex his patet*. n. 5.

Fruitur nihil; *siuè* Nihil fruitur, nisi simpliciter quieteтur, quantum est ex parte ipsius actus, quo scilicet inhæret obiecto: & etiam quantum est ex parte obiecti, in fruitione ordinata.1.D.1.Q.5.§.*Ad primum argumentum tertiæ quæstionis.*✝.*Si addatur*.n.6.

Frui amore inordinato aliquis potest alio, quo non vult alium frui, sed tantùm vti, vel illud nullo modo amare; licet amore ordinato nullus fruatur aliquo, nisi quo non vult aliquem vti, sed frui. *ibidem. Ad secundum*. n.6.

Frui respectu appretiationis fruentis.

Fruens inordinatè, licet appretietur fruibile, tanquam summum bonum; non tamen vult illud ab omnibus sic appretiari, quando inordinatè sic fruitur.1. D.1.Q.5. §.*Ad primum argumentum tertiæ quæstionis.*✝. *Ad probationem maioris*. n.6.

Fruitio quid sit.

Fruitio est actus perfectus volendi bonum, propter se.1.D.1. Q.3.§.*Quantum ad primum.*✝.*Habemus igitur*. A.2.

Fruitio non est actus neuter, nec actus vsus.1.D.1.Q.3.§. *De secundo principali*. A.3.

Fruitio est forma, vel actus supernaturalis magis, quàm actus meritorius.3.D.2.Q.1.§. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea, quod hic*. B 4.

Fruitio est actus supernaturalis, & per co sequens elicitus à causa supernaturali, quæ est gratia; & hoc naturaliter, quia gratia non est formaliter libera: Vnde secundum quantitatem gratiæ potest esse quantitas fruitionis. 3. D. 13.Q.3.*In argumento ad oppositum*. A 2.

Fruitio in communi, & ordinata, eiusque obiectum.

Fruitio in communi excedit fruitionem ordinatam, quia quandocunque potentia non determinatur ad actum, ordinatum ex se, actus eius in communi vniuersalior est actu eius ordinato; Voluntas autem non determinatur, ex se, ad fruitionem ordinatam. 1. D.1.Q.5. §.*De primo dico*. A.2.

Fruitio ordinata, & fruitio in communi sic differunt; Est enim fruitio ordinata, qualis est esse recta, quando scilicet ordinatur secundùm circumstantias debitas; Fruitio autem in communi est, siuè habeat illas circumstantias, siuè non. *ibidem.*

Fruitio ordinata, secundùm Auicennam, potest esse circa aliud ab vltimo fine. 1. Dist.1.Quæst.1. §.*Quantum ad secundum*. A.3. Impugnatur. *ibidem*. §.*Contra istud*. B.3.

Fruitio ordinata habet tantùm vltimum finem pro obiecto, quia sicut tantùm assentiendum est per intellectum primo vero propter se, ita tantùm assentiendum est primo bono per voluntatem propter se. 1. D.1. Qu.1. §.*Contra istud*. ✝.*Teneo igitur*. C.5.

Fruitionis in communi obiectum est finis vltimus; vel verus finis, qui scilicet est finis vltimus ex natura rei: Vel apparens, qui scilicet ostenditur à ratione errante, tanquam finis vltimus: Vel finis præstitutus, quem scilicet voluntas, ex libertate sua vult, tanquam finem vltimum. 1.D.1.Q.1.§.*Deterio articulo*. D.5.

Fruitione in ordinata: *siuè* In fruitione ordinata ratio finis non est propria ratio obiecti fruibilis, neque in fruitione communiter sumpta. 1. D.1. Q.1.§.*De quarto articulo*. E.5.

Fruitione inordinata: *siuè* Respectu fruitionis ordinatæ, ratio finis concomitatur obiectum fruibile; vel fortè in apprehensione præcedit fruitionem; In fruitione inordinata finis apparentis, ratio finis concomitatur apparentes obiectum fruibile; & fortè in apprehensione præuia præcedit fruitionem eliciendam, quasi ratio obiecti alliciens: Sed in fruitione finis præfixi, ratio finis sequitur actum. *ibidem.* ✝. *Respectu ergo*. E.5.

Fruitionis terminus, siuè obiectum est, *bonum*, non quomodocunque sumptum, sed *bonum* quidditatiuè sumptum; quia est perfectio quidditatiua, quæ scilicet est ratio essencialis, & non ratio suppositi. 1.D.1.Q.2. §. *Ad argumenta principalia*. ✝.*Ideo est alia*. 1.32.

Fruitio, vt est essentiæ Diuinæ, & personarum, actualis, & habitualis.

Fruitio vna de facto, & vna visio erit essentiæ Diuinæ in tribus Personis. 1. Dist.1. Quæst.2. §.*Quantum ad quartum*. H.31.

Fruitio habitualis Ordinata Viatoris necessariò simul est trium Personarum, licet aliquando non actualis. 1. Dist.1.Quæst.2.§.*Quantum ad quartum*. ✝.*Similiter dico*. H.35.

Fruitio vnius Personæ non stat cum odio alterius. *ibidem*.

Fruitio prout est in patria, & in via.

Fruitio in Patria, & in via, si sunt eiusdem speciei, (quod videtur si voluntas sit causa fruitionis, & obiectum est idem, & habitus idem), tunc Beatus, secundùm quòd Beatus, distinguitur à non Beato per visionem, & non per fruitionem, quæ est vnius rationis in vtroque, atque ideo visio esset nobilior fruitione. 2.D.26.Q.Vn.§.*Contra istam positionem*.✝.*Si autem*. A.5.

Fruitio in Patria omnium Beatorum non erit par; nec par gaudium; nec etiam par amor; nec etiam par delectatio sequens; licet enim sit de paribus, non tamen pari affectu; Vnde August. super Ioann. homil.66. dicens, *omnium erit par gaudium*, intelligitur extensiuè, non intensiuè; quia quilibet gaudebit de quolibet, & de omnibus, de quibus alius gaudebit. 4. D.50.Q.6.§.*Ad argumenta illius quæstionis*. ✝. *Ad aliud dico*. L.10.

Frui-

Fruitio prout est à voluntate humana, & à gratia.

Fruitio multò magis excedit naturam voluntatis humanæ, quàm actus meritorius; & consequenter fruitio non erit in potestate voluntatis humanæ, nisi ipsa habeat aliquam formam supernatutalem, qua possit vti ad istum eliciendum. 3. D.2.Q.1. *§.Contra istam opinionem*. ✠.*Præterea, quod hic*. B.4.

Fruitio non est à gratia, vt à causa totali; Vnde licet illa naturaliter se habeat ad fruitionem; non tamen voluntas (quæ est alia causa partialis) sed potiùs liberè; Ipsa tamen voluntas in Patria semper cooperabitur, secundùm vltimum potentiæ suæ actiuæ, gratiæ secundum vltimum eius. 3. Distinct. 13. Quæst 4. §. *Ad argumenta istarum duarum quæstionum*. ✠. *Argumentum in oppositum*. R. 20.

Fruitio prout potest causari à Deo.

Fruitio potest immediatè causari à Deo in Anima; sed tunc, respectu fruitionis, voluntas non habet rationem causæ actiuæ, quia non habet, ex se, quo agat: & ita non diceretur illa anima frui formaliter elicitiuè, sicut aliæ animæ dicuntur frui, quod videtur inconueniens. 3. Dist. 2. Quæst.1. §.*Contra istam opinionem*. ✠.*Concedo conclusionem*. B.4.

Fruitio si causaretur immediatè à Deo in voluntate, hoc non arguit, neque euitaret necessitatem fruitionis. 3. Dist.2. Quæst. 1. §.*Contra istam opinionem*. ✠.*Similiter istud*. B.4.

Fruitionem summam, quam Deus potest facere, mediante summa gratia, potest facere sine ea. 3. D.13. Q.4. *In argumento ad oppositum*. A.2.

Fruitionem Deus posset immediatè causare in quacunque anima, & illa formaliter frueretur, sine gratia habituali. 3. D.13. Q.4.§. *Ad argumenta istarum duarum respondeo*. R.20.

Fruitio si esset in voluntate, vt in subiecto, causata à Deo immediatè, non esset laudabilis; quia non esset in potestate voluntatis fruentis; quia non est in potestate causæ secundæ vti prima, sed è conuerso; & ideo tàm in via, quàm in Patria ponitur aliqua forma creata, vt voluntas possit vti illa forma in operando, & sit in potestate eius, vt sic laudabiliter operetur. *ibidem*.

Fruitio prout pertinet ad Christum.

Fruitionem summam creabilem formaliter conferri animæ Christi, ita nimirum, quòd summa fruitio informet illam animam, à quocunque causetur, est possibile; quia ipsa est receptiua cuiuslibet accidentis, conuenientis sibi, & in summo; quia non determinat sibi certum gradum istius: & fruitio est quoddam accidens absolutum, possibile creari à primo causante immediatè, sine actione voluntatis creatæ. 3. D.13. Q.4. §. *Ad tertiam quæstionem*. O.18.

Fruitio Christi, de facto, est maxima elicitiuè, ita quòd ipsa voluntas Christi, simul cum gratia summa possibili, eliciat ipsam fruitionem. *ibidem*.

Fruitionem summam creabilem posset Deus conferre animæ Christi Domini, sine summa gratia. 3. D.13. Q.4. §. *Ad quartam quæstionem*. P.19.

Fruitionis gratia in Christo sequitur de facto vnionem hypostaticam. 3. D.18. Q.Vn. §.*Hoc viso*. F.12.

Fruitio respectu ad visionem, & prout est beatifica, vel non.

Fruitio summa præsupponit summam visionem. 3. D.14. Q.1. §.*Circa istam quartam decimam distinctionem*. ✠.*Item summa fruitio*. n. 1.

Fruitio beatifica, & non beatifica videtur quòd non specie distinguantur; quia quando per se causæ sufficientes sunt eiusdem speciei, & effectus [sunt eiusdem speciei]: In proposito eadem voluntas, eadem charitas, idem obiectum fruibile sunt; & sub eadem ratione ex parte subiecti: & secundùm hoc poneretur quod non differunt,

Fruitio respectu ad visionem, & prout est beatifica, vel non.

nisi sicut magis, & minus in eadem specie. 4. D.49. Q.5. *§. Ad quæstionem*. ✠.*Sed est hic*. D.4.

Fruitio beatifica, & non beatifica licet ponerentur eiusdem speciei; non tamen inde sequeretur quòd viator esset Beatus, licèt minùs Beatus, quàm comprehensor; quia beatitudo non imponitur ad significandum illam naturam secundùm speciem, sicut imponitur hoc nomen *fruitio*; Vnde benè conceditur quòd vterque fruitur, sed alter magis, alter minus: Imò imponitur hoc nomen *beatitudo* ad significandum fruitionem in determinato gradu, ita quòd non infra; & illum nunquam habet Viator, nec secundum magis, nec secundùm minùs; sed sic habent illum diuersi comprehensores; ideo vnus eorum est beatior altero. 4. D.49. Q.5. §.*Ad quæstionem*. ✠.*Respondeo; consequentia*. D.4.

Fruitio beata, & non beata probabilius differunt specie; se ipsis quidem formaliter, sed à causis, vel habitudine causarum, causaliter. *ibidem*. ✠.*Aliter potest dici*. E.5.

Fruitio quoad eius gradus.

Fruitionis gradus, si *tantùm* sunt eiusdem speciei (ita quod beatitudo non significet determinatum gradum fruitionis, ad quem non potest peruenire Viator, licet aliàs ponatur fruitionem viæ, & patriæ non distingui specie) accipiatur (in ista hypothesi) infimus beati, & supremus Viatoris; Si æquantur; ergo Viator est beatus: si ille actus deficit ab illo non in infinitum, patet: pone ergo quod possibile est fruitionem Viatoris crescere per quatuor gradus, quia & cognitionem; cùm etiam cognitio eiusdem speciei tot gradus habeat, quot & fruitio: posita autem intensione cognitionis, possibile est fruitionem cognoscentis proportionaliter intendi; & consequenter adhuc possibile est Viatorem pertingere ad illum gradum, & esse Beatum; Vnde hic consimiliter posset argui de aliquo gradu dato fruitionis beatificæ, à quo distat supremus gradus Viatoris: putà Beatæ Mariæ per aliquot gradus: tamen si est eisdem speciei, infra speciem visionis beatificæ descendatur ad minus, & minus; tandem erit aliqua beatifica æqualis isti non beatificæ, vel minor ea. 4. D.49. Q.5. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Respondeo; Consequentia*. D.4.

Fruitio secundum quod distinguitur.

Fruitionum distinctio (posito, quòd intellectio sit causa tantùm *sine qua non* ipsius volitionis) saluari potest ex distinctione vnionum; sicut ex diuersa approximatione agentis ad passum variatur effectus: aliter enim agit Agens, quod per lineam rectam opponitur, quàm per reflexam, vel fractam; cognitio autem intellectus est quasi approximatio obiecti ad voluntatem. 4. D.49. Qu.5. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Aliter potest dici*. E.5.

Fruitionem beatam tenendo distingui specie à fruitione non beata; non oportet concedere quòd, de potentia absoluta Diuina, possit causari in anima Viatoris, saltem non videntis nudè Deum, aliqua fruitio, æqualis infimæ fruitioni possibili cuicunque Beato; quia supremum infimæ speciei non potest æquari infimo superioris speciei; quia tota hæc est infra totam illam; Difficile est autem, tenendo fruitiones istas esse eiusdem speciei, prohibere quin in anima Viatoris, stante cognitione ænigmatica, tantum, vel tantum intensa, possit inesse aliqua fruitio æqualis alicui fruitioni beatificæ datæ. 4 D.49. Q.5. §.*Ad quæstionem*. ✠.*Tenendo istam*. E.5.

Fruitio prout requirit charitatem.

Fruitionem supernaturalem non haberet aliquis, si sine charitate videret Deum; quia nec actum aliquem primum supernaturalem, sine quo nec pati potest, nec agere, nec per consequens habere frui beatificum. 4. D.49. Qu.5. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum*. E.6.

Fruitio elicita à voluntate creata, non habente habitum supernaturalem charitatis circa obiectum beatificum clarè visum, esset supernaturalis ex obiecto, & præsẽtia obiecti,

sed

Fruitio prout requirit charitatem.

sed non esset supernaturalis ex aliquo in potentia elicientе : nec esset beatifica, quia non esset tanta, quanta nata est haberi à tali voluntate circa obiectum sic ostensum; maior enim haberetur, si charitas inesset, per quam aliquo modo intenderetur actus. *ibidem*.

Frustra.

Frustra non est aliquid, si habet finem perficientem, licet non proueniat vlterius aliquis finis extrinsecus, qui non est perficiens. 4. D.48. Q.2.§.*In ista quæstione*. ✝. *Sed illam*. C. 7.

Frustra licet fit illud, quod caret perfectione sua, & frustratur ea secundum totam speciem; non tamen est frustra si caret illa in aliquo indiuiduo; vt patet in orbatis, & monstruosis. 4. D.49. Q.10. §. *Ad primum argumentum principale*. ✝. *Ad aliud*. H. 11.

F V G

Fugere.

Fugere magis quilibet tenetur: *vel sic*: Quilibet tenetur magis fugere illud, quod est contra Deum, quam illud, quod est contra se ipsum: hoc verum est, si eodem modo est contra Deum, & contra se ipsum: aliter non oportet. 4. D.56. Q.2.§.*Contra primam opinionem*. ✝.*Prætereailla*. A. 4.

F V L

Fulgor.

Fulgor, emissus ab oculo, moto in tenebris, visibilis est: & tamen est species lucis tantùm, secundum Aristotalem, de sensu, & sensato. cap. 3. 2. D. 13. Q.*Vnica*. §. *Quantum ad tertium*. ✝. *Respondeo*; *species*. G. 6.

F V N

Fundamentum quo ad relationem, & respectum.

Quandocunque fundamentum est potentiale ad relationem, prius naturaliter informatur fundamentum relatione, quàm suppositum. 1. D.26. Q.*Vnica*. §. *Tenendo opinionem secundam*. R. 41.

Fundamentum esse nouum, & relationem esse æternam, secundùm illud fundamentum, est impossibile. 1. D.30. Q.1. §.*Contra istam opinionem*. A. 5.

Fundamentum relationis est secundùm illud esse, secundum quod fundat relationem: verum est, quando relatio illa fundata non est simpliciter diminuens esse fundamenti. 1. D.36. Q *Vnica*. §.*Contra istud*. ✝. *Tunc ad formam*. E. 6.

Fundamentum relationis est aliqua entitas formaliter non includens illam relationem formaliter; quia si formaliter includeret eam, non erit formaliter relatio ad illud, sed ad se; quia fundamentum suum est formaliter ad se, cum quo ponitur formaliter idem: nec posset esse fundamentum primum relationis: adhuc enim esset quærere de illa relatione prima, in qua poneretur. 2. D.1. Q.4. §. *Contra istam opinionem est*. G. 17.

Fundamentum relationis non est præcisè illa relatio. 2. Distinct. 1. Quæst. 4. §. *Secundum membrum*. sub. N. 25.

Fundamentum non est tantùm relatio, quam continet per identitatem, sed est ita absolutum, sicut si relatio esset sibi addita, vel omninò nullam haberet relationem; quia non est hoc ex imperfectione sua, sed ex perfectione, vel simpliciter, vel aliqualiter; quia continet illam relationem per identitatem, ita quod ipsa continentia quasi præuenit ipsam accidentalitatem relationis, ne

Fundamentum quo ad relationem, & respectum.

ipsa possit esse accidens; quia ipsa perfectè contineretur in substantia; quæ tamen relatio si non sic contineretur, esse non haberet fortè quod esset per identitatem substantiæ. 2. D.1. Q.4. §.*Secundum membrum*. ✝. *In omnibus istis*. O. 25.

Fundamentum relationis naturaliter præcedit relationem; quia, secundum Philosophum, & Augustinum de Trinit. 7. quod nihil est in se, nihil est ad aliud. 3. D 2. Q.3. §. *Quantum ad secundum*. ✝. *De prioritate*. C.6. & D. 6. Q.1. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Prætereaisfundamentum*. A. 3.

Fundamentum, secundùm esse actuale, naturaliter præcedit rationem relationis actualis; Vnde cùm vnio hypostatica fuit relatio actualis, eius fundamentum eam præcessit naturaliter, secundùm esse actuale; fundamentum autem illud erat ipsa natura totalis, & consequenter præcessit vnionem, secundum suum esse actuale. 3. Dist. 6. Quæst. 1. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Præterea*; *fundamentum*. A. 3.

Fundamento multiplicato, multiplicatur relatio. 3. D.8. Q.*Vnica*. §.*Contra istam rationem*. ✝.*Præterea*: *distinctio*. B. 9.

Fundamentum quando non potest esse fine respectu, tunc ille respectus est consubstantialiter idem illi fundamento, licet non formaliter idem. 3. D.15. Q.*Vnica*. *Ad primum principale*. V. 33. *Additio*.

Fundamentum, *vel* Ratio fundandi aliquam relationem realem non potest esse non ens, quia nec terminus: propter hoc ponitur contradictio relatio rationis, quia habet fundamentum, vel terminum negationem. 4. Distinct. 6. Quæst. 10. §. *Sed restant*. ✝. *Istud etiam*. H. 10.

Fundamentum non tantùm est causa in fieri relationis [permanentis], sed in esse 4. D.6. Q.10. §. *Sed restant*. ✝. *Respondeo*; *actus*. H. 11.

Fundamentum omne est prius naturaliter sua relatione accidentali. 4. D.8. Q.2. §.*Aliter ergo*. ✝. *Et si quæras*. V. 23.

Fundamentum proximum relationis, vel proxima ratio fundandi eam, aut est absolutum, iuxta illud. 7. Trinit. 1. *Omne, quod relatiuè dicitur, est aliquid, excepto relatiuo*: aut saltem non est præcisè illa relatio, cuius est fundamentum, vel ratio fundandi. *Quodl*. Q.13. §. *Prima conclusio*. ✝. *Prætereaomnis*. E. 5.

Fundamentum quando includit terminum in ratione cognoscibilitatis, ipsum non est sufficiens ad cognoscendum relationem. *Quodl*. Q.14. §.*Ad ista*. ✝. *Ad primum*. Ff. 23.

Fundamentum non includit relationem in entitate, vt totalis causa eius, sed vt proxima causa; supposita tamen alia causa, scilicet termino; quia & ipsum fundamentum talem causam supponit: & similiter includit eam in cognoscibilitate, præsupposita alia causa eius in cognoscibilitate: & hoc si simpliciter, simpliciter: si alicui, alicui. *Quodl*. Q.14. §. *Ad ista*. ✝. *Respondeo, non*. Ff. 23.

Fundamentum prout est relationis Dei ad creaturam.

Fundamentum relationis Dei ad creaturam in tempore, si vlla datur, est potentia, quæ non est in creatura, in qua consequenter non est talis relatio; tunc enim relatio esset vbi non est fundamentum. 1. D.30. Q.2. §. *Contra primum*. D. 8.

Ad fundamentum, & terminum, in creatis, quare possit sequi habitudo realis, ratio vniuersalis est, quia limitata nata sunt esse partes totius vniuersi. 1. Distinct. 30. Quæst. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. ✝. *Ideo breuiter*. Q. 19.

Fundamentum proximum relationis ad creaturam, in Diuinis, quando est commune tribus Personis, respectus in eo fundatus non potest esse proprius vni; Vnde respectus ad creaturam non includitur per se in proprietate alicuius personæ;

Fundamentum prout est relationis Dei ad creaturam.

personæ; quia quicquid includitur sic, est proprium illi personæ. *Quodl.* Quæst. 8. §. *De tertio articulo*. ✝. *Tum quia*. Q. 20.

Fundamentum prout est characteris.

Fundamentum proximum, seu ratio fundandi characterem (suppositu, quòd sit relatio) non est actus susceptionis Sacramenti, transiens in præteritum, vt aliqui volunt, quia ratio fundandi, & relatio sunt in eodem subiecto proximo; susceptiuo autem Sacramenti, & character, licet sint in eodem supposito, non tamen in eodem subiecto proximo, quia susceptio Baptismi insuit secundùm corpus, character secundùm animam. 4. Dist. 6. Quæst. 10. *§. Sed restant*. ✝. *De primo*. &. ✝. *Sed istud*. G. 10.

Fundamentum quo ad perfectionem, & nobilitatem.

Fundamentum perfectius non semper continet in se perfectiorem relationem; quia non omne albius est similius, vt manifestum est ad sensum. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Item quarto sic*. A. 8.

Fundamento vnt eidem reali quæ sunt eadem realiter, vnum non est nobilius alio. 2. Distinct. 16. Quæst. Vnica. §. *Contra; quia*. ✝. *Præterea secundum ipsum*. G. 13.

Fundamentum prout habet infinitatem.

Fundamenti infinitas concluditur ex eo, quòd opposita formaliter in se possit habere virtualiter, & relatiua formaliter. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea: secundo*. A. 8.

Fundatum in ordine ad fundamentum.

Fundatum non videtur quòd possit habere: *sic sic*: Non videtur quòd in fundato possit esse aliqua necessitas formaliter maior, quàm in eo, in quo fundatur; Vel quòd duplex necessitas sit in fundato, & vnica in fundamento; quia tunc, per impossibile, vel incompossibile, separata vna necessitate ab altera, adhuc remanebit illud fundatum necessarium; non autem remanebit illud, in quo fundatur necessarium, quia non habuit, nisi illam vnicam necessitatem, quæ circumscribitur à fundamento: & per consequens posset, illa positione posita, necessitas esse in fundato, & non in illo, in quo fundatur. 1 D. 10 Q. Vn. §. *Contra dicta*. ✝. *Præterea, quod ponitur*. C. 6.

Fundatum in aliquo non videtur quod possit habere rationem aliquam necessitatis vlteriorem, vltra illud, in quo fundatur; Nec etiam, quòd fundatum posset habere duplicem rationem necessitatis, & illud, in quo fundatur, tantùm vnicam; quia tunc circumscripta, per impossibile, vel possibile, illa vnica ratione necessitatis in fundamento, adhuc remaneret alia ratio necessitatis in fundato: & ita illud fundatum remaneret necessarium, & tamen non remaneret necessitas fundamenti. *Quodl.* Qu. 16. §. *Contra istud*. P. 12.

F V R

Fur.

Fur si est aliquis, & cum hoc inuasor, præsumitur homicida, quia vult occidere: & hoc paratus est, si aliquis sibi resistat: Hoc patet per illud Exodi. 22. de fure nocturno, & diurno: Fur nocturnus impunè occiditur: qui autem intrantem de die ad furandum occidit, homicidij reus est: Causa diuersitatis hæc est; quia præsumitur quòd, qui de nocte furatur, occideret resistentem, si posset; non autem qui de die intrat. 4. D. 15. Q. 3. §. *De secundo damnificans*. ✝. *Respondeo, quod Deus*. H. 8.

Furia.

Furia impedit matrimonium dum durat: & ita contractum matrimonij. 4. Dist. 42. Quæst. Vnic. §. *Si primò*. ✝. *Si primo*. E. 4.

Furiosus in ordine ad Baptismum.

Furiosus, vel alius nunc, propter aliquod impedimentum, non vtens, licet aliquando vsus sit, ratione, si speretur eum rediturum ad vsum rationis, magis expedit quòd nunc non baptizetur, sed tempus expectare, quo vtetur ratione: putà de dormiente, tempus vigiliæ expedit expectare, & de furioso tempus lucidi interualli; Si autem non speretur, putà de eo, qui incidit in perpetuum impedimentum vsus rationis, eum expedit baptizare, quia aliàs exponeretur periculo damnationis. 4. Distinct. 4. Quæst. 4. §. *Hic distinguo*. ✝. *Respondeo, si speretur*. B. 2.

Furiosus in ordine ad extremam vnctionem, & matrimonium.

Furiosi, & amentes, quia non vtentes ratione, non possunt esse pænitentes, excluduntur à susceptione extremæ vnctionis: & hoc nisi per voluntatem præcedentem expressam præsumantur illud velle. 4. D. 23. Q. Vn. §. *De secunda*. ✝. *Exponendo ergo*. B. 3.

Furiosus, si habet lucida interualla, pro tempore interualli potest contrahere matrimonium: & eodem modo, post contractum, tunc petere debitum: & est sibi debitum tunc reddendum, non autem pro tempore furiæ, quia tunc nescit ea iure suo petere, sed sicut brutum; tunc etiam reddere esset alteri coniugi periculum in persona. 4. D. 42. Q. Vn. §. *Si primo*. ✝. *Si primo modo*. E. 4.

Furtum quoad nomen.

Furtum, scilicet hoc nomen, impositum est ad significandum, non solùm acceptionem alicuius rei alienæ, sed etiam contra voluntatem eius, cuius est, & cuiuscunque alterius superioris Domini. 3. D. 38. Q. Vn. §. *Aliter dicitur*. ✝. *Hoc potest*. A. 6.

Furtum quo ad homicidium.

Furti peccatum Deus in lege Moysi, vel Euangelica, non excepit ab illo præcepto, *non occides*; vt scilicet propter hoc peccatum liceat hominem occidere: & ideo nisi reuocauerit, aliqua reuocatione speciali, quod non habetur ea scriptura, nec de Bulla super hoc, descendente de Cœlo audiuimus; non video quòd lex aliqua iusta possit statuere hominem occidi pro furto solo; Dico autem *solo*, quia si est fur, & cum hoc inuasor, præsumitur homicida, quia vult occidere: & hoc paratus est, si aliquis sibi resistat. 4. D. 15. Q. 3. §. *De secundo damnificans*. ✝. *Respondeo, constat*. G. H. 8.

Furtum respectu ad adulterium.

Furti peccatum est multò minus, quàm adulterium, iuxta illud Prouerb. *Non grandis est culpa, cùm quis furatur fuerit; furatur enim, vt esurientem impleat animum; deprehensus quoque reddit septulum*; sequitur; *Qui autem adulter est, propter inopiam cordis perdet animam suam*; Sed pœna de adulteris est reuocata in illo Ioann. 8. *Nemo te condemnauit mulier, nec ego te condemnabo: vade, iam amplius noli peccare*: multò magis reuocatus est rigor contra furtum, si fuisset statutus in lege Mosaica. 4. D. 15. Q. 3. §. *De secundo damnificans*. ✝. *Esto etiam*. H. 9.

Fur-

Furtum prout committitur in suscipiendo ordine.

Furti crimen in ordine committens (hoc est furtiuè se ingerens in suscipiendo Ordinem) si prohibetur per excommunicationem, ne quis accedat, nisi de illo Episcopatu, & prius legitimè examinatus, & receptus: vel si non est talis excommunicatio, vel prohibitio, in vtroque casu furtiuè se ingerens est irregularis; sed in primo indispensabiliter, nisi per Papam: in secundo dispensabiliter per Episcopum, vt probatur. Extra. de eo, qui furtiuè Ordines suscepit in 1. cap. & in 2. in Tex. & in glos. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ✠. *De furto*. E.8.

F V T

Futurum prout potest dici esse in actu.

Futurum aliquod si sit in actu respectu Dei, simpliciter est in actu, atque ideo impossibile est postea ipsum poni in actu. 1. D.39. Q.1.2. &c. §. *Contra istud arguitur*. ✠. *Item si effectus*. B.8.

Futurum esse non est esse simpliciter: necesse præteritum est esse simpliciter; sicut enim præteriisse in esse simpliciter non infert esse simpliciter; Sic nec futurum esse in esse simpliciter infert esse simpliciter; igitur nec multò magis posse esse simpliciter infert esse simpliciter, quia posse esse videtur esse remotius ab esse simpliciter, quàm fore. 2. D.1. Q.2. §. *Ad primum argumentum*. ✠. *Quod arguebatur pro secunda positione*. G.10.

Futurum comparatum ad scientiam diuinam, & suum esse.

Futura licet respectu Diuinæ scientiæ sint necessaria, tamen non sequi, quin respectu causarum proximarum sint contingentia docet S. Thomas; quod confirmas ex illo Boetij 5. Consolat. c. vlt. finè prosa 6. *Si dicas, quod euenturum Deus videt, illud non euenire non possit; Quod autem non potest non euenire, illud necessitate contingere: meque ad hoc nomen necessitatis astringas: Respondeo, idem futurum, cùm ad Diuinam notitiam refertur, est necessarium; cum verò in sua natura perpenditur, liberum prorsus est, & à vinculis necessitatis absolutum*. 1. D.39. Q.1.2. &c. §. *Tertia positio*. sub B.11. Refellitur hic modus à Scoto. *ibidem*. §. *Contra ista*. B.12.

Futurum quoad necessitatem, & cognoscibilitatem.

Futurorum necessitatem coarguens Philosophus, non deducit ad aliquid impossibilius hypothesi, sed ad aliquod impossibile nobis manifestius, scilicet quòd non oporteret nec consiliari, nec negotiari: & ideo negantes talis manifesta indigent pœna, vel sensu. 1. D.39. Q.Vn. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Sed nec isto modo*. C.13.

Futurorum, vt futura sunt, possumus habere aliquam cognitionem, vt experimur; alioquin non possemus nobis prouidere ad procurandum nobis commoda, vel ad vitandum incommoda: & proinde multò magis possumus habere aliquam cognitionem de præteritis, vt præterita sunt, & ita recordationem. 4. D.45. Qu.3. §. *Circa istam quæstionem*. ✠. *Præterea, præteritum*. A.2.

Futurum prout est contingens, & cognoscitur à Deo, & in Deo.

Futura contingentia solus Deus potest naturaliter, non ab alio, certitudinaliter præuidere; & per consequens solus ille, vel ab illo instructus potest ea certitudinaliter prædicere. *Prolog*. Q.2. §. *De primo patet*. n.3.

Futurorum contingentium reuelatio à solo Deo fieri potest. *Prolog*. Q.2. §. *De octauo*. ✠. *Item contra vtrumque*. & ✠. *Secundum scilicet*. C.12.

Futurum contingens, siuè creaturam Trinitas cognouit, etiam intuitiuè, antequam producatur; quia essentia sua, quam intuetur, est ratio perfectissimè cognoscendi omnia alia; & per consequens est ratio cognoscendi intuitiuè quodlibet cognoscibile, licet nullum existeret in se. 1. D.10. Q.Vn. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad vltimum*. S.14.

Futurum prout est contingens, & cognoscitur à Deo, & in Deo.

Futurorum contingentium notitiam certam habere Deum per ideas refutatur. 1. D.39. Q.1.2. &c. §. *Circa istas*. & §. *Contra rationes*. A.7.

Futurorum contingentium notitiam certam habere intellectum Diuinum per hoc, quòd totus fluxus temporis sit præsens æternitati immensæ, & infinitæ, sicut immensum in ordine ad locum est præsens omni loco, Existimat S. Thomas: Exemplificatque de baculo fixo in flumine fluente, cuius omnibus partibus non est præsens ob suam limitationem, cuius oppositum esset, si esset immensus: Et de centro circuli, omnibus partibus circumferentiæ fluentis, præsente. 1. D.39. Q.1.2. &c. §. *Aliter ponitur*. B.8. Refellitur à Scoto. *ibidem*. §. *Contra istud*. B.9.

Futura contingentia ponere præsentia æternitati non innuat ad hoc, vt Deus de ipsis, quatenus futura sunt, certam habeat notitiam. *ibidem*. ✠. *Præterea; ista positio*. sub B.10.

Futurum contingens si Deus certò cognoscit, vt futurum, & à se producendum; non agnoscit eum, vt iam existens in æternitate, sed secundum quòd futurum est, adeoque per aliquid aliud, quàm per illam præsentiam in æternitate; Si autem non noscit ipsum certitudinaliter vt futurum, producit ipsum non præcognoscens ipsum; cognoscet autem certitudinaliter, cùm fuerit productum, & ita aliter nouit facta, quàm facienda, contra Augustinum super 5. Genes. 2 *ibidem*.

Futura contingentis, vt determinatè vera, certò, infallibiliter, immutabiliter cognoscit intellectus Diuinus per essentiam Diuinam, quæ naturaliter ea, vt talia, repræsentat, supposita determinatione voluntatis Diuinæ, propter quam liberam determinationem sunt contingentia, & à qua habent determinatam veritatem. 1. Dist.39. Quæst.1.2. &c. §. *Viso de contingentia rerum*. M.N.23.

Futura contingentia Deus cognoscit, non cognitione quasi abstractiua, sed vera intuitiua. 1. D.39. Q.1.2. &c. §. *Ad argumenta pro secunda opinione*. ✠. *Auctoritates omnes*. Y.35.

Futura contingentia non sunt nata cognosci, siuè in se, siuè in Verbo, nisi intuitiuè. 3. D.14. Q.2. §. *Tertio modo*. ✠. *Hæc autem scientia*. L.17.

Futurum contingens prout dicitur esse.

Futurum contingens, si non tantum, quantum ad entitatem, quam habet in esse possibili; sed etiam quantum ad entitatem, quam habet in esse existentiæ, est nunc præsens æternitati: nunc consequenter est productum in illo esse ab ipso Deo: Et proinde, quando producetur in tempore secundum illud esse, illud, quod iam ab ipso productum est, iterum producetur in esse, & ita bis producetur in esse. 1. D.39. Q.1.2. &c. §. *Contra istud*. ✠. *Præterea, si sessio mea*. sub B.9.

Futurum contingens, quod ponitur præsens æternitati, secundum quod est in aliqua parte temporis; ipsum tamen est futurum in se, & secundum hoc, quod futurum est, & à Deo producendum. *ibidem*. ✠. *Præterea: ista*. sub B.10.


Futurum simpliciter dicendum est esse illud, quod est futurum secundùm causam superiorem, vincentem: non autem quod esset futurum secundùm causas inferiores, si suæ causalitati relinquerentur: Exemplum de hoc ponitur. Isai. 38. de Ezechia, cui Isaias nunciauit mortem; & mortuus fuisset naturaliter, secundùm causas inferiores Sed tamen Deus ab æterno vidit orationem suam, & deuotionem, & lacrymas, ideo prohibuit causalitatem causatum inferiorum: &, vltra terminum, naturalem addidit sibi quindecim annos, vt patet ibi. 3 D.21. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. n.2.

Futurum contingens quo ad eius determinatam veritatem.

Futurorum contingentium non est determinata veritas: veritas verò in illis de futuro non est similis, sicut in illis de præsenti, & de præterito; in præsentibus quidem, & præteritis est veritas determinata, ità quòd alterum extremum est positmu; & vt intelligitur positum non est in potestate causæ vt ponatue, vel non ponatur: talis autem non est determinatio ex parte futuri, quia licet alicui intellectui sit vna pars vera determinatè, & etiam vna pars sit in se vera determinatè, licet eam nullus intellectus apprehenderet, non tamen ita, quin in potestate causæ sit, pro illo instanti, ponere oppositum. 1. D.39.Q.1.2.&c.§. *Ad argumentum principale*. ℣. *Ad primum pro prima quæstione*. P.26.

Futuri contingentis indeterminatio talis, quòd licet vna pars oppositorum sit in se determinatè vera, (siuè illa determinatio sit alicui intellectui nota, siuè non), non tamen ita, quin in potestate causæ sit pro illo instanti ponere illud oppositum, sufficit ad negotiandum, & consiliandum; Si autem neutra pars esset futura, non oporteret negotiari, vel consiliari. *ibidem*.

Finis Littera. F.



Gaudium

G

Gaudium quo ad originem, & quidditatem.


Audium, & tristitia sunt passiones consequentes velle, & nolle, nec videtur esse in potestate voluntatis gaudere, & tristari, nisi quia in potestate eius est velle, & nolle illud, ad quod sequitur gaudium, vel tristitia. 1. D.13. Q.V. §. *Alia est opinio*. ⁋. *Ex alio etiam apparet*. H.12.

Gaudium, vel tristitia videtur sequi in voluntate abipso obiecto præsente, quatenus ad relationes voliti, & noliti sequitur approximatio huius obiecti, scilicet apprehensio circa volitum, & nolitum. 3. D.15. Q.Vn. *§. Aliter potest dici*. ⁋. *Vlterius de tristitia*. D.12.

Gaudium est propriè delectatio in voluntate. 3. Dist.34. Quæst. Vnic. *§. His suppositis*. ⁋. *Sic igitur habemus*. P.21.

Gaudium, seu delectatio est essentialiter passio. 4. D.49. Q. 7. *§. Respondeo*. ⁋. *Contra; nulla passio*. n.3.

Gaudium vt opponitur tristitiæ.

Gaudium, & tristitia non sunt opposita, nisi sint respectu eiusdem obiecti. 3. D.15. Qu.Vn. §. *Ad primum alterius viæ*. ⁋. *Ad primum principale*. V.33.

Gaudium de passione Christi circumstantionata; & tristitia de eadem passione nudè ostensa, non sunt oppposita. *ibidem*.

Gaudij, & tristitiæ ratio de opposito sufficienter est in velle conditionato. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad primum horum dico*. I.20.

Gaudium quo ad intensionem, & remissionem.

Gaudium maius non semper prouenit ex volito magis bono, sed ex intensiori actu volendi bonum volitum: bonum autem vniuscuiusque proptium est magis volitum intensè, quàm alterius; Et per consequens ex hoc magis gaudium est. 4. D.50. Q.6. §. *Respondeo, & primo*. ⁋. *Respondeo gaudium*. I.9.

Gaudium par non erit in Beatis: Et cùm Augustinus dicit super Ioannem homil.66. quod *omnium erit par gaudium*, intelligit extensiuè, non intensiuè, quia quilibet gaudebit de quolibet, & de omnibus, de quibus alius gaudebit. 4. D. 50. Quæst.6. §. *Ad argumenta illius quæstionis, nempè quinta*. ⁋. *Ad aliud dico*. L.10.

Gaudium Animæ Christi.

Gaudium maximum licet fuerit in portione superiori voluntatis Christi, tamen non excludebat dolorem in appetitu sensitiuo, nec esse tristitiam in portione inferiori, quia illa delectatio non redundabat in portionem inferiorem; & hoc fuit factum per nouum miraculum. 3. D.15. Q.Vn. *Ad quartum principale*. Y.35.

Gaudium animæ Christi, potest dici, vno modo, quod non redundabat in eius cor; quia etiam non redundabat in portionem inferiorem; cum gaudium potentiæ voluntatis Christi, quod habuit circa obiectum æternum, non redundabat in eandem potentiam circa aliud obiectum, quod fuit per miraculum; & ideo nec est mirum, si non redundabat in cor: Vel aliter, quod gaudium, & tristitia circa cor aut fuerunt æqualia, aut non; Si sic; nec cor mouebatur motu dilatationis, nec constrictionis, quia tunc impediret actionem alterius; Sicut si ponatur aqua, & ignis penitus æquales secundum virtutem agendi, & patiendi, & ponatur lignum in medium, quod natum est pati æqualiter ab vtroque, nec frigefiet, nec calefiet; Si autem fuerint inæqualia, tunc vnum dominabatur; & qualitercunque fuerit, cor eius constringebatur; Vnde contristatur cor, cum non dilatatur per gaudium, sicut si esset tristitia amota; & ideo non tantam redundantiam habuit gaudium super corpus, sicut dolor, & tristitia. 3. Dist.15. Quæst. Vnic. *Ad quintum principale*. A a. 36.

Gaudium respectu Beatitudinis.

Gaudium essentiale licet sit de bono positiuo, imo maximo; tamen non est inconueniens, vltra illud addi aliquod gaudium accidentale de negatione, cui opponitur affirmatio odibilis; multum enim addit de gaudio non cecidisse in culpam, vltra id, quod aliquis habet de hoc, quod post culpam surrexit ad gratiam. 4. Dist. 1. Quæst.6. *§. Contra istam conclusionem*. ⁋. *Respondeo, sicut*. C.6.

Gaudium de obiecto beatifico replet totaliter capacitatem Beati; & ideo non est capax tristitiæ, quæ nata esset consequi recordationem peccatorum; Vincit enim illud obiectum, in causando gaudium, virtutem illius recordationis, in causando tristitiam; quia secundum Arist. 7. Ethic. cap.18. delectatio vehemens excludit quamcunque tristitiam, non solùm contrariam, sed etiam contingentem. 4. D.45. Q.3. §. *Ad argumenta principalia*. *Ad tertium*. ⁋. *Si hoc non placet*. Q.24.

Gaudium aliquod in iudicio vniuersali post sententiam datam per illa verba Matth.25. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c.* accrescet vnicuique electo vltra illud, quod habent in iudicio particulari, quia quilibet gaudebit de integritate suæ Ciuitatis. 4. D.47. Q.1. *Ad tertium principale*. I.8.

Gaudium, seu delectatio, strictè accipiendo beatitudinem, non est de essentia eius, quia est passio; beatitudo autem consistit in operatione. 4. D.49. Qu.7. §. *Dico ergo*. A.4.

Gaudium est magis de essentia beatitudinis, quàm securitas; quia gaudium est in eadem potentia cum beatitudine, quæ est in concupiscibili: Vnde delectatio quietat voluntatem, vt est susceptiua passionum, sicut beatitudo perficit voluntatem, vt est susceptiua operationum; securitas autem passio non est in virtute concupiscibili, sed in virtute irascibili, quia consequitur spem. 4. D.49. Q.7. §. *Dico ergo*. A.4.

Gaudium absolutè potest separari à visione (hoc est visio potest conseruari separata à gaudio) sine contradictione: & tunc habens visionem videret, & non gauderet; Sed hoc non esset ex potestate sua, sed Diuina, quæ conseruat visionem, & non gaudium. 4. D.49. Q.7. *Ad argumenta primæ opinionis*. *Ad primum*. C.6.

G E N

Generabile.

Generabile nihil vniuocè potest generari æquiuocè, nisi sit ita imperfectum, quod causa æquiuoca sine vniuoca sufficiat ad generationem eius; & ideo imperfecta entia possunt generari æquiuocè, & vniuocè; perfecta autem non. 1. D.2. Qu.7. §. *Ad primum argumentum principale eiusdem 7. quæstionis*. R.27.

Generabile hoc, secundum Auerroem 8. Physic. commento 46. Si generatur æquiuocè, & non ex semine; aut ergo de necessitate, aut vt in pluribus, aut vt tarò: Si de necessitate æquiuocè generatur; igitur nunquam ex semine, quod est falsum: Si autem vt in pluribus, æquiuocè de putrefactione generatur; ergo naturaliter; quia quæcunque vt in pluribus accidunt, naturaliter accidunt; ergo naturaliter generatur æquiuocè; & vlterius sequitur quod vt ratò propagetur ex semine, quod falsum est. Si autem vt raiò, generatur æquiuocè; Sed quæ ratò eueniunt, casu eueniunt, & casualiter; & quæ casualia sunt, monstruosa sunt; & quæ sunt huiusmudi, non sunt eiusdem speciei, & hoc, & illud; ergo natura non est communicabilis nisi vno modo. Ita Auerroes in tertia ratione adducta in principio. 7. quæstionis dist. 2. lib.1. Exponitur. Non dicitur aliquid fieri ratò; vel vt in pluribus, quia ipsum in se contingat fre-

Generabile .

quenter , vel rarò ; frequentius enim lapis cadens frangit caput , quàm luna eclypsetur ; Sed ista differentia debet intelligi per comparationem alicuius effectus ad suam causam ; & dicitur ille effectus eueniens in maiori parte , qui habes causam determinatam ad suum euentum , quæ vt in pluribus producit effectum. Rarò dicitur euenire , quando non habet causam suam determinatam ad suum euentum , sed tantùm prouenit ex aliqua causa ordinata ad alium effectum , impedita tamen ab illo effectu , ad quem ordinatur , & tamen ex tali impeditione prouenit istud rarò . Accipitur etiam *rarò* , vel vt in pluribus , prout disiungit inter opposita contradictoria , non prout inter disparata disiungit. Cum igitur arguitur : Generabile hoc, si generatur æquiuocè , vel non ex semine ; aut igitur ex necessitate ; aut vt in pluribus ; vel rarò ; ex necessitate , concedo quod non : aut ergo in maiori parte , vel rarò ; concedo quod in maiori parte , comparando ad causam determinatam ; & etiam vt est disiunctio inter contradictoria ; comparando scilicet effectum æquiuocum ad causam æquiuocam sub disiunctione ad contradictoria , licet rarius eueniat hoc , quòd generetur non ex semine, quàm quòd generetur ex semine , vt videlicet comparantur ad inuicem duo disparata . 1.D.2. Q.7.§. *Ad primum principale.7.quæstionis.*✠.*Ad secundam dico* . &. ✠. *Cum igitur arguitur* . S.29.

Generabile omne , secundum Philos. primo Cæli , & Mundi.cap.102.Tex.126.necessariò corrumpetur 2. D.19.Q. *Vnica.In secundo argumento principali* . n.1.

Generabile omne,& corruptibile habere certam peryodum suæ durationis in esse , vltra quam non possit durare , est falsum ; quia ponatur in esse aliquis lapis , & tollatur omne extrinsecum corruptiuum , posita , cum hoc , generali influentia , vel manutenentia Diuina , nunquam corrumperetur , & per consequens non propter peryodum corrumpitur , vel habet certum terminum durationis . 3.D.16.Q.2.§.*Rationes istæ non concludunt* ✠. *Vltimum argumentum* . n.4.

Generabile , & corruptibile proximè habet materiam contractam per esse existentiæ; sic enim materia est causa proxima corruptionia . 3. D.22.Q. *Vnica*. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*.✠.*Per hæc ad formam argumenti* . G.15.

Generabilibus omnibus , & corruptibilibus oportet esse aliquam causam superiorem , quæ sit causa vniformitatis in continuatione generationia, & corruptionis . 4. D.12.Q 3.§.*Dico ergo ad quæstionem* , ✠. *Secundò sic* . H. 14.

Generans .

Genérans habet vnam habitudinèm ad primum terminum, qui dicitur productus , siue genitus , & aliam habitudinem habet ad formalem terminum ; & in creaturis vtraque habitudo est realis , qoia vtraque habitudo habet terminos realiter distinctos : & realis dependentia est vtriusque producti ad ipsum producens . 1. D.5. Q.1.§. *Ad argamenta in oppositum* , ✠. *Ad rationem illam* . G. 9.

Generana mineram in visceribus terræ, vel aliquod mixtum animatum, vel inanimatum hic insertus , agit sua forma substantiali ; quia non substantia non potest generare substantiam;nec accidena aliquod in medio potest esse ratio generandi substantiam ; Est igitur forma corporis cælestis potentia actiua in remotum , absque hoc , quod corpus illud agat in proximum , secundum eamdem potentiam actiuam , secundum quam agit in remotum , licet agat in propinquum secundum aliam potentiam actiuam ; Sed hoc accidit , vel propter coniunctionem istarum potentiarum duarum actiuarum in eodem , quarunt vtraque est actiua,& vna habet proximum pro passo proportionato ; & alia potentia actiua habet reliquum passum remotum proportionatum : Vel accidit propter imperfectionem ipsius Agentis, in quo est defectus virtutis actiuæ , propter quem defectum prius agit secundum formam imperfectiorem.1. D.37. Q.*Vnica*. §. *Respondeo. Agens creatum* . n.2.

Generans corruptibile prius alterat, quàm generat , propter illius Agentis imperfectionem , à quo prius origine est imperfectius.*ibidem*

Generans non est causa immediata descensus grauis , quia tunc potest non esse: Quare oportet dare quod sit aliquid intrinsecum ipsi graui , vel ipsummet graue per aliquid intrinsecum.2.D.2.Q.10.§.*Et si dicatur* . ✠. *Ad istam conclusionem*.B.5.

Generans manens in virtute in graui , per hoc non mouet ipsum graue,quia non manet in virtute,nisi sicut causa in suo effectu,& quod sic manet,non est ens in se , sed tantùm quia manet in suo effectu.*ibidem*. ✠. *Quia igitur oportet*.&.✠.*Contra istud*.C.6.

Generans si dicatur efficere(tunc virtus illa respectu motus pertinet ad genus causæ efficientis) & nihil efficit , nisi , secundum quod est in actu ; necesse est quod efficiens efficiat actu , quia illud , quod est efficiens in virtute tantùm,non efficit.2. D.2.Q.10.§.*Et si dicatur*. ✠. *Contra istud* . C.6.

Generans inquantum generans , circumscripto omni alio , distinguitur à genito ; quia non est intelligibile quod idem generet se : etiam in Diuinis persona non generat se ; sed generans inquantum generans , non includit quantitatem sicut proprium principium generatiuum ; nec genitum vt genitum includit quantitatem , vt per se formalem terminum generationis : quare , circumscripta vtraque quantitate , scilicet generantis,& geniti,hæc substantia distingueretur ab illa numeraliter.2. D.3.Q.4. §.*Contra ista positio* . ✠. *Præterea arguo contra secundam rationem* . I. 14.

Generans generat aliud propter materiam ex.7. Met. Tex. 28.Intentio Philosophi ibi est , quod ideæ non sunt necessariæ propter generationem , quia tàm distinctio gignentis à genito , quam assimilatio geniti cum generante,quæ duo requiruntur ad generationem vniuocam , possunt haberi sine eis ; Agens enim particulare , ex forma sua habet vnde assimilet sibi passum , & generans genitum ; & ex materia habet , quod sit distinctum à genito , non principaliter , licet tamen sequatur necessariò quod distinguatur per materiam à genito , quia materiam non suam , sed aliam perficit per formam terminantem generationem; sua enim materia iam perfecta est forma;& ex hoc,quod assimilat per formam , perficit aliam materiam,quam suam;& ita sua,alia est ab illa , quæ priuatur forma tali; Cuiuscunque autem est alia materia , ex qua materia est pars essentialis rei , ipsum est aliud ab eo.2.D.3.Q.6.§.*Ad quæstionem quintam præcedentem* . ✠. *Ad illud Aristotelis* .S.22.

Generans inter , & genitum ratio principalis assimilationis , vel similitudinis est ipsa forma ; & hoc non secundum vnitatem , vel identitatem indiuidualem , inquantum forma hæc, sed secundum vnitatem,vel identitatem illam minorem,inquantum forma est , & secundum hoc est ratio gignendi , *ibidem* .

Generans , vbi non est nec per essentiam , nec per contactum mathematicum præsens, agit; est tamen ibi per contactum virtualem:& hoc sufficit ad agendum,sicut si esset præsens per essentiam , vel mathematicè : & quod agat prius in medium inter ipsum,& illud,cui est sic præsens, non requiritur absolutè ad hoc, quod agat in illud ; sed hoc est , quia medium est capax actionis eiusdem rationis cum termino .2. D.9.Q.2.§.*Ad quæstionem istam*.✠.*Præterea tertio*.C.17.

Generans,vel decidens semen(in acto generationis prolis] est non ens,cum non sit præsens illi corpori , in quod debet agere semen vel ratio seminalis,& potest non esse simpliciter; Vnde si hic agit,hoc erit virtute alicuius infra se contenti.2.D.18.Q.*Vnica*.§. *Restat igitur nunc videre* . ✠. *Contra in virtute non entis* . H.9.

Generans, vel seminans , & semen sunt accidentaliter ordinata, sicut sortes,& Plato: Quare ad actionem introductiuam formæ vltimæ non concurrit virtus generantis . 2. D.18.Q. *Vnica*.§.*Restat igitur* . ✠. *Præterea causæ* . H. 9.

Generans sicut dat substantiam , ita dat accidentia causaliter immediate:hoc non est verum vniuersaliter ; sed si verum sit,hoc non est verum nisi in generatione vniuoca.3 D. 18.Q.*Vnica*.§.*Ad primum principale*.✠.*Ad aliud cum dicitur, quod si* . K.18.

Generana

Generans.

Generans in creaturis quando generat, tunc non est Pater, licet postea, quando proles formata est; Sicut illa proles incipit esse filius, ita incipit quę genuit esse Pater; tamen tunc non est aliqua eius actio; posset enim tunc vel non esse, vel non omnino agere aliqua actione noua, præter illam primam. 4. Dist. 13. Quæst. 1. *§. Ad argumenta contra istum articulum. ℣. Ad quintum principale.* V. 26.

Generans vniuocum si non sit hoc aliquid, nec genitum erit hoc aliquid. *Quodl.* Quæst. 7. §. *Sed licet hæc conclusio.* ℣. *Sed melius.* Et ℣. *Pro secunda parte.* Q. 25.

Generans, quod habet in virtute sua actiua formam huius corrupti, & formam huius geniti, sicut potest illud in illud conuertere conuersione partiali, quæ est secundum formam; sic illud Agens, quod æque habet in virtute sua formam huius corrupti, & formam huius geniti, æque potest partialiter conuertere istud in illud, corrumpendo, vel generando. *Quodl.* Quæst. 10. *§. De primo dico.* A. 3.

Generare.

Generat est verbum, ideo non potest prædicari nisi formaliter. 1. D. 5. Q. 1. *§. Quantum autem ad primum articulum. ℣. Patet etiam illa minor.* D. 7.

Generare, non comparando illud ad aliquod suppositum, si vt est geniti tanquam termini, est aliquid, ad quod nata est esse aliqua potentia actiua; in quocunque non est potentia ad illud, non est in eo omnipotentia, hoc est, non est potentia ad omne illud, ad quod nata est esse potentia: Si verò non est aliquid, ad quod nata sit esse potentia actiua, in nullo erit potentia ad illud; & ita non pertinet ad omnipotentiam Patris. 1. D. 20. Q. Vn. §. *Contra istud.* B. 6.

Generare formaliter licet non possit Filius, vt generatio sit in ipso, nec possit principiare generationem in se ipso; tamen si istud sit terminus omnipotentiæ; oportet dicere quòd Filius possit principiare generationem in eo, in quo nata est esse: nullo autem modo Filius potest principiare generationem in se, nec in isto, in quo non est nata esse; tamen omnipotens est, & potest actionem illam causare in eo, quod potest illam recipere; sicut non esset omnipotens, si non posset causare intellectionem in intellectu potente recipere eam. 1. D. 20. Q. Vn. *§. Contra istud. ℣. Confirmationes etiam.* B. 6.

Generare non potest aliquo modo esse à Filio, nec vt in Filio, nec vt in alio; adeoque si *generare* est terminus omnipotentiæ simpliciter, Filius non erit omnipotens. *ibidem.*

Generare posse in Diuinis ad intra non est aliquod posse, pertinens ad omnipotentiam propriè dictam. 1. Dist. 20. Qu. Vnic. *§. Ad argumenta principalia. ℣. Ad primum dico.* F. 1 c.

Generare si oportuisset Asinum ab æterno, non est inconueniens quod Deus quieuisset per infinitum imaginatum tempus à parte ante ab illa actione, quæ necessariò includit quod sit noua; cum ponas, Deum necessariò quieuisse ab illa actione, quam non ostendis includere formaliter nouitatem. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes autem primam opinionem. ℣. Respondeo. Asinus.* F. 18.

Generare, vel *dicere*, si habeatur pro inconuenienti quod sit præcisè referri; dicendum quod inferius non est præcisè superius; quia est superius cum aliqua differentia addita; sicut homo non est tantùm animal, sed simul rationale: ita dicendum, quod *generare* dicit relationem, sed talem, scilicet productiuam per naturam: & *dicere*, relationem producendi per intellectum: & ideo *generare*, non est tantùm referri, sed referri relatione originis, fundata supra memoriam fœcundam; & *dicere*, referri relatione originis fundata super intellectum fœcundum. 4. D. 13. Q. 1. §. *Ad argumenta contra istum articulum. ℣. Ad tertium.* R. 23.

Generare separato, sine circumscripto, posito quod relatio originis ad fecundam personam constituat primam sub ratione generatiui, quæ est prior ratione generationis, vt generatio; videtur consequenter dicendum quod posset prima persona remanere, vel in se, vel saltem in intellectu considerante; sed in re non posset fieri circumscriptio vnius sine altero, quia sunt idem realiter. *Quodl.* Q. 4. *§. De tertio articulo.* M. 16.

Generare si esset prius Paternitate in Diuinis, & *generare* sub ratione *generare* constitueret primam personam; videretur quod prima persona posset remanere, circumscripta Paternitate, vt Paternitas est. *Quodl.* Qu. 4. §. *De tertio articulo.* M. 21.

Generari.

Generari posset corpus de eo, quod aliquando esset non corpus; sed fortè non posset naturale Agens generare de non corpore corpus, sicut de corrupto; quia materia non corrumpitur, sed totum; sed de eo, quod fuit corpus vsque ad instans generationis: & hoc quantitate inhærente sibi, potest Agens naturale aliud quantum alia quantitate generare illo instanti; quia sicut potest producere substantiam, quæ non præfuit, ita potest producere omnia accidentia consequentia eam. 2. Distinction. 3. Quæst. 5. *§. Ad primam rationem. ℣. Ad Auerroem dico.* M. 17.

Generari dicit acquisitionem esse simpliciter; sed non necessariò primi esse. 3. D. 11. Q. 1. §. *Contra istam rationem obijcitur. ℣. Ad secundum dico.* E. 11.

Generari denominat natură, & mediante natura natum est denominare suppositŭ: propterea Christus dicitur genitus temporaliter, & non creatura, quia creatura nata est denominare vtrumque propria denominatione; & ita neutrum est ibi ratio quia respectu alterius. *ibidem.* §. *Ad istam conclusionem. ℣. Et per hoc patet.* F. 12.

Generari non habet quodlibet ex quolibet, sicut ex termino, sed determinatum ex determinato; & ideo ex alimento puriori, & meliori generatur melior sanguis; & ex sanguine puriori generatur caro solidior, & permanentior: Vnde ex alimento corrupto, & impuro generatur caro valdè fluida. 3. Distinct. 16. Quæst. 2. §. *Ad quæstionem igitur dico. ℣. Respondeo, quamuis sciuerit hoc.* B. 6.

Generatio.

Generatio cum sit via de non esse ad esse, illius per se est generatio, cuius per se est esse; compositi autem, siue suppositi per se est esse, & per consequens generatio per se solius est compositi. 1. D. 13. Q. 6. §. *Tertia quæstio est. ℣. Præterea generatio.* X. 33.

Generatio est naturalis, quia est via in naturam, scilicet in formam. 1. D. 5. Q. 2. §. *Contra istam opinionem arguo. ℣. Secundo, quia in creaturis.* n. 5.

Generatio est ad substantiam; & per consequens ipsa generatione substantia accipit esse, quæ prius non fuit. 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra istam opinionem. ℣. Item quod non posuerit secundum modum.* B. 7.

Generatio sumitur vno modo pro generatione substantiæ; alio modo specialiter pro productione viui ex viuo; & hoc modo dicitur animal generari, & non ignis; & ibi communiter concurrit ex parte agentis inclinatio naturalis, siue forma naturalis, quæ est principium generandi: Et hoc vltimo modo videtur esse generatio in Diuinis. 1. D. 13. Q. Vn. §. *Ad argumenta principalia. Ad primum. ℣. Alio modo dicitur.* P. 20.

Generatio est generatio ex formali termino, qui est natura communicata producto, non autem ex indiuiduali, siue incommunicabili proprietate producti; sicut vniuersaliter omnis motus recipit speciem à formali termino motus. 1. D. 26 Q. Vn. §. *Ad primum, & secundum de secunda via. ℣. Ad quartum.* V. 44.

Generatio fit virtute feminis decisi à mare in fœminam, in qua seruatur virtus Patris, sicut communiter dicitur. 2. D. 8. Q. Vn. §. *In ista quæstione. ℣. Sed quantum ad generationem.* G. 5.

Generatio ex Philosopho. 1. De generat. tex. 10. & 23. est mutatio totius in totum. 2. D. 12. Q. 1. §. *Positio ista. ℣. Et tunc respondeo.* A. 7.

Generatio.

Generatio, vt probetur quod non sit motus, sufficit Aristoteli quod subiectum generationis non necessariò est ens actu, sed est eos in potentia; subiecto autem motus, siue ei quod mouetur, necessario coniungitur quod est ens actu, licet per accidens. 2. D.12. Q.1. *Ad secundum principale.* L.19.

Generatio respectu nullius formæ (inducendæ) potest esse violenta in materia; quia materia inclinatur naturaliter ad quamlibet formam inducendam in eam, quamuis, per comparationem ad qualitates, quæ expelluntur, & corrumpuntur, & ad formam etiam substantialem, quæ corrumpitur, per accidens potest dici violenta. 2. Dist.18. Q. Vn. *§. Contra primum motiuum.* ¶. *Ad illud de violento.* D.6.

Generatio, ex Aristotele. 1. De generat. tex.10. *est transmutatio totius in totum*, quia illud totum ex partibus, quod fuit verè totum, scilicet per se vnum, non manet, sed aliud totum succedit; non tamen qualibet pars succedit, quia materia manet communis, secundum ipsum. Et per oppositum in alteratione non transit totum in totum, quia quodlibet totum per se vnum, quod præcessit alterationem, manet in termino alterationis; Sed tantum transit totum vnum secundum quid, siue per accidens, in totum aliud per accidens, vt lignum calidum in lignum frigidum, quorum neutrum est totum, propriè loquendo, sed tantùm per accidens totum, sicut per accidens vnum; quodcunque autem totum, quod scilicet est per se vnum, & per consequens est de genere substantiæ, manet idem sub vtroque termino transmutationis huius, scilicet alterationis. 4. D.11. Q.1. §. *De primo dico.* ¶. *Primo expono istud vocabulum.* A 2.

Generatio non distinguitur in subiectiuam, & obiectiuam, licet aliquid dicatur generari subiectiuè, vel obiectiuè; & ideo, pari ratione, nec mutatio distinguitur sic, vel sic. 4. Dist. 11. Q.1. *§. Quantum ad tertium articulum.* ¶. *Ad aliam ergo persuasionem.* C.8.

Generatio non est inferius ad mutationem, nisi vt conoenit subiecto generationis; vt autem comparatur ad terminum, habet rationem productionis. 4. D.11. Q.1. *§. ibidem.* ¶. *Ad primum dico.* C.8.

Generatione existente eadem secundum se, potest ipsa habere diuersas habitudines ad subiectum, cui inest, & ad terminum, ad quem est; & secundum hoc potest concretum impositum ab ipsa æquiuocè accipi, vt denotat informationem huius, & illius; & sic aliquid dicitur æquiuocè generari, licet generatio, secundum se, non sic distinguatur, sed tantum dicatur alio modo accipi, vt est huius, & illius. *ibidem.* ¶. *Ad secundum dico.* D.9.

Generatio non est motus, quia quod mouetur est, quod generatur non est. 5. Phys. tex.8. accipiendo *non esse* pro subiecto generationis, accipitur ibi priuatiuè, & est sensus: Quod generatur, idest quod subijcitur generationi, caret *esse* simpliciter; quod autem mouetur, hoc est, vt subijcitur motui, non caret *esse* aliquo simpliciter: Nec valet dicere, inde sequi quod subiectum generationis nullam formam substantialem habet, quæ dat esse simpliciter; hoc, inquam, non sequitur, sed est fallacia consequentis; potest enim habere aliquod *esse* simpliciter isto modo per vnam formam substantialem, & tamen carere *esse* simpliciter, quod nata est alia forma substantialis dare. 4. D.11. Q.3. *§. Ad rationes ergo pro prima opinione* ¶. *Ad primam dico, quod non esse.* Ee.50.

Generatio, & loci mutatio si simul sint, negatio terminans corruptionem, concomitantem generationem, non terminat eam per se, vt saluatur in *vbi*. 4. D.11. Q.4. §. *Ad quæstionem dico.* ¶. *Item quando simul concurrunt.* F.11.

Generatio non est intrinsecus terminus alterationis, sed extrinsecus, & alterius generis; & habet proprium terminum priorem, secundum genus, proprio termino alterationis. 4. D.12. Q.3. *§. Dico ergo ad quæstionem.* ¶. *Ex hoc patet solutio.* D.9.

Generatio est relatio, si hæc est vera, & vniuersaliter tenet consequentia ab abstractis ad concreta, licet quandoque non è conuerso, nullumerit inconueniens, imò necessarium, quod generare erit referri. 4. D.13. Q 1. §. *Ad argumenta contra istum articulum.* ¶. *Ad tertium, si hæc est vera.* R.23.

Generatio'.

Generatio æquè foret, si fine motu haberetur eadem præsentia, vel approximatio generantis, quæ habetur per motum. 4. D.49. Q.13. *§. Respondeo.* ¶. *Præterea per rationem.* C.8.

Generatio, ablatis imperfectionibus, & retentis his, quæ sunt perfectionis, non est tantum dispositiua ad terminum, sed completè productiua termini; quæ quidem generatio perfecta, & generatio completa, & generatio non transiens, sed semper manens, concludit totum, quod requiritur (ad perfectam generationem). *Quodl.* Q.4. *§. Dicitamen.* ¶. *Secundo autem non possum.* R.26.

Generatio vniuoca, & æquiuoca.

Generatio domus extra, quæ est à domo intra, secundum Philosophum 7. Met. est aliquo modo vniuoca. Prolog. Q.4. *§. Contra istud arguitur.* ¶. *Ad secundum dico.* in fine quæstionis. Gg.45.

Generatio si est vniuoca, aliquid est commune gignenti, & genito; non commune vt materia, sed vt forma, vel actus in vtroque. 1. D.5. Q.2. §. *Ad argumenta pro opinione.* ¶. *Ad primum dico.* S.19.

Generatione in æquiuoca oportet principium productionum esse perfectius forma terminante. 1. D.7. Q. *Vnica.* §. *Huic rationi instatur.* ¶. *Ad ista.* P.12.

Generatio aut dicitur æquiuoca, vel vniuoca à termino formali generationis, aut à formali proprio ipsi supposito producto: Primo modo, si natura, quæ est terminus formalis productionis, est eadem in producente, & producto; sequitur vniuocatio, quia perfectissima similitudo: secundo autem modo, nulla generatio est vniuoca, quia nullum genitum, in sua forma indiuiduali, assimilatur gignenti. 1. D.7. Q.Vn. §. *ibidem.* ¶. *Conclusio tamen.* P.12.

Generatio dicitur esse vniuoca, secundum quod est assimilatiua; Si enim diceretur vniuoca, vel æquiuoca, inquantum est distinctiua, quælibet esset æquiuoca, quia quælibet distinguit: & hæc est imperfectior ratio in generatione, quia conuenit imperfectissimè generationi, adeoque per hanc non distinguitur vniuoca ab æquiuoca. Quare cum generatio sit assimilatiua, quatenus eadem natura communicatur: distinctiua, quatenus est geniti distincti à genetante distincto, sequitur quod penes naturam gignentis, & geniti sit vniuocatio, & non penes distinctionem eorum, scilicet gignentis, & geniti. *ibidem.* ¶. *Hoc etiam arguitur.* P.12.

Generatio vt assimilatiua, & distinctiua.

Generatio & est distinctiua, & est assimilatiua; perfectior autem ratio in ea est, quod sit assimilatiua, quam distinctiua, quia sic est à forma sub ratione formæ, non sub ratione, qua hæc; & ratio formæ est perfectior in supposito ista differentia indiuiduali. *ibidem.*

Generatio quòd prius sit distinctiua, quam assimilatiua; & quòd ex hoc forma sit prius elicitiua vt *hæc*, quàm vt forma, verum est, si ly *prius* accipiatur secundum consequentiam, non secundum causalitatem. Exemplum. Sequitur: est ignis; igitur calidus, & non è conuerso; igitur calidum est prius secundum consequentiam, & tamen ignis est prius secundum causalitatem ipso calore; & ita verum est quod distinguere est prius in generatione, quam assimilare, idest communius; quia multa distinguunt, quæ non assimilant; Sed distinguere non est perfectius in generatione, quam assimilare. 1. D.7. Q. *Vnica.* §. *Quia autem aliqua argumenta.* ¶. *Ad aliud, cum dicitur.* R.24.

Generationi etiam imperfectissimæ conoenit distinguere, inquantum est à forma vt *hæc*; assimilare autem conuenit sibi, inquantum est à forma absolutè; & perfectior est ratio formæ, quam ratio singularitatis. *ibidem.*

Generationis terminus formalis.

Generationis terminus formalis in composito est forma, non autem terminus per accidens, sicut apparet per Philosophum. 2. Phys. tex.14. vbi probat formam esse naturam per hoc, quod generatio est naturalis; quia est via in naturam;

turam; est autem via in formam; quæ ratio nulla esset, si forma esset tantum terminus per accidens generationis: Et in eodem etiam vult quod forma, & finis coincidunt in idem; quod non est verum de fine geniti, sed generationis; adeoque terminus formalis generationis verè est ipsa forma. 1.D.5.Q.1. § *Ad argumenta in oppositum.* ℣. *Ad rationem illam.* G. 9.

Generationis Diuinæ terminus formalis est essentia; non enim conceditur formam aliquam dari producto, siue communicari, vel præstari, per generationem, nisi illa forma communicata sit formalis terminus talis productionis. 1.D.5.Quæst.2. § *Contra istam opinionem.* n. 5.

Generationis terminus formalis, in creaturis, est natura, non autem proprietas indiuidualis, vel hypostatica, sicut patet. 2. Phys. tex. 14. vbi dicitur quòd generatio est naturalis, quia est via in naturam, scilicet in formam; natura itaque, siue essentia est per se terminus generationis, & non nisi terminus formalis. *ibidem.* ℣. *Secundo, quia.* n. 5.

Generationis Diuinæ terminus formalis nisi esset essentia, non esset ista generatio vniuoca; quia ratio formalis termini eius non esset ratio conuenientiæ generantis cum genito, quod est inconueniens. *ibidem.* ℣. *Tertiò, quia alias.* n. 5.

Generationis Diuinæ terminus formalis nisi esset essentia, ista productio non esset generatio, sed magis esset mutatio ad relationem; quia productio ponitur in genere, vel in specie ex suo termino formali, sicut patet ex. 5. Phys. tex. 4. sicut alteratio ponitur in genere qualitatis, quia ibi est forma accidentalis, quæ est formalis terminus alterationis. Quare si formalis terminus huius productionis esset relatio, ista productio poneretur in genere relationis, & non esset generatio. 1.D.5.Qu.2. § *Contra istam opinionem.* ℣. *Similiter alias.* n. 6.

Generatio in Diuinis;

Generatio transfertur ad Diuina sub ratione productionis, non sub ratione mutationis: mutatio namque requirit quod aliquid insit alicui, cui prius infuit oppositum, quod non habetur in proposito. 1. D.2.Q.7. § *Tenendo igitur quatuor rationes.* ℣. *Ad quartam,* & ℣. *Ad quintam probationem.* K. 11.

Generatio non transfertur ad Diuina secundum illud, quod præsupponit generatio, putà subiectum mutabile, quod est imperfectionis; quia vt est mutatio non est in Diuinis; sed transfertur ad Diuina, inquantum generatio est productio, sub ratione, qua est productio termini, quia terminus eius est perfectior terminis aliarum mutationum; & sic bene potest per generationem accipi essentia tanquam terminus perfectissimus in Diuinis; licet non possit per aliquam aliam mutationem accipi aliquis alius terminus aliarum mutationum, quia hoc concluderet compositionem, & imperfectionem; quia terminus cuiuslibet alterius mutationis esset accidens, componibile cum subiecto. 1.D.2.Q.7. § *ibidem.* ℣. *Ad vltimum dico.* K. 12.

Generationis materia est in potentia ad terminum formalem; & quod est quasi materia, est quasi potentia; Essentia autem Diuina nec verè, nec quasi est in potentia ad ipsam, adeoque nec est verè materia, nec quasi materia generationis Diuinæ. 1.D.5.Q.2. § *Contra istam opinionem.* ℣. *Similiter alias.* n. 6.

Generatio nullo modo ponetur in Diuinis sub ratione mutationis, vel quasi mutationis. Cum enim in Diuinis nihil imperfectionis sit ponendum, sed totum perfectionis; & mutatio, de ratione sui, dicat imperfectionem, quia potentialitatem, & hoc in mutabili; & concomitanter etiam dicit imperfectionem potentiæ actiuæ in mutante; quia talis necessariò requirit causam cõcausantẽ ad hoc, vt producat: Vnde cum in Diuinis non sit aliqua imperfectio, nec qualis est potentiæ passiuæ, nec etiam aliqua imperfectio potentiæ actiuæ, sed summa perfectio, ibi ponetur tantum generatio, vt est productio; inquantum scilicet aliquid per eam capit esse; Et ideo generationi, vt est in Diuinis, non assignabitur materia, nec quasi materia, sed tantum terminus, & hoc vel totalis, siue primus, scilicet adæquatus, qui primò producitur in esse; vel terminus formalis, secundum quem terminus primus formaliter accipit esse. 1.D.5.Q.2. §. *Ideo tenendo cum Doctoribus.* ℣. *Ad propositum.* F. 12.

Generationis ordo, & ordo perfectionis debent simul intelligi concurrere in Diuinis; Vnde sicut in creaturis, si concurrerent isti duo ordines semper vniformiter, non quæreremus primò materiam, quæ substaret formæ, & secundò formam, sed quæreremus primò formam, quæ nata esset dare actum materiæ, & secundò quæreremus materiam, quæ nata esset recipere *esse* per illam formam; vel suppositum, quod natum esset subsistere per illam formam: Ita in Diuinis, incipiendo à primo signo naturæ, omninò primo occurrit essentia Diuina, vt est *esse* per se, & de se, quod non competit alicui naturæ creatæ, quia nulla natura creata habet esse prius naturaliter, quam in supposito; Ista autem essentia, secundum Augustinum. 7. de Trinit. *est, qua Pater est, & qua Filius est, licet non sit, qua Pater est Pater, & qua Filius est Filius.* Isti igitur essentiæ, abstractissimè consideratæ, vt priori omnibus personalibus, conuenit esse per se; & in isto priori occurrit non vt aliquid receptiuum alicuius perfectionis, sed vt infinita perfectio, potens in secundo signo naturæ communicari alicui, non vt forma informans materiam, sed vt quidditas communicatur supposito, tanquam formaliter existenti per eam: & ita pullulant (vt quidam dicunt) relationes ex ea, & personæ in ea; & ex ea, non quasi quædam formæ, dantes *esse* sibi, vel quasi quædam supposita, in quibus recipiat *esse*, cum sit simpliciter ens; sed quibus suppositis dat *esse*, vt quo formaliter illa supposita sunt, & quo sunt Deus: & ita relatio illa pullulans, cum sit per se subsistens, ipsa pullulat non vt forma essentiæ, sed vt nata esse Deus, ipsa Deitate formaliter, licet non vt informante ipsam, sed vt existente eadem sibi perfectissima identitate; nullo autem modo, è conuerso, relatio est essentiæ, vt quo formaliter essentia est determinata; vel contracta; vel aliquo modo actuata per ipsam; quia hæc omnia repugnant infinitati essentiæ, vt primò occurrit sub ratione actus infiniti. Et tunc conceditur quod essentia est fundamentum istarum relationum; sed non fundamentum quasi potentiale, recipiens istas, sed fundamentum quasi per modum formæ, in qua istæ formæ natæ sunt subsistere; non quidem per informationem, sicut similitudo est in albedine; sed sicut subsistens dicitur esse in natura; Sicut Sortes dicitur subsistere in humanitate, quia Sortes humanitate est homo; non enim ex ratione fundamenti habebit rationem potentiæ, vel quasi potentialitatis essentia Diuina, sed præcisè habebit rationem formæ, vt qua relatio, fundata in ea, simpliciter est Deus. 1.D.5.Qu.2.§. *Tertio principaliter.* ℣. *Respondeo, quod in creaturis.* O.P.16.

Generationi, in Diuinis, non sunt termini aliqui correspondentes, vt mutatio est; quia nihil est in Diuinis quasi aliquo modo prius sub priuatione, & postea sub forma. 1. D.5.Q.2. § *Ad argumenta pro opinionibus.* ℣. *Ad primum dico, quod hic.* S. 19.

Generatio, & relatio non sunt ita in essentia Diuina, sicut forma in materia; sed si persona est ibi relatiua, tunc relatio est in essentia, sicut prioritas suppositi est in natura: Esse autem in aliquo vt suppositum, vel ratio suppositi in natura, nihil infert de *esse in*, vt forma in materia; licet quando natura est imperfecta, proprietas indiuidualis aliquo modo informet naturam. 1. Distinct.5. Q.2. §. *Ad argumenta pro opinionibus.* ℣. *Cùm arguitur.* S. 19.

Generatio in Diuinis est vniuoca; nam in æquiuoca generatione oportet principium productiuum esse perfectius forma terminante; nihil autem in Deo est perfectius absoluto, & specialiter nulla relatio perfectior: absurdissimum enim videtur dicere quod relatio contineat virtualiter essentiam Diuinam. 1.D.7.Q.Vn.§. *Huic rationi instatur.* ℣. *Ad ista.* P. 12.

Generatio, in Diuinis, potest dici propriè medium inter generantem, & genitum (si tamen detur ibi proprium medium); & de illa verum est quod est eiusdem rationis cum extremis, quia ipsa est relatio, sicut extrema sunt relatiua. *ibidem.* §. *Ad argumenta principalia.* ℣. *Ad tertium.* X. 20.

Generatio in Diuinis.

Generatio in Dininis est simpliciter in actu, & necessaria; & ideo non est in potentia, vt potentia repugnat actui, licet hoc sit verum, si sermo sit de potentia, vt est principium. 1. D. 7. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad quartum de potentia, & actu*. Y. 21.

Generationis accessione mutatus esset Pater æternus, si Pater prius erat Deus, & postea genuit. Auertat Deus hanc amentiam. 1. Dist. 9. Quæst. *Vnica*. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Generatio in Diuinis est æterna; non enim ibi est generatio sub ratione mutationis; ideo non habet terminos correspondentes terminis generationis mutationis, scilicet esse post non esse; propter quos terminos repugnat generationi mutationi æternitas, quia non possunt simul esse, sed alterum ante alterum; & per consequens non æternitas; sed tantùm est ibi generatio, productio in esse substantiæ per modum naturæ. 1. D. 9. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem dico*. n. 2.

Generationem Diuinam esse æternam ostenditur ex hoc, quia Agens omninò sufficiens, hoc est à nullo dependens, & producens per modum naturæ, habet productionem sibi coæuam, & etiam productum perfectum, si non agit per motum: Quod enim producens præcederet suam productionem, hoc non posset esse (vt videtur) nisi quia vel in potestate eius esset agere, & non agere; vel quia si ex se determinaretur ad agendum, tamen posset impediri, propter defectum alicuius, à quo dependet in agendo; at hæc omnia excluduntur per id, quod esset Agens sufficiens, & produceret naturaliter; nam si, istis positis, præcederet productum, hoc esset, quia producens produceret per motum: amotis itaque istis, & motu, non tantum productio est sibi coæua producenti, sed etiam productum. Atqui Pater in Diuinis generans producit per modum naturæ; & est Agens omninò sufficiens, à nullo dependens; generans enim naturaliter generat, & est producens omninò primum, adeoque à nullo alio dependet in producendo; & naturam suam nullo modo communicat per motum, quia non potest esse motus in natura illa: Vnde sequitur quod habeat generationem sibi coæuam, & etiam genitum, quia non producit per motum. 1. D. 9. Q. Vnic. §. *Ad quæstionem dico*. ℣. *Ex hoc ostendo*. A. 2.

Generatio in Diuinis non est sub ratione mutationis, nec est ibi quodcunque omnino passiuum respectu actus; sed præcisè ibi est generatio sub ratione productionis, cuius termini sunt producens, & productum; Vnde præcisè generatio illa dicetur naturalis, quia illa habitudo inter producens, & productum est naturalis; & naturalitas huius habitudinis est ex parte naturalitatis ipsius producentis, quia producit principio, naturaliter inclinato ad agendum. 1. D. 13. Qu. Vn. §. *Ad argumenta principalia*. *Ad primum*. P. 20.

Generationem in Diuinis esse secundam productionem est formaliter contradictio: posito namque spirationem præcedere generationem actiuam, ponitur aliquid incompossibile paternitati Patris, & tamen rationem paternitatis manere; & ita sequitur paternitatem esse communicabilem ex primo, & tamen incommunicabilem ex secundo. 1. D. 26. Q. Vnic. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ℣. *Quod etiam dicis ad quintam probationem*. Y. 47.

Generatio completa, & æterna; & Paternitas completa, & æterna; & Paternitas completæ, & æternæ actualitatis omnino idem dicunt, ex parte rei, in Diuinis. *Quodl.* Q. 4. §. *Dico tamen*, ℣. *Secundo. autem modo*. R. 26.

Generatio in Diuinis non est nisi completa, & necessariò secum ponens terminum in *esse*; nec est Paternitas consequens communicationem (naturæ) sed perpetuæ communicationis. *Quodl.* Quæst. 4. §. *Ex his patet*. S. 27.

Generationem in Diuinis potest dici quod sequatur nomen Paternitatis; secundum quod ista in Deo comparantur ad generationem, & Paternitatem in creaturis; Est quidem tunc quædam consecutio secundum rationem; sicut in creaturis est consecutio realis; vbi enim aliqua sunt distincta secundum rationem, similem habent ordinem rationis, qualem haberent realem, si essent distincta realiter. *ibidem*. ℣. *Ad illa potest responderi*. S. 27.

Generatio in Diuinis.

Generatio in Diuinis, vt generatio, est formaliter incomprehensibilis, nisi ab intellectu infinito: ista propositio est falsa, si intelligatur de propria incomprehensibilitate, licet posset habere verum intellectum per accidens, vel secundum aliquod concomitans; vel adhuc (& magis ad propositum) secundum illud, quod est ratio intelligendi ipsam; ipsa enim nata est primò intelligi per essentiam, tanquam per primum obiectum, tàm ab intellectu Diuino, quam beato; quia essentia, vt essentia, est primum obiectum tàm illius, quam istius; ista autem ratio intelligendi generationem est incomprehensibilis: & ita generatio posset dici incomprehensibilis principiatiuè, siue causaliter. *Quodl.* Q. 5. §. *Ad primum istorum*. ℣. *Ad formam argumenti*. S. 21.

Generatio Diuina posset etiam dici incomprensibilis concomitanter, siue quantum ad illud, quod includit, quia generatio includit communicationem essentiæ, quæ fit per ipsam essentiam vel naturam personæ ad personam; ista autem communicatio præsuppositiuè includit infinitatem essentiæ, quia ipsa non posset sic communicari pluribus suppositis, nisi esset infinita; & ideo generatio est incomprehensibilis, quantum ad præsuppositum, scilicet communicationem essentiæ, quæ requirit esse infinitum. *Quodl.* Q. 5. §. *ibidem*.

Generatio Diuina, vt generatio, potest dici comprehensibilis intellectui creato, quia comprehensibile intellectui creato est necessariò finitum, & incomprehensibile tali intellectui nō est (necessariò) infinitum: & ita generatio illa, secundum propriam entitatem, & incomprensibilitatem, non est finita; sed ex hoc non sequitur quod sit infinita. *ibidem*. ℣. *Respondeo posset dici*. T. 22.

Generatio in Diuinis est actio adæquata principio formali infinito, & termino infinito; Ista propositio est falsa, si intelligatur de adæquatione secudum æqualitatem duorum in eadem quantitate; & præcisè vera de adæquatione secundum proportionem; nec adhuc de adæquatione illo modo, quæ scilicet est secundum intensionem, sed secundum extensionem; quia scilicet vnum principium generandi non potest extendi ad aliam generationem, quàm ad istam; Vnde non est hic adæquatio quantitatiua, nec est propriè adæquatio secundum proportionem, quantum ad intensionem, sed tantùm quantum ad extensionem: & ita nullo modo includit infinitatem, quanta est in illo, cui adæquatur. *ibidem*. ℣. *Ad secundum. adæquatio*. T. 23.

Generatio actiua Patris in Diuinis.

Generatio actiua, & innascibilitas sunt in Patre, & in eodem inter se distinguuntur, secundum Augustinum. 5. De Trin. cap. 6. vbi vult quòd si Pater non esset ingenitus, posset tamen esse Pater, & è conuerso: Vnde & si, per impossibile, vna non distingueret Patrem ab aliquo, posset alia distinguere, & è conuerso; adeoque semper est aliquid, quo distinguitur Pater a Filio, ita quod non primo se toto. 1. Distinct. 26. Quæst. Vnica. §. *Contra istud arguitur sic*. ℣. *Item plures proprietates*. n. 2.

Generatio actiua est in Patre, sicut & spiratio actiua; & spiratione actiua non distinguitur à Filio, quia illa est in Filio; Pater itaque non seipso toto æquè primò distinguitur, sed aliquo, quod est in eo. *ibidem*. ℣. *Item in Patre*. n. 2.

Generationem actiuam primum suppositum (Patris) non præcedit, imo primum suppositum est generatione actiua subsistens; quia quomodocunque intelligatur illa relatio, non est differentia in re, dicendo Patrem subsistere; vel generationem subsistere; vel generantem subsistere: generationem tamen passiuam præcedit origine prima persona, sicut præcedit origine Filium. Et si instetur quòd Filius præcedit eandem generationem passiuam, quia est simul cum Patre, non valet, quia non est isto modo simul cum Patre, quomodo Pater est prior generatione passiua; Filius enim est simul cum Patre natura, sicut pertinet ad correlatiua; Pater autem præcedit generationem passiuam, non sic, sed origine. Vnde ista propositio,

Generatio actiua Parris in Diuinis.

positio, *quandocunque aliqua sunt simul, quocunque est vnum prius, & reliquum*, falsa est, nisi intelligatur de simultate eiusdem rationi, cum illa prioritate, & posterioritate, sicut ista est falsa, *si aliqua sunt simul tempore, quidquid est prius natura vno, & reliquo*: sed ista est vera; *si ista sunt simul tempore, quidquid est prius tempore vno, & altero*. 5. D.28. Q.3. *§. Ad primum argumentum principale*. ℣. *Et tum arguis*. K L.13.

Generatio Filij in Diuinis.

Geoeratio Filij non est iouoluntaria; sed tamen ex hoc non sequitur quod fiat voluotate, vt principio elicitiuo; multa enim facimus siue voluntate præcedente, siue concomitaote, quorum principium immediatum non est voluntas. 1. D.6. Q.Vn.§. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad tertium dico*. M.10

Generatio Filij non esset in Diuinia, si Pater non daret Deitatem Filio. 1 D.20. Q.Vn. §. *Ad argumenta principalia* ℣. *Contra Augustinus*. §.11.

Generatio Diuina vt diuersa à spiratione.

Generatio, & spiratio actiua non distinguuntur, in Diuinis, per modum naturæ, & voluntatis, nisi quia principium, quo produceos producit, aliter, & aliter se habet ad productionem, & productum, quia hæc naturaliter, hæc liberè. 1. D.7. Q.Vn. *§. Loquendo tunc de potentia*. ℣. *Partem negatiuam probo*. M.9.

Generatio, & spiratio habent aliquem ordinem inter se, ita quod aliquo modo generatio est prius spiratione. Io illo autem priori communicatur genito omnis perfectio Diuina, quæ sibi non repugnat, & ita voluntas; adeoque habet tunc volontatem vt priorem producto per actum voluntatis, quia adhuc non intelligitur productio aliqua facta, per modum, vel actom voluntatis. 1. D.11. Q.1. §. *Ista quæstione*. ℣. *Ad hoc est ratio talis*. B.2.

Generatio distinguitur a spiratione, & hoc, per impossibile, circumscripto omni alio a ratiooe generationis, & spirationis; aut saltem circumscripto hoc, quod spiratio actiua esset a Filio; dum tamen staret distinctio principiorum geoerandi, & spirandi; vnde, quolibet tali circumscripto, staret distinctio Filij, & Spiritus sancti; cum impossibile sit vnam personam duabus productionibus totalibua accipere esse. 1. D.11. Q.2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Ex secundo medio*. D.8.

Generatio, & spiratio Diuina se ipsis formaliter distinguuntur; Generatio enim formaliter se ipsa est generatio, & Spiratio se ipsa formaliter spiratio: & ex rationibus formalibus eorum impossibile est generationem esse spirationem, circumscripto, per impossibile, quocunque alio: Ita quod non oportet quærere, quibus distinguuntur; quia tota ratio formalis vnius est non eadem toti rationi formali alterius, vt apparet per August. 15. de Trin. cap. 27. vt dicit, *Sic enim videbis quid distet natiuitas Verbi à processione doni*. Et paulò post, *Voluntatem de cognitione procedere, non tamen esse cognitionis imaginem*. Vbi vult, ex processionum distinctione, concludere distinctionem personarum procedentium. Similiter. 5. de Trinit. cap. 9. & 14. *Cur Spiritus sanctus non sit Filius, cum tamen à Patre exeat?* Et soluit dicens: *Exit enim non quomodo natus, sed quomodo datus*, soluit itaque quæstionem de distinctione personarum per distinctas earum emanationes. 5. D.13. Q.Vn. §. *Ad quæstionem respondeo*. O.18.

Generatio, & spiratio sunt vniuocæ productiones, comparando ad idem tertium, vt ad Patrem, quia vtraque productio est vniuoca in se; Sed ex hoc non sequitur quòd sint duæ vniuocæ productiones inter se, adeoque vnius rationis: Quia quando comparantur duo ad tertium illimitatum secundum illud, secundum quod comparantur ad tertium, non sequitur, ex vnione eorum in tertio, vnis eorum inter se. Exemplum. Si ego sum cum Deo hic, & Papa sit cum Deo Romæ; ergo ego sum simul cum Papa: non sequitur, quia Deus est illimitatus secundum præseotiam, quia est præsens omnibus locis. Ita etiam non sequitur: Ego sum cum æternitate; & Abraham fuit cum æternitate; ergo ego sum, vel fui simul cum Abraham; quia Deus æternus, & æternitas eius sunt illimitata. Ita dicendum in proposito, quòd Pater habet in se duplicem fœcuoditatem perfectè; vtraque autem productio correspondet præcisè vni fœcunditati; Et ideo Pater respecto duarum productionum est illimitatum, vel quasi indeterminatum, comparatum ad determinata: Et ideo non sequitur, quòd si vtraque productio sit vniuoca in tertio tali, quod illæ productiones sint vniuocæ inter se. 1. D.13. Q.Vn. *§. Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad secundum dico*. Q.21.

Generatio actiua, & spiratio actiua non sunt idem formaliter; nec primi termini formales ipsarum; scilicet notitia actualis, & amor actualis non sunt idem formaliter; & tamen primi termini producti illis productionibus sunt vniuoci inter se, & produceoti, quia personæ productæ habent omninò eaodem perfectionem absolutam inter se, & eandem cum producente. 1. Dist. 13. Quæst. Vnic. §. *ibidem*. ℣. *Ad tertium dico, quòd generatio actiua*. X.26. Addit.

Generatio in crearis.

Generatio in creaturis & est mutatio, & est productio: Vt est mutatio, est forma subiecti mutati: Et vt est productio, est termini producti, vt via. Istæ autem rationes non includunt se essentialiter etiam in creaturis; Diuersa enim respiciunt primò, adeoque, sine contradictione, potest intelligi ratio productionis sine ratione mutationis. 1. D.2. Q.7. §. *Tenendo igitur quatuor rationes*. ℣. *Ad quintam probationem dico*. K.11.

Generatione creata imperfectiores sunt mutatiooes (quæ sunt aliæ à generatione) ex ratione sua formali, quia termini earum inducti sunt imperfectiores; & ideo, ex ratione terminorum ioductorum imperfectorum, habent maiores imperfectiones, quam termini generationis; tamen aliæ mutatiooes, quantum ad illud, quod præsupponunt, non requirunt tantam imperfectionem in subiecto, quantam requirit generatio; & hoc vt est mutatio; quia geoeratio requirit in subiecto entitatem in potentia, & hoc ad esse simpliciter: aliæ mutationes non. *ibidem*. ℣. *Ad vltimum dico*. K.12.

Generatio in creaturis duo dicit, productionem, & mutationem: & istorum rationes formales aliæ sunt, &, sine contradictione, separabiles ad inuicem; productio autem formaliter est ipsius producti, quod est compositum 9. Met. Tex.26. & accidit sibi quod fiat cum mutatiooe alicuios partis compositi: Mutatio formaliter est actus mutabilis, quod quidem de priuatione transit ad formam; concomitatur autem mutatio productionem in creaturis, propter imperfectionem potentiæ productiuæ, quæ noo potest dare esse totale termino productionis, sed aliquid eius præsuppositum transmutat ad aliam partem ipsius, & sic producit compositum; Si enim geoerans creatum esset perfectum Agens, & non exigeret materiam de qua, vel in quam ageret, sed posset producere effectum per se, & ex se; tunc esset productio sine mutatione; possunt itaque, sine cootradictione, separari, & realiter separantur, comparando ad potentiam productiuam perfectam: quod apparet etiam in creatione, vbi, propter perfectionem potentiæ productiuæ, ponentis primò totum in esse, verè est ratio productionis, in quantum per eam terminus productus accipit esse; Sed non est ibi ratio mutationis, inquantum mutatio dicit aliquid substratum aliter nunc se habere, quàm prius, ex 6. Phys. Tex.32. in creatione autem non est aliquid substratum. 1. D.5. Q.2. *§. Ideo tenendo*. ℣. *Primum declarari potest sic*. E.11.

Generationis ordo, & ordo perfectionis sunt contrarij in creaturis. 1. D.5 Q.2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Respondeo, quòd in creaturis*. O.16.

Generatione quæ sunt priora in creaturis, secundum Philosophum. 9. Met. cap. 7. *sunt posteriora perfectione*, quia creaturæ procedunt de potentia ad actum, & ideo de imperfecto ad perfectum; & ideo prius peruenitur via generationis ad imperfectum, quàm ad perfectum; Sed eundo ad simpliciter primum, oportet quòd idem sit simpliciter primum & origine, & perfectione, etiam secundum Philos. ibidem, quia totus ordo originis, & perfectioois

Generatio in creatis.

ctionis reducitur ad aliquid primum perfectionis, sicut ad primum orginis totalis. *ibidem.* O.16. Dictum autem Philosophi habetur etiam. 1. D. 3. Q. 2. §. *Ad secundam quaestionem.* K. 21.

Generatio in creaturis est perfectio, supplens imperfectionem in corruptibilibus, quae sine generatione non possent conseruari, nec idem numeraliter, nec idem specie: in Diuinis non oportet ponere talem perfectionem, supplem em imperfectionem aliquam, quae fit ibi, nec in aliquo aeterno. 1. D. 7. Q. *Vnica.* §. *Ad argumenta igitur in oppositum.* ✝. *De tertia via.* S. 16.

Generationi in creatis repugnat aeternitas, propter terminos à non *esse* ad *esse*, qui non possunt esse simul, sed alterum ante alterum; & per consequens non aeternitas. 1. D. 9. Q. *Vnica.* ∫. *Ad quaestionem dico.* n. 2.

Generatio in creaturis est naturalis, ex inclinatione principij passiui, non autem ex ratione principij actiui; quia si voluntas mea generaret ignem de materia, illa generatio passiua esset naturalis, propter inclinationem potentiae passiuae ad formam, licet principium actiuum esset liberum. 1. D. 13. Q. *Vnica.* §. *Ad argumenta principalia.* ✝. *Ad primum dico.* P. 20.

Generatio substantialis in creatis, vbi est aliquid aliter se habens (si non est ibi in composito substantiali materia, quae ponitur subiectum commune) non est mutatio à non subiecto in subiectum; nec corruptio à subiecto in non subiectum; hoc est non erit in corruptione mutatio a forma in priuationem; nec in generatione à priuatione ad formam, si ibi non est subiectum materia, quia priuatio non est, nisi in subiecto apto nato. 2. D. 12. Q. 1. ∫. *Positio ista.* ✝. *Praeterea, si materia.* A. 6.

Generationes multae, & multae transmutationes, secundum vnam opinionem, quae ponit partes heterogeneas corporis organici differre specie, possunt poni praecedere vltimam inductionem formae organicae, disponentes ad formam intellectiuam: Sicut enim partes illae habent formas substantiales quidditatiuas alias, & alias, ita cuiuslibet est generatio altera, & altera, & ad quamlibet generationem est praeuia alteratio: Et etiam vlterius potest poni quòd non omnes istae generationes sunt simul, sed alia praecedit aliam tempore; & ita vna alteratio, disponens ad aliam generationem est prior altera naturaliter. 4. D. 2. Q. 3. §. *Quantum ad secundum dico.* B. 4.

Generationis termini.

Generatione tàm substantiali, quàm secundùm quid, forma per se non generatur, sed compositum, secundum Philosophum. 7. Meta. Tex. 22. 27. & 33. & sua ratio est; quia omne, quod fit, fit ex materia tanquam ex eo, quod est pars ipsius quod fit; Vnde cum materia nun sit pars nisi compositi, generatio per se solius erit compositi. 1. D. 3. Q. 6. §. *Tertia quaestio est.* X. 33.

Generationis termini sunt priuatio, & forma, quatenus haec generatio est mutatio. 1. D. 5. Q. 2. §. *Ad argumenta pro opinionibus.* ✝. *Ad primum dico.* S. 19.

Generatio, vt est productio, habet tantum ipsum productum pro termino. *ibidem.*

Generatio, vt sic, non habet terminum *à quo*, nisi loquendo de principio productiuo: Et sic termini generationis sunt producens, & productum: Ex quo non sequitur quod aliquid sit quasi subiectum; sed sequitur, si generatio est vniuoca, quod aliquid sit commune, gignenti, & genito; non commune vt materia, sed vt forma, vel actus in vtroque. 1. D. 5. Q. 2. §. *ibidem.*

Generatio aliqua non est per se ad respectum, vt ad terminum *ad quem*; nec etiam corruptio est à solo respectu, vt termino *à quo*: neque causae absolutae sunt solius respectiui causae: neque propria passio consequitur totum praecisè, inquantum respectiuum: neque propria operatio, vel aliud accidens absolutum. 3. D. 2. Q. 2. §. *De secundo, dico.* D. 8.

Generationis terminus est esse existentiae, vel aliquid habens tale esse. 5. Phys. Tex. 7. 3. D. 6 Q. 1. §. *Contra conclusionem.* ✝. *Primo sic.* A. 3.

Generationis terminus per se habet esse acquisitum per generationem. *ibidem.*

Generationis nullius terminus caret esse actualis existentiae. *ibidem.* ✝. *Item generationem terminat.* A. 4.

Generatio. ex Philosopho. 5. Phys. & t. de generat. & 2. Met. est ad *esse*. 4. D. 1. Q. 1. ∫. *Sed ista rationes.* B. 7.

Generatio naturalis est inter priuationem, & formam: priuatio autem includit negationem, licet in subiecto, & per consequens quando transitur de priuatione ad formam, transitur à negatione ad affirmationem: patet autem quòd illa generatio naturalis est per virtutem creatam; Vnde distantia inter terminum *à quo* creationis, nempè nihil, quae est negatio, & terminum *ad quem*, quae est affirmatio, non obstat, quin virtus naturalis possit in eum. 4. D. 1. Q. 1. ∫. *Ratio secunda principalis.* ✝. *Praeterea quinto Physicorum.* F. 11. Addit. in editione *de Fanctis.*

Generationis terminum, eo modo, quo generatio est terminus alterationis, principium alterationis non attingit, nisi mediatè; quia scilicet attingit quoddam ordinatum ad ipsum (nempè productionem qualitatis) 4. D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo ad quaestionem.* ✝. *Ex hoc patet.* D. 9.

Generatio creata, comparata ad Diuinam.

Generationem diuersarum creaturarum accipiendo illud, quod est perfectionis, & relinquendo ea, quae sunt imperfectionis, competunt generationi Diuinae; Nam in generationibus successiuorum hoc est perfectionis in eis, quod, dum fiunt, sunt; imperfectionis est in in eis, quod non manent, sed habent esse tantum in fluxu partis post partem: In generatione permanentium hoc est perfectionis, quod manent: & imperfectionis, quod non sunt, dum fiunt, quia hoc ponit imperfectionem in faciente, quia non est perfectum faciens: similiter in facto, quod necessariò habet *esse* post *non esse*: In indiuisibilibus successiuorum hoc est perfectionis, quod, dum fiunt, sunt, & tota simul sunt; sed imperfectionis, quod raptim transeunt. Aggregando itaque perfectiones, habebitur genitum (in Diuinis) quod simul generabitur & erit, & permanenter erit: hoc est genitum generari, & perfectè esse in *nunc* perfectè stante, quod est *nunc* aeternitatis. 1. D. 9. Q. *Vnic.* a§. *Ad quaestionem dico.* ✝. *Ista solutio.* B. 3.

Generatio vt diuersa à creatione.

Generatione in naturali formarum, quae propriè generantur, est aliquid noui naturaliter, quod oportet ponere propter causationem causarum secundarum, & motum, & mutationem earum, quae sunt ad illud nouum causandum; non est ibi tamen creatio; quia creatio est productio, quae excludit omnem aliam causalitatem, & causae materialis, & seminalis, & efficientis creati; Quodlibet autem Agens creatum requirit aliquid in agendo, vt concausam efficientem, vel saltem vt principium materiale, adeoque eius actio non est creatio. 2. D. 18. Q. *Vnica.* §. *Contra primum.* ✝. *Ad rationem autem.* A. 4.

Generatio non est per se creatio propter hoc, quod terminus per se *à quo* non est nihil, sed priuatio; & consimiliter est de per se termino *ad quem* corruptionis. Quodl. Q. 10. §. *De tertio principali.* ✝. *Consimiliter in proposito.* N. 22.

Generatio Spiritualis.

Generatio spiritualis celebratur in Baptismo, de qua Veritas ait. Ioann. 3. Vec. 7. *Oportet, vos nasci denuo*, sicut ergo in carnali generatione alius est qui gignit, & alius qui gignitur: ita & in Sacramentali generatione alius debet esse, qui spiritualiter generat, & alius,

Generatio Spiritualis .

&alius, qui ſpiritualiter generatur. 4. D.6. Q.4. §. *Iſta quæſtio ſoluitur*. A.2.

Generatio reſpectu panis Euchariſtici .

Generationis panis tranſubſtantiati in Euchariſtia terminus primus erat hic panis ; Panis autem iſte tranſubſtantiatus eſt (ſuppoſito quod ſubſtantia materialis indiuiduetur per quantitatem) manente eadem quantitate ; Vnde ſi crearetur alius panis , & afficeretur , iſta quantitate manente , ſequeretur quod terminus creationis eſſet panis idem cum illo pane , qui erat terminus generationis ; quia eadem ſingularitate numero (nempè eadem numero quantitate, quæ ponitur principium indiuiduationis) erit hic panis formaliter hic, qua fuit alius panis hic: Et ſequitur vltra ,quod idem panis erit tranſubſtantiatus,& non tranſubſtantiatus: Imò ſequitur quod nullus panis ſit tranſubſtantiatus, quia non,panis vniuerſalis;nec panis hic ſingularis,quia iſte panis manet,non mutata quantitate, qua erat formaliter hic panis , ex dato ; Nihil igitur omninò eſt tranſubſtantiatum in corpus Chriſti , quod eſt hæreticum dicere. 2.D.3.Q.4.§.*Contra iſtam concluſionem*.✝.*Secundò ſic*. B.4.

Generatio Chriſti temporalis .

Generatio Chriſti temporalis , ſecundum Anſelmum de Conceptu Virginali . cap. 11. fuit miraculoſa : & hoc quidem verum eſt , quantum ad modum reducendi potentiam naturalem actiuam Mariæ ad actum ; quæ naturaliter non reducitur ad actum , niſi à cauſa actiua,determinata naturali , ſcilicet vi actiua Patris naturalis : Fuit etiam miraculoſa quantum ad modum procedendi in illa generatione ; quia vel erat omninò ſubita , qualis non eſt proceſſus naturalis in generatione hominis : vel ſi fuit ſucceſſiua ; illi motus , qui præceſſerunt generationem , in ita breui tempore fuerunt, in quanto non ſunt nati fieri naturaliter : Sed ex parte ipſius potentiæ actiuæ Mariæ erat naturalis , quia iſta potentia ei erat naturalis , ſecundum quam erat naturaliter fæcunda : & potuiſſet concepiſſe à Patre naturali , & naturaliter egiſſe ad productionem prolis ; & propter iſtam potentiam actiuam naturalem , qua operabatur , poteſt dici naturalis Mater Chriſti ; & tamen propter modum exequendi actum huius potentiæ duplicem , non naturalem , poteſt dici non naturaliter , ſed miraculosè genuiſſe. 3. Diſt. 4. Quæſt. *Vnica* . §. *Sed hic eſt vnum dubium* . ✝. *Reſpondeo* . *Anſelmus* . G. 14.

Generationis Chriſti terminus eſt aliquid , inquantum habens eſſe exiſtentiæ ; non autem increatum , quia illud eſſe non fuit effectum per generationem temporalem. 3. Diſt.6. Quæſt.1.§. *Contra concluſionem* . ✝. *Primo ſic* . A. 3.

Generatio paſſiua plurificatur ad plurificationem naturarum,actualiter in ſuppoſito exiſtentium , acceptarum per ipſas generationes ; ſicut patet per Damaſcenum. lib.3. cap.53. quod Chriſti ſunt duæ generationes . 3.D.8.Q.*Vnica*.§. *Ad quæſtionem ergo dico*.✝.*Primum probo* . C.10.

Generatio nouæ partis in corpore Chriſti , vnitæ eidem corpori, fuit naturalis , & quod caro generata eſset pars corporis præexiſtentis , naturale eſt vtique ; Sed quòd pars iſta vniatur Verbo , fuit miraculum , non quidem nouum , ſed eodem antiquo , quo primò corpus totum vnitur Verbo , vnitur omnis pars illius totius , & omne illud , quod eſt actu pars eius ; Sed tamen virtus naturalis fecit aliquid præambulum ad antiquum miraculum , quia fecit quod aliquid eſſet actu pars corporis, quod prius non fuit ; ſed hoc antiquo miraculo facto , illa pars eſt vnita Verbo vnione totius , & effectiuè à Verbo , & à tota Trinitate. 3. D.16. Q.2.§. *Sed contra iſta* . ✝. *Ad aliud* . D.8.

Generatio in ordine ad corruptionem.

Generatio , & corruptio ſunt duo motus diſtincti , & habent proprios terminos diſtinctos , licet frequenter concurrant : & tunc ſunt quatuor termini, duo ſcilicet *à quibus* , vna priuatio , & vna forma : & duo termini *ad quos* , ſcilicet vna priuatio , & vna forma : ita in motibus eſt receſſus à termino *à quo* , & acceſſus ad terminum ad quem ; & tamen ſicut generatio, abſque eo tradictione,poteſt eſſe ſine corruptione , vel è conuerſo , quia non ſunt eadem mutatio ; ita poteſt eſſe motus , vel mutatio , inquantum eſt acceſſus ad terminum *ad quem* abſque alio motu , qui eſt receſſus à termino *à quo* . 2. Diſt. 2. Quæſt. 7. §. *Et ideo ad argumenta* . ✝. *Ad vltimum dico* . D. E. 4.

Generatione in naturali , *ſiue* : In generatione naturali , ſecundum Philoſophum . 1. de generatione . Tex. 23. ſemper aliquid corrumpitur , & aliquid generatur: Tunc autem accipit Philoſophus quod in generatione ex oppoſito fit oppoſitum ; non quod oppoſitum maneat , ſed aliquod commune vtrique termino , quod vult eſſe materiam , quæ non poteſt eſſe idem cum aliquo oppoſitorum , quia vnum oppoſitorum non manet cum alio . 2. D.12.Q.1. §. *Poſitio iſta non videtur rationalis* . n. 4.

Generatio,vt dicit Philoſophus . 1. de generat. Tex. 10. in hoc diſtinguitur ab alteratione ; quia in generatione totum conuertitur in totum , non ſic in alteratione , propter hoc , quod generabilia , & corruptibilia ſunt per ſe entia ſimplicia . 2. Diſtinct. 12. Quæſt. 1. §. *Poſitio iſta* . ✝. *Sed reſpondetur* . n. 4.

Generatio vnius eſt corruptio alterius , & per conſequens aqua , ex qua producta ſunt reptilia . Geneſ. 1. *Producatur aquæ reptile , & viuentia ſuper terram* , corrumpitur , cùm ex ea generatur piſcis ; adeoque alia ſimiliter elementa (in generatione mixti) corrumpuntur , & non manent. 2. D.15 Q.*Vnica*. *Primum argumentum principale* . n.1.

Generatio quædam eſt omnia mixtio , & per conſequens corruptio alterius; In generatione autem illius formæ mixti dicuntur elementa vniri ſecundum virtutem , non ſecundum ſubſtantiam ; ita quod aliqua forma producatur ex illis , quæ contineat vnitiuè qualitates illorum in virtute , non ſubſtantias in actu . 2. Diſt. 15. Quæſt. *Vnica* . §. *Ad primum in oppoſitum* . F. 8.

Generatio non poteſt à corruptione ſeparari , comparando ad agens naturale : hoc modo intelligendo , quin quidquid cauſatum corrumpit , ſimpliciter in ſine corruptionis aliquid relinquat , quia non annihilat . 4.D.12.Q.3.§.*Dico ergo ad quæſtionem* . ✝. *Ad aliud dubium* . N. 20.

Generationis , & corruptionis ordo (quia in morte primò cecidit totus homo, per ſeparationem intellectiuæ à corpore : & ſecundariò cecidit illud corpus mixtum, per corruptionem in aliud , vel alia) conuerſus eſt ; & ideo in reſurrectione oportet , prius ordine naturæ, corpus reparari , quàm animam reuniri ; Illam autem reparationem corporis præcedit collectio partium materiæ , quæ diſperſæ erant, per reſolutionem corporis, in diuerſa , ſtatim , vel cum mora . 4. Diſtinct. 43. Quæſt. 5. §. *Reſpondeo , cum reſurrectio* . n. 3.

Generationi non poteſt continuari corruptio , ſecundum Philoſophum . 8. Phyſ.79. quia idem non poteſt ſimul mutari mutationibus oppoſitis . *Quodl*. Quæſt. 12. §. *De tertio principaliter dico* . ✝. *Ad hoc dico* . I. 13.

Generationē non poteſt immediatè ſequi corruptio, cuius ratio, ſecundum intentionem Philoſophi, eſt, quod vtraque eſt in inſtanti,& non ſimul in eodem, vt patet; Vnde erunt in alio,& alio inſtanti, ſed non ſunt duo inſtantia ſibi immediata. *Quodl*.Q.12.§.*De tertio principali*. ✝. *Ad hoc dico* . I.13.

Gene-

Generationis creatæ potentiæ.

Generationibus, & in corruptionibus communiter concurrunt potentia obiectiua, & subiectiua: & ex potentia obiectiua trahit Agens ad actum illud, quod est in tali potentia, purà totalem terminum generationis, qui includit formam, & materiam, dum est in potentia obiectiua, sicut quando est in actu habet vtrumque. 2. D.12. Q.1. §. *Sequitur secundo videre*. ✝. *Respondeo in generationibus*. G.17.

Generationis actio principaliter conuenit virtuti vegetatiuæ. 3. D.4. Q.Vn. §. *Contra; ista virs supernaturalis*. ✝. *Similiter, in quo subiecto*. A.6.

Generatio quo ad substantiam, & accidens.

Generatio simpliciter, ex primo de generatione tex.11. est in substantia; generatio verò secundum *quid* est in accidentibus; Vnde generatio entis per accidens, & secundum *quid*, est generatio simpliciter per accidens, & secundum *quid*. 1. D 3. Q.6. §. *Tertia quæstio est*. ✝. *Ad primum dicendum*. X.34.

Generatio substantiæ, quæ non est per se terminus continui (si indiuisibile in continuo nihil aliud sit, nisi carentia continui, ita quod nihil formaliter sit instans, nisi carentia successionis continuæ; & ita punctus sit carentia longitudinis, & nihil positiuum dicat) nihil erit, vel saltem in nihilo, quia non est eius aliqua mensura positiua (instans enim in hypotesi nihil est positiuum) & ita est de illuminatione, & de omnibus mutationibus subitis, quæ non sunt per se termini motus; Et licet posset euadi de mutationibus, quæ sunt termini motuum, & sunt in instanti, sicut nihil in nihilo, vel priuatio continuitatis in priuatione continuitatis; tamen de istis, scilicet generatione, illuminatione &c. videtur absurdum; quia non sunt per se termini continuitatis alicuius continui, quia nihil sunt continui, nec positiuè, nec priuatiuè. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta. Ad secundum principale*. ✝. *Sed contra istud tunc sequitur*. L.28.

Generatione, *siue* In generatione substantiæ, conuersio est totius in totum cathegorematicè; quia tàm corruptum, quàm generatum est per se vnum, & ideo verè totum; In generatione verò secundum quid, qualis est in alteratione, vel augmentatione, ibi generatum non est per se vnum, secundum Philosophum 7. Metaph. cap. 6. *Non fit*, inquit, *quale, sed quale lignum; nec quantum, sed quantum lignum*: & ideo ibi genitum non est verè vnum. *Quodl*. Q.10. §. *De primo dico*. A.3.

Generatio quo ad relationem paternitatis creatæ.

Generationis actus potest esse causa *in fieri* relationis Paternitatis; & quidem quando fuit causa, tunc relatio infiebat; sed non est causa in *esse*, sicut non manet manente relatione; fundamentum autem (quod est potentia generatiua, non prout dicit respectum, sed absolutum, quod denominatur à respectu) non tantum est causa *in fieri* relationis, sed in *esse*: Et sic intelligitur Philosophus 5. Metaphys. cap. de ad aliquid Tex.20. dicens, quòd *Pater dicitur, eo quod generat*. 4. Dist.6 Quæst.10. §. *Sed restant duo dubia*. ✝. *Respondeo; actus potuit esse causa*. H.11.

Generatio magis importat vnam rationem perfectionis, quæ est in creaturis, quàm Paternitas. *Quodl*. Q.4. §. *Dico tamen*. ✝. *Secundo autem modo*. R. 26.

Generatio, si aliquo modo est prius Paternitate in creaturis, non tamen est vt fundamentum (ipsius Paternitatis) sed ipsa potentia generatiua, siue natura, quæ generat, est fundamentum; sed est præuia, vt dispositiua, sine qua non existente, Paternitas non inest; ita quod ibi est distinctio, sicut est inter dispositionem præuiam, & terminum completum. *Quodl*. Quæst.4 §. *Ex his patet*. R.27.

Generatio quo ad perpetuitatem.

Generatio, licet dicat Philosophus 2. de Anima Tex.35. & 2. de generat. Tex.59. quod est perpetua, ad saluandum esse diuinum (fortè voluit dicere *esse speciei*) & hoc in corruptibilibus, in quibus non potest species semper manere, in vno indiuiduo; non tamen dicit, quod multitudo est præcisè in indiuiduis corruptibilibus; Vnde ista est vna causa multitudinis indiuiduorum in eadem specie, sed non præcipua causa. 2. D.3. Qu.7. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad vltimum*. H.11.

Generatio, & corruptio istorum inferiorum vt sit continua, vult Philosophus 2. de generat. Tex.56. quòd præter lationem diurnam, necessaria est latio Solis in obliquo circulo. 4. D.48. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✝. *Adducitur ratio talis*. C.7.

Generationem ponit Philosophus perpetuam, sicut & motum Cœli. *ibidem*. ✝. *Sed illam rationem*. C.7.

Generationis defectus.

Generationis defectu, *siue* Ex defectu generationis (in sublunaribus), si poneretur, non sequeretur motum Cœli deficere; sicut nec ex defectu effectus sequitur causam deficere, maximè si effectus deficit, non propter defectum huius causæ, sed alterius alterius. *ibidem*.

Generatio oportet Theologum dicere quod non deficiet post iudicium vniuersale propter defectum causæ in sua causalitate, sed propter voluntatem Diuinam. *ibidem*.

Generatiuitas.

Generatiuitas, vt talis, scilicet vt distinguitur à generare, dat primò esse incommunicabile primæ personæ in Diuinis: Ista propositio est dupliciter falsa; & quia vt sic non dat esse actualissimum, quale solum potest esse in Diuinis; & quia vt sic non dat esse incommunicabile primò, quod per se requiritur ad esse personale. *Quodl*. Quæst.4. §. *Contra ista arguitur dupliciter*. ✝. *Quando ergo arguitur*. H.15.

Generatiuum.

Generatiuum, quod includitur in quolibet alio dicto de prima Persona Diuina, & non è conuerso, non concludit prioritatem constitutiona personalia eiusdem Personæ; quia non prioritatem in actualitate incommunicabili, sed tantummodo in consequendo: Et vt plurimum, quæ sunt priora in consequendo, sunt communiora, & minus incommunicabilia. *Quodl*. Q.4. §. *ibidem*. *Quando confirmatur illa ratio*. I. 16.

Generatum.

Generatum per putrefactionem, ex Aug.3. de Trin. cap.4. & 9. propagat alia iterum propagantia; propagantia autem sunt vniuoca generatis à se; adeoque propagata, & generata per putrefactionem sunt vniuoca: Et si neget Auerroes assumptum de Apibus, & de consimilibus animalibus, non potest negare de plantis, quia æquiuocè genitæ, hoc est non ex semine, postea producunt vniuocè semen, ex quo generantur plantæ aliæ eiusdem speciei. 1. D.2. Qu.7. §. *Ad primum principale quartæ quæstionis*. ✝. *Quod conclusio sua sit falsa*. R.27.

Generatum quodcunque, vel generandum, vt ignis &c. non erit realiter compositum ex diuersis entibus, sed simplex quoddam, si materia est in potentia tantùm obiectiua. 2. D.12. Q.1. §. *Est igitur videndum*. ✝. *Similiter etiam*. B.10.

Generati aliquid semper præexistit generato sub forma corrumpendi. 2. D.12. Q.2. §. *Respondeo ad quæstionem*. A. 3.

Generatum non sequitur præcisè vnitatem, vel pluralitatem ex generante; ignis enim A. quantitatis, & virtutis tantæ, si ex tali materia ignem talem generaret; ignis B. eiusdem virtutis, & qualitatis, pro eodem instanti si in istam materiam ageret, eundem ignem in numero produceret, non obstante, quod generans sit aliud, & aliud numero. 2. D.20. Q.2. §. *Dico, quod soli tunc electi*. ✝. *Dico, quod non oportet*. C.3.

Generatum.

Generatum principaliter assimilatur generanti in forma substantiali; secundum quid autem assimilatur sibi in accidentibus. 4.D.12.Qu.3. §. *Dico ergo ad quaestionem.* ✠. *Ex hoc arguitur.* E.12.

Generatum nouum (manente post corruptionem aliqua parte materiae, quae fuerat in corrupto, & manente eadem forma, quae prius fuerat reducta in eadem parte materiae) esset partim numeraliter idem et, quod praefuit, partim diuersum; quia pro illa parte materiae, quae manet eadem, esset genitum idem prius corrupto: pro alijs autem partibus materiae, quae successerunt illis, quae fuerant in corrupto, & dispersae sunt, esset generatum aliud à corrupto. 4.D.43.Qu.3.§. *Quantum ad istum articulum.* ✠. *Ad rationes.* F.14.

Genitus, Genita, Genitum.

Genitum inquantum genitum est aliquid; haec propositio est falsa, nisi *aliquid* accipiatur, vt extendit ad *aliquid*: Et si dicatur, quod non est nihil; tunc dicendum, quod inter contradictoria est medium, cum ly *inquantum*, ita quod neutrum inest cum *inquantum*; sicut nec homo, inquantum homo, est albus, neque, inquantum homo, est non albus; tamen non sunt duo contradictoria complexa simul falsa; ista enim contradictoria est vera, homo non in quantum homo est albus: ita hic: genitum non inquantum genitum est aliquid, quia ratio gignitionis non est formalis ratio inhaerentiae praedicati, ita scilicet, quòd ly *inquantum* dicat rationem formalem geniti, licet genitum in se formaliter sumptum sit per identitatem essentia. 1. D.5.Qu.1. §. *Ad argumenta logica.* ✠. *Ad vltimum dico.* L.14.

Genitum inquantum genitum, potest concedi, quòd sit persona, vel subsistens; sed non sequitur vlterius quòd inquantum genitum sit aliquid, accipiendo aliquid pro essentia, propter non identitatem formalem rationis personalis cum essentia. 1.D.5.Q.1. §. *ibidem.* ✠. *Quid igitur dicetur.* L.14

Genita creatura non est de nihilo, quia aliquid eius praeexistit, vt materia; Vnde cum forma sit aliquid compositi, & aliquid eius perfectius, quam sit materia, si forma alicuius praeexisteret, & materia de nouo adueniret, & informaretur illa forma praeexistente, ipsum productum non esset de nihilo; quia aliquid eius praeexistisset, imò aliquid eius perfectius, quam materia, quae praeexistit communiter. 1. D.5.Q.2. §. *Ideo tenendo cum Doctoribus.* ✠. *Primum declaro.* G.13.

Genitum nullum in sua forma indiuiduali assimilatur gignenti. 1.D.7.Q.Vn. §. *Huic rationi instatur.* ✠. *Conclusio tamen.* P.12.

Geniti, & gignentis penes naturam est vniuocatio, & non penes distinctionem eorum, scilicet gignentis, & geniti *ibidem.* ✠. *Hoc etiam arguitur.* P. 12.

Genitum ex vi productionis suae, scilicet generationis suae, est notitia actualis: haec propositio potest distingui de primitate originis, & primitate adaequationis: Si intelligatur de primitate originis, potest negari, quia tunc non essent tres personae vniformiter Deus; Essentia enim in Patre intelligitur esse in eo quasi principium, & fundamentum cuiuslibet perfectionis: Et tunc si in Filio praeintelligitur notitia ante essentiam, Filius tunc non haberet essentiam ante quodcunque aliud in se, sicut non ante notitiam; & ita non esset vniformiter Deus cum Patre. Quantum igitur ad istam primitatem (licet non sit originis, correspondet tamen primitati originis plurium perfectionum in vna creatura) potest dici quòd primum in quacunque persona est essentia, quia quando aliquid continet in se plures perfectiones communicabiles, communicans illud vnum, communicat omnes perfectiones in eo, eo ordine, quo natae sunt esse in illo vno. Exemplum tàm in distinctione rerum, quàm non rerum, tamen ex parte rei; primi quidem. Si ignis generaret totum ignem, & produceret tàm materiam, quàm formam, prius origine communicaret materiam, quàm formam, eo ordine scilicet, quo illa sunt in generante. Exemplum secundi: ignis est substantia, corporea, inanimata, & elementum; sicut tunc sunt ista per ordinem in igne generante, ita communicantur simili ordine igni genito; & tamen primus terminus, secundum adaequationem, est ignis, vt ignis, quia hoc est, quod principaliter intendit ignis generans, & in quo sibi perfectissimè sibi assimilatur ignis genitus, scilicet ignis, vt ignis. Ita potest dici in proposito, quòd licet essentia Diuina in qualibet persona sit omninò primum, quasi fundamentum cuiuslibet perfectionis essentialis; prima tamen persona appropriatè habet memoriam, & virtute illius principij productiui producit, prima productione adaequata, secundam personam: Et secunda persona, quasi adaequata principio productiuo, producitur vt notitia actualis: Et Spiritus Sanctus, quasi adaequatus suo principio productiuo, producitur vt amor actualis. 1.D.13.Qu.Vn. §. *Ad argumenta principalia. Ad tertium.* ✠. *Respondeo, potest dici.* T.V.24.,& 25.

Genitum excedere in perfectione ipsum generans, est impossibile. 1.D.17.Q.3. aliàs. 4. §. *Contra istam positionem.* ✠. *Non valet, inquam, haec responsio.* R.r.5.

Genitum dicitur propriè productum per generationem, vt primus terminus: extendendo autem genitum, dicitur genitum communicatum per generationem, quod est terminus formalis generationis; sicut dicit Hilarius, quòd *nihil nisi natum habet Filius*: Tertiò modo extenditur genitum ad productum, siue ad praeexigens generationem, licet ipsum in se non sit terminus generationis, nec primus, nec formalis. 1.D.28.Q.2.§. *Quantum ad primum genitum.* B.3.

Genitum non est; ergo est non genitum; haec non sequitur, nisi sit in negatione extra genus: Et hoc modo *non genitum* non conuertitur cum *ingenito*, licet conuertatur in accipiendo *non genitum*, prout dicit negationem in genere. 1.D.28.Q.2.§. *Ad argumenta huius quaestionis. Ad primum.* G.8.

Omne non genitum est relatum: ista propositio est falsa, & tamen non sequitur; ergo non genitum dicit aliquid ad se; sed sequitur, quod vel dicat aliquid ad se, vel negationem propter relationis, siue relationem negatiuè; & sic conceditur quod omne non relatum, sit relatum positiuè, vel negatiuè. 1.D.28.Q.2. *Ad argumenta huius quaestionis.* ✠. *Ad secundum concedo.* G. 8.

Genita notitia actualis in intellectu nostro habet duplicem habitudinem, vel relationem ad memoriam, videlicet geniti ad gignens; & haec est de secundo modo relatiuorum, & mutua: & alia est declaratiui ad declaratum; & haec est tertij modi, & non mutua. 1. Distinction. 32. Quaest. 2. §. *Ad istam quaestionem.* ✠. *Et primo videamus.* A.6.

Genita notitia sicut declarat formaliter obiectum latens in memoria, ita illud, quod producit notitiam actualem, & dat illi istam vim declarandi, potest dici declarare ista notitia quasi effectiuè. *ibidem.*

Genitum ad illud, de quo gignitur, si est distinctum realiter, est relatio realis; Vnde cum nulla relatio realis alicuius personae Diuinae videatur esse ad aliquid aliud extra ipsam, vt ad creaturam, Verbum non est genitum de lapide, vt nec de Patri. 2.D.1.Q.1.§. *Sed contra istud arguitur.* ✠. *Item nulla relatio.* G.12.

Genitus omnis modo non est pronior ad delectandum, quàm quicunque antiqui prius geniti. 2.D.32.Q. Vnica. §. *Contra omnes tres articulos.* A.6.

Genitum ideo ibi est, vbi corruptum fuit, quia materia manet communis; quae in generatione non mouetur localiter, & per consequens ibi recipit formam, vbi est: & ex hoc genitum ex ipsa, & forma est, vbi praefuit corruptum. 4. D.11.Qu.2. §. *Ad argumenta in oppositum.* ✠. *Ad secundum.* D.6.

Genita substantia ideo ibi est, vbi praefuit substantia corrupta, quia manet diffinitiuè, vbi prius fuit substantiae, & ideo ibi recipit formam: Vbi autem diffinitiuè est substantia, ibi circumscriptiuè est ipsamet, vt quanta; & ideo sequitur quod genitum, vt habens quantitatem, ibi est circumscriptiuè, vbi fuit corruptum circumscriptiuè, *ibidem.* ✠. *Dico, quod materia.* E.6.

Genito, & in corrupto, non ponendo aliquam quantitatem manere eandem, quod creditur esse verius; non oportet ponere aliquid idem, circumscriptiuè manens, esse illiarationem essendi in eodem loco; sed sufficit materia, remanens in loco diffinitiuè, vbi fuit corruptum. *ibidem.*

Geniti

Genitus , genita , genitum .

Geniti qualitas non inducitur ab aliquo alterante , vt alterans est ; hoc est, qualitas non est principium formale inducendi illam qualitatem , sed substantia , à qua tantum prima qualitas causatur . 4 Dist.12.Quæst.3.§. *Dico ergo ad quæstionem* . ✝. *Ex hac propositione* . T. 26.

Geniti formam substantialem alteratio præuia habet vt terminum extrinsecum ; Vnde non est inconueniens quod non habeat terminum per se eiusdem generis . 4 Dist. 12.Quæst.3.§.*Dico ergo ad quæstionem*. ✝. *Etsi arguas* . T. 27.

Geniti qualitas & si posset induci à substantia generante , tamen probabilius est quod inducatur ab ipsa substantia genita ; quia Agentia habentia eandem virtutem , & æqualem , licet possent in idem passum eandem formam inducere ; tamen Agens quantò habet passum sibi immediatius coniunctum, tantò, cæteris paribus , efficacius , & immediatius agit . Si autem ipsummet est susceptiuum termini actionis suæ , vt in proposito, ipsum est passum sibi immediatius coniunctum ; & per consequens ibi non præueniet generans substantiam genitam , quia non est prius secundum perfectionem ipso , sed tantum duratione ; genitum autem est æquale perfectione , & immediatius ipsi passo: & hoc bene potest saluare , quomodo omnes formæ æquiuocæ inducibiles,inducuntur in quocunque à se ipso , licet tale Agens æquiuocum non diceretur posse inducere formam illam in aliud passum ; sicut voluntas vna non potest inducere volitionem suam in aliam voluntatem , bene tamen in se ipsam.4.D.12 Q.3.§.*ibidem*.✝.*Etsi quæras, an illa qualitas* . T. 27.

Genitum ipsum quia inducit propriam qualitatem sui ipsius, illam etiam corrumpit ; nam ab illo corrumpitur propria qualitas ipsius geniti, à quo inducitur.*ibidem*.✝. *Ex his patet*. V. 28.

Geniti qualitas inducta , quæ habet aliquem gradum, qui simpliciter fuit incompossibilis substantiæ corrumpendæ , ipsa inducitur per se actione substantiæ genitæ, licet non per mutationem , quis subiectum non præfuit carens ea . *ibidem* . ✝. *Vel potest dici melius* . V. 27.

Genito ab ipso *siue* Ab ipso genito est vltimus gradus propinquus substantiæ generandæ , qui primus est incompossibilis substantiæ corrumpendæ . 4. D.12.Quæst. 3.§.*Dico ergo ad quæstionem*.✝.*Hæc autem, quæ dicta sunt* . V.28.

Genitum ex dimensionibus quantitatiuis (vt fieri volunt aliqui in corruptione specierum Sacramentalium) si non est nutribile , sicut ignis , non potest dici; si ex talibus dimensionibus generaretur vermis primò, & post ex partibus nutrientibus generaretur substantia , quòd materia nutrimenti erit tandem materia illius substantiæ. 4.D.12.Q.6.§ *Tertia opinio est*. ✝. *Quod etiam ille alius Doctor*. A.9.

Genitum , vt genitum , incompossibile est per se habere vnum *esse* , si *esse* sit aliud ab essentia : genitum autem vt genitum , siue primus terminus generationis , est per se vnum . 4. Distinct. 13. Quæst. 1. §. *De tertio articulo* . ✝. *Ad argumenta pro ista instantia* . Ce. 38.

Geniti cum *esse* , *siue* Cum *esse* geniti concurrit non *esse* corrupti ; sicut enim corruptum non habet vltimum sui in *esse* , sic habet primum sui non *esse* . *Quodl.* Qu.12.§. *De tertio principali dico* . ✝. *Ad aliud dico* . K. 15.

Genitum in instanti generationis habet *esse* , quia tunc forma eius est in materia ; & habet tunc primum *esse* , quia tunc forma immediatè succedit priuationi ; & sicut genitum habet primum in *esse* , sic corruptum habet primum in non *esse* ; Sed si aliqua virtute conseruaretur aliquod ens in *esse* in aliquo instanti vltimo , ibi tunc non esset dare primum non *esse* : Sic esset de illa creatura permanente, quæ non haberet *esse*, nisi per instans . *Quodl.*Q.12.§.*De tertio principali* . ✝. *Ad aliud dico*. K. 15.

Genus .

Generis quilibet concedere debet vnum esse conceptum . 1.D.3.Q.3.§.*Contra istam vniuocationem*.✝. *Ad aliud, quod dicitur* . Q. 16.

Genere in, *siue* In genere latet æquiuocatio, propter quam non potest fieri comparatio secundum genus ; non enim est æquiuocatio quantum ad Logicum, qui ponit diuersos conceptus , sed quantum ad realem Philosophum, quia non est ibi vnitas naturarum , sed diuersitas realis illorum , in quibus est attributio , cum qua tamen stat vnitas conceptus abstrahibilis ab eis. 1. D.3. Q.3.§. *Contra istam vniuocationem*.✝.*Consimiliter Philosophus dicit*. Q. 17.

Genus est pars ; vnde quod est simplex, nec habet partem , non potest esse in genere . 1. Distinct. 8. Qu. 3. §. *Teneo opinionem meam* . ✝. *Item arguit Auicenna*. F. 16.

Generis conceptus non potest esse , qui habet indifferentiam ad aliqua , ad quæ non potest conceptus generis, esse indifferens . 1. Dist. 8. Quæst. 3. §. *Teneo opinionem meam*.✝. *Ex primo arguo* . G. 16.

Genus nullum potest esse indifferens ad finitum , & infinitum.*ibidem*.✝.*Ex primo arguo dupliciter* . G. 16.

Genus in aliquibus creatuis accipitur ab alia , & alia re ; in aliquibus ab alia , & alia realitate . *ibidem* . ✝. *Hanc rationem aliqualiter pertractando* . I. 16.

Genus quasi commune habitui , & priuationi, est illud , cui conuenit aptitudo ad vtrumque . 1.D. 28. Q.1. §. *Quantum ad primum,genitum dicitur* . ✝. *Respondeo , quod hoc concludit* . C. 5.

Genere in omni *siue* In omni genere est vnum primum , quod est metrum, & mensura omnium, quæ sunt illius generis. 2.D.3.Q.1.§ *Contra istud arguitur sic*. ✝. *Prima via est talis* . n. 3.

Genere in omni *siue* In omni genere est reperire per se ordinem , & statum. 2. Meta. Tex. 5. Sicut patet in genere causæ efficientis ; Vnde in genere causæ materialis erit ordo essentialis : & sic in rebus receptiuis materialibus erit dare primum receptiuum essentialiter ; primum autem receptiuum non est , nisi ad primum actum , & primus actus est substantialis .2. D.12.Q.1.§. *Positio ista* . ✝. *Item in omni genere* . A. 8.

Genere in omni *siue* In omni genere est inuenire medium eiusdem rationis cum extremis , vt patet ex. 10. Meta. Tex. 25. & medium dicitur componi ex extremis , vt rubor ex albo, & nigro: & ista compositio non est , nisi conuenientia naturalis medij cum extremis , quæ non est extremi ad extremum; non ita, quòd media qualitas habeat extremas partes sui, imò est ita simplex, sicut extremum ; & ideo sicut qualitates extremæ dicuntur manere, vel habere esse in medio, & non dicitur, quod extremum sit in extremo, ita dicendum de forma mixti, quòd in mixto dicuntur manere formæ substantiales elementorum propter naturalem conuenientiam , quæ est formæ mixti cum elementis , quæ non est vnius elementi ad aliud.2.D.15.Q.*Vnica*.§. *Dico ergo ad quæstionem*.✝.*Sed tamen* .B. 6.

Generis nomen non imponitur præcisè ad significandum genus, siuè qualitatem , sed ad significandum ipsam sub respectu.*Quodl*.Q.13.§. *Ad argumentum principale*.✝. *Ex hoc etiam fortè potest intelligi illud* . N n. 33.

Genus quo ad principia , & conclusiones.

Genus ad idem , *siue* Ad idem genus, secundum praxim, vel speculationem, pertinent principia , & conclusiones ; Conclusiones enim practicæ resoluuntur in principia practica, non speculatiua : Vnde cum cognitio finis sit directiua in actibus circa ea , quæ sunt ad finem ; & cognitio eorum, quæ sunt ad finem , sit quasi inclusa in cognitione finis, quasi principij ; si cognitio eorum , quæ sunt ad finem, sit cognitio conclusionum practicarum , etiam cognitio finis erit cognitio practica , quia de principio practico. *Prolog*.Q.4.§ *Contra hoc sic arguitur* . ✝. *Præterea ad idem genus* . K. 18.

Genus quo ad differentiam .

Genus ens non est, *siue* Ens non est genus, qoia tunc differentia non esset ens; Si autem esset commune dictum in quid de pluribus specie differentibus, videretur esse genus. Ita arguitur pet Philosophum. 3. Met. tex. 10. contra vniuocationem entis. At istud argumentum specialiter non oportet tenere quod concludat; infert enim ibidem: *quare si vnum est genus, aut ens, nulla differentia neque vnum, neque ens erit*. Quæro, aut intendit inferre quod non per se primo modo erit differentia ens, vel vnum: & sic conclusio non est inconueniens de vno: Aut intendit inferre negatiuam absolutè; & tunc non valet consequentia; non enim si rationale est differentia respectu animalis; sequitur quod rationale non est animal, sed quod non est per se primo modo animal; Tamen tenendo quod argumentum valeat; concludit oppositum magis, quàm propositum; Remouet enim ab ente rationem generis, non propter æquiuocationem, imò si esset æquiuocum ad decem genera, esset decem genera, quia idem conceprus (quocunque nomine significetur) habet eandem rationem generis; sed remouet rationem generis ab ente propter nimiam communitatem, quia videlicet prædicatur per se primo modo de differentia aliqua; & per hoc potest concludi quod ens non sit genus. 1. D.3. Qu.3. §. *Contra istam vniuocationem*. ỽ. *Primo per Philosophum*. & ỽ. *Ad primum argumentum*. M. N. 13. 14.

Generis conceptus, ab illo, à quo sumitur; *seu* Ab illo, à quo sumitur conceptus generis, potest sumi aliqua differentia, licet alia sumatur à parte essentiali vltima: sicut si ponatur formarum pluralitas, & genus dicatur sumi à parte essentiali priori, & differentia specifica à forma vltima; tunc sicut ens dicitur in quid de illa parte essentiali, à qua sumitur differentia talis specifica, ita dicitur in quid de tali differentia in abstracto; ita quod sicut hæc est in quid, *anima intellectiua est ens*, accipiendo eundem conceptum entis, secuudum quem dicitur de homine, vel de albedine: ita hæc est in quid, *rationalitas est ens*, si rationalitas sit talis differentia; Nulla autem talis differentia est vltima, quia in tali continentur plures realitates, aliquo modo distinctæ; & tunc talis natura potest concipi secundum aliquid, hoc est, secundum aliquam realitatem, & perfectionem, & secundum aliquam ignorari; & ideo talis naturæ conceptus non est simpliciter simplex; sed vltima realitas, seu perfectio realitatis naturæ, à qua sumitur vltima differentia, est omnino simpliciter simplex, & ista realitas non includit ens quidditatiuè, sed habet conceptum simpliciter simplicem; Vnde si talis realitas sit A, hæc non est in quid; *A est* ens, sed est quasi per accidens, & hoc, siue A dicat illam realitatem, seu differentiam in abstracto, sumptam à tali realitate. 1. D.3. Q.3. §. *Contra istam vniuocationem*. ỽ. *Ad videndum autem*. O. 15.

Genus nullum dicitur de aliqoa differentia inferiori in quid: nec de illa, quæ sumitur à forma: nec de illa, quæ sumitur ab vltima realitate formæ, eo quod illud, à quo sumitur conceptus generis, secundum se est potentiale ad illam realitatem, à qua sumitur conceptus differentiæ; siue ad illam formam, si differentia sumatur à forma. 1. D.3. Q.3. *ibidem*.

Genus non prædicatur per se, nec per accidens propriè de differentia, quia neutrum neutri accidit, nec ambo tertio; Sed est ibi medium extraneum, siue inferius, contrahens aliud, quod inferius potest dici accidens superiori, idest extraneum, sed non propriè accidens. 1. D.5. Qu.1. §. *Ad argumenta logica*. H. 10.

Genus sumitur ab aliqua realitate, quæ, secundum, se est potentialis ad realitatem, à qua accipitur differentia. *ibidem*. ỽ. *Prima pars minoris patet*. 1. D.8 Q.3. §. *Tenet opinionem*. I. 16.

Genus solum completè diffiniret, si illa realitas, à qua accipitur genus, esset verè tota quidditas rei: genus etiam, & differentia non diffinirent, quia ratio ex eis non indicaret primò idem diffinito; vnaquæque enim res est semel ipsa: Et ideò illa ratio, quæ bis exprimeret eam, non indicaret primò idem diffinito, vel quidditati illius rei. *ibidem*. ỽ. *Apparet etiam per rationem*. I. 16.

Genus, & differentia, in aliquibus creaturis, accipiuntur ab alia, & alia re: sicut ponendo plures formas in homine, animal accipitur à sensitiua, & rationale ab intellectiua: Et tunc illa res, à qua accipitur genus, verè est potentialis, & perfectibilis ab illa re, à qua accipitur differentia: Aliquando ibi non sunt res, sicut in accidantibus; saltem in vna re est aliqoa prima realitas, à qua sumitur genus, & alia realitas, à qua sumitur differentia: Dicatur prima A., secunda B., A. secundum se est potentiale ad B. ita quod præcisè inteligendo A., & præcisè intelligendo B., A. vt intelligitur in primo instanti naturæ, in quo præcisè est, ipsum est perfectibile per B., sicut si esset res alia; Sed quod non perficitur realiter per B., hoc est propter identitatem A., & B. ad aliquod totum, cui realiter primò sunt eadem; quod quidem totum primò producitur, & in ipso toto ambæ istæ realitates producuntur: Si tamen altera istarum, sine altera, produceretur, verè esset potentialis ad eam, & verè esset imperfecta sine alia. Ista autem compositio realitatum potentialis, & actualis minima est, quæ sufficit ad rationem generis, & differentiæ: & ista non stat cum hoc, quod quælibet realitas in aliquo sit infinita; realitas enim si esset de se infinita, quantumcunque præcisè sumpta, non esset in potentia ad aliquam realitatem. *ibidem*. ỽ. *Hanc rationem aliqualiter pertractaudo*. I. K. 16.

Genus si habet *necesse esse*; ergo intentio generis vel erit, ex se, *necesse esse*, vel non: Si primo modo, tunc non cessabit, quousque sit ibi differentia; Hoc intelligitur sic, quod genus tunc includeret differentiam, quia sine illa non est in actu vltimo, & *necesse esse*, ex se, est in actu vltimo; Si autem genus includat differentiam, tunc non est genus: Si detur secundum membrum, sequitur quod *necesse esse* esset constitutum ex eo, quod non est *necesse esse*. *ibidem*. ỽ. *Arguo tertio*. L. 17.

Generis conceptus non est ille, qui dicitur in quid de Deo, & creatura; quia iste conceptus quidditatiuus est communis ad finitum, & infinitum, quæ communitas non potest esse in conceptu generis: Conceptus etiam dicentes *quale*, à quibus contrahitur conceptus ille quidditatiuus, non sunt conceptus differentiarum: nam dicunt modum intrinsecum ipsius contracti, & non aliquam realitatem, perficientem ipsum; Differentiæ autem non dicunt modum intrinsecum realitatia alicuius generis, qoia in quocunque gradu intelligatur animalitas, non propter hoc inuenitur rationalitas, vel irrationalitas esse modus intrinsecus animalitatis, sed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu, vt perfectibilis à rationalitate, vel irrationalitate. 1. D.8. Q.3. §. *Ad primum argumentum principale*. Y. 26.

Generis, & differentiæ conceptus requirunt distinctionem realitatum, & non tantum eiusdem realitatis, perfectè, & imperfectè conceptæ: quod potest sic declarari: si ponamus aliquem intellectum perfectè moueri à colore, ad intelligendum realitatem coloris, & realitatem differentiæ, quantumcunque habeat perfectum conceptum adæquatum primæ realitati, non tamen habet in hoc conceptum realitatis, à quo accipitur differentia, necè conuerso, sed habet ibi duo obiecta formalia, quæ nata sunt terminate conceptus proprios distinctos: Si autem tantum esset distinctio in re, sicut realitatis, & sui modi intrinseci, non posset intellectus habere proprium conceptum illius realitatis, & non habere conceptum illius modi intrinseci rei, saltem vt modi, sub quo conciperetur, licet ille modus non conciperetur; Sicut de singularitate concepta, & modo, sub quo dicitur concipi, sed in illo perfecto conceptu haberet vnum obiectum adæquatum illi, scilicet rem sub modo. 1. D.8. Qu.3. §. *Ad primum argumentum principale*. ỽ. *Respondeo, quod quando*. Y. 27.

Generi differentia accidit, quatenus est extra rationem quidditatiuam generis; tamen cum eo facit vnum per se. 1. D.17. Q.3. *aliàs* 5. §. *Ad istam quæstionem*. ỽ. *Ad aliam rationem dico*. Y y. 9.

Genus relationis si diuidatur per proprias differentias oppositas, sicut alia genera; vna, differentia diuisiua erit dignior, & alia indignior; quia duæ species non sunt æquales, ex Philosoph. 8. Met. tex. 10. & per consequens species, constituta minus nobili differentia, erit minus nobilis: & tamen duæ species, constitutæ ex duabus differentijs oppositis possunt referri sibi inuicem, quia

omnia

Genus quo ad differentiam.

omnis relatio disqoiparantiæ est ad aliquid alterios speciei. 1. D. 28 Q. 3. §. *Ad quæstionem istam.* ✝. *Hoc secundo sic persuadetur*. F. 9.

Genere diuersæ sunt omnes causæ efficientes, essentialiter ordinatæ; nam essentialis ordo causarum non est indiuiduorum eiusdem speciei, secundum Auicennam 6. Meta. Tex. 11. indiuidua enim eiusdem speciei non sunt ad inuicem ordinata: neque ordo essentialis causarum est diuersorum specie; talia enim sunt contraria, vel media, quæ non ordinantur essentialiter ad causandum idem. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis. Ad tertium.* ✝. *Et cum postea accipitur*. P. 31.

Generis dioersitas maior non est in intelligibili, & sensibili, quàm io alijs; magis enim sunt diuersa substantia, & accidena, quæ sunt diuersa genera generalissima, quàm substantia sensibilis, & intelligibilis, quæ sunt eiusdem generis generalissimi. 2. Dist. 9. Quæst. 2. §. *ibidem*. ✝. *Respondeo, dico quod si arguatur*. R. 33.

Generis differentia, quam sensibile habet ad intelligibile, inquantum sensibili conueoit immutare intellectum, accidit eidem sensibili; quia illud non competit sibi præcisè, inquantum non est intelligibile, sed competeret sibi, si esset intelligibile; nec potest aliquid ita differre genere ab intelligibili, quasi sit in genere disparato, quia quodcunque ens, quantumcunque sensibile, est tamen intelligibile. *ibidem*.

Genus, & differentia, secundum Henricum, differunt penes intentiones; & differentia intentionis, secundum eumdem, non arguit quod sit res alia, & alia: Vnde ipse habet concedere quod voluntas, cum agit inquantum libera, & patitur inquantum appetitus, ratione eiusdem realitatis primo agit, & patitur. 2 D. 25. Q. *Vnica*. §. *Ad primam rationem.* ✝. *Præterea iste Doctor dicit*. K. 16.

Per genus proximum, & differentiam proximam impossibile esset diffinire, si differentia inferior includeret superiorem, quia idem bis diceretur, scilicet illa differentia superior per se inclusa, tàm in ratione differentiæ inferioris, quàm in ratione generis proximi. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationes ergo.* ✝. *Si tamen omnino fiat*. Ce. 48.

Per genus remotum, & plures differentias nec etiam posset diffinitio dari, si differentia inferior includeret superiorem; quia eadem differentia proxima, illius generis diuisiua remoti pluries diceretur in illis multis differentijs, additis generi, quod est contra Philosophum, qui dicit quod nihil aliud est in diffinitione, quàm primum dictum genus, & differentiæ; alia vero genera sunt primum, & cum hoc comprehensæ differentiæ. 4. D. 11. Q. 3. §. *ibidem*.

Genus primum cum multis differentijs tantum; vel genus proximum, & vna differentia solummodo, & nihil aliud, est diffinitio, secuodum Philosophum; quia proximum genus nihil est, nisi genus remotum, cum multis differentijs inclusis: & quilibet modus diffiniendi includeret nugationem, si differentia inferior per se includeret superiorem. *ibidem*.

Genus quod nihil sit per se in diffinitione, præter rationem differentiæ; aut quod differentia vltima sit diffinitio tota, vel indicans totam substantiam rei: aut quod non sit per se ordo in his, quæ importantur per se per differentias ordinatas: aut quod inferior differentia per se includat superiorem, aut aliquid pro vnitate formæ; nihil horum habetur ex toto capitulo de vnitate diffinitionis. 7. Meta. si conuenienter per totum exponeretur; Imò verè saluatur totum illud capitulum, ponendo rationem quidditatiuā, compositam ex conceptu potentiali, & actuali; & actualem esse principaliorem causam vnitatis, sicut. 8. Meta. cap. vlt. Tex. 15. secundum Philos. dicendum esset de ente composito, quantum ad vnitatem. *ibidem*. ✝. *Ex toto ergo illo capitulo*. Ce. 49.

Genus ponendo accipi à forma priori, & differentiam à forma posteriori, concludendum est quod nec genus per se prædicabitur de differentia, nec è conuerso, quod concedo, sed non sequitur quod genus non prædicatur per se de specie, quia species, & si importat differentiam vltimam, tanquam principalem io ratione sua, non tamen præcisè importat illud, sed cum hoc rationem generis, tanquam de per se conceptu eius. *ibidem*. ✝. *Respondeo, quòd præcisè accipitur*. Ff. 52.

Genus in ordine ad speciem.

Generis eiusdem inter species, *seu* Inter species eiusdem generis Philosophus. 10. Meta. Tex. 2. concedit ordinem essentialem; quia ibi vult quod in quolibet genere est vnum primum, quod est mensura aliorum; mensurata autem habent essentialem ordinem ad mensuram; & tamen, non obstante attributione, quilibet concederet vnum esse conceptum generis, alias genus non prædicaretur in quid de pluribus differentibus specie: si enim genus non haberet conceptum alium à conceptibus specierum, nullus conceptus diceretur de pluribus in quid, sed tantum quilibet de se ipso; & tunc nihil prædicaretur vt genus de specie, sed vt idem de eodem. 1. D. 3. Q. 3. §. *Contra istam vniuocationem.* ✝. *Ad aliud, quod dicitur*. Q. 16.

Genus nunquam est sine aliqua partiali realitate in specie, quæ non potest esse in verè simplici. 1. Distinct. 8. Quæst. 3. §. *Teneo opinionem meam.* ✝. *Habet etiam euidentiam*. L. 17.

Generis generalissimi ratio non exigit habere plures sub se species, sed non habere aliud superueniens genus; sicut prædicamentum *quando*, quia non habet superueniens genus, est generalissimum, licet paucas habeat species, aut nullas; & ita transcendens quodcunque, nullum habet genus, sub quo contineatur. *ibidem*. ✝. *Respondeo sicut de ratione generis*. O. 19.

Genus est diuisibile secundum se in plura genera, & in plures species; & tamen genus non est ratio distinctionis specierum, sed differentiæ, constituentes plures species; Vnde falsum est quod eodem sit aliquid diuisibile, & quòd partes diuidentes distinguantur; natura enim communis diuisibilis est ex se in diuidentia, non autem diuidentia distinguuntur ex ratione naturæ communis, sed ex proprijs principijs, vti apparet in genere. 2. D. 3. Q. 4. §. *Ad primam rationem*. ✝. *Quando etiam vlterius*. K. 15.

Genus requirit determinatam multitudinem specierum, quia, secundum Boetium lib. diuisionum, genus primò diuisibile est in duo. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ad argumenta pro opinione.* ✝. *Et cum probatio*. N. 18.

Ad genus, secundum Boetium, reducitur diuisio speciei in indiuidua, participantia naturam diuisi, siue habeant talem proportionem ad totum in integrando, siue in subijciendo, siue non; quia illæ conditiones, & proprietates, quas assignat Boetius in diuisione generis, conueniunt huic diuisioni, quæ est speciei in indiuidua. *ibidem*.

Genus non dicit totum esse speciei, quia species superaddit entitatem qoidditatiuam; tota tamen qoidditas, quæ est in indiuiduo, est entitas speciei; & ita species dicit totum esse indiuiduorum. *ibidem*. ✝. *Ad aliud: species dicit totum*. O. 19.

Genus nihil est præter eas, quæ sunt generis species. 7. Met. cap. de vnitate diffinitionis Tex. 43. hæc auctoritas, inducta ad probandum quod in composito non est, nisi vna forma substantialis, quasi Philosophus vellet hic dicere, quod genus nihil est, quàm ipsa species, cuius tota essentia est differentia; Hæc, inquam, authoritas truncata est, quia sequitur, *ergo genus non est præter eas, quæ sunt generis species: aut si est quidem, vt materia est*: & secunda pars disiunctionis est vera; Vnde ad illud secundum membrum subdit exemplum, *Vox quidem vt genus est*. Est ergo intentio Philosophi, quòd illud, quod importatur per genus, est nihil, nisi potentiale respectu specierum. Et eodem modo genus omnino superflueret in diffinitione, si tota ratio quidditatiua sit io vltima differentia, quia tunc sola vltima differentia totam essentiam rei exprimeret. 4. D. 11. Q. 3. §. *Ad rationem ergo.* ✝. *Si tamen omnino fiat*. Ce. 47.

Genus est indeterminatum ad species, indeterminatione, quæ est cum potentialitate quadam ad contradictoria,

quæ

Genus in ordine ad ſpeciem.

quæ eſt imperfectionis ; quomodo etiam materia eſt indeterminata ad formas. 4. D.50. Q.3. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad primum*. E.7.

Genus in ordine ad Deum.

Generis conceptus non ſtat cum ſimplicitate Dei, vt patet per Auguſtinum. 7. de Trin. cap. 5. vel 32. *Manifeſtum eſt, Deum abuſiuè ſubſtantiam vocari, quia ſubſtantia dicitur, quòd ſubſtat accidentibus; abſurdum verò eſt quod Deus alicui accidenti ſubſtet*: hæc ratio ſic tenet: Non enim intelligit quòd ratio ſubſtantiæ ſit ſubſtare accidentibus, vt ſubſtãtia eſt genus, quia præmiſit ibi quod abſurdũ eſt quod ſubſtantia relatiuè dicatur; Sed quia ſubſtantia, vt eſt genus, eſt limitata: omnis autem ſubſtantia limitata capax eſt accidentis, adeoque ſubſtantia quæcunque, quæ eſt in genere, poteſt ſubſtare alicui accidenti; Deus autem non. 1. D.8. Q.3. § *Teneo opinionem meam mediam*. ℣. *Secundam partem*. F.16.

Genus eſt pars, Deus autem ſimplex eſt, non habens partem, & partem, adeoque Deus non eſt in genere. *ibidem*. ℣. *Item arguit Auicenna*. F.16.

Generis conceptus non poteſt eſſe ille, qui habet indifferentiam ad aliqua, ad quæ non poteſt conceptus generis eſſe indifferens; quidquid autem dicitur communiter de Deo, & creatura, eſt indifferens ad finitum, & infinitum, loquendo de eſſentialibus; quia quidquid eſt in Deo perfectio eſſentialis, eſt formaliter infinitum, in creatura verò finitum. Vel ſaltem eſt indifferens ad finitum, & non finitum, loquendo de quibuſcunque, quia relatio Diuina nec eſt finita, nec infinita; nullum autem genus poteſt eſſe indifferens ad finitum, & infinitum, vel ad finitum, & non finitum. *ibidem*. ℣. *Ex primo arguo dupliciter*. G.16.

Genus ſumitur ab aliqua realitate, quæ, ſecundum ſe, eſt potentialis ad realitatem, à qua accipitur differentia; nullum autem infinitum (cuiuſmodi eſt Deus) eſt potentiale ad aliquid. *ibidem*. ℣. *Secundam partem minoris probo*. I. 16.

Generis ratio non poteſt formaliter accipi ab aliqua realitate; quæ ſit in Deo, quia quæcunque realitas eſſentialis Dei eſt formaliter infinita; realitas autem de ſe infinita, quantumcunque præciſè ſumpta, non eſt in potentia ad aliam realitatem. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem meam mediam*. ℣. *Hanc rationem aliqualiter pertractando*. K.16.

In genere nihil eſt formaliter dictum de Deo, quia nihil dicitur de Deo formaliter, quod eſt limitatum; quidquid autem eſt alicuius generis, quomodocunque ſit illius generis, eſt neceſſariò limitatum. *ibidem*. ℣. *Quo autem ad illud*. M.18.

In genere non eſſe Deum, quia continet in ſe perfectiones omnium generum; argumentum iſtud non valet, quia continens aliquid, continet illud per modum ſui; Subſtantia enim, quæ modo eſt genus generaliſſimum, vt accipitur pro omnibus ſpeciebus inferioribus, continet virtualiter omnia accidentia; ita quod ſi Deus ſola indiuidua ſubſtantiarum cauſaret, illa haberent in ſe virtutem, vnde cauſarent omnia accidentia; & tamen non propter hoc negantur ſubſtantiæ creatæ eſſe in genere, quia continent virtualiter accidentia per modum ſui, non per modum accidentium; igitur ex hoc ſolo, quòd Deus continet perfectiones omnium generum, non ſequitur ipſum non eſſe in genere, quia ſic continere non excludit finitatem; illa enim continere virtualiter non eſt eſſe infinitum: Sed ex abſoluta infinitate Dei hoc ſequitur. 1. D.8. Q.3. §. *Alij probant quarto modo*. O. P.20.

Vt genus nihil omnino dicitur de Deo in quid; quidquid enim habet genus, poteſt habere differentiam, & diffinitionem, quia. 7. Meta. cap. 23. *aut genus nihil eſt præter ſpecies, aut ſi eſt, eſt quidem vt materia*; & tunc cuius eſt genus, oportet ipſum ponere poſſe habere differentiam tanquam formam; Vnde ſi aliquid eſt dictum de Deo in quid, arguendo ex authoritate Ariſtotelis constructiuè, non deſtructiuè, ſequitur quod illud non ſit genus, nec diffinitio. *ibidem*. ℣. *Reſpondeo, Ariſt. 8. Met.* R.22.

Generis alicuius quod eſt, non conuenit Deo aliquo modo. 1. D.8. Q.3. §. *Alij probant quarto modo*. ℣. *Sed numquid Ariſtoteles*. T.23.

Genus generaliſſimum eſt ſubſtantia, quæ continet ſuperſubſtantialiter increatam Deitatem, cognoſcibiliter autem, & continuè omnem creaturam, inquit Damaſcenus. in Elementario. cap. 8. Vbi non dicit, ſubſtantiam, quæ eſt genus generaliſſimum, continere contentiuè Deitatem, ſicut continet creaturam, ſed ſuperſubſtantialiter, hoc eſt accipiendo illud, quod eſt perfectionis in ſubſtantia, quæ eſt genus; & relinquendo illud, quod eſt imperfectionis; quomodo dicit Auicenna. 9. Meta. Deum eſse ens per ſe: per quæ ſoluuntur omnia, quibus Damaſcenus videtur dicere Deum eſse in genere. *ibidem*. §. *Ad argumenta pro ſecunda opinione*. ℣. *Ad Damaſcenum reſpondeo*. T. 24.

Genera duo manere in Diuinis, nuſquam inuenitur in libello Boetij. de Trinitate; Vnde nec genera, nec differentiæ generum, nec etiam modi eorum, nec rationes eorum manent ibi; quia ſicut genera, & ea, quæ in eis ſunt, limitata ſunt, ita & modi, & rationes eorum, loquendo de rationibus primæ intentionis, quæ fundantur in iſtis; quia in limitato non poteſt aliquid fundari, niſi limitatum. Intendit itaque Boetius ibi, quod duo ſunt modi prædicandi in Diuinis, ſcilicet prædicati relatiui; & eſsentialis, quos modos Auguſtinus magis exprimit. 5. Trin. cap 6. vel. 10. *ad ſe, & ad aliud*; & omnia prædicata, formaliter dicta de Deo, ſub altero iſtorum membrorum continentur. 1. D.8. Q.3. §. *ibidem*. ℣. *Ad Boetium dico*. V. 24.

Generis ſubſtantiæ menſura ſi poneretur primus Motor, hoc ipſum ynum poneretur menſura, quia primus Motor, propter ſimplicitatem ſuam, multò veriùs eſset hoc ipſum vnum, quam idea Platonis. *ibidem*. ℣. *Ad Auerroem dico*. X. 25.

Generis ſubſtantiæ menſura prima eſt aliqua ſubſtantia illius generis prima, cui conuenit vnitas; Non eſt autem primus Motor menſura intrinſeca illius generis, ſicut nec aliorum, quatenus tamen etiam eſt menſura extrinſeca omnium, aliquo modo eſt immediatius menſura ſubſtantiarum, quæ ſunt perfectiora entia, quam accidentium, quæ ſunt remotiora ab ipſa; nullius tamen generis eſt menſura intrinſeca. 1. D.8. Q.3. §. *Ad argumenta pro ſecunda opinione*. ℣. *Quid igitur eſt menſura*. X. 25.

Genus nullum, ſicut nec aliquid alicuius generis, dicitur de Deo formaliter, ita nec paſſio alicuius generis; & per conſequens nec aliqua relationum communium, ſecundum quod ſtrictè ſumuntur, vt ſcilicet ſunt paſſiones generum determinatorum. 1. D.19. Q.1. §. *De tertio dico*; D.4.

Genus extendendo, ſiue intelligamus per priuationem; ſiuè negationem ſecundum genus, per quæ ambo idem intelligo, poſſumus hic accipere quaſi genus hoc, quod eſt commune ad tres perſonas, vt perſona, ſiue ſubſiſtens: & tunc dicamus Patrem priuari aliquo ſecundum genus; vel quod in Patre dicatur negatio aliqua ſecundum genus alicuius, quod natum eſt competere non tantum enti, ſed ſuppoſito, quod eſt commune Patri, & Filio. 1 D.28. Q.1. §. *Quantum ad primum genitum dicitur*. ℣. *Reſpondeo, quod hoc concludit*. C.5.

Genus nullum, nec aliquid alicuius generis, dicitur de Deo: & ſicut abſoluta, ita relationes, quæ enim formaliter dicuntur de Deo, non ſunt alicuius generis, ſed tranſcendentia, & paſſiones entis in communi; quia quidquid conuenit enti, inquantum eſt indifferens ad finitum, & infinitum, conuenit ei priùs, quam diuidatur in genera, & ita eſt tranſcendens. 2. D.1. Q.4. §. *Ad primum alterius opinionis dico*. F.15.

In genere quod nullo modo eſt: *vel ſic*, Quod nullo modo eſt in genere, nihil eſt, vel eſt Deus. 3. Diſt.22. Quæſt. Vn. §. *Contra iſta*. ℣. *Præterea quod non includit*. B.6.

Genus in ordine ad creaturas.

Genus in aliquibus creaturis accipitur ab alia, & alia re in aliquibus ab alia, & alia realitate. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem meam mediam.* ℣. *Hanc rationem aliquando pertractando.* I. 16.

Generis alicuius quidquid est: *seu sic*, Quidquid est alicuius generis, quomodocunque sit illius generis, est necessariò limitatum. *ibidem.* ℣. *Quo autem ad illud.* L. 18.

In genere non est, nec per se, nec per accidens, illud, quod non includit aliquam quidditatem in genere; nec aliqua quidditas in genere includit ipsum. 3. Dist. 22. Qu. *Vnica.* §. *Contra ista.* ℣. *Præterea quod non includit.* B.6.

In genere illa sola sunt per se; quæ includunt quidditatem, vt indiuidua; vel quæ sunt ipsa quidditas, vt homo, vel humanitas: Et illud solum est in genere per accidens, vel per reductionem, quod includitur in aliquo, quod est per se in genere. *ibidem.* B.6.

Generis eiusdem physici nulla duo sunt: *vel sic*, Nulla duo sunt eiusdem generis physici, nisi sint transmutabilia ad inuicem. 4. D.6. Q.10. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Hoc idem patet aliter.* M. 14.

In genere nihil collocatur per proprietates metaphoricas, alioquin Christus esset verè in genere substantiæ inanimatæ, quia dicitur *Petra.* 1. Corint. 10. & esset in genere animalis irrationalis, quia dicitur *Leo* metaphoricè, Apocalyp. 5. & etiam in genere qualitatis, quia dicitur Lux, *Ego sum lux Mundi*, Ioann. 8. Sed ex metaphoricis colligenda est propria conditio rei in se, & secundum illam collocanda est in genere, & specie; sicut posset species intelligibilis poni in quarta specie qualitatis, quia configurat animam ipsi obiecto cognito. 4. D.6. Qu.10. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Aliter dicitur, quod est in quarta specie.* N. 14.

Genera plura denominare potest illud, quod est determinati generis: Fortè creatum dicit aliquid per se pertinens ad genus relationis, & tamen fortè denominat quodlibet à Deo: & solum illud aliud à Deo est propriè in genere; Vnde potest iste respectus pertinere per se ad vnum genus, & tamen denominatiuè dici de relationibus, vel respectibus nouem generum. 4. D. 12. Q.1. §. *Ad quæstionem respondeo.* ℣. *Respondeo, benè potest dici.* C.7.

Genus aliquod speciale non constituit *esse in*; quia vnum *esse in* est omnium nouem generum: Hoc dictum Simplicij concedendum est, si *esse in* accipiatur denominatiuè, quia sic circuit omnia genera accidentium, sicut hoc, quod est inhærere, vel accidere; Si autem accipiatur pro ipsa habitudine, per se significata per *esse in*, negandum est; quia hoc modo accipitur aliquod genus ab *esse in*, cum sit species determinata in vno genere: Si etiam intelligat quod *esse in*, quantum ad per se rationem, quam importat, non pertineat ad aliquod genus determinatum, sed per se ad plura genera; item negandum est; non enim Simplicius est tantæ authoritatis, quod propter dictum eius debeat concedi oppositum eius, quod ratio concludit; ratio autem conuincit, quod ille conceptus, quem importat *esse in*, potest quidditatiuè contineri in aliquo genere, licet denominatiuè dicatur de formis, quæ sunt in multis generibus; non enim dicitur quidditatiuè de albedine, & linea; nam tunc albedo, & linea non dicerentur ad se; quia illud, quod essentialiter includit respectum, non est ad se, secundum Augustinum. 7. de Trin. cap. secundo. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Sed si contra hoc obijcias.* D. 78.

Genere in omni sicut est inuenire supremum in coordinatione illius generis, & omnia media genera, & species; ita est inuenire aliquod infimum per se in illa coordinatione, de quo omnia prædicantur, & ipsum non de alio. 4. D.12. Q.2. §. *Hic sunt duæ opiniones.* ℣. *Prima non.* A.6.

Genus humanum.

Genus humanum reparari nulla est necessitas; quia si sic; hoc nō est, nisi quia homines prædestinati sunt ad gloriā, & lapsi non possunt intrare, nisi per satisfactionem; modo autem ita est, quod prædestinatio hominis contingens est, & non necessaria: Sicut enim Deus ab æterno contingenter prædestinauit hominem, & non necessariò, quia nihil necessariò operatur respectu aliquorum extra se, ordinando illa ad bonum: Sic potuit non prædestinasse; nec est inconueniens; hominem frustrari à beatitudine, nisi supposita prædestinatione hominis, adeoque nulla fuit absolutè redemptionis eius necessitas, sicut nec prædestinationis eius. 3. D.20. Q. *Vnica.* §. *In istis dicitur.* ℣. *Præterea nulla est necessitas.* n. 7.

Genus humanum multiplicandi ad cultum Diuinum, quando erat necessitas, putà quia pauci erant cultores Dei, necessitas fuit vt multiplicarentur cultores Dei quantum possent; quia in sola successione eorum mansit fides, & cultus Diuinus; & ideo pro tunc rationabile fuit dispensare, vt vnus commutaret corpus suum pro pluribus corporibus mulierum, ad maiorem multiplicationem cultorum Dei, quæ sine hoc non fieret. Sic autem fuit dispensatum, vt præsumitur de Abraham, & quibusdam alijs Patribus. 4. D.33. Q.1. §. *De secundo articulo dico.* C.4

Genus logicum.

Genus idem logicum bene potest continere multa, quæ non pertinent ad idem genus physicum, vt patet de substantia corporea, & incorporea; & de qualitate corporali, & spirituali. 4. D.6. Q.10. §. *Ad quæstionem potest dici.* ℣. *Hoc idem patet aliter.* M. 14.

Genus quo ad Decem prædicamenta.

Genera decem non sufficienter euacuare totum ens, non est inconueniens, eo modo, quo Philosophi loquuntur de rationibus eorum; quia non repugnat sub ente inuenire aliquem respectum, putà Angeli ad lapidem, qui non habet aliquam rationem respectus in genere, vt ipsi loquuntur; non tamen sequitur, ex hoc, plura genera esse, quam decem; sed quod rationes eorum, vel ratio alicuius eorum non assignatur sub ratione communi, sicut posset assignari. 4. D.10. Q.1. §. *Quantum, ad ergo ad istum articulum. Et si omnino arguas.* K. 11.

Genus vnum respectiuum tantummodo poneretur, & ita non nisi quatuor prædicamenta, si omnes respectus haberent vnam rationem communem, quidditatiuam respectus; Vnde si debet saluari illa famosa distinctio prædicamentorum, quia secundum Auicennam. 3. Metaphys. cogimur obseruare illam diuisionem prædicamentorum famosam, qua dicuntur esse decem generalissima: cogimur, inquam, propter Philosophorum antiquam authoritatem, cui non debet faciliè contradici; necesse est dicere quòd respectus habeat sufficientes rationes formales; sufficientes, inquam, ad distinctionem generum. 4. D.13. Q.1. §. *Ad huius autem difficultatis.* ℣. *Vlterius, si omnes respectus.* C.9.

Generum decem distinctio si secundum communiter dicta saluanda sit, & per consequens sex genera vltima non contineantur sub genere relationis; cum non appareat quod importent formas absolutas, nec simul importent absolutum, & respectum; consequens est dicere quod sunt essentialiter respectus, nec tamen de genere relationis; Vnde oportet distinguere inter respectum, & respectum, etiam distinctione secundum genus; potest autem distinctio respectuum, quos importans ista sex genera, ab illo respectu, qui propriè dicitur relatio, quæ est quartum genus, accipi ex illo dicto communi, quo dicuntur respectus de genere relationis esse respectus intrinsecus aduenientes; respectus autem illorum sex generum, extrinsecus aduenientes. *Quodl.* Q.11. §. *De quarto.* ℣. *Hic, potest dici.* I. 13.

Genuflexio.

Genflexiones, inclinationes, & postrationes ad terram, & huiusmodi possunt generaliter dici facta signa; & ita impropriè Sacramenta: & hæc poterant esse eadem, multa alia in lege Moysi, & Euangelij. 4. D. I. Q. 3. §. *De quarto.* ✝. *De primo sciendum.* I. 8.

GEO

Geometer.

Geometer non vtitur aliquibus principijs tanquam per se notis, nisi quæ habent euidentem veritatem ex terminis confusè cognitis, putà, concipiendo lineam confusè: Euidens enim est quod linea est lõgitudo sine latitudine, non concipiẽdo adhuc, distinctè, ad quod genus pertineat linea, sicut considerat Metaphysicus. I. D. 2. Q. I. §. *Quoniam secundum Philosophum.* ✝. *Similiter aliàs.* A. 3.

Geometer non habet pro per se notas propositiones, quas Metaphysicus posset cognoscere, putà quod linea est species quantitatis continuæ distincta contra superficiem, & corpus, & alias huiusmodi. I. Dist. 2. Quæst. I. *ibidem.*

Geometræ Metaphysico multa possunt patere, quæ non erant nota prius geometræ ex conceptu confuso terminorum. I. D. 3. Q. 2. §. *Loquendo igitur de primo ordine.* ✝. *Secundo probo idem.* N. 25.

Geometer, inquantum geometer, non vtitur pro principijs per se notis, nisi illis, quæ statim sunt euidentia ex confuso conceptu terminorum, qualis occurrit primò ex sensibilibus; putà, linea est longitudo &c. non curans ad quod genus pertineat linea, putà, vtrum sit substantia, vel quantitas; sed modo cognita geometria, & alijs scientijs specialibus; sequitur Metaphysica de conceptibus communibus, ex quibus potest fieri reditio per viam diuisionis ad inquirendum quidditates terminorum in scientijs specialibus; & tunc ex illis quidditatibus sic cognitis, distinctius cognoscuntur principia specialium scientiarum, quàm prius cognoscebantur. I. D. 3. Q. 2. §. *Loquendo igitur de primo ordine.* ✝. *Secundo probo idem.* N. 25.

Geometræ imaginantur punctum fluens causare lineam: Sic si imaginemur lineam rectam, habentem duo puncta terminantia A. & B. sit A. punctus immobilis, & B. circumducatur, sicut est de pede circini vno immobili, alio mobili, B. circumductum causat circumferentiam secundum imaginationem Geometrarum. I. Dist. 39. Quæst. I. 2. 3. &c. §. *Ad argumenta pro secunda opinione.* ✝. *Aliud exemplum de centro, & circumferentia.* Y. 35.

Geometria.

Geometriæ scientia tota posset ab aliquo haberi simul cum fide, si lumen scientiæ, & lumen fidei simul starent, & illud lumen, in quo habetur scientia, inniteretur lumini fidei: hoc autem est falsum quod stent simul, quia lumen illud non facit cognitionem intuitiuam de credibilibus, sed scientiam abstractiuam. 3. Dist. 24. Qu. *Vnica.* §. *Contra hæc.* ✝. *Contra conclusionem iuste.* A. 8.

Geometriam sciens si exprimat alicui ignoranti conclusiones Geometriæ, scilicet, quod omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis; ille præsumens de scientia, & veritate exprimentis, credit ei; & ita habet fidem quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: Si autem, vltra, ille sciens Geometriam doceat eum cognitione abstractiua, demonstrando sibi conclusiones, quas prius credidit, tunc ille habebit simul scientiam abstractiuam de conclusionibus Geometriæ, & fidem; si verum est quòd cognitio abstractiua non euacuat fidem. 3. D. 24. Q. *Vnica.* §. *ibidem.* ✝. *ibidem.* A. 8.

Geometria dicitur vnus habitus ex vnitate lineæ, in qua linea omnia alia, quæ deducuntur in scientia illa, virtualiter continentur mediatius, vel immediatius secundum quod se habent ad illam. 3. D. 25. Q. 2. §. *Ad secundum quæsitum.* C 3.

Geometriam frequenter aliquis considerans, potest habere facilitatem magnam ad considerandum conclusionem in illa scientia: necesse ibi habitus bonus, vel malus, sicut nec actus, ex quo generabatur; sic & in habitu supernaturali potest esse. 4. D 6. Q. 10. §. *Ad quæstionem.* ✝. *Tertium de bene & male.* O. 16.

GER

Gerundiuum.

Gerundiuum *generandi*, constructum cum potentia, notat actum, vt egredientem ab eodem supposito, cui attribuitur potentia: similiter est de scientia, & voluntate, quando construuntur cum Gerundiuo, notant actum vt egredientem, vel potentem egredi ab illo supposito, cui attribuitur scientia, vel voluntas: propter quod non ita concederetur ista, *Filius habet scientiam, vel voluntatem generandi*, quomodo concederetur illa, *Filius scit generationem Patris, vel vult eam*, imo videntur illæ negandæ, sicut istæ, *Filius scit generare, & vult generare*, quia idem videtur, velle agere, & habere voluntatem agendi; Sed non idem istis videtur esse, velle actionem, quia hæc non includit, eam velle vt actionem voluntatis, quod alia videntur significare. I. D. 7. Q. *Vnica.* §. *Ad formam autem quæstionis.* S. 17.

GLA

Glacies.

Glacies, nix, & grando, quæ tamen sunt imperfecta, vel in via ad mixtionem; dum talia sunt, non sunt apta vt in eis possit fieri Baptismus, quia ibi non est lotio, sicut nec in duro; oportet enim, aquam esse ibi fluidam. 4. D. 3. Q. 3. §. *Quod additur in quæstione.* F. 4.

GLO

Gloria à Deo alteri volita.

Gloriam prius vult Deus alicui, quam gratiam. 3. D. 7. Q. 3. §. *Sed hic sunt duo dubia.* ✝. *Sine præiudicio dici potest.* B. 3.

Gloriam, & gratiam Deus prius vult cuilibet, quam prævideat opposita istorum habituum gratiæ, & gloriæ, scilicet peccatum, & damnationem. *ibidem.*

Gloria naturæ Humanæ Christi.

Gloria fuit præordinata huic naturæ humanæ in Christo, & vnio ista in Verbo in ordine ad gloriam, quia non tanta gloria fuisset, sibi conferenda si non esset vnita, sicut modo collata est; Vnde quemadmodum merita cadunt sub prædestinatione, sine quibus non ordinaretur de congruo quisad tantam gloriam, sicut cum eis; ita videtur ista vnio ordinari ad tantam gloriam de congruo, licet non cadat sub prædestinatione, tanquam meritum 3. D. 7. Q. 3. §. *Respondeo.* A. 2.

Gloriã, & istã vnionẽ naturæ humanæ ad Verbũ in ordine ad gloriam potuit Deus prædestinare alicui naturæ; & ita potest negari istapropositio, *quod prædestinatio respicit solã personã*: Sicut enim Deus potest omne bonũ aliud à se diligere, nõ tantũ suppositũ, sed naturã, ita etiã potest alij à se prædestinare, vel præoptare bonum illi conueniens; & ita potest naturæ huic præoptare bonum illi conueniens; & ita potest illi præoptare vnionem istam in ordine ad gloriam, & non personæ, Verum est tamen quod in omnibus alijs, absisto, prædestinatio respicit personam, quia in nullo alio præordinauit Deus bonum naturæ, nisi præordinando bonum personæ, cum nulla natura prædestinabilis sit non personata personalitate creata, nisi ista; & ideo nec sic possit præordinari sibi bonum, nisi isti. 3. D. 7. Q. 3. §. *Respondeo.* ✝. *Et si dicas.* &c. ✝. *Respondeo.* A. 2.

Ad gloriam prædestinatio cuiuscunque cum præcedat, ea parte obiecti, naturaliter præscientiam peccati, vel damnationis cuiuscunque, multò magis est verum de prædestinatione animæ Christi, quæ prædestinabatur ad summã gloriã, Vniuersaliter enim ordinatè volens, prius videtur velle hoc, quod est fini propinquius: Et ita sicut prius

Gloria naturæ humanæ Christi.

vult gloriam alicui, quàm gratiam, ita etiam inter prædestinatos, quibus vult gloriam ordinatè, prius videtur velle gloriam illi, quem vult esse proximum fini; & ita huic naturæ Christi vult gloriam prius, quàm alicui alteri. 3.D.7.Q.3.§. *Sed hic sunt.* ℣. *Sine præiudicio*. B. 3.

Gloriam prius vult Deus animæ Christi, quàm præuideat Adam casurum. *ibidem.*

Gloriam summam non tantùm Deus præoptauit animæ Christi, sed etiam quamuam illi animæ. 3.D 7. Q.3.§. *ibidem.*

Ad gloriam tantam non videtur Deus prædestinauisse animam Christi propter solam redemptionem hominis faciendam; cum illa redemptio, sine gloria animæ redimendæ non sit tantum bonum, quantum est illa gloria animæ Christi: Nec est verisimile tam summum bonum in entibus esse tantùm occasionatum, scilicet propter minus bonum: Nec est verisimile, Deum prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quàm Christum, quod tamen sequeretur: Imo vlterius sequeretur absurdius, scilicet quod Deus, prædestinando Adam ad gloriã, prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quam prædestinasset Christum ad gloriam, si prædestinatio illius animæ tantùm esset pro redemptione aliorum, quia redemptio non fuisset, nisi casus, & delictum præcessisset. 3. D.7.Q.3.§. *ibidem.*

Gloriam, vel summam gratiam non prius Deus contulit naturæ humanæ, ordine executionis, quàm vniuerit sibi illam naturam: Ordine autem intentionis potest poni quod Deus primo voluerit aliquam naturam non summam habere summam gloriam; ostendens quòd non oporteret eum conferre gloriam secundum ordinem naturarum; & quòd secundò voluerit illam naturam esse in persona Verbi, & sic Angelus non subsisset puro homini. 3.D.7.Q.3.§. *Secundum dubium est.* ℣. *Potest dici*. C. 4.

Gloriæ plenitudo, qua Christus fuit coniunctus fini non minus, quàm alius Beatus (licet potuit mereri) æquè excludit omnem potestatem in eo auertendi à fine, sicut in alijs. Illi tamen, qui dicunt quod ex vi vnionis necesse fuit naturam vnuam frui, haberent consequenter dicere quòd non solùm ex plenitudine gloriæ fuit impeccabilis, sed ex vi vnionis; quod tamen improbatur. 3. D.12.Q. *Vnica*, § *De secundo dico*. A.2.

Gloriam eius vidimus: vel sic, *Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre*, Ioann. 1. hoc est, qualis decet vnigenitum, illa est summa possibilis dari. 3.D. 13.Q.2. *In secundo argumento ad oppositum*. O.2.

Gloria in portione superiori voluntatis Christi per nouum miraculum non redundauit in corpus, sed Deus permisit ipsum esse possibile: nec etiam redundabat in eandem potentiam, vt comparatur ad aliud obiectum: Vnde sicut per miraculum fuit quòd simul erat Viator, & Comprehensor; ita fuit miraculosum quod ista gloria non redundabat in corpus, nec in vires inferiores, sicut in Beatis redundat. 3. D.15.Q. *Vnica. Ad quartum principale.* Y. 35.

Gloria animæ Christi in corpus non redundante, necesse fuit corpus suum esse mortale; licet hoc fuerit speciale, & nouum miraculum: facto tamen miraculo isto, corpus illud habuit necessitatem moriendi; quia nec gloria redundauit in ipsum, nec secundum corpus habuit iustitiam originalem, præseruantem à corruptione. 3. D.16.Q.2.§. *Ad quæstionem igitur dico.* ℣. *Primum potest esse*. B.5.

Gloria animæ Christi per miraculum non redundante in corpus, necessitas fuit quod partes corporis fluerent per sudorem, & alias consumptiones; quia actiuo, & passiuo naturalibus approximatis, necesse est sequi consumptionem, si alterum habeat dominium: in corpore autem Christi fuerunt calidum, & humidum, & aliquod dominium vnius super alterum; & virtus nutritiua non sufficiebat, ex alimentis, restaurare deperditum ex mutua actione; ideo necessariò fuit fluxus partium, & corruptio. 3. D.16.Q.2. § *Sed contra ista*. ℣. *Dico ad ista*. C.7.

Gloria, & impossibilitas corporis, & animæ Christi infuissent in primo instanti vnionis, nisi per miraculum fuissent prohibitæ. 3. D.18.Q. *Vnica*. §. *Hoc viso*. ℣. *Contra illud, quod infuisset*. G.15.

Gloria respectu meritorum, & beatorum.

Gloria Beatorum, & pœna quæcunque soluenda pro peccato commisso, ad minus secundum dispositionem Diuinam, repugnant in actu glorificationis, & etiam post glorificationem; quia Deus disposuit illam gloriam in quocunque finalem esse, ita quod non sequetur aliqua pœna; adeoque oportet ante glorificationem remitti, vel deleri obligationem ad pœnam sustinendam. 4. D.14. Q.1.§. *De secundo articulo dico*. I.8.

Gloria cuiuscunque, habentis meritum proprium, excedit gloriam illius, qui propter gratiam solam, sine meritis, beatificaretur, sicut paruulus nunc baptizatus; & per consequens quodcunque meritum, sequens alia merita iam habita, requirit proprium gradum gloriæ essentialis, sibi correspondentem; nec tamen per quodcunque meritum augetur statim gratia, nec habens plura merita est semper in maiori gratia; Vnde si sufficiat sola gratia ad aliquam gloriam; tamen meritis correspondet saltem aliquis gradus gloriæ, licet maiori gratiæ, sine meritis, correspondeat maior gloria, quam minori gratiæ; tamen in quocunque gradu eodem ponatur gratia merito adiuncto, licet per illud non statim intendatur gratia, tamen correspondet sibi gradus gloriæ, vltra illum gradum, qui responderet præcisè illi gratiæ. 4. D. 22. Quæst. 1.§. *De secundo articulo*. ℣. *Ad hoc dico*. G. H. 9.

Gloriæ gradum essentialem correspondere merito consonat scripturæ; quæ in multis locis istam sententiam Diuinæ iustitiæ asserit quod *reddet vnicuique secundum opera sua* in Psalm. 61. & Roman. 2. nusquam autem habetur quod reddet vnicuique secundum habitum suum: Et consonat obseruantiæ legis Diuinæ, quia, secundum ipsam, vtile est continuè, quantum possibile est, opera meritoria exercere, quantumuis remissa, adeo vt per illa non statim augeatur gratia, quia correspondet singulis in acceptatione Dei determinatus gradus gloriæ. *ibidem.* ℣. *Hac via*. H, 11.

Gloria maiori aliquis dignus loquendo de eo in gloria, quod correspondet meritis, & de digno non propinquè, sed remotè (putà secundum ius, sed suspensum) damnatur: & alius dignus multò minori gloria isto modo, saluatur; Sed hoc ideo est, quia ille alius dignus est propinquè, quia habens ius non suspensum, dignus est etiam ad illud aliud in gloria, correspondens gratiæ, ad quod non est ille damnatus dignus: & nulli datur correspondens meritis sine correspondente gratiæ, si etiam illud correspondens merito est eiusdem rationis cum correspondente gratiæ, & per quodcunque meritum augetur istud in Diuina acceptatione; Meritis itaque finitis correspondebit tantum gloriæ, quantum est illud correspondens gratiæ; sicque aliquis in gradu determinato habens illam saluaretur, & habens omnia ista, sed mortificata, damnaretur; Quare damnatur dignus, sed remota dignitate, per peccatum mortale, & suspensa; & sic dignus multò maiori gloria, damnabitur: & dignus dignitate propinqua in peccato multò minori saluabitur; Nec mirum, quia inimico, dum est inimicus, quæcunque bona præterita non sufficiunt ad præmium consequendum. *ibidem.* ℣. *Ex isto sequuntur duo corrolaria*. I. 12.

Gloriæ gradus magnus etsi respondeat meritis, dum tamen sunt mortificata, non possunt mereri minimam gratiam; alioquin qui cecidisset à multis meritis, iam meruisset, vt resurgeret ab illo lapsu per primam gratiam, sibi propter ista merita conferendam: nec tamen credo quod merita mortificata omnino nihil faciant, in acceptatione Diuina, ad primam gratiam dandam huic lapso, quia etsi, secundum strictam iustitiam, iste inimicus Dei non sit dignus de propinquo ad aliquam gratiam, & gloriam, tamen excellens misericordia Dei, propter præcedentia merita, licet mortificata, citius dat gratiam ad resurgendum; Vnde sicut credo quòd perfectior grauius cadit propter maiorem ingratitudinem; ita credo quòd, cæteris paribus, citius resurgit propter Dei benignitatem, merita prædicta ad hoc aliqualiter acceptantem. *ibidem.* ℣. *Secundum corrolarium est*. K.13.

Gloria singularis, & ornatus est in Beatis de nunquam

cecidisse

Gloria respectu meritorum, & beatorum.

cecidiſſe in peccatum. 4. D.22. Q.1. ∬. *De tertio articulo principali dico.* ℣. *Ad primum concedo.* N.15.

Gloriæ eſt in Beatis poſſe vti potentia ſua motiua ad quodcunque *vbi*, quia non repugnat gloriæ. 4. Diſtinct.46. Quæſt. 4. ∬. *De tertio articulo dico.* ℣. *In tertia pæna.* H. 9.

Gloriam non tollit à corpore glorioſo quòd repleat locum: nec gloria tollit ab eo quin repleat locum; corpus autem replens locus expellit aliud corpus naturaliter, & conſequenter gloria non tollit quin expellat aliud corpus. 4 D.49. Q.16. §. *Alij dicunt.* D.11.

Gloria vana.

Gloria vana aliqua eſt peccatum veniale. 2. D.21. Q.1. §. *Ad primum pro opinione.* D.4.

Gloria aliqua vana poteſt nunc ſequi actum maximum meritorium, & valdè excellentem; nec veniale illud tolleret meritum iſtius actus ſic meritorij. *ibidem.*

Glorioſius.

Glorioſius eſt habere præmium pro merito, quàm ſine merito; Id verum eſt de præmio, quod poteſt haberi ex meritis; coniunctio autem animæ Christi cum Deo, per actum fruitionis, fuit tanta, & tàm excellens, quod ad ipſam non potuit præcedere meritum: & nobilius eſt habere actum, ad quem non poteſt præcedere meritum, ex liberalitate Dantis, quàm habere actum debiliorem cum multo merito præcedente. Et videtur hoc rationabile; quia ſicut Deus creauit in eſſe naturæ aliquam naturam, puta naturam Angeli, ad quam creandam non potuit cooperari cauſalitas cauſæ ſecundæ, propter perfectionem talis naturæ; ita in genere moris creauit Deus aliquem actum beatificum, ad quem non poteſt eſſe actus aliquis meritorius prior; & huiuſmodi fuit actus beatificus animæ Christi, & hoc propter nobilitatem, & excellentiam actus, & modi habendi actum, quia immediatè, antequam haberet aliquem actum circa ea, quæ ſunt ad finem. 3. D.18. Q. *Vnica.* §. *Hoc viſo.* ℣. *Ad primum iſtorum.* F.G.13.

Glorioſius & ſi fuiſſet Christo (ponendo, quòd actus beatificus animæ illius potuerit cadere ſub merito) eum meruiſſe actum illum, quàm non meruiſſe; non tamen ſimpliciter eſt glorioſius; quia decens eſt, propter alios Beatos, & propter perfectionem illius ſtatus, quòd illic inueniantur omnes gradus principales in actibus beatificis, vt actualis beatitudo Christi ſit maior beatitudine omnium creaturarum; Nam ibi ſunt aliqui beati, qui nunquam fuerunt inimici actualiter, peccato actuali, vt multi innocentes: Et multi alij, qui aliquando fuerunt inimici, vt mortaliter peccantes, & poſtea pænitentes; Eſt ibi etiam Beata Virgo Mater Dei, quæ nunquam fuit inimica actualiter, ratione peccati actualis, nec ratione originalis; (fuiſſet tamen, niſi fuiſſet præſeruata) Decens igitur fuit quod eſſet beatitudo alicuius perſonæ, ſine omni merito præcedente; Nec ideo anima Christi fuit inglorior; quia ſi actus potuiſset cadere ſub merito, anima illa potuiſset mereri illum, niſi fuiſset præuenta actu beatifico: Et ſic præueniri, ex liberalitate dantis, eſt maioris nobilitatis; ſicut ſi mihi daretur illud, quod habeo in fine totius laboris meritorij, nunc: Et illud magis eſt ad decorem ſtatus Beatorum. 3.D.18. Qu.Vn. *ibidem.* ℣. *Aliter dicitur.* G. 13.

Gloſſator.

Gloſsator vt oſtenderet Canonem Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis. de Conſecrat. diſt.4. cap. qui bis infligentem pœnam irregularitatis bis ſuſcipientibus Baptiſmum, in dubio etiam fundato, conditum eſse à Papa, iuxta verba illius capituli, Qui bis, nempè *Secundum Canones*, deberet hic apponere, quia hæc gloſsa eſt neceſſaria, ſed nulla ponitur, oſtendendo, vbi ſit Canon ſuper hoc editus. 4.D.6.Q.8. §. *Iuxta hoc quæro.* ℣. *Reſpondeo, hic deberet Gloſſator.* B. 3.

Gloſsatorum in iure canonico apparet in multis locis inutilis occupatio, qui multiplicant concordantias, & authoritates ad vnum vocabulum, & poſtea in fine nihil ad propoſitum: Et alibi, vbi eſt verbum maximi ponderis, à quo dependet ſententia totius capituli, tranſeunt ſicco pede: ſic apparet de Bernardo in multis decretalibus, vbi ponitur illud verbum, *ſub interminatione anathematis* v.g. de Sagittarijs, diſputans, an iſta verba exprimant ſententiam latam, vel per eam fiat comminatio? & mittit, & remittit. 4.D.6.Q.8. §. *Iuxta hoc quæro.* ℣. *Reſpondeo, hic deberet Gloſſator.* B.3.

G R A

Gradus formæ accidentalis.

Gradus formæ accidentalis ſunt partes materiales eiuſdem, quæ poſſunt eſſe ſimul; & forma quantò eſt ſub talibus pluribus gradibus formæ, tantò eſt intenſior, & perfectior. 1.D.17.Q.3. §. *Hic dicitur, quod in omni intenſione.* ℣. *Ad rationem illius opinionis.* T t. 16. *Addit.* In editione Lugdunenſi habetur Quæſt.4.

Gradum nullum formæ ſubſtantialis ideo Philoſophus ponit cum alio, quia ponit formam ſubſtantialem in ſe indiuiſibilem: oppoſito modo in accidentibus, quia forma accidentalis eſt diuiſibilis ſecundum gradus; ideo quilibet gradus compatitur alium, & perficitur eo. *ibidem.*

Gradu in æquali tepidum additum tepido non facit magis calidum. 1.D 17.Q.3. In editione Lugdunenſi. 6. §. *Sexto propter tertiam opinionem.* ℣. *Hic dicit vnus Magiſter.* Y y. 2.

Gradus additus gradui in intenſione non educitur de potentia gradus præexiſtentis. *ibidem.* ℣. *Contra iſtam opinionem.* Y y.3.

Gradus aliquis frigoris, omnino incompoſſibilis calori inducitur per mutationem ſubitam in aliquo inſtanti, in quo remittitur calor: & in illo primo calor non eſt, & vſque ad illum calor fuit; ita quod calor nullum vltimum habet ſui eſſe, ſed habet vltimum in eſſe quieto; Et frigus nullum primum habuit ſui eſſe ſimpliciter, licet habeat primum in eſſe quieto, quod ſcilicet accipit per immutationem, licet non ſit quies. 2. Diſtinct. 2. Quæſt. 9. *Ad ſecundum principale.* ℣. *Hoc etiam vult Philoſophus.* O. 32.

Gradus nullus eſt in alteratione, ad quem neceſsariò ſequatur corruptio formæ ſubſtantialis alterabilis; ſed ille, qui eſt proximus in vno alterabili, poteſt eſse non proximus in alio alterabili, loquendo reſpectu corrumpentis, vel generantis intrinſeci, immediatè ſe habentis ipſi alteranti: Eſto enim quod gradus aliquis quaſi proximus illi, qui eſt incompoſſibilis formæ aquæ, induceretur in aquam ab aliquo Agente; ſtatim ſequeretur corruptio ipſius aquæ, ſi in illo Agente eſſet forma, per quam poſſet corrumpere aquam; Si autem non ſit in illo forma corruptiua aquæ, non corrumperetur forma aquæ ab illo Agente, ſed fortè ab aliquo Agente vniuerſali, inducente iſtam formā, ad quā materia eſt diſpoſita. Sic ſi ab accidentibus ſeparatis alteraretur aqua ad gradum, qui aliàs eſset proximus corruptioni, ſicut eſt dare ibi proximum (& dico *ſicut*, quia in diuiſibilibus nihil indiuiſibile eſt proximum indiuiſibili) tunc quidem ſtatim ſequeretur ab ipſo alterante coruptio aquæ, ſed non niſi ab extrinſeco. 4.D. 12.Q.3. ∬. *Dico ergo ad quæſtionem.* ℣. *Ad ſecundum dico, quòd nullus eſt gradus.* Q. 23.

Gradus quilibet alterationis licet ſint eiuſdem rationis in ſe, non tamen in comparatione ad quodcunque Agens; quia Agens, quod poteſt ſubſtantiam corrumpere, poteſt corrumpere vltimum gradum qualitatis, conſequentis eam, & ſolum illud Agens; Aliud autem Agens bene poteſt corrumpere alios gradus, non illi neceſsarios. 4.D. 12. Q.3. §. *Dico ergo ad quæſtionem.* ℣. *Ad ſecundum dico, quòd licet gradus iſte.* R.24.

Gradus qualitatis in ſubſtantia, vt frigoris in aqua, poſsunt eſse eiuſdem rationis, vel in ſe tantū; vel in ſe, & in comparatione ad ſubiectum: Si primo modo, falſa eſt illa propoſitio, quæ dicit, *quòd Agens eiuſdem rationis poteſt corrumpere illa quæ ſunt eiuſdem rationis*: Si enim non ſunt eiuſdem rationis in comparatione ad ſubiectum,

Gradus formæ accidentalis.

vtpotè, quia subiectum determinat sibi alterum illorum, non autem necessariò determinat sibi alios; benè potest aliquod Agens corrumpere in tali subiecto vnum gradum, vel plures, non tamen illum vltimum, quem subiectum sibi determinat, quia ille non corrumpitur, nisi ad corruptionem substantiæ. *ibidem*.

Gradus vltimus, propinquus substantiæ generandæ, qui primus est incompossibilis substantiæ corrumpendæ, est ab ipso genito; Vnde manifestè patet falsitas istius propositionis, *omnis substantia ideo corrumpitur, quia inducitur aliquis gradus, incompossibilis suæ propriæ qualitati*; imo nunquam gradus incompossibilis est, nisi in aliqua substantia iam genita, alioquin incompossibilia essent simul: nec aliquis gradus inductus; vel inducibilis ab alterante, vt alterans est, potest corrumpere substantiam, quia nullum posterius, secundum genus, potest esse principium corrumpendi prius, secundum genus. 4. Dist. 12. Quæst. 3. *§. ibidem*. *ү. Hæc autem, quæ dicta sunt*. V. 28.

Gradus indiuidualis naturæ specificæ.

Gradus indiuidualis quicunque; sicut & differentia indiuidualis, contrahens ad esse hoc; siue vnitas, vel pluralitas indiuidualis; & breuiter quæcunque conditio indiuidualis, addita naturæ specificæ, non additur sibi quantum ad rationem quidditatiuam, ita quod secundum istam rationem determinet eam; & propter hoc non mutat speciem quidditatis, cui additur; nihil enim potest neque aliquam speciem præexistentem mutare in aliam speciem, neque de non specie in aliquam speciem, nisi ipsum additum sit ratio speciei: & tale non est aliqua conditio indiuidualis. 1. Distinction. 17. Quæst. 3. In editione Lugdunensi 5. *§. Ad istam quæstionem concedo*. *ү. Ad primum de numeris dico*. X x. 7.

Gradus indiuidualis si adderet aliquid, quod esset pars quidditatiua, quidditati præexistenti, mutaret speciem; sicut si addatur aliquid, quod est pars numeri, numero præexistenti, mutatur species numeri; Si autem addatur aliquid, quod non est natum esse pars numeri, putà aliquod accidens; puta si intelligeretur vna vnitas ternarii intensior fieri, quàm prius fuit in se, non mutaretur species; Ita in proposito, quicunque gradus indiuidualis est additus quidditati, non est natus esse pars quidditatis. 1. D. 17. Q. 3. aliàs 5. §. *Ad istam quæstionem*. *ү. Ad formam tunc auctoritatis*. X x. 7.

Gradus perfectionis specierum.

Gradus sunt in perfectionibus specierum; & per attributionem se habent ad aliquam perfectionem, & tamen non est tota perfectio in vna, nec etiam tota entitas in substantia, ita quod accidens non sit ens, nec habeat formalem entitatem, quamuis per attributionem se habeat ad substantiam. 2. D. 12. Q. 3. §. *Ad primam rationem*. *ү. Ad aliud de analogia*. G. 8.

Gradus intelligendi, & cognoscendi.

Gradus intelligendi maior, vel minor in Angelo, & Anima, est primum distinctiuum vnius ab alio, secundum aliquos, confirmantes id per simile; quia anima sensitiua non videtur distingui in brutis, nisi secundum diuersos gradus sentiendi, & tamen ibi est differentia specifica; ita igitur potest esse hic, penès diuersos modos intelligendi, perfectiorem scilicet, & imperfectiorem: Iste autem distinctus modus intelligendi ponitur, quòd Angelus intelligit sine discursu, & anima intelligit cum discursu, loquendo de intellectu naturali: & isti modi sunt distincti specie, & sunt intellectualitatis alterius, & alterius speciei. 2. Dist. 1. Quæst. 5. aliàs 6. *§. Aliter dicitur, quod gradus*. num. 2. Id tamen refellitur à Doctore ibidem. *§. Contra: anima non discurrit*. n. 3.

Gradus omnis cognoscendi est possibilis in entibus: Vnde Deus intelligit independenter à quibuscunque speciebus; Angelus autem habet aliquam cognitionem,

Gradus intelligendi, & cognoscendi.

quam non recipit à rebus, vt est cognitio vniuersalium, in qua differt ab Anima: & aliquam, in qua cum anima conuenit, vt istam, quam recipit à rebus. 2 Distinct. 3. Quæst. 11. §. *Ad rationes principales*. *ү. Ad aliud de simili modo*. I. 13.

Gradus actuum beatificorum animæ Christi.

Gradus omnes principales in actibus beatificis animæ Christi decens est quòd illic inueniantur, & propter alios Beatos à Christo; & propter perfectionem illius status, vt actualis beatitudo Christi sit maior beatitudine omnium creaturarum. 3. D. 18. Q. Vn. §. *Hoc viso*. *ү. Aliter dicitur*. G. 13.

Gradus sumptus pro dignitate.

Gradum determinatum in familia Regis nullus habet, quia comedit, vel bibit; nec quia post offensam Domino reconciliatur sibi; nec quia multiplicat persona in ista pollitia; nam isti actus communes possunt esse omnibus in quocunque gradu: Sed aliquem gradum habet aliquis, quando recipitur in familiam Domini: alium, quando vlterius proficit, & constituitur vt miles ad defendendum Rempublicam: alium, quando constituitur vt supremus sub Domino, ad constituendos alios in gradibus determinatis in sua familia; vt potè aliqua Senescalcus generalis, vel immediatus sub Domino, cui commissa est auctoritas vniuersalis ad recipiendum aliquos in familia Domini: Et ideo, si esset nomen impositum, quod significaret gradum in familia, vel baliuiam, non diceretur aliquis habere gradum, vel dignitatem quia accedens ad mensam; vel quia coniugatus; vel quia rediens ad gratiam post offensam; Sed diceretur ratiatum habere gradum, qui de populo esset assumptus in familiam Domini; & vlteriorem gradum, qui in familia constitueretur ad defendendum Domum, vel Dominum; & vlteriorem, qui constitueretur, tanquam Præpositus, ad recipiendum aliquos ad familiam, & instruendum inferiores. 4. Distinct. 6. Quæst. 10. *§. Sed restant duo dubia*. *ү. Respondeo, quia de hoc non faciam mentionem*. I. 12.

Gradu in nullo certo constituunt in Ecclesia tria Sacramenta, scilicet, Eucharistia ad nutritionem Spiritualem; Matrimonium ad procreationem corporalem; Pœnitentia ad reconciliationem annualem; imò possunt esse communes omni membro Ecclesiæ, in quocunque gradu. *ibidem*.

Gradus primus in Ecclesia, & quidem vniuersalissimus, est recipi in familiam Christi, quod fit in Baptismo: secundus specialis in militiam ad defensionem fidei Christianæ, quod fit in Confirmatione: tertius constitui in Patrem, & Pastorem, ad introducendum alios in Ecclesiam, & ad dirigendum, & ad instruendum eos, quod fit in Ordine; Et sicut in pollitia mundana non congruit illas tres dignitates iterari, scilicet receptionem in familiam; promotionem ad militiam; & prælationem ad doctrinam; benè tamen iterari possunt nutritio; & procreatio; & reconciliatio: ita in proposito tria Sacramenta non decet iterari; alia autem iterantur: & in non iterandis, gradus inierabilis acquiritur, & character dicitur: in iterandis autem non. 4. Dist. 6. Quæst. 10. *§. Sed restant duo dubia*. *ү. Respondeo, quia de hoc*. K. 12.

Gradus præeminens in pollitia benè disposita dicitur Ordo; & sic persona in gradu præeminenti dicitur habere ordinem, sicut dicitur habere gradum, quasi antonomasticè: quia qui sunt in gradu inferiori, non dicuntur sic habere gradum. 4. D. 24. Q. Vn. §. *De primo dicitur*. *ү. Intelligendum ergo*. A. 3.

Gradum eminentem habens aliqua persona in Ecclesia, dicitur habere ordinem; & licet hæc duo signata ponant se mutuò, quia vbi est ordo in pollitia, ibi est gradus eminens; tamen hoc signum & illud non sunt idem, vt satis patet. *ibidem*.

Gradus eminens in Ecclesia dicitur in ordine ad actum Ecclesiasticum eminentem; Non sic quidem, quòd gradus sit potestas exequendi actum illum, vt dicit vna opinio, quæ impro-

Gradus sumptus pro Dignitate.

improbatur ; sed quòd gradus sic disponens de congruo, vel simpliciter ad exequendum, vel debitè, illum actum, vt sic possit ordo (vt loquimur de Sacramento Ordinis) dici gradus præeminens in Ecclesiæ, disponens ad actum aliquem Ecclesiasticum eminentem : Et quia specialiter actus eminentes in Ecclesia sunt actus respicientes Sacramenta ; ideo potest specialius dici quòd est gradus, disponens ad aliquem actum sacramentalem. 4 D. 24. Qu. Vnica. §. *De primo dicitur*. ✠. *Vlterius gradus eminens*, A. 4.

Gradus si esset sacerdotium, disponens ad Eucharistiam consecrandam, tanquam ad actum excellentiorem, conuenientem illi gradui ; ratio autem omnium ordinum inferiorum, vel graduum debet accipi in ordine eorum ad istud primum (secundum sententiam eorum, qui ponunt Sacerdotium esse simpliciter supremum Ordinem, negando Episcopatum esse ordinem) tunc diceretur quòd esset congrua descriptio Ordinis ; quòd est gradus eminens in Ecclesia, disponens de congruo ad actum aliquem ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiæ pertinentem. 4. D. 24. Q. Vn. §. *De primo dicitur*. ✠. *Ex hac ratione*. B. 5.

Gradus aliquis in Ecclesia quia competit Episcopatui, qui non competit Sacerdotii, ideo dicentes Episcopatum esse Ordinem, non restringunt rationem Ordinis, quia disponat ad actum eminentem, pertinentem ad Eucharistiam ; sed in genere, quòd sit gradus eminens in Ecclesia, disponens ad actum aliquem Sacramentalem exequendum : Et isto modo potestas, quam addit Episcopatus supra Sacerdotium, respicit aliquem actum Sacramentalem, videlicet, Confirmare ; & Ordines conferre, qui actus sunt proprij Episcopo. *ibidem*. ✠. *Alij dicentes*. B. 5.

Gradus potest dici eminens in pollitis Ecclesiastica, vel propter vniuersalitatem actuum, quos respicit ; vel propter nobilitatem actus, quem respicit ; Quæ distinctio patet in alijs pollitijs, vbi alicui competunt plures actus, & alteri paucióres, tamen nobilior potest sibi competere, vt Iudex potest sententiare, qui est actus nobilior, quàm multi alij, qui conueniunt personæ inferiori : Sed cui competit vniuersalitas ad actus, et competit etiam actus nobilior, quia in vniuersalitate actuum comprehenditur ille actus nobilior ; Et ex hoc videretur quòd gradus ille, qui respicit vniuersalitatem actuum, sit simpliciter superior, quàm ille, qui respicit præcisè actum nobilissimum ; Et sic diceretur Episcopatus simpliciter superior Ordo, quia habet ordinem ad omnes actus Ecclesiasticos: Sacerdos non ad omnes, licet ad nobilissimum. 4. D. 24. Qu. Vn. §. *De secundo articulo*. ✠. *Ista via potest dupliciter teneri*. C. 5.

Gradus consanguinitatis.

Gradus consanguinitatis est determinata propinquitas personæ ad personam, secundum consanguinitatem ; gradus enim propriè inuenitur in linea ascendente, & descendente, impropriè autem in linea transuersali. 4. Dist. 40. Quæst. Vnica. §. *Hic præmittendæ sunt*. ✠. *De primo*. A. 2.

Gradus consanguinitatis tot sunt in linea recta, quot sunt personæ ; vna minus, quia tot gradus, quot propagationes, cum gradus sit habitudo, vel propinquitas inter personam, & personam ; sunt autem personæ vna plures, quàm propagationes, quia præsupponitur toti collectioni aliqua ibi non propagata. *ibidem*. ✠. *Prima regula est*. B. 2.

Gradus consanguinitatis in linea transuersali computantur secundum magis remotum à stipite, Extra. de Consang. *Vir, qui à stipite, secundum regulam approbatam, quotogradu remotior distat à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentem*: Et ratio huius est, quia personæ, quæ sunt in linea transuersali, non habent inter se propinquitatem, nisi ratione stipitis : Et ideo non possunt inter se propinquius coniungi, quàm remotior eorum coniungatur stipiti. *ibidem*. ✠. *Secunda regula*. B. 3.

Gradus consanguinitatis efficacior est in linea descendente, quàm in transuersali : & ratio naturalis est, quia plus coniungitur proles parenti, quam proles proli : & ideo magis est contra legem naturæ coniugi in primo gradu in linea recta, quàm in transuersali ; semper enim fuit contra matrimonium illa coniunctio : & magis filij ad matrem, quàm Patris ad filiam, quia maior irreuerentia est. ✠. *Ad propositum*. C. 3.

Gradus primus consanguinitatis descendens, & potissimè Matris ad filium, maximè impedit matrimonium. *ibidem*.

G R Æ

Græci.

Græci, in articulo de processione Spiritus Sancti à Patre, & Filio, dicuntur discordare à Latinis, vt videntur sonare authoritates Damasceni ; sed de ista discordia dicit Lincolniensis, in notula quadam super finem Epistolæ de Trisagio, quòd sententia Græcorum est, quod Spiritus Sanctus est Spiritus Filij, sed non procedens à Filio, sed à solo Patre, per Filium tamen : & videtur hæc sententia contraria nostræ ; quia dicimus Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedentem : Sed fortè si duo sapientes, vnus Grecus, & alter Latinus, vterque verus amator veritatis, & non propriæ dictionis, vnde propria est, de hac visa contrarietate disquirerent ; pateret vtique tandem ipsam contrarietatem non esse veraciter realem, sicut est vocalis ; alioquin vel ipsi Græci, vel nos Latini sumus verè hæretici. Sed quis audet hunc auctorem, Ioannem scilicet Damascenum ; & Beatos, scilicet Basilium ; Gregorium Theologum ; Gregorium Nazianzenum ; Cyrillum ; & similes Patres Græcos arguere hæreseos ? Quis iterum argueret hæreseos Beatum Hieronymum ; Augustinum ; & Ambrosium ; Hilarium ; & consimiles Latinos ? Verisimile igitur est, quòd non subest dictis verbis contrarijs contrariorum Sanctorum sententia discors ; multipliciter enim dicitur, sicut hoc huius, sic hoc ex illo, vel ab illo : qua multiplicitate fortè intellecta, & distincta, pateret contrariorum verborum non discors sententia : quidquid sit de eis, ex quo Ecclesia Catholica declarauit hoc esse tenendum, sicut de substantia fidei : sicut patet. Extra. de summ. Trin. & fide Cathol. cap. firmiter. tenendum est, quod Spiritus Sanctus procedat ab vtroque. 1. D. 11. Qu. 1. §. *In ista quæstione*. A. 2.

Græci, secundum Augustinum, accipiunt substantiam, sicut nos Latini personam. 1. D. 26. Qu. Vn. §. *Ex quarta via arguitur*. I. 22.

Græci concedunt tres substantias, propter necessitatem loquendi, cum accipiant substantiam pro persona ; sed non concedunt propriè tres substantias, prout substantia in Diuinis conceditur esse aliquid ad se. 1. D. 26. Qu. Vn. §. *Ad illa de quarta via*. ✠. *Ad secundam authoritatem*. sub A a. 52.

Græci, quantum ad aliqua verba non principalia in forma Baptismi, scilicet illa, quibus exprimitur suscipiens, & actus, siue Minister, quandoque noluerunt formam istam seruare ; cuius causam tangit Apostolus. 1. Corint. 1. *Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit : Ego quidem sum Pauli* &c. Gloriabantur enim de Ministris baptizantibus, quasi eis adscriberetur Baptismus ; & redarguit eos, & ablatam eorum contentionem dicens : *Diuisus est Christus ?* Et propter hoc ortum fuit inter eos schisma, & ordinatum fuit inter eos, ad istud schisma tollendum, ne Minister exprimeretur in propria persona, nec actus in indicatiuo modo, sed optatiuo ; quia tunc Minister non significatur esse actor Baptismi ; sed tantum Minister desiderans, & orans effectum Baptismi conferendum à Deo : Et suscipiens etiam non exprimeretur in secunda persona, sed in tertia, quasi non præcisè reciperet quod recipit ab aliquo, sermonem ibi dirigente. Verumtamen melius potuisset suscipiens fuisse expressus, quàm per hoc *Seruus Christi*, scilicet nomine proprio ; Non enim iam seruus Christi baptizatur, sed baptizatur, vt fit seruus Christi, loquendo de seruitio spirituali, quo Christianus est seruus Christi. 4. D. 3. Q. 2. §. *De secundo videndum est*. ✠. *Si quæras de forma*. C. 5. 6.

Græci, quandiu tolerata fuit ab Ecclesia Romana forma illa Baptismi, *Baptizetur seruus Christi* &c. licitè ea vsi fuerunt :

Græci.

fuerunt: & pro tempore, pro quo instituta fuit, rationabilis fuit, durante causa suæ institutionis; sed cessante illa causa, rationabiliter potuit forma communis fuisse eis imposita; Vnde vel Romana Ecclesia prohibuit illam formam, quantum ad eos: & tunc peccant, seruando quod expresè non inuenitur in aliquo capitulo, specialem mentionem faciente de eis: vel si permisit, siuè concessit, licitum videtur eis illam formam continuare: & si, tali permissione, seu licentia stante, in Concilijs suis particularibus ordinauerunt inter se talem formam esse seruandam; videtur quod Minister eorum tenetur eam seruare; sicut, stante ista permissione Ecclesiæ Romanæ, quòd alicubi fiat trina immersio, alicubi vna; in illa Ecclesia, quæ determinauit trinam immersionem seruandam, sic faciendum est; & est, de necessitate Ministri, præceptum, & modum propriæ Ecclesiæ seruare. 4. D.3.Q.2.§. *De secundo videndum est.* ✝. *De hac forma*. D.6.

Græcos consecrantes in fermentato non negamus verè conficere; quia de necessitate panis consecrabilis non est, neque quòd sit azimus, neque quòd sit fermentatus, cùm, secundum Anselmum in. lib. suo de azimo, & fermentato, non differant substantialiter azimus, & fermentatus; Quod etiam patet, quia tempore Leonis Papæ fuit constitutum, quod conficeretur in fermento; sed fuit ad tempus, ad extinguendam hæresim Ebionitarum, qui dixerunt quod necessarium erat Christianos iudaizare; & per consequens Pascha suum in azimo conficere, sicut fecerunt Iudæi: & ad extinctionem huius hæresis fuit ordinatum consecrare in fermento; sed post, hæresi illa extincta, redijt Ecclesia Occidentalis ad primam consuetudinem, quæ conformis est institutioni Christi, & promulgationi factæ per eius Vicarium Petrum: Sed de necessitate Ministri, ad minus in Ecclesia Latina, est hodie conficere in azimo. 4. Dist.11. Quæst.6. §. *Ad primam quæstionem*. ✝. *Hoc ergo simpliciter tenendum*. C. 6.

Græci fortè grauiter peccant, qui non se conformant Ecclesiæ Petri (conficiendo Eucharistiam in fermentato, & non in azimo, in quo conficit Ecclesia Petri, nempè Romana) maximè cum hic habeatur fundamentum solidum, quòd sic Christus instituit istud Sacramentum celebrandum; ad minus licet non necessariò, quin aliter fieri posset; tamen sic magis congruè celebratur. *ibidem*. ✝. *Et fortè etiam*. C.6.

Græcis, vt innuit Glossator, non est confessio necessaria, cum apud eos non sit consuetudo confitendi: Verùm non est hoc manifestum; necessarium enim est apud eos Baptisma fluminis, sicut & nobis, tanquam prima tabula: sic etiam Pœnitentia videtur, imo Sacramentum Pœnitentiæ vt secunda tabula. 4. D.17.Q.1. §. *In ista quæstione*. ✝. *Tamen vnum argumentum*. E.10.

Græci multas laudabiles consuetudines omiserunt, ex quo ab Ecclesia recesserunt: & ita non solùm laudabilem, sed etiam necessariam confitendi consuetudinem potuerunt omittere: nec necessariò istius actus inducit consuetudinem: nec est istud, quod Glossator dicit, scilicet, quòd Græci non teneantur confiteri, ita notum inter eos: quinimo nec notum, quòd non confiteantur: Nec hoc alicubi aliquis Doctor, scribens contra alias abusiones illorum, expressit, cum tamen fuisset notabilis discordia ab Ecclesia Romana, si in hoc discordarent, notabilior scilicet, quàm conficere in fermentato, vel vti hac forma, *Baptizetur seruus Christi*, de quibus non tacetur à Latinis. 4. Distinction. 17. Quæst. Vnica. *ibidem*.

G R A

Gratia in se.

Gratia videtur esse sicut quidam decor naturæ, complacens Diuinæ voluntatis. 1.D.17.Qu.2. §. *Ad solutionem huius quæstionis*. ✝. *Sed dubium est*. G g.23. In editione Lugdunensi est quæstio tertia.

Gratiæ habitus est quædam qualitas; &, præter relationem illam, quam habet ad rationem rectam, inquantum est habitus bonus formaliter, habet specialem relationem ad voluntatem Diuinam, acceptantem ipsum, vel subiectum habens ipsum. 1. D.17.Q.2. In editione Lugdunensi 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ✝. *Vlterius sicut in actu meritorio*. L l.27.

Gratiæ habitus, secundum substantiam, inclinat actiuè ad actum, secundum substantiam, vt causa partialis secunda; potentia enim est causa prima. *ibidem*.

Gratia in essentia in Via, & in Patria sunt eiusdem rationis. 2.D.26.Q.Vn. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Præterea, si beatitudo*. A.4.

Gratia est quædam iustitia, & rectitudo. 2.D.26.Q. Vnic. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Confirmatur per Anselmum*. B.6.

Gratia est aliqua forma in anima; nec est passio, vel potentia, & proinde, secundum illam diuisionem Philosophi. 2. Ethic. cap. 5. est habitus. 2.D.26. Q.Vn. *In primo argumento ad oppositum*. n. 2.

Gratia operans, & cooperans est eadem gratia. *ibidem*. *In secundo ad oppositum*. n. 2.

Gratia est habitus, qui non est vitium; sed virtus. 2. D.27.Q. Vn. *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Gratia est, qua Deus habet aliquem gratum, ita quod ipsa respicit Deum acceptantem, siue diligentem, non autem dilectum; Non dicitur autem gratia quodcunque, propter quod Deus diligit, quia tunc essentia Diuina in Filio posset dici gratia, quia propter eam diligit Filium; sed illud, propter quod Deus acceptat habens, vt dignum beatitudine; dignitate, quæ est in correspondentia meriti ad præmium, dicitur gratia: & ita illud, quod est gratia, aliquam imperfectionem includit, quia talis dignitas aliquam imperfectionem ponit in digno, quia non est per se Beatus. 2. Distinction. 27. Quæst. Vnica. §. *Ideo alia est opinio*. ✝. *Respondeo*. *Charitas*. A.4.

Gratia respectu virtutum Theologicarum.

Gratia, secundum aliquos, est quoddam lumen supernaturale, se habens ad virtutes Theologicas, sicut lumen naturale ad virtutes acquisitas. 2. D.27. Qu. Vnic. §. *Opinio fuit*. n. 2. Impugnatur. *ibidem*. §. *Sed ex hoc sequeretur*. n.2.

Gratia si esset lumen Theologicum supernaturale, se habens ad virtutes Theologicas sicut lumen naturale ad virtutes acquisitas, sequeretur quòd fides non posset manere informis, quia non posset perficere, non manente illo lumine, in ordine ad quod perficit; sicut nec virtus acquisita potest manere virtus, non manente habitudine eius naturali ad illud; quod respicit, vt ad lumen, quod est prudentia. 2. Distinct. 27. Quæst. Vnica. §. *Sed ex hoc sequeretur*. n.2.

Gratiæ quòd sint assignandi gradus ita, vt secundum gradum inferiorem sit fides, & spes; & secundum gradum superiorem mereatur nomen charitatis: & ita inferior possit manere sine superiori, adeoque hoc modo fides, & spes maneant sine charitate: hoc est falsum; primò quia eadem essentia gratiæ non potest ita diuersimodè perficere potentias animæ: secundò quia sic istæ tres virtutes Theologicæ essent in Patria; manebit enim tunc perfecta gratia, & ita omnes virtutes, secundum illam opinionem. 2.D.27.Q.Vn. §. *Sed ex hoc sequeretur*. ✝. *Et si dicatur*. n.2.

Gratia formaliter est virtus, quæ est charitas: & quæcunque excellentiæ attribuuntur gratiæ, attribuuntur & charitati: & è conuerso. 2.D.27.Q. Vnic. §. *Ideo alia est opinio*. n. 3. & 4. D.6. Qu. 11. §. *Dico ergo ad quæstionem* B.4.

Gratia, & charitas vtraque formaliter æqualiter diuidunt inter filios regni, & perditionis. 15. de Ciuit. cap. 18. Vtraque est etiam forma virtutis, & neutra potest esse informis: Vtraque etiam coniungit vltimo fini perfecta coniunctione, qualis potest esse in via; Et si poneretur distincta, altera superflueret, quia reliqua sufficeret. 2.D. 27.Q.Vn. §. *Ideo alia est opinio*. n. 3.

Gratia, & charitas si dicatur quod inter se distinguantur ex hoc, quod charitas est perfectio simpliciter; aliàs enim non formaliter competeret Deo, qui secundum Ioan. 1.

Gratia respectu virtutum Theologicarum.

Ioan 1. cap. 4. est *charitas*; gratia autem non est perfectio simpliciter, nec formaliter ponitur in Deo: tunc (quia charitas dicitur, qua habens eam habet Deum charum, ita quod respicit Deum, non in ratione diligentis, sed in ratione diligibilis; gratia autem est, qua Deus habet aliquem gratum, ita quod ipsa respicit Deum, acceptantem, siue diligentem, non autem dilectum) concedere possumus quòd licet idem absolutum sit in anima, per quod anima diligit Deum, vt obiectum; & per quod acceptatur speciali acceptatione à Deo, & ordinatur ad beatitudinem; tamen alia, & alia ratio est in isto absoluto, inquantum sic, & sic respicit Deum; & vna ratio prima, scilicet principalis, competit sibi, inquantum est perfectio simpliciter: alia competit sibi, vt est perfectio limitata; & ita appropriatè, secundùm primam, est charitas; secundum secundam dicitur gratia; & vt sic omnis gratia est charitas, licet non è conuerso; Sed nec tamen ista distinctio rationum, vel non conuertibilitas concludit quod vbi concurrunt in eadem anima gratia, & charitas, quòd sint distincta secundum formam: sicut licet sapientia sit perfectio simpliciter, & sapientia talis sit perfectio limitata; vbi tamen concurrunt, non sequitur quòd hæc ab illa sit forma distincta, vel quòd sint distincta secundum formam; & tamen sunt distincta ab inuicem formaliter; idem enim est, quod est in intellectu meo scientia, & quod est acquisitum per doctrinam; & tamen in Deo est sapientia, & non aliquis talis habitus limitatus. 2. D. 27. Q. *Vnica*. §. *Ideo alia est opinio*. ✝. *Sed ex hoc videtur sequi distinctio*. A. B. 4. 5.

Gratia, & charitas differunt in ratione connotati; quia illud absolutum potest considerari vt est habenti principium operandi; & sic non dicit imperfectionem; & potest esse in Deo, & dicitur charitas; Potest etiam considerari, vt obiectum Dei est in me, prout Deus habet me gratum: & sic determinat obiectum, & dicitur gratia; est tamen idem re. 2. Distinct. 27. Quæst. *Vnica*. §. *Ideo alia est opinio*. ✝. *Differunt etiam*. B. 5.

Gratiam sine fide licet Deus posset dare de potentia absoluta, ponendo quòd sint duo absoluta simpliciter distincta; tamen, quia *Dei perfecta sunt opera*. Deutet. 32. & quando homines sanat, totaliter sanat; ideo conceditur quod non infundit gratiam paruulo sine fide, & sine spe. 4. D. 4. Quæst. 2. *Ad primum principale*. A. 3.

Gratiæ creatio, vel concreatio.

Gratiam videtur Magister. 2. Dist. 26. ponere creatam in anima. 1. D. 17. Q. 2. vel 3. §. *Quantum ad tertium articulum*. M m. 30.

Gratia, vel charitas in eodem instanti temporis, in quo creatur, infunditur animæ, sed in alio, & alio instanti naturæ; quia prius natura gratia, vel charitas creatur, quàm animæ infundatur; licet totum sit in eodem instanti temporis; Vnde duplex est ibi mutatio, vna à non esse charitatis, vel gratiæ, ad esse gratiæ: & hæc est verè mutatio, quæ est creatio: & non est mutatio propriè dicta, quia nihil præsupponit, nec naturam, nec subiectum eius susceptiuum: Alia est mutatio à subiecto non charo ad esse charum: & sic mutatur anima à non esse charo ad esse charum; & ista mutatio non est simpliciter creatio, quia præsupponit susceptiuum; & ideo hæc mutatio secundum quid potest dici generatio; & totum compositum secundum quid generatur tale, & non simpliciter (quia substantia, quæ est terminus generationis, & præfuit, vel præsupponitur in infusione gratiæ) generatur, secundum esse gratum, & accidentale. 1. D. 17. Q. 3. vel 6. §. *Sexto propter tertiam opinionem*. ✝. *Ad tertium concedo*. Z z. 5.

Gratia quantumcunque concrearetur alicui creaturæ, semper tamen gratia esset gratia, nec esset naturalis, ita quod de natura sua, vel consequens naturam necessariò. 2. D 23. Q. *Vnica*. *Ad quartum principale*. G 9.

Gratiæ creatio, vel concreatio.

Gratia est à solo Deo per creationem, & ab eo solo conseruatur. 2. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Istæ quæstiones*. ✝. *Secundum concludit*. n. 5.

Gratiam potest Deus creare in anima, in primo instanti creationis illius. 3. D. 3. Q. 1. §. *Ad quæstionem igitur dico*. ✝. *Præterea in primo instanti*. A. 10.

Gratia, & Angeli; & anima intellectiua; & quædam huiusmodi, quæ de nihilo producuntur à primo efficiente, dicuntur strictè creati. 3. D. 11. Q. 1. §. *Cui ista opinio non placet*. ✝. *Hoc modo*. A. 7. & 4. D. 1. Q. 5. §. *Ad primam ergo quæstionem dico*. D. 12.

Gratia summa negatiuè, idest, quæ non exceditur ab aliqua alia, potest à Deo creari simul, vnica creatione. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad primam quæstionem dico*. ✝. *Secundo modo dico*. C. 2.

Gratia aliqua determinata infima accepta, putà A. si in ascendendo est status ad aliquam supremam, habetur quod detur gratia negatiuè summa, quæ scilicet à nulla alia creabili excedi potest: Si autem non est status ad supremam, sed potest procedi in infinitum; tunc sequitur quòd quantò aliqua magis excedit A. tantò est perfectior; & per consequens illa, quæ in infinitum excedit, est in infinitum perfectior, & ita in se erit intensiuè infinita; & tamen cum ipsa videatur ab intellectu Diuino, sicut vnum creabile, potest vna creatione creari; & ita præter hoc, quod infertur impossibile, scilicet quòd sit gratia sic infinita, habetur, quod ista gratia possit vnica creatione creari, sicut ab intellectu Diuino videtur, vt vnum creabile. 3. D. 13. Q. 4. §. *ibidem*. ✝. *Primum probo sic*. C. 2.

Gratia vt perficiens voluntatem.

Gratiæ, & Charitatis habitu animam informante, potest dici, secundum Magistrum, quòd Spiritus Sanctus inhabitat, &, vt inhabitans, quasi perficit potentias habitibus supernaturalibus; duas quidem, intellectum, & voluntatem, fide, & spe, ad credendum, & sperandum; sed voluntatem nullo alio habitu ad amandum, quàm isto, per quem dicitur inhabitare; quia actus iste amandi est ita perfectus, quòd potest attribui immediatè illi habitui, quo formaliter inhærente, Spiritus Sanctus inhabitat, tanquam perfectissimo habitui: non sic possunt actus credendi, & sperandi attribui immediatè illi habitui, per quem Spiritus Sanctus inhabitat, propter imperfectionem istorum actuum, & perfectionem illius habitus, quo Spiritus Sanctus inhabitat mentes; iste cum debet esse ita perfectus, quòd nec in Patria euacuetur, quando anima erit templum Dei; tunc enim non manebunt credere, & sperare. 1. Dist. 17. Quæst. 2. vel 3. §. *Quantùm ad tertium articulum*. Mm. 30.

Gratia tantùm perficit animam in ordine ad determinatum actum, scilicet meritorium, qui est solius voluntatis, secundum Anselmum. de concep. Vir. cap. 4. & alibi frequenter: quare perficit potentiam, inquantum est potentia, cuius est talis actus: hæc autem est voluntas. 2. D 26. Q. *Vnica*. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Præterea secundo*. A. 6. & 4. D. 49. Q. 2. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Tertia ratio*. E. 11.

Gratia, si posset perficere, vel perficeret essentiam animæ, vt essentia posset redundare in actum prioris potentiæ, scilicet intellectus; & sic actus intellectus, vt præcedit actum voluntatis, posset esse gratificabilis, & meritorius; imo si solus intellectus esset sine voluntate, in essentia illa posset esse gratia, & meritum *ibidem*. ✝. *Confirmatur ista ratio*. A. 6.

Gratiæ habitus, qui est supernaturalis, perficit potentiam animæ, & determinatam, scilicet voluntatem; quia in ordine ad obiectum determinatum talis potentiæ; & etiam actum: Non autem perficit essentiam, quia ipsa, vt sic, nullum respicit obiectum, nec aliquem etiam actum. 2 D. 26 Q. *Vnica*. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Concedi potest conclusio*. B. 6. & 4. D. 6. Q. 11. §. *Dico ergo ad quæstionem*. B. 4.

Gratiæ eadem essentia non potest ita diuersimodè perficere potentias animæ, vt fides, & spes. 2. D. 27. Q. *Vnica*. §. *Sed ex hoc sequeretur*. ✝ *Contra hoc*. n. 2.

Gratia

Gratia vt perficiens voluntatem.

Gratia immediatè perficit potentiam, non essentiam; nam forma perficiens passum, vt illimitatum, vel indifferens ad plura, indifferenter perficit ipsum in ordine ad illa plura: sicut si aliqua forma perficeret Solem, inquantum est illimitatè actiuos respectu omnium inferiorum, indifferenter ipsum perficeret in ordine ad vnam actionem, & aliam; gratia autem non perficit animam indifferenter in ordine ad intellectionem, & volitionem, sed solummodo in ordine ad volitionem. 4. D.49.Q.2.§.*Ad istam secundam quæstionem.*✝.*Tertia ratio ducitur ad oppositum*. E. 11.

Gratia præcise non perficit animam ad intellectionem, & volitionem; ita quod intellectio, præcedens volitionem non est grata, nec meritoria; sequens etiam non est grata, nisi quia est imperata à volitione grata.4.D.49.Q.2. §.*Ibidem*. ✝. *Si instetur maiori*. F. 11.

Gratiæ subiectum.

Gratiam esse formaliter in voluntate, & non in essentia animæ videtur Magister dicere cum alijs, quia tunc non inhabitaret Spiritus Sanctus per habitum vnum, quasi radicalem respectu fidei, & spei, nisi primò insint; sed inhabitaret per habitum, formaliter informantem voluntatem, qui, quodam ordine naturæ, esset posterior fide, & spe. 1.D.17.Q.2.vel 3.§. *Quantum ad istum articulum*. M m. 30.

Gratia est aliqua forma in anima; non est autem passio, vel potentia, erit itaque habitus, secundum illam diuisionem Philosophi. 2. Ethic.cap.5. Et cum omnis habitus sit in potentia, quia opus habentis bonum reddit; sequitur quod etiam gratia sit in potentia.2.D.26.Q.*Vnica*. *In primo argumento ad oppositum*. n. 2.

Gratia cooperans est in potentia voluntatis: gratia autem operans, & cooperans est eadem; adeoque est in eadem potentia voluntatis. *ibidem*. *In secundo argumento ad oppositum*. n. 2.

Gratiam esse primò in essentia, fuit aliquorum opinio. 2. D.26.Q.*Vnica*.§.*Hic dicitur*.n.3. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam positionem*. A. 4.

Gratia cum sit realiter cum gloria, vel per se sit dispositio ad eam; sequitur quòd sit in eodem subiecto, in quo est beatitudo; beatitudo autem non est per se in essentia, sed in potentia. 2. D.26. Q. *Vnica*. §. *Contra istam positionem*. A. 4.

Gratia est quædam iustitia; omnis autem iustitia, per Anselmum. de concep.Virg. cap.3.est formaliter in voluntate. *ibidem*. ✝. *Confirmatur per Anselmum*. B.6.

Gratia, & peccatum cum sint opposita, sunt circa idem: peccatum autem est in voluntate, secundum Anselmum de concep. Virg.cap.3.adeoque & gratia.*ibidem*. ✝.*Item opposita sunt circa idem*. B.6.

Gratiæ gradus aliquis si repugnat alicui susceptiuo, inquantum tale, repugnat & cuilibet eiusdem rationis; quia quodlibet capax gratiæ est capax, vt eiusdem rationis; nullus autem gradus gratiæ repugnat cuilibet susceptiuo, & consequenter nec alicui. 3.D.13.Q.4.§. *Ad primam quæstionem*. ✝. *Vel sic potest formari ratio*. F. 6.

Gratia quod sit in essentia animæ; & potentia ad gratiam sit in potentia animæ, adeoque potentialis dispositio proxima ad gratiam sit in potentia animæ vt in subiecto proximo; hoc non subsistit; quia dispositio ad formam nunquam est in posteriori susceptiuo formæ, vt patet discurrendo per singulas formas, & dispositiones earum; si itaque gratia est in essentia animæ, dispositio ad gratiam non potest esse in aliquo susceptiuo posteriori ipsa essentia animæ; potentia autem est posterior (natura) essentia animæ.4.D.6.Q.11.§.*Hic est opinio*;&.✝.*Contra: quia dispositio*. n. 2.

Gratia est in esentia animæ; ergo potentia, vel, dispositio ad gratiam est in potentia animæ; Hæc ratio, vel consequentia non valet; imo sequitur oppositum, scilicet, vel quod ipsummet susceptiuum gratiæ sit susceptiuum dispositionis; vel saltem dispositio illa non potest esse in aliquo posteriori illo, in quo est forma: quod etiam patet in alijs; quia habitus supernaturalis non est in habito naturali, sed in potentia naturali, in qua est habitus naturalis; & hoc ideo quia potentia naturalis est prior vtroque habitu.4.D.6.Q.11.§.*ibidem*.

Gratiam esse in esentia animæ immediatè non rectè probatur ex hoc, quòd potentia ad gratiam sit in potentia animæ, & consequenter quòd ipsa gratia debeat esse, non in potentia, sed in esentia, in qua non est potentia immediatè; hæc, inquam, probatio non concludit; quia perfectio naturalis prior inest alicui, quam perfectio, vel potentia supernaturalis; nam perfectio naturalis & intrinseca sequitur statim naturam sui perfectibilis; potentia autem etsi sit accidens, secundum sic probantes, tamen est perfectio intrinseca ipsius animæ; & consequenter prius naturaliter inest animæ ipsa potentia, quam gratia; adeoque posset habere rationem subiecti receptiui respectu gratiæ.4.D.6.Q.11.§. *Hic est opinio*. ✝. *Item probatio*. n. 3.

Gratiam esse in esentia animæ non concluditur ex hoc, quod sit vita animæ, & eiusdem sit vita prima, & secunda; hoc, inquam, non concludit; quia vita spiritualis prius inest ipsi animæ, vt est coniungibilis Deo; Vnde, secundum Augustinum de Ciuitate, Deus. propter hoc dicitur vita animæ, quia vita animæ non est, nisi in coniunctione eius ad Deum, vt ad obiectum; anima autem non est coniungibilis Deo in ratione obiecti, nisi per potentiam.*ibidem*.✝.*Nec concludit illud de vita*. n. 3.

Gratia in ordine ad liberum arbitrium.

Gratia, secundum Augustinum. de. lib. arbitrio, se habet ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equum: & in epistola ad Sixtum inquit quod voluntas concomitatur, & est pedisequa gratiæ.1.D.17.Q.2. aliàs. 3. §. *Ad solutionem huius quæstionis*.✝.*Secundo probatur idem*. sub. G g. 23. Quod amplius explicatur.*ibidem*. §. *Sed tunc est vlterius dubium*.✝ *Hoc modo in proposito*.sub.L l. 28.

Gratia, comparata ad voluntatem operantem, non est prima causa; potentia enim vtitur habitu, & non è conuerso.1. D.17.Q.2.vel 3.§. *Sed tunc est vlterius dubium*. ✝. *Videtur enim ex dictis*. sub G g. 24.

Gratia si esset causa prima, actio non esset libera; voluntas enim naturaliter moueretur, quia gratia naturaliter moueret; & sicut voluntas non liberè moueretur, ita nec liberè ageret, cum non ageret, nisi quia mota.1.D.17. Q.2.vel 3.§.*Sed tunc est vlterius dubium*.✝.*Videtur enim ex dictis*. G g. 24.

Gratia si esset causa prima, voluntas semel habens gratiam nunquam posset peccare, quia causa secunda semper sequitur motionem causæ primæ, nec potest moueri ad oppositum illius, ad quod prima causa mouet. *ibidem*.

Gratiæ habitu voluntas est illimitatior ad actus; illimitatio autem ad plures effectus videtur competere causæ superiori. 1.D.17.Q.2.vel 3.§.*ibidem*.

Gratia quomodo intelligatur se habere respectu voluntatis sicut sessor ad equum, & voluntas pedisequa sit, & non præuia, exponitur infra: Titulos: Gratia respectu acceptationis Diuinæ, & meritorum.*ibidem*.✝.*Hoc modo in proposito*. L l. 28.

Gratia iam habita, quamuis voluntas vtens sit principale Agens respectu actus; tamen, gratia non habita, ipsa non est sufficiens ad ponendum gratiam in esse, quia gratia non potest inesse, nisi à solo Deo creante. 2. D. 7. Q. *Vnica*. §. *De secundo, dico*. ✝. *De principio actiuo*. H. 15.

Gratia respectu acceptationis Diuinæ, & meritorum.

Gratiæ habitum supernaturalem oportet ponere, quo natura beatificabilis formaliter acceptetur à Deo; & quo actus elicitus eius acceptetur tanquam meritorius; sic enim non videtur acceptari natura, vel actus, sine aliquo habitu informante; quia non videtur Deus aliam volitionem, secundum rationem, habere de obiecto nullo modo diuersificato, nec etiam actus, vt acceptabilis Deo, videretur esse in potestate Agentis, nisi illud, quo formaliter

Gratia respectu acceptationis Diuinæ, & meritorum.

maliter ageret, sic esset forma eius. 1. Dist. 17. Qu. 2. vel 3.5. *Ad solutionem huius quæstionis.* ỽ. *Dico igitur.* Gg. 22.

Gratiæ habitus, qui est ratio acceptandi naturam, videtur esse sicut quidam decor naturæ, complacens voluntati Diuinæ; ita quod siue ponatur habitus iste actiuus, siue non actiuus, ex hoc solo, quòd est talis forma decorans, & ornans animam, potest esse ratio acceptandi naturam; sed ad actus acceptationem plus requiritur, quàm quod Agens habeat hunc decorem spiritualem; alioquin habens talem habitum non posset habere actum indifferentem aliquem, nec peccare venialiter, quod est inconueniens; neutrum enim istorum tollit istum decorem operantis, & ita vtrumque esset acceptum, si actus acceptaretur ex solo decore operantis. Oportet igitur dicere quòd iste habitus, præter hoc, quod est decor spiritualis, etiam est inclinans ad determinatos actus, & hoc actiuè, vt magis videtur. 1.D.17.Q.2.vel 3.5. *Ad solutionem huius quæstionis.* ỽ. *Sed dubium est.* Gg. 23.

Gratia nisi esset forma actiua respectu actus meritorij, videretur quòd sine illa posset haberi actus intensissimus diligendi Deum, & hoc tam in via, quàm in Patria, & ita beatitudo; quia in illo instanti naturæ, in quo elicitur actus à principio actiuo, si sola voluntas esset principium actiuum, ipsa esset principium, inquantum actiuum, æquè perfectum sine habitu gratiæ, sicut cum illo; & ipsa potentia posset æquali conatu agere, vt patet; adeoque perfectissimus actus diligendi, sine habitu gratiæ, haberi posset. *ibidem.* ỽ. *Sed dubium est.* Gg. 23.

Gratia actiuè cum voluntate ad actum meritorium non concurrente, non videretur verum esse quod dicit Augustinus de lib. arbit. *quod gratia se habet ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equum*, quia sessor actiuè regit, & mouet equum: Nec etiam verum esset illud, quod dicit in epistola ad Sixtum; *voluntate*, inquit, *concomitante, non præeunte; pedissequa, non domina*; non esset autem voluntas pedissequa gratiæ, si ipsa gratia nullam causalitatem haberet. 1. Distinct. 17. Quæst. 2. vel 3.5. *Ad solutionem huius quæstionis.* ỽ. *Secundo probatur idem.* Gg. 23.

Gratiam si habeo, & vsum liberi arbitrij, actus, qui est meritum, est in potestate mea, supposita influentia generali; completio autem in ratione meriti non est in potestate mea, nisi dispositiuè; tamen sic dispositiuè, quòd, ex dispositione Diuina, semper sequitur illud completiuum ad agere meum; sicut semper sequitur animatio ad organizationem factam à causa naturali. 1. D. 17. Qu. 2. vel 3.5. *Sed tunc est vlterius dubium.* ỽ. *Et quod adducitur pro secundo membro.* Kk. 25.

Gratiæ secundum inclinationem: *vel sic*, Secundum inclinationem gratiæ actus meritorius debet esse elicitus, quia *meritum est actus potentiæ liberæ, secundum inclinationem gratiæ elicitus, acceptus à Deo vt præmiabilis beatitudine.* 1. D. 17. Q. 2. vel 3. *ibidem.*

Gratiæ habitus, præter relationem illam, quam habet ad rationem rectam, inquantum est habitus bonus formaliter, habet specialem relationem ad voluntatem Diuinam, acceptantem ipsum, vel subiectum habens ipsum: & habitus ille, secundum substantiam, inclinat actiuè ad actum, secundum substantiam: & hoc actiuè, vt causa partialis secunda; in hac enim causalitate habitus est causa secunda, & potentia causa prima. *ibidem.* ỽ. *Vlterius sicut in actu meritorio.* Ll. 27.

A gratia principaliter conuenit actui ratio meritorij, & minus principaliter à voluntate; magis enim acceptatur actus vt dignus præmio, quia est elicitus à charitate, quàm quia est à voluntate liberè elicitus; quamuis vtrumque necessariò requiratur: Exemplum huius potest poni de diuisione alicuius corporis, mediante cultello; ipsa quidem diuisio absolutè magis est à potentia diuidente, quàm à cultello; & ideo potentia motiua fortior velociùs diuidit; sed tamen inquantum hæc diuisio comparatur ad visum sub ratione acceptabilis, vt cui placeat, magis attribuitur cultello, quia lenitas partium diuisarum, quæ magis placet visui, magis est ex acutie instrumenti, quam ex efficacia virtutis principaliter diuidentis. Similiter sonus magis est ex percussione corporis sonantis, quàm ex percussionis ordine; & tamen vt acceptabilis auditui, magis est ex ordine percussionis, quàm ex efficacia potentiæ percutientis; imo posset esse efficacior vis percutientis, & tamen omnino non acceptaretur auditui, quia non esset sonus armonicus. Item etsi Pater sit causa principalis respectu Filij, & Mater minus principalis, tamen ipsa potest esse causa principalior Filij, inquantum dilecti, vel diligibilis alicui; hoc est, quòd filius magis diligatur, quia est Matris vt gignentis, quàm quia est Patris vt gignentis. Ita Deus potest ordinasse aliquem actum acceptare, tanquam dignum tali præmio vel acceptabilem, vel acceptandum esse, quia ad illum actum inclinat habitus aliquis, vt principium actiuum eius partiale, & quod principalius per hoc acceptetur, vel acceptabilis sit, quàm quia est à reliqua causa partiali. 1. D. 17. Q. 2. vel 3.5. *Sed tunc est vlterius dubium.* ỽ. *Vlterius sicut in actu meritorio.* Ll. 27.

Gratiam esse sicut sessorem ad equum, & voluntatem respectu gratiæ pedissequam esse; & non præuiam; hoc dictum Augustini exponitur, verum quidem esse respectu actus, inquantum meritorius est, sed non inquantum est iste actus in substantia. Et primum exemplum esset omninò idem, vel simile, si equus esset liber, & sessor per modum naturæ esset dirigens equum ad certum terminum; tunc magis placere posset, & hoc alicui ordinatæ voluntati, cursus equi, ex hoc, quod est secundum inclinationem naturalem ipsius sessoris ad certum terminum, quàm ex hoc, quòd equus vi sua motiua velociter curreret; Tunc etiam posset equus ex sua libertate sessorem deijcere, vel, præter eius directionem, in terminum alium se mouere: & in primo quidem fieret equus omnino non acceptabilis, quia non haberet sessorem, propter quem acceptaretur à tali voluntate: in secundo, licet equus talis esset acceptabilis, non tamen cursus eius acceptaretur quia nō esset secundùm directionē sessoris: Hoc modo in proposito: voluntas enim est quasi equus liber, & gratia quasi sessor per modum naturæ, inclinans ad obiectum per modum determinatum: secundum huius inclinationem actus voluntaris placet, aliter non placeret; sicut quando est peccatum veniale, vel actus indifferens: quando autem sessor abijcitur, quod fit per peccatum mortale, omnino ipsa voluntas fit displicens. Hoc etiam modo voluntas est pedissequa, quia non ex se ita determinatè inclinat ad terminum, propter quam inclinationem actus acceptatur, sicut gratia inclinat: & voluntas potest illud participare à gratia, quia competit gratiæ magis per essentiam, quàm sibi; & in hoc ipsa erit causa secunda; tamen in eliciendo actum, voluntas habet primam rationem motiui, ita quod in causando aliquid intrinsecum actui, non sit voluntas secunda causa; sed in essendo, propter quod actus acceptetur, quod dicit respectum eius ad extrinsecum; satis quippe possibile est, propter causam principaliorem effectus, competere illi effectui aliquam relationem ad extra minus principaliter, quam propter causam eius principalem. 1. D. 17. Q. 2. vel 3.5. *Sed tunc est vlterius dubium.* ỽ. *Secundum igitur hoc.* Ll. 27. & 28.

Gratia animam non decorante, Deus, de potentia absoluta, benè potuisset acceptare naturam beatificabilem, existentem in puris naturalibus, acceptatione speciali; & similiter actum eius, ad quem esset inclinatio eius merè naturalis, potuisset acceptare vt meritorium; sed non creditur ita disposuisse, quod naturam puram, vel actum eius sic acceptet; quia actum, ex puris naturalibus, esse meritorium, appropinquat errori Pelagij; Ideo verisimilius creditur quod acceptet naturam, & actum eius, tanquam meritorium, per habitum gratiæ supernaturalem. *ibidem.* §. *De secundo articulo dico.* Mm. 29.

Gratia si quis non habet, nec etiam peccatum (quod Deus facere potest) nec est inimicus, nec amicus Dei positiuè. *ibidem.* ỽ. *Ad secundum potest dici.* Mm. 29. *Addit.*

Gratiæ

Gratia respectu acceptationis Diuinæ, & meritorum.

Gratiæ habitum supernaturalem, gratificantem naturam non est necessarium ponere, loquendo de necessitate respiciente potentiam Dei absolutam, præcipuè cum possit dare beatitudinem sine omni merito præcedente; licet sit necessarium, loquendo de necessitate, quæ respicit potentiam Dei ordinatam, quam ordinationem colligimus ex scriptura, & ex dictis Sanctorum; vbi habemus quòd peccator est indignus vita æterna, & iustus dignus. *ibidem*. ✝. *Quantum igitur ad istum articulum*. M m. 29.

Gratiæ habitu supernaturali non existente in paruulo, per Baptismum regenerato, non competit eidem inhabitatio Dei; Nec enim potest poni ista inhabitatio propter actum, quia talem actum paruulus non habet nec habere potest; nec propter naturam solam, quia non inhabitat alium paruulum non regeneratum, cum in eo sit eadem natura. 1. D. 17. Qu. 2. vel 3. §. *Quantum ad tertium articulum*. M m. 30.

Gratia non esset gratia, si per hoc, quod aliquis præuidetur benè vsurus accepto, mereretur accipere illud; tunc enim posset homo mereri primam gratiam, quia præuidetur à Deo, dante eam, bene vsurus ea; quia tunc esset ea meritis, licet non positis in effectu, tamen præuisis. 2. D. 5. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ✝. *Præterea per hoc quod aliquis*. n 2.

Gratia requiritur ad meritoriè volendum, tanquam principium cooperans; non enim sufficit sola voluntas; neque etiam voluntas est partiale principium principale, vel sufficiens ad ponendum partiale principium, scilicet gratiam in esse. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo dico*. ✝. *De principio actiuo*. H. 15.

Gratia est principium requisitum in voluntate ad meritoriè resistendum ab actu malo. 2. Dist. 7. Quæst. Vnica. §. *ibidem*. ✝. *Respondeo, dico quod ad resistendum*. N. 21.

Gratiam, & voluntatem accipiens, licet ei non detur opus meritorium in se, siue voluntate consequente; datur tamen sibi gratia in qua est, voluntate antecedente, & virtualiter; & propter hoc accipiens gratiam, debitor est bonorum operum, quæ virtualiter continentur in gratia illa; ita quod amittens gratiam, & frequenter peccans, non tantum punitur pro amissione gratiæ; quia tunc qui plures, & qui paucius peccarent, æqualiter punirentur. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum*. ✝. *Respondeo, non faciendo mentionem*. C. 10.

Gratia est causa contingens respectu rectitudinis in actu. 2. D. 37. Q. Vn. §. *Istæ quæstiones*. ✝. *Tertia etiam ratio hoc concludit*. A. 5.

Gratia requiritur ad meritum; quia meritum formaliter requirit vt actus liberè, & actiuè eliciatur à voluntate, & ita habeat eum in potestate sua: & ita etiam gratia requiritur ad fruitionem, vt eliciendam actiuè a voluntate; Sed ad habendum à Deo formaliter hunc actum, qui dicitur meritum, siue illum, qui dicitur fruitio, non requiritur necessariò gratia, quia gratia non est ratio recipiendi talem formam, sed ipsamet voluntas; sed hoc de potentia dicitur absoluta. 3. Distinction. 13. Quæst. 4. §. *Ad argumenta quarta quæstionis*. ✝. *Ad primum dico*. R. 21.

Gratiam maiorem intensiuè habere, & habere plura merita, in acceptatione Diuina reseruata in ordine ad præmium pro eis tedendum, non est idem; vniuersaliter enim cuicunque merito deberetur non tantum aliquod præmium accidentale, sed etiam præmium essentiale; patet, quia si quis illud solum haberet, sine omni alio merito, beatificaretur, non præcisè in illo gradu, in quo, propter gratiam solam sine meritis, beatificaretur, sicut paruulus nunc baptizatus; gloria enim cuiuscunque habentis meritum proprium excedit gloriam talis; Vnde quodcunque meritum, sequens alia merita iam habita, requirit proprium gradum gloriæ essentialem sibi correspondentem; nec tamen per quodcunque meritum augetur statim gratia; nec habens plura merita, est semper in maiori gratia. 4. Dist. 22. Qu. Vn. §. *De secundo articulo*. ✝. *Ad hoc dico*. G. 9.

Gratia sola si sufficiat ad aliquam gloriam, tamen meritis correspondet aliquis gradus gloriæ saltem, licet maiori gratiæ sine meritis correspondeat maior gloria, quam minori gratiæ; tamen in quocunque gradu eodem ponatur gratia, merito adiuncto; licet per illud non statim intendatur gratia, tamen correspondet sibi gradus gloriæ vltra illum gradum, qui responderet præcisè illi gratiæ. 4. D. 22. Q Vn. §. *ibidem*. H. 9.

Gratia secunda si sit minor prima, amissa per peccatum, non redit ius, & dignitas ad illam primam, quando aliquis resurgit, licet redeat sibi ius, & dignitas ad omnia priora merita, quæ viuunt in Dei acceptatione: Quare reuiuiscunt merita, sed non reuiuiscit prior gratia prius habita: Et istud est satis consonum iustitiæ, quia gratia prior fuit tantum donum Dei: merita autem erant aliquo modo opera hominis; Et ideo illa sunt sibi semper salua in acceptatione Dei; gratia verò non, vt propter eam ordinatur ad aliquod præmium quia habuit eam; sed tantummodo per eam, si nunc habet eam. 4. D 22. Q. Vnic. §. *ibidem*. ✝. *Ad secundo dico*. H. 10.

Gratia non statim augetur per opera meritoria, quæ, secundum obseruantiam legis Diuinæ, vtilest, quantum possibile est continuè exercere, quamuis remissa; nam correspondet singulis, in acceptatione Dei, determinatus gradus gloriæ. Nec adeo expedit saluare gratiam, quantum opus remissum agere, per quod non augetur gratia; quia etsi iste sic remissè agens non habeat maiorem gratiam per opus suum, quam ille dormiens, in quo saluatur gratia sine tali opere; non tamen iste frustra egit, nec in nullo excedit illum, qui dormiuit; imo per illud, quod egit, iam dignus est aliquo æterno bono, quo non est dignus ille. *ibidem*. ✝. *Hæc via*. H. 11.

Gratia minimam mereri non possunt illa merita, quibus correspondet magnus gradus gloriæ, dum sunt mortificata: alioquin qui cecidisset à multis meritis, iam meruisset, vt resurgeret ab illo lapsu, per primam gratiam sibi propter illa merita conferendam: Nec tamen credo quod merita mortificata omnino nihil faciant, in acceptatione Diuina, ad primam gratiam dandam huic lapso; quia etsi, secundum strictam iustitiam, iste inimicus Dei non sit dignus de propinquo ad aliquam gratiam, & gloriam; tamen excellens misericordia Dei, propter præcedentia merita licet mortificata, citius dat gratiam ad resurgendum; Vnde sicut credo quòd perfectior grauius cadit propter maiorem ingratitudinem; ita credo quòd, cæteris paribus, citius resurgit propter Dei benignitatem, merita prædicta ad hoc aliqualiter acceptantem. *ibidem*. ✝. *Secundum corrolarium est*. K. 13.

Gratia respectu iustitiæ originalis.

Gratia excedit iustiam originalem in hoc, quia ipsa coniungit fini, vt bono supernaturali, & vt supernaturaliter, per meritum attingendo tale bonum: Non sic donum iustitiæ originalis, sed tantum coniungebat illi bono, vt conuenienti, & delectabili. 2. Dist. 29. Qu. Vn. *Ad quartum principale, quod argumentum non ponitur in littera*. D. 7.

Gratia licet non ita perfectè coniungat fini vltimo, quantum ad aliquam conditionem accidentalem, sicut iustitia originalis; perfectius tamen coniungit, & hoc quantum ad illud, secundum quod disiungit à fine vltimo peccatum originale. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Quantum ad quartum articulum*. F. 13.

Gratia simpliciter perfectius, & eminentius coniungit fini sub ratione finis, quàm iustitia originalis: Et ideo in Baptismo cum redditur gratia, simpliciter dimittitur illud peccatum eminentius, quàm remitteretur per proprium positiuum: & licet remaneat carentia illius positiui, non tamen est culpa, quia illud positiuum non est debitum; soluitur enim debitum habendi illud donum, & commutatur in debitum habendi aliud donum. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Quantum ad quartum articulum*. F. 13.

Gratia in statu innocentiæ non potuit esse sine iustitia originali: at iustitia originalis potuit esse sine gratia; & tunc priuatio iustitiæ originalis includebat virtualiter priuationem gratiæ; Cuicunque itaque tunc restituta fuis-

Gratia respectu iustitiæ originalis.

fuisset gratia sine iustitia originali, si hoc factum fuisset, non habuisset ipse perfectum statum innocentiæ; sed pro statu isto non habent talem ordinem, sed gratia potest inesse sine tali iustitia: & ipsa simpliciter est donum excellentius, quàm talis iustitia. *ibidem. §. Ad argumentum quæstionis quartæ. ỹ. Respondeo, in statu innocentiæ*. I. 19.

Gratia ipsa inexistens simpliciter restituit hominem in statu isto ad perfectionem supernaturalem sibi possibilem, & hoc sine iustitia originali: Vnde licet absolutè non contradicant, nec repugnent carentia iustitiæ originalis, absolutè loquendo, & gratia, pro statu isto; repugnant tamen, inquantum illa carentia est culpa, auertens à fine vltimò; quia conuersio opposita illi, pro statu isto, nata est inesse filio Adæ per gratiam, sine isto dono. *ibidem.*

Gratia æquiualet iustitiæ originali, quantum ad acceptationem Diuinam, vt propter hanc animæ habenti gratiam non insit peccatum originale. 3. D. 3. Q. 1. §. *Ad quæstionem igitur dico. ỹ. Primum declaro*. A. 9.

Gratia esset naturalis naturæ, in rectitudine propria instituæ, licet non naturæ lapsæ, si non posset natura fieri recta rectitudine naturali, & sine gratia; illud enim est naturale, quod consequitur naturam secundum se. 4. D 1. Q. 6. §. *Contra istam conclusionem arguo*. B. 4.

Gratia non includitur in ratione iustitiæ, vel rectitudinis naturalis, & est illa posterior. *ibidem. ỹ. Item qualemcunque*. C. 5.

Gratiam non conferendo, posset Deus, de potentia absoluta, dimittere culpam originalem: & hoc maximè cum gratia non opponatur formaliter peccato originali; nec modo dimittatur illud peccatum per collationem gratiæ, nisi quia gratia includit æquiualenter, in acceptatione Diuina, iustitiam originalem, quæ formaliter opponitur peccato originali. *ibidem. ỹ. Concedo ergo conclusiones*. D. 6.

Gratia respectu beatitudinis, & fruitionis.

Gratia, fides, merita, & bonus vsus liberi arbitrij, omnia ad beatitudinem perfectam, vt ad vltimum finem sunt ordinata; licet quædam remotius, & quædam propinquius. 1. D. 41. Q. *Vnica. §. Potest aliter dici. ỹ. Primum probatur*. A. 11.

Gratia, quæ est dispositio respectu beatitudinis supernaturalis, requirit operationem huius post hoc, in acquirendo beatitudinem supernaturalem. 2. D. 5. Q. 2. §. *Ad primum principale. ỹ. Vel esto, quod non discurrat*. R. 17.

Gratia summa non se habet, respectu fruitionis, in aliquo genere causæ, nisi efficientia, vt patet discurrendo; Quidquid autem Deus potest facere per causam efficientem mediam, potest facere sine ea, adeoque summam fruitionem, quam potest facere mediante summa gratia, potest facere sine ea. 3. D. 13. Q. 4. *In argumento ad oppositum*. A. 2.

Gratia respectu fruitionis habet tantum rationem causæ efficientia secundæ, & ita sine ea potest fieri; Proinde Deus, sine summa gratia, posset alicui conferre summam fruitionem creabilem. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad quartam quæstionem dico*. P. 19.

Gratia si non requiratur, nisi ad aliquam perfectionem fruitionis eliciendæ, sicut aliqua causa partialis, dans aliquam perfectionem effectui, non tamen dans voluntati aliquam causalitatem propriam sibi; Tunc dicendum est quòd ad fruitionem tantam, quanta posset elici à voluntate cum summa gratia, non potest voluntas agere sine summa gratia, licet posset illam recipere sine ea. 3. D. 13. Q. 4. §. *Ad quartam quæstionem dico. ỹ. Vtrum tamen*. P. 19.

Gratiæ summæ (in hypothesi quòd Deus possit supplere causalitem cuiuscunque causæ secundæ, non supplendo causalitatem alterius causæ) posset Deus supplere actionem; vt voluntas sine illa posset, secundum causalitatem suam, agere ad summam fruitionem, Deo supplente actionem gratiæ, vt causæ secundæ. Tamen de po-

Gratia respectu beatitudinis, & fruitionis.

tentia ordinata non posset voluntas frui actiuè, siuè elicitiuè summè, sine summa gratia; quia ordinatum est vt causa prima, quæ nata est habere aliquam causam secundam, non possit in effectum summum illarum causarum, sine tali actione causæ secundæ: similiter ordinatum est vt nulla voluntas summè perficiatur actu secundo summo, etiam vt recipiens, nisi habeat summum actum primum: & ita nec possibile est, de potentia ordinata, quòd summè fruatur sine summa gratia. *ibidem. ỹ. Vtrum tamen voluntas*. Q. 19.

Gratia non est causa totalis fruitionis; Vnde licet illa naturaliter se habeat ad fruitionem, non tamen voluntas, quæ est alia causa partialis, sed potius liberè; ipsa tamen voluntas in patria semper cooperabitur secundum vltimum potentiæ suæ actiuæ, gratiæ, secundum vltimum eius. *ibidem. §. Ad argumenta istarum duarum quæstionem. ỹ. Argumentum in oppositum*. R. 20.

Gratia habituali destituta quæcunque anima formaliter frueretur, si Deus immediatè causaret fruitionem in illa: non tamen posset aliqua anima actiuè se habere ad fruitionem secundum ordinem causarum iam positum, nisi ipsa haberet gratiam vt causam secundam. *ibidem. ỹ. Respondeo, & dico*. R. 20.

Gratia vt congrua, & determinata.

Gratia determinatur ad operationem gratuitam, sicut pertinet ad habitum determinare: & hoc modo potentia est indeterminata, indeterminatione proxima, & non essentia. 2. D. 26. Q. *Vnica. §. Ad argumenta. ỹ. Ad secundum*. B. 7.

Gratiam conferri ad honestum, & difficile, congruum est. 4. D. 26. Q. *Vnica. §. Ad solutionem. ỹ. De quarta conclusione*. I. 11.

Gratia quo ad intensionem, & remissionem.

Gratia non ad mensuram est gratia summa possibilis: plenitudo etiam, quæ potest participari ab omni alia gratia secundum aliquem gradum, non videtur esse, nisi in summa gratia. 3. D. 13. Q. 2. *In argumento tertio in oppositum*. n. 2.

Gratiam maiorem posse fieri, vltra gratiam finitam supremam, per additionem alicuius gradus maioris, includit contradictionem, quia gratia suprema est in termino: Quod si intelligatur gradus finitus sibi addi, licet ex hoc non esset infinita, tamen erit impossibilitas, quia aliquod finitum intelligibile potest repugnare alij finito intelligibili. 3. Dist. 13. Quæst. 4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum. ỹ. Ad secundum dico*. I. 12.

Gratiam maiorem posse fieri, vltra summam gratiam finitam; si intelligatur quod aliquis gradus maior perfectionis supernaturalis in natura fieri possit, licet sit vltra speciem gratiæ, tunc, ponendo gratiam esse summam perfectionem, diceretur quod intelligendo aliquem gradum superiorem gratia summa in genere perfectionis supernaturalis, est tunc intelligere contradictoria, sicut aliquem colorem esse super summum album: Si tamen gratia non sit summa perfectio supernaturalis, sed fruitio; potest concedi quod vltra summum gradum gratiæ potest fieri gradus superior, vltra illam speciem, sicut gradus fruendi. *ibidem. ỹ. Si secundo modo intelligatur*. K. 13.

Gratiam maiorem posse fieri vltra gratiam finitam, si intelligatur vltra speciem gratiæ absolutè, non in natura perfectionis supernaturalis, maior, sed absolutè aliquis gradus superior, potest dici quòd supra totum genus qualitatum nobilissimarum, quales sunt perfectiones supernaturales, potest poni quod est infimum generis superioris, puta infima substantia. *ibidem. ỹ. Si tertio modo*. K. 13.

Gratia

Gratia quo ad intensionem, & remissionem.

Gratia nunc maior, vel minor datur resurgenti à peccato, secundum eius dispositionem in detestando peccatum commissum intensè, vel remissè. 4. D. 22. Quæst. Vnic. §. *De secundò articulo*. ✝. *Per hoc dico ad argumentum*. H. 19.

Gratia pro effectu Dei gratuito.

Gratiam accidentalem non repræsentat Sacramentum Eucharistiæ, quod est signum veraciter repræsentans, ex institutione Diuina; sed repræsentat effectum aliquem Dei gratuitum, scilicet esse corporis Christi sub tali specie. 4. D. 8. Q. 1. §. *Hic tria videnda sunt*. ✝. *De tertio dico*. B. 4.

Gratia, in definitione Sacramenti in genere, non accipitur tantum pro gratia accidentali, sed pro effectu Dei gratuito. 4. D. 8. Q. 1. *ibidem*.

Gratiæ amissio, & recuperatio.

Gratiam primam quicunque amisit, tenetur, de necessitate præcepti, & hoc illius, *Diliges Dominum Deum tuum* &c. agere, quantum in se est, ad eius recuperationem; & etiam virtute illius præcepti, *Diliges te ipsum*. 4. D. 17. Quæst. Vn. §. *In ista quæstione*. ✝. *Aliter ergo arguo sic*. F. 13.

Gratiam primam qui in peccato mortali amisit, potest tam recuperare, suscipiendo sacramentum pœnitentiæ, ab illo arbitrio, quia hoc est institutum vt remedium efficax ad recipiendam primam gratiam, ex illo verbo Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata* &c. *ibidem*.

Gratiam amissam recuperandi nulla alia via est ita facilis, & certa, quàm suscipere sacramentum pœnitentiæ; hic enim non oportet nisi non ponere obicem ad gratiam, quod multò minus est, quam habere aliquam attritionem, quæ per modum meriti de congruo sufficiat ad iustificationem: Potest etiam aliquis esse magis certus quod non ponat obicem, quàm quòd habeat attritionem sufficientem, quasi per modum meriti de congruo; quia probabiliter potest scire se tunc non peccare actualiter peccato interiori, vel exteriori, & intendere recipere quod Ecclesia intendit in illo Sacramento conferre: non sic potest scire se habere attritionem sufficientem, vt meritum de congruo ad iustificationem. 4. Dist. 17. Quæst. Vn. §. *In ista quæstione*. ✝. *Contra hoc nulla alia est*. G. 13. 14.

Gratiam amissam recuperandi vbi est via facilior, idest magis in potestate hominis, & certior, tenetur quilibet ad illam viam; ita quod non omissa illa attentet aliam difficiliorem, & incertiorem; quia tunc exponeret se periculo salutis suæ, & videretur esse contemptor propriæ salutis; Via autem suscipiendi Sacramentum pœnitentiæ est magis possibilis homini, & certior ad primam gratiam recuperandam; adeoque ex illo, vnde istud habet efficaciam, & ex præcepto dilectionis Dei, & sui ipsius, tenetur quis ad istam. *ibidem*. G. 14.

Gratia vt dependens, vel independens à meritis.

Gratia non esset gratia, si per hoc, quod aliquis præuidetur benè vsurus accepto, mereretur accipere illud; tunc enim posset homo mereri primam gratiam, quia præuidetur à Deo dante eum bene vsurus ea; quia tunc esset ex meritis, licet non positis in effectu, tamen præuisis. 2. D. 5. Q. 1. §. *In ista quæstione*. ✝. *Præterea, per hoc, quod aliquis præuidetur*. n. 2.

Gratia potuit esse in Gentilibus, obseruantibus legem naturæ, absque obseruatione legis Mosaycæ, supposito quod non erant obligati ad legem Moysi, nisi filij Israel. 2. Distinction. 28. Quæst. Vnica. *Ad primum principale*. B. 8.

Gratia prima si data fuisset cuilibet homini sine meritis, sicut modo, licet quilibet sit filius iræ cuilibet tamen dat Deus primam gratiã sine meritis proprijs, & tunc meretur beatitudinem; propterea potuit quilibet satisfacere pro se, adeoque meruisse deletionem culpæ. 3. D. 20. Q. Vnica. §. *Contra illud, quod dicit in quarto articulo*. ✝. *Præterea videtur de possibili*. C. 9.

Gratiam aliquam si mereri potuerunt veteris legis cultores motu proprio post recidiuationem, bene quidem; sed ad gratiam tunc acquirendam, nullum fuit tunc Sacramentum institutum apud eos; non enim habuerunt Sacramentum pœnitentiæ, nec alia plura adiutoria ad gratiam impetrandam, quæ habemus nos. 3. D. 40. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum articulum*. ✝. *Post recidiuationem verò*. F. 7.

Gratia non habet causam meritoriam de condigno in illo, cui confertur; tamen potest habere causam meritoriam de congruo in eodem, & causam meritoriam de condigno extrinsecam, maximè si illa causa meritoria extrinseca gratuitè sit data illi, pro quo est causa meritoria, vt vt sit ei talis causa: Et hic est intellectus Apostoli Rom. 11. dicentis, *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia*. 4. D. 2. Qu. 1. §. *Ad primum argumentum dico*. ✝. *Ad tertium dico*. M. 11.

Gratiæ meræ opus, in vniuersis operibus Dei, potest dici quod non fuit aliquod, nisi sola Incarnatio Filij Dei: & hoc si ad illam nulla merita præcesserunt; quod vtique verum est in ordinatione Diuina de illa Incarnatione; quia si tempore conceptionis præcesserunt aliqua merita Mariæ, tamen non erant bona absolutè respectu Incarnationis, sed fortè accelerationis, vt impleretur illa Incarnatio præordinata. 4. Dist. 2. Quæst. 1. §. *Ad primum argumentum*. ✝. *Posset dici, quod in vniuersis*. M. 11.

Gratiam magnam qui potest ex actu facili acquirere, si negligat illum actum, videtur gratiam contemnere, vel saltem non eam ita appretiari, sicut est appretiabilis. 4. D. 4. Q. 6. §. *Respondeo, dicendum*. ✝. *Ex hoc potest formari tertia ratio*. A. 2.

Gratia prima, de potentia absoluta, bene posset dari sine merito passionis Christi, quia summa gratia data creaturæ, data est animæ Christi; & sine omni merito; nullo enim modo passio eius, nec exhibita, nec præuisa, erat meritum respectu gratiæ sibi conferendæ; imo prius præuidebatur gratiam habiturus, quam eius passio acceptanda. 4. D. 15. Q. 1. §. *De secundo dicitur*. ✝. *Contra hoc, quia de potentia absoluta*. C. 6.

Gratia quo ad culpam, seu peccatum.

Gratiam habere prius, quàm aliquis peccet, non est necesse. 2. D. 5. Quæst. 1. §. *Ad inquirendum de istis vijs*. ✝. *Sed ad inquirendum vlterius*. F. 7.

Gratia, & culpa non sunt simul. *ibidem*. G. 7.

Gratia, & peccatum sunt opposita. 2. Distinct. 26. Quæst. Vn. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Item opposita sunt circa idem*. B. 6.

Gratia non interueniente, non potest liberum arbitrium, ex se, cauere omne peccatum mortale pro statu isto, quia anima, sine gratia, aliquo peccato maculatur, vel originali, vel actuali, à quo non liberatur nisi per gratiam. 2. D. 28. Q. Vn. *Ad quæstionem potest dici*. ✝. *Secundo modo dico*. A. 7.

Gratia, & culpa non essent immediatè opposita pro statu innocentiæ; tunc enim potuit aliquis esse in puris naturalibus, tàm sine gratia, quàm culpa; & consequenter non sunt immediatè opposita. *ibidem*. ✝. *Sed si quæratur*. B. 7.

Gratia, & peccatum sunt opposita tantùm ex illa lege vniuersali, qua nullo modo remittitur inimicitia, nisi peccator fiat non tantum non inimicus, sed etiam amicus Deo acceptus per gratiam gratificantem. *ibidem*.

Gratiæ oblatæ si resistit voluntas, peccat mortaliter: si consentit, iustificatur. *ibidem*. ✝. *De hoc in quarto*. B. 7.

Gratiæ ne resistat, potest cauere iste, cui offertur gratia; sed (secundum opinionem, quòd nullus potest sine gratia cauere omne peccatum, acceptum pro macula, remanente post actum elicitum, siue pro reatu permanente, quousque peccatum fuerit deletum per pœnitentiam)

Gratia quo ad culpam, seu Peccatum.

non potest cauere à peccato; solùm igitur potest hoc cauere, sed non potest caueri, stando in peccato, prius commisso. *ibidem*. §. *Ad argumenta*. ¥. *Ad aliud concedi potest*. B.8.

Gratia tollitur totaliter per primum peccatum mortale. 2. Dist.37. Quæst. V o. §. *Ista quæstiones*. ¥. *Eadem argumenta*. n.5.

Gratiam, & gloriam priùs cuilibet volt Deus, quàm præuideat opposita istorum habituum, scilicet peccatum, & damnationem. 3. D.7. Q.3. § *Sed hic sunt duo dubia*. ¥. *Sine præiuditio dici potest*. B.3.

Gratiam non conferendo, posset Deus, de potentia absoluta, dimittere culpam originalem; Et hoc maximè cùm gratia non opponatur formaliter peccato originali; nec modo dimittatur illud peccatum per collationem gratiæ, nisi quia gratia includit æquiualenter, in acceptione Diuina, iustitiam originalem, quæ formaliter opponitur peccato originali. 4. D.1. Q.6. §. *Contra istam conclusionem*. ¥. *Concedo ergo conclusiones*. D.6.

Gratiæ infusio, & expulsio culpæ, seu, magis propriè loquendo, remissio culpæ, non sunt simpliciter vna mutatio. 4. D.16. Q.2. §. *Respondeo*. *Hæc sit prima conclusio*. A.4.

Gratiæ infusio non est nisi vna; remissiones autem culparum sunt multæ, postquam peccator multas commisit; quælibet enim illarum habet propriam remissionem, quia quælibet remissio posset esse sine alia, si tantum illam culpam commisisset, & non aliam. 4. D.16. Q.2. §. *Respondeo*. ¥. *Primo sic*. A.4.

Gratiæ infusio, & culpæ remissio possunt ab inuicem separari, posset enim in statu innocentiæ in genere humano (& ita factum est in Angelis, qui non peccauerunt) gratia infundi, absque culpæ remissione, quia nulla culpa infuit. 4. D.16. Qu.2. §. *Respondeo*. ¥. *Item secundo sic*. A.4.

Gratia non infusa potest culpa remitti; potest enim Deus, de potentia absoluta, hominem creare in puris naturalibus, sine culpa, & sine gratia; consequenter, post lapsum, talem reparare, & ita remittere culpam sine infusione gratiæ. *ibidem*. B.5.

Gratia, & culpa non sunt formaliter opposita; nec formaliter repugnantia, quia tunc Agens, effectiuè, vel defectiuè potens super esse vnius, posset effectiuè, vel defectiuè super non esse alterius, vt patet vniuersaliter in incompossibilibus: voluntas autem creata potest effectiuè, vel defectiuè super esse culpæ, quia ab ipsa est culpa; consequenter ipsa posset effectiuè, vel defectiuè super non esse gratiæ, quod est falsum. *ibidem*. ¥. *Tertio sic*. B.5.

Gratiæ infusio, & remissio culpæ non sunt duæ mutationes reales, quia infusio gratiæ est mutatio realis, cum sit inter priuationem formæ realis ad formam illam; remissio autem culpæ non est mutatio realis, quia obligatio ad pœnam pro culpa commissa non est aliquid reale in anima, post actum præteritum; Sed est tantum relatio rationis in obiecto volito, vt volitum est; consequenter remissio, quæ est abobligatione ista ad non obligationem, non est mutatio realis; nam non est mutatio realis, nisi sit in terminum realem positiuum, vel priuatiuum realem. *ibidem*. ¥. *Secunda conclusio est hæc*. C.6.

Gratia tunc maior, vel minor datur resurgenti à peccato, secundum eius dispositionem in detestando peccatum commissum, intensiùs, vel remissè. 4. Dist.22. Quæst. Vn. §. *De secundo articulo dico*. ¥. *Per hoc dico ad argumentum*, H.10.

Gratiam si Deus confert existenti in peccato mortali, hoc erit donum maximè gratuitè, & liberaliter datum, & præcipuè si est gratia æqualis gratiæ collatæ alij innocenti, cum Deus nullius existenti in peccato mortali sit debitor, nisi pœnæ. *ibidem*. §. *De tertio articulo*. ¥. *Primo quia quanto aliquis recipit*. L.14.

Gratiæ annihilatio, & priuatio.

Gratia non est formaliter peccatum priuatio, seo corruptio. 2. D.37. Q.Vn. § *Ista quæstiones*. ¥. *Eadem etiam argumenta*. A.5.

Gratiæ annihilatio, & priuatio.

Gratia quando destruitur, annihilatur; quia cuius productio est creatio, eius destructio est annihilatio. *ibidem*. ¥. *Secundum concludit*. A.5.

Gratiam si Deus annihilaret immediatè, subtrahendo manutentionem suam, sine defectu voluntatis in operando, ista carentia non esset peccatum, quia non esset carentia iustitiæ debitæ; voluntas enim non est debitrix istius iustitiæ, nisi in quantum in potestate eius est conseruare eam, ne scilicet demeritorie corrumpat eam. 2. Distinct.37. Quæstion. Vnic. aliàs 2. §. *Ad solutionem istorum obiectorum*. ¥. *Ad aliud de gratia*. X. 17.

Gratiæ priuatio licet sit maius malum, quàm priuatio iustitiæ actualis (idest rectitudinis), tamen ista priuatio gratiæ potest esse à Deo non agente, idest non conseruante, sed non primò non agente; Sed ideo non agente, quia voluntas demeruit illud, propter quod Deus substrahit conseruationis suæ manutenentiam à gratia; Sed respectu illius priuationis rectitudinis actualis, sicut primum peccatum, non est aliquid peccatum præcedens, vel demeritum, propter quod Deus posset se subtrahere; vt illa rectitudo non insit, quantum est ex parte Dei; Vnde nec priuatio gratiæ est peccatum, nisi in quantum est iustitiæ debitæ, qua voluntas demeritoriè se priuauit, licet à Deo non causante sit ista annihilatio gratiæ; Sed si ista annihilatio esset non propter aliquam obliquitatem in voluntate priorem, ista non esset peccatum. 2. Distio. 37. Quæst. Vnic. *aliàs* 2. *ibidem*.

De gratiæ priuatione, & rectitudinis in actu secundo non est simile; putà quòd Deus sicut, propter demeritum, non assistit ad causandum gratiam in anima, ita nec ad causandum rectitudinem in voluntate, quia ipse non dedit gratiam antecedentem, sicut dedit rectitudinem; & id eo potest eam non dare consequenter. *ibidem*. §. *Ideo posset dici aliter*. D d. 24.

Gratiæ carentia est vna iniustitia habitualis in anima, non semper propter aliud, & aliud peccatum; sed in actibus malis, succedentibus sibi, est semper nouum malum; & ideo oportet ibi quemlibet esse in potestate voluntatis creatæ; non sic autem carentia gratiæ, post instans annihilationis, oportet esse in potestate voluntatis, quia non est nisi vna iniustitia, sed tantùm vna habitualis malitia, quiescens in anima. *ibidem*.

Gratiæ priuatio in eo, cui debet inesse; & priuatio rectitudinis in actu cui deberet inesse, est duplex iniustitia, scilicet habitualis, & actualis. 4. Distinct.14. Quæstion. 1. §. *Hic sunt tria videnda*. ¥. *Ita cum opposita*. A.4

Gratia tota, quorum ad intensionem, & sola ipsa, quantum ad extensionem, priuatur, tàm in eo, qui commisit vnum peccatum mortale, quàm in eo, qui duo millia; & ideo ab illis sola non dicitur vnus minus peccator, post actum transeuntem, quàm alius. *ibidem*.

Gratia in quolibet peccato mortali ita priuatur, quòd nihil eius manet, & per consequens per nullum succedens potest fieri intensior, vel extensior (priuatio), loquendo de priuatione habituali (manente transacto actu peccaminoso), quia non priuat nisi vnum habitum, sicut non est natus nisi vnicus in esse. *ibidem*.

Gratia non destruitur, nisi annihilatur; creatura autem non potest aliquid annihilare. 4. D.16. Q.2. §. *Respondeo*. ¥. *Tertio sic*. B.5.

Gratiæ priuatio propria non est culpa; *vel sic*, culpa non est propria priuatio gratiæ, vt ab ea, post actum, dicitur aliquis peccator, quia vnica gratia non habet nisi vnicam priuationem; multæ autem possunt esse culpæ in eodem. *ibidem* ¥. *Quarto sic*. B.5.

Gratia respectu vnionis hypostaticæ.

Gratia summa est in vnione hypostatica, quia summa gratuita condescensio voluntatis Diuinæ, quæ fuit principium assumptionis; non est autem summa gratia habitualis, ex vi vnionis, in ista vnione, licet de facto ista concomitetur istam vnionem. 3. Distinct. 2. Quæst. 1. §. *Ad argumenta principalia*. *Ad primum*. ¥. *Vel magis*. G.11.

Gratia

Gratia respectu vnionis hypostaticæ.

Gratia summa inter res per tempus ortas est in vnione naturæ nostræ ad Verbum Diuinum. *ibidem.*

Gratia habitualis, in assumptione naturæ creatæ à Verbo, non est immediatè medians inter Verbum, & naturam, natam frui, quia posset natura assumi sine hoc, quòd haberet habitum gratiæ. 3.D.2.Q.1. *ʃ. Ad argumenta pro opinione. ✝. Ex ista quæstione apparet.* K. 16.

Gratia habitualis, secundum aliquos, in vnione hypostatica fuit medium extrinsecum congruitatis. 3. Distinct. 2. Quæst. 2. *ʃ. Quantum ad secundum articulum principalem.* F. 12. *Impugnatur. ibidem.* §. *Contra hoc arguo.* F. 12.

Gratiæ habitum antequam natura humana haberet, priùs naturaliter personaretur in se, quia habitus est principium operandi; & per consequens perfectio eius, cui competit operari; operari autem est suppositi, adeoque priùs naturaliter in se haberet rationem suppositi, quàm gratiam, vel habitum aliquem, qui tantùm est principium operandi: assumitur itaque priùs naturaliter, quàm gratia ista detur, & sic ista non est media. 3. D. 2. Qu. 2. §. *Contra hoc arguo. ✝. Primò quia in illo instanti.* F. 12.

Gratia tanta non conferebatur naturæ humanæ priùs, quàm natura erat subsistens in Verbo, aliàs videretur quòd in aliquo instanti, in quo natura non erat vnita Verbo, conferretur plenitudo gratiæ, contra illud Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à Patre*; vbi videtur dicere quòd Christum esse Vnigenitum Patris sit proxima ratio congruentiæ, quare ipse habeat plenitudinem gratiæ. 3. D. 2. Quæst. 2. §. *Contra hoc arguo. ✝. Item Ioannis primò.* G. 12.

Gratia habitualis si esset medium congruitatis assumendi naturam humanam à Verbo, non vniret formaliter, vt patet; Vnde tantùm se haberet in ratione dispositionis in altero extremo (scilicet in natura humana); quod tamen est falsum, quia realis, & actualis existentia accidentis, ordine naturæ, præsupponit existentiam subiecti. *ibidem. ✝. Præterea illa gratia.* G. 12.

Gratia est in anima Christi, sicut accidens in subiecto; Vnde realis, & actualis eius existentia præsupponit existentiam realem animæ; anima autem Christi nunquam habuit existentiam realem, nisi in Verbo, & consequenter priùs, ordine naturæ, assumebatur à Verbo, quàm sit subiectum gratiæ; quia ipsa natura, in qua est gratia, personatur; & per hoc omne accidens eius accidentaliter, & mediatè vnitur personæ; In ista itaque vnione, nullum accidens potuit esse medium, sicut nec albedo est medium in vnione superficiei ad corpus. *ibidem.*

Gratia si accipiatur pro gratuita Dei voluntate, Deus dicitur ex gratia operari omne illud, quod non includitur in natura rei, sed magis excedit facultatem eius; & hoc modo, quia facultatem naturæ humanæ excedit subsistere in Verbo; ideo gratuitè Deus hoc operatur, & ex gratia summa, quia summa gratuita condescensione confert naturæ illud, ad quod maximè potest ex se attingere, & quod maximè illam excedit. *ibidem. ʃ. Ad argumenta principalia. ✝. Ad vltimum dico.* K. 15.

Gratia si intelligatur pro habitu creato informante, licet illa concomitetur naturam vnitam, non est tamen necessaria ad vnionem. *ibidem.*

Gratia (si taliter arguatur quasi à minori) est necessaria ad vnionem beatificam, ergo ad vnionem hypostaticam; non sequitur, quia vnio beatifica est per operationem, & actum secundum, in quem non potest anima, nisi habeat formam; Vnio autem hypostatica est ad esse primum, ad quod non præsupponitur aliquod accidens in natura vnita; Sicut etiam ad esse primum supernaturale, quod habetur per habitum gratiæ, non requiritur aliquod eleuans naturam; Sic enim esset procedere in infinitum, vt semper vnum supernaturale disponeret ad aliud: & sicut illud, quod ibi dat actum primum, posset immediatè perficere naturam: ita hic, esse à Verbo communicatum, potest esse immediatum principium vnionis. *ibidem.*

Gratia summa. ex Aug. 13. de Trinit. cap. 19. in rebus per tempus ortis est, quòd homo in vnitate personæ sit Deo coniunctus. 3.D.13.Q.2. *In argumento primo in oppositum.*

Gratia respectu vnionis hypostaticæ.

n. 2. Et quamuis loquatur de gratia vnionis, idest gratuita Dei volunte vniente, tamen ad vnionem istam concomitanter sequitur gratia fruitionis de facto; ideo fuit summa gratia, sine meritis præcedentibus. 3. D.18. Qu. Vn. §. *Hoc viso videndum est.* F. 12.

Gratia respectu animæ Christi.

Gratia summa replebatur de congruo secundus homo (quia Deus) per quam esset impeccabilis; & hoc non decebat primum hominem, quia non erat Deus, scilicet repleri tanta gratia; Vnde Anselmus. 2. *Cur Deus homo* cap. 10. non ponit impeccabilitatem in Christo ex vi vnionis hypostaticæ, nisi de congruo, quia illam concomitatur plenitudo gratiæ. 3. D.2.Quæst.1.§. *Ad argumenta principalia. ✝. Ad rationem, probantem Christum impeccabilem.* H. 12.

Gratiam summam positiuè possibilem (idest quæ excedat omnem aliam gratiam possibilem) Deus non potuit conferre animæ Christi, quia potest creare æqualem; potuit enim, & potest aliam naturam æqualem isti assumere, & æqualem gratiam sibi dare. 3. Distinction. 13. Quæst. 4. *ʃ. Ad primam quæstionem dico. ✝. Primo modo loquendo.* C. 2.

Gratiam negatiuè summam creabilem (idest quæ à nulla alia creabili excedi potest) potuit Deus dare animæ Christi Domini. *ibidem. ✝. Secundo modo dico.* C. 2.

Gratia summa, supposito quod possit vnica actione creari, potest conferri animæ Christi, quia subiectum receptiuum accidentis, conuenientis habentis gradus, quod non determinatur ex se ad aliquem gradum, potest, quantum est ex se, recipere illud accidens, secundum quemcunque istorum graduum; anima autem Christi est tale subiectum respectu gratiæ, & consequenter potest, quantum est ex se, recipere quemcunque gradum gratiæ. 3. D. 13.Q.4. §. *Ad primam quæstionem. ✝. Secunda supponendo.* F. 5.

Gratia alia æqualis gratiæ collatæ animæ Christi non videtur, de potentia Dei ordinata, posse fieri, quia nulla alia natura posset esse caput habentium gratiam; quia non possunt esse duo capita, sicut nec duo suprema in eodem ordine. *ibidem.* §. *Hic iuxta primum membrum.* G. 8.

Gratia tanta si posset dari alicui alij, quanta data est animæ Christi, posset tantùm proficere in meritis, quod posset tantum mereri; quod videtur absurdum. *ibidem.*

Gratiam tantam posset Deus, de potentia absoluta, conferre alij naturæ, siue assumptæ, siue fortè non assumptæ, quanta est gratia collata animæ Christi, non tamen de potentia ordinata, quia, secundum leges, iam positas à sapientia Diuina, non erit nisi vnum caput in Ecclesia, à quo fit influentia gratiarum in membria. *ibidem. ✝. Hic posset dici.* G. 8.

Gratiam tantam Deum contulisse animæ Christi, quantam potuit, probabile est; Vnde cum potuerit conferre ei summam gratiam creabilem, summam illi de facto contulit: In commendando enim Christum malo excedere, quàm deficere à laude sibi debita, si propter ignorantiam oporteat in alterum incidere. 3.D.13.Q.4.§. *Quantum ad secundam quæstionem.* H. 9.

Gratiam summam esse alicui collatam, videtur simpliciter melius, secundum rectam rationem, quàm non esse collatam, iuxta illud Aug. 3. de lib. arbitr. *quidquid tibi vera ratione melius occurrit, scias hoc Deum magis fecisse, quàm non fecisse.* In hoc enim manifestatur summa misericordia Dei, in dando summum bonum gratiæ, sine meritis: Vnde probabile est hoc esse factum; & non in alio, quàm in anima Christi. *ibidem.*

Gratia finita suprema, collata animæ Christi, posse fieri aliquem alium gradum alicuius gratiæ maiorem, includit contradictionem; quia gratia ista est in termino. *ibidem. Ad secundum principalem primæ quæstionis. ✝. Si primo modo.* I. 12.

Gratiam considerando, & in se, & ex parte efficientis, & ex parte susceptiui, Christus habet gratiam in termino, ita quod non potest habere maiorem. Ex primo quidem, quia charitas est quædam participatio Dei; ideo necesse est

Gratia respectu animæ Christi.

est quòd secundum aliquem gradum determinatum capiat partem infinitæ perfectionis, ita quòd necessariò includat determinatum gradum, respectu charitatis infinitæ, sicut est determinata participatio, alioquin posset concludi quòd calor, & quæcunque talis forma posset esse infinita, quia quælibet forma est participatio infiniti. Ex secundo verò, scilicet ex parte efficientis, nempè Dei, quia efficit de nihilo naturam limitatam. Ex tertio denique, scilicet ex parte capacitatis in anima Christi, quia etsi capacitas sit respectu cuiuscunque gradus in forma, non tamen capacitas alicuius finiti est ad formam infinitam. 3. D. 13. Q.4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum.* ✝. *Ad tertium dico.* K. 14.

Gratiæ in tantum est capax natura intellectualis, inquantum est imago Dei; natura autem intellectualis Christi potuit esse summè imago Dei, adeoque summè capax gratiæ, & consequenter potuit sibi conferri summa gratia. 3. Dist. 13. Q.1. *In secundo argumento in oppositum.* n. 2.

Gratia talis collata est Christo, qualis decet Vnigenitum Patris; illa est summa possibilis dari, & consequenter summa gratia ipsi collata est. 3. D. 13. Q. 2. *In secundo argumento in oppositum.* n. 2.

Gratia non est data Christo ad mensuram, iuxta illud Ioan. 3 *Non enim dat Deus Spiritum ad mensuram*, quod intelligit de Christo, sicut & illud aliud ibidem, *De eius plenitudine nos omnes accepimus*: gratia autem non ad mensuram est gratia summa possibilis; plenitudo etiam, quæ potest participari ab omni alia gratia secundum aliquem gradum, non videtur esse nisi in summa gratia. 3. D. 13. Q. 2. *In tertio argumento in oppositum.* n. 2.

Gratiam tantam credendum est Deum contulisse animæ Christi Domini, quantam potuit conferre; Vnde cum tantam potuerit conferre, quantam potuit creare, & summam create potuerit, summam contulit. *ibidem. In quarto argumento.* n. 2.

Gratiam summam possibile est habere animam Christi Domini, & consequenter summam fruitionem; quia actus naturaliter elicitus ab aliqua forma æquatur in perfectione illi formæ; fruitio est actus supernaturalis, & per consequens elicitua à causa supernaturali, quæ est gratia; & patet quòd naturaliter, quia gratia non est formaliter libera; Vnde secundum quantitatem gratiæ potest esse quantitas fruitionis. 3. D. 13. Q. 3. *In argumento ad oppositum.* n. 2.

Gratia ex meritis Christi nobis collata.

Gratiam primam baptismalem meruit nobis Christus in nouo testamento, & similiter gratiam datam in Sacrificijs, & Circumcisione in veteri testamento; aliunde enim venire nobis non potuit gratia illa prima; Meruit itaque nobis gratiam primam, qua coniuncti essemus sibi; & consequenter meruit vt non coniuncti coniungerentur sibi: Et in hoc potissimè consistebat meritum; adeoque non solum meruit, vt coniuncti sibi vlterius cooperentur ei, & sic tandem glorificarentur, sed meruit, vt non vniti vnirentur etiam, qui nunquam se disposuerunt; Vnde magis meruit gratiam baptismalem, & primam, quàm quodcunque opus postea ex gratia. 3. D. 19. Q. *Vnica.* §. *Contra hunc modum dicendi.* ✝. *Præterea contra secundum.* n. 5.

Gratiam primam qui accipiunt, omnibus meruit Christus collationem eius, ita quod ibi non cooperatur voluntas nostra, nisi in adultis baptizatis, vbi requiritur aliqua bona dispositio voluntatis: & hoc fuit potissimum in merito suo, quòd meruit non coniunctos coniungi 3. D. 19. Q. *Vnica.* §. *In ista quæstione.* ✝. *Sed quid, & quibus meruit.* C. 8.

Gratiæ pœnitentialis, post lapsum in peccatum mortale actuale, licet meritum Christi sit principale in merendo, & totalis causa de condigno, tamen requiritur ibi aliquid

Gratia ex meritis Christi nobis collata.

à parte recipientis gratiam, vt contrictio, & compunctio de peccato, de congruo. *ibidem.*

Gratia prima nisi quilibet vtatur, & cooperetur, quàm sibi meruit Christus, nullus actu ingreditur in Cœlum, quamuis obstaculum intrandi amoueatur per passionem Christi. *ibidem.*

Gratia vt conferretur eis, qui præcesserunt exhibitionem passionis Christi, & dimitteretur eis originale, ab æterno præuidebatur meritum eius, & vt sic præuisum acceptum fuit, vt aliquid boni conferretur electis ratione illius, antequam exhiberetur. Exemplum de hoc: Ansel. 2. Cur Deus homo. cap. 16. Estò quòd multi offenderint vnum Regem, & pro offensa exulant, venit vnus innocens de Sanguine illorum, & promittit facere vnum opus pro Rege, placitum ei certo die statuto, vt Rex remittat ei offensam, & reconcilietur eis: Rex acceptando seruitium promissum, remittit offensam; Et si aliquis eorum deliquerit, si satisfacere, & pœnitere voluerit, promittit ei iterum offensam illam dimittere; protestando tamen, quòd nullus eorum, qui fuerunt inimici, intrabunt palatium suum, quousque seruitium innocentis promissum impleatur: Sic hic; passio Christi hominis innocentis, ab æterno præuisa vt exhibenda in certo tempore, fuit multùm accepta Trinitati, & pro ista omnibus credentibus illam exhibendam in tempore remisit offensam, quam contraxerant ex Adam, & quam postea commiserant, si pœnitere voluerint; non tamen acceptauit eam tantùm, vt aliquis ingrederetur palatium suum æternum, antequam passio exhiberetur in effectu: Isto modo remisit Patribus offensam in Circumcisione, sicut nobis in Baptismo; sed nullus est ingressus in palatium ante passionem exhibitam. *ibidem.* §. *Sed hic sunt quædam dubia.* ✝. *Ad primum illorum dico.* D. 9.

Gratia licet daretur pro passione Christi præuia illis Patribus, credentibus passionem exhibendam, & remitteretur eis offensa, tamen summum bonum, ad quod ordinatur meritum Christi, respectu eorum, pro quibus meruit, nempè ingressus eorum in Paradisum, non dabatur actualiter ante passionem exhibitam. *ibidem.*

Gratiam, & gloriam priùs voluit Deus omnes electos habere, quam præuiderit eos casuros; & priùs lapsuros, quàm præordinaret medicinam contra lapsum; & ideo passio, vt præuisa post præuisionem lapsus, potuit esse ratio remittendi offensam, & conferendi gratiam reconciliantem; non autem potuit esse ratio prædestinationis. *ibidem.* ✝. *Ad secundum.* E. 10.

Gratia de facto nulli datur, nisi per aliquam causam meritoriam, quæ meretur coniunctionem eius primam cum Deo: & hæc causa meritoria est Christus; sed præter istam non oportet dare aliam intrinsecam in recipiente, qua coniungatur Deo, antequam recipiat gratiam. 4. Dist. 4. Quæst. 2. *Ad secundum principale.* ✝. *Dico ergo.* C. 4.

Gratia respectu animæ Beat. Mar. Virginis.

Gratia æquiualet iustitiæ originali; quantum ad acceptationem Diuinam, vt propter hanc animæ habenti gratiam non insit peccatum originale; Vnde cum potuerit Deus in primo instanti creationis animæ. B. M. V. infundere sibi gratiam tantam, quantam alij animæ in Circumcisione, vel Baptismo; in illo instanti anima illa non habuisset peccatum originale, sicut nec habuisset, si post ea fuisset baptizata. Et si etiam infectio carnis fuit ibi in primo instanti, non fuit tamen necessaria causa infectionis animæ; sicut nec post Baptismum, quando manet, secundum multos, & infectio animæ non manet: aut potuit caro mundari ante infusionem animæ, vt in illo instanti non esset infecta. 3. Distinction. 3. Quæstion. 1. §. *Ad quæstionem igitur dico.* ✝. *Primum declaro.* A. 9.

Gratia respectu Animæ B. M. Virginis.

Gratiam causare potuit Deus in anima B. M. V. in tempore habito alicui instanti; quia si Agens naturale potest incipere agere in instanti, ita quòd in illo instanti fuerit in esse quieto sub vno contrario; & in tempore habito est sub forma contraria in fieri: Et quandocunque Agens naturale potest agere, Deus potest agere; sequitur quod in tempore habito alicui instanti potest causare gratiam. *ibidem*. ℣. *Secundum patet*. A. 10.

Gratiam potest habere anima per potentiam Diuinam, quando anima est in peccato; in tempore autem illo, quo Beata Virgo fuit concepta, potuit esse in peccato; Vnde similiter potuit esse in gratia: nec necesse fuit tunc quòd fuisset in gratia in primo instanti illius temporis, sicut nec de mutatione, & motu. *ibidem*.

Gratiam potuit Deus creasse in anima Beatæ Virginis in primo instanti suæ creationis. Quid autem sit factum, Deus nouit: Si auctoritati Ecclesiæ, vel auctoritati Scripturæ non repugnet, videtur probabile quòd excellentius est attribuere Mariæ. *ibidem*. ℣. *Præterea in primo instanti*. A. 10.

Gratia si alicui detur in primo instanti creationis animæ, licet ille careat iustitia originali, nunquam tamen est debitor eius; quia merito alterius præuenientis peccatum datur sibi gratia, quæ æquiualet illi iustitiæ, quantum ad acceptationem Diuinam, imo excedit; Vnde, quantum est ex se, quilibet (adeoque etiam Beata Virgo) haberet peccatum originale, nisi alius præueniret in merendo: Et ita exponendæ sunt authoritates: quòd omnes naturaliter propagati ab Adam sunt peccatores, hoc est ex modo, quo habent naturam ab Adam, habent vnde careant iustitia debita, nisi eis aliundè conferatur; sicut autem posset Deus post primum instans conferre ei gratiam, ita posset & in primo instanti. 3. Distinct. 3. Quæstion. 1. §. *Si autem teneatur pars negatiua*. C. D. 14.

Gratia Mediatoris nisi fuisset præuenta B. V. Maria, contraxisset peccatum originale, ex ratione propagationis communis: Et sicut alij indiguerunt Christo, vt per eius meritum remitteretur eis peccatum iam contractum, ita illa magis indiguit Mediatore, præueniente peccatum, ne esset ab ipsa aliquando contrahendum; & ne ipsa contraheret. *ibidem*. ℣. *Per istud patet*. D. 14.

Gratiam æquiualentem iustitiæ originali præcedit naturaliter natura animæ: & etiam in natura animæ B. V. præcedit naturaliter carentia illa iustitiæ originalis illam iustitiam; quia, quantum est ex subiecto, quod est priùs naturaliter vtroque opposito, priùs naturaliter priuatio inesset; tamen non oportet animam esse aliquando sub neutro extremo, neque priùs esse sub priuatione, quàm sub opposito. *ibidem*. ℣. *Ita in proposito dico*. E. 16.

Gratiam non habere, & esse filiam Adæ consequebatur naturam B. V. in primo instanti naturæ sic conceptam; sed non sequitur quòd in illo instanti naturæ fuerit priuata, loquendo de omnino primo instanti, quia, secundum illam primitatem, natura animæ ita naturaliter præcessit priuationem iustitiæ, sicut ipsam iustitiam; Sed tantum potest hoc inferri, quod in ratione naturæ, quæ est fundamentum filiationis Adæ, non includitur iustitia, nec eius carentia, quod concedo. *ibidem*. ℣. *Quando igitur arguitur*. F. 16.

Gratia nisi fuisset infusa animæ B. V. in instanti conceptionis naturæ, tunc fuisset sanctificatio non à culpa, quæ tunc infuit, quia nulla fuit; sed à culpa, quæ tunc infuisset: Et ita intelligi potest Bernardus, cum probat, in quadam sua epistola, quòd non fuit sanctificata ante conceptum. *ibidem*. ℣. *Ad argumentum Bernardi*. G. 20.

Gratiam (dato quod in conceptione seminum fuisset creatio animæ B. Virginis) non fuisset aliquod inconueniens tunc fuisse infusam animæ, propter quam anima non contraxisset aliquam infectionem à carne, cum libidine seminata; Sicut enim post primum instans Baptismi potuit manere infectio corporis, contracta per propagationem, cum gratia in anima mundata, ita potest esse in primo instanti, si Deus tunc creauit gratiam in anima Mariæ. *ibidem*. ℣. *Et dato*. G. 20.

Gratia respectu Angeli, & animæ.

Gratiam probabiliter aliquando habuit quilibet Angelus, siue in instanti creationis, siuè postea; Nam etsi non sit necesse quod ad hoc, quod aliquis peccet, prius habuit gratiam; tamen congruum est quod illi non solùm non fuerunt iniusti, quia acceperunt libertatem naturalem, per quam potuerunt saluare iustitiam naturalem; sed, secundum Anselmum de casu Diaboli. 12. & 16. quòd acceperunt iustitiam gratuitam. 2. Distinct. 5. Q. 1. §. *Ad inquirendum de istis vijs*. ℣. *Sed ad inquirendum vlterius*. F. 7.

Gratia, si vsque ad instans meriti, & demeriti, in quo omnes Angeli erant vniformes, tunc primò apponebatur bonis; videtur etiam tunc quòd debuerit etiam apponi alijs; nam ante illud instans non demeruerunt: Quare non debuit eis apponi gratia sicut alijs, qui meruerunt? Si autem illam fuissent demeriti, sanè prius eam habuerunt, quia gratia, & culpa non sunt simul; si itaque concedatur quod quilibet peccans aliquando fuit in gratia; sequitur necessariò quòd tres moræ, si ponantur, circa Angelos, erunt istæ: prima mora est omnium in gratia: & secunda bonorum in merito, & malorum in demerito: in tertia omnes in termino; Vel si dicatur eos aliquando fuisse in puris naturalibus, necesse est tunc ponere quatuor moras, ita quod omnes in prima mora fuerunt in puris naturalibus: in secunda omnes in gratia, & meruerunt boni, & mali demeruerunt: in tertia boni perseuerauerunt in bono, & mali in malo: in quarta & isti, & illi in termino. 2. Distin. 5. Quæstion. 1. §. *Ad inquirendum*. ℣. *Sed ad inquirendum*. G. 7.

Gratia (si dicamus, quòd tantùm in primo instanti Angeli erant vniformes in naturalibus, ita quòd nunquam fuerunt vniformes in gratia) tunc oportet dici quòd in secundo instanti dabatur non ponentibus obicem: & tunc fuisset data malis, si non apposuissent obicem: Et benè potuerunt ponere obicem respectu gratiæ recipiendæ, licet non respectu præmij recipiendi, in instanti, in quo debuit recipi, quia tunc non est recipiens in via, sed in termino: Et tunc ipsi demeruerunt, & boni meruerunt, omnes adhuc in statu viæ existentes: & in termino isti erant beati, mali verò obstinati; ita quod non credo quod omnes pares in via, fuissent dispares in termino. 2. Distinction. 5. Quæst. 2. §. *De tertio articulo*, ℣. *Nec valet quod dicebatur superius*. O. P. 16.

Gratiam habuisse Angelos bonos in primo instanti suæ creationis, dubium est; Vnde cum dicit Augustinus. 12. de Ciuit. cap. 9. *quòd Deus fuit simul condens naturam Angelorum, & largiens gratiam*; potest dici quod intelligit de gratia gratis data, quæ non facit ad beatitudinem: vel estò quòd fuerunt in gratia gratum faciente in primo instanti, adhuc non valet quòd fuerint beati; quia licet sine discursu statim Angeli habeant beatitudinem naturalem, tamen non oportet quòd statim habeant, habita ista gratia, supernaturalem, quia diceretur quod est quædam dispositio in fieri tantùm, non in facto esse, remanens, requisita ad beatitudinem supernaturalem: & huiusmodi dispositio est actus meritorius respectu beatitudinis simpliciter; ideo non simul insunt Angelo; in naturali autem beatitudine non est huiusmodi dispositio requisita. 2. D. 5. Qu. 2. *Ad secundum principale*. P. 16.

Gratia cum requiratur ad actum meritorium, & illa non possit inesse nisi à solo Deo creante; sequitur quod Angelus non habet totale principium actiuum ad agendum talem actum; nec est principale partiale principium actiuum, in cuius potestate sit producere reliquum principium actiuum partiale in esse, & amouere impedimentum vsus sui, & sui comprincipij, ad eliciendum actum, &

effectum

Gratia respectu Angeli, & animæ.

effectum communem eorum. 2.D.7.Qu.Vn.§. *De secundo dico*. ℣. *De principio actiuo*. H. 15.

Gratiam habere non est in potestate Angeli, nec per consequens vti gratia, nec etiam vti voluntate sua cum gratia ista ad actum suum eliciendum: & omnes hæ negatiuæ sunt veræ; quia non est in potestate eius habere formam, qua viator, nec amouere impedimenta; Vnde non est in potestate eius meritoriè velle. 2. Distinct. 7.Qu. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *Exemplum istius esset*. I. 16.

Gratia requiritur ad meritoriè resiliendum ab actu malo, vt aliud principium à voluntate, quam gratiam Angelus malus non potest ex se habere; Et Deus, secundum quod deseruit ipsum, disposuit sibi eam non dare. *ibidem*. ℣. *Respondeo, dico, quod ad resilendum*. N. 21.

Ad gratiam comparantur Angelus, & Anima secundum eamdem rationem receptiui, quia ipsa, vt recipitur, est forma eiusdem rationis: & ita recipientia, in quantum recipiunt, sunt eiusdem rationis: Exemplum, sicut albedo est eiusdem rationis in lapide, & ligno, ita ista, vt comparantur ad albedinem, non sunt alterius rationis; imo accidit eis esse alterius rationis, vt recipiunt formam eiusdem rationis; gratia autem Animæ, & Angeli est eiusdem speciei, alioquin vna vniuersaliter excederet aliam; & ita omnis gratia animæ esset maior quacunque gratia Angeli, vel è conuerso, quorum vtrumque est falsum; quare ambo ista comparantur ad gratiam, non vt sunt in substantia alterius rationis; sed ista alteritas accidit eis, vt recipiunt tale accidens; & ita quantam potest recipere Angelus, tantam potest anima recipere; summam autem creabilem potest aliquis Angelus recipere; ergo & anima, & consequenter ista anima. 3. D.13.Q.4.§. *Ad primam quæstionem*. ℣. *Præterea Angelus, & Anima*. F. 6.

Gratia, quæ est perfectio supernaturalis; & natura intellectualis, quæ est perfectibile supernaturale, sunt prima extrema huius proportionis; Vnde in quibuscunque contentis sub alterutro extremo est ratio istius proportionis; & ita quæcunque gratia potest esse perfectio cuiuscunque naturæ intellectualis. *ibidem*. ℣. *Præterea, quando inter aliqua extrema*. G. 7.

Gratia habere posse, secundum Augustinum primo de prædestinatione Sanctorum cap. 4. inest homini a natura; ita quod ista potentialitas fundatur in natura animæ, vt est talis essentia, ita quod nihil eam mutat. *ibidem*. §. *Ad argumenta istarum quæstionum*. ℣. *Ideo dico, quod in natura rei*. L. 15.

Gratiæ primæ quælibet anima est capax, quia non habet contrarium. 3.D.19.Q.Vnic.§. *Contra hunc modum dicendi*. ℣. *Item si dispositio*. n. 5. *Addit*.

Gratia vt collata per Sacramenta.

Gratia, quæ confertur per meritum Christi in Baptismo, vel in alijs Sacramento, non confirmat recipientem. 2. D. 20.Qu.1.§. *Dico ad quæstionem*. ℣. *Potest etiam sic persuaderi*. E. 3.

Gratia, & non delectio peccati originalis principaliter intenditur in Circumcisione: quia Agens, secundum rectam rationem, principalius intendit perfectionem, quam carentiam defectus, siue imperfectionis, quia non intendit illam carentiam, nisi propter perfectionem; Vnde Deus in instituendo Circumcisionem, cum sit Agens secundum rectam rationem, principalius intendit perfectionem positiuam, putà gratiam, quàm carentiam imperfectionis, idest peccati originalis. 4. Distinction. 1. Quæst. 6. §. *De potentia vero ordinata*. ℣. *Addo etiam*. G. 9.

Gratiam non causabant, tanquam signa efficacia respectu gratiæ, Sacramenta veteris legis, impropriè dicta; sed tamen in illis conferebatur gratia per modum meriti; licet aliqui negare videantur quòd in talibus, ex charitate factis, conferretur gratia; hoc enim videtur nimis durum, scilicet quòd aliquis, ex charitate, & obedientia, sit seruans Dei præceptum, & non mereatur: hoc etiam videtur irrationabiliter dictum quòd Deus dederit alicui præceptum, nolens obseruantem præceptum mereri, quantumcunque, ex charitate, & obedientia obseruaret. 4.D.1.Q.6.§. *De potentia vero ordinata*. ℣. *Tertio propter confirmationem*. I. 10.

Gratiam meruerunt Iudæi, ex charitate obseruantes Sacramenta impropriè dicta, vel augmentum eius, si eam iam habebant; Sed non propter hoc illa erant propriè Sacramenta; Sacramentum enim, ex virtute operis operati, confert gratiam; ita quòd non requiritur ibi bonus motus interior, qui mereatur gratiam, sed sufficit quod suscipiens non ponat obicem: in illis autem actibus non conferebatur ex hoc solo, quod offerens non poneret obicem, sed tantùm conferebatur ex virtute boni motus interioris, tanquam meriti. *ibidem*. I. K. 10.

Gratiam ex virtute operis operati, non tantùm ex virtute operis operantis, scilicet ex motu interiori, contulit per modum Sacramenti Circumcisio, quæ in veteri lege fuit propriè Sacramentum. 4. Distinction. 1. Quæst. 6. §. *De potentia vero ordinata*. ℣. *Tertio propter confirmationem*. K. 11.

Gratiam non fuisse collatam in Sacramentis veteris legis ex vi operis operati, si sint aliqua dicta Sanctorum id asserentium, potest intelligi, vel quòd loquantur de Sacramentis veteris legis impropriè dictis, scilicet de cæremonijs: vel si loquantur de Circumcisione, quæ fuit propriè Sacramentum, potest intelligi quod negent eam contulisse gratiam, vel quia paruam gratiam contulit respectu Baptismi: vel quia non contulit gratiam, vt dispositionem immediatam ad gloriam, quia non aperuit ianuam; licet hoc non fuerit ex defectu eius, sed quia fluxit tempore, quo pretium non fuit solutum: vel denique quia non vniuersaliter contulit gratiam cuicunque suscipienti; Nam fortè determinabatur, ex institutione Diuina, ad certum gradum gratiæ, ita quod vltra illum gradum non posset, nec intendendo, nec inducendo: & ita si tantum gradum inueniret in suscipiente, nihil sibi conferret. *ibidem*. ℣. *Respondeo. dupliciter potest intelligi*. & §. *Ex istis patet*. L. M. 12. 13.

Gratiam vberiorem recipit quantumcunque iustus accedat ad Baptismum; Vnde Baptismus generaliter intendit ibi gratiam iam habitam, vel inuentam; Sed non est ita in Circumcisione, vnde Abrahæ iam iustificato signaculum tantum fuit; nihil enim sibi interius contulit, quia gratia Abrahæ iam attigerat, vel transcenderat illum gradum, ad quem determinata fuerat Circumcisio: Et intelligo. Nihil ei intus contulit per modum Sacramenti, siue virtute operis operati; Sed credo quod ei contulerit per modum meriti, siue virtute operis operantis; quia credo quòd actus circumcidendi se ex obedientia Dei, & ex charitate procedens, ei fuit meritorius, sicut & immolatio Isaac. *ibidem*. ℣. *Respondeo. dupliciter*. L. 12.

Gratiam vel tunc in fieri, si non sit obex, vel tunc inesse satis certitudinaliter significat Circumcisio, quæ ob id non desinit esse propriè Sacramentum: Sicut si B. V. fuisset in conceptione Filij in summa plenitudine gratiæ, ad quam Deus disposuit eam peruenturam, si postea fuisset baptizata, nullam ibi gratiam recepisset de nouo; tamen Baptismus non fuisset in signum falsum, vel incertum, quia gratiam significaret vel tunc fieri, vel prius datam tunc inesse. *ibidem*. ℣. *Respondeo, quod satis certitudinaliter*. M. 12.

Gratia existente vna in anima, Sacramenta tamen diuersa distinguuntur penes diuersa significata propria, quæ sunt diuersi effectus eiusdem gratiæ; effectus autem gratiæ tàm in Circumcisione, quàm in Baptismo proprius est ablutio animæ à peccato, licet concomitetur alius, scilicet acceptatio ad vitam æternam. 4. Distinct. 1. Quæst. 6. §. *Ex istis patet*. ℣. *Ad vltimum dico*. N. 13.

Gratiam adhuc reciperet paruulus, & verè baptizaretur, licet in Ecclesia militante nullus esset fidelis, dummodo intenderent facere, quod Christus facit.

Gratia vt collata per Sacramenta.

4. D.4. Q. 2. *§. Ad quæstionem dico.* ℣. *Contra esto quod in Ecclesia.* B.4.

Gratia in paruulo (manente adhuc in vtero Matris) si non posset stare cum coniunctione ad causam corruptionis (peccati scilicet originalis, cuius causam aliqui putant esse carnem maternam respectu paruuli, quantum ad illam infectionem) sequeretur quòd non posset paruulus in vtero matris habere Baptismum flaminis, vel sanguinis, quorum vtrumque est falsum: De flamine patet de Hieremia, Hierem. 1. & de Ioanne Baptista, Lucæ 1. & de Matre Christi hoc tenet firmiter Ecclesia: De sanguine patet per hoc, quod si quis persequitur Matrem grauidam, eadem de causa persequitur paruulum in vtero eius: & per consequens si mater occiditur pro iustitia, similiter & paruulus; Si autem paruulus occideretur extra vterum, haberet Baptismum sanguinis, si pro iustitia, vel fide occideretur, etiam non baptizatus; Vnde eodem modo rationabile est quod Deus non contemnet eum, pro simili causa, in vtero matris passum. 4. Dist. 4. Quæst. 3. §. *Dicitur, quod non.* ℣. *Item si non posset.* n.2.

Gratiam magnam potest acquirere ille, qui non est baptizatus, quantumcunque aliter sit iustificatus, per actum facilem, scilicet per susceptionem Baptismi; quia quantumcunque perfecto, de lege communi, accedenti ad Baptismum augetur gratia; Vnde si negligat, videtur contemnere gratiam, & dat alijs occasionem sic iudicandi. 4. D.4. Q.6. *§. Respondeo dicendum.* ℣. *Ex hoc potest formari tertia ratio.* A.2.

Gratiam aliquam disposuit Deus regulariter conferre cum Baptismo, ita quod nulli minorem: & ista potest dici conferri virtute Baptismi, quia virtute veritatis huius signi; Et sicut determinatio illa vniuersalis, quantum ad istum gradum, est vniformis, ita effectus æqualis; Veruntamen quia Deus prædestinauit diuersos electos ad diuersos gradus gloriæ, & hoc ante determinationem huius signi ad tantam, vel tantam gratiam conferendam; & ordinato ad maiorem gloriam rationabiliter potest conferri maior gratia; posset Deus, in determinando veritatem, seu certitudinem huius signi, disponere conferre alicui suscipienti præcisè illam gratiam, quæ requiritur ad certitudinem signi; & alicui maiorem, quem prædestinauit ad maiorem gloriam; Sed ille vlterior gradus non conferretur virtute Baptismi, sed de speciali beneuolentia Diuina; propter hoc dici potest quod, ex parte causæ principalis, effectus est regulariter æqualis simpliciter; quia supponitur quod de lege communi prima gratia non datur maior, absque omni differentia extra causam principalem. 4. Dist. 4. Qu. 7. *§ Sic ergo ponendo.* ℣. *Quantum ad Deum determinantem.* A.3.

Gratia est inæqualis in suscipientibus Circumcisionem, & Baptismum, propter inæqualem applicationem causæ meritoriæ ad istos; & fortè etiam in baptizatis ante passionem, & post passionem. *ibidem.* ℣. *De secundo potest dici.* C.4.

Gratiæ inæqualitas si sit in aliquibus nunc baptizatis, propter specialem oblationem in voluntate Christi; dubium est de facto, sed non de possibili. 4. Distinct. 4. Quæstion. 7. §. *Sic ergo.* ℣. *De secundo potest dici.* C.4.

Gratiam æqualem habent paruuli baptizati, quantum est ex parte sui, cum nullum habeant motum proprium; potest tamen in parentibus vnius esse maior motus, quàm alterius pro suo paruulo; vel in aliquibus alijs ministrantibus, vel assistentibus Baptismo, propter quorum merita Deus vni paruulo potest conferre maiorem gratiam, quàm alteri; Sed hoc non virtute Baptismi, sed meriti: Et hoc modo fortè parentes B. Nicolai, orationibus suis, meruerunt sibi maiorem gratiam, quæ erat in eo etiam paruulo principium tàm mirabilis effectus, vt duobus diebus in hebdomada vnica tantùm lactatione contentus maneret: Et quoad hoc magis optandum est puerum baptizari à bono Sacerdote, quàm à malo, quia orationes Sacerdotis boni, quas multas facit, ante, & post Baptismum, magis exaudiuntur, & valent illi, pro quo fiunt, quàm orationes mali. *ibidem.* ℣. *De tertio dico.* D.5.

Gratia confertur in Sacramento secundum proportionem dispositionis in suscipiente; adeoque si baptizati sint adulti, cum illi per motum proprium possint esse inæqualiter dispositi; sequitur quòd possit esse inæqualis effectus. *ibidem.*

Gratiam maiorem habere potest adultus si comparetur cum paruulo, quia, regulariter, paruulus nullum meritum habet; adultus quantumcunque tenuem habeat voluntatem, dum tamen consentiat recipere Sacramentum, nec ponat obicem aliquem, videtur habere meritum proprium, & protanto magis dispositus est, quàm paruulus. *ibidem.* E.6.

Gratiam infundi, & actum meritorium simul habere non prohibet peccatum veniale; Vnde licet adultus toto tempore Baptismi peccet venialiter, non videtur ob id esse indispositus, vt propterea paruulus, qui nullam talem indispositionem habet, in illo casu maiorem gratiam recipere debeat; Tamen quia anima pluribus actibus non potest simul æquè perfectè esse intenta, actus bonus, cum quo concurrit veniale, est minus intensus, & ideo minùs meritorius, quàm foret sine illo veniali. *ibidem.* ℣. *Sed esto quod adultus.* E.6.

Gratia vt maior, vel minor recipiatur in Baptismo, magis dependet à baptizato; Sed ad hoc, quòd Baptismus sit Sacramentum, plus dependet à Ministro; quia in eo simpliciter requiritur intentio, non sic in suscipiente, qui non potest vti ratione. *ibidem.* ℣. *Ad argumentum dico.* G.7.

Gratia est forma supernaturalis, & perfecta; & ideo congruit ad eam esse aliquam dispositionem præuiam supernaturalem, cuiusmodi est character, quem, ob auctoritatem Ecclesiæ, ponendum est imprimi in Baptismo. 4. Dist. 6. Quæst. 9. §. *Ad quæstionem potest dici.* ℣. *Prima talis.* I.15.

Gratiam non semper habent Sacramenta, sicut in ficto; benè tamen aliquem alium effectum, quia congruit, Deum non instituisse Sacramenta vana, saltem pro noua lege, quæ perfecta est; adeoque congruit quòd Sacramenta sua à nullo recipiantur verè, quin aliquem effectum habeant. *ibidem.* ℣. *Secunda consequentia.* I. 15.

Gratiam licet Deus posset, de potentia absoluta, causare, quæ est principalis effectus Baptismi, & etiam illos alios effectus proprios, assignatos characteri, scilicet assimilare &c. siue tali forma absoluta, quæ ponitur character; tamen de potentia ordinata tenetur quòd causat illos effectus, mediante ista forma: & hoc congruè, propter aliquas rationes. 4. Distinct. 6. Quæstion. 9. *§. Ad quæstionem.* ℣. *Ad aliam rationem.* L.17.

Gratiam conferri paruulo in Baptismo, vel confitenti in confessione, nullo modo pertinet ad obiectum beatificum id concludere, sub ratione ostensi. 4. Distinct. 10. Quæst. 8. *§. Respondeo ad quæstionem.* ℣. *Tertia conclusio est.* H.10.

Gratiæ collationem, congruum est annecti contractui matrimoniali; quia contractus prædictus est difficilis, cum ex eo nascatur obligatio valde difficilis, cuius difficultas coniuncta est honestati; ad honestum autem, & difficile congruum est gratiam conferri. 4. Distinction. 26. Quæstion. Vnica. §. *Ad solutionem quæstionis.* ℣. *De quarta conclusione.* I. 11.

Gratiam regulariter conferri in aliquo signo sensibili ad hoc à Deo instituto (loquendo de matrimonio) congruum est, quia expedit, talia signa esse instituta pro statu isto. 4. D.26. Q.Vn. *ibidem.* ℣. *Secunda conclusio est hæc.* I.11.

Gratiæ collatæ quia contractus matrimonialis est signum efficax, expedit Sacramentum propriè dictum coniungi contractui prædicto. *ibidem.* ℣. *Tertia conclusio. Expedit.* I.11.

Gratia est primus effectus partialis in animabus contrahentium matrimonium: & hoc nisi sit obex peccati mortalis hinc, & inde; non enim

suffi-

Gratia vt collata per Sacramenta.

sufficit, ad gratiam percipiendam, quòd contrahens non sit fictus respectu Sacramenti, sed oportet quòd prius pænituerit; quia istud Sacramentum non dat primam gratiam: secundus effectus est vnio animarum contrahentium; Sed primus effectus totalis est vnus, scilicet gratio sa coniunctio animarum. 4. Distinction. 26. Quæstion. Vnica. §. *Ad solutionem quæstionis*. ℣. *Sed quis effectus*. N. 15.

Gratianus.

Gratianus non rectè loquitur de iure legis naturæ, volens, illa, quæ sunt in scriptura veteris, vel noui testamenti, de lege naturæ esse; quia nec illa omnia sunt principia practica, nota ex terminis; nec conclusiones practicæ demonstrantæ; nec vera euidenter consona talibus principijs, & conclusionibus. Exponendus ergo est quod extendit ius naturale ad ius positiuum ad Auctore naturæ, vt distinguitur contra ius positiuum ab aliquo, qui non est Auctor naturæ. 4. D. 17. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *De primo ad propositum*. A. 3.

Gratificabile.

Gratificabile quodcunque capax, est in potentia obedientiali quantæcunque gratiæ; quia respectu huius accidentis per accidens, & tamen conuenientis, non habet vnde determinetur ad certum gradum; neque istud inducitur per aliquam alterationem passi, vel ab Agente naturali, sed tantum secundum quod absolutè subiectum est capax, & Deus potest imprimere. 3. D. 13. Qu. 4. §. *Ad argumenta istarum quæstionum ad primum*. ℣. *Potest dici breuiter*. I. 11.

Gratificare.

Gratificare, idest gratum reddere etsi significetur actiuè, non tamen est agere; sicut nec albedinem facere parietem album est agere, sed informare parietem: Et in hoc sensu tantum verum est quod gratia semper gratificat 2. D. 26. Q. Vn. §. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Ad tertium dico*. B. 7.

Gratius.

Gratius aliquid debuit Deo offerri, & ab eo acceptari, quàm esset offensa hominis sibi displicens, vel ingrata, quia homini, facto Dei inimico per culpam, disposuit Deus non remittere illam culpam, neque aliquod adiutorium dare ad talem remissionem, siue ad consecutionem beatitudinis, nisi per talem oblationem: Nihil autem potest inueniri gratius Trinitati, quàm sit tota culpa, & offensa generis humani displicens, vel ingrata, nisi sit aliquod obsequium personæ magis dilectæ, quàm tota communitas illa, quæ offendit, per vniuersalem offensam, fuerat, vel debebat esse chara, si non offendisset: Talem verò personam sic dilectam non potuit genus humanum, ex se, habere, quia totum fuit inimicum de vna massa perditionis; Vnde disposuit Trinitas personam sic dilectam sibi dare generi humano, ac ipsam ad hoc inclinare, vt ipsa offerret obsequium pro toto illo genere; Talis persona non est nisi Christus, cui non ad mensuram dedit Deus spiritum Charitatis, & gratiæ, Ioan. 3. & tale obsequium est illud, in quo maxima apparet charitas, quod est offerre se vsque ad mortem pro iustitia; quare Trinitas nullum adiutorium, pertinens ad salutem contulit homini viatori, nisi in virtute huius oblationis Christi in Cruce factæ; & à persona dilectissima, & ex maxima charitate: Et per hoc passio illa fuit meritoria causa respectu boni meritorij, collati homini Viatori. 4. D. 2. Q. 1. §. *Ex his duabus conclusionibus*. ℣. *Et secundum hoc dico*. F. 6.

Graue quo ad causam sui motiuam.

Grauibus, & leuibus inest potentia actiua ad illud *vbi* cuius sunt receptiua naturaliter. 2. Distinction. 2. Quæst. 10. §. *Concedo, quod potest*. ℣. *Patet etiam in grauibus*. A. 2.

Graue, & leue dicit Philosophus. 8. Phys. Tex. 53. quod habent principium non agendi, sed patiendi: & in secundo de generatione. Tex. 8. inquit, quod nec sunt actiua, nec passiua: non tamen contradicit sibi in his locis, quia aliter loquitur ipse de actione. in 8. Phys. & aliter. in secundo de generatione, vbi occurrit sermo de actione, & passione; In lib. enim Physicorum loquitur de motu generali, & vniuersali: In libro autem de generatione de motu ad formam: & ita verum est quod dicit. 8. Phys. quòd habent principium patiendi, respectu motus localis: In libro autem de generatione loquitur de actione ad formam, vbi agens, & patiens sunt contraria; quod vtique verum est de actione vniuoca eorum, quæ sunt in principio dissimilia, & contraria; & in fine sunt similia. 2. D. 2. Q. 10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Respondeo. dico*. A. 4.

Grauia, & leuia negat Philos. 2. de generat. non solum esse principia agendi, vel faciendi, sed etiam patiendi, hoc sensu, quatenus ista non sunt principia agendi alia, nec patiendi ab alijs; & ideo non sunt principia producendi aliquid, secundum formam aliquam, de qua productione loquitur ibi; nec principia patiendi ab aliquo Agente, correspondente tali actioni; sunt tamen principia actiua aliquo modo respectu motus localis ad *vbi*, & aliquo modo passiua respectu eiusdem, quorum vtrumque expressit ipse in. 8. Phys. quòd passiua in hoc, quod naturalia habent in se principium patiendi: quòd actiua in hoc, quòd dicit, operationem leuis esse alicubi, sicut scientis considerare. 2. D. 2. Q. 10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Respondeo. dico*. B. 4.

Grauia descensus quando est in actu, tunc aliquid est causans in actu: non autem tunc est in actu removens prohibens; neque per consequens ab impellente ipsum graue fertur deorsum, quia pellens non per se mouet deorsum, quia in hoc est quasi remouens prohibens: & tale mouens, secundum Philosophum 8. Phys. est quasi mouens per accidens; & præter mouens per accidens, oportet dare mouens per se efficiens; quia omne per accidens habet reduci ad per se. 2. Dist. 2. Quæst. 10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Ad istam conclusionem*. B. 5.

Grauis motus deorsum, seu descensus causa immediata effectiua non est remouens prohibens, nec per consequens impellens ipsum graue deorsum; quia hoc est quasi mouens per accidens: Nec potest esse centrum trahens, quia si, per impossibile, nullum graue esset in centro, sed tota terra amota ab eo, & remaneret centrum sub sola ratione centri vt prius, adhuc graue naturaliter tenderet ad centrum: Neque vbi mathematicum, quia non est forma actiua: Nec influentia Cœli, quia hoc videtur esse fuga recurrere ad agens vniuersale, quia est negare effectus particulares, & causas particulares: Nec graue actu motum, quia nihil mouet se vniuocè ad illud, quod habet; & præter hoc, motus est quid extrinsecum graui: Nec generans, quia tunc potest non esse: Quare oportet dare quòd sit aliquid intrinsecum ipsi graui, vel ipsummet graue per aliquid. 2. Dist. 2. Qu. 10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Ad istam conclusionem*. B. 5.

Graue non mouetur à generante per hoc, quòd generans maneat in virtute in graui; istud enim non manet in virtute, nisi sicut causa in suo effectu; & quod sic manet, non est ens in se, sed tantum quia manet in suo effectu: & tunc virtus illa, respectu motus, pertinet ad genus causæ efficientis, si generans dicatur efficere; & nihil efficit, nisi secūdum quod est in actu, necesse est igitur quòd efficiens efficiat actu; quia illud, quod est efficiens in virtute tantùm, non efficit: & ita adhuc sequitur quod graue moueatur per aliquid sibi intrinsecum. *ibidem*. ℣. *Quia igitur oportet dare aliquid intrinsecum*. C. 6.

Graue, cui alligatum est leue, cuius leuitas non excedit gra-

Graue quo ad causam sui motiuam.

uitatem eius, mouet illud leue, trahendo illud secum ad centrum; & nou mouet, nisi quia motum; adeoque prius naturaluee est motum, quàm moueat; & ab eodem mouetur, à quo habet quod moueat illud sibi alligatum; mouet autem illud, & non per aliud, quàm per grauitatem suam; igitur & se ipsum. *ibidem. ✝. Præterea, illud quod non mouet.* C. 6.

Graue habet potentiam actiuam eespectu *vbi* deorsum, sicut babet eespectu illius, quod teahit secum; & ipsummet, quando est extra illum locum, est receptiuum illius formæ, carens ea, & est proportionatum, & approximatum sibi: ideoque potest istam formam causaee iu se ipso. *ibidem.* D.6.

Graue, impeditum à motu, remouet prohibens, si grauitas eius vincit virtutem illiua impedientis, vel resisteutis; putà si superponatue alicui continuo; & grauitas eius superet eationem continuitatis, frangit illud: & sic soluendo coutinuitatem eiua, soluit impedimentum descensuaeius: Huius autem fractionis, cum sit motua violentus, oportet ponere existentem causam exeriusecam, & non videtur rationabile fingeee aliam causam, quàm ipsummet graue; non autem frangit illud, nisi quia inteudit facere se in centro, & sic ab eodem principio actiuo habet se facere iu centro, à quo habet illud impedieuaremouere. *ibidem. ✝. PPræterea, graue impeditum à motu.* D.7.

Grauius mouetur velociuia, quàm minuagraue; & tamen ab eodem, videlicet generaute, posset generari aliquid grauiua, & etiam aliquid minus graue: & possent ista duo esse in eadem distantia ad centrum, & in eadem influentia Cœli; ex quo fit quòd difformitaa motua in istis est ab aliquibua intrinsecis. *ibidem. ✝. Hoc etiam declari potest aliter.* D.7.

Grauis motus deorsum si effectiuum esset præcisè aliquid extrinsecum, difficile esset assignare causam motua naturalia, qui, secundum Philosophum, primo de Cœlo, & Mundo, inteuditur in fine. *ibidem. ✝. Item motus naturalis.* D.7.

Graue se mouet effectiuè, sicut sciens mouet se effectiuè ad actum speculandi; quod intelligitur sic: Sicut habena formam aliquam, quæ nata est esse principium alicuius actionis vniuocæ, potest per illam formam agere iu receptiuum approximatum, & proportionatum; ita etiam habens formam, quæ nata est esse principium actionis æquiuocæ, potest per ipsam agere æquiuocè in passum approximatum; & si ipsummet sit receptiuum illius actionis, vel effectua æquiuoci, & carens eo, ex quo est maximè approximatum, & proportionatum sibi ipsi, non solùm poterit causare effectum illum in alio, imo summè causabit istum effectum in se ipso. Ita in proposito: lapis existena sursum, est in potentia ad *vbi* deorsum; grauitas autem, respectu istiua *vbi* est principium actiuum æquiuocum, sicut vniuersaliter respectu *vbi* non oportet quærere uisi principium æquiuocum, non euim mouens mouet mobile, ad aliquod *vbi*, quia formaliter mouens est in actu secundum illud *vbi*, sed tantum quia virtualiter; Vude quia ipsummet graue receptiuum est ipsius effectus æquiuoci, & caeet eo, causat in se ipso primò istum effectum, & in nullo alio, nisi priua causando in se; ita quòd causare istud est operatio grauis, sicut dicit Philosophus, vt calidi calefacere; Sed quod causet hoc in se accidit ei, accidit enim sibi; inquantum est actiuum, respectu huiua causationis; vel respectu huiua causabilis, quòd ipsummet sit receptiuum eiusdem effectua. 2. Dist. 2. Quæst. 10. *§. Respondeo tunc ad Philosophum.* E. 8.

Graue si manena sursum posset propellere aliud ad centrum, tuuc nou dubitaret aliquis quomodo graue esset principium descensus in altero; nec modo minus est causa actiua respectu descensus sui ipsiua. *ibidem.* F.9.

Grauis motua non est naturalia in se, ex hoc quod habet principium actiuum in se, sed solùm ex hoc, quod mobile habet principium iutrinsecum passiuum, naturaliter inclinans ad motum; quod patet per desinitionem naturæ. 2. Phys. *quia est principium motus eius, in quo est, per se, & non per accidens*: nihil euim est principium naturaliter mouendi alicui, nisi inquantum est per se, & primò in eo, quod mouetur; non est autem per se, & primò in aliquo, quod mouetur, nisi inquantum est passiuum; adeoque non est aliquid natura, vel principium naturale alicuiua, nisi quia est principium passiuum iu moto. Hoc etiam patet, quia ideo aliquid mouetur naturaliter, quia mouetur sicut aptum uatum est ipsum moueri: ita est in proposito, ita quòd licet hic, sicut & in multis alijs, principium actiuum sit principium mouendi; non tamen propter illud principium actiuum mouetur uaturaliter, sed propter principium passiuum, propter quod sic mouetur: Et hoc est quod subdit Philosophus, postquam dixit, quod *actus leuis est esse alicubi, & sursum*; tamen dicit ipse: *quæritur, quare mouentur in ipsorum loca?* Et eespondet, *Causa autem est, quia apta nata sunt ibi esse*: Et siguanter dicit, *in ipsorum loca*, hoc est, naturaliter mouentur in loca illa, quia apta nata sunt ibi esse, idest, habent naturalem inclinationem ad illud *vbi*: Et hoc modo postea subdit, *quod habens principium tantùm patiendi, & non faciendi*, scilicet eespectu motua, inquantum naturalis est: & ita ibi in solutione istiua dubitationis de motu grauium quasi interscalariter loquitur de principio effectiuo huius motus, & de principio naturali huiua motua, quod tantum passiuum est. *ibidem. ✝. Tamen propter vnum verbum.* F.9.

Graue, vt graue, nou mouere se sicut animal, beuè probatur primò, quia non est auimal: Secundò, quia non potest sistere in se: Tertiò, quia non potest mouere se motibua diuersia; quæ tamen rationes non probant graue simpliciter non mouere se naturalitee deorsum. *ibidem. ✝. Rationes etiam eius.* F.10.

Geaue non mouet se, sicut Agens per cognitionem mouet se; non enim auimal posset sistere se circa vltimum termanum intentum; uec etiam posset mouere se diuersia motibua, nisi ageret per cognitionem: Et ex hoc satis sequitur propositum Philosophi, quòd ista uon sunt prima mouentia; nam primum mouena mouet per cognitionem, quia sapientia est dirigere. *ibidem.*

Graue, loquendo de continuo, quatenus est eiusdem dispositionis in omui parte, uon mouet se effectiuè; quia non est pars vna in actu, quæ potest facere aliam in actu, Secundum eamdem qualitatem, quomodo Philosophus dicu in lib. de seusu, & seusato. cap. 7. Et hoc modo verum est quòd pars grauis, existens in actu, noncausat motum iu alia parte; sed totum graue est iu actu, secundum actum primum, & causat in se actum secundum. *ibidem. ✝. Quarta ratio sua.* F. 10.

Grauia, & leuia non eeducunt se ipsa de potentia secunda ad actum secundum, nisi priùs reducta fuerint de potentia prima ad actum primum; vel saltem possent eeduci ad actum primum: quod dicitur pro totia elementia, quæ tota, secundum Philosophum. 3. Cœli; & alibi, sunt ingenerabilia, & incortupribilia; & tamen quia sunt eiusdem rationis cum partibua suia, non repugnat eis reduci de potentia prima ad actum primum, sicut partea eorum reducuntur; Vnde sequitur quod omne graue, & leue, licet moueat se effectiuè de potentia secunda ad actum secundum; tamen mobile est, vel mouetue ab aliquo alio extrinseco à potentia prima ad actum peimum; Nou enim oportet quòd si omne, quod mouetur, ab alio mouetur, quòd in omui motu moueatur ab alio; sed sufficit Philosopho primum, quia per hoc deuenietur ad aliquod aliud ab omnibus istis, quod nec in vno motu, nec in quocunque poterit moueri ab alio, sed est omnino mouens immobile. *ibidem. ✝. Sed obijcies.* G. 11.

Grauia, & leuia licet iu motu deorsum, & sursum moueantur à se effectiuè, non tamen mouentur à se, sicue à primia mouentibua, ex quo nou mouent se per cognitionem; sequitur quòd præsupponant aliquid sic moueus per cognitiouem; & ita licet moueane se effectiuè, non ramen sic, quin moueantur ab alio, licet uon sicut à causa pròxima. *ibidem.*

Graue quo ad causam sui motiuam.

Graue mouetur à se primò, quia secundū quamlibet partem & mouet, & mouetur, & cuilibet parti competit, licet non primò, sed inquantum est in toto, & mouere, & moueri. 2. D.2.Q.10. *§. Ad argumentum primum. Ad secundum principale. ¶. In proposito autem dico.* K. 13.

Graue totum, & pars grauis sicut sunt homogenea in grauitate, ita moueri totale, quod est passio totalis totius; & moueri partiale, quod est passio partis, sunt moueri eiusdem rationis: Et sicut moueri deorsum naturaliter in communi inest primò primitate causalitatis præcisè graui in communi, ita hoc moueri totale inest huic graui totali, simili primitate: & hoc moueri partiale, quod est pars huius moueri totalis, inest parti huius grauis, simili primitate. 2. D. 2. Qu. 10. *Ad secundum principale. ¶. Sed numquid conuenit.* K. 14.

Graue primitate causalitatis præcisè mouetur à se primò motione totali: & verum est quòd hæc motio totalis non remoueretur à totali graui propter hoc, quòd remoueretur hæc motio totalis à quocunque, quod non est hoc graue; Verum est enim quod pars totius grauis non mouetur hac motione totali; nec propter hoc remouetur hæc motio totalis ab hoc graui totali. *ibidem.* L. 14.

Graue totale, inquantum est tale homogeneum, est ex partibus similibus; & partes istæ sunt priores aliquo modo ipso toto, ita quod, destructis istis in ratione partium, non manet totum: & ita non est inconueniens quod eis insint suæ passiones, vt motiones partiales, & quodammodo priùs, quàm motio totalis conueniat ipsi toti; quia & motio totalis componitur ex partium motionibus partialibus, sicut totum graue ex partibus grauis. 2. Dist. 2. Quæst. 10. *Ad secundum principale. ¶. Respondeo, & dico.* L. 15.

Graue manens actu graue si moueretur sursum à Deo, etsi graue sit in perfecta potentia obedientiali ad Deum, non tamen videtur moueri passiuè naturaliter, ex parte sua. 2. Distinct. 3. Quæst. 10. *§. Ista opinio. ¶. Quod etiam dicit.* E. 14.

Graue, posito quod non habeat in se principium actiuum descensus deorsum, à quocunque tamen actiuè descendat, mouetur naturaliter. 2. Distinct. 18. Quæst. Vn. *§. Contra primum motiuum. ¶. Respondetur ad argumentum.* C. 5.

Graue cum ascendit, ne fiat vacuum, non est ibi violenter sine actu suo descendendi; & ideo secundum inclinationem naturæ quiesceret naturaliter, sed secundum quid innaturaliter. 4. D.49.Q.14 §. *Ad illud quod obijcitur. ¶. Ad primum dico.* K. 12.

Graue est determinatum ad descensum, non habito necessario actu descendendi à generante, sed tantùm habito ab ipso principio naturaliter determinatiuo ad descendendum. *Quodl.* Q.16.§. *Contra istud: ¶. Respondeo, licet necessarium sit.* V. 16.

Graue mouet se necessariò deorsum, descensum causante grauitate intrinseca; sicut voluntas mouet se ad aliquod *velle*, respectu cuius ipsa voluntas est ratio necessariò causandi; & tamen graue non æquè liberè mouet se ad descensum, sicut voluntas ad illud *velle*, quia illa causario grauitatis est naturalis, ista libera: & alia ratio non est, nisi quia hoc est hoc, & illud est illud. *Quodl.* Quæst. 16. *§. Contra istud. ¶. Si autem dicas.* V. 16.

Graue quo ad sui quietem in centro.

Grauis quies requirit causam actualiter causantem; Vnde oportet dare causam, coæuè causantem quietem naturaliter grauis, cum ipso graui; nulla autem causa coæuè causans quietem istam cùm graui est, nisi graue; & per consequens mouetur ad illam quietem à se ipso. 2. Distinct. 2. Quæstion. 10. §. *Et si dicatur. ¶. Hoc etiam poterit.* D. 6.

Graue quod moueat se ad centrum, & quietetur in centro, est verbum metaphoricum dicere ipsum taliter quietari; habet enim tantùm actionem, quæ est motus grauis, non tamen circa centrum habet operationem, & ideo non coniungit se centro; tamen, supposito quod sic, hoc non est nisi causatio alicuius *vbi* naturalis, non alicuius formæ absolutæ, & consequenter non est beatitudo, quæ est forma absoluta. 4. D.49.Q.8. §. *Secundo videndum est. ¶. Et si obijciat.* E. 6.

Graue licet sit capax esse summè deorsum, scilicet in centro, non tamen omne graue potest esse in centro; & si tolleretur impedimentum, esset summè deorsum, & tamen non potest esse, sed facit se deorsum quantum potest, & ibi quiescit: & ideo sufficit quod graue quietetur eo modo, quo grauitas est principium intrinsecum ad quietationem; Est autem sic principium, quòd stante eadem perfectione naturæ, ad quam est maior intentio naturæ, maiorem habet perfectionem: & hoc siue sit ab intrinseco perfectiuo eorum, siue ab extrinseco, quod est natura vniuersalis; hoc autem est, vt illa, quæ sunt magis grauia, quietentur magis deorsum; Vnde sufficit minus graui quod quietetur in superficie terræ. 4. Dist. 50. Qu. 6. §. *Respondeo, & primo ad secundam quæstionem. ¶. Respondeo, quòd inæqualitas potest stare.* A. 3.

Graue in vacuo positum.

Graue, si vacuum poneretur, non moueretur in ipso, secundum Philosophum, quia vacuum non potest cedere graui; & dimensiones separatæ non possent esse simul; tamen si poneretur vacuum posse cedere, & esse spatium, & non quod latera pleni essent simul, quia tunc non esset vacuum; tunc dicendum quod motus grauis esset successiuè in vacuo, quia prior pars vacui priùs cederet; & totum graue priùs transiret hanc partem spatij, quàm illam. 2. D.2. Q.9. *Ad quartum principale. ¶. Et cum arguitur de dicto.* Z. 41.

Graue positum in spatio vacuo, vbi imaginantur tria *vbi* A. B. C. sibi æqualia, non prius, secundum Henricum, erit in A, quàm in B, nec in B, quàm in C nisi secundum imaginationem, non autem secundum rem, seu durationem. 2. D.2.Q.11. §. *Contra primam positionem. ¶. Henricus* 4. *Addit: Impugnatur. ibidem. ¶. Si enim vacuum posset cedere.* n. 4.

Graue si positum esset in vacuo, ita quod vacuum posset illi cedere, & ita esset motus in vacuo; non esset intelligibile quòd illud graue esset in pluribus *vbi* sibi æqualibus, sed priùs in vno *vbi*, quam in alio, & priùs in priori *vbi*, quàm in posteriori: & priùs duratione vna pars grauis esset in spatio, quàm alia pars. *ibidem. ¶. Si enim vacuum.* n. 4.

Grauitas quatenus principium motus, & quietis.

Grauitas est actus prior, determinans, & inclinans ad determinatum *vbi*, licet, secundum aliquos, grauitas non sit principium respectu esse in illo *vbi*. 1. D.17. Q.2. §. *Qui vellet tenere conclusionem.* M. 12.

Grauitas inclinat deorsum, licet non sit ratio receptiua eius, quod est esse deorsum, sed corpus, inquantum est receptiuum alicuius *vbi*. 1. D.17. Qu.2. §. *ibidem. ¶. sic igitur patet.* N. 13

Grauitas respectu *vbi* deorsum, ad quod lapis existens sursum est in potentia, est principium actiuum æquiuocum, sicut vniuersaliter respectu *vbi* non oportet quærere nisi principium æquiuocum. 2. D.2. Qu.10. §. *Respondeo, tunc ad Philosophum.* E. 8.

Grauitas mouendi deorsum est qualitas naturalis, quæ est principium motus. 2. D.15. Q. Vn. *Ad tertium principale.* G. 9.

Grauitas sic est principium intrinsecum ad quietationem, quòd, stante eadem perfectione naturæ, ad quam est maior intentio naturæ, maiorem habet perfectionem, & hoc, siue sit ab intrinseco perfectiuo eorum, siue ab extrin-

Grauitas quatenus principium motus, & quietis.

extrinseco, quod est natura vniuersalis; hoc autem est, vt illa, quæ sunt magis grauia, quiescentur magis deorsum; Vnde sufficit minus graui quod quiescetur in superficie terræ. 4.D.50. Q.6.§. *Respondeo, & primo ad secundam quæstionem*. ℣. *Respondeo, quod inæqualitas*. A. 3.

Grauitas respectu corporis Gloriosi.

Grauitas quod tollatur à corpore glorioso per aliquam qualitatem supernaturalem, vt aliqui volunt, post resurrectionem, non intelligo; quia quòd maneat corpus hominis, & dominetur in eo terra, & tamen non maneat grauitas, est omnino inconueniens; sicut dicere quod fiat Sol, vel aliud corpus cæleste, & dominetur in ipso terra, & quod non maneat grauitas, manente terra, esset idem dicere, sicut quòd remaneret lapis, & non esset durus. Non video ergo quòd per illam qualitatem tollatur grauitas; Anima enim humana non perficit corpus quocunque modo dispositum; si enim esset corpus hominis ita densum, sicut aurum, non esset perfectibile ab anima; ita si non haberet grauitatem, & alias qualitates naturales suas, non esset perfectibile ab anima. 4. D.49. Q.14. §. *Respondeo. hic sunt breuiter*. ℣. *Istam opinionem non intelligo*. F. 10.

Grauitatis capax est corpus hominis, non leuitatis, quia quando aliquid determinat sibi vnum oppositorum, alterum oppositorum non potest sibi inesse, nec per se, nec per accidens; Vnde si corpus humanum (gloriosum) est receptiuum qualitatis, quæ repugnat grauitati, non esset determinatum naturaliter ad grauitatem, quod apparet falsum; adeoque per talem formam non erit corpus hominis agile. 4.D.49.Q 14. *ibidem*. ℣. *Præterea corpus hominis*. G. 10.

Grauitas non omnino aufertur à corpore glorioso; requiritur enim grauitas ad hoc, quod sit corpus perfectibile ab anima; propterea cùm dicit Augustinus. 21. de Ciuit. Dei. cap. 10. *quod tunc pondus graue corporis auferetur*, intelligendus est, quòd pondus corporis aggrauans auferetur; *corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam*; & ideo hoc pondus aggrauans aufertur: Vnde sicut Philosophus dicit. de Cœlo. lib.2. Tex.37. & expressiùs. Tex.71. quod si esset vna stella addita, aut amota, non moueretur ab intelligentia; ita si corpus fieret leue, non esset perfectibile ab anima, nec anima compararetur ad ipsum vt motrix; Vnde videmus quòd leuitas in aliquibus impedit motum. 4.D. 49. Qu. 14. §. *Ad illud, quod obijcitur de Augustino*. K. 12.

Grauitas quantumcunque tollatur à corpore glorioso, nihilominus remanet corpus naturale sensibile, vt patet de Cœlo, quod nec est graue, nec leue, vel etiam stella. 4. D. 49.Q.16.§. *Alij dicunt quod repugnantia*. ℣. *Præterea si dimensiones*. D. 11.

Grauitas respectu peccati.

Grauitas peccati vel concluditur ex hoc, quod opponitur magis intensæ bonitati; vel quia bonitas opposita est magis necessaria, scilicet quia peccatum tale est magis contra plura præcepta, & magis ardua, quàm aliud peccatum. 2. Distinct. 21. Quæst. 2. §. *Ex isto patet secundum*. D. 3.

G R E

Gregorius quo ad concessionem factam præsbyteris administrandi Sacramentum Confirmationis.

Gregorius, vt refertur. dist.95. c.Peruenit. videtur concedere Præsbyteris non Episcopis posse ministrare Sacramentum Confirmationis, his verbis: *Peruenit ad nos quosdam scandalizatos fuisse, eo quod Præsbyteros tangere chrismate eos, qui baptizati sunt, prohibuimus*: Et sequitur: *Si omnino de hac re aliqui contristentur, vbi Episcopi desunt; vt Præsbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus*. Nec hic, vt aliqui volunt, Papa consensit quòd possent vngere oleo in fronte, sed non chrismate, quia hoc est contra textum litteræ, sicut patet ibidem; præterquam quod id concessit, eo quod pro eius subtractione erant quidam scandalizati: & si concessisset illud fieri oleo solo, ostendens quasi fieret chrismate, esset simulatio contra veritatem doctrinæ; sicut si concederetur panem benedictum pro Eucharistia dari. 4.D.7.Q.1.§. *Circa istam distinctionem*. ℣. *Si tertio obijcitur*. B. 3. & ℣. *Ad tertium sunt quatuor modi dicendi*. D.4.

Gregorius si dicatur quòd propter scandalum vitandum concessit Præsbyteris posse ministrare Sacramentum Confirmationis ad tempus, vel magis permisit; istud nihil est, quia vtiliùs scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur: Extra de regulis iuris. *ibidem*. ℣. *Ad tertium sunt quatuor modi dicendi*. D. 4.

Gregorius si concessisset simplici Sacerdoti posse conferre Sacramentum Confirmationis, quod tamen re vera non potuisset concedere, peccasset mortaliter, concedendo de facto quod non potuisset de iure: & præbuisset Sacerdotibus occasionem peccandi mortaliter, scilicet faciendi quod non licebat eis facere. 4. D.7. Quæst. 1. §. *Circa istam distinctionem*. ℣. *Ad tertium sunt quatuor modi dicendi*. D. 4.

Gregorius, si verum est quòd in primitiua Ecclesia non erat differentia inter Sacerdotes, & Episcopos, bene potuit Sacerdotes illos, subiectos Ianuario Episcopo, licentiare ad confirmandum, quia in hoc non concessit potestatem eis non conuenientem eis, sed reuocauit prohibitionem priùs eis factam. *ibidem*. D.6.

Gregorius Papa, si à principio non licuit Sacerdoti simplici ministrare Sacramentum confirmationis, potuit quemlibet Sacerdotem illius regionis facere Episcopum, quantum ad istum actum, non tamen conferendo sibi simpliciter gradum Episcopalem, nec quantum ad alios actus; & tunc quilibet eorum verè confirmauit, tanquam Episcopus quantum ad istum actum: & ratio conferendi istum gradum cuilibet Sacerdoti, quantum ad istum actum, potuit esse propter scandalum vitandum. *ibidem*. ℣. *Quartus modus dicendi*. E.8.

G V S

Gustus.

Gustum, est alios sensus ponimus esse necessarios ad perfectionem naturæ humanæ; & tamen non oportet omnes istos esse in actu suo aliquando, sed possunt esse sine actu suo, vt in Beatis; nec tamen sunt frustra, quia pertinent ad perfectionem naturæ. 4. D.10. Q.7.§. *Respondeo. sicut homo*. ℣. *Respondeo sicut anima*. E. 5.

Gustus in Beatis non habet actus gustandi, & comedendi; nec tamen est ibi violentet sine actibus suis; quia sequitur inclinationem appetitus superioris, vt voluntatis. 4. D 49.Q.14.§. *Ad illud quod obijcitur*. ℣. *Ad primum dico*. K. 12.

G V T


Gutta.

Guttæ cauantes lapidem, in aliquo certo tempore, & numero cadunt, & nihil auferunt de lapide; tandem vna cadens, sit puta centesima, aufert, in virtute omnium aliarum aliquam, partem lapidis, quæ tota simul aufertur, & non pars ante partem. Vbi Philosophus

Gutta.

non intendit quod ablatio partis lapidis fit in instanti, vel tota simul; nam ista ablatio est motus localis, qui nullo modo posset fieri, nisi pars mobilis prius pertranseat spatium, quàm totum mobile; Sed ista vna pars lapidis, quæ aufertur per vltimam guttam in virtute omnium præcedentium, licet successiuè auferatur, tamen ablatio eius non est successiua, correspondens toti successioni casus guttarum; non enim quot erant guttæ cadentes, tot erant partes ablationis huius partis à lapide, sed totá ista parua pars per vltimam guttam aufertur, licet successiuè; Negat itaque Philosophus successionem huic correspondentem, scilicet toti successioni casus guttarum, ac per hoc ille lapis motus non mouebatur semper, licet quando mouebatur per vltimam guttam, tunc successiuè mouebatur. 2. Dist. 2. Quæst. 9. *Ad secundum principale.* ✝. *Cum ergo probatur*. P.32.

Finis Litteræ G.



Habe-

H

Habere.



Abendi duo sunt modi, vnus formaliter, vel essentialiter; alius correlatiuè, vel originaliter: primo modo Filius in Diuinis dicitur habere diuinitatem: secundo modo dicitur habere Patrem. 1. Dist. 11. Qu. 2. *§. Contra istam opinionem sunt rationes. ỹ. Ad Augustinum de Ciuitate Dei.* D. 9.

Habere inter: *vel sic* Inter habere, & propè esse, multum interest: Filius legitimus (in casu, quo adultera conciperet filium ex adulterio, & filius putatiuus mariti defraudaret verum hæredem hæreditate) nunquam habuit hæreditatem, licet fuerit propè, secundum iustitiam. 4. D. 15. Qu. 2. *§. Ad argumenta. Ad illud de adultera. ỹ. Dico ergo.* & *ỹ. Ad vltimum dico.* L. 140.

Habilitas.

Habilitas aliqua ad faciliter conuertendum intellectum ad intelligendum (si in eo nulla maneret notitia habitualis, non manente actu intelligendi) licet generaretur ex actibus; quia tamen nunquam haberetur forma, quæ posset intelligere, quæ est actus primus, faciens ipsum esse in potentia accidentali, sed semper de nouo oporteret recipere talem formam, per quam posset operari, semper in intellectu non intelligente esset potentia essentialis ad actum intelligendi, quia potentia ad formam illam, quæ esset principium intellectionis; licet enim intellectus habens illum habitum acquisitum, sequentem actum, posset faciliùs acquirere illam formam, quàm alius non habens eum; Vnde licet vnum passiuum sit magis dispositum ad patiendum, quàm aliud; vtrumque tamen est in potentia essentiali, antequam formam recipiat; sicut si lignum, quando non calefieret, esset non calidum, & vnum esset siccum, & aliud humidum; quamuis siccum esset faciliter receptiuum caloris, humidum autem difficiliùs; vtrumque tamen, quando non calefieret, esset in potentia essentiali ad calefaciendum; ita hic. 2. D. 11. Q. Vn. *§. Ista ratio videtur peccare. ỹ. Præterea si nulla maneret notitia.* n. 3.

Habilitas ad citharizandum conceditur esse quædam virtus in manu, quia quædam qualitas, habilitans ad opus virtutis moralis: conceditur autem hoc vlterius de irrationabili, vt de equo, ad actus quosdam, ad quos est assuefactus: Sed in merè inanimatis non inuenitur; Non enim ex consuetudine (idest consuetudine subiectata in lapide, vt habilitate, vel qualitate) projicitur faciliùs lapis sursum. 3. D. 33. Q. Vn. *§. Ad primum concedi potest. ỹ. Ad tertium conceditur.* M. 19.

Habitio.

Habitio *vel Habere* videtur per se importare relationem; Vnde cum beatitudo sit habitio cuiuscunque benè voliti, etiam importabit relationem ad obiectum. *Quodl.* Quæst. 13. *§. De secundo articulo principali. ỹ. Ex hoc arguitur.* G. 7.

Habitualis.

Habitualis, & virtualis notitia sic declarantur; quòd habitualis est, quando obiectum sic est præsens intellectui in ratione intelligibilis actu, vt intellectus statim possit habere actum elicitum circa illud obiectum; Virtualis autem est, quando aliquid intelligitur in aliquo, vt para intellecti primi, non autem vt primum intellectum, siue vt totale, terminans intellectionem; sicut cum intelligitur homo, intelligitur animal in homine, vt para intellecti, non vt intellectum primum, siue totale, terminans intellectionem; Hoc satis propriè vocatur intellectum virtualiter, quia est satis proximum intellecto in actu; Non enim posset esse actualiùs intellectum, nisi esset propria intellectione intellectum, quæ esset ipsius primi, vt termini totalis. 1. D. 3. Q. 2. §. *Quantum ad notitiam habitualem.* Q. 28.

Habituali, vel virtuali notitia communiora sunt priùs nota via originis, vel generationis; quia sicut diuersæ formæ, perficientes idem perfectibile, ordine quodam natæ sunt mediatiùs, & immediatiùs informare illud, vel perficere; ita si eadem forma contineat in se virtualiter perfectionem illarum formarum ordinatarum, quasi consimili ordine naturæ perficiet illud perfectibile: sicut si forma corporis, substantiæ &c. essent aliæ formæ in aliquo, per priùs informaret forma substantiæ, & deinde forma corporis &c. ita si vna forma includat virtualiter omnes illas, ipsa quasi priùs perficiet materiam sub ratione substantiæ, quàm sub ratione corporis; & semper in illis via generationis imperfectiùs erit priùs; quia proceditur de potentia ad actum; Vnde sicut conceptus plures communiores, & minus communes, habituales, vel virtuales nati sunt perficere intellectum via generationis, vel originis, ita quod imperfectior est semper priùs; ita si vnus conceptus virtualiter includat omnes istos, priùs perficiet sub ratione conceptus prioris, & vniuersalioris, quàm sub ratione conceptus particularis. 1. D. 3. Q. 2. *§. Quantum ad notitiam habitualem. ỹ. Quantum ad istam notitiam.* R. 28.

Habitualis notitia si nulla maneret in intellectu, non manente actu intelligendi; sequeretur quòd semper esset intellectus æquè in potentia essentiali ad intelligendum. 2. D. 11. Q. Vn. *§. Ista ratio videtur peccare. ỹ. Præterea, si nulla.* n. 3.

Habitualiter.

Habitualiter scimus, in quantum intellectus recipit habitum, non in quantum istum causat, si illum causat. 1. D. 3. Q. 7. *§. Ad authoritatem.* Y. 37.

Habitualiter actus potest referri ex charitate in fine vltimum; quia si omnis actus referibilis in finem, manens cum charitate, quæ est principium referendi, dicatur referri habitualiter. 2. Distinction. 41. Quæstion. Vn. *§. Aliter posset dici. ỹ. Secundo etiam modo loquendo.* A. 3.

Habitualiter tantùm relatus actus ex charitate in finem vltimum, vel etiam negatiuè, idest qui non refertur, nec actualiter, nec virtualiter, dubium est vtrum talis actus sit meritorius, vel peccatum veniale? quia mortale peccatum non potest esse; aut sit talis actus indifferens. 2. D. 41. Q. Vn. *§. Aliter posset dici. ỹ. Triplici autem modo.* A. 3.

Habitualiter anima Christi potest dici quod videt omnia, non tamen actualiter exponendo dictum hoc modo; quòd per aliquem actum videt Verbum, & per illum actum omnia relucentia in Verbo sunt sibi præsentia actu primo, & per hoc habitualiter sibi nota. 3. D. 14. Q. 2. §. *Sed si ista via tertia non placet.* N. 20.

Habitualiter notum, generaliter loquendo, dicitur illud, cuius est actus primus sufficienter ostensiuus. *ibidem.*

Habitualiter consentiens, vel dissentiens ad suscipiendum Baptismum supponitur adultus non vtens nunc ratione, qui tamen aliquando est vsus, secundum quod se habuit in sanitate ante istud impedimentum immediatè; scilicet, si tunc actualiter consensit, iudicatur nunc habitualiter consentiens; si tunc actualiter dissentit, nunc iudicatur habitualiter dissentiens. Et dixi *immediatè*, ita quod inter actum illum, & istud impedimentū non interuenit motus voluntatis oppositus: & sic vniuersaliter dico quòd iste habitualiter se habens potest recipere Sacramentum, sicut potuit priùs, quando actu sic, vel sic se habuit. 4. D. 4. Q. 4. §. *Hic distinguo. ỹ. De secundo, scilicet nunc non vtente.* B. 2.

Habitualiter iudicatur aliquis consentiens (puta in susceptione Baptismi), qui aliquando habuit consensum actualem, non interueniente dissensu; & talis, licet vtens ratione, recipit Sacramentum, quia non videtur pro-

Habitualiter.

propter aliquam conditionem minus capax, si vtitur ratione, quàm si prius vsus, non vtatur nunc; Sed in tali non vtente nunc ratione, prius tamen ea vso, sufficeret habitualis consensus; igitur & hic. *ibidem.* ℣. *De primo posset dici.* H.5.

Habitualiter tantùm negatiuè si aliquis non consentiret suscipere Baptismum (idest, qui nunquam habuit intentionem, seu consensum, neque etiam dissensum recipiendi Baptismum, quamuis cognitionem habuerit aliquando de eo) licet difficile sit aliquem talem inuenire, præcipuè qui prius aliquando cogitasset de Baptismo; quia vel tunc placuisset sibi baptizari, vel non placuisset, imo displicuisset: & secundum vltimum modum iudicaretur talis habitualis consensus, vel dissensus esse in posterum; Tamen si quis esset omninò non consentiens, vel dissentiens tam actualiter, quàm habitualiter, & tamen vtens ratione, non esset capax Baptismi, quia, ex quo vtitur ratione, oportet quòd habeat deuotionem aliquam ad Sacramentum, si debet sibi valere; aliter enim videretur contemnere. 4. D.4.Q.4.§. *Hic distinguo.* ℣. *De secundo: licet difficile esset.* H.I.5.

Habitudo in se.

Habitudo non existit, non existente ipsius extremo; Vnde, non existente extremo habitudinis, non existit fundamentum ipsius. 1 D.8.Q.5. §. *Istis rationibus.* ℣. *Et arguo primo sic.* P.17.

Habitudo nulla adueniens cuicunque, siue absoluto, siue respectiuo; siue etiam illa habitudo sit realis, siue rationis; destruit illud, cui aduenit, sed potius præsupponit; Vt patet de intentionibus secundis, quæ non destruunt rationes intentionum primarum, quibus adueniunt. *Quodl.* Quæst.3.§. *De secundo articulo.* ℣. *Secundo sic.* D.5.

Habitudo, & etiam accidentalitas albedinis potest poni quædam res alia ab albedine; quia albedo est quædam res absoluta, & accidens absolutum potest esse, sine contradictione, sine subiecto; & ideo non est idem habitudini suæ ad subiectum, nec se ipsa accidit illi. *ibidem.* §. *Respondeo ad primum.* ℣. *Si quæras.* P.16.

Habitudo necessaria, & contingens.

Habitudinem necessariam habens ad aliquid non est, illa habitudine non existente. 1. D.8.Q.5.§. *Istis rationibus.* ℣. *Et arguo primo sic.* P.17.

Habitudo entis immutabilis ad proximum sibi est contingens; & ideo extremum illius habitudinis est contingens, & mutabile, licet fundamentum sit immutabile. 1. D.8. Q.5.§. *Ad argumenta pro opinione Philosophorum.* ℣. *Per idem apparet.* Z.24.

Habitudinem necessariam non potest primum habere ad aliquod posterius, ex quo omne posterius est non necessarium, cum necessitas repugnet omni respectui ad posterius. 1. D.8.Q.5.§. *Ad argumenta posita pro Philosophis. Ad primum* Z.25.

Habitudinem necessariam habere ad aliquod posterius non est perfectionis, quia non stat cum perfecta necessitate illius, quod dicitur habere talem habitudinem: præterquam quod talis habitudo non est formaliter infinita, cum tamen infinitas sit nobilius extremum in diuisione entis. *ibidem.* A a.25.

Habitudinem necessariam si causa prior habet ad effectum, in illo priori dabit sibi esse necessarium; Vnde in secundo instanti naturæ non potest causa propinqua posterior dare sibi esse contingens, quia iam intelligitur habere à prima causa esse, repugnans contingentiæ: nec potest dici quòd in eodem instanti istæ duæ causæ dant esse causato, quia super illud esse non posset fundari necessaria habitudo ad illam causam, perfectè dantem esse, & contingens habitudo ad aliquam aliam causam. 1.D.39.Q. 1.2.3. &c. §. *Contra ista arguitum est.* ℣. *Præterea causa prior.* sub B.12.

Habitudo essentialis, & accidentalis.

Habitudo aliqua alia accidentalior suo fundamento vix est, quam sit *vbi*; nec aliquis modus essendi *in*; nec aliquis modus *ab*; & sic de multis alijs habitudinibus: & tamen in alijs habitudinibus non ita proteruè asseritur impossibilitas plurificationis habitudinum (sicut in habitudinibus eiusdem quanti, ad diuersa quanta circumscribentia) circa idem fundamentum. 4. Distinct. 10. Quæstion.2. §. *Dico ergo ad quæstionem.* ℣. *Cum enim dico idem corpus.* F.11.

Habitudo ad causam proximam non habetur quod sit de essentia causati, ex hoc, quòd sit ordo necessarius causati ad causam proximam. 4. Distinct.12. Quæst.1.§. *Ad quæstionem respondeo.* ℣. *Aliqui etiam istum textum peruertunt.* G.15.

Habitudo essentialis est inter accidens, & substantiam in habendo entitatem, sicut ordo essentialis est medicinæ ad animal in eo, quod est dici sanum; sed ille ordo essentialis ad subiectum non est de essentia albedinis, quæ habet illum ordinem; sicut ratio signi est essentialiter sanum, vt dicitur de vrina. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem respondeo.* ℣. *ibidem.* H.17.

Habitudo realis, & rationis.

Habitudo realis non requirit necessariò quòd illud absolutum, quod est fundamentum, ex se inclinetur ad reliquum; Sed quòd ipsum sit tale, quòd, posito termino, ad ipsum, & ad terminum, sequatur talis habitudo ex natura extremorum; ita quod quæcunque habitudo consequitur ad extrema ex natura rei, sine consideratione intellectus, est realis. 1. Dist.30. Quæst. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis. Ad tertium.* ℣. *Ideo breuiter.* Q.19.

Habitudo realis, posito aliquo effectu per agens creatum, actualiter consequitur ad ipsum, vt ad fundamentum; & ad productum, vt ad terminum; Cuius rei alia ratio non est, nisi quia hoc est hoc, & illud est illud: Sicut ratio, quare, albedine, & albedine positis, sequitur relatio realis actualis, vt similitudo, non est nisi hæc albedo, & illa albedo: & binarium, & ternarium posita in esse, quare sequitur maioritas, & minoritas realis? non est alia ratio, nisi quòd hic est binarius, & ille ternarius. 1. D.30. Q.2. §. *ibidem.*

Habitudo realis quare possit sequi inter fundamentum, & terminum in creatis ratio potentialitatis in ipsis posset assignari generalis: Quæcunque enim possunt esse partes alicuius totius, sunt possibilia ad formam illius totius: & sicut etiam si possunt esse partes alicuius totius vnius per se, possunt esse possibilia ad formam illam, qua illud est per se vnum, sicut patet de partibus corporis organici respectu animæ intellectiuæ: Et etiam si possunt esse partes alicuius vnius vnitate ordinis, possunt esse possibilia ad formam illius, à qua illud totum est vnum secundum ordinem: & generaliter patet propositio de potentialitate partium, secundum Philosophum.7. Met. vbi vult quòd partes sunt sicut materia respectu totius; Omnia autem creata, quia limitata, nata sunt esse partes totius vniuersi, quod est vnum vnitate ordinis, sicut patet.12. Met. & ideo quodlibet illorum est potentiale ad istam formam, quæ est ordo, vt scilicet habeat ordinem ad aliam partem, & hoc vel secundum eminentiam, quæ est in naturis diuersis in vniuerso; vel secundum æqualitatem, quia *ordo est parium, disparium que rerum dispositio*, secundum Augustinum. lib. 19. cap. 13. de Ciuitate Dei; vel secundum actionem, & passionem: siue secundum causalitatem; & ideo quodcunque Agens creatum, producens effectum, ita potentiale est, quia ad ipsum, & ad effectum productum potest consequi ordo inter ea: non sic inter Agens illimitatum, & eius effectum; quia illud Agens non est potentiale nec ad formam absolutam nec ad relationem, propter eius infinitatem. 1. D.30. Q. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis. Ad tertium.* ℣. *Sed tamen ratio potentialitatis.* Q.R.19.

Habitudo rationis non includitur in scilicet aliquo, vt existens est. 4. D.43. Q.2. § *Respondeo hoc manifestum est.* ℣. *Assumptum.* F. 11.

Habitudo consequens extrema realia, & realiter distincta, & hoc ex natura rei, est realis; quia entitas eius, qualem habet,

Habitudo realis, & rationis.

habet, non est præcisè in anima, & per consequens ipsa, secundum entitatem propriam, est res suo modo. Quodl. Q.3.§. *De primo*. ℣. *Sic ergo sub primo membro*. C. 3.

Habitudo realis formaliter est res ad alterum; nec ista determinatio ad alterum repugnat ei, quod est res, isto modo loquendo, quia isto modo res non distinguitur contra modum, vel habitudinem, vel circumstantiam rei, sed includit eam. *ibidem*.

Habitudinem importat mensurari ad intellectum; cui fit certitudo de quantitate determinata mensurari, & ad mensuram, per quam fit certitudo: prima non est realis, sicut nec scibilis ad scientiam: secunda est causati, non in esse, sed in cognosci, ad causam in cognosci; & hæc est realis, quantum est ex parte dependentiæ causati ad causam, quæ dependentia est ratione extremorum, & non tantum per actum intellectus, comparantis hoc ad illud; tamen quia ista habitudo dependentiæ, non quidem ipsius cognitionis ad causam cognitionis, quæ benè est realis; sed dependentiæ obiecti, vt cogniti, ad obiectum, vt per quod cognoscitur, est inter extrema, non vt habentia esse reale, sed tantùm vt habentia esse cognitum; ideo ista habitudo non est simpliciter realis; nec tamen est ita purè relatio rationis, sicut est illa, quæ est vniuersalis ad singulare; vel illa, quæ est contradictorij ad contradictorium. Quodl. Q.13.§. *Circa secundum*. ℣. *De prima relatione*. N. 12.

Habitudo reciproca.

Habitudinem aliquam quidquid habet ad aliquid, habet similem habitudinem ad illud, ad quod illud aliud habet habitudinem talem: ista propositio frequenter vera est in relatiuis superpositionis, & suppositionis, non tamen est vniuersaliter vera. 1. D.19.Q.2.§. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad quartum dico*. H. 12.

Habitudo in Diuinis.

Habitudinem necessariam si Deus haberet ad primum causatum, illo causato non existente, non esset; Vnde non habet ad illud necessariam habitudinem; Ens enim absolutum, quod est, ex se, necessarium perfectè, quantum potest cogitari aliquid esse necessarium, non potest non esse, quocunque alio à se non existente; Deus autem est summè necessarius, adeoque quocunque alio à se non existente, non propter hoc sequitur ipsum non esse. 1. D. 8. Q.5. §. *Istis rationibus*. ℣. *Et arguo primò sic*. O. 17.

Habitudinem ad amatum, consequentem Spiritum Sanctum, significat ly diligit in ista propositione, *Pater, & Filius se diligunt Spiritu Sancto*, non quidem formaliter, sed principiatiuè; & ratione istius habitudinis consequentis, essentiale est quantum ad terminum illius habitudinis, quia terminus ille non tantùm est Spiritus Sanctus, sed etiam omne necessariò amabile; & quo ad illud fit conuersio, non autem quo ad notionale connotatum. 1. Dist.32.Quæst.2.§. *Ad primum principale*. F. 12.

Habitudo Patris æterni ad Filium (vtpotè consequens extrema realia, & realiter distincta, & hoc ex natura rei) est realis, quia entitas eius, qualem habet, non est præcisè in anima, & per consequens ipsa, secundum entitatem propriam, est res suo modo. Quodl. Q.3. §. *De primo*. ℣. *Sic ergo sub primo membro*. C. 3.

Habitudo aliqua realis vnica originis est inter primam personam, & secundam; illa enim vnica est productio actiua, & est habitudo producentis ad productum: Sed vt communiter loquimur de productione, tanquam de habitudine, vel relatione, concipimus illam habere aliquid vt fundamẽtum: quãdo loquimur de ea, vt de actione, concipimus eam habere principium formale productiuum; Vnde si alicui non est difficile concipere quod relatio non præsupponit suppositum, sed tantùm essentiam, quæ est quasi fundamentum, sicut conceditur communiter secundum communem viam, non est ei difficile concipere quod actio non præsupponit suppositum, neque vt agens, neque vt potens agere, sed tantùm

Habitudo in Diuinis.

præsupponit essentiam, quæ est quasi ratio formalis agendi. Quodl. Q.4.§. *Ad argumentum principale*. ℣. *Respondeo. hic posse agere*. A. 2. 31.

Habitudo creaturæ ad Deum.

Habitudinem per hoc, quod aliud habet ad Deum, non est æternam formaliter, quia nihil aliud habet habitudinem æternam ad ipsum: sicut si Deus sit æternus, & diligitur temporaliter à voluntate creata, dicitur quidem dilectus à nobis, sed non dilectus æternaliter. 1.D.30.Q.2.§. *Ad argumenta primæ quæstionis*. *Ad primum*. K. 13.

Habitudo tàm creationis, quàm conseruationis creaturæ ad Deum, est habitudo dependentiæ essentialis, vt de creatione est manifestum: & de conseruatione probatur: quia ad illud dependet res essentialiter in essendo, quod est sibi ratio habendi esse, cuiusmodi est conseruatio causæ conseruantis, iuxta illud Augustini. 4. super Genes. cap. 14 *Creatoris namque potentia, & Omnipotentis, atque omnitenentis virtutis, causa subsistendi est omni creaturæ; quæ virtus ab eis, quæ creata sunt, regendis si aliquando cessaret, simul & illorum cessaret species, omnisque natura concideret: neque enim sicut structor ædium, cum fabricauerit, abscedit, atque illo cessante, atque abscedente, stat opus eius: ita Mundus nec ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimen subtraxerit*. Hæc ibi. Quodl. Q.12.§. *De primo dici potest*. ℣. *Tertia pars minoris*. B. 3.

Habitudo naturæ ad suppositum.

Habitudo naturæ ad suppositum prior est habitudine eius ad actum secundum, quia agere præsupponit esse, & habitudo naturæ ad suppositum pertinet ad esse; & formaliter talis habitudo naturæ ad suppositum est essentialis, & in quid: Illa autem habitudo, quæ est naturæ ad agere, non videtur ita essentialis. 2. Distinct. 1. Quæst.1.§. *Ad solutionem quæstionis*. ℣. *Præterea tertio*. E. 10.

Habitudo, quæ est dependentia naturæ humanæ ad personam Diuinam, quæ est extra omnem dependentiam causati ad causam, simillima est habitudini accidentis ad subiectum, scilicet posterioris naturaliter ad prius, & sustentati ad sustentans (circumscripta informatione): hæc etiam non habet pro termino primo naturam, sed personam, inquantum persona; ita quòd sicut entitas naturæ est alterius rationis ab entitate propria personæ, vt persona, ita dependentia ad tale ens, & tale, est alterius & alterius rationis. 3.D.1.Q.1.§. *De primo dico*. ℣. *Est igitur ista vnio*. A. 3.

Habitudo, quæ est formæ ad informabile, & cuius extremum est substantia vt receptiua talis formæ, & vt potentialis, saltem potentialitate secundum quid, non potest esse alicuius naturæ ad Verbum; quia illa requireret imperfectionem in Verbo, quia aliquam potentialitatem: habitudo autem, quæ est accidentis, vt dependentia ad substantiam, vt ad quam dependet, & cuius extremum est substantia, vt essentialiter prior accidente naturaliter posteriore, potest esse, quia illa non requirit in Verbo nisi per se prioritatem, quæ non repugnat sibi, respectu cuiuscunque naturæ creatæ; Vnde patet illud dictum; *Deus est, respectu cuius omnis substantia creata est quasi accidens*, quia etsi habitudinem accidentis ad substantiam, quæ est formæ secundum quid ad informabile, non possit substantia creata habere respectu Dei; tamen habitudinem naturæ communicabilis extrinsecè, & posterioris potest habere respectu personæ Diuinæ; qualem habitudinem habet etiam natura accidentis respectu suppositi substantiæ. Quodl. Q. 19. §. *De secundo potest propositum sic declarari*. ℣. *Respondeo quando accidens inest substantiæ*. N. 13.

Habitudi-

Habitudo accidentis ad ſubiectum.

Habitudinem duplicem habet accidens ad ſubſtantiam, ſiue ad ſubiectum ſuum, ſcilicet informantis ad informatum, & iſta neceſſariò includit imperfectionem in ſubiecto informato, eo ſcilicet quod potentialitatem habet reſpectu actus ſecundum quid, ſcilicet accidentalis: Aliam babet vt poſterioris naturaliter ad prius, à quo dependet, non vt ab aliqua cauſa, quia ſi habet ſubiectum pro aliqua cauſa, habet ipſum pro cauſa materiali; & hoc eſt, inquantum informat ipſum; Vnde ſi iſtæ duæ habitudines accidentis ad ſubiectum ab inuicem diſtinguantur, altera neceſſariò eſt ad ſubiectum ſub ratione imperfectionis in ipſo ſubiecto, ſcilicet potentialitatis: altera nullam imperfectionem neceſſariò ponit in eo, ſed tantum prioritatem naturalem, & ſuſtentationem reſpectu accidentis. 3. Diſtinct. 1. Quæſt. 1. *§. De primo dico*. ✠. *Eſt igitur iſta vnio*. A. 3. & *Quodl.* Q.19.*§. Secundo poteſt propoſitum ſic declarari*. ✠. *Reſpondeo, quando accidens ineſt ſubſtantiæ*. N. 13.

Habitudo paſſi ad Agens.

Habitudo ad Agens aliud, & aliud non neceſſariò concludit aliquid eſſe aliud, & aliud in ſe, ſecundum Auguſtinum. 3. De Trin. cap. 9. & conſequenter non neceſſariò concludit illud eſſe aliud, & aliud in ratione intelligibilis. 4. Diſtinct. 10. Quæſt. 8. §. *Reſpondeo ad quæſtionem*. ✠. *Contra rationem etiam*. G.9.

Habitudinem eandem ſemper, & neceſſario habet quodcunque permanens, & ſempiternum ad quodcunque aliud permanens, & ſempiternum: iſta propoſitio, quæ eſt Philoſophi. 8. Phyſic. & 2. De Cœlo. & 12. Metaphyſ. non eſt admittenda in agente voluntariè, quia voluntate antiqua, & immutabili poteſt difformiter agere in paſſum antiquum, & eſſe immutabile in ſe. 4. D. 48. Quæſt. 2. §. *Ad argumenta principalia. Ad rationes adductas pro opinione Philoſophi*. ✠. *Ad ſecundum, oportet negare iſtam propoſitionem*. P. 18.

Habitudinis nouæ inter Agens ſempiternum, & paſſum ſimiliter ſempiternum extrema non erunt abſoluta natura Agentis, & abſoluta natura paſſi, quæ ſunt vniformia; ſed Agens, & paſſum vt habens formam nouam, cauſatam ab Agente; & illud fundamentum eſt nouum, & ideo fundat nouam habitudinem paſſi ad Agens: iſtud autem nouum cauſatum non habet aliquam habitudinem nouam paſſi ad Agens; quia ſicut prima nouitas in paſſo eſt in habendo hanc formam; ita prima habitudo noua eius ad agens eſt ſecundum iſtam formam nouam. *ibidem*. ✠. *Ad argumenta principalia. Ad ſecundam rationem pro opinione Philoſophi*. P. 18.

Habitudo partium quantitatis ad locum.

Habitudinem, ſeu poſitionem quantitatis ſecundum ordinem partium ad locum, quæ, ſecundum aliquos, eſt prædicamentum, & dicitur modus quantitatiuus, ſiue dimenſiuus, poſſibile eſt Deum ſeparare à quanto, manente etiam poſitione, dicente ordinem partium in toto, quæ eſt differentia quantitatis: poſſibile eſt, inquam Deum illam ſeparare à quanto, non ſolum per negationem termini, ſicut poſſet facere aliquod corpus quantum extra vniuerſum, & tunc non haberet hanc poſitionem in ordine ad locum, quia non haberet aliquod continens, cuius partibus partes contenti commenſurarentur, ſed etiam poſito termino, cui ſcilicet præſenti poſſet fieri commenſuratio, ſeu coextenſio alterius corporis, poſſibile eſſet Deum conſeruare quantum, & coexiſtentiam eius ad aliud quantum, & tamen ſine iſta coextenſione partium vnius ad partes alterius, quam dicit poſitio iſta, de qua loquimur. 4. D. 10. Qu. 1. *§. Dico ergo aliter*. M. N. 14.

Habitudo æui ad tempus.

Habitudo Æui ad tempus ſi eſt neceſſaria, tanquam prioris natura ad poſterius natura, propter negationem poſterioris, ponendo prius, non ſequeretur aliqua contradictio ex parte prioris ſecundum ſe, nec ex parte alicuius alterius, quod conuenit priori ſecundum ſe. 2. D. 2. Q. 1. §. *Contra iſtum modum ponendi*. ✠. *Et ſi hoc ponatur*. N. 13.

Habitus in ſe.

Habitus (quatenus eſt qualitas, diſponens intellectum ad operandum, vel ad operationem, & manſiua in eo) & eſt, & dicitur ſpecies intelligibilis; huiuſmodi tamen non eſt habitus, qui per actus acquiritur; nam ex actibus non acquiritur niſi habilitas ad actus conſimiles, nunquam tamen per illam habilitatem fit obiectum in intellectu præſens; per habitum autem, qui eſt ſpecies, fit præſens. 1. D. 3. Qu. 6. *§. Ad quæſtionem igitur dicendum*. ✠. *Ad ſecundum dicitur*. T. 29.

Habitus non eſt virtus, niſi ex reſpectu conformitatis eius ad prudentiam. 1. Diſtinct. 17. Quæſt. 2. alias. 3. §. *Sed oppoſitum huius arguitur*. ✠. *Præterea ſi habitur*. O. 2.

Habitus, quamuis dicat Philoſophus. 7. Phyſ. quòd non ſit forma abſoluta; tamen tenendo omnem qualitatem eſſe formam abſolutam, & cum qualitas primæ ſpeciei non ſit minus qualitas, quàm alterius ſpeciei, poteſt dici quòd habitus relatio non eſt eadem; Vnde poteſt exponi Philoſophus, quòd habitus ſit ad aliquid, quia per identitatem includit reſpectum, non tamen quòd ſit tantùm reſpectus, cum ſit quoddam abſolutum, cui poteſt competere actio, tanquam principio agendi. 1. D. 17. Q. 2. aliàs. 3 §. *Hanc viam tenendo*. ✠. *Ad primum*. R. 7.

Habitus, inquantum habitus, eſt perfectio potentiæ. 2. D. 3. Quæſt. 10. *§. Iſta opinio*. ✠. *Secundo contra hoc*. D. 12.

Habitus ſi ab aliquibus dicantur ſpecies intelligibiles, per hoc exprimuntur accidentaliter, vt per accidens ſpeciei, & in vniuerſali; nam ratio habitus accidit ſpeciei, prout ſpecies eſt in intellectu, à quo non de facili deletur: & ideo habet rationem habitus, quia rationem formæ permanentis; ſed hoc non dicitur in quid de hac qualitate, ſicut habitus non dicitur in quid de ſpecie. 2. Diſt. 3. Qu. 10. §. *Ad quæſtionem igitur*. F. 15.

Habitus, & diſpoſitio poteſt eſſe eadem eſſentia abſoluta in genere qualitatis: & ſimiliter habitus eſt vniuerſale ad ſpeciem intelligibilem fixam, quia licet omnia talia firmata ſit habitus, non tamen è conuerſo. *ibidem*.

Habitus omnis intellectualis non eſt eiuſdem ſpeciei cum ſpecie intelligibili eiuſdem obiecti; quod patet, quia ſpecies primi obiecti, quod non eſt præſens naturaliter per eſſentiam, præcedit naturaliter actum cognoſcendi illud; habitus autem reſpectu illius obiecti ſequitur naturaliter illa, ex quibus generatur: idem autem eſſentialiter non ſequitur naturaliter, & præcedit naturaliter, quia non eſt circulus in eſſentialiter ordinatis, nec in cauſis, nec in cauſatis. *ibidem*.

Habitus eſt, quo ſic, vel ſic poſſumus in actum, ſcilicet faciliter, & expeditè, vel intenſiùs; ſicut potentia eſt illud, quo ſimpliciter poſſumus in actum. 3. Diſt. 23. Quæſt. *Vnica*. §. *Contra, quia ſic dicendo*. E. 12.

Habitum Philoſophus in prædicamentis. cap. de qualitate, non dicit eſſe inamiſſibilem, ſed de difficili amiſſibilem. 3. D. 36. Q. *Vnica*. § *Per hoc patet ad quædam tacta*. ✠. *Ad primum argumentum*. D. 10.

Habitus origo, vnitas, intenſio, & remiſſio.

Habitus omnis eſt identicè ad aliquid, non ſecundum gradus diuiſibiles; hæc propoſitio eſt vera; quidquid enim identicè eſt ad aliquid, non ſecundum gradus diuiſibiles, non poteſt terminare motum, ſed mutationem bene poteſt terminare: Vnde habitus non continuè generatur, vt ſit motus; ſed ſi habet gradus, quilibet eſt indiuiſibilis, & in quolibet indiuiſibili reſpicit obiectum; & quilibet ſimplici mutatione generatur, quæ non terminat motum

Habitus origo, vnitas, intensio, & remissio.

motum in illa forma, sed fortè motum in passionibus, & finibus, & quibuscunque alijs; nam magis, & minus in forma non sufficiunt ad motum in illa, nisi quilibet gradus sit diuisibilis, vt possit continuè procedi ab vno in alium; non enim componitur motus ex mutationibus. 1. D. 17. Q. 2. altàs. 3. §. *Hanc viam tenendo*. ✠. *Contra: accidens per accidens*. S. 7. *Addit.*

Habitus, ex. 2. Ethic. cap. 2. ab eodem generatur, & augmentatur. *ibidem*. §. *Sexto propter tertiam opinionem*. ✠. *Item sic opinans*. Y y. 3.

Habitus potest esse intensior, cuius species intelligibilis est remissior, & èconuerso; nam habens intellectum imperfectum, in quo recipitur species intelligibilis imperfecta, habet speciem intelligibilem remissionem, quàm alius, habens perspicaciorem intellectum; quod patet, quia causæ naturales in isto, & in illo sunt inæquales, scilicet intellectus agens, & phantasma; & causæ naturales agunt secundum vltimum suæ potentiæ, Vnde species intelligibilis in isto imperfectioris intellectus est remissior, quàm in illo perfectioris, vbi est intensior; & tamen ille rardior potest frequentiùs considerare istud intelligibile; cuius habet speciem, & ex hoc habere intensiorem habitum respectu illius obiecti, qui habitus sit qualitas, facilitans ad considerationem istius obiecti. 2. D. 3. Q. 10. §. *Ad quæstionem igitur*. F. 15.

Habitus vnus si intelligatur quòd sit ratio intelligendi infinita obiecta, & hoc sub suis proprijs rationibus; videtur hoc impossibile, quia tunc sequeretur talem habitum esse intensiuè infinitum. 3. D. 14. Q. 2. §. *Contra istud*. H. 14.

Habitus, qui esset ratio cognoscendi infinita obiecta, si dicatur quòd non esset propterea infinitus per hoc, quòd supereum fundentur infiniti respectus ad infinita obiecta, & hoc possit fieri sine infinitate fundamenti; si per hoc, inquam, saluatur finitas istius habitus, ita quod fundet quidem infinitos respectus, & non sequatur aliqua infinitas fundamenti in se: pari ratione non erit inconueniens quòd aliquis actus sit infinitorum actualiter per infinitos respectus ad infinita, & tamen, quòd actus non sit in se infinitus. *ibidem*. ✠. *Quod si dicatur*. &. ✠. *Contra hoc arguitur*. H 14.

Habitus quare habet primo esse ratio est obiectum: *vel sic* Obiectum est ratio quare habitus habet primò esse. 3. D. 14. Q. 2. §. *Contra istud*. ✠. *Illud etiam de respectibus non concludit*. I. 15.

Habitus vnus omnis in vno intellectu potest habere actum adæquatam, vel actus adæquatos illi habitui, vel intellectui, in quo est; quia omnis causa totalis finita potest intelligi habere effectum adæquatum, vel effectus adæquatos; iste autem effectus vnus adæquatus, si ponatur, erit vnus omnium obiectorum; vel effectus plures, si ponantur, quia habitus ponitur esse omnium in actu primo; & ita actus secundus erit etiam omnium; Vnde vel habitus est infinitus, si ponatur, quòd sit ratio intelligendi infinita obiecta: vel actus vnus, qui esset infinitorum, vel plures qui essent respectu infinitorum obiectorum, non esset infinitus, vel infiniti, quod inuoluit contradictionem. 3. Dist. 14. Quæst. 2. §. *Contra istud*. ✠. *Præterea quod secundum membrum*. I. 15.

Habitum quantumcunque perfectum, in genere naturæ, possibile est acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectum vnius virtutis, absque acquisitione alterius habitus; ille autem habitus, quantumcunque intensus, non habet rationem virtutis, nisi sit conformis alijs virtutibus acquisitis, & ideo non est virtus; concordia enim habitus ad habitum necessaria est in quolibet habitu, qui est virtus. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Dicitur aliter, & melius*. A. 5.

Habitus vnus, dixit Philosophus. 6. Ethic. cap. vltimo, quod sint omnes prudentiæ; & omnes habitus Geometriæ pertineant ad vnam scientiam vniuersalem; ibi tamen debet intelligi vnitas non formalis, sed virtualis; habitus enim ille, qui est de primo obiecto, est formaliter vnus, & est virtualiter omnium, quæ continentur in illo primo obiecto; sed non est formaliter omnium illorum: ita ille habitus, qui est formaliter alicuius finis, in aliquibus agibilibus est virtualiter omnium eorum, quorum cognitio practica virtualiter continetur in illo fine, sed non est formaliter omnium illorum: & ita vna prudentia est virtualiter omnium virtutum, extendēdo nomen prudentiæ ad habitū illum, qui est intellectus primi principij practici. 3. D. 36. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ✠. *Qualiter autem omnes prudentiæ*. L. 23.

Habitum magnum si quis acquisiuit ex multis actibus, v. g. incontinentiæ, & postea pæniret; si post pœnitentiam habeat aliquem motum incontinentiæ, licet ad illum inclinet magnus habitus, non tamen in eo est peccatum mortale, imò nec grauius notabiliter, quàm esset in alio, nullum habitum habente. 3. Dist. 39. Quæst. *Vnica*. §. *Sed hic sunt duo dubia*. ✠. *Contra hoc*. A. 3.

Habitus non potest esse grauior, si quam grauitatem habet, quàm actus, ex quibus generatur, cum, propriè loquendo, nullam grauitatem culpabilem habeat, nisi ex actibus; Vnde cum actus, ex quibus generatur, sint veniales, habitus iste non faciet aliquam grauitatem mortalem in actibus elicitis ex habitu. *ibidem*.

Habitus quoad obiectum, & contenta in obiecto.

Habituum multorum specie differentium potest esse aliquod obiectum commune, sicut ab obiectis eorum potest abstrahi obiectum commune: & hoc modo in scientijs assignatur obiectum commune, à quo non est habitus vnus secundum speciem, sed tantum secundum genus. *Prolog*. Q. 3. §. *Contra istud arguitur dupliciter*. ✠. *Ad secundum dico*. D. 5.

Habitus quando est in aliquo intellectu, habēs euidētiam ex obiecto, tunc primum obiectum illius habitus, vt est illius, non tantum continet virtualiter illum habitum; sed, vt notum illi intellectui, continet ipsum habitum; ita quòd notitia obiecti in illo intellectu continet euidentiam habitus, vt in illo intellectu; quia intellectus cognoscens tale obiectum potest elicere omnem conclusionem huius habitus. In habitu verò non habente euidentiam ex obiecto, sed causatam aliunde, quàm ab obiecto noto, non oportet dare primum obiectum eius, habens duas dictas conditiones, imò neutram oportet dare, quia perinde est habitui, vt in hoc, ac si esset de contingentibus, quæ neutro modo habent obiectum primum. *Prolog*. Qu. 3. §. *Quantum autem ad primam quæstionem*. L. 12.

Habitui non euidenti ex obiecto non datur subiectum primum, nisi primum notum de quo primo noto, scilicet perfectissimo, primò, idest immediatè cognoscuntur primæ veritates habitus illius. *ibidem*. ✠. *In habitu vero*. L. 12.

Habitus non habens euidentiam ex obiecto, vt Theologia, non distinguitur secundum distinctionem obiectorum. *Prolog*. Q. 4. & 5. §. *Contra istam opinionem arguitur*. N. 38.

Habitus obiectum primum continetur sub primo obiecto potentiæ, vel saltem non excedit; quia si habitus respicit aliquod obiectum, quod non continetur sub primo obiecto potentiæ, sed excedit, tunc ille habitus non esset habitus illius potentiæ, sed faceret eam non esse illam potentiam, sed aliam. 1. Dist. 3. Quæst. 3. §. *Contra istud non potest sustineri à Theologia*. ✠. *Contra obiectum primum*. A. 2.

Habitus non facit obiectum præsens sub ratione intelligibilis, vti voluit Henricus; Si enim, secundum ipsum, species intelligibilis non potest esse ratio præsentiæ obiecti, quia perficit intellectum, vt ens quoddam est, sicut forma materiam, per consequens non perficiet intellectum, vt intellectus est; nec per se erit à specie intelligibile præsens, inquantum intelligibile: hoc autem multò magis potest argui de habitu, quia habitus, inquantum habitus, & perfectio potentiæ. 2. Dist. 3. Quæst. 10.

Habitus quoad obiectum, & contenta in obiecto.

Quæst.10. §. *Ista opinio*. ℣. *Secundò contra hoc, quod posuit*. D.12.

Habitus si esset illud, per quod obiectum intelligibile præsens esset in ratione intelligibilis; multò magis id sequeretur in habitu nostro scientiali, qui causatur ab obiecto: & ita, adepto habitu scientiali, non requireretur conuersio ad phantasmata ad actualem intellectionem, quod Henricus negat. 2. D.3. Q.10. §. *Ista opinio*. ℣. *Præterea secundo sequeretur*. D.13.

Habitus omnis intellectualis non est eiusdem speciei cum specie intelligibili eiusdem obiecti; quia species primi obiecti, quod non est præsens naturaliter per essentiam, præcedit naturaliter actum cognoscendi illud; habitus autem, respectu illius obiecti, sequitur naturaliter illa, ex quibus generatur; idem autem essentialiter non sequitur naturaliter, & præcedit naturaliter, quia non est circulus in essentialiter ordinatis, nec in causis, nec in causatis. 2. Dist.3. Quæst.10. §. *Ad quæstionem igitur*. F.15.

Habitus realis ratio formalis obiecti; *vel sic* Formalis ratio obiecti habitus realis non est ratio, vel ens rationis. 3. D.23. Q.Vn. §. *Contra si fides infusa*. ℣. *Præterea formalis ratio obiecti*. E.7.

Habitus realis habet obiectum formale reale, sicut potentia realis obiectum formale reale. *ibidem*.

Habitus perfectus non eget alio, per quod non præsentatur eius obiectum. *ibidem*. §. *Contra quia sic dicendo*. ℣. *Præterea si fides infusa*. E.13.

Habitus ille, qui est de primo obiecto, est formaliter vnus, & est virtualiter omnium, quæ continentur in illo primo obiecto, sed non est formaliter omnium illorum. 3. D.36. Q.Vn. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ℣. *Qualiter autem*. L.23.

Habitus ille, qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est virtualiter omnium eorum, quorum cognitio practica virtualiter continetur in illo fine, sed non est formaliter omnium illorum. *ibidem*.

Habitus non est, quo habens simpliciter potest elicere actum; & ideo, posita quasi præsentia obiecti beatifici, voluntas potest in aliquem actum circa illud obiectum; & ille actus supernaturalis, est ex obiecto, & præsentia obiecti, sed non est ex aliquo in potentia eliciente. 4. Distinct. 49. Quæstion. 5. *Ad secundum principale*. E.6.

Habitus nullus eleuans potentiam potest habere obiectum, quod transcendat primum obiectum potentiæ, quia tunc ille habitus non esset illius potentiæ; Sed vel esset in se potentia, vel faceret potentiam esse aliam ab ista, sicut haberet aliud obiectum primum. *Quodl.* Quæst. 14. §. *De secundo principali*. ℣. *Nec valet dicere*. O.12.

Habitus vt dependens, vel independens ab actu.

Habitus practicus, generatus ex actibus practicis sufficeret ad ea, ad quæ ille habitus, generatus ex actibus intellectus practici dirigeret; quia voluntas, imperans considerationi propter talem finem, non dat aliam rationem considerationi in dirigendo, nec per consequens habitui generato ex considerationibus. *Prolog*. Q.4. & 5. §. *Contra hanc opinionem*. ℣. *Contra: habitus practicus*. D.9.

Habitus practicus si esset generatus ex actibus posterioribus electione, non requireretur per se virtus ad electionem rectam, contra Philosophum. 6. Ethic. cap.2. vbi dicit, *quod non est electio recta sine ratione recta, & habitu virtutis*: tunc enim non inclinaret per se nisi ad actus istos posteriores electione. *Prolog*. Quæst. 4. & 5. §. *Contra istud, scilicet quod non tantum actus sequens electionem*. L.21.

Habitus ex 2. Ethic. cap. 1. & 3. generatur ex eisdem actibus, ad quos inclinat. *ibidem*. ℣. *Præterea sub alia forma*. L.21.

Habitus practicus generatur ex electionibus, sicut patet de eligente frequenter liberaliter dare, etiam sine actu imperato, si facultas non adsit, posset in ipso generari liberalitas: q[illegible] tamen, quando illi actus imperati sunt impossibiles, voluntas non communiter eligit frequenter rectè circa materiam istorum actuum, *quia quod non creditur alicui possibile, aut ipsum non vult, aut tenuiter vult*, secundùm Augustinum 10. de Trinit. cap.1. ideo communiter non generatur habitus practicus, qui est virtus, siue praxibus imperatis, sequentibus electionem; non tamen generatur ex illis sequentibus, sed ex electionibus, in quibus formaliter est bonitas moralis; in praxibus autem imperatis est tantùm materialiter. *Prolog*. Q. 4. & 5. §. *Contra istud*. ℣. *Ad secundum, si maior est vera*. L.22.

Habitum non auget quilibet actus, vel saltem ille actus, qui non virtualiter continet ipsum generatum: Vnde aquam calidam non facit calidiorem modicus ignis, vel modicus calor, putà tepidus, sed calor intensior, putà calor, qui virtute est talis; Si autem formæ tales habent terminum, non ampliùs illi actus intendunt habitum. 1. D.3. Q.6. §. *Ad quæstionem igitur dicendum*. ℣. *Dicendum, quod generaliter*. T.29.

Habitus, propriè, loquendo, vt Philosophus loquitur. 2. Ethic. cap.1. generatur ex aliquo actu elicito: & sicut vltimus gradus habitus generatur ex vltimo actu, ita primus ex primo; ita quòd quicunque gradus habitus est posterior aliquo actu: Vnde illud, quod est simpliciter primum in intellectu possibili, non est aliquid ipsius habitus. 1. D.3. Q.7. §. *Quidquid sit de opinionibus illis*. ℣. *Similiter, hoc quod dicitur*. sub X.34.

Habitus saltem acquisiti actus necessariò est causa æquiuoca, non è conuerso; quia causa æquiuoca æminenter continet in se perfectionem effectus; non autem possunt duo distincta specie se inuicem eminenter continere. 1. Dist.17. Quæst.2. §. *Contra istam opinionem arguo*. K.10.

Habitus, & actus respectu potentiæ, quæ est causa illorum communis, habent ordinem determinatum, vt vel necessariò actus secundùm totam speciem præcedat habitum, vel è conuerso: & cum aliquis actus de necessitate præcedat habitum, vt causa eius, habitus omninò non præcedit aliquem actum, vt eius causa per se. *ibidem*. ℣. *Præterea, comparando ad eandem causam*. K.10

Habitus si sit causa partialis respectu actus, & æquiuoca; sequitur quòd causa huius causæ erit perfectior, quàm sit causa æquiuoca eiusdem: nam in causis æquiuocis causa causæ perfectior causa est, quàm causa proximior causato: actus autem est causa generationis habitus, adeoque si potentia cum habitu potest in actum perfectum, multò magis si esset sub actu generatiuo habitus, posset in eundem actum perfectum, quod videtur inconueniens; quia duo actus perfecti non possunt esse in eadem potentia; aut saltem si possunt; non videtur quòd vnum istorum possit esse aliquo modo actiuum respectu alterius. *ibidem*. ℣. *Præterea si habitus sit causa*. L.11.

Habitus si est quasi causa secunda, supplendo aliquem gradum causalitatis, qui deest potentiæ, posset igitur fieri habitus ita perfectus, quòd suppleret vicem totius potentiæ; & ita aliquis habitus solus, sine potentia, posset esse causa sufficiens, & in ratione habitus, & in ratione potentiæ: Et vniuersaliter in agentibus eiusdem rationis videtur quòd ita possit intendi virtus vnica, quòd æquabitur duobus. 1. Distinct. 17. Quæstion.2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea si habitus est quasi causa*. L. 11.

Habitum non esse causam actus, necesse esset ponere; si teneretur quòd in motu intensionis, & remissionis indiuiduum præexistens corrumpatur; quia corrumpitur illo actu, quo intenditur: causa autem non est causa, quando corrumpitur, quia quod non est, nullius est causa. *ibidem*. ℣. *Præterea si teneretur*. L. 11.

Habitus, qui sit alia res à specie, non generatur in naturaliter inclinatis, siue in summè determinatis ad vnum; Sed generatur in potentijs de se indeterminatis ad actum, per actum frequenter elicitum. 2. Dist.3. Quæst.10. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad secundum dico*. sub I.18.

Habi-

Habitus vt dependens, vel independens ab actu.

Habitus, qui est habilitas quædam ad intelligendum, & distinguitur à specie, non præcedit actum naturaliter, sed sequitur; propterea est posterior actu secundo, & ita non est actus primus; & propter hoc potentia ad istud non est potentia essentialis, imo quasi posterior potentia accidentali, quia potentia essentialis propriè est ad actum primum, præcedentem secundum actum. 2. D. 3. Qu. 10. §. *ibidem*. †. *ibidem*. sub I. 18.

Habitu existente perfecto, vel in summo, quantum potest perfici in tali subiecto, vel secundum terminum sibi præfixum à sapientia Diuina, omnes actus sequentes nihil augent, sed tantùm procedunt ex habitu iam generato: quemadmodum actus Angeli boni non augent habitum charitatis eius, nec effectiuè, nec meritoriè, quia ille est in termino, vel secundum naturam habitus; vel secundum capacitatem subiecti; vel saltem secundum terminum sibi præfixum à Deo; sed omnes illi actus procedunt ex plenitudine illius habitus sic perfecti. 2. D. 7. Q. Vnic. §. *Ad primum argumentum*. †. *Ad aliud dico, quod habitu existente perfecto*. Y. 27.

Habitus appetitiuus non generatur ex vno actu, sed ex vno syllogismo practico, deducendo aliquid, euidenter conclusum ex primis principijs practicis, fit conscientia: Vnde non est habitus appetitiuus acquisitus; neque est innatus; neque portio; nec via. 2. D. 39 Q. 2. ∫. *Contra istud arguitur*. †. *Contra aliud de conscientia*. n. 3.

Habitus voluntatis natus est causari ab actu voluntatis, sicut à propria causa; & consequenter non potest causari ab alio actu, nisi iste actus contineat in se virtualiter actum voluntatis: actus autem intellectus non potest continere in se virtualiter actum voluntatis, quia actus voluntatis est perfectior; adeoque non potest intellectus per actum suum causare in voluntate tale pondus, quod sit quasi habitus voluntatis. 2. D. 39. Qu. 2. §. *Contra istud arguitur*. †. *Præterea. quod natum est causari*. A. 3.

Habitus similis generatur ex similibus actibus: & ita ex multis actibus indifferentibus potest generari consimilis habitus ad consimiles actus in genere, immobiliter inclinans; non tamen inclinat ad eos, vt bonos, nec vt malos, sicut etiam ipse in se neque est bonus, neque malus; sicut nec etiam generatur ex actibus bonis, vel malis. 2. Dist. 41. Quæstion. Vnica. ∫. *Ad argumenta*. †. *Ad aliud concedo*. D. 5.

Habitus, generatus ex electionibus rectis, est nobilior habitu generato ex dictaminibus rectis. 3. D. 33. Q. Vn. ∫. *Ad primum concedi potest*. †. *Ad secundum*. M. 18.

Habitus non potest esse ratio recipiendi beatitudinem, quia nec modo per habitum recipitur actus; quia cum habitus generetur ex actibus, sequitur actus ipsos; & per consequens habitus in via non est ratio recipiendi actum; ergo multò minus in patria. 4. D. 49. Q. 11. §. *Respondeo erga ad quæstionem*. †. *Prima conclusio probatur sic*. E. 8.

Habitus quomodo distinctus ab actu.

Habitus, & actus distinguuntur specie; propterea non sunt sibi inuicem causæ æquiuocæ agentes, sed actus necessariò est causa æquiuoca in generatione habitus acquisiti saltem. 1. D. 17. Q. 2. ∫. *Contra istam opinionem arguo sic*. K. 10.

Habitus licet sit bonum diuturnius, seu permanentius, quàm actus; quia habitus est de difficili mobilis, & actus statim transit; tamen falsum est quòd habitus, & actus in hoc solo distinguantur, scilicet per permanentius, vel diuturnius, vel minus diuturnum. 4. Dist 49. Qu. 2. ∫. *Ad argumenta primæ quæstionis. Ad quintum*. †. *Ad Philosophum ergo*. Ff. 31.

Habitus vt imperfectior, & ignobilior actu.

Habitu simpliciter perfectior est actus beatificus, etiam in ratione perfectionis finalis, quia immediatiùs attingens obiectum finale; & in ratione etiam perfectionis formalis, quia tanta perfectio non posset competere habitui tali in summo, quanta actui tali in summo. 4. D. 47. Q. 2. *Ad quintum principale primæ quæstionis*. Ff. 31.

Habitus vt imperfectior, & ignobilior actu.

Habitus non est causa actus, nisi partialis; non est autem inconueniens causam partialem æquiuocam esse minus nobilem suo effectu, maximè de partiali secundaria; licet causa totalis æquiuoca, vel partialis principalis sit nobilior suo effectu. 4. D. 49. Qu. 2. §. *Ad quintum principale primæ quæstionis*. †. *Ad Philosophum ergo*. Gg. 31.

Habitus conditiones.

Habitui quatuor conditiones attribuuntur, videlicet quòd est, quo habens faciliter operatur; delectabiliter; promptè, & expeditè. 1. D. 17. Q. 2. §. *Qui vellet tenere conclusionem*. M. 12.

Habitum, non dicit Philosophus. in Prædicamentis. cap. de qualitate. esse inamissibilem; sed de difficili amissibilem. 3. D. 36. Qu. Vn. ∫. *Per hoc patet*. †. *Ad primum argumentum*. D. 10.

Habituum differentia.

Habitus alius est, qui habet euidentiam ex obiecto, nempè cum primum obiectum illius habitus, vt est illius, non tantum continet virtualiter illum habitum, sed vt notum intellectui continet ipsum habitum; ita quòd intellectus, cognoscens tale obiectum potest elicere omnem conclusionem huius habitus: alius verò est habitus, qui non habet euidentiam ex obiecto, sed causatam aliundè, quàm ab obiecto noto; & huic habitui non oportet dare primum obiectum eius, habens duas dictas conditiones, imò neutram oportet dare. *Prolog*. Q. 3. §. *Quantum autem ad primam quæstionem*. L. 12.

Habituum, & actuum distinctio specifica non potest poni propter ordinem, & non ordinem voluntatis. *Prolog*. Q. 4. & 5. §. *Contra hanc opinionem*. †. *Item tunc multa accidentia*. sub D. 9. Vide Practicus, Praxis.

Habitus non habens euidentiam ex obiecto, non distinguitur secundum distinctionem obiectorum: Vnde habitus Theologicus, qui non habet euidentiam ex obiecto, non distinguitur secundum distinctionem operabilium, & speculabilium. *Prolog*. Q. 4. & 5. §. *Contra istam opinionem arguitur sic*. N. 28.

Habitus partis ratiocinatiuæ, & scientificus in hoc differunt quòd Habitus partis ratiocinatiuæ est circa actum, in quantum contingenter elicitur; Habitus verò scientificus est circa idem, in quantum de eo aliquid necessariò concluditur. Nec verum est quod non sit idem obiectum habitus scientifici, & ratiocinatiui; quia idem obiectum potest esse plurium habituum, licet non idem habitus plurium obiectorum. *Prolog*. Qu. 4. & 5. §. *Ad argumenta pricipalia primæ quæstionis*. *Ad secundum*. †. *Per idem ad authoritatem*. & †. *Si obijcitur*. A a. 41.

Habitus artis, & scientiæ moralis in hoc differunt ab habitibus prudentiæ, & experti; quod habitus artis, & scientiæ moralis quasi sunt remoti ad dirigendum, quia vniuersales: habitus verò prudentiæ, & experti, quia generati sunt ex actibus, sunt particulares, & propinqui ad dirigendum. *ibidem*. †. *Ideo dico, quòd diffinitia prudentiæ*. B b. 41.

Habitus minus vniuersalis, & magis vniuersalis sunt distincti habitus proprij; alioquin metaphisica, vt metaphisica, non esset habitus distinctus intellectus, quia esset de vniuersalissimo obiecto ad omnia alia obiecta: habitu item vniuersaliori contingit vti, non vtendo aliquo alio habitu minus vniuersali: Vnde etiam contingit habere actum circa vniuersalius eo modo, quo respicitur ab habitu illo vniuersaliori, non habendo actum circa minus vniuersale. 1. D. 3. Q. 6. §. *Contra istam opinionem arguo sic*. †. *Secundum tertiam viam arguitur*. E. 9.

Habitus, qui est species intelligibilis, non est eiusdem rationis cum habitu, qui per actus acquiritur; nam ex actibus non acquiritur nisi habilitas ad actus consimiles, nunquam tamen per illam habilitatem fit obiectum in intellectu præsens; per habitum autem, qui est species, fit præsens. 1. D. 3. Q. 6. §. *Ad quæstionem igitur dicendum*. †. *Ad secundum dicitur*. T. 29.

Habitus, qui habentur virtute propria obiectorum specie distincto-

Habituum Differentia.

stinctorum, specie differunt. 1.D.3.Q.7.§.*Ad primum in oppositum*. ✝.*Cum arguis vltra*. D d. 41.

Habitus ille, qui est formaliter alicuius obiecti primi, includentis alia obiecta, est virtualiter aliorum obiectorum, licet non formaliter, & primò; Vnde habitus ille est vnus ab vnitate primi obiecti, virtualiter continentis omnia, quæ continentur in illo; non est autem proprius cuicunque virtualiter contento in primo obiecto, sed qui essent proprij illis, essent distincti, sicut illa sunt distincta. *ibidem*. *Ad secundum in oppositum*. ✝. *Cum arguis*. E e. 41.

Habitus in genere qualitatis sicut est quoddam genus intermedium, ita habet sub se multa intermedia, antequam veniat ad species specialissimas: siue enim primò diuidatur per intellectuale, & appetitiuum, quod videtur probabile: & vlterius vtrumque horum per acquisitum, & infusum: siue è conuerso, primò per acquisitum, & infusum; & vtrumque per intellectuale, & appetitiuum: saltem vlterius intellectuale acquisitum diuiditur per speculatiuum, & practicum: & appetitiuum acquisitum, in ordine ad se, & ad alterum: acquisitum autem speculatiuum diuiditur per realem, & rationis, quia est circa ens reale, & rationis. 3. D.34.Q.Vn. §.*Notandum vlterius*. D.8.

Habitus acquisitus speculatiuus, qui est circa ens reale, diuiditur illa diuisione, quæ ponitur. 6. Metaph. cap.2. in mathematicam, naturalem, & Diuinam; & quodlibet membrum illius diuiditur fortè multis diuisionibus, antequam deueniatur ad species specialissimas. 3. D.34. Q. Vn. §.*Notandum vlterius*. D.8.

Habitus practicus acquisitus diuiditur in eum, qui est circa agibile, & in eum, qui est circa factibile: & qui est circa factibile, plures habet diuisiones, antequam deueniatur ad species specialissimas: qui autem est practicus circa agibile, diuiditur multiplici diuisione; siue enim sit scientia practica, siue sit prudentia practica, non est vnicus circa omnia agibilia. *ibidem*.

Habitus intellectiui de tota diuisione; *vel sic* De tota diuisione habitus intellectiui non accipitur in numero virtutum, nisi vna virtus infusa, quæ est fides, & quoddam genus intermedium ad multas practicas acquisitas, quod dicitur prudentia: & sic connumerando, species satis communes possunt haberi, scilicet fides, prudentia, & scientia speculatiua: scientia autem speculatiua, quia non perficit hominem ad benè operandum, ideo non connumeratur inter virtutes cardinales; minus enim est necessaria homini ad rectè viuendum humanè, quàm prudentia; & etiam quàm fides ad rectè viuendum pollitia Ecclesiæ. 3. D.34. Q. Vn. §.*Notandum vlterius*. E.8.

Habitus potentiæ appetitiuæ possunt poni quatuor species, duæ acquisitæ, & duæ infusæ, stando in ipsis speciebus sub habitu appetitiuo infuso, & acquisito: sub infuso quidem primò sunt Spes, & Charitas: sub acquisito autem virtus disponens appetitum ab se, & ad alterum; quæ ad alterum, vocatur vno nomine communi, quod est iustitia; quæ autem ad se ipsum, non habet nomen commune: & fortè illa est ratio, quare non statur in illa numeratione virtutum cardinalium, sed descenditur sub illa ad alias proximas sub eis *ibidem*. E.9.

Habitus proprius perfectiuus concupiscibilis est temperantia, & proprius perfectiuus irascibilis dicitur fortitudo in communi; Et hoc loquendo de habitibus acquisitis, & non infusis: ambæ autem infusæ perficiunt concupiscibilem; quia Deus, quem habent pro obiecto, est tantùm volibilis, & non nolibilis: Et si vtraque istarum specierum intermediarum, tàm scilicet fortitudo, quàm temperantia, possint subdiuidi, tamen in connumeratione virtutum cardinalium remanent indiuisæ. 3. D.34. Qu. Vn. §.*His suppositis*. I.14.

Habitus infusus, & acquisitus.

Habitus acquisitus ex speculationibus non est propriè, quo speculamur, sed est quædam inclinatio ad faciliter, & delectabiliter speculandum; Illud autem, quo, vt principio actiuo ex parte obiecti, speculamur, est species intelligibilis. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Qui vult tenere quartam viam*. ✝. *Per hoc apparet*. Y.11.

Habitus infusus, & acquisitus.

Habitum aliquem infusum in nobis esse, non potest concludi ex actu, vel aliqua conditione ipsius actus; quia vel actus potest ex sola potentia habere intensionem; delectationem; facilitationem, & bonitatem, concurrente ratione recta; vel si concurreret habitus aliquis propter aliquam conditionem prædictarum, posset iste esse aliquis habitus acquisitus; posset enim amicitia acquisita tantam intensionem actui dare, sicut causa secunda cum potentia, vt prima; posset etiam tantam facilitatem, & delectationem tribuere: posset etiam habitus ita confusus esse rationi rectè, quòd actus elicitus nullam conditionem euidenter apparentem haberet, ex qua necessariò concluderetur ipsum elici secundum habitum infusum. 1. D.17. Q.2. aliàs 3. §. *Ad solutionem huius quæstionis*. ✝. *Quantum ad primum*. F f. 21.

Habitus infusus dat acceptabiliter operari; & etiam dat aliquam actiuitatem respectu actus, sicut aliqua causa secunda respectu eius; sed non dat delectabiliter, neque faciliter, quæ conueniunt habitui acquisito, in quantum distinguitur ab infuso per hoc, quòd acquiritur ex frequenter agere. 1. Dist.17. Qu.2. aliàs 3. §. *Ad argumenta pro opinione, quæ imponitur Magistro*. ✝. *Ad primum dico*. O.23.

Habitus appetitiuus acquisitus non est conscientia, quia habitus appetitiuus non generatur ex vno actu, sed ex vno syllogismo practico, deducendo euidenter aliquid, conclusum ex primis principijs practicis, fit conscientia. 2. D.39. Qu.2. §.*Contra istud arguitur*. ✝.*Contra aliud de conscientia*. n.3.

Habitus acquisitus in nobis habet hanc perfectionem, quòd disponat potentiam ad actum; quia est manens in anima, transeunte actu; vt sic intellectus, qui non potest habere perfectam notitiam plurium obiectorum simul, quia non in actu, habeat saltem notitiam eorum permanentem, sicut potest, & ita in habitu; Sed si aliquis actus esset ex natura sua permanens in actu, non oporteret ponere habitum, quia actus talis haberet perfectionem actus primi, & secundi. 3. D.14. Q.3. §.*In prima quæstione*. ✝. *Itaque potest dici*. B.3.

Habitu acquisito ex auditu, puer Iudæus, nunquam baptizatus, crederet, & adhæreret omnibus, quibus & nos, si inter nos nutriretur, & more nostro disciplinaretur. 3. D.23. Q.Vn. §.*De primo certum est*. ✝.*Præterea si vnus puer Iudæus*. A.4.

Habitus aliquis acquisitus licet possit haberi in suprema portione, non tamen perfectissimus; Cum enim suprema portio communis immediatè subdatur Deo, non perficitur perfectissimè ab aliquo creato, sed immediatè à Deo perficiente. 3. D.26. Q.Vn. §.*Ad quæstionem igitur dico*. ✝.*Quod si illæ duæ conditiones*. G.16. Vide. Habituum differentia. Habitus supernaturalis. & Habitus Fidei, Spei, & Charitatis.

Habitum quantumcunque perfectum in genere naturæ possibile est, secundum aliquos, acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectum vnius virtutis, absque acquisitione alterius habitus; Sed habitus ille quantumcunque intensus, non habet, secundum eosdem Authores, rationem virtutis, nisi sit conformis alijs virtutibus acquisitis; & ideo non est virtus; concordia enim habitus ad habitum necessaria est in quolibet habitu, qui est virtus. 3. D.36. Q.*Vnica*. §. *Dicitur aliter, & melius*. A.5.

Habitus omnis quòd disponat ad faciliter operandum, id verum non est, nisi de habitu acquisito; Habitus enim infusus non dat facilitatem ad actum, vt patet de nouiter conuerso, cui non est facile, post conuersionem, actus bonos elicere, sed difficile, quousque ex frequentia actuum bonorum acquirat aliquam virtutem acquisitam. 4. D.6. Q.10. §.*Ad quæstionem potest dici*. ✝.*Respondeo: habitus supernaturalis*. P.16.

Habitus acquisitus videtur communiter tribuere actui quosdam modos, vel quemdam modum, si sint vnus, cuiusmodi est delectabiliter, vel faciliter, vel promptè operari, vel expeditè. *Quodl*. Q.17. §. *Ad argumentum principale dicitur*. ✝. *Ista responsio*. N.13.

Habitus magis, & minus vniuersalis, & superior respectu inferioris.

Habitus minus vniuersalis, & magis vniuersalis sunt distincti habitus proprij; alioquin metaphysica, vt metaphysica, non esset habitus distinctur intellectus, quia esset de vniuersalissimo obiecto ad omnia alia obiecta. 1.D.3. Q.6. *§. Contra istam opinionem arguo sic. ℣. Secundum tertiam viam*. E.9.

Habitu vniuersaliori contingit vti, non vtendo aliquo alio habitu minus vniuersali; & per consequens contingit habere actum circa vniuersalius eo modo, quo respicitur ab habitu illo vniuersaliori, non habendo actum circa minus vniuersale. *ibidem*.

Habitus superior non includit inferiorem in se sub propria ratione, sed tantùm virtualiter; Vnde non tollit carentiam eius sub propria ratione, nec per consequens priuationem eius, si sit nata inesse. 4. Distinction. 49. Quæstion. 13. §. *Respondeo. ℣. Contra. non tollitur*. B. 3.

Habitus praticus, & speculatiuus.

Habitus speculatiui finis. ex 2. Metaph. Tex. 3. est veritas; practici autem opus. *Prolog*. Q.4. & 5. §. *Contra hanc opinionem, quæ vt breuiter dicam*. D.9.

Habitus practicus, posita distinctione intellectus practici, & speculatiui penes finem, qui accidit obiecto, erit in intellectu speculatiuo; nec intellectus illo habitu dicetur practicus, quod videtur inconueniens, quia omni habitu denominatur habens, secundum naturam habitus. *Prolog*. Quæst. 4. & 5. *§. Contra hanc opinionem*. D.9.

Habitus, & actus practicus possent esse in intellectu speculatiuo, si dicatur quòd denominatiuè potest dici practicus, non simpliciter, sed secundùm quid, scilicet intelligendo denominationem fieri ab actu: Nam habitus, vel actus ex natura sua practicus posset esse in intellectu sine relatione ad actum voluntatis. *Prolog*. Q. 4. & 5. §. *Contra hanc opinionem. ℣. Ad secundum dicitur. & ℣. Contra. igitur habitus*. D.9. Vide. Habitus vt dependens, vel independens ab actu.

Habitus, & actus à quo dicuntur practici, ab eodem videtur intellectus dici practicus, licet non ita accidentaliter dicatur illud de habitu, & actu, sicut de intellectu, respectu cuius est accidens per accidens. *ibidem. ℣. Ideo ab eodem*. D.9.

Habitus directiuus non ponitur propter substantiam actus, sed propter circumstantiam; sicut temperantia non ponitur propter substantiam actus comedendi, vel alterius huiusmodi, sed propter circumstantias: Vnde licet voluntas esset determinata ad substantiam actus, tendentis in finem in particulari, requireretur tamen directio, quantum ad circumstantiam illius actus, ad quam non extenditur directio, quæ est circa substantiam actus. *Prolog*. Q.4. & 5. §. *Contra hoc sic arguitur. ℣. Præterea habitus directiuus*. I. 17.

Habitus per se dirigit, & per accidens excludit errorem: & si habitus est perfectus, non compatitur secum errorem; imo si compatitur, non est perfectus; Vnde Beati licet non possint errare, non sequitur quòd non habeant habitum etiam directiuum; quia eo, per impossibile, circumscripto, errare possent; sed, eo posito, propter perfectionem eius, excluditur omnis error. *Prol*. Q 4. & 5. *§. Contra hoc sic arguitur. ℣. Ad tertium respondeo*. K. 18.

Habitus artis, & scientiæ moralis quasi sunt remoti ad dirigendum, quia vniuersales; habitus verò prudentiæ, & experti, quia generati sunt ex actibus, sunt particulares, & propinqui ad dirigendum. *Prolog*. Q. 4. & 5. *Ad secundum principale primæ quæstionis. ℣. Ideo dico, quod diffinitio prudentiæ*. Bb. 41.

Habitus speculatiuus, & practicus non potest esse circa idem obiectum: Et cùm dicit Philosophus, quòd *intellectus extensione fit practicus*, nunquam asseruit quòd intellectus speculatiuus, extensione quacunque, fit practicus; Sed posuit tres gradus intellectus, quorum primus est Considerare speculabilia tantùm: Secundus considerare

Habitus practicus, & speculatiuus.

agibilia, non dictando prosequi, vel fugere, Tertius vt dicit quando, amplius extendendo se, iubet prosequi, vel fugere, ita quòd illa extensio est intellectus imperfectè practici ad cõsiderationem perfectè practicam, puta ab apprehensione terribilium ad dictamen completum de eis, præcipiendo fugam, vel prosequutionem. *Prolog*. Qu. 4. & 5. §. *Ad rationes pro opinione opposita. ℣. Ad primam dico*. Ee. 44.

Habitus, & actus non extenduntur, concesso etiam quòd intellectus speculatiuus extensione fiat practicus; quia speculatiuum, & practicum sunt differentiæ accidentales intellectus, licet sint essentiales habituum, & actuum. *ibidem. ℣. Concesso tamen*. Ee. 44.

Habitus, v. g. medicinæ non est speculatiuus, in quantum vniuersalis; neque fit practicus, quando ex eo acquiritur habitus particularis; alioquin tunc ex principijs speculatiuis sequeretur conclusio practica. Hoc dicendum est, quòd quando sunt aliqua duo extrema opposita, quantò aliquid recidit ab vno oppositorum, tanto accedit ad aliud: modo actualissimam rationem practici habet consideratio, quæ nata est immediatè esse conformis formaliter praxi eliciendæ; & quantò aliquid magis recedit ab isto, tantò magis accedit ad speculatiuum; Hinc habitus vniuersalis, qui non est immediatè natus esse conformis praxi eliciendæ, potest dici speculatiuus respectu alicuius habitus, qui immediatè natus est esse conformis praxi eliciendæ. Ita ars potest dici speculatiua respectu habitus experti, quia ars, tanquam vniuersalior habitus, non est ita immediatè directiua, sicut apparet. 1. Metaph. in procem. *Artifex frequenter errabit, expertus autem non ita errabit*. Ita potest distingui medicina in speculatiuam, quæ scilicet est de vniuersalioribus causis, & curis; quæ cognitio est remotior à praxi elicienda: & in practicam, quæ est de particularibus, & propinquioribus praxi, & immediatiùs conformibus praxi: Tamen, secundùm veritatem, illa vniuersalior (quæ in comparatione dicitur speculatiua) est simpliciter practica, quia virtualiter includit illam particularem, formaliter conformem praxi. *Prol*. Qu. 4. & 5. §. *Ad rationes pro opinione opposita. ℣. Ad illud de medicina. ℣. Contra. & ℣. Ideo aliter dicendum*. Ee. Ff. 44.

Habitus est practicus per intrinsecum, vt per causam formalem; & per obiectum, vt per causam efficientem: esse enim practicum dicit aliquid intrinsecum notitiæ, sicut respectus aptitudinalis est intrinsecus fundamento; & quòd notitia aliqua sic sit apta nata referri, hoc est per naturam intrinsecam notitiæ, quam naturam habet ab obiecto, vt à causa extrinseca. *Prol*. Q.4. & 5. §. *Contra istud arguitur, quod non sit distinctio. ℣. Ad primum dico*. Gg. 45.

Habitus proprius conclusionis practicæ potest poni conscientia, secundum cuius actum nata est conformari electio rectè in agibilibus; & ita dicitur stimulare ad bonum, in quantum liberum arbitrium totum habet vnam causam partialem rectè dispositam; & sequeretur recta, & bona volitio, nisi esset defectus alterius causæ partialis concurrentis, scilicet voluntatis. 2.D.39.Q.2 *§. Ad quæstiones istas*. B. 4.

Habitus intellectus practici dicuntur boni, vel mali propter conuenientiam eorum ad voluntatem: sicut è conuerso voluntas potest dici recta, vel curua propter conuenientiam eius ad actum rectum, vel non rectum speculatiuum, qui est formaliter in intellectu; tamen bonitas est voluntatis, sicut rectitudo intellectus; sed bonitas magis transumitur ad intellectum practicum, quàm speculatiuum. 2. Dist. 39. Quæst. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. C. D. 6.

Habitus actus recti, & reflexi est idem. 3. D.28. Q. Vn. §. *De primo dico. ℣. Ex hoc patet, qualiter habitus charitatis*. B. 2.

Habitus intellectualis perficientis intellectum circa speculabilia, & habitus perficientis intellectum circa operabilia necessitas ratione naturali concluditur: & ita habetur habitus intellectualis speculatiuus, & practicus; Consimiliter ratione naturali concluditur necessitas habitus perficientis appetitum circa ea, quæ sunt appetibilia in ordine ad se, & vlterius circa appetibilia in ordine ad alterum: & ita habetur prima distinctio virtutis appetitiuæ, ordinantis talem potentiam

Habitus practicus, & speculatiuus.

potentiam in actibus ad se, & ad alterum. 3. D.34. Q. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. B.6.

Habitus illi tantum ponendi sunt in Viatore, quibus perficitur circa omne obiectum, quantum perfici potest in via: huiusmodi sunt septem virtutes in genere, non curando de scientijs speculatiuis acquisitis; & per consequens, præter scientias speculatiuas acquisitas, nullus erit habitus in Viatore ponendus, alius simpliciter à septem virtutibus. 3. Distinct. 34. Quæst. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ex istis arguo*. B.7.

Habitibus intellectualibus, & appetitiuis sufficienter perficitur Viator circa omne aliud bonum à Deo, vt circa obiectum: isti autem habitus intellectiui, perficientes intellectum, sunt virtutes intellectuales, & illæ sufficienter perficiunt Viatorem, quantum possibile est, & ad considerandum, & syllogizandum practicè: Habitus etiam appetitiui sunt virtutes appetitiuæ, quæ virtutes sufficienter perficiunt Viatorem ad appetendum, vel ad diligendum, siue in ordine ad se, siue ad aliud: Vnde homo perfectus, tribus virtutibus Theologicis, & virtutibus intellectualibus speculatiuis, & practicis, & virtutibus moralibus ordinantibus ad se, & ad alterum, perficitur quantum potest competere Viatori. 3. Dist. 34. Quæst. *Vnica*. § *Ad istam quæstionem potest dici*. ℣. *Consimiliter circa omne aliud bonum*. C.7.

Habitus intellectualis acquisitus diuiditur per speculatiuum, & practicum; speculatiuus autem diuiditur per realem, & rationis, quia est circa ens reale, vel rationis 3. D.34. Q. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. D.8.

Habitus acquisitus speculatiuus, qui est circa ens reale, diuiditur illa diuisione, quæ ponitur 6. Metaph. Tex. 2. scilicet in mathematicam naturalem, & Diuinam; & quodlibet membrum illius diuiditur fortè multis diuisionibus, antequam deueniatur ad species specialissimas. *ibidem*.

Habitus practicus acquisitus diuiditur in eum, qui est circa agibile, & in eum, qui est circa factibile: & qui est circa factibile plures habet diuisiones, antequam deueniatur ad species specialissimas. *ibidem*.

Habitus practicus circa agibile diuiditur multiplici diuisione; siue enim sit scientia practica, siue sit prudentia practica, non est vnicus circa omnia agibilia. *ibidem*.

Habitus intellectiui de tota diuisione; *vel sic*, De tota diuisione habitus intellectiui, non accipitur in numero virtutum nisi vna virtus infusa, quæ est fides, & quoddam genus intermedium ad multas practicas acquisitas, quod dicitur prudentia: & sic connumerando, species satis communes possunt haberi, scilicet fides, prudentia, & scientia speculatiua. 3. D.34. Q. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. E.8.

Habitus ille, qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est virtualiter omnium eorum, quorum cognitio practica virtualiter continetur in illo fine; sed non est formaliter omnium illorum; & ita vna prudentia est virtualiter omnium virtutum, extendendo nomen prudentiæ ad habitum illum, qui est intellectus primi principij practici. 3. D.36. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ℣. *Qualiter autem omnes prudentiæ*. L.23.

Habitus supernaturalis quo ad sui essentiam, existentiam, necessitatem, causalitatem, & subiectum.

Habitum aliquem supernaturalem, gratificantem naturam beatificabilem, concludere non possumus eidem inesse, neque ex aliquo actu, quem experimur; nec ex substantia actus; nec ex intensione actus; nec ex delectatione, siue facilitatione in operando; neque ex bonitate, siue rectitudine morali actus; quis quocunque istorum dato, posset aliquis, habens charitatem, cognoscere certitudinaliter se esse in charitate, ex hoc scilicet, quòd actum illum sibi experiretur inesse; vel actum sic intensum sibi inesse; vel sic delectabiliter; vel faciliter inesse: vel rectæ rationi consonum esse. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Ad solutionem huius*

Habitus supernaturalis quo ad sui essentiam, existentiam, necessitatem, causalitatem, & subiectum.

quæstionis. ℣. *Quantum ad primum articulum*. Ff. 21.

Habitum supernaturalem nobis inesse ratio, quare non potest concludi ex actu, vel aliqua conditione ipsius actus, est, quia vel actus potest ex sola potentia habere intensionem, delectationem, facilitationem, & bonitatem, seu rectitudinem moralem, concurrente ratione recta: vel si concurreret habitus aliquis propter aliquam conditionem prædictarum, posset iste esse aliquis habitus acquisitus; posset enim amicitia acquisita tantam intensionem actui dare, sicut causa secunda cum potentia, vt prima: posset etiam tantam facilitatem, & delectationem tribuere; posset etiam habitus ita consonus esse rationi rectæ, quòd actus elicitus nullam conditionem euidenter apparentem haberet, ex qua necessariò concluderetur ipsum elici secundum habitum supernaturalem. 1. D 17. Qu.2. *aliàs* 3. §. *Ad solutionem huius quæstionis*. ℣. *Quantum ad primum articulum*. Ff. 21.

Habitum aliquem non acquisitum voluntatem habere, quo subitò inclinetur ad meritoriè agendum, non potest concludi ex hoc, quòd subitò mutetur voluntas, vt intensè, & faciliter, & delectabiliter operetur; & hoc modo consono supernaturali rationi, hoc est, ad dictamen fidei; & non possit ita subitò acquirere habitum amicitiæ ordinatæ consonum fidei: Nam voluntas potest satis subitò mouere quantum ad actus naturales, qui subsunt totaliter potestati eius, quia sicut dicit Augustinus. 1. Retractationum. cap.22. *Nihil tàm est in potestate voluntatis, quàm ipsa voluntas*: Vnde ex tali subitatione non potest concludi habitum supernaturalem, gratificantem naturam beatificabilem inesse. *ibidem*. ℣. *Quod si dicas*. &c. ℣. *Respondeo voluntas*. Ff. 21.

Habitum vnum supernaturalem oportet ponere, propter acceptationem naturæ beatificabilis habitualem, etiam quando non operatur; & propter acceptationem actualem actus eliciti à tali natura; quo habitu habens formaliter acceptetur à Deo; & quo actus elicitus eius acceptetur tanquam meritorius: & sic non videtur acceptari natura, vel actus sine aliquo habitu informante: quia non videtur Deus aliam volitionem secundum rationem habere de obiecto nullo modo diuersificato; nec etiam actus, vt acceptabilis Deo, videretur esse in potestate Agentis, nisi illud, quo formaliter ageret sic, esset forma eius. *ibidem*. ℣. *Dico igitur*. Gg.22. &. 3. D.24. Qu. *Vnica*. §. *De tertia dico*. O.19.

Habitus supernaturalis qualiter sit ratio acceptandi naturam, & actum, dubium est: ratio enim acceptandi naturam videtur esse sicut quidam decor naturæ, complacens voluntati Diuinæ; ita quòd siue ponatur habitus iste actiuus, siue non actiuus; ex hoc solo, quòd est talis forma decorans, & ornans animam, potest esse ratio acceptandi naturam: ad acceptationem autem actus plus requiritur, quàm quòd agens habeat hunc decorem spiritualem; alioquin habens talem habitum non posset habere actum indifferentem aliquem, nec peccare venialiter, quod est inconueniens; neutrum enim istorum tollit istum decorem operantis; & ita vtrumque esset acceptum, si actus acceptaretur ex solo decore operantis: Quare oportet dicere quòd iste habitus, præter hoc, quod est decor spiritualis, etiam est inclinans ad determinatos actus; & hoc actiuè, vt magis videtur; quia alioquin videretur quòd sine isto posset haberi actus intensissimus diligendi Deum, & hoc tàm in via, quàm in patria, & ita beatitudo; quia in illo instanti naturæ, in quo elicitur actus à principio actiuo, si sola voluntas esset principium actiuum, ipsa esset principium, inquantum actiuum, æquè perfectum, sine isto habitu, sicut cum isto; & ipsa potentia posset æqualiter consuagere, vt patet; adeoque perfectissimus actus diligendi, sine habitu tali, haberi posset. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Ad solutionem huius quæstionis*. ℣. *Sed dubium est, qualiter habitus iste*. Gg.23.

Habitus supernaturalis gratiæ est quædam qualitas; & præter relationem, quam habet ad rationem rectam, inquantum est habitus bonus formaliter, habet relationem specialem ad voluntatem diuinam, acceptantem

Habitus supernaturalis quo ad sui essentiam, existentiam, necessitatem, causalitatem, & subiectum.

ipsum, vel subiectum habens ipsum. 1. D.17.Q.2. aliàs 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ✝. *Vlterius sicut in actu meritorio*. Ll. 27.

Habitus supernaturalis gratiæ secundum substantiam inclinat actiuè ad actum secundum substantiam; & hoc actiuè, vt causa partialis: & in hac causalitate habitus est causa secunda, & potentia causa prima; Sed accipiendo actum, secundum rationem meritorij, potest dici, quòd principaliter illa conditio conuenit actui ab habitu, & minus principaliter à voluntate: Magis enim acceptatur actus vt dignus præmio, quia est elicitus à charitate, quàm quia est à voluntate liberè elicitus, quamuis vtrumque necessariò requiratur. Quod tribus exemplis ibidem fit clarum. *ibidem*.

Habitus supernaturalis ex hoc, quòd inclinet ad aliquem actum, vt principium actuum eius partiale potest Deus ordinasse acceptare dignum tali præmio, vel acceptabilem, vel acceptandum esse; & quòd principalius per hoc acceptetur, vel acceptabilis sit, quàm quia est (à voluntate, vt) à reliqua causa partiali. *ibidem*.

Habitus supernaturalis, sicut & quilibet alios habitus moralis habet inclinare determinatè ad obiectum, siue ad finem ex virtute obiecti, quam aliquo modo participat: Nam sicut habitus intellectualis habet aliquo modo in se obiectum præsens, tanquam sub ratione obiecti intelligibilis; ita habitus moralis habet quodammodo obiectum in se sub ratione boni diligibilis; & ita sicut ille habet, virtute obiecti, quodammodo agere ad præsentiam obiecti; ita iste, virtute obiecti suo modo contenti, habet inclinare in obiectum. *ibidem*. ✝. *Hoc modo in proposito*. Ll. 28.

Habitus [supernaturalis] magis determinatè inclinat ad obiectum, quàm potentia; quia determinatiùs includit obiectum. *ibidem*. ✝. *Ex hoc apparet*. Ll. 28.

Habitui supernaturali posset dici quòd conueniat causalitas partialis, quæ ipsi attribuitur, ex parte, qua obiectum dicitur actiuum respectu actionis, & non ex parte, qua potentia dicitur actiua; quia magis habitus vim suam habet ex obiecto, quod determinatè includit, quàm ex ipsa potentia. 1. Dist.17. Qu.2. *aliàs* 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ✝. *Et secundum hoc etiam posset dici*. Ll. 28.

Habitus supernaturalis determinat, & inclinat potentiam ad actum meritorium, in quantum actus est meritorius; sed non in quantum actus ille est in substantia. *ibidem*. ✝. *Et si tunc arguatur*. & ✝. *Respondeo, quòd verum est*. Ll. 28. Addit.

Habitu supernaturali non concurrente, benè potuisset Deus, de potentia absoluta, acceptare naturam beatificabilem, acceptatione speciali, existentem in puris naturalibus; & similiter actum eius, ad quem esset inclinatio eius merè naturalis, potuisset acceptare vt meritorium; Sed non creditur ita disposuisse quòd naturam puram, vel actum eius sic acceptet; quia actum ex puris naturalibus esse meritorium, appropinquat errori Pelagij; ideo verisimiliùs creditur quòd acceptet naturam, & actum eius tanquam meritorium, per habitum supernaturalem. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *De secundo articulo dico*. Mm. 29.

Habitum supernaturalem, gratificantem naturam beatificabilem ponere non est necessarium, loquendo de necessitate, respiciente potentiam Dei absolutam, præcipuè cum possit dare beatitudinem sine omni merito præcedente; licet sit necessarium, loquendo de necessitate, quæ respicit potentiam Dei ordinatam: quam ordinationem colligimus ex Scriptura, & ex dictis Sanctorum, vbi habemus quòd peccator est indignus vita æterna, & iustus dignus. *ibidem*. §. *De secundo articulo dico*. ✝. *Quantum igitur ad istum articulum*. Mm. 29.

Habitum omnem supernaturalem, glorificantem naturam beatificabilem, potest dici quòd Magister non negat; ipse quippe dist. 35. cap. illud quoque mirabile, adducit Augustinum ad Dardanum dicentem, quòd *ad templum Dei pertinent pueri sanctificati, qui non valent cognoscere Deum*; Deus ergo inhabitat paruulum, qui tamē nō potest habere actum elicitum circa Deum: Ista autem inhabitatio, quæ competit paruulo regenerato, & non alij, non potest esse sine omni habitu supernaturali in ipso paruulo; nec enim potest poni propter actum, quia talem actum non habet, nec habere potest: nec propter naturam solam, quia non inhabitat alium paruulum non regeneratum, cum in eo sit eadem natura. 1. Dist. 17. Quæst. 2. aliàs 3. §. *Quantum ad tertium articulum*. Mm. 30.

Habitum vnum potest dici quòd Magister posuit, quo informante animam, Spiritus Sanctus inhabitat, & vt inhabitans, quasi perficit potentias habitibus supernaturalibus; duas quidem, intellectum, & voluntatem, fide, & spe ad credendum, & sperandum; sed voluntatem nullo alio habitu ad amandum, quàm isto, per quem dicitur inhabitare; quia actus iste amandi est ita perfectus, quòd potest attribui immediatè illi habitui, quo formaliter inhærente, Spiritus Sanctus inhabitat, tanquam perfectissimo habitui: Non sic possunt actus credendi, & sperandi attribui immediatè illi habitui, per quem Spiritus Sanctus inhabitat, propter imperfectionem istorum actuum, & perfectionem illius habitus, quo Spiritus Sanctus inhabitat mentes; Ille enim debet esse ita perfectus, quòd nec in patria euacuetur, quando anima erit templum Dei, tunc enim non manebunt credere, & sperare. *ibidem*.

Habitum nullum esse supernaturalem, formaliter gratificantem animam, absolutè non dixit Magister, pro quo hoc modo faciunt Augustini authoritates; sed quòd non sit alius habitus ab isto, per quem Spiritus Sanctus inhabitat animam; eo modo, quo habitus sperandi, & credendi alius est ab habitu, quo inhabitat: Vnde, secundum hoc, non videtur Magister discordare ab alijs, nisi quia vel ponat gratiam alium habitum esse à charitate; vel saltem dicat, istum habitum, qui realiter est gratia, formaliter esse in voluntate, & non in essentia animæ; quia tunc non inhabitaret Spiritus Sanctus per habitum vnum, quasi radicalem respectu fidei, & spei, nisi primò infinr, sed inhabitaret per habitum formaliter informantem voluntatem, qui quodam ordine naturæ, esset posterior fide, & spe. 1. D.17. Q.2. aliàs 3. §. *Quantum ad tertium articulum*. Mm. 30.

Habitum eundem supernaturalem tenendo esse realiter charitatem, & gratiam; & præscindendo an ille habitus informet essentiam animæ primò, & sic à Spiritu Sancto, inhabitante essentiam animæ, fluant virtutes, informantes potentias; vel sit in voluntate formaliter, tam præsupositis fide, & spe in potentijs; saltem charitas non videtur alius habitus ab isto, per quem Spiritus Sanctus inhabitat animam, & ita non sic Spiritus Sanctus per habitum medium alium ab isto, quo inhabitat, mouet ad diligere, sicut mouet ad credere, & sperare. *ibidem*. ✝. *Sed tenendo*. Mm. 30.

Habitus supernaturalis, quo inclinatur anima ad diligendum meritoriè, quia est perfectio simpliciter, in tantum vt ista perfectio simpliciter conueniat formaliter Spiritui Sancto; sequitur quòd iste habitus possit esse immediatus habitus respectu dilectionis, quæ est perfectio simpliciter; & per hoc Spiritus Sanctus, vt inhabitans per istum habitum, immediatiùs causat illum actum, quàm credere, vel sperare, respectu quorum non potest esse aliqua causa proxima, quæ sit perfectio simpliciter. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Ad argumenta principalia*. *Defecundo*. ✝. *Sed quid faciunt*. Oo. 32.

Habitus supernaturalis simpliciter dat acceptabiliter operari; & etiam dat aliquam actiuitatem respectu actus, sicut aliqua causa secunda respectu eius; sed non dat delectabiliter; neque faciliter, quæ conueniunt habitui acquisito, in quantum distinguitur ab infuso, per hoc, quod acquiritur ex frequenter agere. *ibidem*. §. *Ad argumenta pro opinione, quæ imponitur Magistro*. ✝. *Ad primum dico*. Oo. 33.

Habitu supernaturali non existente in voluntate, pos-

sic

Habitus ſupernaturalis quo ad ſui eſſentiam, exiſtentiam, neceſſitatem, cauſalitatem, & ſubiectum.

ſet quidem habere actum circa obiectum ſupernaturale oſtenſum, ſiue nudè, ſiue per actum fidei; ſed iſte actus, circa obiectum oſtenſum à fide, non eſſet meritorius, quia non eſſet ſecundum inclinationem illius habitus, ſecundum quem ſolum Deus diſponit acceptare actum: nec etiam in patria eſſet beatitudo, quia non eſſet ita perfectus, ſicut poſſet haberi à tali potentia, ſi eſſet perfecta proportionaliter habitui ſupernaturali. *ibidem.* ✠. *Ad ſecundum.* O o. 33.

Habitu ſupernaturali non concurrente cum voluntate ad actum circa Diuinam eſſentiam viſam, non ſolùm illa voluntas non eſſet beata; quia non haberet quidquid vellet, eo modo quo deberet velle; deberet enim velle acceptabiliter diligere, & hoc non haberet; ſed etiam non eſſet beata, quia non haberet actum ita perfectum, ſicut competeret ſibi in gradu naturæ ſuæ; nulla enim potentia habitualis poteſt habere actum ita perfectum ſine habitu, ſicut cum habitu; imò quantò potentia eſt perfectior, tantò minus poteſt habere actum proportionabilem ſuæ perfectioni, ſi careat omni habitu: quia ea quo eſt ſimilis proportio geometrica duarum potentiarum inæqualium ad habitus proportionaliter perfectiuos, erit aliqua proportio arithmetica; & ita ſimpliciter magis deficit potentia perfectiur, ſi non perficiatur per habitum, quàm potentia imperfectior. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs.* 3. ∫. *Ad argumenta pro opinione. Ad ſecundum.* ✠. *Et ſi obÿcias*, &c. ✠. *Reſpondeo.* O o, 33.

Habitus ſupernaturalis defectu, voluntas non tanta volitione vellet obiectum ſupernaturale viſum, quanta poteſt ordinatè appetere illud obiectum; & ſic non haberet quicquid vult, nec eſſet conſequenter beata; poteſt enim ordinatè appetere habere illud tanto actu, quantus competeret ſibi ea natura potentiæ, & habitus proportionalis ſibi; & non tantum ita perfecto actu, ſicut competit ſibi ex puris naturalibus: non haberet autem primo modu, ſed tantùm ſecundo modo. *ibidem.* ✠. *Quod etiam additur.* &c. ✠. *Reſpondeo: non tanta volitione.* O o. 33.

Habitu ſupernaturali non poteſt voluntas ordinatè velle habere obiectum beatificum maiori actu, quàm correſpondente meritis ſuis: talis non eſt maximus, cuius eſt capax; ſemper tamen eſt maior illo, quem poſſet habere exiſtens in puris naturalibus. *ibidem.* ✠. *Reſpondeo: non tanta volitione.* P p. 34.

Habitus ſupernaturalis perfectionem totam continet in ſe voluntas infinita eminenter per identitatem; & ideo nullam perfectionem minorem dat actui, quia non intelligitur informari habitu: ſed potentia finita non includit per identitatem habitum proportionalem ſibi, & ideo poteſt deficere a perfectione ſibi conuenienti in agendo, ſi non perficitur habitu. *ibidem.* P p. 34.

Habitus ſupernaturalis ratione, *vel ſic*, Ratione habitus ſupernaturalis, concurrentis ad productionem actus, poteſt dici actus ille ſupernaturalis, licet non immediatè creetur. 1. D. 17. Q. 2. *aliàs.* 3. ∫. *Ad argumenta pro opinione.* ✠. *Ad tertium dico.* P p. 34.

Habitus ſupernaturalis etſi præſuppoſitus ſit à cauſa ſupernaturali [ad actus productionem] immediatè; tamen iſte, poſitus in eſſe, eſt cauſa naturalis reſpectu ſui actus; & ideo actus, qui producitur per talem habitum, non eſt propriè ſupernaturalis; ita enim naturaliter poteſt ſe habere ad actum ſuum forma, quæ ſupernaturaliter producitur, ſicut ſe habet ad actum ſuum forma, quæ eſt merè naturalis; ita quod differentia in productione formarum non cauſat, nec concludit diſtinctionem earum, in comparatione ad ſuos effectus. *ibidem.* ✠. *Aliter poteſt dici.* P p. 34.

Habitu ſupernaturali vti eſt in poteſtate voluntatis non impeditæ; & quando cum æquali conatu operatur voluntas, habitus æqualiter ſibi cooperatur; quia habitus, ex parte ſui, agit per modum naturæ: nec tamen ſemper erit æqualis delectatio conſequens actum elicitum: delectatio quippe eſt ab obiecto, quod attingitur per actum, & non tantum ab ipſa potentia agente circa obiectum: nunc autem quando obiectum non eſt præſens in ſe, ſed in ænigmate, poteſt ab obiecto delectatio diuerſimodè cauſari, nunc plus, nunc minùs, licet actus circa ipſum, & æquè intenſus ſemper eliciatur ex æquali conatu. 1. D. 17. Qu. 2. *aliàs.* 3. ∫. *Ad argumenta pro opinione.* ✠. *Ad quartum dico.* P p. Q q. 34.

Habitus ſupernaturalis quo ad ſui eſſentiam, exiſtentiam, neceſſitatem, cauſalitatem, & ſubiectum.

Habitu eodem, quo Spiritus Sanctus inhabitat animam, inclinatur voluntas in ſuum actum meritorium: non ſic autem eodem habitu, quo Spiritus Sanctus inhabitat, credit omnia, & ſperat, ſed alijs habitibus imperfectis, quia actus iſtorum habituum requirunt imperfectionem. 2. D. 27. Q. *Vnica.* §. *Ideo alia eſt opinia.* n. 3.

Habitus, qui natus eſt eſſe circa Deum immediatè, vt circa obiectum, & innititur ſibi vt primæ regulæ, immediatè natus eſt perficere primam portionem. 3. D. 26. Q. *Vnica.* ∫. *Ad quæſtionem igitur dico.* ✠. *Quod ſi illæ duæ conditiones.* G. 16.

Habitum ea quo Deus dedit voluntati, ſemper aſſiſtit voluntati, & habitui ad actus ſibi conuenientes; ſicut poſtquam illuminauit cæcum miraculosè, ſemper aſſiſtit illuminato, vt poſſit mouere illam potentiam: Vnde per idem eſt aliquid proportionatum mouenti primo, & ſecundo; & per conſequens ſi per habitum proportionatur potentia ſibi ipſi, per idem ſufficienter proportionatur Spiritui Sancto, vt alij mouenti; adeoque non propter iſtam motionem oportet ponere neceſſariò alios habitus. 3. D. 34 Q. *Vnica.* § *Contra hoc, quia etiam falſum eſt.* ✠. *Et tertio: Ex quo Deus.* A. 5.

Habitus ſupernaturalis ponitur pertinere ad idem genus intermedium qualitatis cum habitu naturali. 4. Diſt. 6. Quæſt. 10. § *Ad quæſtionem poteſt dici.* ✠. *Reſpondeo erga.* N. 15.

Habitus ſupernaturalis, vt eſt forma ſupernaturalis de difficili mobilis, poteſt eſſe principium agendi, vel reſiſtendi corruptiuo; & ſic habere rationem potentiæ ſupernaturalis. 4. D. 6. Q. 10. ∫. *Ad quæſtionem.* ✠. *Hæc non concludunt.* O. 16.

Habitus naturalis dicit quamdam facilitatem, inductam ſuper potentiam naturalem, quia potentia naturalis eſt, qua naturaliter poſſumus actus, quos poſſumus; ſed potentia poteſt eſſe aliqua ſupernaturalis forma, ſpiritualis, immobilis; & pro tanto poteſt dici habitus [ſupernaturalis]; & tamen eſt principium, quo poſſumus in talem actum ſpiritualem, vel ſupernaturalem. *ibidem.*

Habitus ſupernaturalis poteſt poni character Sacramentalis, licet eſſet diſpoſitio ad gratiam; quia benè poteſt eſſe vnus habitus diſpoſitio ad alium: ſicut, ſecundùm diſtinguentes habitum principij ab habitu concluſionis, habitus principij diſponit ad habitum concluſionis; nec per hoc eſt diſpoſitio, vt diſtinguitur contra habitum in prima ſpecie [qualitatis]; nam illa eſt qualitas de facili mobilis, per oppoſitum ad habitum. 4. D. 6. Qu. 10. §. *Ad quæſtionem.* ✠. *Hæc non concludunt.* O. 16.

Habitus, licet, ex 2. Ethic. diſponat ad bene, vel male operandum, non verò character Sacramentalis; non propterea character non eſt habitus, quia aliquis poteſt eſſe actus indifferens: ſicut enim ea frequenter benè agere acquiritur habitus, inclinans ad bene agendum, & ex frequenter malè agere inclinans ad male agendum; ſic ea frequenter agere abſolutè, acquiritur habilitas ad agendum tali actione, neque cum bonitate, neque cum malitia, ſicut nec actus generatiuus fuit talia, ſcilicet bonus, vel malus quod patet; poteſt enim aliquis, frequenter conſiderans Geometriam, habere facilitatem magnam ad conſiderandum concluſionem in illa ſcientia, nec eſt ibi habitus bonus, vel malus, ſicut nec actus, ex quo generabatur: ſic & in habitu ſupernaturali poteſt eſſe. 4 D. 6. Quæſt. 10. §. *Ad quæſtionem* ✠. *Hæc non concludunt.* O. 16.

Habitus ſupernaturalis poteſt eſſe diſponens ad actum bonum, licet nō ſit eius principium elicitiuum proximum, vel ſufficiens: & hoc modo fides infuſa non eſt principiū

Habitus supernaturalis quo ad sui essentiam, existentiam, necessitatem, causalitatem, & subiectum.

sufficiens eliciendi actum credendi; nec charitas infusa eliciendi actum diligendi, sed inclinant, vt, concurrentibus alijs necessarijs, actus bonus eliciatur: & ita dico quòd aliquis habitus supernaturalis potest remotiùs, & imperfectiùs inclinare ad actum bonum; & talis ponitur character, tanquam primò, & remotissimè disponens ad bonos actus. 4. D.6.Q.10. *§. Ad quæstionem.* ✠. *Et si dicas quòd habitus supernaturalis &c.* ✠. *Respondeo.* P.16.

Habitus supernaturalis potest esse character, licet non disponat ad faciliter operandum; quia id non est verum, nisi de habitu acquisito, habitus enim infusus non dat facilitatem ad actum, vt patet de nouiter conuerso, cui non est facile, post conuersionem, actus bonos elicere, sed difficile, quousque, ex frequentia actuum bonorum, acquirat aliquam virtutem acquisitam. *ibidem.* ✠. *Respondeo.* P.16.

Habitus supernaturalis non est in habitu naturali, sed in potentia naturali, in qua est habitus naturalis; & hoc ideo, quia potentia naturalis est peior vtroque habitu. 4.D.6.Q.11. *§. Hic est opinio.* ✠. *Contra, quia dispositio ad formam.* n. 2.

Habitus supernaturalis, quem aliqui volunt dari Spiritibus malignis propter demeritum peccati, & per illum habitum subijci corporali agenti [nempè igni infernali], vt possit ab eo pati; si est forma corporalis, ita potest Deus date illum habitum Angelo, vt inhæreat, sicut quòd Angelus sit albus, vel lapis sapiens, quia æqualis est repugnantia vtrobique suscipientis ad susceptum: Si spiritualis; sequitur quòd per illum non magis est passum proportionatum corpori, vt agenti, quàm priùs. 3.D.44.Q.2. *§. Aliter dicitur, quod Spiritui datur.* ✠. *Contra hoc*, n. 3.

Habitus Fidei, Spei, & Charitatis.

Habitibus supernaturalibus fidei, & spei Spiritus Sanctus, inhabitans animam, quasi perficit duas potentias, intellectum, & voluntatem, ad credendum, & sperandum; sed voluntatem nullo alio habitu ad amandum, quàm isto, per quem dicitur inhabitare; quia actus iste amandi est ita perfectus, quòd potest attribui immediatè illi habitui, quo formaliter inhærente, Spiritus Sanctus inhabitat tamquam perfectissimo habitui; non sic possunt actus credendi, & sperandi attribui immediatè illi habitui, per quem Spiritus Sanctus inhabitat, propter imperfectionem istorum actuum, & perfectionem illius habitus, quo Spiritus Sanctus inhabitat mentes; ille enim debet esse ita perfectus, quòd nec in patria euacuetur, quando anima erit templum Dei; tunc enim non manebunt credere, & sperare. 1. D.17.Q.2. *aliàs.* 3. §. *Quantum ad tertium articulum.* Mm.30.

Habitus credendi, & sperandi alius est ab habitu, quo Spiritus Sanctus inhabitat animam. 1.D. 17. Q.2. *aliàs.* 3. §. *Quantum ad tertium articulum.* Mm.30.

Habitum alium esse gratiam à charitate videtur ponere Magister; vel saltem dicere istum habitum, qui realiter est gratia, formaliter esse in voluntate, & non in essentia animæ: Tunc autem non inhabitaret Spiritus Sanctus per habitum vnum quasi radicalem respectu fidei, & spei, nisi primò infint, sed inhabitaret per habitum formaliter informantem voluntatem, qui quodam ordine esset posterior fide, & spe. *ibidem.*

Habitus alius non videtur esse charitas realiter ab isto, per quem Spiritus Sanctus inhabitat animam: & ita non sic Spiritus Sanctus per habitum medium alium ab isto, quo inhabitat, mouet ad diligere, sicut mouet ad credere, & sperare. 1.D.17.Q.2. *aliàs.* 3. §. *Quantum ad tertium articulum.* ✠. *Sed tenendo.* Mm.30.

Habitus ille, quo inclinatur anima ad diligendum meritoriè, quia est perfectio simpliciter, in tantum, vt ista perfectio simpliciter conueniat formaliter Spiritui Sancto; sequitur quòd iste habitus possit esse immediatius habitus respectu dilectionis, quæ est perfectio simpliciter, & per hoc Spiritus Sanctus, vt inhabitans per istum habitum, immediatius causat illum actum, quàm credere, vel sperare, respectu quorum non potest esse aliqua causa proxima, quæ sit perfectio simpliciter. 1. D.17.Qu.2. *aliàs.* 3. §. *Ad argumenta principalia.* ✠. *Sed quid faciunt istæ auctoritates.* Oo.32.

Habitus charitatis æqualiter cooperatur voluntati, quando hæc cum æquali conatu operatur, quia habitus, ex parte sui, agit per modum naturæ. *ibidem.* §. *Ad argumenta pro opinione.* ✠. *Ad quartum dico.* Pp. 34.

Habitus charitatis intenditur, non per corruptionem gradus præexistentis [quod probatur à Doctore sex vijs]. 1. Dist.17.Qu.3. *aliàs.* 4. §. *Contra istam positionem.* Qq.3.

Habitus charitatis generatur à Deo, & per consequens augmentatur ab ipso; ab eodem enim generatur habitus, & augmentatur, ex 2. Ethic. cap.2. hoc autem non est secundum esse in subiecto solùm; nec quia prior gradus corrumpitur; sed quia Deus augendo addit aliam realitatem præcedenti: non igitur fit per extractionem illius gradus à subiecto, sed per additionem noui gradus ad gradum præexistentem; magis enim propriè dicitur augmentatio per appositionem, quam per extractionem. 1.D.17.Qu.3. *aliàs* 6. §. *Sextò propter tertiam opinionem.* ✠. *Item sic opinans.* Yy.3.

Habitus supernaturalis ideo est fides, assentiens supernaturaliter reuelatis à Deo, quia assentit veracitati reuelantis: Deus autem reuelat credibilia, quando infundit habitum. 3.D.23.Q. *Vnica.* §. *Secundo de fide infusa.* D.6.

Habitum fidei habens non credit articulum esse verum ex euidentia obiecti, sed propter hoc, quia assentit veracitati infundentis habitum, & in hoc reuelãtis credibilia: propterea fides est cum ænigmate, & obscuritate. *ibidem.*

Habitus fidei potest teneri quòd sit vnus omnium credibilium, quia non respicit credibilia sub proprijs rationibus illorum, sed vt reuelata sunt à Deo; & credit omnia reuelata ab ipso tanquam vera esse, eodem habitu, quo credit reuelantem esse veracem; si enim habeo habitum, quo credo te esse veracem, per eundem habitum credo hæc, quæ asseris, esse vera, quantumcunque illa sint diuersarum rationum; quia illis non assentio, nisi per accidens, per hoc scilicet quòd assentio veracitati tuæ; & ita assentio illis, vt sunt à te asserta: Ita hic; nam credibilibus reuelatis à Deo assentio, quia assentio veracitati Dei; & sic fides respicit omnia credibilia, vt reuelata à Deo, non autem sub proprijs rationibus; & ideo vna fides posset esse de omnibus credibilibus, quamuis geometricalia, & physicalia, & quantumcunque diuersa, & alterius rationis introducerẽtur hic tanquam credibilia; in omnibus enim esset vna ratio credendi esse vera, quia reuelata sunt à Deo. *ibidem.* ✠. *Similiter hoc modo teneri potest.* D.6.

Habitu acquisito, ex puris naturalibus potest aliquis assentire omnibus assertis, & reuelatis ab aliquo; quia ex puris naturalibus assentire potest illum esse veracem, qui talia asserit, & reuelat: Ex puris autem naturalibus credit homo, & assentit quòd Deus est verax magis, quàm omnes homines; & hoc scire, & assentire potuit Paulus; adeoque, fide acquisita, ex puris naturalibus potest assentire omnibus reuelatis à Deo; & per consequens quilibet alius: Vnde præter fidem acquisitam non requiritur necessariò, *propter assentire*, aliqua alia fides. 3.D.23.Q. *Vnica.* §. *Contra: si fides infusa.* ✠. *Præterea, in primo, cui articuli sunt reuelati.* E.8.

Habitus causans assensum propositionibus complexis potest causari in nobis, ex frequentia actuum cognoscendi terminos, cognitione imperfecta. 3.D.23.Q. *Vnica.* §. *Aliter potest poni fides infusa.* E.9.

Habitum fidei, inclinantem intellectum nostrum in assensum articulorum, Deus infundit; ita quòd fides respicit ipsum Deum, de quo formantur articuli, quibus sicut obiectis secundarijs assentimus per habitum; sed ille assensus non est ex euidentia terminorum; quia omnis credibilia vel sunt necessaria simpliciter, sicut Deum esse trinum, & vnum, & omnia alia, quæ respiciunt Deum intrinsecè; vel sunt contingentia, vt illa, quæ respiciunt extrinsecè, cuiusmodi est Incarnatio Filij, Re-

surrectio

surrectio mortuorum, & huiusmodi, quæ dependent à voluntate Diuina, quæ contingenter ordinauit illa ab æterno, quamuis sint necessaria ea præsuppositione Diuinæ voluntatis, scilicet si ordinauit ea fieri: & tunc necessitas illorum est conditionata: & talium credibilium, siue necessariorum simpliciter, siue contingentium necessitaa, vel contingentia, vel ipsamet credibilia non sunt nobis nota intuitiuè, sicut nata essent videri: Ideo assensus, quem causat in nobis fides infusa à Deo, non est ita perfectus, sicut erit quando videbimus eum sicuti est, scilicet Deum, sed est imperfectus. *ibidem*. E. 10.

Habitus fidei infusæ, secundum vnum modum ponendi hanc fidem, immediatè inclinat in articulos fidei, sicut si ex articulis cognitis immediatè acquireretur. 3. Dist.23.Qu.*Vnica.* §. *Aliter potest poni fides infusa*. E. 11.

Habitus fidei inclinat in veritatem obiecti, secundum quod inclinat firmiter intellectum in talia obiecta. 3.D. 23. Qu. *Vnica*. §. *Aliter potest poni fides infusa*. E. 11.

Habitum fidei infusæ non pono propter (solum) gradum in actu, sed etiam propter assensum, quia assensua non est totaliter à voluntate: aliqui enim sunt, qui vellent magis assentire, & tamen minus assentiunt: & ideo petebant Apostoli, *Domine adauge nobis fidem*; & in collecta Dominicæ. 13. post Pentecost. petitur augmentum eius, *Omnipotens sempiterne Deus da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum*: Istud autem non oporteret petere, si totus assensus esset à voluntate; nec fidea excludit omnem dubitationem, sed dubitationem vincentem, & trahentem in oppositum credibilis.3.D.23.Q.*Vnica*.§. *Ad quæstionem tamen dico*. G.15.

Habitua fidei infusæ, & acquisitæ vterque inclinat naturaliter, & per modum naturæ præbet assensum; Si autem est error in assensu, est à parte obiecti, sic, vel sic occurrentis: sicut habitus principiorum inclinat à parte sui naturaliter in verum; & si sit deceptio, hoc est ex obiectis falsò occurrentibus, & præsentatia intellectui: ideo non est certior, quantùm ad non decipi, fides infusa, quàm acquisita, cum habitus vtriusque inclinet naturaliter ad assensum. *ibidem*. ℣. *Contra: decipi, & non decipi*. H. 16.

Habitum prout dicit fides; *vel sic*, Pront fidea dicit habitum generatum, inclinantem in aliqu id non euidens ex se, tanquam in verum, & hoc determinatè, vt assentit illi tanquam verò; sic potest aliquis scire se habere fidem, generaliter loquendo de fide; sicut potest scire se habere scientiam, arguendo habitum esse in se ex suis actibua: Sed quod aliquis sciat, vel scire possit se habere fidem, certam determinatè inclinantem in verum, ita quòd sciat, fidem esse veram, & illud, in quod inclinat, esse verum, ita quod faciat assentire vero, & non solum inclinet in aliquid tanquam verum; sic nullus scire potest in hac vita, nisi reueletur sibi: quia non possum scire me assentire vero, nisi priùs sciam esse verum illud, cui assentio: scire autem aliquem articulum esse verum impossibile est pro statu isto, de lege communi: Ideo sicut credo Deum esse trinum, & vnum, & non scio, nec scire possum illud pro statu isto; sic credo me habere fidem infusam, inclinantem in illud, sicut in verum, quod est in se verum. 3.D.23.Q.*Vnica* §. *Sed quid dicis de fide infusa*. ℣. *Respondeo*. I.17.

Habitus simpliciter perfectior est fides infusa quocunque habitu acquisito; eo quod ratione suæ perfectionis non potest causari nisi à Deo in ratione causæ, vt causat obiectum, vel per alium modum, supplendo vicem obiecti, quod non est perfectè præsens in ratione obiecti, respectu fidei. 3.D.23.Qu.*Vnica*.§. *Ad quartum principale*. L. 19.

Habitus, siue notitia, quam habet aliquis de his, quæ traduntur in Canone Bibliæ, non est tradita per modum scientiæ demonstratiuæ; mendicando scilicet notitiam illam, siue habitum de intellectu litteræ ab aliquibus principijs, ex quibus demonstratiuè concluditur: quod expressè patet per Augustinum. 18. de Ciuitate, cap. 41. in fine, vbi loquens de traditis in scriptura dicit, quòd *illa commendata sunt nobis diuinis eloquijs, quamuis per homines, non argumentorum concertationibus inculcata, vt non hominis ingenium, sed Dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret, scilicet quæ tradita sunt in Scriptura*. Habet itaque habitum de sic traditis in sensu litteræ, non quidem habitum scientiæ, proprie accipiendo scientiam, vt accipitur. 1. Posterior. Tex. 5. Sed habitum, quo immediatè assentit omnibus, & singulis, & non vni propter aliud, de his, quæ traduntur in scriptura: quinimo si aliqua ibi tradita probarentur ex alijs, non assentiret eis quia sic probata, sed cuilibet dicto in Canone assentit, non quia probatur modo dicto, sed solùm propter auctoritatem Dei, ratione cuius assentit immediatè omnibus traditis in scriptura, non vni propter aliud per syllogisticum discursum. 3.D.24.Q.*Vnica*.§. *Ad propositum*. ℣. *De primo dico*. E. 14.

Habitus fidei, Spei, & Charitatis non correspondent partibus imaginis; sed tantùm sunt duæ potentiæ, quantum est attingere Deum immediatè per actus elicitos: tales autem sunt intellectus, qui vt distinctus, per vnicum actum elicitum immediatè attingit Deum credendo; & voluntas habens rationem affectionis, iustitiæ, & commodi, amando, & sperando. 3. D.26.Q.*Vnica*. §. *Ad primum principale*. ℣. *Ad quartum dico*. O.26.

Habitus charitatis, quantum ad substantiam actus, dat aliquam intensionem vlteriorem, quam eadem potentia, & ea æquali conatu dare non posset actui suo; & quantò potentia creata est perfectior, tantò plus deficit in actu, si non habeat charitatem, correspondentem sibi secundum proportionem; dico arithmeticam, quia secundum geometricam est æqualitas; quantum enim deficit voluntas minor, si non habet charitatem sibi proportionabilem, tantum defici voluntas maior geometricè, si non habeat charitatem sibi proportionabilem. 3.D. 27.Q. *Vnica*. §. *De tertio, dico sicut dictum est*. O. 19.

Habitus fidei, spei, & charitatis, non potest per rationem naturalem probari esse infusos, sed solùm fide tenetur: & congruitas bona apparet, quia quantum ad actus circa Deum immediatè, probabile est quòd non possit perfectissimè perfici suprema portio, nisi immediatè à Deo. *ibidem*. ℣. *Quantum etiam*. O. 19.

Habitus aliquia eiusdem speciei cum charitate non potest acquiri ex actibua, licet possit acquiri aliqua amicitia, tendens in Deum, sub eadem ratione obiecti, & etiam per actum similem, quia super omnia diligendo; quæcunque enim natura non potest esse ab aliquo efficiente eiusdem speciei cum efficiente alterius, non est eiusdem speciei cum illa alia, sicut est in proposito. 3. D. 27.Q.*Vnica*.§. *Ad primum argumentum principale*. ℣. *Ad quartum dico*. Q. 21.

Habitus dicitur charitas, quo Deus habetur charus: posset autem haberi charus aliquo amore priuato, quo amans nollet habere condiligentem, sicut in zelotypijs, habentibua mulieres charas; sed ille habitus nec esset ordinatus, nec perfectus: Non quidem ordinatus, quia Deua, qui est bonum commune, non vult esse bonum priuatum alicuius: nec secundum rectam rationem debet sibi appropriare illud bonum commune; & ideo amor ille, inclinana ad hoc bonum, vt ad bonum proprium, non condiligendum, nec habendum ab alijs, esset inordinatua: Esset etiam imperfectua, quia perfectè diligens vult dilectum diligi: Vnde Deus, infundens habitum, quo anima ordinatè, & perfectè tendat in ipsum, dat habitum, quo habeatur charus vt bonum commune, & condiligendum ab alijs; & ita habitus ille, qui est Dei, inclinat etiam ad velle ipsum haberi charum, & diligi ab alio, saltem cuius amicitia sit ei grata, vel non displicens pro tunc, pro quando est grata: sicut itaque ille habitus inclinat ad diligendum Deum in se ordinatè, & perfectè, ita inclinat ad velle eum diligi à se, & à quocunque alio, cuius amicitia sit grata. 3.D.28.Q.*Vnica*. §. *De primo dico, quòd charitas*. A. 2.

Habitus charitatis est vnus, quia non respicit primò plura obiecta, sed solum Deum respicit pro primo obiecto vt in se bonum primum; & secundariò velle eum diligi, & per dilectionem haberi à quocunque, quantum est in se, quia in hoc est perfecta, & ordinata dilectio eius; &

hoc volendo diligo me, & proximum ex charitate, volendo mihi, & sibi velle, & per dilectionem habere Deum in se, quod est bonum simpliciter iustitiæ; ita quod primum obiectum est solus Deus in se, omnia autem alia sunt quædam obiecta media quasi actuum reflexorum, mediantibus quibus tendo in infinitum bonum, quod est Deus; idem autem est habitus actus recti, & reflexi. 3. Distinct. 28. Quæst. Vnica. §. *De primo dico*. ℣. *Ex hoc patet*. A. B. 2.

Habitu non eodem licet sciam Deum, & sciam te scire Deũ; tamen eodem velo Deum; & volo te velle Deum: & in hoc diligo te ex charitate, quia secundum hoc volo tibi bonum iustitiæ: & secundum hoc non assignatur proximus quasi secundum obiectum charitatis, sed quasi omninò accidentale obiectum, quia vt aliquid potens condiligere mecum, perfectè, & ordinatè, dilectum; & ad hoc eum diligo, vt condiligat; & in hoc quasi accidentaliter eum diligo, non propter eum, sed propter obiectum, quod volo ab eo condiligi; & volendo hoc ab eo diligi, volo sibi simpliciter bonum, quia bonum iustitiæ. 3. Distinction. 28. Quæstion. Vo. §. *De primo dico*. ℣. *Respondeo, actus*. C. 3.

Habitus charitatis circa Deum est etiam circa aliud [nempè proximum], quatenos præceptum est datum de diligendo illud aliud; & ad illum actum oportet vti illo habitu, aut saltem non contra agere illi habitui; alioquin destrueretur actus, & habitus circa Deum; non quidem ex natura contradictionis, sed per naturam demeriti; transgressio enim præcepti non corrumpit positiuè habitum, nec actum diligendi Deum, sed demeretur; vt Deus se subtrahat: & sic nec habitus, nec actus posset inesse, quia, quantum est ex parte habitus, ille est talis, quòd ex natura sua natus est inclinare ad amandum non priuatiuè; & ideo actus amandi priuatiuus, qui scilicet destruit amare proximum, nullo modo potest esse talis habitus. *ibidem*. §. *De secundo dico*. D. 4.

Habitus infusi charitatis in hoc apparet magna perfectio, quòd etsi zelus acquisitus possit esse maior, quàm minima charitas infusa, quantum ad intensionem actua eliciendi hinc inde; tamen ille habitus infusus, quia ordinatus, & perfectus in genere habituum appetitiuorum, non potest esse Dei, nisi vt boni communis, & condiligendi; ideo non potest esse principium alicuius actus, quo diligatur Deus, cum contrario dilectionis proximi. 3. D. 28. Q. Vo. §. *De secundo dico*. D. 4.

Habitus charitatis habet vnum obiectum tantum; nec facit quòd sit alia ratio bonitatis in Deo, & in proximo; quia ratio bonitatis proximi non est ratio terminandi actum, sed tantum ratio bonitatis diuinæ; quia si in bonitatem proximi tendat, hoc non est, nisi actu reflexo, qui semper vlterius tendit in obiectum actus recti. *ibidem*. §. *Ad primum argumentum patet*. G. 6.

Habitus charitatis habet pro obiecto quietatiuo tantum Deum, tamen pro obiecto in actu reflexo potest habere aliquid creatum: & ita fortè visio in Patria poterit habere pro obiecto aliquid creatum, non tamen sistendo ibi, sed vlterius tendendo in Deum. *ibidem*. *Ad secundum principale*. G. 6.

Habitus fidei inclinat tantùm, ex ratione sua, in verum latens, secundum gloss. super illud Hæbr. 11. *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*; & habitus spei tantum inclinat in bonum commodum absens, iuxta illud Rom. 8. *spes quæ videtur, non est spes*, accipiendo spem pro sperato, scilicet pro obiecto: inclinationes autem istæ non poterunt haberi in Patria, vbi erit verum patens, & bonum habitum; & per consequens isti habitus non manebunt, quia essent superflui. 3. D. 31. Quæst. Vnica. §. *Respondeo. nullus habitus*. A. 2.

Habitibus fidei, & spei in Patria euacuatis, nõ oportet ponere, quòd succedant alij habitus, loquendo propriè, sicut habitus differunt ab actibus; quia non est necessarium ponere aliquem habitum in Patria creatum in ipsa anima, qui sit principium videndi, vel tenendi obiectum, saltem alium, nisi charitatem; quia habitus non ponitur in potentia, nisi ad facilitandum, & habilitandum potentiam ad eliciendum actum; vel saltem in intellectualibus, vt obiectum sit præsens intellectui, & intellectus possit promptè operari circa illud, quod non posset, si obiectum esset in quolibet actu de nouo adipiscendum: ibi autem obiectum semper erit præsens, & semper agens in potentia, & potentia erit summè facilitata, & inclinata: Quod si succedant aliqui actus, repugnantes illis, qui nunc habentur, vt videre, & tenere succedant credere, & sperare; illi actus succedentes non habent propriè incompossibilitatem ad habitus fidei, & spei; quia Paulus in raptu habuit saltem actum visionis, & tamen non erat in eo euacuatus habitus fidei: ille igitur actus non repugnat habitui fidei, & per consequens non euacuatur fides, & spes, quia succedat eis aliquid incompossibile, sed quia essent superflui. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Respondeo. nullus habitus*. ℣. *Sed hic est vnum dubium*. & ℣. *Respondeo*. B. 2.

Habitus vnus potest esse, qui per se respiceret Deum, inquantum conueniens naturæ rationabili, & sic indistinctè inclinaret in ipsum: & si huius actus esset habitus sic indistinctè tendens in ipsum, idest non sub propria ratione, in quantum scilicet est sic approximatus, vel sic coniunctus potentiæ tendenti, ille habitus non variaretur, siue potentia tenderet in obiectum desiderando, vel tenendo: talis habitus non ponitur spes, sed spes ponitur præcisè inclinans ad istum actum imperfectum, qui est desiderium. Concedo igitur quòd benè potest esse vnus habitus tendens in ipsum Deum, vt est bonum commodum, & non oporteret illum euacuari; sed spes ponitur præcisè inclinans ad actum imperfectum, & hoc imperfectione alterius rationis, quam facit absentia obiecti respectu potentiæ tendentis. 3. D. 31. Qu. Vn. §. *Respondeo. nullus habitus*. ℣. *Quantum ad aliud*. D. 6.

Habitus charitatis non distinctè inclinat ad actum perfectum amandi Deum, sicut amatur quando est in se præsens; nec ad actum imperfectum, sicut amatur quando est imperfectè præsens, sicut in ænigmate; sed inclinat ad hunc actum, & ad illum, licet indistinctè. 3. D. 31. Qu. Vn. §. *Viso de fide, & spe*. D. 7.

Habitus indistinctè inclinans in Deum, quando est præsens, & quando absens, potest haberi; rationabilius enim est hoc de habitu tendente in Deum, vt est bonum in se, quàm de habitu tendente in Deum, vt est bonum mihi, quia non variatur actus ille, qui tendit in Deum, vt est in se bonum, ex præsentia perfecta, vel imperfecta Dei; sicut ille, qui tendit in Deum, vt est bonum commodum; prima enim variatio vel non est secundum speciem; vel si est, non tamen est secundum speciem ita remotam, sicut secunda: Ex quo enim inclinatio manebit in Patria ad diligendum Deum in se, manebit etiam inclinatio ad actum illum, qui ponitur esse charitatis, vt actus eius; & ita habitus ille poterit manere. *ibidem*. E. 7.

Habitus duo distincti specie, quorum vnus sit principium diligendi Deum, vt præsentatus est per fidem, qui in Patria enacuabitur; & alius, vt est præsens per visionem, qui succedet, possunt esse simul in voluntate; sed hæc non ponitur ratio charitatis, quòd sit principium præcisè actus imperfecti circa obiectum latens, sed quòd sit indistinctè principium tendendi in Deum, vt in se bonum præcisè. *ibidem*. ℣. *Concedo, quod duo tales habitus*. E. 8.

Habitus appetitiua, loquendo de spe, & charitate (quidquid sit de fide) concedi potest quòd potest esse vnus, respectu commodi, manens, sicut charitas manet; & possunt esse duo habitus appetitiui respectu Dei, vt est bonum honestum; sed vnus euacuaretur, sicut ponitur nunc fidem euacuari; sed supponimus nunc, ex dictis Sanctorum, distinctionem illorum habituum, scilicet spei, & charitatis; ita quòd spes non inclinat ad actum tendendi in bonum commodum absolutè, sed ad actum imperfectum ex absentia obiecti; ita quod illa imperfectio non accidat actui, in quantum est huius habitus, sed sit de ratione eius; charitas autem sit principium, & habitus tendendi in Deum, vt est bonum in se, ita quòd actui, vt est eius, accidat perfectio, & imperfectio ex præsentia, vel absentia obiecti; sed ad actum perfectum inclinat ex præsentia obiecti, & ad actum imperfectum ex absentia. *ibidem*. F. 8.

Habitus [charitatis] si est æquè perfectus hic, & in Patria; non sequitur quòd & actus similiter; quia actus diligendi Deum dependet, sicut à causa partiali, non solùm à voluntate, & charitate, sed etiam ab obiecto præsente, per actualem intellectionem; & hoc secundum

Habitus Fidei, Spei, & Charitatis.

Habitus Fidei, Spei, & Charitatis.

cundum determinatam perfectionem, secundùm quod est determinatè præsens; si magis, magis; si minus, minus: in via autem, de communi lege, non potest esse obiectum præsens, sicut in Patria, etiam præsentia speciei eiusdem; Nec ex hoc sequitur quòd actus non possit esse ita perfectus, etsi habitus sit æqualis; quia habitus non erit totale principium illius actus, sed partiale. 3. Dist. 31. Quæst. Vn. §. *Ad primum argumentum principale*. G.9.

Habitus charitatis eo modo, quo est principium, semper æqualiter se habet ad actum; semper enim, quantum est ex se, dat actui suo quòd sit quoddam amare Dei, in quantum est summum bonum: nec habitus dat sibi quòd sit Dei, vt præsens, vel absens; nec dat sibi perfectionem, quam habet ea obiecto sic, vel sic præsente. 3. D.31. Q. Vn. § *ibidem*.

Habitus charitatis habet aliquid perfectionis, & quoad hoc ponitur in Deo: quod autem requirit imperfectionem in perfectibili, hoc est per accidens; & sic non est ibi: Vnde in Deo est per identitatem cum potentia, cùm quodlibet sit infinitum. 3. D.32. Q. Vn. §. *Ad primum dico*. I.6.

Habitus illi tantùm potest dici, sine assertione, quòd sint necessarij in via, qui sunt virtutes morales intellectuales, & Theologicæ; nam ratione naturali concluditur necessitas habitus intellectualis, perficientis intellectum circa speculabilia; & habitus perficientis intellectum circa operabilia: & ita habetur habitus intellectualis speculatiuus, & practicus: Consimiliter ratione naturali concluditur necessitas habitus, perficientis appetitum circa ea, quæ sunt appetibilia in ordine ad se, & vlterius circa appetibilia in ordine ad alterum: & ita habetur prima distinctio virtutis appetitiuæ, ordinantis talem potentiam in actibus ad se, & ad alterum. Præter istos habitus, etsi fortè concludatur, per rationem naturalem, quòd homo non sufficienter perficitur istis habitibus; tamen ratio naturalis non sufficienter concludit quis habitus intellectus distinctè, & quis appetitiuus sit necessarius alius ab istis: sed rationabiliter tenetur quòd, præter istos habitus, est necessarius ille habitus cognitiuæ, & illi habitus appetitiuæ, quos Ecclesia Catholica docet esse necessarios: & de fide tenemus tres virtutes Theologicas esse necessarias, perficientes immediatè animam respectu obiecti increati. 3. Dist. 34. Q. Vn. §. *Ad istam quæstionem*. B.6.

Habitus illi tantùm ponendi sunt in Viatore, quibus perficitur circa omne obiectum, quantum perfici potest in via: huiusmodi sunt septem virtutes in genere, non curando de scientijs speculatiuis acquisitis: Vnde, præter scientias speculatiuas acquisitas, nullus erit habitus in Viatore ponendus, alius simpliciter à Septem virtutibus: obiectum enim, circa quod perfici potest Viator, non potest esse nisi Deus, vel creatura; Sed circa Deum sufficienter perficitur tribus virtutibus Theologicis, & hoc perfectissimè quantum perfici potest, si illi tres habitus sint perfectissimi in suo genere: Circa creaturam verò, non loquendo de speculatiuis, intellectus perfectissimè perficitur per prudentiam, si prudentia sit perfectissima; ipsa enim est de omni agibili, & quantum ad omnem conditionem agibilis perfectissima notitia: Similiter quantum ad appetitum, perfectissimè perficitur tribus virtutibus moralibus, si sint perfectissimæ, quia tàm circa alium, & appetibili alteri; quàm circa se, & appetibile sibi; & hoc vel primo, & directè; vel secundariò, propter illa prima; & hoc intelligendo de istis quatuor virtutibus cardinalibus, quòd non sint in aliquo vnus habitus numero, qui sit sibi vniuersalis temperantia, vel vniuersalis iustitia, hoc est circa omnia; sed quòd singulæ species iustitiæ insint in suis proprijs singularibus. 3. D.34. Q. Vn. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Ex istis arguo sic*. B. C.7.

Habitus aliquos non videtur aliqua necessitas ponendi in Viatore alios ab istis, qui sunt virtutes Theologicæ intellectuales, & morales. 3. Dist. 34. Quæst. Vnic. §. *Ad istam quæstionem*. ✝. *Consimiliter circa omne aliud bonum*. C.7.

Habitus intellectiui de tota diuisione; *vel sic* De tota diuisione habitus intellectiui non accipitur in numero virtutum, nisi vna virtus infusa, quæ est fides; & quoddam genus intermedium ad multas practicas acquisitas, quod dicitur prudentia: & sic connumerando specie satis communes, possunt haberi fides, prudentia, & scientia speculatiua. 3. Dist. 34. Quæst. Vnic. §. *Notandum vlterius*. E.8.

Habitus potentiæ appetitiuæ possunt poni quatuor [species], duæ acquisitæ, & duæ infusæ, stando in ipsis speciebus sub habitu appetitiuo infuso, & acquisito: sub infuso quidem primò sunt Spes, & Charitas; sub acquisito autem virtus disponens appetitum ad se, & ad alterum: quæ ad alterum, vocatur vno nomine communi, quod est iustitia: quæ autem ad seipsum, non habet nomen commune: & fortè illa est ratio, quare non statur in illa numeratione Virtutum Cardinalium, sed descenditur sub illa ad alias proximas sub eis. *ibidem*. E.9.

Habitus non est, quo habens simpliciter potest elicere actum; & ideo posita quasi præsentia obiecti [beatifici], voluntas [creata etiam sine habitu charitatis] potest in aliquem actum circa illud obiectum; & ille actus supernaturalis est ex obiecto, & præsentia obiecti; sed non est ex aliquo in potentia eliciente. 4. D.49. Q.5. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad secundum*. E.6.

Habitus si requiritur, vt anima perfectiùs perficiatur beatitudine, licet non simpliciter, ita vt habitus requiratur propter perfectionem beatitudinis; tunc sequitur quòd anima humana secundum quid perficitur beatitudine, & habitus simpliciter; & tunc habitus videt Deum, & charitas diligit Deum, & non anima humana, nisi per accidens, & secundùm quid. 4. Distinct. 49. Quæst. 11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ✝. *Dices*. & ✝. *Contra*. E.8.

Habitus acquisitus licet videatur tribuere actui quosdam modos, cuiusmodi sunt delectabiliter, vel faciliter, vel promptè operari, vel expeditè; licet, inquam, istos modos, vel istum modum (si sint vnus modus) habitus acquisitus videatur tribuere actui; vel si vltra hoc dicatur quòd habitus aliquis, putà virtutis, virtuosis tribuit rectè, vel virtuosè agere; tamen nullus istorum modorum potest esse proprius charitati, vel actui meritorio; quia meritorium dicit actum acceptatum voluntati Diuinæ in ordine ad præmium reddendum; nunc autem nihil aliud est actum acceptari à voluntate Diuina sic, quàm voluntatem sic acceptare actum: nihil autem causatum potest esse ratio formalis voluntati, quòd sic acceptet actum; & hoc intelligendo, vt ratio formalis, medians inter potentiam, & actum: Vnde de charitate non videtur posse dici quòd ipsa sit principium istius modi in actu, qui modus sibi propriè correspondet. *Quodl.* Quæst. 17. §. *Ad argumentum principale*. ✝. *Ista responsio*. N.13.

Habitus vt remanens in Patria.

Habitus, quo Spiritus Sanctus inhabitat mentes, debet esse ita perfectus, quòd nec in Patria euacuetur, quando anima erit templum Dei. 1 D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Quantum ad tertium articulum*. M m.20.

Habitus idem gratiæ manebit in anima in Patria, sed non idem actus. 2. D.5. Qu.1. §. *Ideo tenetur*. ✝. *Sed ista ratio non videtur cogere*. B.3.

Habitus nullus ponendus est in Patria manere frustra: frustra autem ibi esset habitus, cuius inclinatio tunc esset impossibilis. 3. D.31. Q. Vn. §. *Respondeo nullus habitus*. A.2.

Habitum aliquem non est necessarium ponere in Patria, creatum in anima ipsa, qui sit principium videndi, vel tenendi obiectum, saltem alium, nisi charitatem. 3. D. 31. Q. Vn. §. *Respondeo nullus habitus*. ✝. *Respondeo non oportet ponere*. B.2.

Habitus vnus benè potest esse tendens in ipsum Deum, vt est bonum commodum, & non oportet illum euacuari in Patria. *ibidem*. ✝. *Quantum ad aliud*. D.6.

Habitus si est æquè perfectus hic, & in Patria; non sequitur quòd & actus similiter; quia actus diligendi Deum dependet, sicut à causa partiali, non solùm à voluntate, & charitate, sed etiam ab obiecto præsente per actualem intellectionem. 3. D.31. Q. Vn. §. *Ad primum argumentum*. G.9.

Habi-

Habitus vt remanens in Patria.

Habitus perfectissimus voluntatis in vis perficit eam secundum capacitatem, quam habet pro tunc; & per consequens si ille est nobilior quocunque habitu intellectus, capacitas voluntatis pro via est maior, vel aliquid maius, quàm capacitas intellectus, & proinde pro Patria: quia vel eadem capacitas hic, & ibi, loquendo de capacitate remota, quæ est secundum gradum naturæ capacis; vel illa ibi correspondebit proportionaliter isti hic, loquendo de capacitate propinqua; quia capacitas prima non potest totaliter satiari, nisi per aliquid proportionaliter perficiens eam; & per consequens non nisi per nobilius, si illa est ad aliquid nobilius: Et hoc medium videtur magis concludere pro voluntate, maximè loquendo de habitibus infusis, qui disponunt ad beatitudinem veram, de qua loquuntur Theologi. 4. D.49. Q.4. §. *Iuxta hoc*. ✝. *Præterea per rationem*. L.14.

Habitus quo ad visionem beatam, seu beatitudinem.

Habitus si est perfectus, non compatitur secum errorem; imò si compatitur est imperfectus: Vnde Beati licet non possint errare; non sequitur quòd non habeant habitum etiam directiuum; quia eo, per impossibile, circumscripto, errare possent; sed eo posito, propter perfectionem eius, excluditur omnis error. *Prolog.* Quæst.4. & 5. §. *Contra hoc sic arguitur*. ✝. *Ad tertium respondeo*. K. 18.

Habitus aliquis prior visione non requiritur ad recipiendum ipsam visionem, quia habitus non disponit potentiam ad recipiendum actum, imò actus est natura prius recipi, quàm habitus. 3. D.14. Q.2. §. *In prima quæstione*. ✝. *Itaque potest dici*. B.3.

Habitus aliquis si supernaturaliter detur intellectui, quo dato, tanquam per formam sufficientem intellectus potest videre Deum; cum ipse habitus sit aliquid creatum, & naturaliter perficiens intellectum, sequeretur quòd per aliquam formam creatam possibile esset videre Deum naturaliter; Sed non sequitur, negando talem dispositionem, vel lumen præcedens (siue dicatur lumen, siue habitus, non curo) quia in quocunque instanti, priori naturaliter ipsa visione, nulla est causa naturaliter prior ipsa visione; vsque enim ad illud instans naturæ, quo intellectus videt, non habet intellectus vnde possit in illam visionem, sed tantùm præcedit naturaliter ipse intellectus in se, & obiectum, quod potest elicere ipsam visionem; quia non est motiuum naturaliter proportionatum huic passo, nec natum naturaliter mouere ipsum. 3. D.14. Q.2. §. *In ista quæstione*. ✝. *Respondeo, & dico*. C.4.

Habitu, vel lumine deficiente, quod dicatur A. si quæratur vtrum possit intellectus creatus non tantùm passiuè se habere ad visionem, sed etiam actiuè ad eliciendum tantam visionem, & hoc æquè perfectam, sicut cum A? Tunc, supponendo vnum, quòd intellectus possit se habere actiuè respectu visionis Verbi, sicut & actiuè se habet respectu intellectionis naturalis, in quantum scilicet eadem potentia beatificatur, quæ est principium intellectionis naturalis; potest dici quòd si est necessaria connexio causarum, scilicet quantum ad receptionem (de qua modo loquimur) non videtur simpliciter necessarium concedere A. prius perficere intellectum, quàm visionem; Sed si intellectus potest recipere duas perfectiones ordinatas, scilicet A. vt actum primum, & visionem vt actum secundum, congruum est vt illis perfectionibus ordinatè perficiatur; Sed vtraque absolutè potest inesse sine alia. *ibidem*. ✝. *Si autem quæratur*. C.5.

Habitus luminis medij, quem ponit Henricus inter lumen visionis, & fidei, cum sit manifestior, & clarior, non lateret habentem, quin sciret, se illud habere, & posset illud ostendere actu extrinseco. 3. D.24. Q.Vn. § *Contra hæc, & primò contra opinantem*. ✝. *Præterea, contra hoc est Philosophus*. B.12.

Habitum aliquem non est necessarium ponere in Patria, creatum in ipsa anima, qui sit principium videndi, vel tenendi obiectum, saltem alium, nisi charitatem. 3. D.

Habitus quo ad visionem beatam, seu beatitudinem.

31. Qu.Vn. §. *Respondeo nullus habitus*. ✝. *Respondeo non oportet*. B.2.

Habitus [respectu beatitudinis] quòd sit causa distincta à potentia, & alicuius distincti à potentia, non videtur probabile; tùm quia non est nisi causa secunda respectu potentiæ; causa autem secunda, & prima non habent distinctos effectus sibi proprios, quia tunc respectu neutrius esset hæc prima, & illa secunda; tùm quia ille effectus proprius habitui esset necessariò forma absoluta, si relatio non est per se terminus agentis, vel actionis; non est autem probabile esse actionem formatam hoc modo, quia tunc oporteret actionem attingentem obiectum beatificum includere duo absoluta. 4. Dist.49. Qu.2. *Ad quartum principale primæ quæstionis*. ✝. *Præterea, quod habitus sit causa*. F.30.

Habitu perfectior simpliciter est actus beatificus, etiam in ratione perfectionis finalis, quia immediatius attingens obiectum finale: Et in ratione etiam perfectionis formalis, quia tanta perfectio non posset competere habitui tali in summo, quanta actui tali in summo. *ibidem*. *Ad quintum principale*. F.31.

Habitu: *vel sic*: Cum habitu æquè diuturnus est actus beatificus, & ex parte potentiæ, & ex parte obiecti, & ex parte naturæ huius, & illius. 4. Distinct. 49. Quæst. 2. *Ad quintum principale primæ quæstionis*. ✝. *Ad Philosophum ergo*. F.31.

Habitus non est, quo habens simpliciter potest elicere actum; ideo posita quasi præsentia obiecti [beatifici], volens as potest in aliquem actum circa illud obiectum; & ille actus supernaturalis est ex obiecto, & præsentia obiecti, sed non est ex aliquo in potentia eliciente: nec tamen illa fruitio est beatifica, quia non est tanta, quanta nata est haberi à tali volunt ate, circa obiectum sic ostensum; maior enim haberetur, si charitas inesset, per quam aliquo modo intenderetur actus: beatitudo autem voluntatis non est in aliquo actu, nisi supremo, quem potest habere circa obiectum taliter sibi præsentatum. 4. D.49. Q.5. *Ad secundum principale*. E.6.

Habitus non potest esse ratio recipiendi beatitudinem, quia nec modo per habitum recipitur actus; quia cum habitus generetur ex actibus, sequitur actus ipsos; & per consequens habitus in via non est ratio recipiendi actum; Vnde multò minus in Patria. 4. Distinct. 49. Quæst. 11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ✝. *Prima conclusio*. E.8.

Habitus si requiritur, vt anima perfectiùs perficiatur beatitudine, tunc sequitur quòd anima humana secundum quid perficitur beatitudine, sed habitus simpliciter; & tunc habitus videt Deum, non anima humana, nisi per accidens. 4. D.49. Q.11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ✝. *Dices*. & ✝. *Contra*. E.8.

Habitus principiorum.

Habitus principiorum semper est rectus, quia ex ratione terminorum virtute luminis intellectus naturalis, statim intellectus acquiescit illis; & quantum est tunc ex parte intellectus, liberum arbitrium natum est concordaret velle ista principijs, licet prout deficit reliqua causa partialis, liberè non velit, quia non est ibi aliqua necessitas. 2. Distinct.39. Quæst. 2. §. *Ad quæstiones istas*. B 4.

Habitus principiorum sequitur ad assensum perfectissimum principij, qui fit ex sola terminorum cognitione; Sed habitus ille est aliquo modo necessarius ad perfectionem naturæ nostræ; quia in nobis non posset manere notitia principij, aliquo modo cessante illo actu, nisi maneret ille habitus principij; & ita post intellectionem principij esset aliquis adeo in potentia essentiali ad intellectionem, sicut prius. 3. D.14. Qu.2. *Ad quartum principale primæ quæstionis*. G.8.

Habitus principiorum inclinat à parte sui, naturaliter in verum; & si sit deceptio, hoc est ex obiectis falsò occurrentibus, & præsentatis intellectui. 3. D.23. Qu.Vn. §. *Ad quæstionem tamen dico*. ✝. *Contra decipi, & non decipi*. H.16.

Habi-

Habitus principiorum.

Habitua aliquis proprius simpliciter primi principij si poneretur esse alterius primi principij, esset ponere hunc habitum esse huius obiecti vt proprij, & non proprij. 3. Distinct. 27. Quæst. Vn. *§. Ad duo argumenta.* ✝. *Ad primum dico*. R. 22

Habitus principij tendit in principium secundum propriam veritatem, quam habet ex terminis; & habitus conclusionis tendit in conclusionem (secundum propriam veritatem eius, quam habet ex terminis) aliam à veritate principij. 3. D. 28. Q. Vn. *Ad tertium principale*. G. 6.

Habitua, in cognitione acquisita, alius est principij, qui dicitur intellectus; & alius conclusionis, qui dicitur scientia. 3. D. 35. Q. Vnica. §. *Solutio huius patet*. ✝. *Sed obijcitur*. A. 2.

Habitum habens rectum principij, vel conelusionia in moralibus, non autem exercitatus in operando, vel dirigendo circa agibilia, licet habeat habitum directiuum remotum, qui habitus potest dici intellectua, vel scientia moralia; non tamen habet habitum directiuum propinquum, qualis est prudentia, & qualis in factibilibus est habitus experti. 3. D. 36. Qu. Vn. *§. Quantum ad primum de prudentia.* ✝. *Et si quæritur tunc*. H. 17.

Habitus principij disponit ad habitum conelusionis; nec per hoc est dispositio, vt distinguitur contra habitum in prima specie qualitatis; nam illa est qualitas de facili mobilis, per oppositum ad habitum. 4. D. 6. Q. 10. *§. Ad quæstionem potest dici.* ✝. *Hæc non concludunt*. O. 16.

Habitus scientialis ratio, vnitas, existentia, causa, Repræsentatio, actiuitas, & vsus.

Habitus ille, qui dicitur scientia, est species intelligibilis primi obiecti; & ille respicit primò veritatea immediataa, & mediatas, non formaliter, sed ex consequenti; & suum obiectum adæquatum formaliter est quidditas, cuius est species. *Prolog.* Qu. 3. Secunda lateral. §. *De secundo dico*. ✝ *Nota, quod quælibet essentia*. B. 4. *Addit*.

Habitu scientiæ vti impossibile est, nisi prius natura, & simul tempore vtendo habitu intellectus; quia nunquam speculor sciendo, nisi considerando hoc, vt verum, euidens mihi propter aliud verum. *ibidem*. ✝. *Secundum hoc igitur*. B. 4.

Habitus scientiæ, & intellectus vel sunt idem: & tunc prius vtor illo circa illud obiectum, ad quod prius inclinat: vel sunt multi; imo quodlibet verum habet proprium habitum, & principaliter præter hoc est habitus quidditatis, vel quidditatiuus primi obiecti, qui dicitur species intelligibilis; & ille includit omnes veritates virtualiter: & tunc vtentem posteriori semper oportet simul vti omnibus prioribua. *ibidem*. ✝. *Vel igitur sunt idem habitur*. B. 4. *Addit*.

Habitus scientiæ totalis est vnus ab vnitate primi obiecti, virtualiter continentis omnia, quæ continentur in illo: non est autem proprius cuicunque virtualiter contento in primo obiecto; sed qui essent proprij illis, essent distincti, sicut illa sunt distincta. 1. Distinct. 3. Quæst. 7. §. *Ad primum in oppositum*. ✝. *Cum arguis vltra*. E e. 41.

Habirus scientialis, quem ponit Henricus, si est quædam qualitaa, & entitas absoluta, non habet respectum ita essentialem ad scibile, quin posset sine ipso respectu intelligi. 2. D. 3. Q. 10. §. *Ista opinio videtur coincidere.* ✝. *Præterea in speciali*. D. 12.

Habitus scientialis Henrici si ponatur, repræsentabit omnes quidditatea sub eodem ordine, ita quòd nullam mediante alia, sed omnes immediatè: & sic, cum respectus ad quidditates omnes, secundum eum, fit essentialis habitui, dependebit ille idem habitus essentialiter ad omnes quidditatea, quod est inconueniens: non enim potest aliquid ad plura eiusdem ordinis essentialiter dependere, quia tunc, vno terminante dependentiam eius, aliud non terminaret; & sic esset, licet illud, ad quod essentialiter dependet, non esset. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Ista opinio*. ✝. *Vel sic. respectus*. D. 12.

Habitus noster scientialis, qui causatur ab obiecto, esset illud, per quod obiectum intelligibile præsens esset sub ra-

Habitus scientialis ratio, vnitas, existentia, causa, repræsentatio, actiuitas, & vsus.

tione intelligibilis, si poneretur obiectum præsens sub ratione intelligibilis per habitum: & ita, adepto habitu scientiali, non requireretur conuersio ad phantasmata ad actualem intellectionem, quod Henricus negat. *ibidem*. ✝. *Præterea secundo sequeretur*. D. 13.

Habitus scientialis ideo, secundum Henricum, non repræsentat singulare, sicut repræsentat species, quia non est natus generari ab ipsa re, sed tantum per actus intellectus, conferentis simplicia; sed ipse arguit contra speciem, quia quando aliquid genitum à sua causa naturali natum est sic repræsentare illud sub illa ratione, sub qua gignitur ab eo; à quocunque imprimatur, semper sic repræsentabit: Vnde habitus, qui si gigneretur à sua causa naturali, sequeretur naturaliter apprehensionem simplicium, à quocunque etiam imprimatur, sequetur, & præsupponet illam apprehensionem simplicium, adeoque non potest esse propria ratio apprehendendi simplicia. *ibidem*. ✝. *Præterea. habitur*. D. 14.

Habitus scientialis Henrici si esset principium cognoscendi quæcunque distincta obiecta, sequeretur quòd esset naturaliter infinitus. *ibidem*. ✝. *Præterea quarto*. D. 14.

Habitus scientialis Henrici, quòd naturaliter inclinat in id, ad quod voluntas imperando determinat, videtur esse irrationale; quia illius habitus, vt formæ naturalis, est inclinatio determinata naturalis; & si sint multæ inclinationes ad diuersa, sunt ordinatæ, ita quòd saltem vna est prima; & per consequens vti eo ad aliquid, ad quod non inclinatur primò, videtur esse contra primam inclinationem eius naturalem; & ita non merè naturaliter ad hoc inclinabitur: nec videtur rationabile quòd vna forma naturalis, quantum ad inclinationem suam naturalem, subsit voluntati creatæ. 2. D. 3. Q. 10. §. *Ista opinio*. ✝. *Quod etiam dicit*. sub D. 14.

Habitus scientialis Henrici, quomodocũque ipse dicat quòd per imperium voluntatis repræsentet aliud, & aliud; multò melius potest poni quòd habens multas species intelligibiles posset vti nunc vna specie, nunc alia; & erit naturalitas in qualibet specie repræsentante, & inclinante ad suum obiectum; & erit libertas in ipso vtente hac specie, vel illa. *ibidem*. ✝. *Præterea quomodocunque ipse poterit dicere*. E. 14.

Habitus scientiæ in nobis est perfectio, supplens imperfectionem intellectus nostri, pro quanto noster non est summè habilitatus de se, etiam quando habet rationem actiuam, per quam obiectum est præsens sufficienter; adhuc enim deficit talis inclinatio summa, quæ requiritur ad actum perfectissimum. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✝. *Per hoc patet*. L. 19.

Habitus aliquis, loquendo de illo habitu, quo scibilia sunt præsentia intellectui, quæ, apud Aristotelem, dicuntur propriè scibilia, scilicet continentia passiones, demonstratas de eis, vt subiectis, non est de singularibus, quia singularia non habent proprias passiones, quæ sint de ipsis scibiles; & ideo nec de ipsis est propriè scientia: tamen habitus, qui est facilitas considerandi, derelicta ex actibus, benè potest esse alius de singulari, quàm de vniuersali; potest enim intellectus, distinctè cognitiuus singularis, hoc considerare frequenter, & non frequenter considerare illam naturam in vniuersali, & in eo fieret qualitas, habilitans ad actus consimiles considerandi hoc; non autem vniuersaliter inclinans ad considerandum naturam in vniuersali: Vnde etsi sit alius habitus, sequens actus magis singularis, quàm vniuersalis, qui scilicet est qualitas, habilitans ad considerandum respectu obiecti, non tamen est alius habitus scientalis, eo modo, quo Philosophus loquitur de habitu scientali. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. *Ad quartum*. ✝. *Et cum adducitur Aristoteler*. X. 37.

Habitus Theologicus in nobis in nullo dependet, sicut à causa, essentialiter à visione Beatorum: scientia enim non dependet essentialiter ab aliquo, sicut causatum à causa, nisi ab eo, quod est causa illius essentialiter: notitia autem Beati, quam habet de Deo Trino, & Vno, euidenter viso ex euidentia terminorum, non est essen-

Habitns scientialis ratio, vnitas, existentia, causa, Repræsentatio, actiuitas, & vsus.

essentialiter causa nostræ Theologiæ; quia scientia non dependet essentialiter, nisi ex potentia, & obiecto in se, vel in specie sua, quomodo scientia illa Beati non est obiectum scientiæ meæ, ita vt, cognita notitia eius, cognoscam Deum Trinum, & vnom; nec est potentia animæ, nec species obiecti, nec aliquid mei, quod possit esse causa scientiæ meæ in aliquo genere causæ, efficientis maximè. 3. D.24. Q.Vn. §. *Contra istam opinionem. Præterea contra opinionem ipsa.* A.4.

Habitus scientiarum nobilissimos esse in nobis, & tamen latere nos, est inconoenieus, vt inquit Philosophus 2. Poster. Tex. vlt. contra Platonem, qui ponebat omnem scientiam in nobis à principio, sed quòd esset quasi obnubilata, & obruta propter impedimenta aliqua. 3. Dist. 24. Quæst. Vn. *§. Contra hæc; primo contra opinantem. ¥. Præterea contra hoc est Philosophus*. sub B.12. E.14. Dist. 43. Quæst. 3. *§. Hic sciendum. ¥. Præterea, manifesta.* C.5.

Habitum si aliqois habet ex sensu litteræ Sacræ Scripturæ, vltra fidem, illo assentit omnibus, & singulis, quæ dicuntur in Canone, & nulli vni propter aliud; quia etsi vnum posset sequi ex alio, non habet tamen maiorem certitudinem de illo, quod sequitur, quàm de illo, ex quo sequitur. 3. D.24.Q.Vn. §. *Ad propositum. ¥. Respondeo, quod argumentum*. E.15.

Habitum si aliquis habeat eum fide, vt sciat exponere Scripturam, & conclusiones explicare, & contraria soluere; talis potest esse maior in Ecclesia. 3. D.24.Q.Vn. *§. Si loquamur de secundo modo.* E.16.

Habitum præbentem magnum assensum habuerunt Prophetæ, & multi alij Sancti in Scriptura, ita quòd, illo stante, non potuerunt non assentire veritati; illa tamen certitudo non fuit euidens ex euidentia rei; quia tunc contradictio esset quòd huiusmodi notitia, & fides simul statent: fuit tamen certitudo illa firma, sicut est certitudo scientialis, quæ causatur ex principijs, notis ex euidentia terminorum; sed non causabatur à talibus principijs, sed aliundè; ideo scientia non potuit dici ex euidentia rei: fuit tamen maior certitudo, quàm certitudo fidei, quia fides non excludit omnem dubitationem, sed aliqua dubitatio potest stare cum fide. 3. Dist.24. Quæst. Voic. *§. Si loquamur de tertio modo*. G.17.

Habitus alius habetur cum fide à multis, quo assentitur veritati Scripturæ firmiter, & non vni veritati propter aliam, sed cuilibet immediatè; licet sit ordo in dignitate veritatum, secundum quod inter se comparantur. *ibidem. ¥. Dico igitur*. H.17.

Habitus Theologiæ principia non ita quis cognoscere potest, vt ex primis, & immediatis illa demonstret; nullos enim eadem attingit, nisi comprehensor. 3. Dist. 24. Quæst. Vnic. §. *Ad primum pro prima opinione dico*. H.18.

Habitus Geometriæ, & Perspectiuæ sunt distincti habitus; Sed sicut non potest esse habitus Perspectiuæ, nisi causetur ex principijs Geometriæ, non immediatè, sed mediantibus conclusionibus, ibi demonstratis ex principijs euidentibus; ita non potest esse habitus hoic homini, nisi causetur in ipso ex principijs illis, quæ habent certitudinem istam ex principijs primis, notis in scientia superiori: Vnde sicut in se non est illa scientia, nisi causetur à principijs superioribus, mediatè tamen; ita nec isti est scientia, nisi causetur in ipso ex principijs, quæ habent, respectu sui intellectus, euidentiam ex principijs superioris scientiæ. 3. Distinct. 24. Quæst. Vnic. *§. Ad primum pro prima opinione dico. ¥. Ad secundum*. I.18.

Habitum habent illi, qui sciunt explicare, & defendere fidem, distinctum à fide; nec iste habitus innititur principijs euidenter notis in aliquo lumine: isto tamen habitu non pollent plurimi fideles, quia ille habitus distinctus est à fide; non tamen est scientia, vt describitur à Philosopho; necesse scientia habenti fidem. 3. Dist. 24. Quæst. Vnic. §. *Ad aliud pro opinione secunda*. L.20.

Habitus scientialis ratio, vnitas, existentia, causa, Repræsentatio, actiuitas, & vsus.

Habitum scientiæ habens, eo quod generatur ab obiecto, sicut à partiali causa, hab t obiectum sufficienter præsens, quamuis non ex vi habitus, sed per species, quæ maoent, quamdiu manet scientia: ideo potest considerare, quando vult, & in potestate eius est, post scientiam habitam, considerare quodcunque contentorum in habitu. 3. Dist.25. Quæst. 1. *§. Ad primum principale*. I.11.

Habitus quilibet intellectualis potest dici quòd habet vnitatem ex vnitate sui primi obiecti, in quo habitus virtualiter continetur, sicut in sua causa partiali: sicut Geometria dicitur vnus habitus ex vnitate lineæ, in qua linea omnia alia, quæ deducuntur in scientia illa, virtualiter continentur, mediatiuis, vel immediatiuis, secundum quod se habent ad illam: tamen si alia explicita in scientia considerentur sub proprijs rationibus in se, non autem vt enni inentur in aliquo vno primo subiecto, fortè tot sunt habitus, quot conclusiones distinctæ specie sunt demonstratæ. 3. D.25. Qu.2. *principali. §. Ad secundum quæsitum potest dici*. C.3.

Habitum fidei perfectum, & imperfectum circumloquuntur scientia, & intellectus. 3. D.25.Q.Vn. §. *Solutio huius patet ex dictis*. A.1.

Habitus, in cognitione acquisita, alius est principij, qui dicitur intellectus, & alius conclusionis, qui dicitur scientia. *ibidem. ¥. Sed obijcitur*. A.1.

Habitus principij, & conclusionis ideo potest esse alius, quia aliam euidentiam habet propriè principium ex terminis suis, & aliam conclusio ex suis, & alterius rationis. 3. Dist.25. Quæst. Vo. *§. Solutio huius patet. ¥. Respondeo*. B.1.

Habitus moralis, quo ad virtutem, & vitium.

Habitus directiuus non pooitur propter substantiam actus, sed propter circumstantiam: sicut temperantia non ponitur propter substantiam actos comedendi, vel alterius huiusmodi, sed propter circumstantias: Vnde licet voluntas esset determinata ad substantiam actus, tendentis in finem in particulari, requireretur tamen directio, quantum ad circumstantiam illius actus, ad quam non extenditur directio, quæ est circa substantiam actus. *Prol.* Q.4. & 5. *§. Contra hoc sic arguitur. ¥. Præterea habitus directiuus*. I.17.

Habitus per se dirigit, per accidens autem excludit errorem; & si habitus est perfectus, non compatitur secum errorem; imo si compatitur, est imperfectus. *Prolog.* Q.4. § *Contra hoc sic arguitur. ¥. Ad tertium respondeo*. K.18.

Habitum directiuum habent Beati, licet non possint errare, quia, eo, per impossibile, circumscripto, errare possent; sed eo posito, propter perfectionem eius, excluditur omnis error. *ibidem. ¥. Ad tertium respondeo*. K. 18.

Habitus, in quantum virtus, si esset principium actiuum bonitatis moralis in actu, cum habitus non sit virtus, nisi ex respectu, scilicet ex conformitate eius ad prudentiam; est enim habitus electiuus medij, vt determinatur à recta ratione; sequitur quòd aliqua ratio relatiua in habitu esset ratio principij actiui, quod est impossibile. 1. D.17. Q.2. *aliàs 3. §. Sed oppositum huius arguitur. ¥. Præterea si habitus*. O.2.

Habitum aliquem non oportet habere aliquam rationem proprij principij actiui, quantum ad conditionem actus accidentalem, quæ est bonitas moralis, nisi in quantum habitus habet rationem principij actiui respectu substantiæ actus, qui actus natus est conuenire completo dictamini prudentiæ; & ad illum actum in se inclinat habitus aliquis ex natura habitus: & ex hoc, ex consequenti, inclinat ad actum, qui sit conformis rectæ rationi, si recta ratio insit operanti: sicut autem dicitur de bonitate morali actus, ita proportionaliter dicendum est de habito, quod virtus moralis non addit super substantiam habitus, vt est forma de genere qualitatis, nisi conformitatem habitualem ad rationem rectam. 1. Dist.17. Quæst.2. *aliàs*

Habitus moralis quo ad virtutem, & vitium.

aliás 3. §. *Quantum ad istum articulum*. ℣. *Quantum igitur ad istam conditionem*. P. Q. 4.

Habitus idem in natura, qui generaretur ex actibus abstinentiæ, elicientis cum ratione erronea, in eliciente manens post cum ratione recta, esset post virtus abstinentiæ; & prius non fuit habitus virtutis, quamdiù non fuit ratio recta abstinendi: nec tamen aliquid mutatum est circa istum habitum in se, sed tantum nunc coniungitur prudentiæ, prius non. *ibidem*. Q. 4.

Habitus coniungitur prudentiæ, vt regulæ, & causæ priori, cui subordinatur inquantum motiuus: & ista subordinatio, vel conformatio est essentialis ratio virtutis; & forma absoluta, vt præcisè motiua sub tali respectu, est præcisè actiua ad actum, habentem consimilem respectum; quia quod conuenit regulato, & regulæ: & sic habitus, vt virtus, est præcisè motiuus ad actum rectum moraliter; quia vt absolutè talis forma, est absolutè actiuus ad actum talem in substantia; nec ibi habet rationem causæ subordinatæ respectu prudentiæ. *ibidem*. ℣. *Non dico coniungi in eodem subiecto*. Q. 4. *Addit*.

Habitui, vt est forma de genere qualitatis, attribuit coniunctio prudentiæ esse virtutem, quando iste habitus, ex natura sua, natus est esse conformis prudentiæ: & ita in entitate absoluta nihil aliud dicit habitus, qui est virtus moralis, ab illo, qui est talis in natura, & non Virtus, si sit sine prudentia; & per consequens nullam aliam causalitatem potest habere, vt est virtus, quàm vt est talis qualitas naturalis, nisi quòd, vt coniungitur prudentiæ, natus est esse causa secunda, quasi directa à prudentia respectu effectus communis amborum: vt autem est sine prudentia, non potest esse causa secunda respectu eius: sicut visus in frenetico non potest esse potentia libera per participationem, quia ille non potest habere vsum voluntatis, quæ est libera per essentiam; in sano autem visus habet vsum potentiæ liberæ per participationem, & est causa quasi secunda respectu voluntatis. *ibidem*. ℣. *Coniungi igitur prudentiæ*. Q. 5.

Habitus, quando etiam est causa secunda respectu prudentiæ, causalitatem propriam, conuenientem sibi in suo ordine causandi habet præcisè ex hoc, quòd est talis forma, vel qualitas in natura, non autem per respectum conformitatis, vel coniunctionis ad prudentiam; Sed nec vt causa secunda, potest aliquam causalitatem habere respectu actus, nisi ratione naturæ absolutæ in ipso, & non ex tali coniunctione prudentiæ; quia licet causa secunda, coniuncta primæ aliter agat, quàm sine ea, non tamen habet virtutem propriam actiuam ex coniunctione tali, sed ex natura sua absoluta: Vnde nec ex parte actus, in quantum est bonus moraliter; nec ex parte habitus, in quantum est virtus moralis, potest inueniri ratio specialis, secundum quam virtus, vt virtus, sit principium actus, vt bonus moraliter, nisi ista, quæ est ex parte habitus, & actus, quantum ad naturam eorum. *ibidem*.

Habitus moralis ex specie sua est subordinabilis in agendo prudentiæ, non autem subordinatus in agendo ex natura ipsorum, etiam simul existentium in eodem: quando enim appetit secundum istum habitum, & non ex dictamine prudentiæ, si hoc est possibile, tunc non subordinatur, nec actus est bonus moraliter. *ibidem*. ℣. *Iste respectus aptitudinalis*. Q. 5. *Additio, quæ in editione Lugdunensi non reperitur*.

Habitus mouet potentiam, quasi quoddam pondus, qui tamen ex se non sufficit ad eliciendum actiuè ipsam operationem: sufficit autem sola virtus potentiæ actiuæ, sine tali pondere: sed quando ambo concurrunt, ita tamen quòd non maior sit conatus ex parte potentiæ, quàm prius, perfectior operatio elicitur, quàm posset elici ab ipsa potentia sola: & sic videtur esse experientia communis, qua quis potest experiri se habituatum ex æquali conatu posse habere perfectiorem operationem, quàm posset habere non habituatus; quæ perfectio actus non posset attribui habitui, si esset tantum principium passiuum inclinans; quia saltem, vt videtur, in priori instanti naturæ, in quo elicitur, priùs quàm recipiatur in potentia, esset æqualis ratio principij actiui in eliciendo; & ita æquè perfecta operatio eliceretur equali conatu à potentia habituata, sicut à non habituata, quod est falsum. 1. Distinction. 17. Quæstion. 2. alias 3. §. *Tenendo tertiam viam*. R. 6.

Habitus moralis quo ad virtutem, & vitium.

Habitum moralem præcedit electio recta, quia per ipsam electionem generatur virtus moralis in primo gradu. *ibidem*. §. *Ad argumenta alia, adducta pro quinta opinione*. ℣. *Respondeo, quod bonitas moralis*. Z. 12.

Habitus genitus ex actibus moraliter virtuosis, est semper natus conformari prudentiæ, si inesset: sicut habitus abstinendi, generatus ex actibus factis ex ratione erronea, semper, quantum est ex se, natus est esse conformis prudentiæ, licet prudentia non insit; quemadmodum alius habitus, generatus ex actibus excessiuis, non est natus esse conformis. *ibidem*. *Intelligendum est autem*. Z. 13

Habitus, qui est natus esse conformis prudentiæ, quando coexistit cum ea, tunc non solùm habet conformitatem aptitudinalem, sed actualem ad prudentiam, quia ad similia inclinat vterque habitus; & actus, elicitus secundum inclinationem istorum duorum habituum est bonus moraliter; qui si esset elicitus secundum inclinationem illius solius habitus, qui est materialiter virtus moralis, prudentia non coexistente in eodem operante, nec inclinante ad actum illum, non esset actus ille bonus moraliter. *ibidem*.

Habitus, qui est materialiter virtus moralis, & qui per hoc habet completiuè rationem virtutis moralis, quia coexistit prudentiæ, se habet ad prudentiam, quando inest, sicut causa secunda ad primam, & hoc respectu eiusdem effectus communis, eliciendi ab eis; tunc enim prudentia est quasi causa prior, & habitus moralis est quasi causa posterior; istæ autem duæ causæ, simul concurrentes ad actum eliciendum, possunt ei tribuere bonitatem moralem, quam non posset solus habitus secundus sibi tribuere, si esset sine prudentia, vel sine ratione recta: Tribuere quidem moralem bonitatem, est tribuere conformitatem ad rationem rectam, & hoc tribuit actus ille, non ex hoc, quòd habitus solùm, sed quia in causando coexistit prudentiæ, simul inclinanti. *ibidem*.

Habitus, qui est virtus, ex hoc quod est Virtus, non habet causalitatem specialem respectu bonitatis moralis in actu; sed tantùm ex hoc quòd est virtus, habet coexistentiam cum quadam alia causa eiusdem actus, quæ causa simul concurrens ad eliciendum actum, tribuit illi actui bonitatem moralem, quia conformitatem moralem sibi ipsi; sed adhuc tamen habitus iste nullam causalitatem habet respectu actus, ex ista ratione, quæ est coexistentia eius cum prudentia, sed tantùm ex ratione naturæ suæ, vnde est hic habitus: Et ideo nullo modo est concedenda causalitas aliqua specialis habitus, vnde moralis, vltra illam, quæ conceditur sibi, vnde est iste habitus. 1. D. 17. Qu. 2. *aliás* 3. §. *Ad argumenta alia, adducta pro quinta opinione*. ℣. *Intelligendum est*. Z. 14.

Habitus, qui est virtus moralis, non moderatur actiuè passionem, quasi eam, factam ab obiecto, faciat esse minorem; obiectum enim delectabile præsens naturaliter mouet secundum vltimum sui; sed habitus potest facere obiectum minus conueniens potentiæ habituatæ, quàm potentiæ nō habituatæ: sicut graui disconueniens est sursum magis, quàm corpori neutro, licet grauitas non esset principium actiuum descensus: ita potentiæ, secundum se, conueniens esset aliquod delectabile excessiuum; potentiæ autem habituatæ, per habitum inclinantem ad actus moderatos, est disconueniens, vel non ita conueniens illud delectabile excessiuum; & pro tanto quasi per repugnantiam formalem, vel virtualem ad habitum, habitus disconueniens, vel excedens moderatur, ne delectabile immoderatè delectet: Et ex hoc non sequitur aliqua actiuitas habitus; sicut nec humiditas in ligno, licet ipsa moderetur, ne ignis ita vehementer calefaciat, sicut corpus siccum. *ibidem*. §. *Ad illas autem authoritates*. ℣. *Ad aliud de moderari*. Bb. 15.

Habitus, qui est virtus, potest dici quòd moderatur passionem non iam factam, sed fiendam, pro quanto inclinat potentiam; & hoc cum prudentia coexistente, vt

fugiat

Habitus moralis quo ad virtutem , & vitium .

fugiat immoderata delectabilia, quæ nata sunt inferre delectationes immoderatas, & non admittat nisi delectabilia, quæ nata sunt moderatè delectare; & in hoc moderatur, non quidem delectationem inexistentem minuendo, sed immoderatam, quæ inesset, præcauendo. *ibidem*. ℣. *Aliter potest dici*. Bb. 15.

Habitus quilibet moralis habet inclinare determinatè ad obiectum, siue ad finem, ex virtute obiecti, quàm aliquo modo participat. *ibidem*. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ℣. *Hoc modo in proposito*. sub L l. 28.

Habitus moralis habet quodammodo obiectum in se sub ratione boni diligibilis, sicut habitus intellectualis habet aliquo modo in se obiectum præsens, tanquam sub ratione obiecti intelligibilis : & ita sicut iste habet, virtute obiecti, quodammodo agere ad præsentiam obiecti; ita ille, virtute obiecti suo modo contenti, habet inclinare in obiectum . 1. Dist. 17. Quæst. 2. *aliàs 3*. §. *Sed tunc est vlterius dubium* . ℣. *Hoc modo in proposito* . sub L l. 28.

Habitus quicunque virtutis est tantùm causa contingens respectu actus peccati. 2. D. 37. Q. Vn. §. *Ista quæstiones*. ℣. *Tertium concludat hic*. A. 5.

Habitus electiuus est illius potentiæ, cuius est per se talis operatio : Vnde cum electio virtuosa sit operatio voluntatis, habitus moralis est per se voluntatis . 3. Dist. 33. Quæstion. Vnic. *In primo argumento ad oppositum* . n. 2.

Habitus non tantùm ponuntur in potentijs, vt per eos potentiæ agant rectè, sed vt delectabiliter, & promptè; quia rectè potest quis agere sine habitu propriè acquisito, sicut patet in vitioso nouiter conuerso ad bonum; cui si ratio recta dictet aliquod oppositum vitio consueto esse eligendum, licet istud eligat, non tamen delectabiliter; non enim statim in primo actu corruptus est totus habitus vitiosus, imò vel nihil, vel parum remissus: hoc patet per experientiam, quòd talis difficulter eligit bonum honestum; & delectabile sibi esset eligere oppositum, secundum malam consuetudinem præcedentem : Vnde ad hoc quòd voluntas delectabiliter agat dictatum à ratione, requiritur habitus ad elicendum actum conformiter illi habitui. 3. D. 33. Q. Vn. §. *Hæc opinio improbatur*. ℣. *Præterea, habitus*. B. 5.

Habitus si est causa substantiæ actus [voluntatis], est causa secunda respectu voluntatis . 3. Distinct. 33. Quæst. Vnic. §. *Ad rationem igitur primam*. ℣. *Secunda ratio* . E. 8.

Habitum, etiam secundum quemcumque gradum, præcedunt primus actus rectus intellectus, & prima actio voluntatis recta; quia ex eis generatur quidquid primò inest de habitu : Vnde dici potest quòd voluntas, sine habitu, possit in actum rectum, etiam moraliter bonum; nec tantùm hoc, sed & intellectus possit in rectum iudicium, sine omni habitu intellectuali : Sicut tamen in intellectu, vel per primum actum, vel per plures actus elicitos, rectè generatur habitus prudentiæ; ita etiam per ipsum rectum eligere, consonum rectæ rationi, vel recto dictamini rationis, vel per multas tales electiones, generatur in voluntate virtus recta, inclinans ipsam ad rectè eligendum . 3. Dist. 33. Quæst. Vn. §. *Ad quæstionem* . H 12.

Habitus generatus à voluntate in se ipsa ex rectis electionibus, priusquam imperet potentiæ inferiori actum circa illud, quod vult in se, inclinans ad rectè eligendum, est proprijssimè virtus, quia proprijssimè habitus electiuus inclinans ad rectè eligendum, sicut ex rectis electionibus generatur. *ibidem*. H 13.

Habitum aliquem derelinquere potest ex imperijs rectis voluntas in appetitu sensitiuo (si potest imperare tali appetitui) inclinantem ad hoc, vt appetitus sensitiuus delectabiliter moueatur ad sensibilia ex imperio voluntatis, qui habitus derelictus, licet non sit propriè virtus, quia non habitus electiuus, nec inclinans ad electiones, potest tamen concedi aliquo modo esse virtus, quia inclinat ad illa, quæ sunt consona rationi rectæ. *ibidem*. ℣. *Potest tamen concedi*. H. 13.

Habitus, qui disponit hominem simpliciter ad agendum modo humano, disponit ipsum absolutè ad agendum circa quodcunque. 3. D. 34. Q. Vn. §. *Sed contra hoc obijcitur*. ℣. *Præterea impossibile est* n. 3.

Habitus illos tantùm potest dici, sine assertione, esse necessarios in via, qui sunt virtutes morales intellectuales, & Theologicæ. 3. Dist. 34. Quæst. Vn. §. *Ad istam quæstionem*. B. 6.

Habitus perficientis appetitum circa ea, quæ sunt appetibilia in ordine ad se, & vlterius circa appetibilia in ordine ad alterum, concluditur necessitas ratione naturali : & ita habetur prima distinctio virtutis appetitiuæ, ordinantis talem potentiam in actibus ad se, & ad alterum. *ibidem*.

Habitus illi tantùm ponendi sunt in Viatore, quibus perficitur circa omne obiectum, quantum perfici potest in via; cuiusmodi sunt septem virtutes in genere. *ibidem*. ℣. *Ex istis arguo sic*. B. 7.

Habitibus intellectualibus, & appetitiuis sufficienter perficitur Viator circa omne aliud bonum à Deo, vt circa obiectum. *ibidem*. ℣. *Consimiliter circa*. C. 7.

Habitus intellectiui perficientes intellectum sunt virtutes intellectuales; & illæ sufficienter perficiunt Viatorem, quantum possibile est, & ad considerandum, & ad syllogizandum practicè : habitus etiam appetitiui sunt virtutes appetitiuæ, quæ virtutes sufficienter perficiunt Viatorem ad appetendum, vel ad diligendum, siue in ordine ad se, siue ad aliud. 3. Dist. 34. Quæst. Vn. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Consimiliter circa omne aliud bonum*. C. 7.

Habitu indiget moderari irascibilis, ne immoderatè velit propellere offendens, & vlcisci de illo; sed moderatè velit propellere propellenda, & non propellere non propellenda. 3. D. 34. Q. Vn. §. *Notandum vlterius*. ℣. *Quarum distinctio*. F. 11.

Habitus, quo disponitur ad propellendum propellenda, non est nominatus, licet posset dici bellicositas, vel aliquid tale : habitus vero, quo disponitur ad non repellendum repellenda, sed ad sustinendum, dicitur patientia. *ibidem*.

Habitum quantumcunque perfectum, in genere naturæ, possibile est acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectum vnius virtutis, absque acquisitione alterius habitus: ille autem habitus quantumcunque intensus non habet, secundum aliquos, rationem virtutis, nisi sit conformis alijs virtutibus acquisitis; & ideo non est virtus; concordia enim habitus ad habitum necessaria est in quolibet habitu, qui est virtus. 3. D. 36. Q. Vn. §. *Dicitur aliter, & melius*. A. 5.

Habitus, vel actus virtuosi ratio, vltra naturam actus, vel habitus, non requirit nisi conformitatem ad rectam rationem, ex 2. Ethic. cap. 6. *Virtus est habitus electiuus, in medietate existens, quo ad nos determinata ratione; & vt vtique sapiens determinabit* : siue concordia autem aliarum virtutum, concurrentium in eodem operante, potest esse talis conformitas tàm actus, quàm habitus ad rectam rationem circa illud, quod eligit. 3. D. 36. Q. Vn. §. *Dicitur aliter*. ℣. *Istud dictum*. A. 5.

Habitus ille, qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est virtualiter omnium eorum, quorum cognitio practica virtualiter continetur in illo fine; sed non est formaliter omnium illorum. 3. D. 36. Qu. Vn. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ℣. *Qualiter autem omnes prudentiæ*. L. 23.

Habitus inclinans non potest facere grauiorem culpam; nam si quis acquisiuit magnum habitum ex multis actibus incontinentiæ, & postea pœnitet; si post pœnitentiam habeat aliquem motum incontinentiæ, licet ad illum inclinet magnus habitus, non tamen in eo est peccatum mortale, imò nec grauius notabiliter, quàm esset in alio nullum habitum habente. 3. D. 39. Q. Vn. §. *Sed hic sunt duo dubia*. ℣. *Contra hoc*. A. 3.

Habitus non potest esse grauior culpabiliter (si quam grauitatem habet) quàm actus, ex quibus generatur, cum, propriè loquendo, nullam grauitatem culpabilem habeat, nisi ex actibus : Vnde si actus, ex quibus generatur, sint veniales, habitus iste non faciet aliquam

grau-

Habitus moralis quo ad virtutem, & vitium.

grauitatem mortalem in actibus elicitis ex habitu. *ibidem*.

Habitus. ex. 2. Ethic. cap. 5. disponit ad bene, vel ad male agendum. 4. Dist. 6. Quæst. 10. §. *Ad quæstionem potest dici*. ℣. *Si autem contra hoc arguitur*. O.16.

Habitus inclinans ad bene agendum sicut acquiritur ex frequenter bene agere; & ex frequenter malè agere inclinans ad male agendum, sic ex frequenter agere absolutè acquiritur habilitas ad agendum tali actione, neque cum bonitate, neque cum malitia; sicut nec actus generatiuus fuit talis, scilicet bonus, vel malus: Patet enim quòd aliquis frequenter considerans Geometriam potest habere facilitatem magnam ad considerandum conclusionem in illa scientia; nec est ibi habitus bonus, vel malus, sicut nec actus, ex quo generabatur.4.D.6.Q.10.§. *Ad quæstionem potest dici*. ℣. *Hac non concludunt*. O. 16.

Habitus vitiosus, vel dispositio ad illum manet in iustificato subitò, quia in principio pronus est ad sequendum illam inclinationem habitus vitiosi; sed pugnando contra eam benè meretur, & acquirit sibi habitum in contrarium: Vnde magni peccatores, non statim, quando sunt iustificati, habent illam pacem, quam habent perfecti, & exercitati in virtutibus. 4. Dist. 14. Quæst. 1. §. *Dico ergo quantum ad istum articulum*. D.6.

Habitus, quicunque ille sit, vel dispositio vitiosa si derelinqueretur in peccatore iustificato, ex actibus, desineret esse post fluxum temporis, nisi firmaretur per frequentes actus; sicut vniuersaliter omnis dispositio ad habitum desinit esse, cessantibus actibus, perficientibus habitum. 4. Distinct. 14. Quæst. 1. §. *ibidem*. D.6.

Habitus malus, vsque ad extremum vitæ continuatus, multum retrahit ab actu pœnitentiæ: Vnde Augustinus in littera: *Cum filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes; vxor, & Mundus ad se vocet; multos solet pœnitentia serotina decipere*. Cum enim hæc delectabilia sint præsentia in se, vel in phantasmatibus vehementer impetiss,& siue sic, siue sic, ex vehementia habitus continuati multum inclinet ad se inordinatè amanda;sequitur quòd magnam faciunt difficultatem ad habendum magnam displicentiam de eis, ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad delectionem culpæ.4.D.20.Q.*Vnica*.§. *In ista quæstione*.℣.*Tertia ratio*. C.6.

Habitus nobilissimos virtutum esse in nobis, & latere nos probat Philosophus in fine secundi Posteriorum, esse inconueniens. 4.D.43. Qu.3.§. *Hic sciendum*. ℣. *Præterea, manifesta inconuenientia*. C.5.&. D.49.Qu. 10.§.*Respondeo*.℣. *Præterea:non experimur talem actum*. A. 2.

Habitus virtutis virtuosis tribuit rectè, vel virtuosè agere. *Quodl*.Q.17.§.*Ad argumentum principale*.℣.*Ista responsio*. N. 13.

Habitum vitinsum habens dicitur malus contrariè. *Quodl*. Q.18.§.*De primo*. ℣. *Iuxta secundam partem authoritatis Dionisij*. I.7.

Habitus vitiosus est quidem habitus positiuus, licet cum priuatione perfectionis debitæ. *ibidem*.

Habitum vitiosum contrarium positiuum si quis non habeat, sed careat bonitate, quam deberet habere, dicitur malus priuatiuè tantum.*Quodl*.Q.18.§.*De primo*. ℣. *Iuxta secundam partem authoritatis*. I.7. Vide Habitus prudentiæ, iustitiæ &c.

Habitus appetitiuus.

Habitus appetitiuus si generaretur ex actu libero, naturaliter generaretur, & non liberè, quia non est in potestate actus generatio talis habitus, vt videtur. 1. D. 12. Q.1.§. *Contra istam opinionem arguitur*. ℣. *De primo arguitur*. G. 5.

Habitus appetitiuus non generatur ex vno actu, sed ex vno syllogismo practico; deducendo aliquid, euidenter conclusum ex primis principijs practicis, fit conscientia;

Habitus appetitiuus.

quæ proinde non est habitus appetitiuus acquisitus, neque innatus, neque potentia, nec vis, vt patet. 2. D.39. Q.3.§.*Contra istud arguitur primo*. ℣. *Contra aliud de conscientia*. n. 3.

Habitus voluntatis natus est causari ab actu voluntatis, sicut à prima causa; Vnde non potest causari ab alio actu, nisi iste actus contineat in se virtualiter actum voluntatis: actus autem intellectus non potest continere in se virtualiter actum voluntatis, secundum Henricum; quia actus voluntatis est perfectior; adeoque non potest intellectus per actum suum causare in voluntate tale pondus, quod sit quasi habitus voluntatis. 2. D.39.Qu.2.§.*Contra istud arguitur*.℣.*Præterea, quod natum est*. A. 3.

Habitus perficientis appetitum circa ea, quæ sunt appetibilia in ordine ad se, & vlterius circa appetibilia in ordine ad alterum, concluditur necessitas ratione naturali: & ita habetur prima distinctio virtutis appetitiuæ, ordinantis talem potentiam in actibus ad se, & ad alterum.3.D.34.Q.*Vnica*.§. *Ad istam quæstionem potest dici*. B.6.

Habitus appetitiui sunt virtutes potentiæ appetitiuæ; quæ virtutes sufficienter perficiunt Viatorem ad appetendum; vel ad diligendum, siue in ordine ad se, siue ad aliud.3.D.34.Q.*Vnica*.§.*Ad istam quæstionem*.℣.*Consimiliter circa omne aliud bonum*. C.7.

Habitus potentiæ appetitiuæ possunt poni quatuor species; duæ acquisitæ, & duæ infusæ, stando in ipsis speciebus sub habitu appetitiuo infuso, & acquisito: sub infuso quidem primò sunt spes, & charitas: sub acquisito autem virtus disponens appetitum ad se, & ad alterum: Quæ ad alterum, vocatur vno nomine communi, quod est iustitia: Quæ autem ad se ipsum, non habet nomen commune: & forte illa est ratio, quare non statur in illa numeratione virtutum cardinalium, sed descenditur sub illa ad alias proximas sub eis.3. D.34. Q.*Vnica*.§.*Notandum vlterius*. E.9.

Habitus aliquis non credo quòd possit dari in damnatis, qui magis inclinaret voluntatem ad non appetendum, & detestandum beatitudinem, quàm eorum appetitus naturalis inclinat ad volendum eam; & ideo in eis nullus est habitus obstinationis, vt magis, actualicito, delectabilitet inclinentur ad oppositum beatitudinis, quàm secundum appetitum naturalem velint, actu elicito, beatitudinem. 4. Dist. 49. Quæst. 10.§.*Ad primum argumentum principale*.℣.*Ad aliud, quando arguitur de damnatis*. I. 12.

Habitus prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, patientiæ, & temperantiæ.

Habitus iustitiæ, secundum Philosophum. 2. Ethic. cap. 1. generatur ex operibus iustis, non tamen iustè factis: iste verò actus non est bonus moraliter, quia non ex virtute. 2. D.41. Qu.*Vnica*.§.*Aliter posset dici*. n. 2.

Habitus inclinans ad actum latriæ, tam interiorem, quàm exteriorem, cum sit consonus rationi rectæ; virtus est; & non Theologica, quia non habet pro obiecto immediato bonum increatum, sed honorem deferendum Domino increato: Vnde est Virtus moralis, & potissimè continetur sub iustitia, qua redditur superiori quod sibi debetur. 3.D.9.Q.*Vnica*.§. *De primo sciendum*. B.3.

Habitum proprium sicut quilibet actus distinctus specie ab alio potest habere in voluntate, vel in intellectu, inclinantem ad ipsum; ita etiam potest esse vnus habitus generalis, inclinans ad vnum actum in genere, & multos in specie: quemadmodum si iustitia ponitur virtus vna secundum genus, non secundum speciem, habet actum similiter vnum.3.D.31.Q.*Vnica*.§.*Respondeo: nullus habitur*.℣. *Quantum ad aliud*. D.6.

Habitus potest alteri competere, quo mihi velit bonum temperantiæ, inquantum est mihi bonum conueniens: nec habitus iste potest dici charitas, quia non rantùm bonum, vt quoddam ordinatum ad diligendum Deum, sed sub ratione propriæ bonitatis in eo: nec est alius habitus, quàm temperantia, quia per *mihi*, & *tibi* non variatur

Habitus prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, patientiæ, & temperantiæ.

variatur ratio formalis habitus: adeoque sicut habitu temperantiæ formaliter eligo mihi hoc bonum, ita habitu eiusdem rationis potest mihi quilibet velle hoc bonum. 3. Dist. 33. Quæst. Vnica. *§. Ad primum concedi potest*. I. 16.

Habitus fortitudinis idem specie, qui potest intendi secundum gradus, qui non variant speciem, disponit ad sustinendum modo perfecto, & supremo, sicut & infimo. Neque dicendum quòd non eodem, sed alio; adeoque quòd habitus ille, qui disponit ad sustinere in infimo gradu, de necessitate est imperfectus quantum ad actum suum, & obiectum, itaut circa sustinere terribilia non possit habere perfectionem, sed ad hoc quod aliquis perfectè se habeat ad illud, oporteat quòd habeat habitum alium in specie; Nam pluralitas specierum non videtur ponenda sine necessitate manifesta, vbi scilicet vna species non sufficeret; quod non apparet in proposito. 3. D. 34. Qu. Vnica. §. *Sed contra hoc obijcitur*. ✠. *Præterea circa terribilia*. n. 3.

Habitus practicus circa agibile, siue sit scientia practica, siue prudentia practica, non est vnicus circa omnia agibilia. 3. D. 34. Q. Vn. *§. Notandum vlterius*. D. 8.

Habitus intellectiui sunt fides infusa, prudentia, & scientia speculatiua: sed scientia speculatiua quia non perficit hominem ad benè operandum, ideo non connumeratur inter virtutes cardinales; minus enim est necessaria homini ad rectè viuendum humanè, quàm prudentia. *ibidem*. E. 8.

Habitus disponens appetitum ad alterum, vocatur vno nomine communi, quod est iustitia; disponens autem ad se ipsum, non habet nomen commune: & fortè illa est ratio, quare non statur in illa numeratione virtutum cardinalium, sed descenditur sub illa ad alias proximas sub eis. *ibidem*. E. 9.

Habitus, quo disponitur ad non repellendum repellenda, sed ad sustinendum, dicitur patientia: & quia difficilius est non repellere offendens, quàm repellere, ideo patientia est nobilissima fortitudo, iuxta illud Poetæ: *Nobile vincendi genus est patintia*; vincit enim qui patitur. *ibidem*. ✠. *Quarum distinctio vt aliqualiter videatur*. F. 11.

Habitus proprius perfectiuus concupiscibilis est temperantia; & proprius perfectiuus irascibilis dicitur fortitudo in communi; & hoc loquendo de habitibus acquisitis, & non infusis: ambæ autem infusæ perficiunt concupiscibilem, quia Deus, quem habent pro obiecto, est tantùm volibilis, & non nolibilis: Et licet vtraque istarum specierum intermediarum, tàm scilicet fortitudo, quàm temperantia possint subdiuidi; tamen in connumeratione virtutum cardinalium remanent indiuisæ. *ibidem*. *§. His suppositis*. I. 14.

Habitus consiliatiuus est prudentia, quia est habitus rectè syllogizandi practicè; & tale syllogizare est consiliari: Vnde habitus, quo quis est consiliatiuus, est prudentia. 3. D. 34. Q. Vn. §. *His suppositis*. ✠. *De donis dico*. O. 20.

Habitus temperantiæ si non est virtus, nisi quia concomitatur alia virtus, puta fortitudo; sequitur quòd fortitudo virtus, in quantum concomitans temperantiam, est ratio illi habitui essendi virtutem; & pari ratione è conuerso temperantia, vt concomitans, erit fortitudini ratio essendi virtutem; quod est falsum; quia sequeretur quòd aliqua erit virtus, antequam sit virtus: & ita nulla prima virtus; & ita nulla erit virtus. 3. D. 36. Q. Vn. *§. Dicitur aliter*. ✠. *Præterea secundo sequitur*. A. 6.

Habitus ille de genere qualitatis, qui debet esse temperantia, si non potest esse virtus, nisi concomitante alia virtute, quæ est fortitudo; sequitur quòd fortitudo prius erit virtus, quàm temperantia sit virtus; & tamen non potest fortitudo esse virtus, nisi concomitante temperantia virtute, per hypothesim aliorum: Vnde fortitudo erit virtus prius, quàm sit virtus: Et sic etiam nulla erit prima virtus; quia non temperantia, quia illa non potest esse virtus sine concomitantia omnium aliarum; & hoc habentium rationem virtutis, ex eadem hypothesi. *ibidem*.

Habitus temperantiæ generatus, & similiter habitus fortitudinis generatus ad similem gradum, si nullus istorum erit virtus, quousque quilibet habitus sit in eo gradu, in quo est virtus; sequitur quòd aut quilibet habitus erit ante alium virtus, vel esse poterit; & tunc habetur quòd vnus habitus potest esse virtus sine alio; & ita non erit connexio necessaria virtutum: Aut non; & tunc omnes habitus simul fient per vnum actum in esse virtutis; quod videtur inconueniens, quia ille actus videtur esse vnius virtutis; & sicut esset actus vnius virtutis, si esset generata, ita esset generatiuus vnius, adeoque non omnium. *ibidem*. ✠. *Contra hoc, quia sequitur*. A. 6.

Habitus, qui est prudentia, sicut ex imperio voluntatis benè eligentis generatur in intellectu, bene dictante circa media ad finem bene electum perquirendum; ita in voluntate malè eligente habitus acquisitus ex dictamine circa ea, quæ ordinantur ad malum finem electum, est error, & habitus directè oppositus habitui prudentiæ, & potest vocari imprudentia, vel stultitia; non tamen priuatiuè, sed positiuè, & contrariè; quia sicut prudens habet habitum, quo rectè eligit ordinata ad finem debitum; ita imprudens, vel stultus habet habitum, quo promptè eligit ordinata ad finem præstitutum à voluntate mala: & talis habitus generatur ex imperio voluntatis malè eligentis: Vnde pro tanto verum est quòd voluntas mala excæcat, non quidem faciendo errare circa aliqua complexa, sed faciendo intellectum habere habitum considerandi aliqua media, ordinata ad malum finem; & totus ille habitus est error in agibilibus, licet non sit error deceptiuus, quantum ad considerationem, siue speculationem. 3. Dist. 36. Quæstion. Vnica. *§. Quantum ad istum articulum potest dici*. ✠. *Et si tunc quæritur, quomodo malitia*, G. H. 14.

Habitus duplex intellectualis circa agibilia rectus posset poni, quorum neuter esset prudentia: vnus quidem, qui præcederet rectam electionem finis in particulari; & ille non esset prudentia, quia prudentia est circa ordinata ad finem, quia est habitus consiliatiuus; consilium autem non est de fine, sed de entibus ad finem; est etiam discursiuus, quia consiliatiuus: & ita de his, ad quem discurritur; Electo autem fine bono, non tantùm in communi, sed in particulari etiam, quòd castè viuendum est, potest esse aliquis habitus dictatiuus rectè de his, quæ sunt ad finem, sed non habens secum electionem rectam, tanquam concomitantem; & ille, quantum est ex parte obiecti, esset prudentia; esset enim recta ratio circa ea, quæ sunt ad finem; sed deficeret sibi alia conditio, quia non esset concors appetitui recto circa eadem obiecta: Vnde secundum hoc dicendum esset quòd quicunque habitus generaretur in intellectu, licet practicus, & rectus; & hoc siue circa finem siuè vniuersalem, siuè particularem; siuè circa media necessaria ad consequendum finem illum particularem electum, si non concomitetur recta electio voluntaria circa eadem, non est prudentia. 3. D. 36. Q. Vn. *§. Quantum ad primum de prudentia*. ✠. *Posset igitur duplex habitus*. H 15.

Habitus aliquis in ratione prudentiæ, & alius habitus in ratione virtutis moralis posset concedi quòd generetur per actum vnum, qui generat vltimatè tàm virtutem moralem, quàm prudentiam: inconueniens quidem est in moralibus, quòd vnus actus vltimatè generat duas virtutes morales; sed non est hoc inconueniens in temperantia, & prudentia; quia ille actus, qui generat prudentiam in ratione regulatiui, generat temperantiam in ratione regulati; non autem habet rationem virtutis nisi ex ratione regulati, & ideo generat temperantiam in ratione virtutis: non sic dici potest, comparando eam ad fortitudinem, quia fortitudo non est regula eius. *ibidem*. ✠. *Posset dici, quod non est necessaria*. H. 16.

Habitus intellectualis prudentia, & habitus moralis virtus non constituunt se in esse virtutis per aliquam prioritatem, quasi vna sit priùs virtus, quàm reddat aliam esse virtutem, sed simul natura. 3. D. 36. Q. Vn. §. *Quantum ad primum de prudentia*. ✠. *Diceretur igitur*. H 16.

Habitus prudentiæ, & virtutis moralis, vt temperantiæ, vel fortitudinis, generantur in esse perfecto per vnum actum, siuè actus ille sit recta electio, quia absque recta electione finis non est habitus intellectualis concors appetitui recto, ideo nec prudentia: siuè actus sit intellectus, quia

Habitus Prudentiæ, Iustitiæ, Fortitudinis, Patientiæ, & Temperantiæ.

quia absque recto dictamine non est electio concors rectæ rationi, iden nec virtuosa, nec generatiua virtutis moralis; Vnde tàm actus intellectus, quàm actus voluntatis generando aliquid per se in esse naturæ, potest concomitanter generare illud in esse relatiuo; & vlterius concomitanter suum relatiuum, putà vnus actus generaret simul natura virtutem moralem, & eius prudentiam: & secundum hoc diceretur quod vterque habitus, præcedens electionem rectam, esset quidam intellectus scientiæ moralis, siuè quædam scientia moralis. *ibidem. ÿ. Et si quæritur*. H. 17.

Habitum rectum principij, vel conclusionis in moralibus habens, non autem exercitatus in operando, vel dirigendo circa agibilia, licet habeat habitum directiuum remotum, qui habitus potest dici intellectus, vel scientia moralis; non tamen habet habitum directiuum propinquum, qualis est prudentia, & qualis in factibilibus est habitus experti. *ibidem*.

Habitus ille practicus, qui est rectè dictatiuus de fine particulari, videtur concedendum quòd sit propriè prudentia. 3.D.36. Qu. Vn. §. *Licet istud videatur*. ÿ. *Secundo probatur*. I. 18.

Habitus prudentiæ licet dicatur consiliatiuus, & ita ad fines discursiuus; tamen de finibus proprijs virtutum moralium dictatur, discurrendo à principio practico, sumpto à fine vniuersali ad particulares; & ille discursus est prima consiliatio, licet communiùs dicatur consilium de medijs virtutum. *ibidem*. ÿ. *Nec obstat*. I. 19.

Habitus prudentiæ licet dicatur concors appetitui recto, tamen priùs naturaliter non videtur habere aliquid, de ratione sua, dependens à posteriori; prudentia autem videtur esse naturaliter prior virtute morali, quia diffinit ipsam: Vnde quòd dicatur concors, debet intelligi, id est conformatiua praxis rectæ sibi ipsi; hoc est quòd debet esse talis cognitio, quòd, quantum est ex se, praxis recta debet sibi conformari; & talis cognitio est prudentia, siuè in eo dictante sequatur electio recta, siuè non. 3. D. 36. Qu. Vn. §. *Licet istud videatur*. ÿ. *Nec obstat*. K. 19.

Habitus ille generatus ex dictaminibus [rectis], siuè circa fines quosdam particulares, saltem qui sunt proprij finea virtutum moralium; siue circa media ordinata ad illos finea, est propriè prudentia, licet electio recta non sequatur in eodem dictante; & ita non erit omninò necessaria connexio alicuius virtutis moralis ad prudentiam dictatiuam de sua materia: tamen è conuerso sic, quia nulla electio potest esse recta moraliter, nisi sit concors suæ regulæ, & suæ mensuræ, quæ est dictamen rectum: Dictamen autem rectum est natum generare prudentiam, etiamsi sit vnicum; ideo è conuerso potest concedi connexio, quia virtus moralis non potest esse sine prudentia circa suam materiam. *ibidem*. ÿ. *Potest ergo aliter dici*. K. 20.

Habitus vnus qualiter sint omnes prudentiæ diuersæ, quas vt proprias requirunt diuersa agibilia, dicitur quæst. 1. super 6. Met. id est debet intelligi vnitas non formalis, sed virtualis; habitus enim ille, qui est de primo obiecto, est formaliter vnus, & est virtualiter omnium, quæ continentur in illo primo obiecto, sed non est formaliter omnium illorum: ita ille habitus, qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est virtualiter omnium eorum, quorum cognitio practica virtualiter continetur in illo fine, sed non est formaliter omnium illorum: & ita prudentia est virtualiter omnium virtutum, extendendo nomen prudentiæ ad habitum illum, qui est intellectus primi principij practici. *ibidem*. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ÿ. *Qualiter autem omnes prudentiæ*. L. 23.

Habitus aliqua intellectiuus si poneretur in intellectu Diuino, respectu sui, & aliorum, magis posset distingui in multos habitus ratione, vt inclinat in obiecta secundaria; quàm iustitiam in voluntate Diuina distingui in multas iustitias ratione respectu sui, & vt transit in obiecta secundaria; quia ibi ad quodlibet secundarium determinatè inclinatur intellectus, non sic hæc voluntas. 4.D.46.Q.1. §. *Non improbando distinctiones*. ÿ. *Si autem velimus*. F 8.

Habitus subiectum.

Habitus practicus erit in intellectu speculatiuo, si distinctio intellectus practici, & speculatiui ponatur penes finem, qui accidit obiecto, vt vult Gotfredus: nec intellectus illo habito dicetur practicus, quod videtur inconueniens, quia omni habitu denominatur habens secundum naturam habitus. *Frolog*. Q.4.& §. *§. Contra hanc opinionem*. sub D.9.

Habitus, & actus practicus possunt esse in intellectu speculatiuo, si, secundum Gotfredum, habitus, vel actus ex natura sua practicus potest esse in intellectu, sine relatione ad actum voluntatis. *Prolog*. Quæst. 4. & §. *§. Contra hanc opinionem*. ÿ. *Contra igitur habitus*. D.9.

Habitus subiectum magis denominatur à per se conditione sui accidentis, & essentiali, quam à conditione eiusdem accidentali; Vnde si intellectus potest dici practicus ex conditione accidentali sui habitus, putà ex ordine voluntatis, ordinantis actum eius ad alium; multò magis potest dici practicus ex ordine essentiali actus, quo actus dicitur esse essentialiter practicus: Ideo ab eodem videtur intellectus dici practicus, à quo habitus, & actus, licet non ita accidentaliter dicatur illud de habitu, & actu, sicut de intellectu, respectu cuius est accidens per accidens. *Prolog* Quæst. 4. & §. § *Contra hanc opionem*. ÿ. *Item tertio*. D.9.

Habitus omnis naturaliter præsupponit potentiam. 1. D. 3. Qu.3. §. *Contra istud non potest sustineri*. ÿ. *Confirmatur ratio*. A.2.

Habitus licet non sit propriè in inanimatis, quia propriè habitus est tantum in animatis; possunt tamen denominari ab aliquo adiacente, quod, in quantum est aliquo modo ornamentum, vel tegumentum eorum, potest teduci ad genus habitus: & tunc sicut diceretur: arbor est florida floribus, & ablatiuus construeretur in ratione illius, à quo subiectum denominatur secundum talem denominationem, ita etiam construitur ly *floribus* cum hoc verbo *florere*. 1.D.32.Q.2. §. *Contra: sicut ædificare*. ÿ. *Præterea exemplum*. n. 5.

Habitus non generatur in naturaliter inclinatis, siuè in summè determinatis ad vnum: sicut non generatur in graui, per quotiescunque descendere, ratio descensus; nec generatur in violenter motis, per quotiescunque tale moueri, aliqua ratio, vel habitus facilitans, vel habilitans ad talem motum violentum, sicut patet de lapide moto sursum; sed generatur in potentijs, de se indeterminatis ad actum, per actum frequenter elicitum. 2. D. 3. Q. 10. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ÿ. *Ad secundum dico*. sub I. 18.

Habitu existente perfecto, vel in summo, quantum potest perfici in tali subiecto, vel secundum terminum sibi præfixum à sapientia Diuina, omnes actus sequentes nihil augent, sed tantùm procedunt ex habitu iam generato. 2. D.7.Q. Vnica. §. *Ad primum argumentum dicitur*. ÿ. *Ad aliud dico quòd, habitu existente*. Y.27.

Habitus omnis est in potentia, quia propè habentia bonum reddit. 2.D.26. Quæst. Vn. *In primo argumento ad oppositum*. n. 2.

Habitus est illius potentiæ, cuius est per se talis operatio: Vnde cum electio virtuosa sit operatio voluntatis, habitus moralis est per se voluntatis. 3.D.33. Q. Vn. *In primo argumento ad oppositum*. n. 2.

Habitus remouetur à puris agentibus naturalibus, quia, ex se sunt summè inclinata; in intellectu tamen, qui magis naturaliter agit, quàm voluntas, non negatur habitus, quia non est ex se summè determinatus, vel inclinatus: nec ista indeterminatio est ex imperfectione actiui, sed ex illimitatione, quæ est perfectio actiui; alia enim merè naturalia determinantur sic ad vnum, quòd non possunt in oppositum contrariè, vel saltem

contradictotiè ; voluntas autem non sic determinatur. 3.D.33.Q.*Vnica*.§.*Ad rationem igitur primam*. ỹ.*Secunda ratio ducitur ad oppositum*. D. 7.

Habitus, & virtus conceditur quòd potest esse in parte corporis, sicur pater in mann Scriptoris, & Pictoris; manus enim mea inexercitata inhabilis est in illa facultate, quæ est ad cithbarizandum; exercitata autem est habilis; quod non est, nisi habilitate inhærentiæ manui, quæ habilitas conceditut esse quædam virtus, quia quædam qualitas, habilitans ad opus virtutis moralis: Conceditur autem hoc vlterius de irrationabili, vt de equo ad actus quosdam, ad quos est assuefactus; sed in merè inanimatis non inuenitur; non enim ex consuetudine proijcitur faciliùs lapis sursum. 3.D.33.Q.*Vnica*.§.*Ad primum concedi potest*.ỹ.*Ad tertium conceditur*. M.19.

Habitus potest esse in voluntate, & tamen non voluntariè voluntas habet illum: Vnde illud, quod est subiectiuè in voluntate, non facit completè quòd aliquid sit voluntarium; tristitia enim est subiectiuè in voluntare. *Quodl*. Qu.18.§.*Ad primum argumentum principale*. E c. 21.

Habitus, & potentiæ actiuitas, seu causalitas.

Habitus per se dirigit, per accidens autem excludit errorem. *Prolog*.Q.4.&.5.§.*Contra hoc sic arguitur*. ỹ. *Ad tertium respondeo*. K. 58.

Habitus inclinat ad illos actus, ex quibus generatur. *ibidem*.§.*Contra istud, scilicet quòd non tantùm actus*. ỹ.*Præterea sub alia forma arguitur*. L. 2.

Habitus non ponitur præcisè ad patiendum, & maximè in passiuo summè disposito ad formam; non enim oportet illud facilitari ad recipiendum, quod in se est summè dispositum ad recipiendum. 1. D. 3. Q. 7.§. *Contra istam opinionem*. *Intellectus agens*. ỹ. *Item habitus*. E. 50.

Habitus est, quo vtimur, cum volumus; habentem perfecit, & opus eius bonum reddit, ex. 2. Ethic. cap. 5. quæ omnia attribuunt aliquam actiuitatem habitui. *ibidem*.

Habitus esset potentia, si esset totalis ratio operandi subiecto; nam omnis forma, quæ est principium totale agendi, vt est in subiecto, si per se est, potest per se operari. 1.D.17.Q.2.§.*Contra istam opinionem*. ỹ.*Præterea ex hoc sequitur*. F. 4.

Habitus, cum non sit formaliter voluntas, nec per consequens formaliter liber, si est principium actiuum, erit merè naturale; adeoque operatio eius non erit libera; & ita nullum velle erit liberum, si eliciatur ab habitu, vt à totali principio actiuo. 1. D. 17. Qu.2.§. *Contra istam opinionem*.ỹ.*Præterea operatio non elicitur liberè*. F. 5.

Habitus actio non est in potestate mea, quia ipse si est actiuus, non est liber, sed principium naturale. *ibidem*.ỹ.*Præterea: actus non est meus*. F. 5.

Habitus determinatus in voluntate si det intensionem determinatam actui, tunc, voluntate operante ad substantiam actus, necessariò dat habitus illam intensionem sibi correspondentem: & ita quantumcunque ex modico conatu voluntas operetur, semper esset actus eius æquè intensus, quia, ipsa causante substantiam actus, habitus, quia agit per modum naturæ, causaret quod suum est necessariò. 1.D.17. Q.2.§. *Alio modo posset dici*. ỹ. *Præterea secundo*. G.7.

Habitus si det intensionem actui, hoc erit in aliquo gradu finito: signetur iste gradus, & sit A. voluntas igitur cum habitu illo potest habere actum intensum in hoc gradu: fiat aliqua alia voluntas perfectior ista voluntate, secundum proportionem A. gradus, ad actum in vno gradu; puta si A. est gradus octauus in actu, fiat voluntas excedens primam voluntatem in nouem gradibus: ista igitur voluntas sine habitu posset habere actum æquè intensum, sicut illa voluntas cum habitu; adeoque non est præcisè substantia actus à potentia, ita

quòd non intensio. 1.D.17.Q.2.§.*Alio modo posset dici*.ỹ. *Præterea: si habitus*. G. 7.

Habitu omni circumscripto, sola voluntas infinita potest habere actum infinitum; quia voluntas infinita non est receptiua alicuius habitus, quia non deficit sibi aliqua perfectio possibilis voluntati: voluntas itaque in quocunque gradu naturæ potest in actum determinari gradus; quia sicut summum ad summum, ita simpliciter ad simpliciter; & quilibet gradus ad gradum sibi correspondentem. *ibidem*. ỹ.*Præterea: sola voluntas*. G. 7.

Habitui attribuendo aliquo modo rationem principij actiui respectu actus, potest dici quòd habitus est causa partialis actiua, cum quo ipsa potentia etiam est causa partialis respectu actus perfecti, procedentis à potentia, & habitu, licet ipsa posset esse totalis causa respectu actus perfecti, præcedentis generationem habitus. 1. Dist. 17. Quæst. 2. §. *Tertio modo attribuendo habitui*. Sub. G. 8. & . 4. D. 49. Quæst. 5. *Ad quintum principale*. H. 31.

Habitus posset videri habere rationem causæ prioris respectu potentiæ, ex hoc, quòd causæ prioris est determinare secundam, non è conuerso: habitus autem determinat potentiam ad agendum, & non è conuerso, & inclinat eam; inclinare autem est superioris respectu inferioris; non è conuerso. Sed oppositum huius videtur; quia potentia vtitur habitu, non è conuerso; & quod vtitur alio, est principalius in agendo; & illud, quo vtitur, est quasi instrumentum, vel causa secunda. 1.D.17.Q.2.§. *Tertio modo*. ỹ. *Sed tunc est dubitatio*. H.8

Habitus est limitatior in agendo, quàm potentia, eo quòd potentia ad plura se extendit; superior autem causa videtur esse illimitatior extensiuè. *ibidem*.ỹ. *Similiter secundo*. H. 8.

Habitus est causa naturalis; vnde si ipse est causa principalis, mouens potentiam, moueret eam per modum naturæ; & per consequens cum potentia agat eo modo, quo mouetur, ageret per modum naturæ; nam agens, quod agit, inquantum mouetur, si mouetur per modum naturæ, agit etiam vlterius per modum naturæ; & ita omnis actio potentiæ habituatæ esset naturalis, & nulla libera; quod inconueniens est. *ibidem*. ỹ. *Præterea tertio*. H. 8.

Habitus, si haberet rationem causæ prioris, esset potentia, quia esset illud, quo primo habens potest operari. 1. Dist. 17. Quæst. 2. §. *Tertio modo*. ỹ. *Item quarto*. H. 8.

Habitum tenendo esse causam partialem respectu actus, erit causa secunda, & non prima, sed ipsa potentia erit causa prima, & absolutè non indiget habitu ad operandum; minus tamen perfectè operabitur sine habitu, quàm cum habitu, & hoc posito æquali conatu ex parte potentiæ: quia quando duæ causæ concurrunt ad aliquem effectum, vna sola non potest ex se in ita perfectum effectum, sicut ambæ simul: Et hoc modo saluatur quòd actus est intensior à potentia, & habitu, quàm à potentia sola; non quidem quòd potentia sit causa substantiæ actus, & habitus sit causa intensionis, quasi duobus causatis correspondeant duæ causæ; sed quòd ambæ causæ concurrentes possunt producere effectum perfectiorem, quàm altera sola; qui tamen effectus secundum se totum, & per se vnus est à duabus causis, sed in diuerso ordine causantibus. 1. D. 17. Quæst. 2. §. *Concedo igitur propter ista rationes*. I 9.

Habitum non esse causam partialem respectu actus, probatur, impugnando multipliciter. *ibidem*. §. *Contra istam opinionem arguo sic*. K. 10. Vide. Habitus, vt dependens, vel independens ab actu.

Habitus posset dici quòd tantùm inclinat ad operationem, quasi actus prior, conueniens cum actu secundo, & determinans ad actum illum: sicut grauitas est actus prior, determinans, & inclinans ad determinatũ *vbi*, licet, secundũ aliquos, grauitas non sit principium respectu esse in illo *vbi*; & illud videtur probabile, quia nulli debet attribui

tribui

Habitus, & potentiæ actiuitas, seu causalitas.

tribui causalitas respectu alicuius, nisi talis sit euidens ex natura rei, vel causæ vel causati: nulli etiam causæ neganda est perfecta causalitas, nisi manifestè appareat imperfectio causalitatis in ea, quia nullam naturam negandum est perfectionem habere, qua non est euidens eam carere; nulla autem videtur necessitas ponere aliquam causalitatem actiuam in habitu respectu actu, quia sine hoc saluabuntur omnes conditiones, quæ communiter attribuuntur habitui: nulla est etiam necessitas auferendi à potentia perfectam rationem causalitatis, vt attribuatur partialis causalitas potentiæ; adeoque non est aliqua causalitas habitui attribuenda. 1. D.17.Q.2.§. *Qui vellet tenere conclusionem.* M.12.

Habitum non oportet habere aliquam rationem proprij principij actiui, nisi inquantum habet rationem principij actiui respectu substantiæ actus. 1. D.17.Q.2.*aliàs.* 3. §.*Quantum ad istum articulum.* ✝. *Quantum igitur ad istam conditionem.* P.4. Vide. Habitus moralis quo ad virtutem, & vitium.

Habitum esse actiuum respectu actus declaratur per exemplum, & per experientiam. *ibidem.* §. *Tenendo tertiam viam.* R.6.

Habitus non est ad aliquid, nisi quia per identitatem includit respectum; tamen non est tantùm respectus, sed est quoddam absolutum; & ideo potest sibi competere actio, tanquam principio agendi. *ibidem.* §. *Hanc viam tenendo.* ✝. *Ad primum.* Sub. R.7.

Habitus, & potentia sunt duo principia alterius ordinis, & vtrumque in suo ordine est vnum per se; & cum ista vnitate ordinis concurrit vnitas accidentis, & subiecti inter hæc ordinata; sed hoc accidit, quia si ita posset coniungi causa prima cum secunda, sine informatione tali vnius ab altera, sicut coniunguntur quando informatur vna ab altera: eodem modo possent habere vnitatem sufficientem ad causandum vnum effectum; Vnde licet vnius actionis per se sit vna causa actiua in eodem ordine, tamen in alio ordine principiandi, bene potest esse alia, & alia causa; & hoc, siuè hæc, & illa constituant vnum per accidens, siuè non, sed tantùm vnum vnitate ordinis: & licet sit ibi vnitas per accidens, adhuc tamen semper saluatur vnitas ordinis principij ad principium. 1.D.17.Q.2.*aliàs.*3.§. *Hanc viam tenendo.* ✝. *Ad secundum argumentum dico.* T.8.

Habitu coagente cum potentia, semper actus est intensior, quàm habitu non coagente; propterea, potentia, ex quocunque conatu agente, actus non est æquè intensus semper; quia intensio attribuitur duabus causis; potentiæ quidem, ea maiori, vel minori conatu; habitui autem semper æqualiter, quantum est de se. 1. D.17.Qu.2. *aliàs.*3.§. *Ad argumenta, quæ facta sunt contra secundam viam.* ✝. *Ad secundum concedo.* V.9.

Habitum, & potentiam ponendo esse duo principia ordinata; non est inconueniens quòd possit fieri voluntas in puris naturalibus, quæ actum intensiorem eliceret, quàm alia voluntas cum habitu; esset quidem inconueniens, attribuendo totam intensionem habitui, & non potentiæ. *ibidem.* ✝. *Ad tertium.* V.9.

Habitus potest esse ratio agendi, *quo*; quemadmodum virtus Solis non potest esse principium *quo* respectu omnis actus, respectu cuius forma genita à Sole potest esse principium *quo*. *ibidem.* §. *Ad argumenta, quæ facta sunt contra tertiam opinionem.* ✝. *Ad aliud potest dici.* V.10.

Habitus, in quantocunque gradu sit intensus, non posset supplere totam vicem potentiæ; quia etsi causalitas eius sit diminuta, & causalitas potentiæ diminuta; tamen alterius rationis est causalitas habitus, quàm causalitas potentiæ; quia ex ratione sui habitus est causa secunda, qua scilicet potentia potest vti: & ita si in infinitum augeretur, nunquam posset fieri principium vtens; sicut virtus generatiua Patris quantumcunque augeretur, non posset fieri virtus solis: Non igitur eiusdem rationis est causalitas habitus cum causalitate potentiæ, vt illa intensa possit ascendere ad istam, sed semper sunt alterius rationis; & tamen hæc cũ illa causans causat actum perfectiorem, quàm si solùm causaretur ab vna illarum. *ibidem.* ✝. *Ad tertium dico.* V.10.

Habitus est quædam inclinatio ad operationem, non quidem vt potentia actiua ad agere, sed vt forma prior inclinat ad formam posteriorem, sicut grauitas ad deorsum. 1. D.17.Q.2.*aliàs.*3.§.*Qui vult tenere quartam via.* ✝. *Ad primum.* Sub. V.11.

Habitus, qui est qualitas derelicta ex actibus frequenter elicitis, non est species intelligibilis obiecti, per quam anima reducitur de potentia essentiali ad accidentalem; & quæ est principium actiuum respectu considerationis; ista enim species præcedit naturaliter primum actum elicitum circa obiectum, circa quod est: & licet ista species possit esse radicata in intellectu; & cum fuerit radicata posset dici habitus; non tamen est iste habitus, qui generatur ex actibus frequentibus. *ibidem.* ✝. *Ad aliud de scientia.* X.11.

Habitus intellectus practicus potest dici quod inclinat ad praxim; non quòd illa praxis sit eius, vt principij actiui; sed quasi terminans inclinationem eius sic, aut ipsius potentiæ habituatæ, vel alterius potentiæ, vt principij actiui: sicut electio recta practicè actiuè elicitur à voluntate, & non à prudentia, quæ tamen est habitus practicus respectu istius electionis, quia inclinat ad eam, licet non sit principium actiuum eius. *ibidem.* ✝. *Ad aliud dicitur.* Y.11.

Habitus potest facere obiectum minus conueniens potentiæ habituatæ, quàm potentiæ non habituatæ: sicut graui disconueniens est sursum magis, quàm corpori neutro, licet grauitas non esset principium actiuum descensus; ita potentiæ secundum se conueniens esset aliquod delectabile excessiuum; potentiæ autem habituatæ per habitum inclinantem ad actus moderatos, est disconueniens, vel non ita conueniens illud delectabile excessiuum; & pro tanto quasi per repugnantiam formalem, vel virtualem ad habitum, habitus disconueniens, vel excedens moderatur, ne delectabile immoderatè delectet: & ex hoc non sequitur aliqua actiuitas habitus, sicut nec humiditas in ligno, licet ipsa moderetur, ne ignis ita vehementer calefaciat sicut corpus siccum, habet actiuitatem. *ibidem.* §.*Ad illas autem authoritates.* ✝. *Ad aliud de moderari dico.* Bb.15.

Habitus magis determinatè inclinat ad obiectum, quàm potentia, quia determinatiùs includit obiectum: & secundum hoc posset dici quòd illa causalitas partialis, quæ attribuitur habitui, conuenit sibi ex parte, qua obiectum dicitur actiuum respectu actionis, & non ex parte, qua potentia dicitur actiua; quia magis habitus vim suam habet ex obiecto, quod determinatè includit, quàm ea ipsa potentia. *ibidem.* §.*Sed tunc est vlterius dubium.* ✝. *Et ex hoc apparet.* Sub. Ll.28.

Habitus non esset immediatum principium actus, si verbum mentis esset species in intelligentia prior actu intelligendi; nec habens habitum esset in potentia accidentali ad agendum secundum illum habitum, quia requireretur forma prior ipsa operatione, alia ab habitu. 1. D.27.Q.3.§.*Ad quæstiones istas.* ✝. *Non est autem verbum.* E 12.

Habitus omnis inclinat ad aliquem actum in eadem specie. 2.D.7.Q.*Vnica.*§.*Restat nunc dicendum.* ✝. *Præterea, quod etiam adducitur de habitu.* P.23.

Habitus non est ratio agendi potentiæ modo opposito proprio modo ipsius potentiæ; quia causa secunda non determinat modum agendi causæ primæ, sed è conuerso. 2. D.7.Q.*Vnica.*§ *Restat nunc dicendum.* ✝. *Præterea secundo: habitus.* P.23.

Habitus idem simplex non perficit duas potentias. 2.D.24. Q.*Vnica* §.*Est igitur alius intellectus.* ✝. *Tertio ex ratione habitus.* C.4

Habitus quicunque intellectualis, si anima est indeterminata ad plures actus, conuenientes sibi secundum plures potentias, non perficit eandem animam, inquantum indeterminata, sed præcisè inquantum intellectus. 2.D.26.Qu. *Vnica.*§.*Contra istam positionem arguitur.* ✝. *Præterea secundo.* A.6.

Habitus si perficeret animam, inquantum indetermanata

Habitus, & potentiæ actiuitas, seu causalitas.

secundum virtutem actiuam, æquè posset eam perficere in ordine ad quemcunque actum suum: similiter si perficeret eam præcisè in ordine ad determinatum actum, ita perficeret eam, si tantum esset potentia actiua determinata ad istum actum, & non indeterminata ad plures. 2.D.26.Q.*Vnica*.§.*ibidem*.✝.*ibidem*.A.6.

Habitus non disponit potentiam ad recipiendum actum, imò actus est natus prius recipi, quàm habitus. 3. Dist.14.Quæst.2.§.*In prima quæstione*.✝.*Itaque potest dici*. B.3.

Habitus vnus quòd sit ratio intelligendi infinita obiecta, & hoc sub suis proprijs rationibus, videtur impossibile; quia tunc sequeretur habitum illum esse intensiuè infinitum. 3.D.14.Q.2.§.*Contra istud, & primo contra primam partem*. H.14.

Habitus omnis vnus in vno intellectu potest habere actum adæquatum, vel actus adæquatos illi habitui, vel intellectui, in quo est; quia omnis causa totalis finita potest intelligi habere effectum adæquatum, vel effectus adæquatos. *ibidem*. ✝. *Præterea, quod secundum membrum*. I.15.

Habitus est, quo sic, vel sic possumus in actum, scilicet faciliter, & expeditè, vel intensiùs. 3.D.23.Q.*Vnica*. §. *Contra, quia sic*. E 12.

Habitus, qui ex se tendit in vnum, si ponatur tendere in plura, est ponere ipsum non esse ipsum. 3.D.27. Q.*Vnica*. ʃ. *Ad duo argumenta*.✝.*Ad primum*. R.22.

Habitu eodem potest elici actus, & fieri reflexio super illum, non solùm in intellectiuis, sed etiam in appetitiuis (si actus, super quem fit reflexio, significet nominaliter, prout scilicet significat actum suum secundum quidditatem): quo enim intelligo aliquid, intelligo intellectionem illius, siue inhærentem mihi, siue alieri. 3.D.28.Q.*Vnica*.§.*De primo dico*.✝.*Respondeo: actus*. B.3.

Habitus non ponitur in potentia, nisi ad facilitandum, & habilitandum potentiam ad eliciendum actum; vel saltem, in intellectualibus, vt obiectum sit præsens intellectui, vt intellectus possit promptè operari circa illud, quod non posset, si obiectum esset in quolibet actu de nouo adipiscendum. 3.D.31.Q.*Vnica*.§.*Respondeo: nullus habitus*.✝.*Respondeo: non oportet ponere*. B.2.

Habitus aliquis potest esse realiter inclinans ad omnem actum alicuius speciei in natura rationali, qui potest frequenter elici. *ibidem*. ✝. *Dico, quod respectu eiusdem obiecti*. D.6.

Habitus vnus generalis potest esse inclinans ad vnum actum in genere, & multos in specie. *ibidem*. ✝. *Quantum ad aliud*. D.6.

Habitus non tantùm ponuntur in potentijs, vt per eos potentiæ agant rectè, sed vt delectabiliter, & promptè. 3.D.33.Q.*Vnica*.§.*Hæc opinio improbatur*.✝.*Præterea: habitus*. B.5.

Habitus si est causa substantiæ actus [voluntatis], est causa secunda respectu voluntatis. 3. Distinct. 33. Qu.*Vnica*.ʃ.*Ad rationem igitur primam*.✝.*Secunda ratio*. E.8

Habitus inferior non habet de se actum habitus superioris. 3.D 33.Q.*Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Respondeo: habitus inferior*. N.21.

Habitus inclinans non potest facere grauiorem culpam: nam si quis acquisiuit magnum habitum ex multis actibus incontinentiæ; & postea pænitet; si post pœnitentiam habeat aliquem motum incontinentiæ, licet ad illum inclinet magnus habitus, non tamen in eo est peccatum mortale, imo nec grauius notabiliter, quàm esset in alio nullum habitum habente 3.D.39.Q.*Vnica*. §. *Sed hic sunt duo dubia*.✝.*Contra hoc*. A.3.

Habitus generatus ex actibus venialibus non facit aliquam grauitatem mortalem in actibus elicitis ex habitu. *ibidem*.

Habitum si aliquis habeat, inclinantem ad desiderium Sanitatis, si curatur, nullo modo intendens Sanitatem, sed ad ludum, non dicitur consequi Sanitatem per aliquem actum humanum, sed casualiter, vel fortuitè, non magis, quàm si non habuisset intentionem ad Sanitatem.

Habitus, & potentiæ actiuitas, seu causalitas.

4. D.6.Q.6.§.*Distinguitur communiter*.✝. *Ad propositum dico*. C.3.

Habitus naturalis dicit quamdam facilitationem, inductam super potentiam naturalem; quia potentia naturalis est, qua naturaliter possumus actus, quos possumus. 4.D.6. Q.10.ʃ.*Ad quæstionem potest dici*.✝.*Hæc non concludunt*. O.16.

Habitus vnus bene potest esse dispositio ad alium. *ibidem*.

Habitus non est, quo simpliciter possumus, sed quo aliqualiter possumus; Vnde in quo non est potentia simpliciter ad agere, vel pati, in eo non est potentia ad sic agere, vel pati. 4.D 44.Q.2.§.*Aliter dicitur*.✝.*Præterea: habitus non est*. n.4.

Habitus inclinat per modum naturæ, & ita determinatè ad vnum, vt per hoc repugnet potentiæ habituatæ per habitum illum tendere in oppositum. 4.D.46.Qu.1. ʃ. *Non improbando distinctiones dico*. ✝. *Si autem velimus distinguere*. F.8.

Habitus quod sit causa distincta à potentia, & alicuius distincti à potentia, non videtur probabile, tùm quia non est, nisi causa secunda respectu potentiæ; causa autem secunda, & prima non habent distinctos effectus sibi proprios, quia tunc respectu neutrius esset hæc prima, & illa secunda: tùm quia iste effectus proprius habitui esset necessariò forma absoluta, si relatio non est per se terminus agentis, vel actionis. 4.D.49.Q.2.ʃ.*Ad argumenta principalia primæ quæstionis. Ad quartum*.✝.*Præterea, quod habitus sit causa*. Ff.30.

Habitus non est causa actus, nisi partialis. *ibidem*. *Ad quintum*.✝.*Ad Philosophum ergo*. Ff.31.

Habitus perfectissimus voluntatis, in via, perficit eam secundum capacitatem, quam habet pro tunc. 4.D.49. Q.4. Laterali.§.*Iuxta hoc, quasi ex latere quæritur*.✝.*Præterea per rationem*. L.14.

Habitus non est, quo habens simpliciter potest elicere actum. 4.D.49.Q.5.ʃ.*Ad argumenta*.✝.*Ad secundum dicitur*. E.6.

Habitus non potest esse prior causa operationis, quam potentia; sed semper secunda; quia illud est potentia, quo simpliciter possumus: Vnde habitus non vtitur potentia, sed potentia habitu, sicut causa secunda, & instrumento. 4.D.49.Q.6.§.*Hic duo sunt videnda*.✝.*Contra tertiam positionem argui potest*. D 9.

Habitus nullus est principium elicitiuum totale sui actus. 4.D.49.Q.10.ʃ.*Respondeo ergo*.✝.*Dico, quod non propriè*. E.7.

Habitus, secundum aliquos, est causa non substantiæ actus, sed modi in actu: & tunc ille modus posset concedi differe specie suo modo à substantia actus: ille autem modus, quem habitus attribuit actui, est delectabiliter, vel faciliter, vel promptè operari, vel expeditè. *Quodl*. Q.17.§. *Ad argumentum principale*. N.13.

Habitus respectu animæ Christi.

Habitus, per quem augeretur capacitas naturæ humanæ Christi Domini, vt sic posset recipere maiorem gratiam, non fuit in illa natura; nam natura excellentior fuit capax eiusdem habitus, vel alterius perfectioris, & per istud esset capax maioris gratiæ: & ita semper natura excellentior est magis gratificabilis, quàm natura ista, siuè ex habitu, siue ex se; & ita si proportio est perfectibilis ad perfectionem, nunquam potest ista habere maximam gratiam, possibilem conferri creaturæ. 3.D.13.Q.1.§. *Hic dicitur &c*.✝.*Contra*. n.1.

Habitus, per quem augeretur capacitas naturæ humanæ Christi Domini, vt sic posset recipere maiorem gratiam, non potuit illi conferri; quia cum gratia sit actus primus supernaturalis, non præsupponit aliquem alium actum præuium supernaturalem. *ibidem*.✝. *Præterea nec potest*. *ibidem*. n.1.

Habitus aliquis vnus non est in anima Christi, qui vnica sua ratione ostendat infinita. 3.D.14. Q.2.ʃ. *Sed si ista via tertia non placet*. N.20.

Habitus respectu Angeli.

Habitus respectu Angeli.

Habitus repræsentans intellectui Angeli suam essentiam, secundum Henricum, si ponatur, indifferenter se habet ad repræsentandum existentiam, & non existentiam, quia quidquid repræsentat, naturaliter repræsentat: Vnde aut sibi repræsentat A. fore, & non fore; & tunc nihil repræsentat, quia contradictoria: aut tantùm A. esse; & sic non cognosceret ipsum, quando non est: aut tantùm A. non esse; & sic è conuerso; vnde non repræsentabit essentiam rei. 2. D. 3. Qu. 8. §. *Contra istam opinionem arguo.* ℣ *Præterea: si Angelus.* A. 7.

Habitus ille (qui ponitur ab Henrico in Angelo ratio cognoscendi omnes quidditates, quique sit de prima specie qualitatis, cum hoc tamen quòd super eum fundetur respectus essentialis ad scibile, qui ab eo absolui non possit, tanquam ad aliquid, à quo in essentia, & esse suo dependet, ita quod intellectus capere eum non possit, nisi capiendo scibile, respectu cuius est, propter naturalem colligantiam correlationis, quam habet ad illud) si est qualitas, & entitas absoluta, non habet respectum ita essentialem, quin posset sine ipso intelligi. 2.D.3.Q.10.§. *Ista opinio videtur coincidere.* ℣. *Præterea in speciali.* D. 12.

Habitus ille, quo Henricus dicit intellectum Angeli habitualiter cognoscere alias quidditates à se, si ponatur, repræsentabit omnes quidditates sub eodem ordine, ita quod nulla mediante alia, sed omnes immediatè: & ita cum respectus ad quidditates omnes, secundum eum, sit essentialis habitui, dependebit ille idem habitus essentialiter ad omnes quidditates, quod est inconueniens; ad plura enim eiusdem ordinis non potest aliquid essentialiter dependere, quia tunc, vno terminante dependentiam eius, aliud non terminaret; & sic esset, licet illud, ad quod essentialiter dependet, non esset. 2. D.3.Q.10.§. *Ista opinio videtur coincidere.* ℣ *Vel sic: respectus non ponitur esse.* D. 12.

Habitus, qui ponitur ab Henrico in intellectu Angelico, non dicit respectum ad lapidem v.g. tanquam ad prius naturaliter, quia lapis in nullo genere causæ se habet respectu talis habitus: respectus autem si ponatur idem alicui absoluto, non est nisi ad prius naturaliter *ibidem.* ℣. *Præterea si respectus.* D. 12.

Habitus, positus ab Henrico in intellectu Angeli, si est ratio, ob quam obiectum sit præsens sub ratione intelligibilis, multò magis id sequeretur in habitu nostro, qui causatur ab obiecto: & ita, adepto habitu scientiali, non requireretur conuersio ad phantasmata ad actualem intellectionem, quod ipse negat. *ibidem.* ℣. *Præterea: secundò sequeretur.* D. 13.

Habitus Angelicus, quem ponit Henricus, minùs erit ratio præsentiæ obiecti sub ratione intelligibilis, quàm habitus noster; si necessaria colligatio, siue respectus essentialis in habitu est ratio, propter quam obiectum est sufficienter præsens per habitum; quia ille respectus est essentialior in habitu nostro, quàm in habitu Angeli; quod videtur, quia causatur ab obiecto, non autem ille. *ibidem.* ℣. *Contra: si necessaria colligatio.* D. 13.

Habitus Henrici videtur inconueniens quòd sit ratio, ob quam obiectum intelligibile creatum sit præsens intellectui Angelico: quia si Angelus in puris naturalibus crearetur, sine aliquo tali habitu, quod est possibile, quia nullam contradictionem includit; cum ille habitus differat (Theologicè loquendo) sicut qualitas ab essentia Angeli, ille Angelus non posset se cognoscere; & ita esset imperfectior in intellectualitate natura Angeli de se, quàm natura hominis; quia natura hominis quantumcunque nuda facta, habet vnde sequatur cognitionem intellectualem aliquorum obiectorum: Angelus autem non posset acquirere istum habitum, nec sine isto posset aliquid intelligere. *ibidem.* ℣. *Tertiò contra hoc, quod dicit.* D.13. Vide Habitus scientialis.

Habitus si ab aliquibus dicantur rationes cognoscendi, quas habet Angelus alias ab essentijs cognitis repræsentantes eas; si, inquam, dicantur habitus, per hoc exprimuntur accidentaliter, vt per accidens speciei, & in vniuersali: nam ratio habitus accidit speciei, prout species est in intellectu, à quo non de facili delctur; & ideo habet rationem habitus, quia rationem formæ permanentis: sed hoc non dicitur in quid de hac qualitate, sicut habitus non dicitur in quid de specie. 2.D. 3.Q.10.§. *Ad quæstionem igitur.* F. 15.

Habitum non potest generare in se Angelus ex actibus; habitum dico, qui sit alia res à specie intelligibili; quia habitus non generatur in naturaliter inclinatis, siue in summe determinatis ad vsum: sicut non generatur in graui, per quotiescunque descendere, ratio descensus; nec generatur in violenter motis, per quotiescunque tale moueri, aliqua ratio, vel habitus, facilitans, vel habilitans ad talem motum violentum, sicut patet de lapide moto sursum: Sed generatur in potentijs de se indeterminatis ad actum, per actum frequenter elicitum: non est autem imperfectionis, aliquem intellectum creatum esse summè habilitatum ad intellectionem: quòd si aliquis est talis, erit Angelicus: & ita in illo, sicut in summè habilitato ad actum, non poterit generari habilitas aliqua, quæ dicatur habitus illo modo: aut si careat tali habitu, qui sit habilitas quædam ad considerandum hoc intelligibile, & intellectus eius erit capax; tunc dico quòd non est inconueniens quòd possit in se generare talem habitum. Ex quo tamen non sequitur quòd intellectus Angelicus esset potentialis, sicut noster, non tantùm ad actum secundum, sed ad primum; quia actus primus in intellectu est ille, qui præsupponitur actui secundo, qui est intellectio: habitus autem ille, qui est habilitas quædam ad intelligendum, & distinguitur à specie, non præcedit actum naturaliter, sed sequitur; propterea est posterior actu secundo, & ita non est actus primus; & propter hoc potentia ad istud non est potentia essentialis, imo quasi posterior potentia accidentali, quia potentia essentialis propriè est ad actum primum, præcedentem actum secundum. 2.D.3. Qu.10.§. *Ad argumenta pro prima opinione.* ℣. *Ad secundum dico.* I. 18.

Habitus scientiæ licet in nobis sit perfectio supplens imperfectionem, Angelo tamen repugnat, quia non potest in eo esse imperfectio, quæ suppleatur per istam perfectionem. 2. Distinct. 3. Quæst. 10.§. *Ad argumenta pro prima opinione.* ℣. *Per hoc patet.* L. 19.

Habitus in Angelo vel est impossibilis, vt distinguitur à specie intelligibili, vel si est ibi possibilis, non sufficit sine specie: & hoc solùm sufficit ad negandum habitum in Angelo, alium à specie, tanquam principium necessarium ad actum intelligendi. *ibidem.* ℣. *Ad quartum dico.* L. 19.

Habitum concreatum habere Angelum, sine quo nihil intelligeret, nec vniuersale, nec singulare, vt dicit Henricus, videtur Doctori subtili valdè improbabile; quia ponere talem naturam perfectissimam ita, sicut est Angelica, & tamen quòd nihil posset cognoscere sine habitu concreato, ita quòd sine influxu speciali talis habitus, vel speciei, à Deo non posset acquirere cognitionem, sed sine habitu tali staret sicut truncus, videtur mirabile: talis etiam natura præcisè sine tali habitu non videretur de se magis intellectualis, quàm substantia, vel natura lapidis. 2.D.3.Q.11.§. *Contra istam viam de ille habitu.* Sub. C. 9.

Habitus si accipitur prout habilitat potentiam, sic non oportet ponere in intellectu Angeli aliquem habitum, eo quod intellectus eius, ex sua natura, est habilitatus ad intelligendum, sicut graue ad mouendum, vel ad motum deorsum; præter hoc, quòd species, & intellectus subsunt liberæ inclinationi, & motioni voluntatis: quòd si non esset, æquè naturaliter inclinaret, sicut graue inclinat deorsum. *ibidem.* ℣. *Ad aliud dicendum.* D. 9.

Habitus si poneretur in Angelo ei concreatus ad intelligendum, vt vult Henricus, ita potest poni singularis, sicut vniuersalis: nec iste pertinet ad diffinitionem: & secundùm hoc non est habitus scientificus, nec pertinet ad scientiam per se, quia scientia est quidditatum. *ibidem.*

Habitus concreatus Angelo si ponatur, in ipso primo relucent quidditates intelligibiles ab Angelo: Vnde cum intellectus Angelicus (in hypothesi) non intelligat alia,

Habitus respectu Angeli.

nisi vt præsentata in isto habitu, intelligit primo istas quidditates, & deinde specialis singularia; & ideo in primo instanti non potuit habere cognitionem practicam, nec consequenter peccare; quia quidditates istæ, relucentes in tali habitu scientiali, ad quas primò habitus inclinat, sola speculatiua cognitione intelliguntur. 2. D.5.Q.2.§. *Respondeo primò videndum est.* ℣. *Aliter arguitur; & probabiliter sic.* E.9.

Habitus, cuius priuatio est peccatum, in voluntate Angeli non fuit duratio, si peccauit in primo instanti; ideo non est ibi mutatio, sed est passio de genere passionis. 2. D.5. Q.2. §. *Respondeo: primo videndum est.* ℣. *Si tamen fiat vis.* L.12.

Habitus ille, qui ponitur ab aliquibus causa peccandi in Angelis malis, aut inclinat tantùm ad actum superbiendi, aut tantùm ad actum odiendi: ad quemcunque actum ponitur inclinare, videtur probabile quòd possit aliquando illum actum non habere, quia potest habere alium distinctè, & ex toto conatu; & non potest simul habere duos actus perfectos simul: & ita nullus vnus actus est, qui necessariò sit perpetuus ex vehementi inclinatione ad ipsum: & per consequens nec in communi necessariò inest actus malus ex habitu. 2. D.7. Quæst.Vn. §. *Restat nunc dicendum.* ℣. *Præterea quod etiam abducitur de habitu.* P.23.

Habitum determinatum tantùm si habeant Angeli mali, videtur posse dici quòd non necessariò habent aliquem actum malum determinatum; ille enim habitus inclinat ad certum actum, vnum in specie; patet autem quòd possunt habere aliquem alium actum, ab illo, in specie, & pro tunc non habere illum; & per consequens non habere quemcunque alium, ad quem non est talis habitus inclinans: si etiam habeant plures habitus, inclinantes ad diuersos actus in specie; aliquis tamen habitus non vehementissimè inclinat; & tunc possunt non habere actum illius habitus non maximè inclinantis; adeoque possunt non habere actum cuiuscunque alterius. 2. Dist.7. Quæst. *Vnic.*§. *Quantum ergo ad istum articulum.* Q.24.

Habitum charitatis, quem habet Angelus bonus, quemadmodum non augent actus eius, nec effectiuè, nec meritoriè; quia ille habitus est in termino, vel secundùm naturam habitus; vel secundum capacitatem subiecti; vel saltem secundum terminum sibi præfixum à Deo; sed omnes illi actus procedunt ex plenitudine illius habitus sic perfecti: ita perfectio habitus mali in Angelis malis est in termino, secundum regulam Diuinæ sapientiæ, quæ non permittit eos crescere in malitia intensiuè; & ideo actus sequentes tantùm se habent sicut effectus habitus mali, & non sicut causæ agentes. 2. Dist.7. Quæst. Vnic. §. *Ad primum argumentum dicitur.* ℣. *Ad aliud dico, quòd habitu existente perfecto.* Y.27.

Habitus vel non potest esse in intellectu Angelico, accipiendo habitum pro illa qualitate consequente actum, qui distinguitur contra primum actum, per quem res est præsens sub ratione actu intelligibilis; & hoc, si ille intellectus de se esset summè habilitatus: vel si ille intellectus est capax, & non esset talis habitus concretus sibi; tunc conceditur quòd posset generare in se talem habitum ex actibus. 2. D.9.Q.2.§. *Ad argumenta pro prima opinione.* ℣. *Ad quartum dico.* V.37.

Habitum moralem rectum posset habere Angelus, si esset creatus in puris naturalibus, non habens in voluntate virtutes morales; hæ enim possent generari in eo ex multis electionibus; non quidem circà passiones in appetitu sensitiuo sibi inexistentes, nec etiam quæ infuerunt, vel inerunt, vel possunt inesse; sed solùm circa tales passiones in vniuersali ostensas per intellectum; qua ostensione posita, & dictato quid esset eligendum, si possibile esset eas haberi ab eis, voluntas eius, consona tali dictamini, ex multis electionibus posset habere habitum moralem rectum: omnem namque voluntatem, non necessariò carentem perfectione conueniente voluntati, conuenit habere quamcunque perfectionem voluntatis; velle autem bonum circa agibile non solùm sibi, sed etiam alteri; & hoc non tantùm in ordine ad bonum Diuinum, sed in quantum est quoddam bonum proprium, est quædam perfectio voluntatis, & voluntas Angeli non est necessariò imperfecta; vndè potest sibi competere habitus, quo velit mihi bonum temperantiæ, in quantum est mihi bonum conueniens; nec habitus iste potest dici charitas, quia non est tantùm bonum, vt quoddam ordinatum ad diligendum Deum, sed sub ratione propriæ bonitatis in eo: nec est alius habitus, quàm temperantia, quia per *mihi*, & *tibi*, non variatur ratio formalis habitus. 3. Dist.33. Quæst.Vn. §. *Ad primum concedi potest.* L.16.

Habitu temperantiæ; *vel sic* Ex habitu temperantiæ potest voluntas Angeli velle mihi bonum temperantiæ, in quantum est tale bonum; quod velle est proprius actus temperantiæ: & ita erit in Angelo temperantia; & non in parte sensitiua; igitur in alia. *ibidem.* ℣. *Hoc modo consequenter.* K.16.

Habitus ille, quem Henricus vult dari spiritibus malignis propter demeritum peccati, & per illum habitum subijci corporali agenti [nempè igni infernali], vt possint ab eo pati; vel est forma corporalis, aut spiritualis: Si corporalis; ita potest Deus dare illum habitum Angelo, vt inhæreat, sicut quòd Angelus sit albus; vel lapis sapiens, quia æqualis est repugnantia vtrobique suscipientis ad susceptum: Si spiritualis; sequitur quòd per illum non est magis passum proportionatum corpori vt agenti, quàm priùs. 4. D.44. Quæst.2. §. *Aliter dicitur.* ℣. *Contra hoc.* n.3.

Habitus aliquis non potest dare naturæ Angelicæ posse pati ab igne corporeo; quia in illa natura non est sufficienter potentia ad pati. *ibidem.* ℣. *Præterea habitus.* n.3.

Habitus ille, qui, secundum Henricum, datur spiritui maligno, vt possit pati, immediatè reciperet illam pœnam, tanquam proximum receptiuum; imo nec mediatè reciperet illam ipsa natura Angeli, si repugnat illi naturæ: & si detur primum; sequitur quòd ille habitus separatus ab Angelo posset puniri eadem pœna: si secundùm; sequitur quòd nullo modo Angelus punitur, sed tantùm ille habitus. *ibidem.* ℣. *Præterea illa pœna.* n.3.

Habitus Phantasiæ.

Habitum proprium phantasiæ esse reminiscentiam, vel memoriam non concluditur ex Aristotele. lib. I. de Anima; vbi videtur ponere memoriam pertinere ad virtutem phantasticam: *cuius*, inquit, *partis animæ memoria sit, manifestum est: quando, & cuius phantasia est, illius etiam memoria est*: hoc enim non valet, nisi de memoria sensitiua: Sed quòd præter memoriam sensitiuam sit alia, quæ est firmitas intellectus, in isto libro patet, vbi dicit *scientiam, aut sensum, cuius habitum dicimus esse memoriam*; scientiam pro intellectu; sensum pro phantasia, cuius prius dixit memoriam esse habitum. 4. D.45.Q.3.§. *Dico ergo quantum ad istum articulum.* ℣. *Ad aliud, quod ponitur habitus phantasiæ.* L.19

HAE

Hæresis.

Hæreses innumeræ damnant sacram Scripturam, vel partem eius, sicut patet in libris Damasceni, & Augustini de hæresibus. *Prol.* Q.2.§. *In ista quæstione.* n.2.

Hæreses, secundùm Augustinum. in lib.83. quæstionum. quæst.69. ortæ sunt per se legendo, quæ conferendo repulsæ sunt; quia conferentes, diuersas sententias adduxerunt, quæ ex se inuicem mutuò videri poterant, quomodo, & qualiter essent intelligendæ. Prol Q.2. §. *De sexto, scilicet de irrationabilitate.* ℣. *Quid singuli alij Hæretici.* B.8.

Hæresis Pelagiana in hoc videtur esse, quòd liberum arbitrium sufficiat ad cauendum omne peccatum mortale, sine gratia. 2. D.28. Qu.Vn. *In primo argumento in oppositum.* n. I.

Hæresis, quæ ponit liberum arbitrium hominis, sine gratia, posse cauere omne peccatum mortale, videtur increpata ab Augustino: de rectitudine iustitiæ. 2. D.28. Qu. Vn. *In secundo argumento in oppositum.* n.I.

Hære-

Hæresis.

Hæresis non sunt necessariò connexæ: Vnde non oportet, errantem circa vnum articulum fidei, errare circa omnes. 3.D.23.Q.Vn.§. *De primo certum est*. ✠. *Præterea. hic est aliquis baptizatur*. B.4.

Hæresis cum generatur, corrumpitur fides infusa; nec stant simul fides infusa, & hæresis: Vnde ille, qui errat circa vnum articulum, credit alijs, non fide infusa, sed acquisita, quæ scilicet fuit cum infusa præcedente, si aliqua talis fuit; non enim in illo instanti, in quo corrumpitur fides infusa per hæresim, generatur primò fides acquisita; nam ille error non disponit ad fidem pro tunc, imo est indispositio, vt pro tunc non generetur; proinde præfuit ante illum errorem: & sic certum est esse in nobis fidem acquisitam. 3. Distinction. 23. Quæst. Vnica. §. *De primo certum est*. ✠. *Præterea. hic est aliquis*. B.4.

Hæresis est dicere, vt tenet Ecclesia, legalia currere cum lege Euangelica, vt habetur Extrau. de Baptismo, & eius effectu. cap. Maiores; vbi dicit Innocentius: *Absit, vt in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum Euangelio, & Circumcisionem cum Baptismo seruandam*. Non videtur autem quòd Ecclesia hoc indicaret hæresim ex sola omissione Iudæorum, quadam necessitate dispersionis, seu huiusmodi, non seruantium legem; sed videtur quòd hoc fuit propter aliquam reuocationem, simpliciter factam à Deo. 4.D.3. Quæst. 4. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. ✠. *Respondeo, quod tempus illud*. N.17.

Hæresis non excludit de facto aliquem ab aliquo gradu, vel actu Ecclesiastico, sed de Iure excludit, si talis etiam non sit condemnatus: si verò fit præcisus, & condemnatus ab Ecclesia, non confert ordines, & si Episcopatus non sit ordo, & possit simpliciter auferri, sicut haberent respondere illi, qui tenent Episcopatum non esse Ordinem, sed quamdam dignitatem, additam super Ordines, quæ ad iurisdictionem magis spectat. 4.D.25. Quæst. 1. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad aliud de hæresi*. I.15.

Hæresis maior est quòd homo ex puris naturalibus possit consequi beatitudinem, quàm hæresis Pelagij, qui posuit quod homo sine gratia posset iustificari. 4. Dist. 49. Quæst. 11. *In tertio argumentum ad oppositum*. n.2.

Hæreticus, Hæretici.

Hæretici quidam nihil de scriptura recipiunt; quidam non vetus testamentum, vt Manichæi, sicut in lib. Augustini de vtilitate credendi patet; dicentes vetus testamentum esse à malo principio: quidam verò tantùm testamentum vetus accipiunt, vt Iudæi: quidam autem aliquid vtrinque, vt Sarraceni, quibus Machometus immundus alia immunditias innumeras immiscuit: quidam aliquid dictum in nouo testamento, puta Hæretici diuersi, qui diuersas sententias scripturarum malè intellectas habent pro fundamento, alias neglexerunt, v.g. ad Rom. 14. *Qui infirmus est, olera manducet*. Item Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra*. Ex hoc errarunt circa Sacramentum Pœnitentiæ quidam, dicendo illud posse dispensari à quocunque non Sacerdote: Vel alijs huiusmodi auctoritatibus innitendo malè intellectis. *Prolog*. Quæst. 2. §. *In ista quæstione sunt hæreses*. n. 2.

Hæretici singuli quid adducent in suorum errorum defensionem? qui vnum verbum scripturæ malè intellexerunt, secundum Augustinum: in lib. 83. quæstionum, quæst. 69. *Non potest*, inquit, *error oriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis; & hoc ideo, quia præcedentia, & sequentia non contulerunt*. *Prolog*. Qu. 2. §. *De sexto*. ✠. *Quid singuli alij hæretici*. B. 8.

Hæretici singuli de Catholicis inquisiti, non ad suos mittunt, sed ad veros Catholicos, quasi etiam illi soli ab omnibus, etiam hæreticis Catholici nominentur. *Prolog*. Q. 2. §. *Nono quoque loco*. ✠. *Item contra epistolam fundamenti*. D. 13.

Hæretici malè sentientes de mysterio Trinitatis quæsierunt à Catholicis, confitentibus *tres* secundùm canonicam epistolam Ioannis. cap. 5. quid tres? non interrogantes huius nominis diffinitionem, sed quid esset illud substantiuum, quod determinaretur per illud adiectiuum *tres*, siue de quo diceretur: & ad hoc benè respondetur per hoc, quod est persona. 1.D.25.Q.Vn. §. *Respondeo, quod persona*. ✠. *Ad primum respondeo*. E.3.

Hæreticos assentire falsis sine ratione, non est verum; quia nullus hæreticus, propriè loquendo, (excludendo simpliciter infideles) est, qui non reputet se Christianum: & omnis talis errat, malè intelligendo aliquam auctoritatem Scripturæ, & ex illo falso intellectu concludit conclusionem falsam, cui pertinaciter adhæret: sicut si aliquis malè intelligendo illud Apostoli Rom. 14. *Qui infirmus est, olus manducet*, ex hoc inferret, anathema esse omnem infirmum aliud manducantem, quàm olus; nihil esset ad intellectum Apostoli; quia non loquitur de infirmitate corporali, sed spirituali in fide. 3. Dist. 23. Quæst. Vn. §. *Ad primum principale*. ✠. *Ad secundum dico*. L. 18.

Hæreticus baptizans paruulum, si illum baptizat in forma, & intentione Ecclesiæ, nihil obest paruulo, nec quantum ad sacramentum, nec quantum ad effectum: si autem baptizat adultum, adhuc confert sibi sacramentum, & effectum eius, si in adulto non est aliquis malus motus, putà assensus in hæresim baptizantis, vel intentio, vt fiat discipulus eius: & de tali intelligenda est auctoritas Ambrosij in lib. de initiandis rudibus: *Baptismus perfidi non mundat, sed polluit*: & similiter auctoritas Augustini: de Baptismo paruulorum: *Separati formam habere possunt, virtus in eis esse non potest; quemadmodum sensus non sequitur membrum, quando amputatur à corpore*: Virtus enim illam Sacramenti vita est; ergo illa non manet in membro præciso: non tamen sequitur, quin per Sacramentum eius possit esse in suscipiente. 4.D.5.Qu.1. §. *Ad primum ergo dico*. B.6.

Hæreticus Sacerdos, non obstante quòd sit hæreticus, potest circa Eucharistiam habere intentionem Ecclesiæ in conficiendo; & hoc, intentionem in vniuersali, intendendo scilicet facere, quod Christus instituit faciendum, & quod Ecclesia facit, licet non intendat in speciali, quia credit Eucharistiam nihil valere; sicut dicitur 2. Priorum: *Contingit scire omnem mulla in esse sterilem, & dubitare de hac*: [& sic talis Sacerdos hæreticus, si sit verè Sacerdos, potest validè consecrare Eucharistiam]. 4. D. 13.Q.2. §. *Ad quæstionem dico*. ✠. *Esto etiam quod verum sit*. C.6.

Hæreticus in vno articulo dissensit, alijs articulis credendo, non ex fide infusa; cum illa non possit stare cum hæresi in quocunque articulo. *Quodl*. Quæst. 14. §. *De primo*. ✠. *Est tamen differentia vna quantum ad hoc*. H.6.

HEN

Henricus.

Henricus videtur contradicere sibi ipsi in hoc, quòd ponit Deum, vt est primum cognitum à nobis naturaliter, non distingui ab alijs, quia non concipitur in aliquo, in quo distinguatur à creatura: & tamen priùs asseruit quòd Deus est primum cognitum ab intellectu naturaliter, vt est indeterminatum negatiuè, & quòd in hoc conceptu distinguitur à creatura, quia iste non conuenit creaturæ. 1. D. 3. Quæst 2. §. *Quod autem dicit*. ✠. *Quod arguit etiam*. Z.41.

Henricus si contendat nullam propositionem esse per se notam, non est secum disputandum: constat enim quòd est proteruus, quia non est persuasus, sicut patet in actibus suis: quomodo obijcit Philosophus. 4. Met. Tex. 10. *Somnians enim de aliquo, quasi de proximo obtinendo, & postea euigilans non prosequitur illud, sicut prosequeretur, si ita esset proximum, vigilando, ad illud consequendum*: Si autem admittat aliquam propositionem esse per se notam; oportet quòd possit cognosci & circa quodcunque potest potentia indisposita errare, sicut patet in somnijs: Vnde ad hoc, quòd aliqua cognoscantur esse per se nota, oportet quòd possit cognosci quando potentia est disposita, & quando non; & per consequens potest haberi notitia de actibus no-

Henricus.

ftris, quòd potentia eft ita difpofita, quòd illa funt per fe nota, quæ apparent fibi per fe nota. 1. Dift.3. Quæft. 4.§.*Quantum ad tertium articulum*. ℣.*Refpondeo, quod aliud eft*. M.15.

Henrici cauillatio eft, dum fic arguit: *Videtur mihi quòd audiam, vel videam, vbi tamen non video, vel audio; ergo de hoc non eft certitudo*. Vnde ad formam huius cauillationis dicendum, quòd ficut apparet fomnianti fe videre, ita poffet fibi apparere oppofitum vnius principij per fe noti fpeculabilis; & tamen non fequitur quin illud principium fit per fe notum; ita non fequitur quin illud fit per fe notum audienti, quòd audiat, quia circa vtrumque poteft potentia indifpofita errare, non autem potentia difpofita; & quando fit difpofita, & quando non, hoc eft per fe notum, aliàs non poffet cognofci aliquam aliam effe per fe notam, quia non poffet cognofci, quæ effet per fe nota, vtrum illa, cui intellectus fic difpofitus, vel fic, affentiret. 1.D.3.Q.4.§.*Quantum ad tertium articulum*. ℣.*Refpondeo,quod aliud eft*. N.15.

Henricus cum circa refpectum veftigij creaturæ ad Deum dicat quòd illud, quo formaliter eft ratitudo eius, fit refpectu veftigialis, refellitur ea fuis proprijs principijs; primò fic: Quodlibet ens eft formaliter actiuum fua ratitudine; quia ratitudine eft formaliter in actu; nihil autem, fecundum ipfum, eft formaliter actiuum relatione, quia relatio non eft principium agendi; ergo ratitudo non eft relatio. Item, fecundum ipfum, nulla creatura, inquantum rata, differt fpecie ab illo effe, quod Deus eft: ipfum autem effe, quod eft Deus, fecundum omnem opinionem, eft abfolutum; Quomodo igitur illud, quod eft formaliter relatio, non differt fpecie ab eo, quod eft abfolutum? Item, fecundum ipfum, ens rationis participat ens ratum, non tamen formaliter eft res rata; ergo participatio talia non eft formaliter ipfa ratitudo.1.D.3.Q.5.§.*Secundo contra opinionem arguitur*. G.11.

Henrici opinio de phantafmatibus exponitur.1.D.3.Q.7.§.*Pro tertia,& quarta opinione*.Sub.X.33.&. *ibidem* reijcitur. §.*Quidquid fit de opinionibus*. X.34.

Henricus, declarans prædeftinationis myfterium dicit quòd actus diuinus poteft confiderari dupliciter, vel vt eft à Deo agente, vel vt recipitur in aliquod paffum, fine vt terminatur ad aliquod obiectum: primo modo nulla eft ratio actionis Diuinæ, neque vt finis, nifi vt bonitas fua manifeftetur; neque vt efficiens, nifi voluntas fua: fecundo modo tamen eft affignare aliquam rationem, per quam fcilicet illud ens, circa quod eft actio, vtens ad finem, congruit fini: & quòd aliqua talis ratio fit ex parte entis ad finem, oftenditur tripliciter: primò, quia in rebus omninò æqualibus electio nominari non poteft; igitur fi Deus iftum eligit, aliqua eft differentia electi à non electo: fecundò quia in omnibus operibus mifericordiæ diuinæ videtur concurrere iuftitia; ergo aliqua eft congruentia ex parte illius, circa quod operatur mifericorditer: Et tertiò quia confimiliter videtur non effe, vel effe meritum electionis, vel reprobationis; & ita licet malitia, ex parte reprobati, non fit caufa damnandi à parte Dei, quia tunc Deus effet paffiuus, & temporale effet caufa æterni; tamen benè conceditur, ex parte damnandi, malitiæ effe ratio motiua, propter quam recipiatur in ipfo aliqua actio, & fit circa ipfum: ergo à fimili videtur ex alia parte quòd abfque imperfectione Dei in agendo poffit poni aliqua ratio ex parte prædeftinati: Vlterius in fpeciali dicit quæ fit ifta ratio; quia bonus vfus liberi arbitrij,præuifus ex parte electi, & malus vfus liberi arbitrij,præuifus ex parte reprobati. 1.D.41.Q.*Vnica*.§.*Ifte igitur*. n. 8.9. Hæc fententia potiffimè quo ad vltimum dictum impugnatur.*ibidem*.§. *Sed contra iftud arguitur*. n. 10.

HER

Heraclitus.

Heraclito. 4. Metaph. Tex.22. & non Auguftino, imponitur hæc opinio, quæ in fe falfa eft, vtpote, quòd à fenfibilibus non fit expectanda fincera veritas, quia fenfibilia fine intermiffione mutantur. 1.D.3. Q.4. §. *Primo iftæ rationes*. n.5.

Heraclitus, & difcipulus fuus Cratillus nolebant loqui, fed mouere digitum, vt dicitur. 4.Metaph. Tex. vigefimo fecundo.*ibidem*.§.*Quantum ad tertium articulum*. ℣. *Ad primam*, H.13.

HIC

C.

Hic, & *nunc* funt propria fingulari, ita quod non poffunt effe naturæ, non vt fingulariter; licet enim non fint alicuius, nifi quod eft in fingulari fingularitate, intrinfeca, vel adiuncta; tamen non includunt formaliter, nec per fe præfuppofitiuè fingularitatem, tanquam præcifam rationem, fecundum quam illa infunt. 4.D.45.Q.3.§.*Ad argumenta principalia*.*Ad fecundum*.℣.*Cum ergo dicis*. O.21.

HIE

Hierarcha.

Hierarcha Ecclefiafticus eft medius inter Deum, peccatoremque reducendum: & de hoc Bernardus.de Confideratione.lib.3.cap.13.ad Eugenium.4.D.19.Q.*Vnica*. §. *Hæc fecunda quæftio*.℣.*Tertia clauis*. G.6.

Hierarcha vt fit aliquis Ecclefiæ, ideft in principatu eminenti, oportet quòd habeat claues, pertinentes ad forum extrinfecum; & cum hoc præfupponitur quòd habeat claues interiores, pertinentes ad forum Pœnitentiæ: Vnde nullus ordinatur Epifcopus, nifi prius in Sacerdotem fuerit ordinatus. 4. D.19.Q.*Vnica*. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad quintum*. N.20.

Hierarchia.

Hierarchia Ecclefiaftica vt fit ordinata, & vltima reducantur in primum per medium, congruit in Ecclefia effe clauem vnam Cœlum aperiendi, fcilicet authoritatem fententiandi particulariter, & non irreuocabiliter, alicui Cœlum effe apertum; & hoc in Sacerdote: Hoc etiam congruit perfectioni, caufarum fecundarum in effe morali, ficut caufarum in effe naturali; Deus enim non negat vniuerfaliter creaturis caufalitatem, quæ poteft eis competere; imò & illam communicat, & ad eius actionem caufis fecundis affiftit: Vnde ex quo in effe gratuito poffibile eft hominem habere iftam caufalitatem reductiuam, quæ dicitur clauis, congruum eft quòd hoc fupremo in Ecclefia, fcilicet Sacerdoti, detur: & de facto data eft, vt conftat per illud Ioannis. *Quorum remiferitis peccata &c.* & hoc rectè dicitur clauis poteftatis, quia auctoritas iudicandi rectè eft poteftas, cum iudicare fit Præfidentis. 4. D. 19. Q. *Vnica*. §. *Hæc fecunda quæftio*. ℣. *Tertia clauis*. C. D. 6.

HIS

Hifpania.

Hifpaniam verfus, ex parte Occidentis Oceanus ingreditur mare mediterraneum per anguftum introitum, qui vocatur anguftia maris. 2. D. 14. Quæft. 3. §. *Dico ad quæftionem*. ℣. *Prima opinio fuit Albufamar*. C.3.

Hifpaniarum Regem approbat Concilium Toletanum quartum. cap. 55. tanquam Principem Religiofum, quia Infideles coegit ad fidem, *Qui pridem*, inquit Concilium, *ad Chriftianitatem coacti funt, ficut factum eft temporibus Religiofiffimi Principis Affebuci* (aliàs Sifebuci). 4. D.4.Q.9.§.*De paruulis Iudæorum, & Infidelium*. ℣. *Et fi dicas*, *quòd vifa deftructione Antichrifti*. B.3.

Hifto-

HIS

Historia, & Historica.

Historica scriptura [in Testamento nouo] non producit Ecclesiam vltra quintum annum Neronis, scilicet non vltra trigesimum annum à passione Christi. 4 D.3. Q.4. *§. Quantum ergo ad istum articulum. ℣. Respondeo, quod tempus illud.* M.17.

Historia scripturæ non datur, vel durat vsque ad tempus determinatum, quo Deus per Apostolos, vel successores eorum simpliciter prohibuit legalia seruari. 4. D.3. Q.4. §. *Quantum ergo ad istum articulum. ℣. Respondeo quod tempus illud.* M.17.

HOC

Hoc, quatenus pronomen.

Hoc pronomen in illa oratione, *hoc est corpus meum* (cum verbum *est* non consignificet tempus, sed instans; quia vnio istorum extremorum prima est per virtutem infinitam, & per consequens in instanti; ideoque omnes partes istius orationis, & significata earum debeant intelligi pro vltimo instanti orationis) demonstrabit pro vltimo instanti completæ prolationis; & tunc dicetur quòd demonstraret illud, quòd pro illo instanti est sub speciebus Eucharisticis, vt sit demonstratio partim ad sensum, partim ad intellectum, & quo ad hoc omninò simpliciter; sed illud, quod demonstratur ad intellectum, & in recto, non demonstratur disiunctiuè, sed determinatè hoc, quod nunc continetur. 4. D.8. Q.2. §. *Aliter ergo potest dici. ℣. Et ex hoc ad propositum.* & *℣. Et ex hoc sequitur octaua conclusio.* N.16.17.

Hoc pronomen, in forma consecrationis panis Eucharistici, demonstrat singulare entis, & non per se singulare alicuius minus vniuersalis, quàm ens; quia rationabiliter quæritur de multis, quid est hoc; non autem idem supponitur, & quæritur: Vnde non supponitur per ly *hoc*, hoc lignum, vel hic lapis, quia illud quæritur; nam responso isto dato, scilicet *lignum*, vel *lapis*, quietatur animus quærentis de illo singulari: Propterea de illo singulari supponitur *hoc* tantùm, vt est singulare entis, & quæritur aliquid speciale sub ente, & quodcunque speciale conueniens est ad responsionem. Id autem totum stat in vnico verbo, quod ponitur. Exodi 16. de Manhu, scilicet, *quid est hoc?* 3. D.8. Q.2. §. *ibidem. ℣. Et tunc est decima conclusio.* P.17.

Hoc pronomen, in forma consecrationis panis Eucharistici, licet non supponat per se, nisi singulare entis; tamen illud intelligitur pro singulari alicuius inferioris, & regulariter pro singulari, quod est corpus Christi; quia non est ibi in instanti vltimo, pro quo facit demonstrationem, ens in aliquo singulari, nisi in hoc, quod est corpus Christi. *ibidem. ℣. Vndecima conclusio.* Q.18.

Hoc, quatenus substantiuum.

Hoc esse ab hoc non includit necessariò imperfectionem eius, quod est ab hoc; quia non includit necessariò quòd procedens sit imperfectiùs natura illo, à quo procedit; processio enim non includit, de se, quòd sit æquiuoca, nec per consequens quòd forma imperfectior sit in producto, quam in producente. *Quodl.* Q.4. §. *De primo accipio hanc propositionem. ℣. Præterea si specialiter repugnaret.* B.3.

HOM

Homicida.

Homicida [iniustum] mori, regulariter in multis communitatibus statuta est lex talionis, & rationabiliter; quia scilicet non solùm hoc competit legi Mosaycæ, sed etiam legi naturali; & approbatum, & confirmatum est in lege Euangelica à Christo, Matth.26. *Omnis, qui gladio occidit, gladio peribit*; & per consequens vbicunque lex talis de vita pro vita reddenda statuta est, iustè debet homo patienter soluere istam pœnam; quæ si alicubi non sit statuta, nullas debet eam sibi inferre, quia nullus debet esse homicida sui, sine speciali præcepto Dei; sed expedit sibi quòd exponat vitam suam in causa iusta, vtpotè contra inimicos Ecclesiæ, pro restitutione facienda illi, cuius vitam abstulit. 4. Dist.15. Quæst.3. *§. De secundo: damnificans in corpore. ℣. Respondeo: pro primo damno* F.6.

Homicida [iniustus] si non velit tantam restitutionem facere, vt vitam suam iustè exponat contra inimicos Ecclesiæ, pro restitutione facienda illi, cuius vitam abstulit; non potest omninò esse immunis à restitutione; sicut quidam fatui faciunt, qui absoluunt homicidas, non eis ostendentes restitutionem necessariò incumbentem; quasi faciliùs posset transire homicida, quàm (vt ita dicam) canicida, vel bouicida; quia si occidisset quis bouem proximi sui, vel canem, non absolueretur sine restitutione: Vnde tenetur ad restitutionem spiritualem, æquiualentem vitæ, quam abstulit, sicut potest esse æquiualentia in talibus. 4. D.15. Qu.3. §. *ibidem. ℣. ibidem.* F.6.

Homicida [iniustus], seu interfector non solùm tenetur ad restitutionem spiritualem, æquiualentem vitæ, quam abstulit; sed etiam, si interfectus sustentabat aliquos, vt Patrem, vel Matrem, vel propinquos, tenetur omnibus illis ad tantam restitutionem, quantam illis abstulit per interfectionem illius. *ibidem.*

Homicida [iniustus] quia vix posset dignè recompensare per actiones illud, quod abstulit, expediret simpliciter animæ talia, quòd solueret per passiones voluntarias, vel patienter susceptas, vt scilicet occideretur pro homicidio; & ideo optimè prouisum est Communitati, vbi statuta est lex talionis in causa homicidij; patet enim quantum Deus detestatur homicidium, quando Dauid (qui tamen iustè occiderat) voluit ædificare sibi domum, sed quia fuit effusor multi sanguinis humani, prohibitus est à Deo; Vnde si iustus occisor non acceptatur ad cultum Dei, iniustus occisor vbi apparebit? Hoc igitur totum intelligitur de iniustè occidente. 4. D.15. Qu.3 §. *De secundo. Damnificans in corpore. ℣. Respondeo: pro primo damno.* G.6.

Homicidam, blasphemum, adulterum, & multos alios excepit lex diuina, vt patet. Exodi. 21. quæ absolutè prohibuit, *non occides*; & nulli inferiori licet in lege Superioris dispensare: Vnde nulla lex positiua, constituens hominem occidendum iusta est, si in illis casibus statuat, quos Deus non excipit. 4. Dist.15. Quæst.3. §. *De secundo. Damnificans in corpore. ℣. Ad propositum: lex Diuina.* G.7.

Homicida ante Baptismum, post Baptismum non est irregularis, sicut habetur expressè in Glossa. dist.50. cap. si quis Viduam, vbi Glossa super illud verbum, *post Baptismum* arguit à contrario sensu: propterea si ante Baptismum conscius est homicidij, non obest, quin post Baptismum possit ordinari. 4. Dist.33. Quæst.2. *§. Hic sunt duo videnda. ℣. De primo concordant omnes.* A.2.

Homicida, secundum rationabilem ordinationem Ecclesiæ, non est inhabilis ad ordines, nisi propter horrorem sanguinis effusi, propter quem horrorem Dauid fuit prohibitus ædificare templum Domino. 2. Regum: iste autem horror tollitur in Baptismo, quia præsupponitur quòd de Lupo factus sit agnus: sicut & Paulus ante Baptismum persecutor, post Baptismum factus est ouis, & Pastor: Vnde cum in Baptismo cesset causa illius inhabilitatis, debet cessare etiam effectus. 4. Dist.33. Quæst. 2. §. *De secundo. ℣. Dico ergo, quod causa irregularitatis.* C.7.

Homicidium.

Homicidium adeo detestatur Deus, vt Dauid (qui tamen iustè occiderat) ab eo prohibitus sit ædificare sibi domum, quia fuit effusor multi sanguinis humani. 4. D.15. Q.3. §. *De secundo. Damnificans in corpore. ℣. Respondeo: pro primo damno.* G.6.

Homicidium non infligit iustè lex positiua, si non excipitur ille casus à Deo, prohibente homicidium. *ibidem. ℣. Ad propositum lex Diuina.* G.7.

Homicidium si committat aliquis, alium occidendi, iusta potest esse lex, quòd pœna corporali puniatur, & pœ-

Homicidium.

& pœna pecuniaria tradenda amicis occisi; & vtrumque istorum est pœna, & pœna pro homicidio: & hoc modo pœna pro homicidio potest dici vniuersalis respectu pœnæ corporalis, & pœnæ pecuniariæ; quia vtrumque illorum est pœna, & pœna pro isto peccato: Alio modo accipiendo pœnam pro homicidio pro pœna totali correspondente illi culpæ; sic nec punitio corporalis tantùm, nec pecuniaria tantùm est pœna illa, sed quodlibet istorum est pars integralis illius pœnæ. 4. D. 16. Qu. 1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum dico*. G. 8.

Homicidium, sub quo continetur etiam mutilatio actiua enormis alterius hominis, sequitur irregularitas: & de ista materia habetur Extrau. de homicidio voluntario, & inuoluntario: & . 55. distin. cap. vltimo: & 50. distinct. Miror. & hoc est propter horrorem Sanguinis effusi: Vnde etiam Dauid non permisit Deus ædificare domum nomini suo, multo Sanguine effuso, 2. Regum. 7. Sed de hoc distingue de voluntario, & inuoluntario. 4. D.25.Q.1.§. *In ista quæstione*. ✠. *sequuntur etiam duo*. E. 10.

Homicidium voluntarium nunquam deletur, nisi per Baptismum: & tunc est ratio congrua; quia deletur ratio, quia amplius non habetur horrori iam nouus homo factus per Baptismum: Si autem simpliciter est inuoluntarium; vtpotè alius irruit in gladium istius, in nullo nocet, distinct. 58. Si autem inuoluntarium secundum quid; vtpotè non potuit euadere mortem, nisi occideret, irregularis est, ibidem: distinct. 58. de his; sed facilis est dispensatio. 4. D.25.Q.1. §. *In ista quæstione*. ✠. *Sequuntur etiam duo*. E. 10.

Homicidium si est casuale, & [occisor] dedit operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, nullam pœnam incurrit: altera autem illarum conditionum prætermissa, incurrit pœnam. 4. D.25. Q.1.§. *In ista quæstione*. ✠. *Sequuntur etiam duo*. E. 10.

Homicidij perpetrati pœna regulariter remittitur in Baptismo; pœna autem, quæ ex statuto Ecclesiæ sequitur Bigamiam, non remittitur: cuius causa non est, nisi statutum Ecclesiæ, volentis istam pœnam remitti, & non illam: ista autem ordinatio Ecclesiæ rationabilis est ex hoc, quòd homicida non est inhabilis ad ordines, nisi propter horrorem Sanguinis effusi: Vnde cum in Baptismo cesset causa illius inhabilitatis, debet cessare etiam effectus; sed causa inhabilitatis in Bigamo ad Ordines non cessat in Baptismo, quia semper remanet defectus Sacramenti, idest significationis, quæ requiritur in Sacerdote, repræsentante personam Christi in comparatione ad Ecclesiam; ideo nec ibi tollitur effectus, nisi postea per specialem dispensationem. 4. D.33.Q.2.§. *De secundo*. ✠. *Dico ergo, quod causa irregularitatis*. C. 7.

Homo in se.

Homo etsi distinguatur à lapide non per rationale primo; distinguitur tamen per aliquid, quod est de essentia sua; ita quod inconueniens esset ipsum per nihil, quod est de essentia sua, à lapide distingui, licet tantùm per risibilitatem. 1. D.11.Q.2.§. *Contra istam opinionem*. ✠. *Contra istud*. B. 6.

Homo non distingueretur essentialiter à lapide inquantum animal, si animal non esset de essentia eius, quod tamen est, licet non sit vltimum constitutiuum eius. 1. D.11.Qu 2.§. *Contra istam opinionem*. ✠. *Contra istud*. B. 7.

Homo licet non tantum per rationale distinguatur à lapide, sed etiam per animalitatem; non etiam primò distinguitur per rationalitatem, idest non adequatè; quia tunc quodlibet distinctum à lapide esset rationale; sed adæquatè in genere corporis primò distinguitur à lapide per animatum: tamen circumscribendo per intellectum ab homine quodcunque aliud à rationali, per illud solùm distingueretur essentialiter à quocunque non rationali, & ita à lapide, qui non est rationalis. Vnde non tantùm illud distinguit realiter, quod distinguit adæquatè, sed etiam illud, quod solum si poneretur, esset incompossibile illi, à quo distinguitur. 1. D. 11. Qu. 2. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Secundo sic: per formale constitutiuum*. C. 7.

Homo in se.

Homo, secundum Philosophum. 5. Phys. Sanatur, quia totax eius Sanatur, nam formaliter Sanari dicitur de totace, & primò; & per consequens per hoc de toto, cuius totius totax est pars; nihil enim dicitur conuenire alicui toti secundum partem, nisi quod conuenit parti, & per partem dicitur de toto. 1. D.19.Qu. 2.§. *Quantum ergo ad istum articulum*. A. 6.

Homo primo est risibilis, & tamen nulli parti eius primò inest hæc passio. *ibidem*.

Homo est primò rationalis, quia differentia specifica, sicut rationale, primò dicitur de specie: primò etiam homo habet actum illum, qui conuenit animali rationali, inquantum rationale, scilicet intelligere, vel ratiocinari; tamen non æqualiter conuenit istum prædicatum vtrique parti hominis, scilicet animæ, & corpori; fortè enim formaliter potest dici de anima, & nullo modo de corpore, non tamen dicitur de homine quia de anima; quia tunc competeret homini secundum partem, sicut esse longum competit homini secundum partem, quia secundum corpus: & si etiam intelligere neutri parti competeret, ita quòd non posset dici de ea; non tamen æqualiter se habet vtraque pars ad inhærentiam prædicati, sicut anima; & hoc, quia illæ partes, scilicet corpus, & anima, non sunt partes eiusdem rationis in integrando totum; sed altera materia, altera forma; materia enim non est ratio operandi, sicut forma, ipsi toti primò operanti. 1. Dist. 19. Quæst. 2. §. *Et tunc ad argumenta dictæ opinionis*. ✠. *Ad primum*. B. C. 8.

Homo quòd nihil dicatur ab anima potest esse falsum: ex Augustino. 3 de Ciuit. cap. vltimo, vbi inquit; *Hoc verum est, quod non totus homo, sed pars melior anima est; nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis*. Et sequitur: *Sed cum est vtrumque coniunctum simul, habet hominis nomen*. In ista autem auctoritate notandum quòd corpus est pars hominis, contra alios, dicentes animam esse totam quidditatem hominis; quod non est verum, quia quidditas dicit totum, quod dicit homo; & homo includit corpus, & animam, vt patet; igitur & quidditas. 3. D.22.Qu. *Vnica*. §. *Contra ista*. ✠. *Nam quod nihil*. n. 4.

Homo sicut includit materiam, & formam, tanquam causas intrinsecas sui; sic quidditas hominis includit materiam, & formam. 3. D. 22. Q. *Vnica*. §. *Quantum ergo ad istum articulum*. D. 13.

Homo habet quidditatem per se primo, & sic est sibi idem quidditas: hic homo habet quidditatem per se, non primò; & sic quidditas est idem sibi: hic autem homo existens habet quidditatem per accidens; & ita quidditas est idem sibi; sed hic homo albus habet quidditatem magis per accidens; & ideo quidditas magis per accidens est idem sibi. 3. D.22. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ✠. *Ad tertium cum dicitur*. I. 17.

Homo est formaliter homo humanitate, quæ in se dicit entitatem absolutam vltra partes, vt propterea non dicat solum respectum vnionis partium vltra partes: Vnde illud, quo homo est formaliter homo, non est relatio; Si enim homo nihil esset, nisi partes vnitæ sibi, homo non esset vnum, nisi aggregatione, sicut nec quinarius est vnitates quinque, sed est illud totum, quod resultat ex quinque vnitatibus; aliter si esset illæ vnitates, esset vnum sicut aceruus. 3. D.22.Q. *Vnica*. §. *ibidem*. ✠. *Modo ad propositum contra Magistrum*. L. 18.

Homo, vt *quo* totali, humanitate est homo; Sed per animam est homo, vt *quo* partiali: & hoc est, quod aliquando consueuit dici de forma totius, & forma partis; nam forma totius est quidditas rei, includens vtramque partem essentialem, & illa non est aliud realiter ab ipso: quòd si sic fortè sit aliud, tantùm est aliud in modo intelligendi. 4. D.12. Q.3. §. *Ad principales rationes*. ✠. *Respondeo: forma habens rationem*. Bb. 36.

Homo, vt inquit Philosophus. 8. Ethic. cap. 12. naturaliter est animal coniugale, & domesticum. 4. D. 26. Q. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ✠. *Sequitur secunda circumstantia*. D. 6.

Homo,

Homo in se.

Homo, vt homo, est aliquod ens, non tantum anima; & consequenter habet aliquod esse proprium, & non tantùm esse animæ. 4.D.43.Q.1. *§. De primo dicitur.* ✠. *Præterea. ex illa radice.* A.6.

Homo est simpliciter perfectior anima sua, sicut totum parte, & quaecunque alia substantia corporea. 4. Dist. 43. Quæst. 3. §. *De tertio articulo dicitur.* ✠. *Sed contra.* O. 21.

Homo est beatificabilis simpliciter, & nihil aliud eo inferius. 4. D.49.Q.8. §. *Secundo videndum est.* ✠. *Dico igitur quod homo.* E.6.

Homo dicitur rationalis, sine animatus per se primo modo. *Quodl.* Quæst. 3. §. *Respondeo ad primum.* ✠. *Respondeo. aliqua denominatiua, vel concreta prædicantur.* O.14.

Homo omninò primò est homo; & si homo esset lapis, esset omninò primò lapis, sicut lapis est lapis: tamen non omninò primò est non lapis, quia nulla negatio potest esse eadem alicui primò, sicut ipsum est ipsum primò. *Quodl.* Q.4. §. *Contra istum modum dicendi arguitur.* ✠. *Ad rationem concedo.* E.9.

Homo non est homo secundum animam, siue per animã, nisi secundum quòd anima informat materiam; & consequenter nec operatur operatione propria hominis secundum animam, nisi vt anima informat materiam; adeoque vel non intelligit secundum animam, vt secundum formam, quæ sic principium huius operationis, vel intelligit secundum eam, vt informat materiam. *Quodl.* Qu.9. §. *De secundo, conclusio negatiua est tenenda.* ✠. *Contra istud.* C.8.

Homo quo ad esse essentiæ, & existentiæ.

Homo non est, ex se, ens ratum (capiendo ens ratum pro illo, quod habet esse firmum, & verum esse essentiæ, siue existentiæ) sed ab efficiente, à quo habet esse verum & essentiæ, ex existentiæ: & hoc modo nunquam est ens ratum, nisi effectum; & quando est effectum, est existens, adeoque nunquam est ens ratum, nisi sit existens. 1.D.36. Quæst. Vnica. §. *Ad primum principale dico.* I.51.

Homo est, ex se, ens ratum, (capiendo ens ratum pro illo, quod primo distinguitur à figmentis, cui scilicet non repugnat esse verum essentiæ, vel existentiæ) quia formaliter ex se non repugnat sibi esse: sicut enim cuicunque repugnat aliquid primò, ei repugnat formaliter ex ratione eius; ita cui non repugnat formaliter, non ei repugnat per rationem ipsius; & ideo si homini de se repugnaret esse, per nullum respectum aduenientem posset non repugnare sibi esse. Et si tunc ex hoc inferatur, homo est ex se ens ratum hoc modo; ergo est Deus: consequentia non valet, quia Deus non est tantùm, cui non repugnat esse, sed est, ex se, ipsum esse. 1. Dist.36. Q.Vnica. *§. Ad primum principale dico.* ✠. *Si secundo modo.* & ✠. *Et si tunc ex hoc inferas.* I.55.

Homo quòd sit ens formaliter ratum aliqua relatione, quæ sit ratitudo eius, videtur valdè absurdum; quia, secundum Augustinum, 7.de Trin. cap. 1. *Si est nihil ad se, nihil est ad aliud*: relatio namque non potest fundari in relatione, sed in absoluto. 1.D.36.Q.Vn. §. *ibidem.* ✠. *Quod autem dicitur hic.* I.11.

Homini in æternitate inest non esse aliquid, & chimeræ non esse aliquid, sed homini non repugnat affirmatio, quæ est esse aliquid, sed tantùm inest negatio propter negationem actua, vel causæ non ponentis in esse; chimeræ autem repugnat, quia nulla causa potest in ea causare esse aliquid: Sed quare homini non repugnat, & chimeræ repugnat? ratio est, quia hoc est hoc, & illud est illud; & hoc in quocunque intellectu concipiente; quia quidquid repugnat alicui formaliter, ex se repugnat ei; & quod non repugnat formaliter, ex se non repugnat: nec est hoc fingendum quòd homini non repugnat, quia est ens in potentia; & chimeræ repugnat, quia non est ens in potentia; imò magis è conuerso; quia homini non repugnat, ideo possibile est potentia logica; & quia chimeræ repugnat, ideo est impossibile impossibilitate opposita; & istam possibilitatem consequitur possi-

Homo quo ad esse essentiæ, & existentiæ.

bilitas obiectiua; & hoc, supposita Omnipotentia Dei, quæ respicit omne possibile, dummodo sit aliud à se: tamen illa possibilitas logica absolutè ratione sui posset stare, licet, per impossibile, nulla potentia eam respiceret. 1.D.36.Q.Vn. §. *Per idem ad illud.* ✠. *Respondeo quod tripliciter inest negatio.* L.M.14.

Homini quare non repugnet esse existentiæ, ratio omnino prima, & non reducibilis ad aliam, est, quia homo formaliter est homo, & hoc, siue in re realiter, siue in intellectu conceptibiliter: prima autem ratio, quare chimeræ repugnat esse, est chimera in quantum chimera: Vnde aliter inest ista negatio *nihileitatis* homini in æternitate, & chimeræ, & tamen, non propter hoc est vnum magis nihil altero. *ibidem.*

Homine, *seu* Ab homine in æternitate remouetur tantùm esse existentiæ, & non suum consequens, scilicet esse possibile: à chimera autem remouetur esse existentiæ, & suum consequens, scilicet esse possibile; & ideo propter plura negatur esse à chimera, quàm ab homine; non tamen magis est ista negatio in vno, quàm in alio. 1.Dist. 36. Quæst. Vnica. §. *Per idem ad illud.* ✠. *Vel etiam posset dici.* M.54.

Homo hic singularis non plus includit formaliter existentiam actualem, quàm homo. 2. Distinction. 3. Quæst. 3. §. *Contra istud.* ✠. *Contra. in coordinatione prædicamentali.* A.2.

Homo sicut includit materiam, & formam, tanquam causas intrinsecas sui; sic quidditas hominis includit materiam, & formam. 3. D.22. Quæstion. Vnica. *§. Quantum ergo.* D.13.

Hominis *quod quid est* prædicatur de hoc homine, licet non primò; Sicut enim substantia composita abstrahit à tempore, & ab esse existentiæ, ita hic homo, & tota coordinatio illius generis. 3.D.22.Q.Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis.* E.14.

Hominis huius quamquam esse existentiæ: *vel sic* Quamquam esse existentiæ huius hominis non sit res alterius generis; & pro tanto cum eo, cuius est, non faciat ens verè per accidens; tamen hic homo abstrahit ab esse existentiæ; & ideo non est de intellectu eius: propter quod Logici dicunt quòd faciunt vnum conceptum per accidens; tamen, realiter loquendo, hic homo existens corrumpitur, & generatur; ita quòd quamuis hic homo possit dici generari, tamen non nisi necessario concomitante esse existentiæ tanquam termino generationis. 3. Distinction. 22. Quæst. Vnica. §. *ibidem.* E.54. Vide. *Homo in se.*

Homo quo ad naturales conditiones, & prædicata essentialia, & accidentalia.

Homo non recipit risibilitatem ratione animalis, sed ratione, qua rationalis. 2.D.25.Q.Vn. *§. Ad primam rationem.* ✠. *Ad aliam de materia.* I.16.

Homo totus delectabiliter abstinet à delectabili appetitus sensitiui inferioris, si voluntas abstinet delectabiliter à condelectando potentiæ inferiori: sed non totus homo cum tristitia abstinet, si vis illa inferior abstinet cum tristitia; hoc enim conuenit homini simpliciter, quod ei conuenit secundum potentiam superiorem; nec propter hoc ab eo negatur, etsi non conueniat ei secundùm potentiam inferiorem. 2. Distinct. 29. Quæst. Vnica. §. *Potest dici ergo.* ✠. *Respondeo. si voluntas abstinet.* A.4

Homo ex quo compositus est ex multis partibus organicis, & sunt in eo multi appetitus; naturale est quemlibet ferri in suum delectabile: & etiam ipsum corpus consumi potest, nisi sint remedia, quæ suppleant abbundanter, ne consumptio ista vincat. 2.D.29.Q.Vn. *Ad primum argumentum principale.* C.6.

Homo albus, secundùm Philosophum 7.Metaph.cap.de vnitate diffinitionis. Tex.11.& 12. in hoc est vnum aliquid, quia albedo inest homini; non autem esset tale totum, si non informaret. 3.D.2.Q.2. §. *Quantum ad primum: ostendo quod totum.* C.7.

Homo secundùm caput dicitur crispus, non tamen secundùm

Homo quo ad naturales conditiones, & prædicata essentialia, & accidentalia.

dùm caput dicitur triangulatus, vel rotundus; quia primum denominatiuum natum est denominare partem, & per illam totum; secundum verò non. 3. D. 11. Qu. 1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad primum dico*. F. 13.

Homini repugnat irrisibilitas, non in quantum intellectualis, quia sic repugnaret Angelo; nec in quantum animal, quia sic repugnaret boui; sed in tantum repugnat illi, in quantum est animal rationale. 4. Distinct. 12. Quæst. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad quartum dico*. N. 19.

Homo si *secundum quod* rationale intelligit; sequitur quòd omne rationale intelligit. *Quodl.* Q. 3. §. *Quantum autem ad Logicam*, H. 7.

Homo est risibilis, hæc est per se: hæc autem contingens, *homo ridet* *Quodl.* Q. 11. §. *De primo dico*. ✠. *Respondeo, quòd corporeitas*. B. 4.

Homo albus est essentialiter albus, impropriè hoc dicitur, quia nihil essentialiter propriè dicitur de eo, quod non est in se aliquid vnum essentialiter. *Quodl.* Quæst. 13. §. *De tertio articulo principali*. ✠. *Ex his sequitur*. A a. 24.

Homini priùs conuenit non esse irrationale, quàm esse album, quia negatio illa statim sequitur affirmationem, quæ includitur in ratione hominis, etiamsi nunquam tale accidens competeret, vel competere posset homini. *Quodl.* Q. 19. §. *Secundo potest propositum sic declarari*. ✠. *Respondeo. si hoc verum sit*. P. 14. Vide. *Homo in se*.

Hominis dignitas, & perfectio,

Homo licet posset habere obiectum sibi præsens in phantasmate, quia homo est; tamen natura intellectualis hominis, vt intellectualis est, non habet obiectum sufficienter sibi præsens, si non habet ipsum, nisi in præsentia mendicata à virtute phantastica: Vnde hoc multùm vilificat naturam intellectiuam, vt intellectiua est, quia remouetur ab ea illud, quod est perfectionis in potentia cognitiua, & inuenitur in potentia sensitiua, vt in virtute phantastica. 1. D. 3. Q. 6. §. *Contra istam opinionem arguo sic*. ✠. *Respondeo. necessitas est*. F. 12.

Homo non est perfectior homo, quàm Asinus, sed perfectius animal; quando enim dicitur, hoc est perfectius illo, si quæratur, quid perfectius? oportet ibi assignare aliquid commune vtrique, ita quod omnis comparatiui determinabile commune est vtrique extremo comparationis. 1. D. 8. Q. 3. §. *Ad argumenta opinionis oppositæ*. ✠. *Ad aliud de attributione dico*. E. 12.

Hominem non sufficienter perfici habitibus naturalibus, quo ad intellectum, & voluntatem, etsi fortè concludatur per rationem naturalem; tamen ratio naturalis non sufficienter concludit quis habitus intellectus distinctè, & quis appetitiuus sit necessarius, alius ab istis; sed rationabiliter tenetur, propter persuasiones probabiles, quòd, præter istos habitus, est necessarius illæ habitus cognitiuæ, & illi habitus appetitiuæ, quos Ecclesia Catholica docet esse necessarios; & fide tenemus tres virtutes Theologicas esse necessarias, perficientes immediatè animam respectu obiecti increati. 3. D. 34. Qu. Vn. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. B. 6.

Homo perfectus tribus virtutibus Theologicis; & virtutibus intellectualibus speculatiuis, & practicis, & virtutibus moralibus, ordinantibus ad se, & ad alterum, perficitur, quantum potest competere Viatori: & consequenter non videtur aliqua necessitas ponendi aliquos alios habitus ab istis, qui sunt virtutes Theologicæ intellectuales, & morales. 3. D. 34. Qu. Vnic. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. ✠. *Consimiliter circa omne aliud bonum*. C. 7.

Homo, cuius est habere multas perfectiones organicas, potest habere vnam perfectionem in summo, nihil habendo de alia; vt esse summè dispositum quoad visum, vel gustum, vel olfactum, nihil habendo de auditu. 3. D. 36. Q. Vn. §. *Quantum ad istum articulum*. B. 9.

Hominem carere nunc aliqua perfectione secundum totam suam speciem, quæ sibi naturaliter congruit, est inconueniens. 4. D. 49. Q. 14. §. *Respondeo. hic sunt quatuor, vel quinque videnda*. ✠. *Assumptum declaro sic*. C. 7.

Homo vt subiectum, & finis scientiæ.

Homo intelligitur vt animal rationale, vt substantia, vt mansuetum natura, vt nobilissimum animalium: in primo intellectu intelligitur secundum rationem quidditatiuam propriam; in secundo in communi; in tertio per accidens, idest in propria passione; in quarto in respectu ad aliud: sed perfectissima notitia de homine non potest esse in respectu ad aliud, quia ista præsupponit notitiam absoluti: nec de homine sub ratione passionis, quia notitia passionis præsupponit notitiam subiecti: nec de homine in vniuersali, quia illa est confusa: proinde nobilissima cognitio de homine est secundùm rationem quidditatiuam. *Prolog.* Q. 3. §. *Ex dictis respondeo ad secundam quæstionem*. G. 9.

Homo ponitur subiectum moralis scientiæ, vel medicinæ, pro eo quod continet virtualiter omnes veritates illius scientiæ; nam corpus humanum continet virtualiter rationem sanitatis; ideo enim sanitas hominis est talis, quia corpus humanum est sic complexionatum: similiter anima hominis continet virtualiter rationem felicitatis naturalis, sicut patet ex primo Ethicorum, vbi ex ratione, animæ concluditur ratio felicitatis naturalis hominis. *Prolog.* Q. 3. §. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ✠. *Ad alia secundæ viæ. Ad tertium dico*. S. 2. *alias*. 19.

Homo non continet rationem finis scientiæ Theologicæ; quia finis supernaturalis, vel obiectum eius non includitur in ratione hominis; & ideo non potest esse subiectum huius scientiæ primum. *ibidem*.

Homo est finis vltimus scientiæ moralis, & medicinæ, ad quem, tam sanitas, quàm felicitas naturalis ordinatur; omnis enim amor concupiscentiæ præsupponit amorem amicitiæ; sanitas autem, vel felicitas amatur amore concupiscentiæ; ideo illud, quod amatur amore amicitiæ, est vlterior finis, quàm aliquod illorum; istud verò ex vna parte est corpus, & anima ex alia; adeoque si homo secundum corpus, vel animam est subiectum huius scientiæ; sequitur quòd finis est subiectum huius scientiæ. *Prolog.* Qu. 3. §. *Ad primum argumentum primæ opinionis*. ✠. *Ad alia secundæ viæ*. *Secundo sic. homo est finis vltimus*. S. 2. vel 19.

Homo, vt subiectum, vel prædicatum in propositione.

Homo currit, ergo animal currit, sequitur benè per locum à specie; & non solum hoc, sed etiam per locum communiorem, quia per locum à parte subiectiua; & non tantùm vbicunque est illatio speciei ad genus, est bona consequentia; sed & vbicunque est argumentum à parte subiectiua ad totum, est bona consequentia. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes istam positionem*. ✠. *Ad tertium dico*. B. 11.

Homo, quod est prædicatum in hac propositione, *Verbum est homo*, si accipiatur pro supposito, vt aliqui volunt, vt sit prædicatio per identitatem, innuendo talem implicationem, *Verbum est suppositum, quod est homo*; tunc esset processus in infinitum; ista enim implicatio est ex parte prædicati, & prædicat hominem de aliquo, quod importatur per subiectum: & tunc quæritur, verum prædicatum accipiatur formaliter, aut pro supposito, cum dicitur, *Verbum est suppositum, quod est homo?* Si prædicatum accipiatur formaliter, tunc prædicatio est formalis, & non tantum per identitatem: Si autem tantùm pro supposito implicito, erit processus in infinitum. Præterquam quod naturæ de supposito est prædicatio formalis, non tantùm per identitatem. 3. Dist. 7. Quæst. 1. §. *Tertiò videndum est*. B. 4.

Homo dicitur de Christo, & de Petro vniuocè: dicitur etiam in quid, & de pluribus differentibus, & non nisi numero. *ibidem*. §. *Quartò videndum est*. B. 5.

Homo, & album in paucioribus conueniunt, quàm album, & nigrum; & tamen magis repugnant album, & nigrum, quàm album, & homo: Vnde maior diuersitas extremorum non est causa falsitatis eorum, sed repugnantia, vel incompossibilitas extremorum. 3. D. 7. Q. 1. §. *Ad argumenta*: *Ad primum respondeo*. F. 9.

Hominis denominatiuum proprium est *humanum*: Et hoc non dicitur de Deo; hocque debet intelligi eo modo, quo à substantijs denominantibus supposita, possunt accipi vlteriora concreta denominatiua; quod non est pro-

pter

Homo, vt subiectum, vel prædicatum in propositione.

pter informationem, sicut accidentia concreta denominant, sed propter possessionem, vel habitudinem aliam alicuius extrinseci ad talem substantiam. 3. D.7. Q.1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum dico*. G.9.

Homo factus est Deus, ista propositio est simpliciter vera, quia homo per actionem facientis est Deus, & non fuit prius Deus. 3. D.7.Q.2. §. *Sed tantam prolixitatem vitando*. ✠. *Ex his patet*. B.7.

Hominem non oportet præcessisse ad hoc, quòd ista propositio sit vera, *homo est factus Deus*; sicut nec ad veritatem huius propositionis, *natura humana vnita est Verbo*, quæ implicat istam, *natura humana facta est subsistens in persona verbi*, necesse est, naturam humanam præfuisse in Verbo, vel in se, antequam subsisteret in Verbo. 3. D. 7. Q.2. §. *ibidem*. ✠. *Et quod aliqui dicunt*. C.7.

Homo albus est homo, hæc est falsa, nullo homine existente, quia ratio subiecti est in se falsa, hæc scilicet, *homo albus*; quia sequitur per conuersionem simplicem; *homo albus est homo, ergo homo est homo albus*: Et vltra: *homo est homo albus, igitur homo est homo*; & ita à primo ad vltimum, nullo homine existente, hæc est vera, *aliquis homo est*. 3. D.22. Q.Vn. §. *Sed quid logicè loquendo*. ✠. *Modo ad propositum dico*. sub M.19.

Homo secundum quod homo est rationalis, hæc est vera: & quòd consequitur reduplicationem, est ratio inhærentiæ prædicati: & sic etiam concedi potest quòd homo, secundum quod homo, est risibilis; & est ibi causa inhærentiæ in secundo modo dicendi per se. *Quodl*. Quæst. 3. §. *Quantum autem ad logicam*. H.8.

Homo, vt risibilis, intelligit; hæc non est vera sic, quod risibilitas sit causa inhærentiæ prædicati; Sed sic est vera, quòd homini considerato sub ratione risibilis non repugnat hoc prædicatum *intelligere*, sed conuenit: & isto modo quæcunque determinatio, sub qua consideratur subiectum, quæ tamen non excludit prædicatum, non falsificat propositionem, in qua prædicatum dicitur de subiecto sic determinato. *Quodl*. Q.3. §. *Quantum autem ad logicam*. ✠. *Ad propositum, cum dico*. I.8.

Homo, secundum quod rationalis, intelligit; ergo ratione intelligit; ista consequentia tenet, prout ly *secundum quod* notat causalitatem inhærentiæ prædicati ad subiectum. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ✠. *Respondeo: hoc potest intelligi dupliciter*. N.13.

Homo est risibilis; hæc est per se secundo modo: hæc autem contingens, *homo ridet*. *Quodl*. Q.11. §. *De primo dico*. ✠. *Respondeo, quod corporeitas*. B.4.

Homo quo ad animam; & corpus, illorumque potentias, & operationes.

Homo non scit, nec potest scire in quod peccatum Deus vult permittere istum cadere, respectu cuius sit non volitio conferendi gratiam, vt sic offeratur tanquam finaliter peccator in illo peccato; & sic propter illud peccatum præuisum reprobetur. 1. D.41. Q.Vn. §. *Ad primum in oppositum*. F.15.

Homo cum pro statu naturæ lapsæ possit habere cognitionem de vltimo fine in vniuersali, & volitionem consequentem; & pro statu innocentiæ habere potuerit aliquo modo notitiam distinctam: & volitio summi boni sequatur cognitionem vltimi veri; sequitur, vt sic, quod in tali cognitione, & volitione summi boni distinctè possit haberi maior beatitudo ab Angelo, quàm ab homine. 2. D.3. Qu.9. §. *Ad quæstionem igitur respondeo aliter*. ✠. *Quod autem talis species poni debeat*. sub D.8.

Hominis damnati obstinationis causa non potest poni immobilitas suæ potentiæ cognitiuæ, nec plena libertas eius, ex hoc quod est separata à corpore. 2. D.7. Q.Vn. §. *Contra conclusionem istam*. ✠. *Præterea contra conclusionem istam arguo*. n.4.

Homo etsi intelligat per discursum, tamen intellectus hominis non mobiliter adhæret illi, ad quod discurrit; ita enim certitudinaliter, hoc est non dubitando, tenet conclusionem, ad quam discurrit; sicut Angelus tenet eam, videndo eam in principio, sine discursu: Vnde immobilitas intellectus humani, hoc est certitudo, haberet æquè immobilem voluntatem, sicut illa alia [immobilitas], quæ [à S.Thoma, ex eo quod intelligat, secundùm eum, sine discursu] ponitur in Angelo. 2. D.7. Q.Vn. §. *Contra conclusionem istam*. ✠. *Præterea differentia de voluntate hominis*. C.8.

Hominem si reuereor propter sapientiam, vel virtutes, totum reuereor, corpus scilicet, & animam; non animam, excludendo corpus ab ipso renerito: similiter cum totum hominem adoro, non honoro præcisè caput, excludendo alias partes ab illa adoratione. 3. D.9. Qu.Vn. §. *De tertio articulo*. ✠. *Hoc etiam modo distinguo*. D.6.

Hominem nihil dicere ab anima [sola], patet esse falsum, ex Augustino. 3. de Ciuit. cap. vlt. *Hoc*, inquit, *verum est, quod non totus homo, sed pars melior anima est: nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis*: & sequitur: *Sed cum est vtrumque coniunctum simul habet hominis nomen*. 3. D.22. Q.Vn. §. *Contra ista*. ✠. *Nam quod nihil dicatur homo*. n.4.

Hominis pars est corpus, contra aliquos, dicentes animam esse totam quidditatem hominis, quod non est verum; quia quidditas dicit totum, quod dicit homo, & homo includit corpus, vt patet; vnde & quidditas. *ibidem*.

Homo nunquam haberet scientiam de substantia composita, nisi cognosceret materiam; aliter omnis cognitio scientifica esset simplicium, & immaterialium, secundum quod scientia est de rebus. 3. D.22. Qu. Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ✠. *Ad secundum: cum dicitur*. H.16.

Homo sicut est compositus ex anima, & corpore; ita habet potentias quasdam merè spirituales, quæ conueniunt animæ primò; tamen toti per se per animam, vt sunt intellectus, & voluntas: habet etiam quasdam potentias corporeas, quæ scilicet non sunt animæ per se, sed totius coniuncti ex anima, & corpore, ex principio de sensu, & sensato: & quidem illarum, quæ sunt totius coniuncti, quædam sunt magis corporeæ, quæ scilicet consequuntur naturam corporis sic mixti; quædam sunt magis approximantes ad naturam animæ, scilicet quæ consequuntur corpus animatum, in quantum tale. 4. D.10. Q.7. §. *Respondeo sicut homo*. A.2.

Hominis esse totale non est esse animæ intellectiuæ, quia omne ens habet aliquod esse proprium; homo autem, vt homo, est aliquod ens, non tantum anima; & consequenter habet aliquod esse proprium, & non tantùm est esse animæ. 4. D.43. Q.1. §. *De primo dicitur sic*. ✠. *In alio videtur peccare*. A.6.

Homo habet aliam formam substantialem, ab anima intellectiua; & per consequens enim cuiuslibet formæ sit dare esse, in anima intellectiua non est totale esse compositi. 4. D.43. Qu.1. §. *ibidem*. ✠. *Præterea probatum est*. B.7.

Homo intelligit formaliter, & propriè, vt satis videtur esse manifestum, secundùm auctoritatem Philosophi. 3. de Anima Tex. t. & 5. & 1. Ethicorum. cap. 9. quia intelligere est propria operatio hominis; & consequenter anima intellectiua est propria forma hominis. 4 D 43. Qu.2. §. *Respondeo: hoc manifestum est*. ✠. *De secundo ad propositum*. B.6.

Homo cognoscit actu cognoscendi non organico; experimur enim in nobis aliquam cognitionem, quæ non competit nobis secundum talem organum, quia tunc determinaretur præcisè ad sensibilia determinati generis, cuius oppositum experimur: & consequenter homo intelligit propriè; nam intellectio propriè est cognitio, transcendens omne genus sensationis. *ibidem*. ✠. *Sed tentandum est probare*. C.7.

Homini inesse actus, quibus cognoscit actu vniuersale; relationes sequentes naturas rerum insensibilium; distinctiones earum; relationes rationis, actus rectos; & ignotum ex noto, si quis proteruè neget, non est cum eo vlterius disputandum, sed dicendum sibi quod est brutum: sicut nec eum dicente non video colorem; ibi non est disputandum, sed dicendum sibi tu indiges sensu, quia cæcus es: ita quòd quodam sensu, id est perceptione interiori experimur istos actus in nobis; & ideo, si quis istos neges,

Homo quo ad animam, & corpus, illorumque potentias, & operationes.

get, dicendum est eum non esse hominem, quia non habet illam visionem interiorem, quam alij experiuntur se habere. 4.D.43.Q.2.§. *Respondeo: hoc manifestum est*. ✠. *Si quis autem proteruè negat* E.1t.

Homo est simpliciter perfectior anima sua, sicut totum parte, & quacunque alia substantia corporea: propterea nec anima, nec aliqua substantia corporea, alia ab homine, potest esse causa effectiua hominis, quia agens est simpliciter perfectius suo effectu formali. 4.D.43.Q.3.§. *De tertio articulo dicitur*. ✠. *Sed contra*. O.2t.

Hominem benè, & malè memoratiuum non diceret Aristoteles, quia intellectus eius benè, vel malè conseruet speciem alicuius præintellecti; sed quia memoria eius sensitiua, quæ concurrit cum intellectiua etiam ad recordationem intellectiuæ, est benè, vel malè retentiua: fortè enim memoria intellectiua quæcunque semper conseruat speciem, sed non potest in suum actum, quia species sensibilis deleta est à memoria sensitiua, sine qua illa non sufficit ad operandum. 4.D.45.Q.3.§. *De secundo articulo*. ✠. *Ad aliud dico*. H.16.

Homo recordatur omnis intellectionis, & volitionis præteritæ; aliàs non posset pænitere de malis volitionibus; nec præteritam intellectionem, vt præteritam, conferre ad futuram: nec per consequens ex eo quòd ista speculatus est, ordinare se ad speculandum alia, sequentia ex istis; & breuiter, omnia destruuntur, si intellectionum, & volitionum præteritarum non recordamur. 4.D.45.Qu.3.§. *Dico ergo*. I.17.

Homo dicitur rationalis, siue animatus per se primo modo: sed corpus, quod est altera pars compositi, dicitur denominatiuè animatum; propriè tamen, siue per se secundo modo, siue per accidens; quia illud non est totum includens formam, sed susceptiuum recipiens formam. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ✠. *Respondeo. aliqua denominatiua*. O.t4.

Homo non est homo secundum animam, siue per animam, nisi secundum quod anima informat materiam; & consequenter nec operatur operatione propria hominis secundùm animam, nisi vt anima informat materiam; adeoque vel non intelligit secundum animam, vt secundum formam, quæ sit principium huius operationis; vel intelligit secundum eam, vt informat materiam. *Quodl*, Qu.9. §. *De secundo*. ✠. *Contra istud: homo non est homo*. C.8.

Homo dicitur per se intelligere tanquam receptiuum remotum, quia non recipit intellectionem, nisi per hoc, quòd anima, quæ est eius forma, proximius recipit eam. *Quodl*. Qu. 9. §. *De tertio principali*. ✠. *Ad rationem ergo illam*. I.t4.

Homini conuenit intelligere per intellectum, vt patet ex ratione hominis; & potentiæ intellectiuæ; & actus intelligendi: patet etiam quòd non conuenit sibi per intellectum tangere, cognita ratione illius actus, qui est tangere. *Quodl*. Qu 18.§. *De primo*. ✠. *Quod autem addebatur*. F.5.

Homo quo ad singularitatem, & vnitatem.

Homo hic singularis non plus includit formaliter existentiam actualem, quàm homo. 2.D.3.Q.3. §. *Contra istud*. ✠. *Contra: in coordinatione*. A.2.

Hominis *quod quid est* prædicatur de hoc homine, licet non primò; sicut enim substantia composita abstrahit à tempore, & ab esse existentiæ, ita hic homo, & tota coordinatio illius generis, & ita indiuiduum hominis: vt hic homo abstrahit à tempore, sicut homo. 3.D.22. Qu. Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. E.t4.

Hominis huius, *siue* Huius hominis esse existentiæ, quamquam non sit res alterius generis ab esse hominis, & pro tanto cum eo, cuius est, non faciat ens verè per accidens; tamen hic homo abstrahit ab esse existentiæ; & ideo non est de intellectu eius; propter quod Logici dicunt quod faciunt vnum conceptum per accidens. *ibidem*.

Homo hic habet quidditatem per se, non primò; & sic quidditas est idem sibi: hic autem homo existens, [realiter loquendo], habet quidditatem per accidens; & ita quidditas est idem sibi: sed hic homo albus habet quidditatem magis per accidens, & ideo quidditas magis per accidens est idem sibi. 3.D.22.Q.Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ✠. *Ad tertium*. I.17.

Homo si nihil esset, nisi partes vnitæ sibi, homo non esset vnum, nisi aggregatione: sicut nec quinarius est vnitates quinque, sed est illud totum, quod resultat ex quinque vnitatibus: aliter si esset illæ vnitates, esset vnum sicut aceruus. *ibidem*. ✠. *Modo ad propositum*. L.18.

Homo habet vnitatem quamdam, & entitatem, aliam à suis partibus [scilicet corpore, & anima] etiam vnitis; non tamen partialem entitatem, quæ cum istis faciat compositum; tunc enim procederetur in infinitum; & quamuis illud totum non sit sine vnione partium, tamen vnio illa, vel relatio, non est formalis ratio illius totius. *ibidem*.

Hominis creatio, & gratuita reparatio.

Hominem qualemcunque, secundum formam absolutam, potest Deus creare; talem etiam præcisè potest reparare post culpam, secundum formam absolutam, quia culpa non facit naturam esse aliam in se, adeoque nec quin sit capax eiusdem, cuius fuit prius capax; agens autem diuinum potest illi imprimere quodcunque, cuius est capax; & hoc sine quocunque, quod non includitur in ratione illius impressi; & maxime si id non inclusum sit posterius ipsa forma impressa; cuiusmodi est gratia respectu iustitiæ, vel rectitudinis naturalis: Vnde cum in pura rectitudine naturali possit Deus hominem creare; sequitur quòd etiam secundum talem rectitudinem possit eum reparare. 4.D.1.Q.6.§. *Contra istam conclusionem arguo*. ✠. *Item: qualemcunque secundum formam absolutam*. B.5.

Hominis prima productio si soli virtuti actiuæ diuinæ subest, soli eidem suberit productio secunda; ista autem productio est in animatione corporis organici. 4.D.43. Qu.3.§. *De tertio articulo dicitur*. ✠. *Concedo conclusionem*. O.22.

Hominis generatio, & corruptio.

Homo, & Sol, secundùm Philosophum. 2. Phys. Tex.26. generant hominem. 2.D.14.Q.3. *In secundo argumento ad oppositum*. n.r.

Hominis conditio naturalis est mori; & ipsum corpus consumi potest, nisi sint remedia, quæ suppleant abbundanter, ne consumptio ista vincat. 2.D.29.Q.Vn.§. *Ad primum argumentum dico*. C.6

Hominem nullo modo Pater generaret, si organizatio, à qua scilicet corpus dicitur organizatum, quæ immediatè disponit ad animam intellectiuam, præcedit tempore animationem in nobis: Completa enim esset tota eius actio priùs duratione, quàm esset anima; ille autem non generat hominem, cuius actio tota completa est priùs tempore, quàm sit homo. 3.D.2.Qu.3. §. *Quantum ad secundum dico*. ✠. *Sed qualitercunque sit de istis*. C.5.

Homo hic existens, realiter loquendo, corrumpitur, & generatur; ita quòd quamuis hic homo possit dici generari, tamen non nisi necessariò concomitante esse existentiæ, tanquam termino generationis. 3.D.22.Qu.Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. E.14.

Hominem velle procreare prolem in specie humana est actus rectè circumstantionabilis; quia non est actu a de se malus, vt non possit rectè circumstantionari, sicut est dare alienum. 4.D.26.Qu.Vn.§. *Ad solutionem*. ✠. *Ad probationem primæ conclusionis*. B.3.

Hominem saluare speciem suam non est magis contra rectam rationem, vel inclinationem, naturalem, quàm alia animalia suam; imò tantò magis secundum inclinationem, quantò ista species est perfectior: non potest autem saluari, regulariter, in isto statu mortalitatis, nisi per propagationem. 4. D.26.Qu. Vn.§. *Ad solutionem*. ✠. *ibidem*. B.3.

Homo si esset immortalis, adhuc, secundum rectam inclinationem naturæ, competeret sibi communicare perfectionem suam, eo modo, quo esset sibi possibile; hoc autem est propagando. *ibidem*.

Homo potest rectè, & non rectè ordinare in finem procreationem prolis; quæ non est finis vltimus, sed aliquid ordinatum,

natum, vel ordinabile ad finem vltimum: Vnde non est ille actus de se sufficienter bonus bonitate morali, sed est actus circumstantionabilis rectis circumstantijs. *ibidem*. §. *Ad solutionem* . ℣. *Ad probationem primæ conclusionis*. C.3.

Hominis perfecta operatio est finis: Vnde prima circumstantia, requisita ad bonitatem moris istius actus, quod est velle procreare prolem, est circumstantia finis, sicut vniuersaliter est in moralibus; & est ista, velle procreare prolem religiosè educandam, ad ampliandum cultum Diuinum. *ibidem*. ℣. *Secunda conclusio sit hæc*. D.4.

Homo cum sit animal perfectissimum, non potest produci à natura, nisi productione vniuoca: nam, sicut Commentator arguit contra Auicennam. comm. 46. animal perfectum non potest produci æquiuocè. 4. D.43. Q.5. *In secundo argumento in oppositum*. n.1.

Hominis causa effectiua non potest esse anima, nec aliqua substantia corporea alia ab homine. 4. D.43. Qu.3. §. *De tertio articulo dicitur*. ℣. *Sed contra*. O.21.

Homo in morte cecidit primò totus, per separationem animæ intellectiuæ à corpore; & secundò cecidit illud corpus mixtum, per corruptionem in aliud, vel alia. 4. D.43. Q.5. §. *Respondeo cum resurrectio*. n.3.

Homo generatur ita imperfectæ quantitatis, sicut bruta; & ita fit in eo deperditio continua partium, sicut ibi: & per consequens ita oportet esse augmentationem, & restaurationem deperditi hic, sicut ibi; ibi autem est per hoc, quòd terminus augmentationis est aliquis de esse ipsius substantiæ nutriendi, & augmentandi. 4. D.44. Qu.1. §. *Circa istam quæstionem*. ℣. *Contra hoc primò*. n.3.

Homini (si nihil de nutrimento transit in veritatem humanæ naturæ, sed tantùm illud est de veritate humanæ naturæ, quod contrahitur à parentibus, & illud in se multiplicatur, vt fiat augmentatio, quomodo facta est multiplicatio panum Euangelicorum) non possemus dare augmentationem possibilem, nisi per miraculum, sicut patet de illa multiplicatione panum: Vnde quare magis deficeret natura illa, quàm natura bouis quoad hoc, quod est acquirere quantitatem perfectam post imperfectam? 4. D.44. Q.1. §. *Circa istam quæstionem*. ℣. *Præterea secundum istam viam*. n.4.

Homini (secundum opinionem Magistri, quæ dicit, quòd nihil de nutrimento transit in veritatem humanæ naturæ, sed tantùm illud est de veritate humanæ naturæ, quod contrahitur à parentibus; & illud in se multiplicatur, vt fiat augmentatio) inesset aliqua caro simpliciter incorruptibilis per totam vitam suam; vel si corrumperetur, nunquam posset restaurari, quia non nisi per nutrimentum: vtrumque autem est inconueniens: primum quidem, quia illa pars incorruptibilis esset alterius speciei à cæteris partibus carnis corruptibilis: secundum, quia semper minus esset in homine de veritate carnis humanæ. 4. D.44. Q.1. §. *Circa istam quæstionem*. ℣. *Præterea, secundum illam viam sequeretur*. n.4.

Hominibus desiderantibus mori tristis est vita: hoc modo odiunt animam in corpore suo esse vsque ad instans mortis naturalis, propter aliquod odibile, concomitans vitam mortalem; & secundò apprehendunt istud nolitum fore; & ideo tertiò sequitur tristitia de detentione animæ in corpore, seu de corpore vt detinente animam; non quòd corpus effectiuè detineat animam, seu quomodocunque vt susceptiuum formæ; & vt sic detinet, est obiectum nolitum, & vt sic apprehensum effectiuè contristat. 4. D.44. Q.2. §. *Ad quæstionem dico*. ℣. *Antecedens est falsum*. G.10.

Homo vt finis sensibilium.

Homo. ex. 2. phys. Tex.14. quodammodo est finis omnium sensibilium, scilicet, quia propter ipsum volitum à Deo, quasi in secundo signo naturæ, sunt omnia sensibilia volita, quasi in quarto signo: Illud etiam, quod est propinquius fini vltimo, consueuit dici finis eorum, quæ sunt remotiora: Siue igitur quia Deus vult mundum sensibilem in ordine ad hominem prædestinatum; siue quia quodammodo vult immediatius hominem amare se, quàm mundum sensibilem esse, homo erit finis mundi sensibilis. 3. D.32. Q.Vn. §. *Tertium patet*. ℣. *Ex hoc patet*. G.H.6.

Homo in statu innocentiæ, & naturæ lapsæ.

Homo in statu, seu stante statu innocentiæ potuit mori; ista tamen potentia non fuisset reducta ad actum; & sic poterat non mori: sicut si diceretur de aliquo, & verè, quòd potest esse Episcopus, qui tamen nunquam erit Episcopus, vel cuius possibilitas nunquam reduceretur ad actum. 2. D.19. Qu.Vn. §. *Concedo, quod primus Parens*. A.3.

Homo in statu innocentiæ non propter hoc non fuisset corruptus, vt aliqui volunt, quia deperditio paulatiua fuisset restaurata per esum fructus ligni Vitæ, iuxta illud Genes.2. *Ne fortè sumat de fructu ligni Vitæ, & viuat in æternum*: Nam quidquid fuisset principium actuum in homine, non potuisset continuare actionem, quin aliquando debilitaretur; quia omne agens physicum in agendo debilitatur: Vnde esto quòd natura esset debilitata, & sumeret de fructu, non potuit sustentari per istum fructum, nisi conuertendo ipsum, vt alimentum, in substantiam, & naturam suam; sed illud conuersum non potuit esse nobilius, quàm conuertens: Similiter natura conuertens prius fuit debilitata; & in conuertendo etiam nutrimentum illius fructus debilitatur magis; sicut enim in vna actione, ita & in alia; & ideo magis, & magis debilitatur, quantò magis, & magis agit in conuertendo; adeoque semper debilitatur: Et ideo quandoque deficiet exemplum Aristotelis 1. *de Generat. Tex.42.* de aqua mixta in vino; nam vinum primò conuertit aquam in se; toties autem potest apponi aqua, quòd deficiet virtus vini in conuertendo; Vndè secunda vice minùs fortiter operatur, quàm prima. 2. D.19. Q.Vn. §. *Concedo, quòd primus Parens*. ℣. *Sed contra quidquid fuisset principium*. A.4.

Homini, stante innocentia, non accidisset mors; cuius causa assignatur talis, quia quilibet fuisset translatus in Paradisum, antequam fuisset alteratus alteratione improportionata animæ, siue formæ: & hæc translatio non fuisset miraculosa, sed iusta, & regularis, quòd quilibet in statu suo transformetur, & non omnes simul. 2. D.19. Q.Vn. §. *ibidem*. ℣. *Dico tamen*. B.5.

Homines in statu innocentiæ non fuissent translati omnes simul, sed vnus priùs alio, & cuilibet fuisset redditum præmium suorum meritorum, antequam virtus alicuius esset in tantum debilitata, quòd necessariò adesset corruptio. *ibidem*. ℣. *Si dicas*. B.5.

Homo à nullo animali recepisset nocumentum, stante statu innocentiæ, quia omnia animalia fuissent homini mitia, & amicabilia, vel saltem non inimica: nec ab Angelo malo, quia Deus conseruasset eum; non quia non potuisset corpus innocentis scindi, & diuidi à malo Angelo, cui obediunt corpora inferiora, Iob 41. *Non est potestas, quæ ei valeat comparari*; & etiam ab alio malo homine, si non fuisset innocentia vniuersalis, sed Deus innocentem conseruasset: & sic solùm habuit posse non mori per illatum ab his causis extrinsecis. 2. D.19. Q.Vn. §. *Concedo, quod primus Parens*. ℣. *Quid de corruptione per violentiam*. F.6.

Homo in statu innocentiæ habuit, & stante innocentia habuisset partes fluxibiles, & deperdibiles; non tamen fuisset corruptus, quia fuisset translatus ante mortem: potuit itaque corrumpi; illa tamen potentia non fuisset reducta ad actum, quia fuisset præuenta per illam translationem. 2. D.19. Q.Vn. *Ad primum, & secundum principale*. F.7.

Homines, stante statu innocentiæ, si Deus non transtulisset ante mortem in Paradisum, sed mortui fuissent; mors non fuisset plus pœna in hominibus, quàm in brutis; & fuisset conditio, vel passio consequens talem naturam, sic per mixtionem compositam, sicut modò. 2. D.19. Qu. Vn. §. *Ad primum argumentum dico*. ℣. *Ad argumentum opinionis*. G.H.7.

Homo idem in numero non solùm quoad animam, sed etiam quoad corpus organicum, potuit esse filius Adæ, & filius Abrahæ; & ex quocunque istorum duorum fuisset,

Homo in statu innocentiæ, & naturæ lapsæ.

set, idem in numero fuisset; quia si nihil substantiæ filij sit de substantia Patris, sed totum de menstruo, vt vult Philosophus. 2. de generat. animalium; vel si ibi concurrat semen viri cum semine mulieris; eadem tamen materia, ex qua iste generatur, quæ fuit in statu naturæ lapsæ sub forma alimenti talis, potuit esse in statu innocentiæ sub forma alia, putà pomi, vel huius. 2. D. 20. Q. 2. §. *Dico quòd soli nunc electi*. ℣. *Dico sicus dictum est*. B. 3. Vide. *Homo respectu sui vltimi finis*.

Homo vt in puris naturalibus.

Homo in puris naturalibus existens haberet priuationem visionis beatificæ; & similiter paruulus cum solo peccato originali decedens; & tamen alter punitur, & alter non; aliter enim debitor est iustitiæ, quam accepit, iste, & modo non habet; & aliter ille, cui non datur, non propter aliquam culpam suam, & reatum: sicut si duos primò ex æquo acceptarem gratuitè ad aliquem honorem, vel ad aliquod donum accipiendum; postea alter offenderet, per quod demereretur illum honorem, & alter non; tamen non offendenti non datur, non propter aliquod demeritum, sed quia non placeret mihi istum honorem sibi dare: isti verò essent inæquales, quia alter priuatur, quia reus; & alter non. 2. D. 33. Q. Vn. §. *Et si quæratur*. ℣. *Et ideo ad quintum dici potest*. D. 4.

Homo aliquis nunquam erit de facto in puris naturalibus, quia Deus naturam rationalem, quam fecit, semper producit ad finem, si non fuerit ex parte illius impedimentum, vel defectus. *ibidem*.

Hominem potest Deus creare in pura rectitudine naturali. 4. D. 1. Qu. 6. §. *Contra istam conclusionem arguo*. ℣. *Item qualemcunque*. B. 5.

Homo in puris naturalibus est placitus Deo, non tamen acceptus specialiter, hoc est dignus vita æterna. 4. D. 1. Q. 6. §. *Ad argumenta pro opinione præcedente*. ℣. *Ad quartum*. D. 7.

Homo in lege naturæ.

Homines tempore legis naturæ reputarentur fatui, & præsumptuosi, si sacrificia, sine Diuino præcepto, & inspiratione, fecissent, quæ tamen pro tempore illo placuerunt Deo; vt expressè habetur ex Scriptura, tùm Genes. 4. de oblatione Abel, & Chain, tùm ex oblatione Noë, postquam exiuit de Arca, Genes. 8. tùm ex oblatione Melchisedech, qui erat Sacerdos excelsi Dei, vt dicitur Genes. 14. tùm ex oblatione Abrahæ, diuidentis vaccam: non placuissent autem Deo talia Sacrificia, nisi à Deo fuissent instituta. 4. D. 1. Qu. 7. §. *Ad primum argumentum dico*. ℣. *Ad secundum potest dici*. B. 4.

Homines temporis legis naturæ fuerunt proni ad idolatriam, vt patet ex tanta multitudine, quæ tempore illo defluxit ad eam: Vnde fuit congruum in remedium, ne ad istam defluerent, quòd Deus suis cultoribus institueret sacrificia sibi offerenda. *ibidem*. C. 4.

Homo quo ad vsum rationis.

Homo multò magis priuatur vsu rationis per somnum, quàm per actum copulæ carnalis; & hoc tàm intensiuè: Vnde, secundum Philosophum 1. Ethic. cap. 17. *Felix non differt à misero, nisi secundum medietatem vitæ*, scilicet in vigilia: quàm etiam extensiuè; quia somnus diù priuat; iste autem actus quasi momentaneè: propterea si nullus, secundum rectam rationem, debet se obligare ad actum coniugalem, in quo priuatur tanto bono, scilicet vsu rationis, nisi sit ibi aliquod bonum recompensans, vt vult Ricardus; sequitur quòd nullus, secundum rectam rationem, deberet se exponere somno, nisi essent bona excusantia, & maiora istis; quod tamen non conceditur. 4. D. 31. Q. Vn. §. *Hic dicitur*. ℣. *Præterea multò magis priuatur homo*. n. 3. Vide. *Homo vt in extremis*.

Hominem habere vsum rationis in vigilia naturale est; in somno autem non. 4. D. 45. Q. 2. §. *Hic tenetur*. ℣. *Quæ autem, adducuntur*. B. 11.

Homo respectu sui vltimi finis, & beatitudinis.

Homini, secundum Philosophum, qui tenet perfectionem naturæ, & negat necessitatem gratiæ, & perfectionum supernaturalium, non est necessaria vlla cognitio supernaturalis pro statu isto; sed omnem notitiam sibi necessariam potest acquirere ex actione causarum naturalium. *Prolog*. Q. 1. § *In ista quæstione*. n. 3. *Impugnatur ibidem*. §. *Contra istam positionem*. A. 6.

Homo non potest scire ex naturalibus finem suum distinctè, tum quia Philosophus, sequens naturalem rationem, aut ponit felicitatem esse perfectam in cognitione substantiarum separatarum acquisita, sicut videtur dicere primo Ethic. cap. 7. aut si non determinatè asserit istam esse supremam nobis possibilem, aliam tamen ratione naturali non concludit; ita quòd soli rationi naturali innitendo, vel errabit circa finem in particulari, vel dubius remanebit: Vnde. 1. Ethic. cap. 9. dubitando ait; *Siquidem igitur & aliud aliquod Deorum est donum hominibus rationabile, & felicitatem Dei datum esse, & maxime humanorum quantò optimum*. Tum quia nullius substantiæ finis proprius cognoscitur a nobis, nisi ex actibus eius nobis manifestis, ex quibus ostenditur quòd talis finis sit conueniens tali naturæ; nullos autem actus experimur, nec cognoscimus inesse naturæ nostræ in statu isto, ex quibus cognosceamus visionem substantiarum separatarum esse conuenientem nobis; adeoque non possumus naturaliter cognoscere distinctè quòd iste finis sit conueniens naturæ nostræ: Hoc saltem certum est, quòd quædam conditiones finis, propter quas est appetibilior, & feruentius inquirendus, non possunt determinatè concludi ratione naturali: Etsi enim daretur quòd ratio naturalis sufficeret ad probandum quòd visio nuda, & fruitio Dei est finis hominis; tamen non concluderetur quòd illa perpetuò conuenit homini perfecto in corpore, & anima; & tamen perpetuitas huius boni est conditio reddens finem appetibiliorem, quàm si esset transitorium: Consequi etiam hoc bonum in natura perfecta appetibilius est, quàm in anima separata, sicut patet per Augustinum. 1. super Genes. Istas ergo, & similes conditiones finis necessarium est noscere, ad efficaciter inquirendum finem; & tamen ad eas cognoscendas non sufficit ratio naturalis; & per consequens requiritur doctrina supernaturaliter tradita. *Prol*. Q. 1. *Contra istam positionem*. ℣. *Primò sic*. A. B. 6. 7.

Hominis naturæ conuenit potentia habendi charitatem (vt ipsa est dispositio respectu Dei in se sub propria ratione amandi) secundum rationem specialem, non communem sibi, & sensibilibus; & ideo non est illa potentialitas naturaliter cognoscibilis de homine; sicut nec homo cognoscitur sub illa ratione, sub qua est eius hæc potentia. *Prolog*. Q. 1. §. *Ad primum licet procedat de fine*. ℣. *Ad secundum de Augustino*. D. 12.

Hominis finem naturalem concedo esse Deum, licet non naturaliter adipiscendum, sed supernaturaliter. *ibidem*.

Homo vt verificaretur quod in statu naturæ institutæ potuit cognoscere naturam suam, adeoque finem naturæ, itaut ista cognitio non sit supernaturalis; requireretur dici qualis fuerit cognitio hominis instituti: Verum saltem respectu viatoris pro statu isto est illa cognitio supernaturalis, quia facultatem eius naturalem excedens; naturalem dico secundum statum naturæ lapsæ. *Prolog*. Q. 1. §. *Arguitur contra hoc sic*. ℣. *Si verò obyciatur*. *Respondeo ad primum*. E. 13.

Homo ordinatur ad finem supernaturalem, ad quem, ex se, est indispositus: Vnde cum omne ordinatum ad aliquem finem, ad quem est, ex se, indispositum, necesse sit paulatim promoueri ad dispositionem respectu illius finis; sequitur quod etiam homo indiget paulatim disponi ad habendum illum finem; hoc autem fit per cognitionem aliquam supernaturalem; propterea hæc sibi necessaria est. *Prolog*. Q. 1. §. *Quartò principaliter arguitur sic*. K. 18.

Homo potest habere actiuitatem aliquam respectu suæ perfectionis finalis: Vnde cum perfectius sit communicare homini aliquam actiuitatem respectu suæ perfectionis consequendæ, quàm non communicare; sequitur quòd perfectius est, quòd hoc sibi communicetur; quòd non potest

Homo respectu sui vltimi finis, & beatitudinis.

potest fieri sine aliqua cognitione imperfecta, præcedente istam perfectam, ad quam ordinatur finaliter. *Prolog.* Q. 1. *§. ibidem.* ✠. *Si instetur.* K. 18.

Homo quòd ordinetur finaliter ad cognitionem supernaturalem, naturaliter indemonstrabile est; etsi cum hoc ostenderetur, cognitionem naturalem non sufficienter disponere pro statu isto ad cognitionem supernaturalem consequendam. *Prolog.* Q. 1. *§. Quintò arguitur sic.* ✠. *Istæ duæ rationes.* Sub. K. 19.

Hominis prædestinatio ad gloriam contingens est, & non necessaria; sicut enim Deus ab æterno contingenter prædestinauit hominem, & non necessariò; quia nihil necessariò operatur respectu aliquorum extra se, ordinando illa ad bonum; sic potuit non prædestinasse: nec est inconuenientes hominem frustrari à beatitudine, nisi præsupposita prædestinatione hominis. 3. D. 20. Qu. *Vnica. §. In istis dictis Anselmi.* ✠. *Præterea: nulla est necessitas.* n. 7.

Homo, sine omni bono velle finis vltimi, non potest habere simpliciter bonum velle circa ea, quæ sunt ad finem. 3. D. 37. Qu. *Vnica. §. Ad quæstionem.* ✠. *Vno modo.* D. 7.

Hominem manuduci ad inuisibilia per aliquod sensibile, congruum est pro quocunque statu viæ, maximè post lapsum. 4. D. 1. Q. 3. *§. De tertio articulo.* F. 7.

Homo in statu Patriæ non indiget sensibilibus, vt cognoscat intelligibilia pertinentia ad salutem suam: neque tunc indiget exercitari ad quærendum pertinentia ad salutem, quia est perfectè consecutus salutem. *ibidem.* ✠. *Ex hoc apparet.* G. 7.

Homo etsi pro statu innocentiæ non potuerit, nisi ex sensibilibus, cognoscere intelligibilia; tamen nullum sensibile fuit necessarium tanquam conferens ad salutem, remouendo aliquod impedimentum salutis, vt scilicet posset dici propriè medicina. 4. D. 1. Qu. 3. *§. De tertio articulo.* ✠. *Pro statu etiam innocentiæ.* G. 7.

Homo nullus excluditur à Regno Cœlorum, qui facit illud, quod simpliciter est necessarium. 4. D. 14 Qu. 1. *§. Ex his ad solutionem.* ✠. *Ex ista ratione.* V. 18.

Hominem posse consequi finem suum in aliquo indiuiduo, & per consequens beatitudinem in illo gradu, in quo notum est [ratione naturali] beatitudinem esse finem hominis, conceditur: Et licet hoc sit impossibile in vita ista; tamen illa impossibilitas non est nota per rationem naturalem: Et cum adducuntur, ad probandam istam impossibilitatem, infortunia, infirmitates corporis, imperfectio virtutis, & scientiæ, quæ repugnare videntur perfectæ felicitati; conceditur quidem, hæc omnia repugnare perfectæ felicitati, qualem notum est competere intelligentiæ, sed non qualem notum est posse competere homini. 4. D. 43. Q. 2. *§. Ad argumenta.* ✠. *Ad aliud conceditur, quod notum est.* Cc. 33.

Homo est beatificabilis simpliciter, & nihil aliud eo inferius. 4. D. 49. Q. 8. *§. Secundo videndum est.* ✠. *Dico igitur, quòd homo.* E. 6.

Hominem non posse, ex puris naturalibus, consequi beatitudinem, dicitur communiter ab omnibus. 4. D. 49. Qu. 11 §. *Respondeo: dicitur communiter.* n. 3.

Homo (ex quo natura humana non est sufficienter actiua ex puris naturalibus ad videndum Deum visione beata) non potest ex puris naturalibus consequi beatitudinem. 4. D. 49. Q. 11. *§. Respondeo ergo ad quæstionem.* E. 8.

Homo quòd in actibus, quos modo experimur in nobis, possit in vita ista beatificari, dixisset Philosophus quòd sic; & quòd alia notitia, & dilectio clara, & immediata non fuisset possibilis homini, per rationem naturalem inuestigando; Sed hoc improbatur; tùm quia eorum ens est obiectum suum; & per consequens non quietatur, nisi in cognitione summi intelligibilis in ferùm quia, cognitio intuitiua competit sensui circa obiectum suum; ergo & intellectui circa suum; & sic ratio naturalis docet quòd Deus immediatè, & nudè potest cognosci, & per consequens diligi ab homine. 4. D. 49. Qu. 12. *§. Respondeo, & dico.* n. 3.

Hominem posse consequi beatitudinem in hac vita mortali, nulla est impossibilitas simpliciter ex parte Agentis, scilicet Dei: si enim dispositio prævia non requiritur ad esse beatum, sicut lumen gloriæ; tunc Agenti, vt Agens est, non repugnat plusmodo dare beatitudinem, quàm in alia vita: si dispositio requiritur; potest illam dispositionem primò dare, & illa data, beatitudinem conferre, sicut post mortem; nulla enim est impossibilitas simpliciter, sed solùm, quia caret illa dispositione modo. *ibidem.* ✠. *Primo ex parte Agentis.* A. 3.

Hominem posse consequi beatitudinem in hac vita, non est impossibilitas simpliciter ex parte passi [scilicet ipsius hominis]; tunc enim nunquam posset recipere beatitudinem. *Ibidem.* ✠. *De impossibilitate: ex parte passi.* B. 4.

Hominem posse consequi beatitudinem in hac vita, repugnat tantùm ex parte alicuius, quod est in ipso homine, cum quo non potest esse beatitudo; & hoc tale impediens est mortalitas: talis autem repugnantia mortalitatis ad beatitudinem non est repugnantia formalis; tunc enim in Christo non potuissent fuisse simul, quod non est verum: Vnde repugnantia inter illa duo, hæc est, quòd vt in pluribus mortalitas repugnat beatitudini, non formaliter, sed quia effectus vnius repugnat effectui alterius, & per consequens causa illius effectus: Beatitudo enim est causa immortalitatis in anima; adeoque mortalitas repugnat beatitudini, quia repugnat eius effectui. 4. D. 49. Qu. 12. *§. Respondeo, & dico.* ✠. *De impossibilitate ex parte passi.* B. 4.

Hominis mortalis appetitus sensitiuus cum naturaliter inclinetur ad delectabile; & appetitus sensitiuus natus sit appetitum intellectiuum inclinare; beatitudo autem non compatiatur in appetitu intellectiuo aliquam deordinationem; nec in sensitiuo, quia summa delectatio amouet omnem tristitiam non solùm oppositam, sed contingentem; & per consequens non sinatur appetitus sensitiuus habere tristitiam circa passionem: inde sit quod mortalitas impeditur ab effectu, qui naturaliter natus est consequi; & per consequens repugnat mortalitati hominis beatitudo, ratione repugnantiæ effectuum naturaliter consequentium. 4. D. 49. Q. 12. *§. Respondeo, & dico.* ✠. *De impossibilitate ex parte passi.* C. 4.

Hominis corpus licet non sit beatificabile beatitudine propriè dicta, sicut loquitur Augustinus ad Dioscorum, quæ scilicet est in actu intellectus, & voluntatis; tamen est secundum quid beatificabile; & siue illa beatitudo corporis sit immediatè à Deo, siue ex redundantia beatitudinis animæ; tamen ordo est ibi, quòd beatitudo animæ non est omninò perfecta sine illa corporis: Cum ergo beatitudo corporis non possit stare cum vita mortali, & repugnat effectui perfectæ beatitudinis esse in vita mortali: Ex quo patet quòd sine miraculo non potest esse beatitudo in vita mortali: Et non solùm in hoc, quòd dator beatitudo, est miraculum, sed quia res naturalis impeditur ab effectu suo naturaliter consequente; non tamen per agens naturale contrarium. *ibidem.* C. D. 5.

Homo [de lege communi] non potest esse beatus in vita mortali: nam iuxta Augustinum. 13. de Trin. cap. 8. cum mortalitate non potest esse beatitudo, quia tunc posset beatitudo amitti per mortem, & hoc sciret homo, quòd moreretur: tunc sic arguit; Aut volens amitteret, aut nolens; aut nec sic, nec sic: Si volens, iam non esset illud summè volibile: Si nolens; ergo timeret, & sic tristaretur: Si nec sic, nec sic; ergo non curaret de maximo bono suo; quod est inconueniens. Vltra quod Exodi. 34. dicitur: *non videbit me homo, & viuet.* Ibi glossa est pro hoc. 4. D. 49. Q. 12. *In primo, & secundo argumento ad oppositum.* n. 2. & *ibidem.* Q. 13. *§. Respondeo patet, quod ita est.* A. 2.

Homo totus post resurrectionem erit beatus, quia totus homo meruit; & sic totum erit beatum in corpore immortali. 4. D. 49. Q 13. *§. Respondeo.* A. 2.

Homo beatus habebit perfectionem, quæ competit suæ naturæ; & qualis erit immortalitas; quia animæ immor-

Homo re spectu sui vltimi finis, & beatitudinis,

tali non repugnat perficere suum perfectibile: Vnde sicut ex immortalitate animæ cõcluditur resurrectio; ita probabiliter concluditur ex eadem immortalitas hominis,& per consequens corporis,& ita impassibilitas,loquendo de passione reali, vt distinguitur contra passionem insensionalem, *ibidem*.

Homo si secundum rectam rationem debet se coniungere fini, tunc secundum rectam rationem debet se coniungere omni, quo coniungitur illi fini: sicut si tenetur ad finẽ moralem secundum rectam rationem; tunc quicquid concomitatur illum actum, nihilominus habet æquè necessarium ordinem ad illum finem: Vnde siue concomitetur immortalitas, siue non; pro illo nunc, ne perdat finem moralem, secundum rectam rationem, tenetur ad illum actum virtutis, per quem sibi coniungitur. 4. D. 50. Qu.2. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ¥. *Respondeo: si homo secundum rectam rationem*. E.12. Vide, *Homo quo ad animam, & corpus*,

Homo quo ad gratiam, meritum, demeritum, pœnam, & præmium.

Homo per hoc, quod præuidetur bene vsurus accepto, non meretur accipere illud; tunc enim posset mereri primam gratiam, quia præuidetur à Deo dante eam benè vsurus ea; & tunc gratia non esset gratia, quia esset ex meritis, licet non positis in effectu, tamen præuisis. 2.D. 5. Quæst. 1. §. *In ista quæstione*, ¥, *Præterea: per hoc quod aliquis*. n.2.

Homo in tota vita sua existens in merito, in instanti mortis non potest demereri, nec ponere obicem, quin præmietur; meruit enim, vt tunc daretur sibi impeccabilitas, ne tunc posset ponere obicem; & ideo de merentibus per totam moram viæ non potest dici quòd ille in instanti remunerationis ponat obicem, & ille non; hoc enim videtur ponere quòd instans præmij, non sit terminus, sed quòd tunc sit in via; aut saltem ille, qui potest ponere obicem, est in via, & irrationabiliter videtur ponere obicem. 2.D.5.Qu.1.§. *Ad inquirendum de istis vijs*. ¥.*Confirmatur: homo enim*. D.6.

Hominem si Deus abinitio fecisset in pœna, propter hoc, dicente Augustino 3. de libero arbit. non esset vituperandus Deus, nec iniustus; sed si ab initio non fecisset in pœna, & postea fecisset eum in pœna, sine suo demerito, vituperandus esset. 2. D. 5. Quæst. 2. §. *Respondeo: primò videndum est*, ¥. *Vtrum autem in primo instanti*, B.3.

Homini cuilibet si data fuisset prima gratia sine meritis (sicut modo, licet quilibet sit filius iræ, cuilibet tamen dat primam gratiam, sine meritis proprijs, & tunc mereretur beatitudinem) potuisset mereri, de possibili, delectionem culpæ, 3. D. 20. Q. Vn. §. *Contra illud, quod dicitur in quarto articulo*. ¥. *Præterea: videtur de possibili*. C.9.

Homo capax est gratiæ, & dispositionis cuiusdam ad gratiam; & ideo quando propter impedimentum suum non recipit gratiam, recipit tamen istam dispositionem; & ista est character: alia verò consecrata, vt Calix, Ecclesia, & huiusmodi, non recipiunt formam inhærentem eis, quia non sunt capacia. 4.Dist.6.Quæst.9. §. *Ad quæstionem potest dici*. ¥. *Ad illud, quod tangitur primò*, K.16.

Homo in eo, quòd non recipit sanctitatem formaliter, non distinguitur ab alijs sanctificatis, quæ non possunt recipere sanctitatem formaliter, vt sunt calix, Ecclesia &c. Sed distinguitur in hoc, quòd est capax non solum sanctitatis formaliter, sed dispositionis ad eam; ista autem non: Et si non recipiat illud vltimum propter impedimentum ex parte eius, tamen recipit dispositionem præuiam. 4.D. 6. Qu.9. §. *Ad quæstionem potest dici*, ¥. *Respondeo quod homo*. K.17.

Homo etsi, Deo auctore, non fiat deterior malitia culpæ, tamen potest esse malus malitia pœnæ, & multò magis obligatus ad pœnam; cum nullus sit rectè obligatus ad

pœnam, nisi per actum voluntatis Diuinæ. 4.D.22.Qu. Vn. §. *De primo dicitur*. ¥. *Contra hoc*, A.4.

Homines post iudicium cruciabuntur igne infernali, secundum illud Matth. 25. vbi Iudex dicit hominibus damnandis, *Ite maledicti in ignem æternum*. 4.D.44.Qu.3. *In argumento ad oppositum*. n.1.

Homo ille, nempè Iudas, qui tradidit Saluatorem (de quo dicitur Matth. 26. *Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille*) potest concedi quòd priùs debuisset eligere se non fuisse creatum à Deo, quàm quòd fecisset illud malum: Si autem intelligatur, quòd melius fuisset sibi non fuisse natum, quàm habere pœnam illam; tunc exponitur de natiuitate extra vterum, quòd meliùs sibi fuisset, quòd fuisset mortuus in vtero. 4. D. 50. Quæst. 2. §. *Ad argumenta, nempè primæ quæstionis*. ¥. *Ad primum dicendum*. E.12.

Hominem oportebat prius fieri liberum, vt benè posset velle, & malè; nec gratis, vel frustra, si benè; nec impunè, si malè; Augustin. in Enchirid. cap. 14. hoc est, in statu illo primò meretur, vel demeretur: Et sequitur. *Postea verò sic erit, vt malè velle non possit; nec ideo libero carebit arbitrio; multò quippe liberius erit arbitrium, quod omninò non poterit seruire peccato*: & subdit quasi pro probatione: *Neque culpanda est voluntas; aut voluntas non est; aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solùm nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus: sicut enim anima nostra nunc habet nolle infelicitatem; ita tunc nolle iniquitatem semper habitura est*. Quodl. Q.16. §. *De secundo articulo principali dico*. K.8.

Homo in ordine ad Deum.

Homo non tenetur, nec tentione necessitatis, contra quam fit peccatum mortale; nec tentione minori, contra quam fit peccatum veniale, referre semper actum suum in Deum actualiter, vel virtualiter, quia Deus non obligauit nos ad hoc. 2.D.41.Qu.Vn. §. *Aliter posset dici*. ¥. *Triplici autem modo*. C.4.

Homini, secundùm Anselmum, si remittitur debitum peccati, vt non teneatur ad reddendum Deo honorem, quem peccando abstulit, & hoc propter impotentiam reddendi, quia non potest; hoc non est aliud dicere, nisi quòd Deus dimittit debitum, quia homo reddere non potest; talem autem misericordiam attribuere Deo, derisio est. 3. D. 20. Quæst. Vnica. §. *Ad istam quæstionem*. ¥. *Primo primam*. n.4.

Homini puro, qui pro nobis satisfecisset, non obligaremur tantùm, quantùm obligamur Deo: imo simpliciter Deo obligaremur, quia totum, quod ille haberet, esset à Deo: obligaremur tamen multùm illi homini, sicut obligamur Beatæ Virgini, & alijs Sanctis, qui meruerunt pro nobis; semper tamen finaliter, & summè Deo, tanquam ei, à quo aliorum bona procedunt, 3 D. 20. Q. Vnica. §. *Contra illud, quod dicis in quarto articulo*. C.9.

Homines minus obediunt soli legi naturæ, quàm Deo præcipienti; quia minus timent, & reuerentur conscientias proprias, quàm authoritatem Diuinam: & ideo essò obligent præcepta legis naturæ, putà principia practica manifesta, vel conclusiones; adhuc expediens fuit ponere præcepta Diuina. 4. D. 26. Quæst. Vnica. §. *Ad solutionem quæstionum tractandarum*. ¥. *Tertia conclusio*. H.9.

Homo licet ex creatione teneatur Deo in omnibus, quæ potest; Deus tamen non tantùm exigit vt seruet præcepta Decalogi: Vnde potest quis se vendere in seruum, licet de hoc non inueniatur specialis approbatio Diuina in scriptura; in qua venditione ita transfert potestatem sui corporis in alium, sicut in contractu matrimonij: Consimiliter patet de translatione dominij omnium suarum rerum. Et tota ratio est, quia in quibus Deus non obligat sibi hominem, vel

sua,

sua, relinquit ea voluntati hominis. *ibidem*. ℣. *Sed diceretur hic*. H. 10.

Homo in somno, vel extasi de congruo magis disponitur, vt, immutando intellectum, Deus aliqua sibi reuelet; magis, inquam, tunc disponitur ad hoc, per amotionem impedimenti; quia scilicet non est distractus circa alia obiecta. 4.D.45.Q.2. §. *Hic tenetur negatiua*. ℣. *Quæ autem adducuntur*. B. 11. Vide. *Hominis creatio*. & *Homo quoad redemptionem, & satisfactionem*.

Homo in ordine ad Christum.

Hominem hunc esse crucifixum, non implicando Verbum in subiecto, non est creditum, vel verum Theologicum; quia hunc hominem in Cruce potuerunt Iudæi naturaliter videre: Sed creditum est, & verum Theologicum, Verbum esse hominem de Virgine natum; Verbum esse hominem crucifixum; Verbum esse hominem resurgentem; & sic de alijs articulis pertinentibus ad humanitatem. *Prolog*. Q. 3. §. *Ex prædictis apparet*. ℣. *Illa etiam persuasio de fide*. O. 15.

Homo nullus fuit Pater Christi Domini; & si aliquis habuit virtutem actiuam, secundum quam potuit egisse ad formationem illius corporis, vt Pater; sed non egit, Spiritu Sancto præueniente. 3.D.4 Q.Vn. §. *Contra: si ignis esset perfectissimè actiuus*. ℣. *Hoc etiam probatur in proposito*. sub A. 5.

Homo constitutus ex anima, & corpore, & importans rationem suppositi, non rectè dicitur incarnatione cæpisse fieri Deus, & assumptus à Verbo, sibique vnitus; quia assumens non est illud, quod assumitur; Verbum autem est ille homo. 3.D.6.Q.3.§. *Vltimò quæritur*. ℣. *Respondeo, quòd prima non tenetur*. n. 1.

Hominem totũ cùm adoro, non adoro præcisè caput, excludendo alias partes ab illa adoratione; sic adoro totũ Christũ habentem carnem, non excludendo à termino adorationis carnem ipsam vnitam Verbo, licet ipsa non sit ratio adorandi. 3.D.9.Q.Vn. §. *De tertio articulo*. ℣. *Hoc etiam modo distinguo*. D. 6.

Homo prædicat aliquid de Christo, & illud est creatum, & creatura; ita quòd de illa natura verè dicitur creatura; sed non sequitur, ergo de Christo. 3. D.11.Q.1.§. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud concedo, quod homo*. G. 13.

Homo creatus potest dici quòd sit Christus, ita quòd ly *creatus* distrahatur ibi per hoc, quod est homo, vt dicatur creatus homo: & tunc non sequitur, ergo est creatura; sed est fallacia secundum quid, & simpliciter: sicut hic: Sortes factus est albus? ergo est factus. *ibidem*. ℣. *Ad aliud potest dici, quòd est homo creatus*. G. 13.

Homo iste, seu *Iste homo incæpit esse*; ista propositio posset concedi de subiecto [nempè de Christo] demonstrante suppositum; non tamen nudè; quia non in natura Diuina; sed in natura humana verum est enunciare inceptionem simpliciter illius subiecti; ita quod non debeat concedi, *Filius Dei incæpit esse*, sicut *Christus*, *vel iste homo incæpit esse*; quia esse humanum est esse simpliciter Christi, vel istius hominis, non autem est esse Verbi simpliciter; quia licet de Verbo dicat esse simpliciter, quia esse substantiæ; non tamen est esse simpliciter Verbi; quia respectu Verbi est esse quasi aduentitium, & quasi esse accidentis respectu subiecti; non autem est ita aduentitium esse respectu Christi, vel respectu istius hominis. 3.D.11. Q. 3. §. *Hic sunt duo*. ℣. *Hoc modo*. C. D. 4.

Homo iste, nempè Christus, non potest supponere nisi pro supposito naturæ Diuinæ: tamen potest supponere pro illo, vt est suppositum in natura humana: sicut Sortes albus supponit pro supposito substantiæ, tamen vt in albedine existens. *ibidem*. ℣. *Et si dicat*. D. 5. Vide. *Homo quoad redemptionem, & satisfactionem*.

Homo non fuit Christus in triduò, Theologicè loquendo, esto habuerit animam sibi vnitam; hæc enim non dicit totam hominis quidditatem, vt vult Augustinus 3. de Ciuit. cap. vltimo, vbi inquit; *Hoc verum est, quòd non totus homo, sed pars melior anima est; nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis*. Et sequitur: *Sed dum est*

vtrumque coniunctum, simul habet hominis nomen. Nota in ista authoritate, quòd corpus est pars hominis, contra illos, qui dicunt, animam esse totam quidditatem hominis; quod non est verum, quia quidditas dicit totum, quod dicit homo, & homo includit corpus, vt patet; igitur & quidditas. 3. D. 22. Q. Vn. §. *Contra ista primò quòd conclusio*. n. 4.

Homo vniuocè nobiscum non esset Christus, secundùm Damascenum lib. 3. cap. 12. contra hæreticos, nisi habuisset veram carnem de Virgine substantialiter sumptam: hoc autem argumentum nihil valet, si caro non est de ratione hominis; quia habendo animam eiusdem rationis, esset homo eiusdem rationis, si corpus, vel caro esset extra rationem hominis. 3. D.22.Q.Vn.§. *Contra ista*. ℣. *Præterea Damascenus*. n. 4.

Homo non fuit Christus in triduo, quia licet habuit partes naturæ vnitas sibi, non tamen habuit naturam humanam sibi vnitam; natura enim humana non est partes, nec partes vnitæ; quia pono quòd natura in se dicit entitatem absolutam, vltra partes: Vnde humanitas non dicit solum respectum vnionis partium vltrà partes; non enim illud, quo homo formaliter est homo, est relatio; est autem homo formaliter homo humanitate: Si enim homo nihil esset, nisi partes vnitæ sibi, homo non esset vnum, nisi aggregatione; sicut nec quinarius est vnitates quinque, sed est illud totum, quod resultat ex quinque vnitatibus; aliter si esset illæ vnitates, esset vnum, sicut aceruus. 3. D.22 Quæst. Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ℣. *Modo ad propositum*. L. 18.

Homo habet vnitatem quamdam, & entitatem aliam à partibus etiam vnitis; non tamen partialem entitatem, quæ cum istis faciat compositum; tunc enim procederetur in infinitum: & illud totum, siue forma totius non fuit vnita Verbo in triduo; ideo tunc Verbum non fuit homo; & quamuis illud totum non sit sine vnione partium, tamen vnio illa, vel relatio non est formalis ratio illius totius. *ibidem*.

Homo fuit Christus in triduo, hæc non est vera, etiam logicè loquendo; sicut nec ista, si aliquis illam protulisset in triduo, *Christus est homo*; nec propter hoc nego istam, *Cæsar est homo*, nullo homine existente; quia in ista, *Christus est homo*, alterum extremum, vt Christus, non habet vnum conceptum, secundum Damascenum cap. 49. *Christus autem*, ait, *nomen hypostaseos dicimus, non vnimodè dictum, sed duarum naturarum existens significatiuum*; Dicit igitur duos conceptus, scilicet Deum, & hominem; & ex alia parte Cæsar dicit vnum conceptum. 3. D.22. Quæst. Vnica. §. *Sed quid logicè loquendo*. M. 19. Et *ibidem*. ℣. *Modo ad propositum*. Vide. *Homo vt subiectum, vel prædicatum in propositione*.

Homo quo ad peccatum, & iustitiam.

Homo primus non peccauit ex ignorantia, quæ est error; quia error non præcessit ista, scilicet quòd crederet, illud factum esse bonum, vel bonum ex hoc sequi; quia vt dicit Augustinus 3. de lib. arbit. approbare vera pro falsis, est naturæ lapsæ, non institutæ. 2.D.22.Q.Vn. §. *Respondeo*. ℣. *Item distinguitur*. A. B. 2.

Homini primo, quando peccauit, offerebatur aliquid simplex, quod vt verum bonum potuit apprendi, scilicet diligere vxorem; tamen non est vsus, sicut apprehendit: Vnde sciuit esse melius Deo placere, quàm vxori; & volitio, qua voluit vxori placere, fuit peccatum; & ante illam non habuit errorem, nisi impropriè vocando errorem; & ideo priùs peccauit, quàm errauit; quia si ante peccatum errauit, bonum aliquod apparuit sibi, quod non erat bonum, sed apparebat; & tunc circà principium potuit esse error, quia illud est principium, quod apparet de se verum. *ibidem*. ℣. *Contra si offerebatur sibi*. B. 2.

Homo primus sciuit esse contra præceptum Dei comedere de ligno; adeoque ignorantia facti non præcessit peccatum:

Homo quoad peccatum, & iustitiam.

Sed loquendo de ignorantia circumstantiarum consequentium, vtpotè vtrum tanta pœna sequeretur; benè potuit habere illam ignorantiam ante peccatum. 2. Dist. 22. Quæst. Vnic. §. *Respondeo*, ✠. *Si autem dicatur*, C. 3.

Hominis primi peccatum potuit sequi ignorantia, inquantum ex immoderato appetitu complacendi vxori suæ, peccando, credidit oppositum, scilicet esse veniale, quod erat mortale, *ibidem*.

Hominis primi credulitas erronea, quòd suum peccatum esset veniale, vel concomitabatur, vel sequebatur primum peccatum, *ibidem*. ✠. *Ad primam rationem*, C. 3.

Homo primus peccauit ex electione in eo, quod elegit sic complacere vxori; non tamen intelligendo electionem, prout est conclusio syllogismi practici: potuit enim, quod inordinatè appetijt, fuisse absolutè apprehensum apprehensione simplici, absque aliquo erroneo iudicio præcedente; & hoc sufficit ad hoc, quòd illud inordinatè appeteret, *ibidem*. ✠. *Ad secundum*. C. 3.

Homo existens in puris naturalibus, non est æqualis ei, qui peccauit, existenti in iustitia; non quia iste habeat aliquam curuitatem, quam ille non habet; Sed quia iste debitor est iustitiæ originalis, quam accepit; ille non: ideo iste est reus, & ille non; & si neutri conferatur visio Dei, vni tamen est carentia visionis pœna, alij non est; reus enim priuatur ea propter reatum peccati, alter verò priuatur ea ex conditione naturæ. 2. D. 29. Q. Vn. §. *Ad primum argumentum dico*. ✠. *Ad tertium dico*. D. 6. & *ibidem*. D. 33. Q. Vn. §. *Et si quæratur*. ✠. *Et ideo ad quintum*. D. 4.

Homo miraculosè formatus de carne digiti mei (si contrahatur peccatum originale per qualitatem morbidam acceptam in generatione per semen infectum) contraheret peccatum originale, quod est contra Anselmum cap. 19. vbi vult quod duæ sunt rationes, quare Christus non contraxit peccatum originale, quarum vna per se sufficeret sine altera: vna, quia purgata fuit caro eius in Beata Virgine: secunda, quia non erat filius naturalis Adæ; & ideo non obligabatur in Adam. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Circa secundum articulum*. ✠. *Tertium dubium*. n. 5.

Homo primus difficilè saluari potest quòd potuerit actu suæ voluntatis inficere carnem suam, quin secundus, & tertius post eum possit similiter: Et ita cum multi Patres intermedij peccauerunt mortaliter, semper caro seminata est magis, & magis infecta, quod videtur absurdum, quia non omnis, modo genitus, pronior est ad inordinatè delectandum, quàm quicunque antiqui prius geniti: tùm etiam quia videretur sequi quòd peccatum originale intenderetur; quamuis enim, si ponatur peccatum originale priuatio totalis, non recipiat magis, & minus; tamen si ponatur curuitas, vel concupiscentia, secundum Henricum, potest esse maior, vel minor. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Contra omnes tres articulos*. A. 6.

Homo quilibet communiter propagatus habet carentiam iustitiæ originalis, & est debitor istius iustitiæ, quia accepit eam in primo Parente, per cuius parentis actum amisit eam: & ita tenendo, secundùm auctoritates Sanctorum, quòd sit originale peccatum in omnibus communiter propagatis, secundum hanc descriptionem, quilibet sic propagatus habet peccatum originale. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum*. C. 8. & *ibidem*. ✠. *Respondeo non faciendo mentionem*. C. 9.

Homo ipse, secundum Anselmum cap. 2. sibi impotentiam fecit recuperandi iustitiam, quam amisit in primis Parentibus, in quibus tota natura erat, & semper debitrix est, habere potestatem, quam ad obseruandam semper iustitiam accepit. *ibidem*. §. *Quantum ad secundum*. C. 8.

Hominis auersio à Deo est essentialis ratio peccati cuiuscunque; sicut enim formalis ratio rectitudinis est propropria virtus in actu finis circa ens ad finem; sic & carentia rectitudinis talis, est carentia propriæ virtutis à fine, quia propria auersio formalis ab eo, quod est necessarium ad finem: & hoc modo nihil aliud est auersio, nisi inordinatio voluntatis circa aliquod ordinatum ad finem ex præcepto Diuino, circa quod deberet

Homo quo ad peccatum, & iustitiam.

ordinari. 2. D. 37. Q. Vn. §. *Ex ista solutione*, ✠. *Ad primum dico*. D. 8.

Homine nullo sapiente auctore (inquit Augustinus lib. 83. quæstionum quæst. 3.) *fit homo deterior: tanta enim est ista in homine culpa, vt in homine sapiente non cadat*. Deus autem, secundum eundem August. ibidem quæst. 4. est omni homine sapiente præstantior; non igitur, Deo auctore, fit homo deterior. 2. D. 37. Qu. Vn. §. *Sed tunc restat videre*, ✠. *Prima talis*. R. 11.

Homo existens continuè in gratia videtur vel quòd mereatur continuè, vel peccet mortaliter, vel saltem venialiter, si ponatur, quòd omnis ipsius actus debeat referri actualiter, vel virtualiter in finem vltimum: nam multos actus elicit continuè, qui nec referuntur actualiter, nec virtualiter in finem vltimum: Ideo probabile videtur actus indifferentes ponere, quia non habent sufficientem rationem malitiæ, pertinentem ad peccatum veniale; quia possibile est nullam deordinationem esse in eis, quæ sufficiat ad rationem peccati; non enim tenetur homo, nec tentione necessitatis, contra quam sit peccatum mortale; nec tentione minori, contra quam sit peccatum veniale, referre semper actum suum in Deum actualiter, vel virtualiter, quia Deus non obligauit nos ad hoc: neque videtur esse in istis actibus sufficiens ratio bonitatis, vt sint meritorij; quia non videtur minor relatio sufficere ad meritum, quàm relatio virtualis, qualis non est hic. 2. D 41. Qu. Vnic. § *Aliter posset dici*. ✠. *Triplici autem modo*. B. C. 4.

Homo quia habet propositum de nunquam pænitendo, dicitur finaliter impænitens, non quia decedit sine pænitentia; tale autem propositum oritur ex desperatione: & sic dicit Augustinus de fide ad Petrum, quòd homines pessimi incidunt in hoc peccatum; vt patet de Cain, qui dicit Genes. 4. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear*: credidit enim, misericordiam Dei esse minorem suo delicto: misericordia autem Dei est bonitas, quæ appropriatur Spiritui Sancto; & ideo finalis impænitentia dicitur peccatum in Spiritum Sanctum. 2. Dist. 43. Quæst. 1. §. *Respondeo, hic primò videndum est*. ✠. *Dico tamen breuiter*. D. 6. *Vide*. *Homo quoad redemptionem, & satisfactionem*.

Homo peccauit suggestione Diaboli, & suggestione vxoris. 3. D. 20. Qu. Vn. §. *Ad primum principale*. ✠. *Alia etiam responsio*. E. 11.

Hominem aliquem, possibile est, existere in peccato mortali vsque ad instans A. & ab illo instanti necessitari ad toto corde insistendum circa actus distrahentes à cogitatione de peccato commisso; & tamen posset Deus illi remittere peccatum per aliquem motum feruentem dilectionis in Deum, absque quocunque actu pænitentiæ; vtpotè in actu feruoris ad martyrium statim sustinendum, vbi fortè non esset cogitatio de aliquo peccato mortali priùs commisso; nec per consequens aliquod pænitere formaliter, licet in illo motu esset pænitere virtualiter. 4. Dist. 14. Quæst. 1. §. *Ex his ad solutionem quæstionis*. ✠. *Ex ista ratione patere potest*. V. 18.

Homo, qui scienter exponit se periculo salutis suæ, peccat mortaliter; & ideo iste, si aliquo actu elicito determinat sibi nunquam pænitere, nisi in extremis, illo actu elicito exponit se periculo tali, & peccat mortaliter: at de illo peccato, si sic peccauit, possibile est ipsum pænitere in extremis, sicut & de alijs. 4. Dist. 20. Quæst. 1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad secundum*. E. 8.

Homo, quamdiù habet vsum liberi arbitrij, potest peccare peccato interiori, licet non exteriori, saltem complacendo in peccatis iam priùs commissis; & ita potest peccatum tunc dimittere per displicentiam de eis, licet necesse sit non peccare peccato exteriori: Sed istud etiam in tantum potest esse sibi pro tunc voluntarium, vt habeat tunc voluntatem; quòd si posset tunc peccare peccato exteriori, fugeret hoc omninò, & non tantùm displicentiam, sed aliam pænitentiam exteriorem habe-

Homo quo ad peccatum, & iustitiam.

habere de peccatis prius commissis, saltem in voto, si superuiuat. 4.D.20.Q.1.§. *Ad argumenta*. ✠. *Ad tertium dico*. E.8.

Homini pænitenti plus Deus donat, siue remittit, quàm innocenti, quia innocens non habet quod sibi remittatur: Vnde sic verum est, quòd ille plus tenetur diligere, cui plura donantur, idest remittuntur, comparando duos, quorum vni pauciora donantur, & alteri plura; & hoc, si non esset beneficium aliud datum, nisi hoc, quod est donare, vel remittere; sed nullus est, cui Deus pauca donat, quia pauca commisit, quin sit eidem aliud beneficium datum magis, quàm donare, idest remittere plura, scilicet præseruare ab alijs, in quæ cadere potuisset, & cecidisset, nisi præseruatus à Deo fuisset. 4.D 22. Qu.Vn. §. *De tertio articulo*. ✠. *Respondeo donare*. O.16.

Homo quo ad redemptionem, & satisfactionem.

Hominem redimi, secundum Anselmum, necessarium fuit: quia Deus, & natura nihil faciunt frustra; frustra autem fieret creatura rationalis, nisi posset summum bonum propter se amare, & ei per cognitionem, & amorem propter se inhærere: aut ergo Deus deducit hominem ad hunc finem, aut non: si non; frustra igitur factus fuisset: si sic; cum iam lapsus fuerit per peccatum, necesse est ipsum reparari. Hoc cap. 1. & 2. Cur Deus homo. Et ideo in cap. 4. concludit: Ex his est facilè cognoscere, quòd aut hoc perficiet Deus de natura humana, quod incæpit; aut in vanum fecit tam sublimem naturam. 3. D. 20. Qu. Vn. §. *Ad istam quæstionem*. n. 3.

Homo, secundùm Anselmum, non potuit redimi sine satisfactione: Vnde inquit lib. primo Cur Deus homo. cap. 24. & 25. *Iniustus est omnis, qui non reddit Deo, quod debet; quia iniustus est etiam, si non reddat homini, quod debet*: nullus autem iniustus admittitur ad beatitudinem æternam; & per consequens qui non soluit Deo, quod debet, non saluabitur: omnis autem peccator abstulit à Deo honorem sibi debitum; adeoque quousque satisfecerit, est debitor, & iniustus; & sic sine satisfactione redimi non potest. 3. D.20.Q.Vn.§. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Secundum probatur sic*. n. 3.

Homo, secundum Anselmum, si spontè non se deiecisset in impotentiam satisfaciendi, peccando, excusaret illum impotentia à satisfactione: Vnde quia sic se in impotentiam proiecit, ideo ipsa impotentia est peccatum, quia debet eam non habere; debet enim posse reddere honorem Deo, quem abstulit; & ideo si per peccatum facit se impotentem ad reddendum, non excusatur, sed vituperatur. Et ponit exemplum: Si Dominus præcipiat seruo aliquod bonum opus, & præcipiat sibi, ne se præcipitet in foueam sibi monstratam, de qua non poterit surgere; si seruus spontè proijciat se in foueam, contemnens mandatum Domini sui, vt sic non posset perficere opus sibi præceptum à Domino, non excusatur ex impotentia, quia ipsam impotentiam ipse fecit sibi: Sic in proposito, impotentiam satisfaciendi fecit sibi homo per peccatum; ideo ex impotentia non excusatur, sed est ei peccatum, & iniustitia; nullus autem iniustus admittitur ad beatitudinem; quare oportet satisfacere, vt fiat iustus. 3. D.20. Quæst. Vnica. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Primò primam dicent*. n.4.

Homini, secundùm Anselmum, aut remittitur debitum peccati, vt non teneatur ad reddendum Deo honorem, quem peccando abstulit, & hoc propter impotentiam reddendi, quia non potest reddere; aut dimittit Deus pœnam pro peccatis, dando beatitudinem: si primum detur, illud non est aliud dicere, nisi quod Deus dimittit debitum, quia homo reddere non potest; talem autem misericordiam attribuere Deo, derisio est: Si autem remittat pœnam, & facit hominem beatum, tunc beatificat hominem propter peccatum, quia scilicet habet impotentiam reddendi, & satisfaciendi, quam debet non habere, quod est habere peccatum. *ibidem*.

Homo purus, secundùm Anselmum, non potuit reddere illam satisfactionem, quæ Deo debebatur: nam nullus satisfacit pro peccato hominis, nisi reddat aliquid maius eo, pro quo peccatum facere non debuerat; pro omni autem

Homo quo ad redemptionem, & satisfactionem.

eo, quod est citra Deum, vel esse potest, non debuit peccasse; adeoque non potuit satisfacere, nisi redderet Deo aliquid maius omni creatura facta, & possibili fieri: atqui maius omni creatura simul sumpta (sicut arguit idem Anselmus lib.1. Cur Deus homo cap.22) non potest reddere purus homo; & sic oportet, Deum satisfacere pro peccato. 3.D.20.Q.Vn.§. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Tertium, scilicet quod illa satisfactio*. n.5.

Homo peccator, secundum Anselmum, lib. 1. Cur Deus homo. cap. 22. Si reddat Deo solùm illud, quod debet, si esset innocens, & nunquam peccasset, non est satisfactio pro peccato; Sed omnia, quæ potest homo facere, scilicet Deum honorare; cor Deo humiliter offerre; misericordiam in dando, & dimittendo; & obediendo; & quidquid videtur posse, totum debet Deo, etiamsi non peccasset: Vnde hoc exhibendo Deo, non satisfacit pro peccato; & consequenter requiritur aliquid maius omnibus his offerri Deo ad hoc, quòd satisfactio valeat; quod non potest fieri à puro homine. *ibidem*. ✠. *Præterea ad idem*. n.5.

Homo (arguit Anselmus lib. 1. Cur Deus homo cap. 23. & 24.) non potest satisfacere Deo pro peccato, nisi reddat Deo totum, quod abstulit; sed abstulit Deo quidquid de natura humana Deus facere proposuerat; proposuerat autem de omnibus iustis facere numerum electorum, ad quem numerum perficiendum, homo factus est: sed nullatenus potuit hoc reddere homo peccator, quia peccator peccatorem iustificare nequit: Nec decuit, quod aliquis innocens, non descendens ex Adam redimeret nos per mortem, nisi Deus; quia tunc non fuisset homo restitutus ad pristinam dignitatem, vt soli Deo seruiret; sed fuisset obligatus illi homini, quasi tantum pro redemptione, quantum Deo pro creatione; & ita posset reputare ipsum Deum pro reparatione, sicut verum Deum pro creatione; & præter hoc ille purus homo, quantumcunque innocens, non potuit satisfecisse; & ideo oportuit Deum esse hominem, quia nullus potuit, nisi Deus; nec debuit, nisi homo. 3. D. 20. Qu. Vnica. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Præterea cap. 23. & 24. libri primi arguit*. n.5.

Homo Christus debuit satisfacere per mortem, licet non esset debitor mortis, vt habet Anselmus lib.2. Cur Deus homo cap. 2. Nam ratio docuit, quòd oportebat, illum, qui satisfacere debebat pro homine, habere aliquid maius omni eo, quod est sub Deo, quod spontè, & non ex debito deberet homo; vt sicut spontè homo peccauerat per suauitatem se subijciendo Diabolo, ita vincat per asperitatem ipsum Diabolum: nihil autem asperius, aut difficilius, aut maius sub Deo potest homo ad honorem Dei spontè, & non ex debito, pati, quàm mortem: Et sic Christus homo, qui maior erat omnibus sub Deo, per mortem, quam non debuit pati, satisfacere debuit. 3.D.20 Q.Vn.§. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Quartum, scilicet quòd oportuit*. n.6.

Hominis Christi mors (inquit Anselmus lib.2. Cur Deus homo. cap. 14.) sufficit pro omnibus; vbi approbat responsionem discipuli, dicens ipsum rectè existimare in hoc, quod dicit se malle infinitos mundos, si essent, redigi in nihil, quàm offendere Deum; & potiùs deberet se velle magis omnia peccata, quæ sunt, & fuerunt, permittere cadere supra se, quàm hominem Christum occidere: & concludit sic Anselmus, *Videmus ergo, quod violationi vitæ corporalis huius hominis nulla immensitas, vel multitudo peccatorum extra personam Dei comparari valet*. Quia igitur fuit tàm nobilis vita eius, mors eius fuit multùm accepta Deo, vt per illam satisfacere posset. *ibidem*. ✠. *Hoc idem patet*. n.6.

Homo potuit aliter redimi, quàm per mortem Christi, secundum Augustinum 13. de Trin. cap. 10. dicentem, *Alius modus redimendi hominem Deo non defuit; cuius enim potestati cuncta subiacent*: Vnde non fuit necessitas redimendi hominem per mortem Christi, vt aliter redemptio esse non possit. 3. D. 20. Quæst. Vnica. §. *In istis dictis Anselmi*. ✠. *Primò enim ipsa conclusio*. n.7.

Homo Christus quòd redimat hominem per mortem

Homo quo ad redemptionem, & satisfactionem.

non est aliqua necessitas, nisi necessitas consequentiæ, scilicet posito quòd Deus ordinauerit sic illum redimere: sicut si curro, moueor; hæc est necessitas consequentiæ; sed antecedens est simpliciter contingens, & similiter consequens, scilicet, me currere, & me moueri: similiter Christum pati mortem, fuit contingens, sicut contingens fuit ipsum præuideri passurum; adeoque nulla est necessitas, nisi consequentiæ, scilicet, si præuisus fuit pati, patietur; sed tàm antecedens, quam consequens fuit contingens. *ibidem*. ℣. *Præterea: non est aliqua necessitas*. n.7.

Homines reparari ideo esset aliqua necessitas; quia prædestinati sunt ad gloriam, & lapsi non possunt intrare, nisi per satisfactionem: at modo ita est, quòd prædestinatio hominis contingens est, & non necessaria: Sicut enim Deus ab æterno contingenter prædestinauit hominem, & non necessariò, quia nihil necessariò operatur respectu aliquorum extra se, ordinando illa ad bonum; ita potuit non prædestinasse: nec est inconueniens, hominem frustrari à beatitudine, nisi præsupposita prædestinatione hominis; proinde nulla fuit absolutè redemptionis eius necessitas, sicut nec prædestinationis eius. *ibidem*. ℣. *Præterea: nulla est necessitas*. n.7.

Homo, dato quòd satisfactio requiratur ad eius reconciliationem, posset reconciliari, absque eo quòd satisfaciens sit Deus. 3. D.20. Qu. Vnica. §. *Contra ea, quæ dicuntur*. n.8.

Homo quòd non satisfaciat Deo, nisi offerat Deo aliquid maius formaliter, quàm pro quo peccare non debuit, quod est maius tota creatura; credo quod hoc non sit verum: Non enim oportuit, satisfactionem pro peccato primi hominis excedere totam creaturam formaliter in magnitudine, & perfectione; sufficisset enim obtulisse Deo maius bonum, quàm fuerit malum illius hominis peccantis: Vnde si Adam, per gratiam datam, & charitatem, habuisset vnum, vel multos actus diligendi Deum propter se, ex maiori conatu liberi arbitrij, quàm fuit conatus in peccando; talis dilectio sufficisset pro peccato suo remittendo, & fuisset satisfactum: Et tunc falsum est quòd debuit offerre Deo aliquid maius omni eo, pro quo peccare non debuerat; sed sicut per amorem creaturæ, vt obiecti diligibilis, non debuit peccare; ita satisfaciendo, debuit offerre Deo aliquid maius, attingendo per actum obiectiuè, quam sit creatura, scilicet amorem attingentem Deum propter se; & ille amor obiectiuè, vt terminatur in Deum, excedit amorem creaturæ, sicut Deus creaturam: Vnde sicut peccauit per amorem ignobilioris obiecti in infinitum, ita debuit satisfacere per amorem nobilioris in infinitum; & hoc sufficisset saltem de possibili. *ibidem*. A.8.

Hominis amor, quem offerre debet satisfaciendo, debet excedere amorem cuiuscunque creaturæ; & diligere magis obiectum nobilius satisfaciendo, quàm dilexerit ignobilius peccando; tamen ille actus, quo conuertor ad Deum per amorem, in sua formali ratione, non est maior omni creatura; nec etiam amor Christi creatus, quo dilexit Deum, fuit talis. 3. D.20. Q. Vn. §. *Contra ea, quæ dicuntur*, A. B. 8.

Hominem, & nullum alium, debuisse satisfacere, non videtur absolutè necessarium, quia vnus, qui non est debitor, potest satisfacere pro alio, sicut pro alio orare: Vnde sicut Christus homo innocens, non debitor, satisfecit; sic si placuisset Deo, potuit vnus bonus Angelus satisfecisse, offerendo aliquid placitum Deo pro nobis, quod ipse acceptasset pro omnibus peccatis; quia tantùm valet omne creatum oblatum, pro quanto Deus acceperat illud, & non plus. *ibidem*. §. *Contra illud*. B.9.

Homo vnus purus potuisset satisfacere pro omnibus, si fuisset conceptus sine peccato; sicut potuisset fieri de possibili, operatione Spiritus Sancti, & Matris, sicut fuit Christus; & Deus dedisset sibi summam gratiam, quam potuisset recipere, sicut dedit Christo, sine meritis præcedentibus ex liberalitate sua; talis enim potuisset mereri deletionem peccati, sicut & beatitudinem. 3.D.20.Q. Vn. §. *Contra illud*. B.9.

Homini puro, qui pro nobis satisfecisset, non obligaremur tantùm, quantùm obligamur Deo; imo simpliciter Deo obligaremur, quia totum, quod ille haberet, esset à Deo: obligaremur tamen multum sibi, sicut obligamur Beatæ Virgini, & alijs Sanctis, qui meruerunt pro nobis; semper tamen finaliter, & summè Deo, tanquam ei, à quo aliorum bona procedunt. *ibidem*. C.9.

Homo quilibet, de possibili, potest satisfacere pro se; quia si data fuisset cuilibet homini prima gratia sine meritis (sicut modo) licet quilibet sit filius iræ; cuilibet tamen dat gratiam primam sine meritis proprijs: & tunc meretur beatitudinem; adeoque potuit etiam mereri delectionem culpæ. *ibidem*. §. *Contra illud, quod dicit in quarto articulo*. ℣. *Præterea videtur de possibili*. C.9.

Hominem Christum fecisse omnia, quæ facta sunt circa redemptionem nostram, non fuit necessarium, nisi præsupposita ordinatione Diuina, quæ sic ordinauit fieri; & tunc tantùm necessitate consequentiæ necessarium fuit Christum pati; Sed tamen totum fuit contingens simpliciter, & antecedens, & consequens: Vnde credendum est quòd ille homo passus est propter iustitiam: Vidit enim mala Iudæorum, quæ fecerant, & quomodo inordinata affectione, & distorta afficiebantur ad legem suam; nec permittebant homines curari in Sabbatho; & tamen extrahebant ouem, vel bouem de puteo in Sabbatho, & multa alia: Vnde Christus volens eos ab errore illo reuocare per opera, & sermones; maluit mori, quàm tacere; quia tunc erat veritas dicenda Iudæis, & ideo pro iustitia mortuus est: Tamen de facto, sua gratia, passionem suam ordinauit, & obtulit Patri pro nobis; & ideo multum tenemur ei; ex quo enim aliter potuisset homo redimi, & tamen ex sua libera voluntate sic redemit, multum ei tenemur, & amplius, quàm si sic necessariò, & non aliter potuissemus fuisse redempti: ideo ad alliciendum nos ad amorem suum, vt credo, hoc præcipuè fecit; & quia voluit, hominem amplius teneri Deo: sicut si aliquis genuisset primò hominem, & postea instruxisset eum in disciplina, & sanctitate; amplius obligaretur ei, quàm si tantùm genuisset eum, & alius instruxisset: & hæc est congruitas, non necessitas. 3. D. 20. Q. Vnica. §. *Tunc ad quæstionem dico*. D. 10.

Hominem non potuisse aliter redimi, quàm per mortem Christi, si volumus saluare Anselmum ita docentem, dicamus quòd omnes rationes suæ procedunt præsupposita ordinatione Diuina, quæ sic ordinauit hominem redimi: & sic videtur procedere; ita quòd Deus ex præordinatione non voluit acceptare, pro redemptione hominum, nisi mortem filij sui; nulla tamen necessitas absoluta fuit; Vnde in Psal. 129. dicitur, *Copiosa apud eum redemptio*. 3. D.20. Qu. Vnica. §. *Tunc ad quæstionem dico*. D.10.

Homo conuenientiùs debuit reparari, quàm Angelus; quia homo peccauit suggestione Diaboli, qui fuit alterius rationis; & suggestione vxoris: & fortè non ita efficaciter fecit Angelus malus, quia licet aliqua tentatio fuit alijs ruina Luciferi, tamen non ita efficax, sicut hominis à Diabolo. 3.D.20.Q.Vn. §. *Ad primum principale*. ℣. *Alia etiam responsio*. E.11.

Homo Christus absolutè per modum velle potuit satisfecisse, sed tamen aliter voluit. 3.D.20. Q. Vn. §. *Ad primum principale*. ℣. *Ad secundum*. E.11.

Homo nullus (inquit Anselmus lib.2. Cur Deus homo. cap. 15.) potest habere remissionem peccatorum, nisi per hominem, qui idem ipse homo sit & Deus; atque morte sua Deo homines peccatores reconciliet. 3.D.20. Q.Vn. *In argumento ad oppositum*. n.2.

Homini, facto Dei inimico per culpam, disposuit Deus non remittere illam culpam, neque aliquod adiutorium dare ad talem remissionem, siue ad consecutionem beatitudinis, nisi per aliquid sibi oblatum, quod gratiùs acceptaret, quàm offensa illa esset sibi displicens, vel ingrata: nihil autem potest inueniri gratius Trinitati, quàm sit tota culpa, & offensa generis humani displicens, vel ingrata, nisi sit aliquod obsequium personæ magis dilectæ, quàm tota communitas illa (quæ offendit per vniuersalem offensam) fuerat, vel

debebat

Homo quo ad redemptionem, & satisfactionem.

debebat esse chara, si non offendisset: talem personam sic dilectam non potuit genus, ex se, habere, quia totum fuit inimicum de vna massa perditionis: Vnde disposuit Trinitas, personam sic dilectam sibi, dare generi humano, ac ipsam ad hoc inclinare, vt ipsa offerret obsequium pro toto illo genere: talis persona non est, nisi Christus, cui non ad mensuram dedit Deus spiritum charitatis, & gratiæ, Ioan. 3 & tale obsequium est illud, in quo maxima apparet charitas, quod est offerre se vsque ad mortem pro iustitia: Et sic Trinitas nullum adiutorium pertinens ad salutem contulit homini Viatori, nisi in virtute huius oblationis Christi in Cruce factæ; & à persona dilectissima, & ex maxima charitate; & per hoc passio illa fuit meritoria causa respectu boni meritorij collati homini Viatori. 4.D.2.Q.1.§. *Ex his duabus conclusionibus*. ℣. *Et secundum hoc dico*. F.G.7.

Homini inimico maximæ misericordiæ opus est tanta remedia concedere: & etiam maximæ iustitiæ est, propter obsequium tàm gratum personæ tàm dilectæ, tantum remedium conferre illis, pro quibus illa persona obtulit illud obsequium: Iustum enim est acceptare obsequium personæ tàm dilectæ pro illo, pro quo offert obsequium: maxima etiam fuit misericordia in persona offerente, sic se offerre pro inimicis Trinitatis, quam summè dilexit; sed etiam maximæ iustitiæ, tàm in comparatione ad Deum, quàm ad hominem lapsum; quia non videretur maximè diligere Deum, & proximum, nisi pro tanto bono communi, scilicet beatitudine hominis, ad quam Deus prædestinauerat eum, & disposuerat eum non aliter peruenturum, quàm per istud obsequium, vellet istud obsequium exhibere. 4.D.2.Qu.1.§. *Hic sequitur corollarium*. H.8.

Homo quo ad Religionem, & Sacramenta.

Homo sicut posset imponere signum speculatiuum effectus Dei, vt patet de ista oratione, *Deus causat gratiam in anima*; ita posset imponere signum, quod practicè signaret, Deum inuisibiliter agere; sed non posset dare illi signo quod esset regulariter certum; non enim potest dare certitudinem alicui signo practico, nisi in cuius potestate est posse causare signatum illius signi: Vnde cum solus Deus possit se determinare ad causandum effectum sibi proprium, sequitur quòd solus Deus possit dare certitudinem signo practico sui effectus; & sic quòd à solo Deo possit institui Sacramentum, quantum ad signum certum. 4.D.1.Q.3.§. *De secundo dico*. D.5.

Homini pro quocunque statu, in quo est morbus, necessaria est medicina; & pro quocunque statu viæ maximè post lapsum congruum est, hominem manuduci ad inuisibilia per aliquod sensibile: in omni autem statu viæ, maximè post lapsum, morbus est in natura; & consequenter pro omni illo congruum est aliquod institui Sacramentum. 4.D.1.Q.3.§. *De tertio articulo*. F.7.

Homo quia in statu Patriæ non indiget sensibilibus, vt cognoscat intelligibilia pertinentia ad salutem, ideo tunc nullum congruit Sacramentum; neque tunc indiget excitari ad quærendum pertinentia ad salutem, quia est perfectè consecutus salutem. *ibidem*. ℣. *Ex hoc apparet*. G.7.

Homo & si in statu innocentiæ non poterit, nisi ex sensibilibus cognoscere intelligibilia; tamen tunc non fuit congruum institui sacramentum, sicut post lapsum; quia nullum sensibile fuit necessarium tanquam conferens ad salutem, remouendo aliquod impedimentum salutis, vt scilicet possit dici propriè medicina. *ibidem*. ℣. *Pro statu etiam innocentiæ*. G 7.

Homines, inquit Augustinus 19. Contra Faustum, in nullum nomen religionis possunt colligari, nisi aliquorum signorum, velut sacramentorum visibilium, consortio colligantur. 4.D.1.Q.7. *In argumento ad oppositum*. n. 1. Vide. *Homo quoad gratiam*. &c.

Homo nunquam fuit relictus sine remedio certo contra peccatum originale; & de quo non esset certus quòd erat remedium certum; A tempore autem passionis, vsque ad tempus publicationis Euangelij nullum fuit aliud certum nouum remedium datum Iudæis, quia nec publicatum; & consequenter remansit idem, quod priùs, & æquè certum remedium, nempè remansit æquè circumcisio, sicut priùs. 4.D.3.Q.4.§. *De secundo principali*. ℣. *Item nunquam fuit homo relictus*. F.9.

Homo, si recipiens homagium alterius; vel Prælatus recipiens alium ad professionem, posset aliquam formam imprimere obligato, magis hoc faceret, quàm quòd absolutè per actum præteritum sibi esset obligatus: Deus autem potest formam configurantem, hoc est ostendentem obligationem imprimere in anima baptizati, & consequenter illam congruè imprimit in Baptismo. 4.D.6.Qu.9. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad illa, quæ obijciuntur*. L.18.

Hominis ablutio in Baptismo debet esse vel secundum totum corpus; vel secundum partem corporis principalem; vel secundum quamcunque in casu necessitatis. 4.D.6. Qu. 11.§. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Particulæ huius rationis*. D.5.

Homo in susceptione Baptismi debet esse aliqualiter consentiens; & fortè non sufficit, secundum communem opinionem, habitualiter consentire sine virtuali consensu; tamen illud est dubium, quia minor consensus sufficit ad susceptionem sacramenti, quàm ad meritum; ad meritum autem sufficit virtualis consensus: similiter quòd non vtens ratione sit simpliciter capax sacramenti, non habens aliquam dispositionem; & tamen vtens ratione, non habens illam, nullo modo sit capax, non videtur probabile, quia nulla dispositio videtur simpliciter necessariò requisita, vel non requisita propter vsum rationis, vel non vsum. 4.D.6. Quæst.11.§. *ibidem*. ℣. *ibidem*. D.5.

Homo Viator aliqualiter consentiens est susceptiuum, seu subiectum Sacramenti Confirmationis: ly autem *aliqualiter consentiens* intelligendum est, sicut de Baptismo: Sed hic tantùm suscipiens est secundum determinatam partem; propter quod additur in diffinitione huius sacramenti *in fronte*. 4.D.7.Q.1.§. *Circa istam distinctionem*. ℣. *Hic patet*. B.2.

Homini alicui debere alterum de peccatis suis se accusare, qui sit iudex eius; illud non potest probari per nota legis naturæ; nec etiam est eis euidenter consonum, quia nullus homo potest esse iudex peccati hominis, nisi vt minister summi Iudicis. 4.D.17.Q.1.§. *In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem illam*. E.8.

Homo quilibet secundum rectam rationem debet diligere famam propriam, atque adeo celationem sui peccati confessi; & per consequens Confessor debet idem diligere, & velle ipsi confesso; & hoc ex lege naturæ, quæ exprimitur Matth. 7. *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis; hæc est enim lex, & Prophetæ*. Et Lucæ 6. *Prout vultis, vt faciant homines vobis, & vos facite illis*. Cum itaque reuelatio peccati in Confessione detecti tolleret confesso famam; tenetur Confessor de lege naturæ illud non reuelare. 4.D.21.Q.2.§. *In ista quæstione*. ℣. *Teneo igitur primam conclusionem*. D.8.

Homo quilibet, de lege naturæ, tenetur seruare fidelitatem proximo suo, quam vellet, & deberet sibi velle seruari: committens autem secretum maximum alteri, nempè in confessione, vellet sibi seruari, & deberet velle sibi seruari tanquam secretum; proinde alter, cui committit, tenetur illud sibi seruare: & hoc tangitur Prouerb. 11. *Qui ambulat fraudolenter, reuelat arcana; qui autem fidelis est, celat amici commissum*. 4.D.21.Q.2.§. *In ista quæstione*. ℣. *Secunda ratio*. E.9.

Homo quilibet, ex lege naturæ, tenetur seruare promissum licitum: recipiens autem secretum in confessione detectum, etsi non explicitè, tamen implicitè promittit se seruaturum, quia sine tali promisso, saltem subintellecto, non committeretur sibi tale secretum: Et hoc potest sumi ex illo verbo Zacchar. 8. *Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo*. 4.D.21.Q.2.§. *In ista quæstione*. ℣. *Tertia ratio*. E.10.

Homo in contractione matrimonij transfert potestatem sui corporis in alium. 4.D.26.Qu.Vn.§. *Ad solutionem*. ℣. *Sed diceretur hic*. H.10.

Homo quo ad Fidem, Spem, & Charitatem.

Homo quia non dubitat de veracitate Dei, quia hoc cuilibet naturaliter inseritur, scilicet Deum esse veracem; nec dubitatur de approbatione Ecclesiæ, quæ approbat dicta, & scripta virorum præcedentium; ideo non dubitatur de his, quæ in scriptura reuelantur; sed fide acquisita ex auditu firmiter eis adhæret. Vnde hoc tenendum est tanquam certum, quòd reuelatorum in scriptura est in nobis fides acquisita generata ex auditu, & ex actibus nostris, quis eis firmiter adhæremus. 3. D.23. Q. Vn. §. *De primo certum est*. ℣. *Ex istis sequitur*. C.5.

Homo ex puris naturalibus credit, & assentit quòd Deus est verax magis, quàm omnes homines: & hoc scire, & assentire potuit Paulus; proinde fide acquisita ex puris naturalibus potest assentire omnibus reuelatis à Deo; & per consequens quilibet alius; adeoque præter fidem acquisitam non requiritur necessariò, propter assentire, aliqua alia fides. 3. D.23. Q. Vn. §. *Contra: si fides*. ℣. *Præterea in primo*. E.8.

Homo quilibet, cui, & non alij assentitur per fidem acquisitam propter veracitatem illius, potest falli, & fallere in his, quæ dicit: Ex quo igitur ita est, oportet ponere fidem infusam propter primum assensum; vt respiciat Deum pro obiecto primo, de quo, sicut de obiecto, formantur aliæ veritates, quæ continentur in articulis mediatiùs, vel immediatiùs, secundum quod ipsum sic, vel sic respiciunt. 3. D.23. Q. Vn. § *Ad quæstionem tamen dico*. ℣. *Quod autem requiratur fides infusa*. G.15.

Homo, inquit Augustinus 13. de Trinit. cap. 1. *fidem suam tenet firmissima scientia, & certissima, eamque in se videt, clamatque conscientia, quia rerum absentium fides est præsens; & rerum, quæ foris sunt, intus est fides; & rerum, quæ non videntur, videtur fides*. 3. D.23. Q. Vn. §. *Sed quid dicis de fide infusa*. H 17.

Homo ad intelligendum sensum litteræ sacræ Scripturæ, & conclusiones ex illo deducere, & explicare, potest attingere per perspicacitatem naturalis ingenij; hoc enim posset Iudæus facere de Epistolis Pauli, sicut & ego possem: & si ego credo dictis Pauli, & ipse non; in hoc habeo firmiorem adhæsionem ipsi conclusioni, quàm ipse; quia ego credo sensui litteræ, & ipse non, sed opinatur, & ipse elicit conclusionem opinatam, sicut ego creditam: 3. D.24. Qu. Vn. §. *Contra hæc, primò contra opinantem*. A.6.

Homini saluando necessaria fuit fides infusa pro omni statu; quia sicut anima non est accepta Deo, nisi ornetur, & perficiatur per charitatem quoad voluntatem, sic non acceptatur à Deo, nisi perficiatur habitu supernaturali quo ad intellectum: & sicut potentiæ illæ sunt naturaliter ordinatæ in actibus suis, quia intelligere præcedit velle; sic in perfectionibus, quia prius natura perficitur intellectus supernaturaliter, quàm voluntas, licet simul duratione; Ista autem supernaturalis perfectio, qua anima determinatè assentit vero, & credit, est fides infusa: Vndè sicut necessarium fuit hominibus ante Christi aduentum habere charitatem, sic & habere fidem; non quòd sit contradictio ea separari, quia separantur modò in via; manet enim modò fides informis sine charitate; & in Patria manebit charitas sine fide; Sed quia Deus, de lege ordinata, quam statuit, non perficit animam, nisi perficiat eam secundum totum; ideo non perficit voluntatem charitate, nisi perficiat intellectum fide: Vnde ex vno credito, scilicet quòd credimus fidem infusam esse in nobis, qua assentimus simpliciter vero, concludimus, fidem fuisse in Patribus ante Christi aduentum. 3. D.25. Q.1. §. *De primo dico*. A.2.

Homini pro omni statu necessarium fuit habere actum implicitum de omnibus articulis fidei; tunc enim habetur actus implicitè, quando habetur habitus. 3. D.25. Q.1. §. *Sed posito, quod sic*. ℣. *Horum articulorum*. C.6.

Homini saluando non sufficit habere solum actum implicitum de omnibus articulis fidei, sed in habente vsum rationis requiritur actus distinctior, & explicitus; Sed non requiritur necessariò in quolibet pro isto statu, scilicet quod omnes articulos explicitè, & distinctè credat; quia Deus nullum obligat ad impossibile; & ideo si sit aliquis rudis, qui non possit concipere quid est natura, & quid persona, non est necesse quòd habeat actum explicitum de articulo pertinente ad essentiæ vnitatem, & personarum Trinitatem distinctè, sicut habent Clerici litterati; sed sufficit quod si non potest talia intelligere, quia nec terminos, quòd credat, sicut Ecclesia credit. 3. D.25. Q.1. §. *ibidem*. ℣. *ibidem*. D.6.

Homo quilibet habens vsum rationis tenetur pro aliquando ad aliquem actum explicitum fidei, & maximè ad illa, quæ sunt grossa ad capiendum, sicut, quòd Christus natus est; & passus, & alia, quæ pertinent ad redemptionem. *ibidem*.

Homines omnes tenentur ad aliquem actum explicitum articulorum fidei pro aliquando, & ad alios in generali, vt scilicet credant, quod Ecclesia credit. *ibidem*.

Homines maiores in Ecclesijs, qui præficiuntur alijs, & tenentur alios in fide instruere verbo veritatis, & exemplo honestatis, tenentur ad credenda omnia explicitè: Et de huiusmodi loquitur Augustinus 14. de Trinit. cap. 1. *Aliud est scire tantummodo, quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, quæ non nisi æterna est; aliud est scire, quemadmodum hoc ipsum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quod est maiorum in Ecclesia; aliter cito deficeret fides simplicium*. Maiores igitur, qui habent alios instruere, tenentur fidem explicitam habere de omnibus, & pro tempore, illa, quæ credenda sunt, alijs explicare secundum capacitatem eorum. 3. D.25. Q.1. §. *Sed posito, quod sic*. ℣. *Horum articulorum*. D.6.

Homo quilibet simplex tenetur cauere non solum omnem errorem contrarium articulis fidei in symbolo Apostolorum contentis, sed etiam omne, quòd est contrarium veritati scripturæ, scilicet Canonis Bibliæ; quia non posset aliquis pertinaciter adhærere contrario alicuius veritatis in Biblia, quin iudicaretur hæreticus. 3. D.25. Q.1. §. *Sed hic occurrunt quædam dubia*. ℣. *Ad primum istorum*. sub D.8.

Homini simplici necessaria sunt ad credendum explicitè ea, quæ communiter prædicantur in Ecclesia; scilicet quod Christus natus est de Virgine Maria; quòd fuit crucifixus pro redemptione generis humani &c. Sed si sit aliquid credendum, quod tamen non prædicatur communiter in Ecclesia, sed specialiter in vno loco de nouo, non est necessarium simplici credere illud, adhærendo illi firmiter tanquam vero; imò necessarium est, magis illi non adhærere, quousque sciat illud credi ab Ecclesia tanquam verum; & cum hoc sibi constiterit, tenetur illi firmiter adhærere. *ibidem*. E.8.

Homines omnes tenentur pro quolibet statu ad fidem Mediatoris post lapsum hominis, quia nullus saluatur, nisi sit membrum Ecclesiæ post lapsum; quod non est, nisi in fide Mediatoris, sicut patet per Apostolum ad Hebræos. 11. diffusè. *ibidem*. ℣. *Ad tertium dico*. F.9.

Homini saluando sicut semper fuit necessaria fides de Creatore, ita fides Redemptoris semper fuit necessaria ad salutem post lapsum humani generis: Sed illa fides de Mediatore potest esse explicita, sicut quòd Dei Filius Deus, & homo redimeret genus humanum per hoc, quòd nasceretur de Virgine, & moreretur in Cruce; Sed sic explicitè credere in Redemptorem, non fuit necesse pro omni statu; Sed hoc idem potuit credi magis confusè, scilicet, quòd Deus ordinaret aliquam viam redemptionis; Sed quòd hoc fieret per Filium suum incarnatum, vel per Angelum, vel hominem purum, non fuit necesse credere, sed sic generaliter credere fuit necessarium omni homini ad salutem. *ibidem*. ℣. *Præterea: sicut Creator*. F.9.

Homines habentes legem Mosaycam tenebantur credere magis explicitè, quàm non habentes, quia ipsi habuerunt fidem Redemptoris magis explicitè traditam in Prophetijs, & Psalmis. 3. D.25. Q.1. §. *Sed hic occurrunt quædam dubia*. ℣. *Præterea, sicut Creator*. F.9.

Homo quilibet tenetur ad tot credenda ex habitu, quot credibilia sunt sibi explicata ab alijs scientibus; & quia nullus in veteri lege habuit tot sibi explicita, quot habemus nos in lege noua, ideo nullus tenebatur ad tot explicitè credenda; & si aliquis habuerit sibi tot reuelata, vt fortè Abraham, tenebatur illa credere, & alijs credenda explicare, pro captu mentis suæ, pro statu illo. *ibidem*. ℣. *Ad actum autem fidei*. G.9.

Homo quilibet, ex puris naturalibus, saltem in statu naturæ insti-

Homo quo ad Fidem, Spem, & Charitatem.

instituta potest diligere Deum super omnia. 3. D. 27. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad articulum*. I. 15.

Homo immediatè post Deum tenetur se diligere ex charitate; nam pensatis rationibus bonitatis, & vnitatis, quæ sunt rationes diligibilis post Deum, qui est bonum infinitum, in quo est perfectissima ratio bonitatis, occurrit in se ipso alia ratio maxima, scilicet vnitatis, quæ est per fecta identitas: & sic quilibet inclinatur naturaliter ad dilectionem sui post bonum infinitum; inclinatio autem naturalis est recta. 3. D. 29. Qu. *Vnica*. §. *Ex dictis in quæstione præcedenti*. A. 3.

Hominem non sufficienter perfici habitibus naturalibus, seu qui ratione naturali ostendi possunt ipsum perficere quo ad intellectum, & voluntatem, etsi fortè concludatur per rationem naturalem, per quam etiam fortè concludi potest necessitas alterius cognitionis, quàm acquisitæ; tamen ratio naturalis non sufficienter concludit, quis habitus intellectus distinctè, & quis appetitiuus sit necessarius alius ab istis; sed rationabiliter tenetur, propter persuasiones probabiles, quòd præter istos habitus, est necessarius ille habitus cognitiuæ, & illi habitus appetitiuæ, quos Ecclesia Catholica docet esse necessarios; & fide tenemus tres virtutes Theologicas esse necessarias, perficientes immediatè animam respectu obiecti increati. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. B. 6.

Homo Viator sufficienter perficitur circa Deum immediatè per tres Virtutes Theologicas, quia circa ipsum vt immediatè cognoscendum in via sufficienter perficit fides, quia de Deo in via non potest haberi, nisi cognitio fidei: Circa autem ipsum, vt diligibilem in se, sufficienter perficit charitas: Et vt appetibilem, vt commodum mihi, sufficienter perficit spes: Vnde cum non conueniat Viatorem habere circa Deum actus ordinatos alios, quàm intelligere, diligere ipsum in se, & appetere eum mihi, vt bonum meum, sequitur quòd circa Deum sufficienter perficitur tribus Virtutibus Theologicis, & hoc perfectissimè, quantum perfici potest, si illi tres habitus sint perfectissimi in suo genere. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. ✠. Per tres autem virtutes Theologicas. C. 7.

Homo perfectus tribus virtutibus Theologicis; & virtutibus intellectualibus speculatiuis, & practicis; & virtutibus moralibus ordinantibus ad se, & ad alterum, perficitur quantum potest competere Viatori: & consequenter non videtur aliqua necessitas ponendi aliquos alios habitus ab istis, qui sunt virtutes Theologicæ, intellectuales, & morales. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. ✠. *Consimiliter circa omne aliud bonum*. C. 7.

Homo quilibet magis debet diligere vitam suam ordinatè, vt est diligibilis ad vitam æternam; & ita magis conseruationem iustam vitæ suæ, quàm conseruationem iustam vitæ proximi; sed non magis conseruationem iniustam vitæ suæ, quàm conseruationem iustam vitæ proximi: sic enim magis debet latro sustinere suspendium, quàm occidere suspendentem, vt euadat; quia dilectio vitæ corporalis iniustè custoditæ, non est dilectio ordinata, quia non est ad dilectionem animæ, nec Dei. 4. D. 15. Q. 2. §. *Ad argumenta*. ✠. *Respondeo: magis debet diligere*. I i. 36.

Homo ille, cui dimittuntur peccata commissa, tenetur plus diligere, supple ex causa remissionis: alius verò, qui non habuit dimittenda, tenetur diligere ex alia causa; id est, ex fine præseruatione Diuina esse non potest; & hæc causa requirit simpliciter maiorem gratitudinem. 4. D. 22. Q. *Vnica*. §. *De tertio articulo*. ✠. *Respondeo: donare potest*. O. 17.

Homo aliquis si, ex liberalitate, concedit alicui omnia sua, vt eis vtatur ad libitum; alteri verò concedit aliqua mutuò, & post, quando debet illa reddere, remittit sibi, quis eum plus diliget? Dico, quòd primus, quia maius beneficium recepit, & tamen plura remittit alteri: Sed quòd primus nihil habeat sibi dimittendum, hoc est ex beneficio illius, qui omnia sua liberaliter ei concessit: Vnde non est vera hæc propositio simpliciter, *cui plus dimittitur, plus diligit dimittentem*, nisi de illo dimittente, per cuius beneficium non stat, quòd iste non teneatur ad tot, ad quot ille. *ibidem*.

Homo maximum bonum tribuit sibi, exponendo se morti pro Republica; & hoc bono, id est illo magno actu virtutis, priuaret se, imò vitiosè viueret, si, illo actu tunc prætermisso, saluaret suum esse per quantumcunque esse; melius est autem simpliciter maximum bonum, etsi momentaneum, quam remissum bonum virtutis, vel vita vitiosa per magnum tempus. 4. D. 43. Q. 2. §. *Potest dici*. ✠. *Ad aliud de forti*. P. 22.

Homo debet totum bonum proprium exponere etiam destructioni simpliciter, si nesciat animam immortalem, propter saluationem boni cõmunis; bonũ enim commune, secundum rectam rationem, est magis diligendum, quàm bonum proprium. *ibidem*.

Homo quo ad virtutes morales.

Homo fortè non sufficienter perficitur istis habitibus, nempè habitu intellectuali perficiente intellectum circa speculabilia, & habitu perficiente intellectum circa operabilia; consimiliter nec habitu perficiente appetitum circa ea, quæ sunt appetibilia in ordine ad se, & vlterius circa appetibilia in ordine ad alterum. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem potest dici*. B. 6.

Homo Viator circà creaturam, non loquendo de scientijs speculatiuis acquisitis, quantum ad intellectum perfectissimè perficitur per prudentiam, si prudentia sit perfectissima; ipsa enim est de omni agibili, & quantum ad omnem conditionem agibilis perfectissima notitia. *ibidem*. ✠. *Ex istis arguo sic*. C. 7.

Homo Viator quantum ad appetitum perfectissimè perficitur tribus virtutibus moralibus si sint perfectissimæ; quia tàm circà alium, & appetibile alteri, quàm circa se, & appetibile sibi; & hoc vel primò, & directè; vel secundariò propter illa prima: & hoc intelligendo de istis quatuor virtutibus Cardinalibus, quòd non sint in aliquo vnus habitus numero, qui sit sibi vniuersalis temperantia, vel vniuersalis iustitia, hoc est circa omnia; sed quòd singulæ species iustitiæ insint in suis proprijs singularibus. *ibidem*.

Homo Viator circà omne aliud bonum à Deo, vt circa obiectum, sufficienter perficitur habitibus intellectualibus, & appetitiuis: isti autem habitus intellectiui perficientes intellectum sunt virtutes intellectuales; & illæ sufficienter perficiunt Viatorem, quantum possibile est, & ad considerandum, & ad syllogizandum practicè: habitus etiam appetitiui sunt virtutes appetitiuæ; quæ virtutes sufficienter perficiunt viatorem ad appetendum; vel ad diligendum, siue in ordine ad se, siue ad alind. 3. D. 34. Q. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Consimiliter circa omne aliud bonum*. C. 7. Vide. *Homo quo ad Fidem, Spem, & Charitatem*.

Hominis perfectio aliqua est vna virtus, sed non perfectio totalis (sufficeret enim tunc vna virtus moralis) igitur partialis: quando autem sunt plures perfectiones partiales, idem perfectibile potest esse simpliciter perfectum secundum vnam perfectionem in summo, & simpliciter imperfectum secundum aliam: sicut patet in homine, cuius est habere multas perfectiones organicas; potest habere vnam perfectionem in summo, nihil habendo de alia; vt esse summè dispositum quo ad visum, vel gustum, vel olfatum, nihil habendo de auditu; & sic potest aliquis habere perfectionem respectu materiæ temperantiæ, nihil habendo de perfectione, quæ requireretur respectu materiæ alterius virtutis; & per consequens potest esse simpliciter temperatus, etiam quantum ad quemcunque habitum temperantiæ, etsi non sit fortis; non tamen erit simpliciter moralis sine omnibus virtutibus moralibus; sicut non est perfectè sentiens simpliciter sine omnibus sensibus; sed non est minus perfectè temperatus, licet sit minus perfectè moralis; sicut non audiens non est minus perfectè videns, licet sit minus perfectè sentiens. 3. D. 36. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum articulum*. B 9.

Homo si tenetur ad finem moralem secundum rectam rationem,

Homo quo ad virtutes morales.

tionem, tunc quidquid concomitatur illum actum, habet æquè necessarium ordinem ad illum finem: & sic ne perdat finem moralem, secundum rectam rationem tenetur ad illum actum virtutis, per quem sibi coniungitur. 4.D.50.Q.2.§. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ✠. *Respondeo: si homo secundum rectam rationem*. E. 12.

Homo quo ad famam.

Homo quilibet, secundùm rectam rationem, debet diligere famam propriam, iuxta illud Ecclesiastici. 41. *Curam habe de bono nomine*: & reddit de hoc rationem; *hoc enim magis remanebit tibi, quàm mille thesauri magni, & pretiosi*: quod etiam probat per aliud subdens: *Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æternum*: Et Prouerb. 22. *Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ*. 4.D.21.Q.2.§. *In ista quæstione*. ✠. *Teneo igitur primam conclusionem*. D.8.

Homo quilibet, secundum rectam rationem, debet sibi velle vitam ciuilem; hæc autem tollitur per ablationem famæ; quia in hoc aliquis viuit vita ciuili, quod idoneus est ad actus aliquos competentes sibi in illa ciuilitate; amissa autem fama, priuatus est habilitate ad tales actus, quia amisit statum dignitatis illæsæ, scilicet, habilitatem ad actus, quibus aliàs dignus esset. *ibidem*. ✠. *Prima talis est*. D. 9.

Hominis famam tollit reuelatio peccati confessi; quia qua ratione posset vni reuelari, & alteri; & sic omnibus: in tali autem reuelatione est manifestum, quòd status dignitatis illæsæ, quæ consistit in fama eius, apud Conciues tollitur isti. *ibidem*.

Homo vt loquens, docens, & audiens.

Homo si loqueretur homini distracto per studium, in cuius aure acciperetur species soni, & tamen non audiret, idest non conciperet illud distinctè sub ratione signi, nec haberet intellectionem de illo expresso, sed tantum illa species soni gigneret in memoria, vel phantasia aliam speciem remanentem; posset postea, rediens à distractione, considerare illud, cuius est signum; & ita locutio præcedens esset sibi occasio illius intellectionis, etiam licet prius per eam nihil distinctè audisset. 2.D.9.Q.2.§. *Ad vlteriorem autem declarationem*. ✠. *Et est simile*. E. 21.

Homo docet alium hominem, proponendo quædam signa nota audienti, quibus propositis, audiens circa illa sola quamplurimum occupatus est, & ita in se vnitus; qualis vnio non est in adinueniente scientiam, quia inueniens scientiam circà multa distrahitur: similiter ex illis signis ordinatè componit adinuicem conceptus simplices, sicut componit loquens, & docens, & conceptus complexos ordinatè coniungens, sicut sunt signa ordinatæ coniunctionis apud loquentem; & ex talibus signis percipit veritatem complexorum ex terminis, & habitudinem complexi ad complexum, à quo habet veritatem suam, & ita addiscit; quam veritatem, vel complexionem per se non haberet, nec disceret sine omni docente, licet haberet species omnium incomplexorum; non enim habens multorum incomplexorum conceptus, nouit qualiter componat ea, & quæ complexa inferant complexa qualitercunque ordinata; si enim hoc facere posset, cito ex terminis conciperet veritatem multarum complexionum, & ea quibusdam complexionibus veritatem aliarum complexionum: & sic addiscunt ingeniosi per se adinueniendo; sed tardioribus oportet proponi ab alio aliqua signa nota, vt addiscant per doctrinam. 2.D.11.Q. *Vnica*. §. *De secundo, scilicet quid possit Angelus facere*. C. 5.

Homo beatus in Patria loquetur alij homini beato, sicut Angelus loquetur homini beato; quia tunc, secundum promissum saluatoris in Matthæo, *Erimus sicut Angeli Dei*. 2.D.11.Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad vltimum patet*. F.8.

Homo loquens in persona alicuius, prætendit simpliciter personam eius, vt est communiter in istis iocosè simulantibus aliquos; iste enim simulat istum balbutientem, vel talem in tali actu, & iste propriè dicendo, sicut ille diceret in persona illius, loquitur, vel facit tale factum: & ideò quàm citò deficit à faciendo, sicut ille

faceret, aut dicendo, sicut diceret, dicitur sibi, tu mentiris, vel tu deficis, quamuis tunc faciat, vel loquatur more suo proprio. 4.D.21.Qu.2.§. *In ista quæstione*. ✠. *Respondeo igitur ad eam*. B.7.

Homo si audiret in persona Dei, & loqueretur in persona Dei, posset illud veraciter dicere, quòd in persona propria non posset: nam in persona Dei hoc verè diceret, *Ego sum Deus, Ego creaui Mundum &c.* Sed in persona propria sic loquens, mentiretur. 4.D.21.Q.2.§. *In ista quæstione*. ✠. *Respondeo igitur ad eam*. C.7.

Homo quo ad deceptionem, & mendacium.

Homo mendax non communicat proximo, quod est communicandum, scilicet conceptum cordis sui, sicut est, sed substrahit illud, quod in loquendo debet communicare, quia ad hoc loquitur, vt conceptum suum exprimat, & illud non exprimit, sed oppositum. 3.D.38. Q. *Vnica*. *In tertio argumento ad oppositum*. n.2.

Homini illi, inquit Augustinus. lib. contra mendacium, *stultum est credere, cui licet mentiri; sed multis credendum est; alioquin totaliter periret conuictus humanus, & manifestatio conceptuum, & affectionum mentis*: proinde illis, quibus est credendum, non licet mentiri. 3.D.38.Q. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. n. 3.

Hominem proferre orationem creditam esse falsam (si mentiri habeat necessariò malitiam ex hoc, quod transit super materiam disconuenientem actui) potest fieri licitum, si reuocetur præceptum, quod videtur esse de non decipiendo; sicut si reuocetur præceptum de non occidendo, potest fieri licitum occidere hominem; non enim magis ligat præceptum de non decipiendo, quàm præceptum de non occidendo; minus namque malum est auferre proximo opinionem veram, vel occasionaliter generare in eo opinionem falsam, quàm auferre sibi vitam corporalem; imò non est quasi comparatio. 3.D.38.Qu. *Vnica*. §. *Contra hoc: non magis est materia indebita*. n. 5.

Homo, qui est in statu perfectionis exercendæ, sicut Prælatus, si mentiretur officiosè, vel iocosè, exercendo actus, qui competunt sibi ratione talis status perfectionis, putà docere, iudicare, prædicare; potest concedi quòd vtrumque mendacium esset in eo peccatum mortale, quia aufert auctoritatem doctrinæ, quam prædicat, iuxta illud Augustini in Epistola ad Hieron. *Si ad Scripturas Sacras admissa fuerint quantumcunque iocosa mendacia, nihil remanet in eis soliditatis*: putà si Prælatus prædicans misceat mendacium iocosum, nihil remanet in doctrina illa; potest enim quilibet dubitare de quocunque dicto ab eo, sicut de mendacio; vel qua ratione non assentiret illi mendacio iocoso, pari ratione nec alij dicto ab eo, & ita peribit auctoritas Doctorum in docendo, & vtilitas Populi audientis; consimiliter peribit auctoritas in iudicio solemni: Et intelligo ita, quòd illud mendacium non percipiatur esse dictum seorsum ab actu docendi, vel iudicandi; dùm enim aliquis sedet ad iudicandum, potest aliquam trufam miscere, quæ ex modo loquendi scitur, non esse de iudicio: Videtur tamen quòd vnicum mendacium iocosum, vel officiosum non impediat auctoritatem docentis, vel iudicantis, sed tale mendacium frequentatum, vel consuetudo sic mentiendi; sed tunc cum, secundum iura, binus actus inducat consuetudinem; sequitur quòd actus secundus sit peccatum mortale, & non primus; cum tamen secundus sit omninò similis primo, vt videtur, secundum omnes circumstantias; quidquid sit de vno, vel de pluribus in docendo, iudicando, & prædicando; saltem vti talibus mendacijs in actibus alijs à prædicando, & iudicando, non esset eis peccatum mortale, exclusa ratione scandali. 3.D.38.Qu. *Vnica*. §. *Secundo videndum est*. ✠. *De prima persona*. D.10.

Homo, qui habet statum perfectionis acquirendæ, non exercendæ, si iocosè, vel officiosè mentiretur, non peccaret mortaliter, quia talis non videtur obligatus ad aliqua, quæ sunt perfectionis, plus cæteris, nisi ad illa, quæ vouit; non enim assumpsit statum curæ pastoralis, & ideo nec actum pertinentem ad personam talem: Vnde talis si non exerceat actus perfectionis, cuiusmodi sunt docere, prædicare, & huiusmodi, non videtur

plus

Homo quo ad deceptionem, & mendacium.

plus peccare mortaliter in mendacio officioso, vel iocoso, quàm alius Christianus, nisi fortè propter scandalum, quia imperfecti possunt magis scandalizari de mendacio talis personæ, quàm personæ communis: Sed facta non debent iudicari esse talia, qualia sunt, ex scandalo consequente, vel non consequente; vniuersaliter enim, secundum legem Euangelicam, vitanda sunt quæcunque scandala pusillorum, secundum illud Matth. 18. *Væ homini illi, per quem scandalum venit*: Scandala autem Phariszorum non data, sed accepta, non sunt vitanda, iuxta illud Matth. 15. dicentibus Discipulis, *Scis, quia Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt?* Respondit Christus, *finite eos abire, cæci sunt, & duces cæcorum*. 3. D. 38. Q. Vn. §. *Secundo videndum est*. ✠. *Sed de illo, qui habet statum perfectionis*. D. E. rr.

Homo sciens hominem esse mendacem, & ignorantem, & per consequens posse fallere, & falli, non potest certam fidem adhibere dictis suis: & ideo inuenitur est modus asserendi dicta, adducendo alium in testem, qui est verax, & sciens, qui nec fallere, nec falli potest; quod fit, dum in iurando adducitur in testem assertionis iurantis ipse Deus, qui scit veritatem, & mentiri non potest. 3. D. 39. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ✠. *Quantum ad primum*. A. 2.

Homo quo ad fortunam.

Homo nullus dicitur benè fortunatus, eo quòd semel sibi benè accidit fortuitè. *Quodl.* Q. 21. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Tertium in hac particula*. F. 6.

Homo nullus dicitur benè fortunatus ex hoc præcisè, quòd sibi semper fortuitè benè accidit; quia siue intelligatur sic, quòd cum omni proposito suo annexum est aliquod bonum fortuitum, siue sic, quòd cuicunque proposito suo annexum est aliquod fortuitum, ipsum est bonum; neutrum enim istorum semper accidit sine miraculo speciali: Et hoc intelligendo non solùm vniuersaliter absolutè, verum etiam in tali actu, putà militari, vel negotiatiuo; & hoc siue de bono euentu simili, putà victoria, vel lucro; siue dissimili, putà hoc, vel illo annexo casualiter: nullo quidem istorum modorum diceret Philosophus aliquem esse benè fortunatum, sicut nec ratio probabilis persuadet. *Quodl.* Q. 21. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Tertium in hac particula*. F. 6.

Homo aliquis dicitur benè fortunatus, quia sibi, vt in pluribus, benè fortunatè accidit: Vnde secundum Aristotelem 1. Ethic. *sicut vna hirundo non facit ver*; sic vnus actus, & similiter vnus euentus effectus fortuiti non facit hominem dici benè fortunatum, sed quando accidit ei, vt in pluribus: Vnde dicit Aristoteles in libro de bona fortuna, *Insipientes existentes dirigunt multa; & ideo quando habent actiones per se inuentas, ad quas præter eorum intentionem euenerunt, vt in pluribus bona, dicuntur benè fortunati; & hoc patet ex communi sermone*. *Quodl.* Q. 21. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Tertium membrum*. F. 6.

Hominem aliquem esse vniuersaliter benè fortunatum, dupliciter intelligi potest; vno modo, vt cuilibet intento ab eo per se sit semper annexum aliquod bonum per accidens, vt in arte plantandi, & sanandi &c. alio modo sic, vt sit talis, quòd quandocunque est annexum sibi aliquid fortuitum, illud sit bonum: & credo quòd neutro modo aliquis dicitur vniuersaliter benè fortunatus sine miraculo speciali, quia nullus potest esse, quin in actione sua, aliis causis contingentibus concurrentibus, possit aliquod malum per accidens concurrere, quia in potestate sua non est concursus aliarum causarum, scilicet, vt fodiens fodiat ad busonem, vel ad serpentem, nisi Deus faceret, ex miraculo, concursum causarum specialem ad hoc; Sed vt in pluribus potest aliquis esse benè fortunatus; & hoc aliquando, quantùm ad bona similia coniuncta similibus propositis; vt quando euenit victoria coniuncta voluntati bellandi: aliquando quantùm ad dissimilia bona dissimilibus propositis: aliquando è conuerso, quantùm ad bona dissimilia similibus propositis; & sic est possibile, aliquem, vt in pluribus, esse benè fortunatum, vt patet per experientiam. *ibidem*. ✠. *Sed est ne aliquis*. G. 7.

In homine non inuenio aliquid intrinsecum, propter quod debeat dici benè fortunatus, loquendo de fortuna impropriè dicta, quæ magis dicitur casus: Sed hoc accidit sibi ex concursu causarum extrinsecarum, qui potest esse ex Deo disponente, secundum Theologos, licet non secundum Aristotelem; sicut si aurum sit ibi, & aliquis intendens fodere, ipsum inueniat; hoc est ex concursu causarum extrinsecarum, & non est alia causa, nisi ipse qui est magis dispositus, vt causa vniuersalis, moueat ipsum ad hunc locum magis, quàm ad alium. *Quodl.* Q. 21. §. *Sed quæ est causa*. H. 8.

Homines aliqui, secundùm Aristotelem 2. Physic. cap. 1. habent velle, ad quod sequitur bonum aliquod præter intentum ex impetu, & sine ratione; & causa huius impetus est natura: Diuersitatem autem hominum accipit Aristoteles per experientiam; quod enim iste impellatur, & iste non, cum sine ratione eius, qui impellitur, hoc accidit, non potest esse ratio; adeoque causa est natura. Sed illa differentia, vel diuersitas non ponit differentiam specificam in natura, sed indiuidualem; quod enim Agens extrinsecum vniformiter agens moueat istum ad bonum, & non alium, eiusdem rationis existentes, non potest esse, nisi propter aliquid intrinsecum in vno, quod non est in alio: hoc autem non potest esse ratio, vt dictum est; nec aliquid consequens speciem, quia illud vniformiter cuilibet inest; propterea est aliquid pertinens ad indiuiduum: Quod autem non sit ratio, patet: quia *vbi plurimus intellectus, & ratio, ibi minima fortuna: vbi autem plurima fortuna, ibi minimus intellectus*, secundùm Aristotelem de bona fortuna cap. 1. Nec etiam voluntas, quia similis potest esse actus voluntatis in vtroque; & tamen vnus assequitur effectum fortuitum, & alius non assequitur: Illud itaque intrinsecum est impetus à natura proueniens; ideo Philosophus dicit *benè fortunatum, benè natum*, quia in eo est dispositio, quà superiore motore impellitur ad propositum, secundùm quod eueniunt sibi commoda. *Quodl.* Q. 21. §. *Sed quæ est causa*. ✠. *Sed si dicas*. I. 9.

Homo nullus dicitur benè fortunatus, quia impellitur ad volendum aliquid, ad quod consequitur bonum, nisi illud bonum adipiscatur; illud autem bonum adipisci non potest, nisi causæ intermediæ concurrant ad hoc, & sic eùm natura non possit esse causa sufficiens huius concursus, natura non sufficit; ideo sequitur quòd est aliqua causa extrinseca coniungens. *ibidem*. ✠. *Sed de causa extrinseca*. ✠. *Item nullus dicitur*. N. 13.

Homini nihil fortuitum videtur inesse, nisi illud, ad quod causalitas Cœli se extendit mediatè, vel immediatè: Vnde non est necessarium aliam causam effectus fortuiti extrinsecam inquirere, nisi Cœlum, & mouens Cœlum, vt probabile videtur. *ibidem*. ✠. *Sed quæ sit illa causa extrinseca*. O. 14.

Hominis cuiuscunque habet Deus specialem prouidentiam ex quadam electione, secundum quam prouidet vnicuique, secundum merita præsentia, vel futura, & occulta nobis; tamen sibi præsentia, quia eius iudicia sunt semper, licet occulta; ita quòd aliquando aduersitas plus proficit, quàm prosperitas, secundùm Boetium 4. de consol. prosa 4. ita quod licet ponamus aliquem benè fortunatum, tamen ex hoc nihil nouum ponimus in Deo. *Quodl.* Q. 21. §. *Dicendum ergo*. ✠. *Sed secundum fidem*. S. 15.

Homo quo ad Dominium.

Homo si sit talis, vt nullus alius subsit potestati suæ, est sine dominatione, & potest esse dominus seruorum accessione, sicut dicit Boetius. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem arguo sic*. ✠. *In ista etiam via Philosophi*. n. 5.

Homo nullus potest rem alterius domini alteri obligare, nisi de consensu, vel approbatione illius, cuius est. 4. D. 26. Q. Vn. §. *Ad solutionem*. ✠. *Ad hanc conclusionem tertiam*. H. 10.

Hominem dimittit Deus libertati suæ: Vnde potest quis se vendere in seruum, & ita transferre potestatem sui corporis in alium, sicut potest similiter in alium transferre dominium omnium suarum rerum; cuius ratio est, quia in quibus Deus non obligat sibi hominem, vel sua; relinquit ea voluntati hominis. 4. D. 26.

Homo quo ad Dominium.

D. 26. Qu. *Vnica*. §. *Ad solutionem*. ℣. *Sed diceretur hic*. H. 10.

Homo virtuosus cum sit Dominus voluntatis suæ, potest & velle aliquid, quòd aliàs nollet; & imperare actum aliàs nolitum, antequam incurrat mala maiora, quàm sit sibi illud nolitum, vel imperatum. 4. D. 29. Qu. *Vnica*. §. *De primo: contradictio est*. B. 6.

Homo est dominus suorum actuum, ita quod in potestate eius est determinare se ad hoc, vel oppositum; & hoc non tantùm ex fide, sed etiam per rationem naturalem. 4. D. 43. Qu. 2. §. *Respondeo: hoc manifestum est*. ℣. *Ex secunda operatione humana*. G. 12.

Homo quo ad adoptionem.

Homo, qui non est naturaliter genitus ab aliquo, nec ex generatione naturali habet ius succedendi in hæreditate, sed ex gratia præordinator, vt habeat ius succedendi, dicitur filius adoptiuus; ita quòd tria in isto concurrunt, scilicet extraneitas ex generatione naturali; & gratia, quæ est gratuita voluntas ipsius adoptantis; & bonum, ad quod præordinatur ex ista gratia, scilicet hæreditas, ad quam habet ius succedendi ex adoptione. 3. D. 10. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo, quòd qui diceret*. A. 2.

Hominis adoptio non requirit, adoptiuum fuisse extraneum taliter, hoc est inimicum, neque ex actu proprio, neque ex actu parentum; quia sic, vel inimicus communiter non adoptatur, sed magis dilectus altero istorum modorum: Vnde sufficit extraneitas, quæ est carentia iuris in hæreditate adoptantis; & hoc, quantum est ex generatione naturali. *ibidem*. ℣. *Si dicatur*. A. 3.

Homo adoptat per nouum actum voluntatis; & ita ipsum adoptare est aliquem ad hæreditatem optare per nouum velle. 3. D. 10. Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta: ad primum*. C. 5.

Homo respectu diuersorum locorum.

Homo idem existens diuinitùs in diuersis locis simul, cùm arguitur quòd posset facere choreas, & maximum exercitum in campo, & multa alia, quæ videntur mira; & iterum loqui, & tacere, & disputare cum se ipso: dico, quòd hæc puerilia sunt; quia si *loqui* dicat actum imaginationis, vel intellectus; ille quidem vbique est idem, vbicunque fuerit loquens; si autem non est nisi formatio vocis per instrumenta naturalia in aere percusso, & quidem alius erit aer contiguus organis vocalibus in isto *vbi*, & alius in alio *vbi*; & esto quòd idem aer sit, moueri tamen poterit hic localiter aer, & ibi non: & sic in isto formabitur vox, & in illo non; & in illo loquetur, & in isto tacebit; & in isto tenebit tenorem, & in isto quintam; & in illo attrahet aerem extra aquam existens, & idem existens in aqua non poterit attrahere, sed non submergetur hic, Quia alibi habet aerem attractum refrigerantem ipsum. Ita etiam concedo quòd vt in vno *vbi* poterit mouere corpus suum, vt est in alio *vbi*, pellendo, vel trahendo; quia propter identitatem corporis non aufertur ratio mobilis, nec motiui ab ipso. 4. D. 10. Qu. 2. §. *Dico ad argumenta principalia. Ad quartum*. ℣. *Etsi arguas*. *Per hoc patet*. R. 26. 27.

Hominis occisio.

Hominis innocentis, & vtilis Reipublicæ mors, licet videatur illicita materia occisionis; tamen, stantibus istis conditionibus ex parte materiæ, scilicet hominis, potest fieri licitum occidere talem hominem, putà si Deus reuocet illud præceptum, *Non occides*: imo non solum potest fieri licitum, sed meritorium; putà si Deus præcipiat occidere, sicut præcepit Abrahæ de Isaac. 3. D. 38. Qu. *Vnica*. §. *Contra hoc: non magis est materia indebita*. n. 5.

Hominem occidere non est peccatum mortale ex genere actus, sed tantùm ex præcepto Diuino: Vnde illud ex se, si Deus reuocaret præceptum, non esset peccatum. 4. D. 50. Qu. 2. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ℣. *Præterea: quando aliqua duo*. E. 9.

Homo licitè potest occidi à iusto Iudice. *ibidem*. ℣. *Hoc autem potest sic declarari*. E. 10. Addit.

Hominis occisio.

Homo, secundum rationem rectam, debet se permittere occidi à Deo, antequam velit peccare; Deus enim non peccat occidendo te. 4. D. 50. Qu. 2. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*. ℣. *Præterea: velle illo modo non esse*. E. 11.

Homo virtuosus, secundum Philosophum. 9. Ethic. cap. 11. propter bonum actum virtutis debet se exponere morti; non quòd occidat se ipsum, sed quòd se offerat alteri, vt occidatur, priusquam committat aliquid turpe: adeoque magis homo, qui sequitur legem Diuinam, debet se exponere morti, etiam ipsi *non esse*, antequam faciat contra legem Diuinam. *ibidem*. ℣. *Præterea secundum Philosophum*. E. 11.

Homo respectu Angeli.

Hominis beatitudinem naturalem excedit beatitudo naturalis Angeli, etiamsi, tam Angelus, quàm homo per quantumcunque tempus fuissent in statu innocentiæ: Vnde cum homo pro statu naturæ lapsæ possit habere cognitionem de vltimo fine in vniuersali, & volitionem consequentem; & pro statu innocentiæ habere potuerit aliquo modo notitiam distinctam; & volitio summi boni sequatur cognitionem vltimi veri; sequitur vt sic, quòd in tali cognitione, & volitione summi boni distinctè possit haberi maior beatitudo ab Angelo, quàm ab homine. 2. D. 3. Qu. 9. §. *Ad quæstionem igitur respondeo*. ℣. *Quod autem talis species*. D. 7.

Homo si non fuisset creatus (tenendo opinionem Magistri, qui dicit, Angelos fuisse beatos, antequam ipsi beatitudinem meruerint, sed modo illam mereri per obsequia impensa electis) Angelus non habuisset beatitudinem, quia non habuisset actum extrinsecum, per quem mereretur sibi, secundum Magistrum: hoc autem videtur inconueniens, quia Angelus non dependet ab homine in merendo. 2. D. 5. Qu. 1. §. *In ista quæstione*. n. 2.

Homo per hoc, quòd præuidetur benè vsurus accepto (& idem dicendum de Angelo) non meretur accipere illud: & sic Angelus non meruit beatitudinem, si tantùm habuit eam propter bonum præuisum ipsius, in obsequendo circa electos. *ibidem*. ℣. *Præterea: per hoc*. n. 2.

Hominis damnati, & etiam Angeli damnati, voluntas est obstinata; & oportet vtriusque assignare causam communem, secundum quod videtur Augustinus dicere, de fide ad Petrum; vbi vult quòd sit vna causa communis, quare Deus iudicabit simul Spiritus humanos, & Angelos damnatos; & idem videtur velle de Ciuitate Dei: causa autem obstinationis hominis damnati non potest poni immobilitas suæ potentiæ cognitiuæ in apprehendendo; nec perfecta libertas, secundum quam immobiliter se immergit in volitum; proinde nec possunt istæ esse causæ obstinationis Angeli. 2. D. 7. Qu. *Vnica*. §. *Contra conclusionem istam*. ℣. *Præterea contra conclusionem*. n. 4.

Hominis voluntatem post volitionem completam sequentem rationem adhærere mobiliter, eo quod intelligat cum discursu; & voluntatem Angeli immobiliter adhærere post primam apprehensionem completam, eo quod intelligat sine discursu; non est differentia, quæ valeat concludere obstinationem esse in Angelo malo, & non in homine: nam etsi Angelus, secundum ponentes illam differentiam, intelligat sine discursu, & homo intelligat per discursum; tamen intellectus hominis non mobiliter adhæret illi, ad quod discurrit; ita enim certitudinaliter, hoc est, non dubitando, tenet conclusionem, ad quam discurrit, sicut Angelus tenet eam, videndo eam in principio sine discursu: Vndè immobilitas ista intellectui humani, hoc est certitudo, habet æquè immobilem voluntatem, sicut illa alia, quæ ponitur in Angelo. 2. D. 7. Qu. *Vnica*. §. *ibidem*. ℣. *Præterea differentia de voluntate*. C. 8.

Homines, inquit glossa Augustini super illud Matth. Angeli eorum &c. *non sunt contemnendi, quia ad illorum custodiam mittuntur Angeli*. 2. D. 11. Qu. *Vnica* *In argumento ad oppositum*. n. 1.

Hominis custoditi; *vel sic*. In intellectu hominis custoditi nullam intellectionem actualem, nec speciem intelligibilem potest Angelus causare, vt totalis causa; ratio autem non est ex aliqua impotentia ex parte Angeli,

Homo respectu Angeli.

geli, quia sufficienter est in actu primo, & potest causare in alio Angelo actum secundum; sed ratio est ex intellectu nostro, qui pro statu isto est passiuum determinatum ad determinatum actiuum, vt ad phantasma, & intellectum agentem; & ideo impeditur, ne possit recipere immediatè immutationem ab aliquo actu intelligibili, sine phantasmate. 2.D.11.Qu.*Vnica*. §. *Ad quæstionem ergo*. ✠. *De primo dico*. A.4.

Hominia intellectum non potest Angelus rapere ad intellectualem visionem: & sic omnis raptus factus virtute Diaboli est præcisè ad aliquid intensè imaginandum, quia intensa imaginatio facit animum ita distractum ab omni alia cogitatione cuiuscunque actualis intellectionis, quod videtur ipsum intellectualiter videre: & concomitatur fortè illam intensam imaginationem alicuius rei intellectio illius imaginabilis; sed nulla est sibi intellectio alicuius merè intelligibilis, non imaginabilis. 2.D.11.Qu.*Vnica*.§.*Ad quæstionem ergo*.✠.*Ex hoc sequitur*. B. 4.

Hominibus fieri reuelationes per Angelos, docet Dionysius 4. Cælestis Hierarchiæ. *ibidem*.§.*De secundo*. C.5.

Hominem docere potest Angelus, sicut homo facit, siue vtendo signis ad placitum institutis, & hoc in corpore assumpto; vel modo alio, formando signa nota audienti, vt addiscat scientiam; vel vtendo signis naturalibus, scilicet ipsis rebus, adhibendo eas præsentes sensibus, à quibus sensus ordinatè immutantur, & ex eis phantasmata ordinatè generantur, & sic vlterius ex eis species intelligibiles ordinatè abstrahuntur. *ibidem*.

Hominem posse tardiùs vti signis ad placitum institutis ad docendum; Angelum verò citiùs posse vti signis naturalibus, dubium est: mirum enim videretur si Angelus citiùs posset immutare visum multis sensibilibus, vel visibilibus, à quibus abstraherentur species necessariæ ad vnam magnam argumentationem hominis, quàm posset homo vti signis illis ad placitum institutis, repræsentantibus illa obiecta. *ibidem*. ✠. *Dubium autem esset*. C.5.

Hominis circa virtutem phantasticam; *vel sic*; Circa virtutem phantasticam hominis quid possit Angelus agere, vel causare, vtrum possit nouum phantasma causare effectiuè, vel offerendo nouum imaginabile; vel transportare, siue transponere phantasmata iam habita, dubium est: Conceditur tamen communiter quòd phantasma nouum non posset causare sine causa naturali, putà obiecto nato causare tale phantasma. 2.D.11.Qu.*Vnica*.§.*De secundo* ✠.*Sed de alijs affirmatiuis*. C.6.

Hominis circa virtutem phantasticam; *vel sic*; Circa virtutem phantasticam hominis conceditur quòd Angelus possit amouere impedimentum; putà si impedimentum ordinatæ immutationis à phantasmatibus erat perturbatio spirituum; vel humorum, Angelus potest illam sedare; qua sedatâ, occurrent ordinatè. *ibidem*. ✠. *Hoc tandem quartò conceditur*. D.7.

Hominem non solùm docere potest Angelus per signa sensibilia excellentiùs, quàm homo; & amouere à virtute phantastica impedimentum ordinatæ immutationis; sed etiam posset aliquod operari circa intellectum possibilem hominis, non immediatè causando speciem intelligibilem, vt totalis causa, sed vt causa partialis per intellectum suum agentem coagens intellectui agenti hominis; ita quòd illi duo intellectus agentes Angeli, & hominis, qui sunt eiusdem rationis, possent cum phantasmate efficaciùs operari, quàm solus intellectus agens hominis; & ita producere speciem intelligibilem perfectiorem, & distinctiùs repræsentantem quidditatem. 2. D.11.Qu.*Vnica*.§ *De secundo*. ✠. *Posset etiam dici*. D 7.

Hominem custoditum, etsi Angelus non possit dirigere in actibus humanis, & regere ipsum, inquantum homo, quo ad ea, quæ sunt ipsius, quantum ad intellectum, & voluntatem; non tamen frustrà custodit illum, quia potest circa intellectum eius, docendo per signa sensibilia efficaciùs aliquid facere, quàm homo; & fortè aliquid operando circa phantasiam; & fortè circa intellectum possibilem: Et dato, quòd nullum istorum possit esse; adhuc non frustrà esset custodia eorum, quia custodiunt nos à multis impugnationibus Dæmonum; secundùm quod dicit Hieronymus in homil. super illud Matth. 18. *Angeli eorum semper vident &c.* neque etiam tuta posset esse vita mortalium. 2.D.11.Q.*Vnica*. §. *Ad argumenta*. *Ad primum dico*. D.8.

Homo est passum inferius respectu Angeli; & ideo potest Angelus superior causare aliquid effectiuè in intellectu Angeli inferioris, quia est capax; non autem potest effectiuè aliquid causare in intellectu hominis, quia pro statu isto non est capax ab illo agente; & hoc quia passum est impeditum pro statu isto, ne aliquid tale recipiat: Vnde ista impotentia non est ex defectu potentiæ actiuæ Angeli, vel ex impotentia virtutis passiuæ intellectus nostri absolutè in recipiendo, sed ex impedimento pro statu isto. *ibidem*. ✠. *Ad secundum*. D.8.

Hominis intellectus licet pro statu isto sit impeditus, vt Angelus non possit in illum agere; non est tamen taliter impeditus, quin Deus possit pro statu isto immediatè in illum agere, sine phantasmate: Nam illud impedimentum pro statu isto, scilicet ordo inter potentias inferiores, subest causalitati Dei, non autem causalitati alicuius creaturæ; & ideo cuilibet creaturæ, quæ præsupponit istum ordinem, est impedimentum, non autem Deo, vel ad Deum, qui est super istum ordinem. 2 D.11.Q.*Vnica*.§.*Ad argumenta*.*Ad secundum*. ✠.*Etsi dicas*. F.8.

Hominis intellectus in beatitudine erit passiuus respectu merè intelligibilium, quia tunc amotum erit impedimentum; & sic tunc loquetur Angelus homini beato, & homo beatus alij homini beato, sicut Angelus loquitur intellectualiter Angelo; quia tunc secundum promissum Saluatoris in Matthæo, *Erimus sicut Angeli Dei*. *ibidem*. ✠. *Ad vltimum patet*. F.8.

Homini, & albedini repugnat esse Angelum; & licet fortè homini, & albedini ens sit commune vniuocè, tamen ens non est ratio istius repugnantiæ, quia conuenit Angelo. *Quodl.* Qu 9.§.*De tertio principali*.✠. *Respondeo: non est simile*. O.20.

Homo vt in extremis.

Hominem, inquit Augustinus de vera, & falsa pœnitentia, *Saluat*, *& liberat pænitentia*, *si in extremo vitæ hiatu aduenerit*: quod probat subdens: *multum fuit sera Latronis pænitentia*, *sed non fuit sera eius indulgentia*. 4.D.20. Qu. *Vnica*. *In argumento ad oppositum*. n.2.

Homini in extremis constituto sufficit ad salutem pœnitentia vera, siuè interior sola, siue exterior cum susceptione Sacramenti pœnitentiæ: nam Deus semper potens est, etiam in morte, præmiare quibus placet: Vnde cum non sit opus hominis, sed Dei, fructuosam pœnitentiam inspirare, potest eam, quandocunque vult sua misericordia. *ibidem*. §. *In ista quæstione*. A.3.

Homo aliquis in extremis, siue pœnitentia interior sola per modum meriti de congruo disponat ad iustificationem, siue Sacramentum pœnitentiæ per modum Sacramenti operetur ad eandem, si habeat hanc, vel illam, habetur eadem ratio perceptionis gratiæ, quæ est in alio pœnitente, & per consequens gratia percipietur, & sic salus. *ibidem*. ✠. *Primum patet*. A. 3.

Hominem constitutum in extremis habere veram pœnitentiam, difficile est: Vnde pœnitentia, quæ videtur haberi in extremis, vix est vera pœnitentia, sufficiens ad salutem: tunc enim impeditur vsus liberi arbitrij; vel vsus liber rationis, & voluntatis ex dolore, vel timore inhærentibus: actus autem displicentiæ de peccato, ad hoc quòd sit sufficiens ad veram pœnitentiam, siue intrinsecam solam, siue ad dignam susceptionem Sacramenti pœnitentiæ, requirit liberum vsum rationis, & voluntatis. 4. D.20. Qu.*Vnica*. §. *In ista quæstione*. ✠. *Secunda conclusio*. A.4.

Homo ille non dicitur esse in extremis, qui grauatur morbo, secundum communem legem, curabili, vt febre tertiana, vel huiusmodi; nec qui subitò moritur, cuius mortis adhuc nulla apparet causa: Sed qui, ex causis euidentibus iam positis, iudicatus est pro-

ximus

Homo vt in extremis.

ximus morti secundum causas inferiores operantes, vt in pluribus; vtpotè in infirmitate, quando iam attingit ad gradum desperatum iudicio medicorum, vel in alijs periculis, vt submersione, & huiusmodi, statim imminet mors. *ibidem*.

Hominibus constitutis in extremis inest vel maximus dolor in parte sensitiua, vel timor maximus; & vtraque passio vehemens nata est impedire liberum vsum rationis, & voluntatis; quia, secundum August. lib. 83. quæstionum. quæst. 36. *Passiones causatæ à tristantibus, vel tristibus plus mouent, quàm passiones causatæ à delectabilibus:* passio autem delectationis vehemens quandoque impedit totaliter, vel ferè vsum rationis, vt dicitur de Ciuitate Dei. 4. D.20 Qu. *Vnica.*§. *In ista quæstione.* ✠. *Secunda conclusio*. A.4.

Hominis intellectum, & voluntatem, licet non totaliter impediat dolor, vel timor, qui ipsi in extremis constituto inest; tamen multùm impedit, & per consequens remissiùs, & imperfectiùs vsus intellectus, & voluntatis tunc potest haberi, qui vix sufficiat ad displicentiam sufficientem, & requisitam ad veram pœnitentiam: Idque tangit Augustinus in littera: *Cum sera venit pœnitentia, tantus aliquando cruciatus ligat membra, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cognoscere valeat. ibidem.* ✠. *Si dicas*. B.5.

Hominem in extremis constitutum habere displicentiam, quæ valeat, & sit ordinata, itaut sit debitè circumstantionata, & maximè circumstantia finis, & principij actiui principalis, vt scilicet sit voluntaria propter Deum, est difficile; quia qui vsque tunc fuit impœnitens, non videtur tunc extorquere à se ipso displicentiam nouam, nisi timore pœnæ imminentis; præsumitur enim quod si remotus esset à pœna, sicut prius, non extorqueret à se ipso illam displicentiam, sicut nec prius: Tùm quia saltem aliquid simpliciter inuoluntarium videtur causa istius displicentiæ; nam expectatio mortis videtur causa istius displicentiæ, illa autem est inuoluntaria; & quod non fit, nisi ex suppositione cuiusdam inuoluntarij, non est simpliciter voluntarium: sicut non omninò voluntariè proijcit quis merces in mari, si non proijcit nisi ea suppositione cuiusdam periclitationis, quam nollet: saltem quod non est nisi sic voluntarium, non est multum acceptum alij, nec multùm videtur propter eius amorem factum. Quod tangit Augustinus in littera: *Oportet non solùm timere Iudicem, sed diligere; arbitrij enim libertatem quærat, vt delere possit commissa, non necessitatem; charitatem, non timorem; non igitur timeat pœnam, qui pœnitet, sed anxietur pro gloria*. 4.D.20.Q.*Vnica*.§.*In ista quæstione*. ✠. *Secundo ad hoc*. B.5.

Hominem constitutum in extremis multùm retrahit ab actu pœnitentiæ habitus malus vsque tunc continuatus: Et hoc tangit Augustinus in littera. *Cum filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes, vxor, & Mundus ad se vocat, multos solet pœnitentia serotina decipere:* Intellige, hæc delectabilia esse præsentia in se, vel in phantasmatibus vehementer impressis; & siue sic; ex vehementia habitus continuati, multum inclinant ad se inordinatè amanda; & per consequens magnam faciunt difficultatem ad habendum magnam displicentiam de eis, ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad delectionem culpæ. *ibidem*. ✠. *Tertia ratio*. C.6.

Homo aliquis quantò minus est dominus sui actus, tantò requiritur intensior displicentia, ad hoc, quòd sit dispositio sufficiens ad delectionem culpæ: homo autem constitutus in extremis est minus dominus, quia nullo modo est dominus actus exterioris ad peccandum, adeoque requireretur, secundum strictam iustitiam, intensior motus displicentiæ ad iustificationem eius, quàm ad iustificationem sani, cum vix possit habere æquè intensum: Et hoc tangit Augustinus in littera: *Age pœnitentiam, dum sanus es; si sic agis, securus es, quia pœnitentiam egisti, dum peccare potuisti: si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimittunt, non tu illa;* ad minus non tu ita liberè illa dimittis, sicut ille sanus; & ideo quantum deficit in te de libertate, tantum, secundum rigorem, requiritur in te motus intensior, quem vix, vel nunquam poteris habere. Et ideo dicit Augustinus, quòd *magnum est, cui Deus tunc inspirat (si quis est) veram pœnitentiam; quia vix, vel nunquam est aliquis, qui habeat dispositionem de congruo, vt cui inspiretur. ibidem.* ✠. *Quarto: quantò aliquis*. C.6.7.

Homini infirmo iam ad articulum mortis deducto suadendum est, vt secundum suam possibilitatem laboret ad pœnitentiam ordinatam; vt scilicet non obstante dolore, vel timore, vtatur ratione; quantum potest; & nitatur habere displicentiam voluntariam propter finem debitum, scilicet propter Deum; & renitatur male inclinationi habitus, & delectationum præsentium, & laboret ad displicentiam, quantùm poterit habere, licet breuem; & ne in desperationem mittatur, extollenda est sibi Dei misericordia, proponendo sibi exemplum de Latrone illo, cuius fuit pœnitentia sera, sed non sera indulgentia. *ibidem*. ✠. *Ex his sequuntur duo corollaria*. D.7.

Homo non potest esse certus de salute, vel damnatione illius, qui est tantùm pœnitens in extremis. 4. D.20. Q.*Vnica*.§.*Ad argumenta*. *Ad primum*. D.8. Vide: *homo quo ad peccatum, & iustitiam*.

Homini valere pœnitentiam serotinam, non est occasio continuandi peccatum pro tota vita, nempè occasio data à lege, sed tantùm accepta ab imperfectis; secundum se autem est occasio seruandi legem propter amorem Legislatoris, qui tantæ misericordiæ est erga miseros, vt nunquam eis claudat sinum misericordiæ suæ. *ibidem*. ✠. *Ad aliud dico, quòd Legislator*. F.9.

Homines quosdam vsque in finem malos per pœnitentiam saluari, est maius bonum, quàm malum sit peccatum factum ex occasione, quòd serotina pœnitentia valeat; quia per istam pœnitentiam multi finaliter attingunt ad terminum prædestinationis diuinæ; per illam autem occasionem diuinam nulli cadunt ab isto; & si aliquando peccant, tamen non peccato, quo finaliter damnentur. *ibidem*. ✠. *Potest confirmari responsio*. G.9.

Hominem pœnitentem in extremis, oportet, pœna puniri pro peccato; sed hoc non debet sibi imponi hic, quia non potest illam hic implere; nec potest sibi imponi, quod tanto tempore stet in Purgatorio, quia Sacerdos non habet auctoritatem sibi infligendi illam pœnam; Sed proponenda est sibi pœna correspondens peccatis tali modo: si sanus esses, talis pœnitentia esset tibi imponenda, quam, si conualueris, studeas adimplere: Sed nunc es in manu Domini; confide de misericordia eius; quia etsi te puniat, tamen misericorditer: Vel in casu, vbi non potest protrahi multus sermo, non oportet aliquam pœnam sibi specificare, sed tantùm eum instruere de iustitia Dei misericordi. 4. D.20.Qu.*Vnica*.§. *Ad argumenta*. ✠. *Ad aliud concedo*. G.10.

Homo pœnitens in extremis, & moriens in charitate, debitor tamen pœnæ pro peccatis commissis, quorum pœnitentiam non fecit, habet aliquid retardatiuum à gloria; quia nullus, dum est debitor alicuius pœnæ, potest glorificari, quia gloria sicut nec pœnam secum patitur, sic nec debitum pœnæ, quia nec simul, nec posterius persoluendæ. *ibidem*. ✠. *Ad aliud, quod obijcitur contra responsionem*. H.10.

Homo quo ad resurrectionem.

Homo, secundùm aliquos, non potest resurgere idem numero, nisi anima intellectiua maneret eadem numero. 2.D.3.Qu.7.§. *Qui dicunt*. *Præterea: si Deus*. A.4.

Homo, secundùm aliquos, potest idem numero resurgere à morte ad vitam, quia anima rationalis est incorruptibilis, & per se subsistens, vt post compositi corruptionem manere valeat: in participationem autem *esse* illius adducitur corpus per resurrectionem, ita quòd non sit aliud *esse* corporis, & aliud animæ in homine; aliàs coniunctio animæ, & corporis esset accidentalis. Itaque nulla incorruptio fit in esse substantiali hominis, vt non possit idem numero redire propter interruptionem essendi; sicut accidit in

alijs

Homo quoad Resurrectionem.

alijs rebus corruptis, quarum esse omninò corrumpitur. 4. D.43.Q.1.§.*De primo dicitur sic*, n.2. Impugnatur quantum ad rationem. *ibidem*. ℣. *Contra hoc*. n.3.

Homo, inquit Augustinus 22. de Ciuitat. cap.20. loquens de carne reddenda homini in resurrectione, *& si omnibus perijsset modis, nec vlla eius materia in vllis naturæ latebris mansisset, tamen si vellet, eam repararet omnipotens*: & consequenter totaliter destructum, & corruptum in totali esse, potest idem reparari. 4.D.43.Q.1. §. *De primo dicitur sic*. ℣. *Contra hoc primo*. n.3.

Homo habet aliquam entitatem positiuam, quæ neque est pars materialis, nec formalis; nec partes; & illa destruitur in morte, alioquin homo non esset verè mortuus, quia non esset corruptio totalis entitatis hominis: illa autem entitas reparabitur eadem numero, alioquin non esset idem homo numero. *ibidem*. ℣. *Præterea in homine*. n.4.

Homo resuscitatus (si esse simpliciter interruptum, vel destructum non potest redire idem, vt aliqui volunt) non haberet eandem propriam passionem numero, quam prius; quia illa propria non mansit post mortem, quia erat totius, vt totius, & non animæ tantùm: consequens autem est impossibile, quod sit idem subiectum specie, & tamen non habeat eandem passionem. Item, secundum illam opinionem, non haberet eandem potentiam auditiuam, vel visiuam &c. quæ non sunt potentiæ solius animæ, sed totius compositi, iuxta Philosophum in principio de sensu, & primo de somno, & vigilia. Rursus non haberet eandem quantitatem, quia illa non manet nec in materia sola manente, nec in anima intellectiua. *ibidem*. ℣. *Præterea ex illa radice*. A.5.

Hominem resurgere, possibilitas est ex parte Dei, ex omnipotentia eius; & ex parte ipsius hominis est possibilitas simpliciter, quia non includit contradictionem; & hoc siue reducatur sine mutatione, siue per mutationem, quia vtrumque est possibile. 4. D.43. Q.1. §. *Quantum igitur ad istum articulum*. F.10.

Hominis resurrectionem fore, manifestum est ex veritate fidei: hanc enim veritatem tanquam articulum fidei exprimit tàm symbolum Apostolorum, *Carnis resurrectionem*, quàm symbolum Nicænum, *& expecto resurrectionem mortuorum*, quàm symbolum Athanasij, *Omnes homines resurgere habent cum corporibus suis &c.* Istud autem valdè expresse habetur in multis locis Scripturæ, vtpotè Ioannis 5. 11. 20. & 21. & Matth.25. & Apost.1. Corinth. 15. & 1. Thessal.4. & secundi Machab.12. *Nisi eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret*. 4. D.43 Q.1.§.*De secundo articulo*. G.11.

Hominis resurrectionem si aliqua ratio ostendit, oportet quod accipiatur ab aliquo, quod est proprium hominis, ita quòd non conueniat alijs corruptibilibus: hoc autem non est materia etiam incorruptibilis, nec forma aliqua destructibilis; quia etsi talis sit in homine, & excellentior omni forma bruti; tamen ex illa non potest sumi ratio sufficiens ad probandum resurrectionem totius: & sic oportet quòd accipiatur à forma specifica hominis, vel ab operatione conueniente homini secundum illam formam. 4. D.43. Quæst.2. §. *Respondeo hoc manifestum est*. n.4.

Homo cum sit animal perfectissimum, non potest produci à natura, nisi productione vniuoca; resurrectio autem non est productio vniuoca, quia non generatio; & sic hominis resurrectio non potest esse à natura. 4. D.43. Qu. 3. *In secundo argumento ad oppositum*. n.t.

H O N

Honestas.

Honestas in diligibili, & redamatio in dilecto, sunt conditiones per se in diligibili, non quidem imperfectionis; imò non est perfectior, si non redamaret: æqualitas autem in istis est conditio concomitans. 3. D.27. Q.Vn. §. *Ad primum argumentum principale*. P.20.

Honestatem habet Deus, & redamationem, sicut amationem; & excellentius potest esse amicitia ad ipsum, ita vt dicatur superamicitia. 3. D.27.Q.Vn. §. *Ad primum argumentum principale*. P.20.

Honestate supposita, quæ est prima ratio amabilis; verum est quòd æqualitas est ratio amicitiæ; æqualitas autem est ratio amicitiæ strictè sumptæ; Sed excellentia est ratio habitus magis similis, vel perfectioris, quàm sit amicitia. 3. D.27. Q.Vn. §. *Ad primum argumentum principale*. P.20.

Honestum,

Honestum, vel delectabile, siue etiam vtile, est bonum primò conueniens naturæ rationali. 3. D.34. Q.Vn.§. *His suppositis*. ℣. *Vlteriùs ad videndum*. I.15.

Honestum, & commodum est duplex bonum in genere naturæ intellectualis. 4.D.46.Q.4. §. *Ad quæstionem*. ℣. *De primo*. A.4.

Honesti, & commodi rationes licet quandoque in eodem concurrant, vt in fruitione Dei in Patria; imò generaliter omne honestum sit commodum, licet non è conuerso; tamen summum commodum est beatitudo; & esset commodum, licet, per impossibile non esset honestum; summum etiam honestum est charitas; & esset honestum, licet, per impossibile, non esset commodum. *ibidem*.

Honor.

Honor, & voluptas, vel delectatio strictè sumpta videntur esse prima concupiscibilia naturæ rationalis. 3. D. 34. Q.Vn. §. *His suppositis*. ℣. *Vlteriùs ad videndum*. I.15.

Honoribus magnis dignificat se magnanimus; & honoribus paruis dignificat se humilis; quia reputat se parum valere in oculis suis. 3. D.36. Q.Vn. *In septimo argumento principali*. n.t.

Honorare,

Honora Patrem tuum, & Matrem, hoc præceptum malè intellexerunt Iudæi, de quo redarguit eos Saluator Matth. 15. quia interpretabantur, quòd si quis offerret substantiam suam in templo, & non daret Patri egenti, quòd seruat præceptum, quia Deus est Pater Spiritualis: Sed Deus hoc reprobat; *Irritum*, inquit, *fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram*. 3. D.30. Q.Vn. *Ad tertium principale*. G.14.

H O R

Hora.

Horis ferè viginti quinque Luna circuit suum orbem per motum firmamenti, quia Luna ab ortu eius vsque ad eius iteratum ortum consumit plùs temporis, quàm sit dies naturalis habens viginti quatuor horas per spatium temporis, in quo oriuntur tresdecim gradus æquinoctiales; quia in vna reuolutione firmamenti tantum pertransit Luna de spatio motu suo proprio, qui est ad orientem contra motum firmamenti. 2. D. 14. Qu.3. § *Dico ad quæstionem*. ℣. *Prima opinio fuit Albumasar*. B.3.

Horam vnam facit eleuatio quinque graduum æquinoctialis: ideo fertur quòd Luna percurrit orbem suum in viginti quinque horis minus duobus gradibus. 2. D. 14. Qu.3. §. *Dico ad quæstionem*. ℣. *Prima opinio fuit*. B.3.

Hora illa, qua radij solares illuminant hemisphærium nostrum, quod dicitur principium auroræ, & incipit, secundum Auctores in libro de crepusculis, quando Sol est sub Orizonte ad decem, vel octo gradus, quorum ascensus non continet spatium vltra medietatem horæ æqualis, & quintam vnius horæ, congruè celebratur Missa. 4. D.13. Q.2. §. *Tertium principale*. N.18.

Hora, siue terminus celebrandi in principio auroræ, & non ante, probat de Consecrat. dist.1. *Nocte sancta Natiuitatis Missas celebrent Præsbyteri*. Et infra eadem dist.

Hora.

dist. 5. De ieiunijs. *In Sabbato Sancto circa noctis initium Missarum solemnia sunt celebranda*: Et ratio est, quia illa pars diei artificialis, quæ est post nonam Sabbati Sancti, computatur cum nocte præcedente diem Dominicam: Vnde in benedictione Cerei dicitur, *Hæc nox est &c.* & etiam in Oratione dicitur, *Deus, qui hanc sacratissimam noctem*. 4. D.13. Qu. 2. 5. *Tertium principale*. N.18.

Hora nona, seu terminus celebrationis, colligitur ex consuetudine Ecclesiarum, & ille terminus maximè attingitur in diebus ieiuniorum, quando regulariter in Ecclesijs Collegiatis consueuit circa horam nonam Missa de ieiuno celebrari. *ibidem*.

Horam resurrectionis quærentes, intelligendi sunt, quærere de hora in comparatione ad illam regionem, vbi erit iudicium resurgentium, siue resurrectum transferrentur, vt iudicentur. 4. D.43. Q.5. *§. De tertio dico. ℣. Sed quia non sine causa*. M.11.

Hora illa fortè, qua Christus resurrexit, in comparatione ad illam regionem, resuscitabuntur mortui; vel ea hora, qua adiudicatus est à Pilato; vel ea, qua expirauit in Cruce; Siquidem de hoc certum non habemus ex Scriptura. 4. D.43. Q.5. §. *De tertio dico. ℣. Sed quod tunc dicitur*. P.12.

HOS

Hostia consecrata.

Hostia consecrata à Christo in Cœna si in triduo fuisset in pyxide seruata, permansisset ibi eadem re primò contenta: illud autem, in quod primò fiebat conuersio, nec fuit materia prima, nec accidentia, nec compositum ex materia, & accidente; & consequenter debuit esse compositum aliquod ex materia, & forma substantiali; quod proinde mansisset in triduo: Sed tunc non erat compositum ex materia, & anima intellectiua, quia Christus verè fuit mortuus in Cruce, & ita anima intellectiua verè fuit separata: nec potest esse simul separata, & vnita eidem corpori. 4. D. 11. Quæst. 3. *§. De secundo articulo dico. ℣. Contra istud: si hostia consecrata*. P.28.

Hostia consecrata potest corrumpi in ignem, vel in animatum generatum per putrefactionem, sicut corrumperetur, si esset ibi panis; & tunc substantia generari non potest ab Agente naturali, nisi substantia redeat, quia ex non substantia non fit substantia; & consequenter in transmutatione, quæ fit circa Eucharistiam necesse est, substantiam aliquam, actione diuina, redire. 4. D.12. Q.6. *In secundo argumento ad oppositum*. n.2.

HVM

Humanari.

Humanari non est proprium denominatiuum huius, quod est esse hominem, sed hominem fieri: & vniuersaliter tale denominatiuum, quod significat formam in fieri, dicitur de eo, de quo dicitur ipsa forma, & simili denominatione; idem enim est album, & fit album; ita idem est homo, & fit homo. 3. D.7. Q. 1. 5. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum dico, quod humanari*. F.9.

Humanitas.

Humanitas non est ratio primi subiecti, in quo veritates enunciatæ contingenter de Christo virtualiter continentur, sicut subiectum dicitur continere passionem, & ad quod stet resolutio; Sed est quasi passio prior, medians inter primum subiectum istarum veritatum, quod est Verbum, & alias posteriores passiones, vt natum esse, passum esse &c. patet enim, quod humanitas non potest esse ratio subiecti respectu passionis primæ, quæ est esse incarnatum, quia illud dicitur de Verbo, non præintellecta humanitate in ipso, vt in subiecto. *Prolog.* Q.3. 5. *Aliter tamen ponitur*. ℣. *Respondeo: humanitas*. Q.16.

Humanitas licet sit subiectum accidentis, hoc non conuenit ei, in quantum est forma; humanitas siquidem non est forma alterius partis compositi, vt formæ, vel materiæ, sed totius compositi, habentis quidditatem contractam, sine in quo est quidditas contracta. 2. D.3. Q.6. §. *Ad quæstionem ergo respondeo*. ℣. *Vlterius declarando solutionem istam*. H.13.

Humanitate dicitur homo, & hac humanitate hic homo. 3. D.1. Q.1. §. *Non asserendo potest mediari*. D.9.

Humanitas dicitur primum esse corporis organici animati, quis hoc totum esse, quod consurgit ex vnione istarum partium, est esse adæquatum totius. 3. D. 11. Quæst. 1. §. *Cui ista opinio non placet*. ℣. *Esse autem primum*. B.9.

Humanitas non dicit solùm respectum vnionis partium vltra partes; non enim illud, quo homo est formaliter homo, est relatio; est autem homo formaliter homo humanitate. 3. D.22. Q. Vn. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ℣. *Modo ad propositum*. L.18.

Humanum.

Humanum dicitur opus factum ab homine, non propter aliquid humanitatis, quod sit formaliter in opere, sed propter humanitatem, quæ est formaliter in homine, ad quem opus habet habitudinem. 1. D.30. Q.2. §. *Respondeo igitur ad primam quæstionem*. ℣. *Respondeo, sola relatione noua*. L.12.

Humanum est proprium denominatiuum huius, quod est esse hominem, & hoc non dicitur de Deo: hoc que debet intelligi eo modo, quo à substantijs, denominantibus suppositis, possunt accipi vlteriora concreta denominatiua; quod non est propter informationem, sicut accidentia concreta denominant; Sed propter possessionem, vel habitudinem aliam alicuius extrinseci ad talem substantiam. 3. D.7. Q 1. 5. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum dico*. F. G.9.

Humiditas.

Humiditas quædam dumtaxat circumstat partes solidas panis in vinum infusi; in partibus verò porosis eiusdem panis recipitur vinum: Et sic vinum non est vbique cum pane; nec per consequens potest naturaliter vnum corpus se facere cum alio, seu penetrare cum alio. 4. D.49. Q.16. §. *Aliter est intellectus*. ℣. *Ad aliud de pane, & vino*. sub E.16.

Humiditas circumstans digitis, quando comprimuntur in aere, vel aqua, ex Philosopho 2. de Anima Tex.113. non est tantùm humiditas, sed est aqua cum humiditate, quæ non est in digito, sicut in subiecto, sed in aqua, à qua non separatur: nec tantùm est ibi illa humiditas, quæ ab aqua separari non potest, quæ tantùm est contigua digito, sed aliqua humiditas alia, quam potest digitus recipere, quæ subiectiuè est in digito: sic aliqua qualitas causatur à vino, quæ est subiectiuè in pane. *ibidem*.

Humilis.

Humilis dignificat se paruis honoribus, quia reputat se parum valere in oculis suis. 3. D.36. Q. Vn. *In septimo argumento principali*. n.1.

Humilitas.

Humilitas non est maximum bonum, sicut est charitas; quia humilitas potest esse informis, charitas autem non; & consequenter humilitas est minus bona. 2. D.6. Q.2. *In primo argumento ad oppositum*. n.2.

Humilitas, loquendo de virtutibus moralibus, est quædam temperantia; omnis autem temperantia est minùs perfecta virtus, quàm amicitia, quæ est perfectissima virtus sub iustitia, iuxta Philosophum 8. Ethic. cap. 1. & infra. *ibidem*.

Humilitas.

Humilitas, quæ est vna ex primis speciebus temperantiæ, moderantibus circa concupiscibilia, moderatur circa honores. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *His suppositis de irascibili, & concupiscibili*. ℣. *Vlterius ad videndum*. K. 15.

Humilitatem enumerat Saluator inter beatitudines, quæ scilicet moderatur circa primum delectabile, nempè honorem; & hanc exprimit Matth. 5. *Beati pauperes Spiritu*. Vbi, secundum Augustinum, rectè intelliguntur pauperes Spiritu, recti, ac timentes Deum, non habentes inflantem Spiritum. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *His suppositis*. ℣. *His intellectis, dico*. M. 18. & ℣. *De donis dico*. O. 20.

Humilitas est idem omninò, quod timor Domini, qui est species temperantiæ, licet alio nomine nominetur: frequenter enim numerantur non nominibus propriis; & ideo Scriptura frequenter commendat timorem: Vnde illud Prouerb. 1. *Initium sapientiæ timor Domini*, nihil aliud est, nisi humilitas, quæ est principium virtutum. *ibidem*. ℣. *De donis dico*. O. 20.

H Y P

Hyperdulia.

Hyperdulia est extrema reuerentia exhibita creaturæ. 3. D. 9. Qu. *Vnica*. §. *Sed restat vna dubitatio*. ℣. *Et si dicatur*. Sub. F. 9.

Hyperduliæ adorationis ratio, potest poni vel bonitas intrinseca adorati absolutè: vel vt per ipsum tanquam per causam secundam communicatur adoranti magnum bonum. 3. D. 9. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum articulum*. G. 11.

Hyperduliæ adorationis ratio, si teneatur quod sit bonitas intrinseca adorati absolutè, tunc non debetur Christo secundum naturam humanam adoratio maior, vel alia, vel ex alia causa, putà ex hoc, quòd est Redemptor, quàm si non fuisset Redemptor; sicut nec, secundùm illam opinionem, debetur Deo maior latria, vel ex alia ratione latriæ, si est Crator, quam deberetur ei, si non esset creator. *ibidem*.

Hyperduliæ adorationis ratio si teneatur quòd sit magna bonitas adorati, communicata per ipsum tanquam per causam secundam adoranti; tunc potest dici de hyperdulia, sicut dicitur de latria respectu Dei; scilicet quod Christo, quia Redemptor, vel debetur maior reuerentia, quàm si non esset Redemptor; & hoc, si illa, quæ deberetur ei tunc, non esset maxima; vel si illa esset maxima, deberetur sibi modò eadem ex alia ratione. *ibidem*.

Hyperduliam summam debemus personæ Christi ratione redemptionis meritoriè factæ; cui etiam debemus adorationem latriæ ratione creationis. 3. D. 9. Qu. *Vnica*. §. *Quantum ad istum articulum*. G. 12.

Hyperduliæ reuerentiam, quam debemus meritoriè Saluanti, inquantum meritoriè Saluans, si debemus exhibere alteri, quàm ei, cui debemus latriam, non essemus propter hoc minùs perfectè reparati: sicut modò Mariam adoramus hyperdulia, & omnes alios Sanctos dulia; nec tamen propter istam adorationem magis sumus depressi, si solus Deus esset adorandus: essemus autem multùm depressi, si alicui alteri deberemus illam adorationem, quam debemus Deo; quia tunc essemus sibi valdè subiecti, quod concluderet maximam infelicitatem, vel infirmitatem nostri. Exemplum huius est. Magis congruit vt Pater nutriat, quàm alius, vt sic eidem personæ debeam eandem reuerentiam, quæ deberetur genitori, & nutritori: Si autem alius nutriret, deberem vnam reuerentiam Patri, & aliam alteri; & ita essem aliquo modo subiectus pluribus personis, sed non æquali subiectione. *ibidem*.

Hypostasiabilis.

Hypostasiabilis dependentia ad hypostasim, & non tantum dependentia causati ad causam potest dependere ad Verbum natura creata irrationalis, quia non habet aliquid in se, per quod repugnet sibi sic dependere: Et Verbum potest terminare istam dependentiam, quia etsi non sit in eo distincta ratio hypostasis, & personæ; tamen ita perfectè habet quidquid requiritur ad personam, & hypostasim, vt terminet, sicut si non esset persona. 3. D.2. Qu.1. §. *Quantum etiam ad secundum articulum*. F. 9.

Hypostasiari.

Hypostasiari, vel sustentificari diceretur natura non intellectualis à Verbo, non tamen personari, propter differentiam illius dependentiæ, quæ dicitur hypostasiatio, vel sustentificatio, ad illam dependentiam, quæ dicitur personatio. 3. D. 2. Qu. 1. §. *Cum arguitur contra aliud membrum*. H 13.

Hypostasis.

Hypostases Petri, & Pauli, inquit Damascenus. 1. Sententiarum. cap. 8. *in se inuicem non sunt: Seorsum autem vnaquæque, & secundum partem, idest secundum se ipsam separata est, plurima separantia eam ab altera habens: Etenim loco distant, & tempore differunt, & mente diuiduntur, & virtute, & forma, idest figura, & habitu, & complexione, & dignitate, & adinuentionibus, & omnibus distinctis characteristicis proprietatibus*. Et subdit notabile; *Plus autem omnibus, eo quòd non sunt in se inuicem, sed separatim sunt: Vnde & duo, & tres homines dicuntur, & multi: Hoc autem & in omni videre est creatura*. 2. D.3. Qu.4. §. *Ad auctoritates, quæ adducuntur*. ℣. *Ad Damascenum patet*. O. 19.

Hypostases creatæ plusquàm characteristicis proprietatibus differunt per non in se inuicem esse, sed separatim: per oppositum autem Hypostases Trinitatis in se inuicem sunt, causa cuius est vnitas naturæ, præsupposita distinctioni personali. 2. D.3. Qu.4. §. *Ad auctoritates, quæ adducuntur*. ℣. *Nota valdè quod dicit*. O. 20.

Hypostasis independens si esset Verbum, & non persona, posset terminare dependentiam naturæ non personabilis. 3. D.2. Qu. 1. §. *Contra istud: natura intellectualis*. ℣. *Contra istud: Si Verbum esset*. D. 7.

Hypostasis, & personæ distinctio ab aliquibus excogitata in Verbo, non est ratio, quare sibi possit aliquid vniri in ratione hypostasis, vt lapis; & tamen non in ratione personæ: Nam in Deo non est ordo aliquarum realitatum, quarum vna contrahat aliam, quia tunc non esset perfectè simplex: & ista est ratio, quare Deus non est in genere: Vndè non est in eo aliqua realitas, à qua sit hypostasis determinabilis à realitate, à qua est persona: imò nulla omninò alia, & alia est realitas, secundùm distinctionem ex parte rei, à qua sit hypostasis, & persona: Omnis autem vnio realis est ad terminum realem, & secundùm quod realis; adeoque non potest esse vnio realis ad hypostasim, & non ad personam, cum nulla sit ibi distinctio realis: & ideo non dico, naturam illam irrationalem non personari, & naturam nostram personari, propter aliquam distinctionem realem hypostasis, & personæ in termino dependentiæ; sed propter distinctionem realem relationum per modos, quos habent à fundamentis, vel saltem quos causant fundamenta. *ibidem*. ℣. *Aliqui tamen dicunt Contra sicut dictum est*. D. E. 7. 8.

Hypostases hominum plures sunt, ex Damasceno. lib. 3. cap. 3. vel. 49. *Omnes autem eandem recipiunt rationem naturæ: omnes enim ex anima compositi sunt, & corpore*. Vbi nota, quod vult quòd omnes hypostases hominum participant eandem rationem naturæ, per hoc scilicet, quòd quælibet hypostasis componitur ex corpore, & anima; & ideo sic componi conuenit naturæ, quam participant. 3. D.22. Qu. *Vnica*. §. *Contra ista*. ℣. *Præterea. Damascenus*. n. 4.

Hypostatica. Vide. Vnio.

Hypostaticè.

Hypostaticè dependere posse naturam lapidis ad Verbum, non tamen ad personam, vt ad terminum; quia persona non terminat dependentiam naturæ, nisi personabi-

Hypoſtaticè.

ſis; hoc excluditur; quia licet naturæ dependentes ſint alterius rationis; & ita dependentiæ earum, inquantum à fundamento, poſsunt habere diſtinctionem, ſunt aliquo modo alterius rationis; tamen idem terminus, & ſecundum eandem rationem ex parte eius poteſt eſse omnium iſtarum dependentiarum: Sicut ſi natura Angelica aſsumeretur; ipſa eſset alterius rationis à natura humana; & ſic eſset alia, & alia dependentia huius naturæ, & illius; & tamen vtraque poſset dependere ad eundem terminum, vt ad perſonam Verbi. 3. D. 2. Qu. 1. §. *Contra iſtud.* ¶. *Hic diceretur. Hoc excludendo dico.* C. D. 6.

Hypoſtaticè vniri Verbo naturam natam frui, & non frui eo, non includit contradictionem; & hoc, ſi ponatur, poſse aſsumi ſine habitu creato; Si autem poneretur, quòd neceſsariò ad hoc, quòd aſsumeretur, oporteret quòd haberet actu habitum gloriæ, huiuſmodi neceſſitatem non video. 3 D. 2. Qu. 1. §. *Ad quaestionem igitur; quantum ad primum articulum.* F. 9.

Hypotheſis.

Hypotheſis per impoſſibile, quæ ſit in diſputatione admittenda, & quæ non. 1 D. 11. Qu. 2. §. *Contra iſtam poſitionem.* ¶. *Praeterea licet poſitio. Item ſi aliquid. Praeterea, aliud eſt ponere aliquid.* A 2. 3.

Hypotheſes per impoſſibile admitti debere, probatur authoritatibus Auguſtini, Ricarchi, & Philoſophi. ibidem. ¶. *Contra iſtam opinionem.* A. 4.

Finis Litteræ. **H.**



Iacere

I

Iacere.


Acere magis videtur esse situs naturalis corpori humano, quàm sedere, quod includit curuitatem partium. 4. D 49. Q. 14. §. *Ad illud*. ∜. *Et ex hoc*. L. 12.

Iacob.

Iacob dictum asserentis se fuisse primogenitum, quamuis hoc sciret esse falsum, excusaut aliqui, dicendo quòd tales sermones possunt figuratè intelligi, vel sub alio intellectu, quàm verba primo exprimant. 3. D. 38. Q. Vn. *Ad secundum principale*. G. 13.

Iacob si prima nocte cognouit Lyam ex errore, credens eam esse Rachelem (siue possit excusari à peccato, siue non), non est magna vis, quia non fuit confirmatus. Sed postquam deprehendit illam esse Lyam, consensit nouo consensu propter illa verba Laban, *Non est consuetudinis in loco isto, vt minores priùs tradantur ad nuptias*, & ex tunc fuit vxor eius: Alias benè concedo, quòd potuisset repudiare eam, sicut non suam. 4. D. 30. Q. 1. § *Ad primum principale*. E. 7.

Iacobus.

Iacobus Apostolus non videtur per illud, *Confitemini alterutrum peccata vestra*, dedisse præceptum de confessione, nec præceptum à Christo promulgasse. Primum non: Vnde enim sibi auctoritas obligandi totam Ecclesiam, cum esset Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ? Nec secundum videtur, quia Apostoli publicantes præceptum Domini in scripturis suis vtebantur modo loquendi, per quem potuit innotescere, quòd erant præcones Christi. Probatur etiam per illa verba adnexa, dicendo enim, *Confitemini alterutrum &c.* non magis dicit confessionem faciendam esse Sacerdoti, quàm alij, subdit enim, *& orate prò inuicem, vt saluemini*, vbi nullus diceret, ipsum instituisse præceptum Diuinum. Sed intellectus eius est, sicut in illo verbo, *Confitemini alterutrum &c.* persuasio ad humilitatem, scilicet, vt generaliter nos confiteamur, apud proximos, peccatores, iuxta illud primæ Canonicæ Ioannis cap. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus &c.* Ita per secundum persuadet ad charitatem fraternam, vt scilicet per eam subueniamus nobis inuicem. Vnde apparet illud non esse de iure Diuino promulgato per scripturam Apostolicam. 4. D. 17. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ∜. *Sed nec per hoc*. H 16.

I A N

Ianua.

Ianua Regni cœlestis fuit Virgini gloriosæ aperta per meritum passionis Christi præuisæ, & acceptatæ, specialiter in ordine ad hanc personam, vt propter illam passionem nunquam huic personæ inesset peccatum, & ita nec aliquid, propter quod ianua clauderetur cum tamen sibi ea origine competeret vnde ianua clauderetur sicut alijs. 3. D. 3. Q. Vn. §. *Si autem teneatur*. ∜. *Ad aliud de apertione*. G. 18.

Ianua Paradisi sicut Sanctis Patribus in Lymbo purgatis ab originali non patuit, quousque passio Christi fuit exhibita, ita probabile est, quòd nec B. Virgini, licet à peccato originali semper præseruatæ ex meritis passionis Christi præuisæ. 3. D. 3. Q. *Vnica*. §. *Si autem teneatur*. ∜ *Si quæratur*. G. 19.

Ianuæ celestis apertionis obstaculum licet amoueatur per passionem Christi, nullus tamen adultus actu ingreditur in Cœlum, nisi cooperetur, & vtatur prima gratia, quam sibi meruit Christus. 3. D. 19. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ∜. *Sed quid*. C. 8.

Ianuam aperire aliud est, & aliud ingredi, & quandoque difficilius est aperire ianuam, quàm aperta porta intrare: Ideo ad ingressum (*ianuæ cœlestis*) possumus cooperari: ad apertionem nec Patres potuerunt, nec nos possumus; Sed illius præcisa causa fuit Passio Christi. 3. D. 19. Q. Vn. §. *Sed hic sunt*. ∜. *Ad primum illorum*. E. 11.

I D E

Idea quo ad nomen.

Ideæ nomen accepit Augustinus à Platone, qui posuit Ideas quidditates rerum, per se quidem existentes, secundum Aristotelem, & malè; secundum Augustinum, in mente Diuina, & benè; vnde loquitur de Mundo intelligibili, secundùm eum. 1. D. 35 Q. *Vnica*. §. *Ad ista*. ∜. *Istud videtur*. L. 12.

Idea quo ad essentiam.

Idea in mente Diuina est similitudo obiecti, & immaterialis. 1. D. 3. Qu. 3. §. *Congruentia etiam illa*. ∜. *Respondeo aliud est loqui*. C. 4.

Idea est mensura propria, & participatum proprium, vel magis relatio mensuræ, & participati. 1. D. 8. Q. 3. §. *Respondetur Deus*. ∜. *Respondeo idea*. D. 9. Additio.

Idea est ratio æterna in mente Diuina secundum quam aliquid est formabile extra, vt secundum propriam rationem eius. August. 83. qq. q. 46. 1. D. 35. Q. *Vnica*. §. *Ad ista*. L. 12.

Ideæ sunt formæ æternæ, & incommutabiles in mente Diuina secundùm August. 83. qq. q. 46. quatenus idea est ratio factibilis ad extrà in mente Diuina, in qua nihil potest esse, nisi æternum, & incommutabile. 1. D. 35. Q. Vn. §. *Ad ista*. L. 12.

Ideas habere veriuss esse, quàm ideata, absurdum est: *& sequitur:* Si Deus non causat ideas, nisi entia rationis, quod nec dat aliquod esse reale ipsis ideatis, quæ sunt causata quasi remotiora. 1. D. 36. Q. Vn. §. *Contra ista*. ∜. *Præterea quarto*. A. 4.

Idea si ponitur respectus essentiæ Diuinæ ad extrà, cognitio illorum, ad quæ est respectus ille necessariò præsupponitur: Essentia enim Diuina nunquam est comparata, nisi priùs intelligatur illud, ad quod fit comparatio. 4. D. 50. Q. 3. §. *Respondeo hic primo*. ∜. *Sed quid*. C. 4

Ideæ rationem habet essentia Diuina, vt perfectè repræsentat alia, ad quæ comparatur, vt obiecta cognita. 4. D. 50. Q. 3. §. *Respondeo hic primò*. ∜. *Per quid*. C. 4.

Ideas posuit Plato in mente Diuina, sicut per se entia. 4. D. 50. Quæst. 3. §. *Respondeo hic primò*. ∜. *Dico, quod falsum*. D. 5.

Ideæ possibilitas.

Idea Platonica, si daretur, non esset definibilis secundum Philosophum. 1. D. 8. Q. 3. §. *Alij probant*. ∜. *Respondeo Aristoteles*. S. 22.

Ideam generis, per cuius participationem species sunt illud, quod sunt, non oportet ponere secundum Platonem; sed ideam speciei, ad quam omnes aliæ reducuntur. 2. D. 3. Q. 1. §. *Contra istud*. ∜. *Prima via est*. A. 3.

Idea Platonica poneretur (si eadem substantia materialis in se nullo modo distincta haberet esse multorum indiuiduorum, ex eo quòd sit sub multis quantitatibus) vel plùs quàm idea, quàm Plato posuit: Plato enim ideam posuit esse naturam per se existentem, separatam sine accidentibus, sicut sibi imponitur à Philosopho, in qua esset tota natura speciei prædicatione dicente, *hoc est hoc*. Hæc autem opinio dicit hanc substantiam dici de quolibet huius speciei prædicatione dicente hoc est hoc, & tamen esse sub hoc accidente, & illo. Quare hæc opinio ponit tantam communitatem, quantam posuit Plato in ideis. 2. D. 3. Q. 6. §. *Ista positio*. ∜. *In Metaphysica sequuntur*. A. 6.

Idea vt repræsentans.

Ideæ merè naturaliter repræsentant illud, quod repræsentant, & sub naturali ratione, sub qua aliquid repræsentant,

Idea vt repræsentans.

Ideæ subiectum.

Idea vt causa.

Idea quorum sit.

Idem absolutè sumptum.

Idem absolutè sumptum.

cationem, putà si realiter, realiter; Si ratione, ratione; hoc enim includit oppositum primi principij, quia idem, vt est idem, esset vnum, & non vnum. 4. D.16. Q.2. §. *Respondeo*. ỽ. *Primò sic*. A. 4.

Idem non separatur ab eodem, accipiendo vniformiter identitatem, & separationem, putà, si realiter, realiter, si ratione, ratione: quia hoc includit oppositum primi principij, scilicet, quod idem, vt est idem simul sit, & non sit. *ibidem*. ỽ. *Item secundò sic*. A. 4.

Idem, vt idem in persona cognoscit: *siue* Eiusdem, vt eiusdem in persona est cognoscere in causa, & sententiare de ea. 4. D. 21. Quæst. 2. §. *In ista quæstione*. ỽ. *Contra rationem istam*. A. 5.

Idem non potest bis produci. 1. D.17. Q. 3. *aliàs* 5. §. *Contra istam opinionem*. ỽ. *Præterea idem*. V u. 3.

Idem perfecta identitate dicit relationem rationis 5. Metaph. cap. de eodem, & tamen *diuersum*, quod negat istam identitatem, conuenit rei absque actu rationis, & intellectus. 1. D.23. Q. Vn. §. *Item arguo*. ỽ. *Cum arguitur de communicabili*. I. 8.

Idem sub ratione, qua est actiuum, esse tantùm passiuum respectu actus eiusdem rationis, & inquantum est merè passiuum, esse actiuum respectu actus eiusdem rationis, videtur valdè irrationabile. 1. D. 27. Quæst. 1. vel tertia. §. *Contra istam opionem*. ỽ. *Quod etiam dicit*. A. 5.

Idem sub eadem ratione, nec in se, nec in mente est in potentia ad se. 1. D.27. Q.1. vel 3. §. *Contra ista*. ỽ. *Præterea si primò*. C. 9.

Idem potest ad se referri, vt declarans ad declaratum, sed relatio est rationis. 1. D.27. Q.3. §. *Ad tertiam quæstionem*. ỽ. *Contra istud potest argui*. I. 22.

Idem manens idem, semper natum est facere idem, 2. de Generat. tex. 56. intelligitur de agente naturali, sicut patet per ipsum Philosophum ibi. 2. D.1. Q 2. §. *Ad primum argumentum principale*. ỽ. *Ad tertium*. F. 9. & 4. D. 49. Qu. 3. *In primo argumento in oppositum*. n 2.

Idem realiter A. nihil est, sine quo A. potest esse realiter sine contradictione. 2. D.1. Quæst. 4. §. *Contra istam opinionem*. n. 5.

Idem ens realiter, quod sit realiter, & quod non sit realiter, videtur oppositum primi principij, ex quo principio videtur concludi diuersitas entium. 2. D.1. Qu.4. §. *Contra istam opinionem*. n. 5.

Idem realiter A. nihil est, sine quo A. potest esse sine contradictione. Ista propositio si negetur, non videtur vnde possit entium distinctio probari; diceretur enim à proteruo quod non tantùm in vno supposito plures naturæ, vt substantia, & accidentia sint eadem; sed quòd Sortes, & Plato; vel Sortes, & lapis, vel album non differunt realiter. 2. D.1. Q.4. §. *ibidem*. n. 5.

Idem specie, secundùm Augustinum. 3. *de Trinit. cap.* 9. potest generari æquiuocè, & vniuocè, & tamen mutationea sunt alterius rationis. 4. D.43. Qu.1. §. *Aliter ponitur*. ỽ. *Contra istud*. D. 8.

Idem, & diuersum non sunt immediata circa quodcunque prædicatum, vt per se dictum de subiecto. 1. D. 2. Qu. 7. §. *Ad primum principale*. ỽ. *Ad probationem consequentiæ*. Kk 52.

Idem non potest esse in actu, & in potentia vniuocè, sed benè æquiuocè. 1. D. 3. Qu. 7. §. *Ad argumenta pro secunda*. R. 27.

Idem non potest esse in actu, & in potentia simpliciter non est principium metaphysicum, sed in multis falsum. 1. D. 3. Q 7. §. *Ad argumenta*. ỽ. *Et si omninò*. R. 29.

Idem producere se non est intelligibile. 1. D.4. Qu.1. §. *Ad primum argumentum*. D. 3.

Idem, & diuersum immediatè diuidunt quodlibet ens 10. *Metaph. tex.* 12. exponitur. 1. D.4. Q.1. §. *ibidem*.

Idem est aliquid in Diuinis alicui absoluta identitate reali, absque formali. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta logica*. H. 10.

Idem sibi verè non est [in Diuinis], quod non est formaliter idem alieni, nisi vel vtrumque sit formaliter infinitum, vel alterum; vel saltem vtrumque sit verè idem alicui formaliter infinito. 1. D.13. Q. Vn. §. *Aliter ponitur, quod distinguuntur*. ỽ. *Præterea quarto*. F. 10.

Idem inclinat ad finē proprium, & in ea, quæ sunt ad finē, vt sunt ad finē. 4. D.46. Q.1. §. *Hic primo*. ỽ. *Si obiicitur*. D. 5.

Idem absolutè sumptum.

Idem non determinat se ad se. *Quodl.* Q.2. §. *Ad primum triplex*. ỽ. *Contra hoc*. N. 24.

Idem, *seu* Eidem quæcunque in Deo sunt re simpliciter, ipsa significata etiam in abstracto, & in nominibus primæ impositionis, siue significantibus rem primæ intentionis prædicantur de se inuicem in abstracto, licet non in nominibus secundæ impositionis, siue accepta secundùm aliqua nomina secundæ intentionis, sicut patet in creaturis. Vnde licet ista sit vera, *Sortes est homo*, non tamen ratio Sortis, quæ est singularitas, est ratio hominis, quæ est vniuersalitas. *Quodl.* Q.5. §. *Circa tamen*. ỽ. *Sed hoc non videtur*. R. 18.

Idem, si non potest esse simile sibi, multò magis æqualitas in vno æquali est distincta ab alio æquali. *Quodl.* Q.6. §. *De secundo articulo*. ỽ. *Secundo arguitur*. A a. 21.

Idem non competit eidem, nisi per eadem rationem, & tamen idem repugnat eidem per plures rationes, quia multis communiter non conuenit idem prædicatum, saltem, quod non est de essentia eorum, nisi per idem commune eis, sed multis repugnare potest idem non per aliquid commune eis. *Quodl.* Q.9. §. *De tertio*. ỽ. *Respondeo non est*. O. 20.

Idem in pluribus generibus enunciari nihil prohibet, inquit Aristoteles in Prædicament. de qualit. quod non est verum de aliquo per se vno, sed de aliquo vno per accidens, quod etiam quandoque vno nomine significatur, sicut fortè hoc nomen, *scientia*; sed non propter hoc est vnum propriè, quod est vnum secundùm diffinitionem. *Quodl.* Quæst. 13. §. *Ad argumentum principale*. ỽ. *Hinc patet*. N n. 33.

Idem in anima est ratio virtualiter continendi intellectionem, vt effectum æquiuocum, & recipiendi eandem. *Quodl.* Q.15. §. *Ad argumentum principale*. ỽ. *Respondeo: omnis*. Y. 24.

Idem non est causa, nec medium respectu sui ipsius, nec etiam est causa, vel ratio mediandi respectu sui ipsius. *Quodl.* Q.18. §. *Contra ista*. ỽ. *Ad primum ergo*. S. 14.

Idem numero.

Idem numero aliàs produci si simpliciter est impossibile; sequitur quòd Deus in hoc *idem* nunc non poterit; quod est falsum: Si autem non est simpliciter impossibile; tunc sequitur quòd in causalitate eorum, in quibus prius fuit istud possibile, & nunc erit. Sed prius fuit in causalitate causarum naturalium (loquendo de effectibus naturalibus), & per consequens, & nunc erit. 4. D.43. Q.3. §. *Tertia opinio*. ỽ. *Præterea aut simpliciter*. D. 11.

Idem numero aliquid non apparet, quare non possit natura reducere ad idem suum esse, quod priùs habebat. 4. D.43. Q.3. §. *Quantum ad istum*. ỽ. *Et ideo potest*. E. 12.

Idem per actionem agentis naturalis rediens, ideo in prima reditione eius secundùm speciem, non redit idem secundum numerum, quia aliquando sunt impedimenta ex parte passi, vel Agentis, propter quæ accidentia inseparabilia primi non sunt statim reducibilia, & sine illis non reduceretur eadem substantia, non sic semper oportet esse talia impedimenta. 4. D.43. Q.3. §. *Quantum ad istum*. ỽ. *Ad vltimum*. L. 18.

Idem numero redire aliquid per Agens naturale, secundum aliquos, est impossibile. 4. D.43. Q.3. §. *Alia est opinio*. C. 6. quæ opinio refellitur ibidem. §. *Tertia opinio*. C. 9. & §. *Quantum ad istum*. E. 12.

Idem realiter.

Idem alicui est realiter illud, quod propriè dicitur inesse alicui, sine quo non potest illud esse sine contradictione. 2. D.1. Q.4. §. *Ad quæstionem istam*. ỽ. *Primum probatur*. M. 21.

Idem realiter alicui est aliquid, si necessariò requiritur ad eius esse, ità quòd illud aliud non poterit esse sine eo. 2. D.1. Q.4 §. *Ad quæstionem istam*. ỽ. *Primum probatur*.

Idem realiter A. nihil est, sine quo A. potest esse realiter sine contradictione. 2. D.1. Q.4. §. *Contra istam opinionem*. n. 5.

Idem realiter A. nihil est, sine quo A. potest esse sine contradictione. Ista propositio si negetur, non videtur vn-

Idem realiter.

de possit distinctio entium probari: Diceretur enim à proteruo non tantùm quòd in vno supposito plures naturæ, vt substantia, & accidentia sint eadem, sed quòd Sortes, & Plato, vel Sortes, & lapis, vel album non differunt realiter. 2. D. 1. Qu. 4. §. *Contra istam opinionem*. n. 5.

Idem ens realiter, quod sit realiter, & quod non sit realiter, videtur oppositum primi principij, ex quo principio videtur statim concludi diuersitas entium. 2. D. 1. Q 4. §. *Contra istam opinionem*. n. 5.

Idem formaliter.

Idem formaliter ex hoc, quod non sunt A. & B., non oportet sequi, quod sint distincta formaliter, quia formalitas in antecedente negatur, & in consequente affirmatur. 1. D 2. Q. 7. §. *Sed hic restat vlterior*. ℣. *Sed non ne sequitur*. H h. 44.

Identitas absolutè sumpta.

Identitas in existentia Angeli, & successio in aliquo alio absoluto sui non potest esse in Angelo. 2. D. 2. Q. 1. §. *Sed contra conclusionem*. ℣. *Similiter*. D. 18.

Identitatem in triduo Corporis Christi in Eucharistia consecrata ante mortem Christi (ita scilicet, quòd esset idem numero corpus in Eucharistia in triduo, quod fuit in ea ante mortem) non saluat identitas materiæ, seu hypostasis: nec ad illam identitatem saluandam iuuat fugere ad hanc, quia contraria possunt inesse eidem identitate materiæ, quando succedunt sibi inuicem: Et si etiam Verbum assumpsisset lapidem, fuisset lapis idem naturæ humanæ, identitate hypostasis. 4. D 11. Q. 3. §. *Ad rationes*. ℣. *Quantum ergo*. K k. 57.

Identitas respectus ad fundamentum, vel non identitas, non est ratio quare terminus respectus cadat in diffinitione fundamenti, vt additum. 4. D. 12. Q. 1. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Sed respondeo*. K. 18.

Identitas esse lapidis, *verbi gratia*, vt est in instanti B. sequente tempus intermedium, in quo ab instanti suæ creationis A. posset conseruari; identitas, inquam, ipsius esse, vt est in B. ad seipsum, vt est in A. non dependet essentialiter ex conseruatione istius esse pro tempore illo medio, quia neque vt à causa formali, neque vt à quacunque causa essentiali. 4. D. 43. Q. 1. §. *De primo*. ℣. *Præterea si Deus*. n. 4.

Identitas esse lapidis ad se, si dependeret essentialiter ab esse in instanti B. sequente tempus illud intermedium, quod præcedit instans creationis A. sequeretur, quòd non posset Deus idem *esse* causare in alio instanti posteriori illud, quod in instanti priori creat, quia si in instanti priori creat, & in tempore sequenti conseruat *esse* idem, & conseruatum in tempore illo essentialiter requireretur ad identitatem illius esse in instanti B. tunc si non esset conseruatum in illo tempore, sed in primo; creatum in B. non posset creari idem. 4. D. 43. Q. 1. §. *ibidem*.

Identitate continens aliquid, si est perfectius, concluditur etiam contentum in eo esse perfectius per identitatem. 2. D. 1. Q. 4. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Item quarto sic*. A. 8.

Identitate, seu Per identitatem, contenta in aliquibus non minus differunt in continentibus magis distinctis. 2. D. 1. Qu. 4. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea quinto*. A. 9.

Identitas vera, & non præcisa qualiter esse possit, intelligitur hoc modo. Quando in creaturis aliquod continet per identitatem, siuè vnitiuè plura, non est hoc ex perfectione contenti, sed ex perfectione continentis; & ita, quod fundamentum contineat relationem per identitatem, non est ex perfectione relationis, sed ex perfectione fundamenti, sic eam continentis; adeoque ex illa relatione contenta nullam perfectionem acquirit fundamentum, & propterea eam sibi identificat verè, & non præcisè. 2. D. 1. Q. 4. §. *Secundum membrum*. O 25.

Identitas operationum intellectualium ex parte obiecti simpliciter non est identitas in specie; sed diuersitas ex parte fundamenti simpliciter est diuersitas, & identitas secundum quid. 2. D. 1. Q. 5. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Vel potest dici*. F. 6.

Ex identitate potentiæ, & obiecti non sequitur identitas actus cum ipsis. 1. D 2. Q. 2. §. *Ostenso esse de proprietatibus*. ℣. *Aliter ostenditur*. T. 22.

Identitas ponit suum significatum circa determinabile commune extremis, denotans ipsum non distingui, nec diuidi in eis. 1. Dist. 4. Quæst. 1. §. *Ad primum argumentum*. D. 3.

Identitate absoluta est aliquid idem alicui absque formali identitate. 1. D. 5. Q. 1. §. *Ad argumenta logica*. H. 10.

Identitas perfecta excludit omnem aggregationem, quia nihil aggregatur sibi ipsi. 1. D. 5. Q. 2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Qualiter autem*. L. 15.

Identitas prima prædicationis est cuiuscunque ad se, *vt homo est homo, Deus est Deus*. 1. D. 26. Q. Vn. §. *Ad primum tertia via*. ℣. *Respondeo: prima identitas*. Z. 49

Identitas effectus non tantùm dependet à causa efficienti, sed etiam à materia. 4 D. 43. Q. 3. §. *Hic sciendum*. ℣. *Præterea ratio*. C. 4.

Identitas secundum speciem in Agente æquiualet identitati naturali. *ibidem*. §. *De secundo*. ℣. *Prima conclusio*. M. 19.

Identitas maior extremorum non potest concludi in conclusione, quam sit identitas eorum ad medium in præmissis. *Quodl.* Q. 5. §. *De primo*. ℣. *Ex hoc patet*. C 5.

Identitas est extremum, siue oppositum perfectius diuersitate sibi opposita: Est autem, secundùm multos, diuersitas aliqua perfecta in entibus, quæ sit relatio realis, & per consequens aliqua identitas perfecta, quæ sit relatio realis; nusquam autem est ita perfecta, vt in personis Diuinis: illa enim, quæ est eiusdem suppositi ad se non est relatio realis; illa autem, quæ est in creaturis alterius ad alterum non est perfecta, quia non est ibi nisi diminuta vnitas. *Quodl.* Q. 6. §. *De tertio articulo*. ℣. *Consimiliter posset*. L l. 33.

Identitas maior non videtur esse inter absolutum, & relationem, quàm vel ipsa, quæ est inter creaturam, & relationem creaturæ ad Deum, vel illa, quæ est relationis personalis ad essentiam Diuinam. *Quodl.* Quæst. 16. §. *De tertio*. Y. 24.

Identitas numeralis.

Identitas numeralis in effectu, non requirit identitatem numeralem efficientis, sicut illam materiæ. 2. D. 20. Qu. 2. §. *Dico, quod soli*. ℣. *Dico, quod non*. C. 3.

Identitas realis.

Identitas vera, & realis, vbi est, licet non sit formalis; ibi impossibile est hoc esse, & illud non esse: quia tunc idem realiter esset, & non esset. 2. D. 3. Qu. 4. §. *Contra: Ista positio*. F. 9.

Identitas realis non est, nisi rei ad rem; Vnde res, vt comparatur ad rem, cui est idem realiter, non est alia res ab ipsa; sicut homo est idem realiter Sorti, & Sortes est idem Sorti; & vt dicitur idem Sorti comparatur ad Sortem; patet de se, nec tamen homo, vel Sortes, vt comparatur ad Sortem, est alias res a Sorte. *Quodl.* Q. 3. §. *Ad argumentum principale*. ℣. *Respondeo, quod quæstio*. V. 22.

Identitas formalis, atque simplicitatis.

Identitas formalis vocatur, vbi illud, quod dicitur sic idem, includit illud cui sic est idem in ratione sua formali: & per consequens per se primo. 1. D. 2. Q. 7. §. *Sed hic restat*. ℣. *Vel vt propriissime*. H h. 44.

Identitas simplicitatis non infert identitatem formalem: Non enim sequitur, sunt perfectè eadem, etiam identitate simplicitatis, ergo sunt formaliter eadem. 1. D. 5. Q. 2. §. *Tertio principaliter*. ℣. *Qualiter autem*. L. 15.

Identitas simpliciter stat cum non identitate formaliter. 4. D. 46. Q. 3. §. *Ad quæstionem*. A. 2.

Identitas in Diuinis.

Identitas per se, idest formalis, nō est inter omnia in Diuinis *sine sic* In Diuinis non omnia sunt per se eadē, idest formaliter

licet

liter nec tamen ineſt aliquid alicui per accidens propriè. 1. D.5. Q.1. §. *Ad argumenta logica*. H.10.

Identitatis perfectio in Diuinis excludit omne compoſitionem, & quaſi compoſitionem inter eſſentiam, & relationes; quæ identitas eſt propter infinitatem; & tamen infinitas non tollit formaliter rationes, quin hæc formaliter non ſit illa: Vnde non eſt ex iſtis quaſi compoſitum: Et ideo nihil eſt ex eis quaſi compoſitum ex actu, & potentia. Sed eſt vnum ſimpliciſſimum ex iſtis, quia vna ratio eſt perfecte, imo perfectiſſime eadem altero, & tamen non eſt formaliter eadem. 1. D.5. Q.2. §. *Tertio principaliter* ℣. *Qualiter autem*. L.15.

Identitate quaſi mutua ſunt eadem (in Diuinis ſapientia, & magnitudo, & cœtera eſſentialia) quia vtrumque eſt formaliter infinitum, propter quam infinitatem vtrumque eſt idem alteri: Paternitas autem & Deitas non ſunt eadem ſic mutuo, quia vnum eorum non eſt formaliter infinitum, ſed tantum Deitas eſt formaliter infinita, & propter iſtam infinitatem Paternitas eſt ſibi idem, non è conuerſo ſic. 1. Diſtinct. 8. Quæſtion. 4. §. *Contra iſtam ſolutionem*. ℣. *Ad ſecundum dubium*. Y. 23.

Identitas non minor eſt Patris ad Filium, quam poſſet eſſe quæcumque vnio Spiritus Sancti ad voluntatem creatam, quia in eadem natura. Propter illam autem identitatem non dicitur Pater operari aliquod Filio, ſicut patet ſecundum Auguſtinum 7. de Trin. cap. 1. Quod Pater non ſapit ſapientia genita: Conſequenter nec multo magis voluntas dicetur aliquid operari propter vnionem Spiritus Sancti cooperantis ad ipſam. 1. D.17. Q.2. aliàs 3. §. *Contra iſtam concluſionem*. ℣. *Præterea quarto*. E c.20.

Identitas perfecta relationis ad eſſentiam præintelligitur aliquo modo Patri, qui dicitur primo referri; non autem vnio quaſi formæ alicui quaſi materiæ, vel quaſi potentiali; nec tamen talis perfecta identitas eſt ratio propter quam eſſentia formaliter denominetur à relatione. 1. D.26. Q. Vn. §. *Tenendo opinionem ſecundam*. ℣. *Sed melius videtur*. R.41.

Identitas non formalis in aliquo ſufficit ad hoc, vt vno diſtinguatur Filius (in Diuinis) & non altero. 1. D.26. Qu. Vn. §. *Ad argumenta pro opinione Præpoſitiui*. D d.57.

Identitas in Diuinis dupliciter ſumi poteſt; Vno modo eiuſdem perſonæ ad ſe, ſicut Pater eſt idem ſibi. Alio modo vnius perſonæ ad aliam, ſicut Pater eſt idem Filio, & è conuerſo; de qua poteſt dici, ſicut de alijs quod eſt realis; quia ibi eſt vera vnitas ea natura rei, & ſufficiens diſtinctio extremorum, nec videtur eſſe neceſſaria comparatio intellectus ad eſſe huius identitatis. 1. D.31. Q. Vn. §. *Quantum ad tertiam*. ℣. *De identitate*. E.5.

Identitas vera, & perfecta nunquam eſt, niſi in Deo tantùm, licet identitas eiuſdem ſuppoſiti ad ſe in creaturis ſit relatio rationis: nam ſortis ad ſe non eſt perfecta identitas, quia rationis tantùm, & ita omnis talis eſt ens ſecundum quid; ſed Sortis ad Platonem eſt perfecta identitas, quia non fundatur in perfecta vnitate. 1. D.31. Q. Vn. §. *ibidem*.

Identitas Patris ad Filium in Diuinis eſt perfecta quantum ad fundamentum, quia Patris ad Filium eſt perfecta vnitas, & perfecta realis identitas, quia realis diſtinctio eſt, & ſufficiens extremorum. *ibidem*.

Identitas aliqua eſſet (inter Patrem, & Filium in Diuinis) ſi, per impoſſibile, Pater haberet maiorem Deitatem, & Filium minorem. Sed quia fundamentum identitatis non haberet eandem magnitudinem, non eſſet identitas perfecta, quia nec cum æqualitate: Ideoque poteſt concedi quod æqualitas non ita diſtinguitur ab identitate, & ſimilitudine, ſicut illa inter ſe; ſed quod ipſa dicat proprium modum fundamenti vtriuſque illarum duarum relationum, & quaſi etiam modum proprium vtriuſque relationis, ſcilicet quod tam identitas, quàm ſimilitudo ſit perfecta. 1. D.31. Q. Vn. §. *Quantum ad tertiam concluſionem*. ℣. *Ad primum poteſt concedi*. F.6.

Identitate veriſſima licet in Deo intellectus ſit idem voluntati; tamen intellectus non eſt formaliter voluntas, nec è conuerſo; ſicut nec iuſtitia eſt formaliter, vel quidditatiuè idem miſericordiæ, vel è conuerſo; & propter hanc non identitatem formalem poteſt iſtud eſſe principium proximum alicuius effectus, cuius reliquum non eſt principium formale eodem modo, ſicut ſi hoc, & illud eſſent duæ res. 4. D.46. Q.3. §. *Ad argumenta*. ℣. *Sed contra hoc*. C.4.

Identitate cum reali niſi ponatur non identitas formalis, non poteſt eſſe illa vnio repugnans omni compoſitioni, qua eſſe Diuinum actualiſſimum dicitur vnitiuè includere omnem perfectionem Diuinam: Nam vnitiuè non continentur, quæ ſine omni diſtinctione continentur quia vnio non eſt abſque omni diſtinctione. 4. D.46. Q. 3. §. *Ad argumenta*. *Ad primum*. *Eſſentia*. D.4.

Identitatem cuiuſcunque ad quodcunque in Deo veram, loquendo de intrinſecis ipſi Deo, probat illud dictum Auguſtini lib. 11. de Ciuitat. Dei cap. 10. *Eo ſimplex eſt Deus, quod eſt quicquid habet*; Sed ex hoc non ſequitur, ergo quodlibet eſt formaliter idem cuilibet; quia vera identitas, imo veriſſima, quæ ſufficit ad omnino ſimplea, poteſt ſtare cum non identitate formali. 4. D.46. Q.3. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad auctoritatem in oppoſitum*. E. 5.

Identitas ſola eſſentiæ cum ſibi identificatis non eſt ſola ratio illis identificatis habendi infinitatem formaliter, ſed eſt ratio ſufficiens omni rei, cui formaliter non repugnat infinitas: formaliter autem repugnat relationi perſonali, & nulli eſſentiali. *Quodl.* Q.5. §. *Ad primum*. ℣. *Ad vltimum*. Y.25.

Identitas vt relatio.

Identitatis relatio appropriatur ſubſtantiæ. 1. D.19. Q.1. §. *De primo*. A.2.

Identitatis relatio poteſt fundari ſuper quodcunque ens in quantum eſt quid. *ibidem*. §. *De ſecundo*. B.3.

Identitatis, æqualitatis, & ſimilitudinis communitet ſumptarum fundamentum eſt ens in communi comparatum ad quodcunque ens in communi. *ibidem*. C.3.

Identitas, qua identitas eſt relatio rationis, nec eſt alia ratio formalis propter quid. 1. D.26. Q. Vn. §. *Tenendo opinionem ſecundam*. ℣. *Ad ſecundum dico*. S.42.

Identitatis ratio vnius indiuidui ad aliud indiuiduum prius eſt, quàm æqualitatis, & ſimilitudinis. *ibidem*. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad iſtud poteſt dici*. C c. 53.

Identitas non requirit extremorum diſtinctionem, & ideo idem eſt ſibi ipſi idem. *Quodl.* Q.6. §. *De ſecundo articulo*. ℣. *Primum patet*. Y.19.

I D O

Idolatria.

Idolatria non eſt adorare Chriſtum in Eucharistia (cum credamus ſubſtantiam panis non eſſe ſub ſpeciebus hoſtiæ conſecratæ), & tamen non poteſt negari, quin ſit ibi creatura aliqua, ſcilicet ſpecies illæ; Non eſt autem adorandum ſignum ſenſibile continens, ſed Chriſtus contentus. Eodem modo ſi dicatur quòd ſit ibi ſubſtantia panis ſimul cum corpore Chriſti, dicetur Chriſtus contineri ſub pane quanto, & quali, & ita non panem adorari, ſed Chriſtum contentum in pane, vt in ſigno. 4. D.11. Q.3. §. *Hic duo videnda*. ℣. *Quidquid ſit*. B.9.

I E I

Ieiunium.

Ieiunium Eccleſiæ non ſoluitur, niſi per aliquam refectionem extraordinariam præter morem Eccleſiæ; vndè per ſpecierum ſumptionem; vel medicinalium; vel per potum, ſaltem poſt prandium, non ſoluitur ieiunium Eccleſiæ. 4. D.8. Q.3. §. *Reſpondeo*. ℣. *Ad propoſitum* B.3.

Ieiunium naturæ eſt carentia cibi in ſtomacho, vel in via ad ſtomacum, ita quòd intret ſtomacum in illo die, à principio ſcilicet huius diei, à quo dicitur aliquis ieiunus. *ibidem*.

Ieiunium non eſſe neceſſarium in Sacerdote percipiente Eucharistiam (quin in aliquo caſu non ieiunus eam poſſit

Ieiunium.

recipere) patet manifestè ex hoc, quòd in die Parasceues particula posita in Calice percipitur cum vino non consecrato, quia illo die Calix non consecratur; & verisimile est quòd vinum citiùs descendat in ventrem, quàm illa particula, quæ masticatur; ergo ex consuetudine Ecclesiæ Sacerdos percipit Eucharistiam non ieiunus. 4.D.8. Qu.3.§. *Respondeo; aliquis.* ✝. *Patet etiam.* G.6.

I E S

Iesus.

Iesus proficiebat ætate, & sapientia coram Deo, & hominibus, Luc. 2. Non est exponendus [hic textus] vt tantùm profecit secundùm apparentiam, quia secundùm Augustinum .lib.83.qq. quæst.9. contra Apollinaristas: Euangelistæ narrant historias, & ideo verba eorum vera sunt vt exprimuntur; non sic de alijs Sermonibus tropicis Scripturæ Sacræ. Et hoc etiam declarat Ambrosij authoritas, & Apostolus ad Hæbræos, *didicit ex ijs, quæ passus est obedientiam*. Quia in eo verè aliquis sensus profecit. Non quod aliquorum cognitionem abstractiuam habitualem acquisiuit, sed intuitiuam tàm actualem, quàm habitualem. 3.D.14.Qu.3.§. *Ad argumenta principalia*. B.8.

I G N

Ignis.

Ignis distinctionem ab aqua non cognoscimus, nisi per ea, quæ innotescunt nobis ex operatione. 4.D.11.Qu.6.§. *Ad primam quæstionem.* ✝. *Sed si credatur*, n.2.

Ignis substantiam si Deus crearet; vel Agens creatum generaret, illa haberet in se causalitatem respectu quantitatis, & caloris: Vnde in eodem instanti temporis, in quo esset secundum substantiam, esset quantus, & calidus, posito etiam, quòd generans ipsum annihilaretur, ita quod non esset, nisi per vnum instans. 3.D.18.Qu. *Vnica.* §. *Ad primum principale*. ✝. *Aliter potest dici*. L.18.

Ignis est in hoc nunc non impeditur, igitur lux est; locus est à causa naturaliter causante non impedita; & non solum hoc, sed etiam à ratione quadam communiore in antecedente, potest ista consequentia tenere, scilicet à ratione producentis naturaliter, & non impediti; Non enim tantù causa causans naturaliter non impedita habet effectum sibi coæuum. 2. Physic. Tex.32.& 38. Sed etiam producens naturaliter habet productum sibi coæuum, sicut est manifestum per similem rationem. 2.D.1.Qu.3.§. *Tenentes istam positionem.* ✝. *Ad tertium dico*. B. 11.

Ignem esse ab æterno si inferat splendorem diffusum esse ab æterno per rationem producentis naturaliter; licet antecedens hoc fuerit impossibile, & incompossibile, & consequens similiter; consequentia tamen est necessaria, & bona; & ideo vbicunque est illa ratio illationis, erit consequentia bona, & necessaria, quomodocunque sit de antecedente, & consequente. Sed ita est de Patre, & Filio (in diuinis in productione) quia Pater est producens naturaliter respectu Filij, ideoque ibi erit similis consequentia bona, & necessaria. *ibidem*.

Ignis, secundum Philosophum. lib.2. de Anima. Tex.4. non est principium augmentans in aliqua generatione, vel in aliqua specie. 2.D.2.Qu.9.§. *Ad argumenta quæstionis*. ✝. *Ad aliud de secundo de anima*. N.31.

Ignis non est determinatus ad determinatam quantitatem in aliqua specie, quia, quantùm est ex se, produceret maius quantum, quia crescit, si apponantur combustibilia, in infinitum, *ibidem*.

Ignis, si includatur intra vrinale, & ibi corrumpitur in aerem, deinde ex illo aere generetur ignis per reflexionem radiorum solarium, vel aliter, materia inclusa erit eadem. 4.D.43.Qu.2.§. *Tertia opinio*. ✝. *Pro hac opinione*. D.9.&. §. *Quantum ad istum*. ✝. *Ad rationes*. F.14.

Ignis cum non maneat extra spheram suam, nisi in continua generatione, secundum Philosophum. lib. de Iuuentut. & senect. *Semper est in fieri*, Quomodo permaneret in aliqua sphera completa circa terram; quomodo etiam depuraret, cum deputatio non fit, nisi per consumptionem alicuius impuritatis aeris? 4.D.47.Q.2.§. *De secundo*. A. 3.

Ignis generatio.

Ignis, in corruptione specierum Sacramentalium per combustionem, genitus ex dimensione quantitatiua materiæ (vt in hoc casu ficet volunt aliqui) & forma substantiali ignis, non esset vniformiter, & vniuocè ignis cum alio igne generato ex forma substantiali, & materia ignis: & tunc ignis non vniuocè ageret comburendo hostiam consecratam, sicut comburendo lignum. 4.D.12. Qu.6.§. *Tertia opinio*. ✝. *Quantum autem*. A 9.

Ignis si generatur ex dimensione quantitatiua materiæ in combustione hostiæ consecratæ, non solùm in vno sequitur absurditas, quod erit ignis mathematicus ex quantitate, & forma substantiali, sed erit talis processus in generabilibus, & corruptibilibus vsque in finem Mundi: nam illo igne habente dimensionem pro materia, dicto Mathematico, generabitur aqua, habens idem pro materia, quod habuit corruptum pro materia, & ex illa aqua aer, & sic vsque ad finem Mundi, vel in infinitum, secundum Philosophos. *ibidem*. ✝. *Item non solum*. A.9.

Ignes duo si essent approximati vno ligno posito in diuersis vbi: idem de ijs dicendum esset, ac si duo ignes per potentiam Deı essent simul, & approximati illi ligno; & quidem in vtroque casu illi duo ignes approximati, scilicet eidem ligno; vel in diuersis locis, aut in eodem loco diuinitus positi; vel eundem ignem generarent perfectiorem, si forma substantialis potest habere partem, & partem: Si verò generaret eundem effectum indiuisibilem omninò, generaret tamen eo modo efficiendo, quo neuter eorum posset esse causa totalis effectus, quia post ita breuem alterationem, quæ non sufficeret ad ignitionem ab altero istorum præcisè agente; & tunc ista propositio est vera, quòd duæ causæ totales totaliter causantes non possunt esse eiusdem effectus. 4. D.10.Qu.2.§. *Dico ergo*. ✝. *Et si quæras*. P.23.

Ignis aliter generatur ex materia ignis, aliter ex aere, sine non igne: Ex Philos. lib.1. Physic. Tex.58. 4. D.11. Qu.1.§. *De primo*. ✝. *Per hoc*. B.3.

Ignis de inferiori sphera corrumpitur in hyeme, in regione ista, ex actione frigidi dominantis ex elongatione Solis; è contra in æstate generatur pars ignis, & corrumpitur frigiditas propinqua igni, & causa est accessus solis excludentis actionem talem. 3.D.16.Qu.2.§. *Rationes istæ*. ✝. *Vltimum argumentum*, n.4.

Ignis non est in potentia propinqua ad corruptionem, nisi sit in esse existentiæ; sicut nec ignis generatur proximè, sed hic ignis existens. 3. D.22 Qu. *Vnica*. §. *Ad primum argumentum alterius opinionis*. ✝. *Per hoc*. G. 15.

Ignis si tota natura esset in vno indiuiduo, illud indiuiduum non posset generare, quia si sic; tunc generaret alium ignem, in quo esset tota natura ignis, & essent quasi duæ species ignis, quod est impossibile: Et tamen nunc in vno indiuiduo, natura ignis est ratio generandi, quia habet vnitatem sufficientem pro principio actiuo, & distinctionem sufficientem. 1. D. 2. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum argumentum*; *antecedens distinguitur*. ✝. *Et si obijcias*. E.8.

Ignis hic applicatus huic ligno in hoc instanti generat ignem hunc: Et si in eodem instanti alius ignis esset approximatus eidem ligno, generaret eundem ignem. 4. D.43. Qu.3.§. *De secundo*. ✝. *Prima conclusio*. M.19.

Ignis qualitates.

Ignis non continet in se virtualiter qualitates mixti. 4.D. 12.Qu.4.§. *Quantum ad istam*. ✝. *Respondeo ad secundum*. A.10.

Ignis, sicut conceditur, quòd calet calore, ita etiam, quod est calidus calore. 1.D.32.Qu.2.§. *Contra*, *sicut*. ✝. *Præterea exemplum*. n. 5.

Ignis, secundùm Philosophum, lib 8. Physic. Tex.32. est in potentia essentiali, vt fiat frigidus, prout scilicet aqua generatur ex eo; cùm autem genita fuerit aqua est in potentia accidentali ad agendum, idest ad infrigidandum, nisi impediatur. 2.D.2.Qu. 10.§. *Etsi dicatur*. ✝. *Authoritas prima*. A. 3.

Ignis actio.

Ignis non videtur esse sufficiens in virtute actiua ad corrumpendum, vel conuertendum quæcunque mixta in aquam elementarem. 4. D. 3. Quæst. 3. §. *Quod autem*, ℣. *Respondeo*. D. 3.

Ignis potest de nouo agere in lignum, absque hoc, quòd ante istam actionem, ignis, vel lignum recipiat nouam formam; quia prima forma absoluta, quam recipit lignum, est per istam actionem; & per consequens est tantùm noua habitudo ignis ad lignum, absque omni nouitate formæ absolutæ. 4. D. 6. Q. 10. §. *Hic dicitur*, ℣. *Præterea agens*. C. 4.

Ignis si ponatur in vno loco, & multa combustibilis sibi habenti tantùm illud *vbi* approximata; quod diceretur tunc de igne respectu illorum, sic dicendum, si ignis quantumcunque modicus replicaretur in quantumcunque pluribus locis, & in omnibus *vbi* approximarentur sibi combustibilia; nam in priori casu, vel in aliquod eorum ageret præcisè; vel si in quodlibet, esto quod omnia essent simul, ageret tamen valdè remissè in ea: Eodem modo dicendum in posteriori Casu, quòd actio sit remissa in quodlibet istorum, respectu actionis quam haberet in vnum illorum, si nullum aliud ageret, quia virtus naturalis minor est in plura, quàm in pauciora, & in multa, quàm in vnum. 4. D. 10. Q. 2. §. *Dico ergo*. ℣. *Et cum additur*. Q. 24.

Ignis si esset perfectissimè actiuus, & haberet passum approximatum, tamen præueniretur ab aliquo Agente fortiori calefaciente illud passum; nullo modo ignis esset causa agens respectu illius caloris: Et si ignem gignere calorem esset ignem esse patrem caloris, nullo modo ignis ille esset pater caloris. 3. D. 4. Quæst. Vnica. §. *Contra: si ignis*. A. 5.

Ignis per actionem suam potest inducere qualitatem necessitatem ad separationem Animæ à corpore, non autem aliquam necessitatem ad vnionem animæ intellectiuæ ad corpus. 3. D. 16. Q. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. ℣. *Ad primum istorum*. F. 12.

Ignis magis, & minus approximatus causat calorem remissum, & intensum; non tamen calor in igne est minus ratio actiui in causando, vel calefaciendo hoc, vel illud. 3. D. 26 Quæst. Vnica. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Hac etiam virtus*. C. 12.

Ignis habens calorem in actu primo, sicut verè, & effectiuè se habet ad calefactionem, quæ est operatio eius secunda, ita & ignis actu existens leuis effectiuè se habet ad esse sursum, siue ad operationem secundam, quæ est ferri sursum. 2. D. 2. Qu 10. §. *Et si dicatur*. ℣. *Auctoritas prima*. A. 3.

Ignis calefacit passum sibi approximatum, nisi illud passum præueniatur à Deo calefaciente. 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra ex eisdem*. ℣. *Consimiliter etiam*. B. 5.

Ignis habens formam actiuam, qua agit, non accipit actionem calefaciendi à Sole siue specialem motionem ad calefaciendum. 2. D. 9. Q. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. ℣. *Et cum addis*. S. 34.

Igne cessante à sua actione non continuatur caliditas, vel actio caloris, mediante qua generatur ignis, sed redit aqua ad frigiditatem. 2. D. 18. Qu. Vn. §. *Restat igitur*. ℣. *Præterea ratio seminalis*. E. 7.

Ignis, qui frigefieret; subtracto infrigidante, quia est virtualiter calidus, fieri posset à se ipso formaliter calidus, sicut patet de aqua summè calefacta, quæ, subtracto calefaciente, reducit se ad frigiditatem. 2. D. 25. Quæst. Vnica. §. *Ad primam rationem*. ℣. *Respondeo in talibus exemplis*. G. 15.

Ignis calefacit, & desiccat propter accidentia distinctè ordinata in igne, ita quòd distinctio actionum est ibi secunda, præsupponens aliam distinctionem priorem, scilicet distinctionem accidentium actiuorum; sed ex hoc non sequitur quod vbicunque est distinctio actionum, quod ipsa sit secunda, quia si in Sole continerentur virtualiter illa accidentia distincta ignis; tunc prima distinctio esset ibi actionum, quæ tamen fuit secunda respectu ignis. 2. D. 2. Q. 1. §. *Ad argumenta contra illam positionem*. ℣. *Respondeo*. B. 15.

Ignis si esset æternus, splendor ab eo causatus sibi esset coæternus. *Augustinus lib. 6. de Trin. cap. 1.* 2. D. 1. Q. 3. §. *Hic dicitur*. ℣. *Præterea tertio*. n. 3.

Ignis si ponatur habere istos duos effectus ordinatos, scilicet calefacere, & ignire, si essentialiùs se habeat ignis ad vtrumque, quàm ignire ad calefacere; quamuis ignire præsupponat calefacere; si ponatur, per impossibile, ignem non posse calefacere, non propter hoc negandum est, ipsum posse ignire, & ideo obligans se ipsum ad tenendum antecedens, non est obligatus ad tenendum consequens. 2. D. 1. Qu. 1. §. *Quantum ad tertium articulum*. ℣. *Exemplum*. L. 20.

Ignis si non potest calefacere, igitur nec ignire. Non tenet ista consequentia, nisi per hanc propositionem affirmatiuam intellectam, *Potens ignire, potest calefacere*; quæ destruitur ex positione, quod essentialiùs est igni posse ignire, quàm calefacere, vbi ponitur perfecta ratio ipsius ignis; nam posse ignire potest stare cum opposito eius, quod est calefacere; & ita illud est immediatius igni, quàm sit calefacere, quod est, *Ignire potest stare cum opposito eius, quod est calefacere*, quia cum *non calefacere* ponitur stare *ignire*; & ita illa positio destruit talem consequentiam, quia destruit illam propositionem, per quam tenet talis consequentia. 2. D. 1. Q. 1. §. *Quantùm ad tertium articulum*. ℣. *Exemplum*. L. 20.

Ignis præsens corruptibili animato anima sensitiua potest habere in illud duplicem actionem, scilicet realem, quæ est vniuoca, & intentionalem, quæ, respectu illius, est æquiuoca; quia species sensibilis non simpliciter est eiusdem speciei cum ipso obiecto. 4. D 44. Qu. 3. §. *Ad quæstionem*. A. 2.

Ignis præsens, cum corpus hominis sit per se corruptibile, post iudiciũ poterit habere in illo actionem realem, & intentionalem; quia non repugnant, & est ibi iam susceptiuum, quàm causa actiua vtriusque, nisi dicas, realem tunc impediri propter defectum motus Cœli. 4. D. 44. Qu. 3. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad propositum*. A. 2.

Igne approximato stuppæ, stante Cælo quod ignis non corrumpit stuppam est error, & Articulus Parisiensis damnatus. 4. D. 49. Qu. 13. §. *Respondeo*. ℣. *Contra hoc est articulus*. C. 8.

Ignis motus.

Ignis non solùm repugnat formæ grauis, sed & effectui eius, quod est ferri deorsum; causa enim virtualiter continet effectum oppositum illi effectui, & naturaliter sequeretur, nisi esset impediens. 4. D. 49. Q. 12. §. *Respondeo, & dico*. ℣. *De impossibilitate*. B. 4.

Ignem experimur moueri super aerem ex motu scilicet elementorum: Etsi enim paruus ignis non possit ascendere super aerem vsque ad spheram ignis, hoc est propter virtutem paruam ipsius, non potentem resistere corrumpentibus ipsam: & ideo oportet, locum ignis esse vsque ad locum Lunæ: In igne verò non est habitatio conueniens humanæ naturæ, nec naturæ mixtorum, propter calorem nimium. 2. D. 17. Quæst. 2. §. *Si ratio ista*. ℣. *Quod dicunt*. B. 3.

Ignis infernalis.

Ignis inferni est obiectum disconueniens secundum rationem malignis spiritibus nolitum & tamen positum; & hoc dupliciter: primo vt detinens spiritum diffinitiuè: secundo vt immutans, obiectiuè. 4. D. 44. Qu. 2. §. *Ad quæstionem dico*. ℣. *Dico autem quod ignis*. B. 7.

Ignis non detinet spiritum effectiuè, quia non locat aliquid effectiuè, nec impedit ipsum moueri ab hoc loco, nec detinet ipsum. 4. D. 44. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo: ignis*. D. 8. & D. 46. Quæst. 4. §. *De secundo*. ℣. *Secunda pœna*. D. 6.

Ignis infernalis formaliter tantummodo detinet Angelum malum, ita quòd nulla est detentio ignis, pertinens ad genus actionis, sed tantummodo respectus extrinsecus adueniens, reducibilis ad genus *Vbi*. 4. D. 44. Q. 2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo*. D. 8. & D. 46. Qu. 4. §. *De secundo*. ℣. *Secunda pœna*. D. 6.

Ignis infernalis, vt formaliter detinens spiritum malignum, & ex eo, quòd effectiuè cruciet illum eo modo, quo possibile est spiritum cruciari, est instrumentum Dei cruciando ipsum; quia principalius odit detentionem actiuam et & suam passionem à Deo, quàm detentionem illam formalem

Ignis infernalis.

malem ignis; quia secundam non odit, nisi in ordine ad primam; & ita, quòd affligit obiectiuè in secundo, affligit in virtute primi, & ita instrumentaliter: Nec sequitur: ignis non detinet effectiuè, sed tantùm formaliter; ergo non affligit effectiuè, quia ipsum, vt detinens formaliter, est obiectum nolitum, & apprehensum, vt positum. 4.D.44. Quæst. 2. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Respondeo ignis*. G.9.

Ignis infernalis qualiter vt immutans potentiam intellectiuam, & voluntatem Angeli contristat consimiliter; quo ad aliquid, dicendum est esse æqualiter, vt detinens, contristat, & quo ad aliquid dissimile. 4.D 44.Q.2.§. *De secundo*. G.11.

Ignis infernalis, vt immutans in ratione obiecti potentiam intellectiuam Angeli mali, habet rationem Agentis effectiuè detinentis intellectum Angeli in intensa consideratione sui, & non ex imperio voluntatis Angeli, & in hoc est dissimile hic, & in detentione eius in illo igne, qui non effectiuè, sed formaliter ipsum ibi detinet. 4.D.44.Q.2.§. *De secundo modo*. ✝. *Quoad aliquid*. H.11.

Igni infernali non conuenit, virtute propria, ita immutare intellectum Angeli mali, vt perpetuò detineatur in intensa ipsius consideratione, quia tota virtute actiua ignis posita, Angelus sibi dimissus posset ignem, vel aliud corpus indifferenter considerare pro imperio voluntatis suæ. Ideo oportet dicere quòd illa detentio in consideratione ignis intensa, & perpetua, & contra voluntatem Angeli, sit effectiuè à Deo principaliter, & ab igne vt actiuè, sed minus principaliter. 4.D.44. Qu.2.§. *De secundo*. ✝. *Et si quæras*. I.12.

Ignis infernalis magis potest dici effectiuè affligere spiritum malignum, immutando eius intellectum ad eius considerationem intensam, & perpetuam, & ab ipso apprehensam, & nolitam; quàm per perpetuam detentionem eius ibi; quia obiectum nolitum apprehensum causat tristitiam: Hic autem effectiuè causat primam apprehensionem, ad quam determinatur intellectus, quæ est nolita: Et ita hæc consideratio habet quasi duplicem actionem: in priori autem, scilicet detentione, non nisi simplicem; sed sicut in priori non ponitur disconuenientia ignis ex natura rei, sed tantummodo nolitio detinentis; ita & hæc disconuenientia non est ignis vt obiecti considerati, sed finaliter, quia nolitum est obiectum sic consideratum: Tamen est maior inclinatio ad nolle sic, quàm in modo priori. *ibidem*. M.13.

Ignem ipsum æternum nequaquam, inquit Augustinus lib.21. de Ciuit. Dei cap. 10. *Negandum est alijs leuiorem, alijs futurum esse grauiorem; siuè ipsius ardor pro pœna digna cuiuscunque varietur, siuè æqualiter ipse ardeat, sed non æquali molestia sentiatur*. *ibidem*. ✝. *Contra vtrumque modum*. M.14.

Ignis infernalis detentio formalis, qua scilicet detinentur Angeli mali in eo perpetuò localiter, quæ nimirum est secundum diffinitionem formalem, æqualis est in omnibus; sed nolle non est æquale, imò intensius in his, qui magis peccauerunt, & ideo maior tristitia. 4.D.44.Q.2. §. *De secundo*. ✝ *Ad primum*. M.14.

Ignis infernalis prima impressio in intellectu Angeli mali, quæ est ad intellectionem ignis, delectabilis esset, ex se ipsa, intellectui; sed in instanti post nolitionem considerationis intensæ, & perpetuæ illius ignis, idest apprehensionem euentus noliti, ex illa apprehensione nolita, & apprehensa causatur tristitia. 4.D.44.Q.2. §. *De secundo*. ✝. *Ad aliud*. N.15.

Ignis infernalis non est Agens principale in spiritum malignum, siue in detentione formali perpetuò in eo; quia in illa non agit, sed formaliter diffinitiuè continet: siue in immutatione intellectus illius spiritus vt obiectum disconueniens; quia ibi non agit, nisi vt in instrumentum Dei, sicut phantasma se habet ad intellectum agentem: in causando autem tristitiam hoc modo, vel illo, non est principale agens, sed ipsa voluntas nolens illud obiectum; magis enim ex hoc, quòd obiectum est nolitum, sequitur tristitia, quàm ex ratione obiecti in se, vel ipsa apprehensio euentus obiecti; quia obiectum non tantùm nolitum, sed vt nolitum, & apprehensum esse, vel fore contristat. 4.D.44.Q.2.§. *Ad primum principale*. P.17.

Ignis immutationem tantùm intentionalem in corpora damnatorum probabilius est post iudicium, ponere: Quia & si possit vtraque tunc poni, tamen realis non faceret aliquē dolorem sine intentionale, nec etiam cum intentionali, sed sola immutatio intentionalis faceret dolorem: Et per consequens, cum pluralitas non sit ponenda absque necessitate, & non ponitur ibi passio ignis, nisi propter afflictionem eorum ab igne, sufficit ponere solam intentionalem, ita quod alia posita videtur superfluere, quia nihil faceret ad hunc finem. 4.D.44 Q.3.§. *Ad quæstionem*. ✝. *Tertio dico*. D.4.

Ignis infernalis potest inducere in corpora damnatorum calorem omninò incompossibilem qualitati mixti, requisitæ ad Vitam: Vnde si illud non inducat in summo, & tamen agat realiter, miraculum est: Et si iterum inducat calorem in illo gradu, miraculum est quòd ille gradus stet cum vita. 4.D.44 Quæst.3. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Præterea congruum*. D.4.

Igni infernali posset Deus coagere ad inducendum calorem realem in corpus damnati, non tamen, qui esset formaliter repugnans quantitati illius mixtionis, vel complexionis: Et tunc posset poni miraculum in hoc, quod non coagit in totum effectum, in quem agit ignis: Potest etiā coagere igni ad illum summum calorem incompossibilem; Et tunc destrueretur illa mixtio proportionata, nec tamen destrueretur vita, Deo illam miraculosè conseruante. Quod si ponatur, calorem induci in summo, & tamen qualitatem illam mixti stare in eodem; videtur quòd formaliter repugnantia sit, sicut si medium, & extremum similiter fierent in eodem. Præscindendo autem, an hoc Deo sit possibile, tamen non est ita notum, sicut alterum duorum prædictorum. *ibidem*. ✝. *Quarto, dico*. G.7.

Ignis infernalis immutat sensum hominum damnatorum; & mediante sensu immutat appetitum; & mediante illo, voluntatem, & inæqualiter obiectum potest esse. 4. D.50.Q. 6.§. *Ad primam quæstionem*. ✝. *De pœna ignis*. R.15.

Ignis vt præuius iudicio vniuersali.

Ignis sicut potest esse extra suā spheram circa materiam alienam, vtpotè in corpore ignito, & carbone, vel flamma (non quod sit ibi in partibus solidis verè forma ignis, nisi ponatur, formas specificas distinctas simul perficere eandem materiam, quod videtur inconueniens) sic vapores existentes in aere per iuxta positionem possunt igniri, & ignitio successiua nunc illorum vaporum, nunc istorum, saltem pro toto aere supraposito regioni habituali hominum, potest dici illa conflagratio, quæ succedat in Orbe, ante diem iudicij vniuersalis. 4. D. 47. Quæst. 2. §. *De secundo*. B.3.

Ignis si ponatur de nouo creatus pro conflagratione Mundi, ante iudicium vniuersale; oportet ponere quòd tantumdem de alio corpore corruptibili annihiletur; vel quòd in tota substantia corruptibili fiat condensatio correspondens quantitati illius ignis creati: Vel oportet ponere quòd iste ignis creatus sit simul cum alio corpore. 4.D. 47.Q.2.§. *De primo*. A.2.

Ignis pro conflagratione Mundi si ponatur genitus, & per consequens ex alio corpore grossiori (quia ignis est subtilissimum corpus inter corpora corruptibilia) oportet dicere quòd aliud corpus corruptibile in tantùm condensetur, quantùm istud est rarius corpore, ex quo generatur; vel quod proportionabiliter isti quantitati è conuerso corpus rarius conuertatur in densius: Vnde si generaretur ex aere, oportet, vel quod aer in aquam conuerteretur, vel aqua in tanta proportione, quæ correspondet locationi illius ignis geniti. 4.D.47.Q.2.§. *De primo*. A.2.

Ignis quomodo potest esse &c. Vide. *Ignis generatio*.

Ignis elementaris, qui scilicet est in propria sphera in conflagratione in fine Mundi, qua depurabitur aer, non depurabit se ipsum: semper enim manet in se purus puritate naturali; tùm quia summè actiuus, ita quòd statim conuerteret in se, si quid extraneæ naturæ ascenderet ad regionem illam; tùm quia nihil per actionem corporum cælestium eleuatur ad illam regionem ignis puri, vt sic fiat ignis impurus. 4.D.47.Q.2. *Ad argumentum*. B.4.

Ignobilitas.

Ignobiliora perficiuntur in nobilioribus extrinsecis non essendo illa realiter, nec habendo illa formaliter inhærentia, sed attingendo illa, & sic habendo modo sibi possibili habendi. 4. D.49. Qu.1. *§. Ad primam quæstionem. ✠. Hæc etiam perfectio*. V.22.

Ignobilius aliquid nunquam est nobilioris finis, loquendo de fine perficiente, sed tantummodo de fine prouenientе, seu qualitercunque terminante. 4. D.48. Qu.2. *§. In ista quæstione. ✠. Sed illam rationem*. C.7.

Ignorans.

Ignorantem meliùs est se scire ignorare; quàm propter sophismata opinari se scire. 2. D.1. Qu.3. *§. Tenentes istam positionem. ✠. Ad secundum potest dici*. A. 10.

Ignorantia.

Ignorantia potest accipi pro simplici nescientia, vel ignorantia erronea: Item potest esse ipsius facti in se; vel quo ad aliquas circumstantias; vel quo ad aliquid consequens. 2. D.22. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A.2.

Ignorantia potuit sequi peccatum primum Adami, in quantùm, ex immoderato appetitu complacendi vxori suæ peccando; eredidit oppositum, scilicet esse veniale, quod erat mortale. *ibidem*. ✠. *Si autem dicatur*. C.3.

Ignorantia, & aliquis coactio excludunt voluntarium simpliciter. lib. 3. Ethic. cap. 1. Ex quo sequitur quod dicere de eo, cui donat, non simpliciter donat. Et ideo si alicui, tanquam propinquo donet, qui non est propinquus, non simpliciter donat. Consimiliter si alicui, vt egeno, qui non est egenus. Et ideo videant illi *Tristani*, idest, qui diuites existentes recipiunt, quia non est in dante voluntarium propter conditionis ignorantiam, quàm respicit in donando. Consimiliter si attractus, vt in vsuris dandis, non est merè donatio liberalis. 4. D.15. Qu.2. §. *De tertio articulo*. ✠. *Nam in donatione*. X. 24.

Ignorantia, & maximè illius conditionis, quæ requiritur ad actum voluntatis, causat inuoluntarium, secundum Philosophum. lib. 3. Ethic. cap. 3. Et secundum Augustinum. lib. 8. de Trinit. cap. 4., & lib. 10. de Trinit. *Nihil est amatum, vel volitum, nisi priùs cognitum*. 4. D. 30. Q.1. *§. Ad istam quæstionem*. A.2.

Ignorantia nulla Dei, etiam infidelitas, potest esse ita odibilis, sicut odium Dei, si posset voluntati inesse. 4. D.49. Qu.4. Laterali. *§. Iuxta hoc*. ✠. *Præterea in bonis*. N.17.

Ignorantia iuris.

Ignorantia in actu rebaptizationis; siuè in suscipiente Baptismum, siuè in conferente, non excusat à peccato, nec à pœna, & hoc siuè sit ignorantia iuris diuini prohibentis Baptismum iterari; (& patet, quòd ignorantia talis præcepti non excusat à peccato, nec à pœna infligenda à Deo pro peccato), siuè sit ignorantia iuris Canonici. 4. D.6. Qu.8. §. *Iuxta hoc*. ✠. *Respondeo: iterari*. A. 1.

Ignorantia iuris Canonici infligentis pœnam non excusat rebaptizantem, vel rebaptizatum, quin pœna illa incurratur; quando enim super aliquo, quod est ex iure Diuino illicitum, additur pœna Canonica, vt illud ampliùs euitetur, non est necessarium ad hoc, vt incurratur illa pœna aliqua scientia iuris Canonici, sed sufficit quòd teneatur scire præceptum Diuinum; sed si illud transgreditur incurrit pœnam Canonicam. 4. D.6. Qu.8. §. *ibidem*.

Ignorantia iuris non excusat exercentem actum Ordinis, quem non habet, à pœna Canonica, quia tenetur ille, qui se exponit ad tantum actum scire iura, secundùm quæ potest exercere tantùm, & talem actum. Et ideo talis ignorantia iuris non excusat, sed fortè magis aggrauat. 4. D.13. Qu.2. *§. Primò videndum*. ✠. *Sed hic potest distingui*. G.10.

Ignorantia facti.

Ignorantia facti non præcessit peccatum primi hominis, sciuit enim hoc esse contra præceptum Dei, comedere de ligno. 2. D.22. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. ✠. *Si autem dicatur*. C. 3.

Ignorantiam circumstantiarum, vtpotè, vtrum tanta pœna sequeretur, benè potuit habere Adam ante peccatum. *ibidem*.

Ignorantia facti excusat exercentem actum Ordinis cum impedimento Canonico, vt patet. Extra de Cleric. Excommunicat. vel Deposit. cap. Apostolicæ. Et hoc nisi fama veridica, & publica sibi manifestet, quòd sit tali pœna impeditus; quod probatur per illud Capitulum eod. tit. ibi, *Cum ei, nisi per famam de sententia contra eum lata constaret peccare non credidit, si Diuina officia quantumcunque solemniter celebrauit*; subditur, *quia in dubijs via tutior est eligenda; si de lata in eum sententia dubitaret; debuerat tamen potiùs abstinere, quàm Sacramenta Ecclesiastica pertractare*: Et in fine subditur. *Cum eo misericorditer facientes, pœnam, quam Canonibus, qui post excommunicationem Diuina præsumpserunt celebrare, non duximus infligendam*. Ex quo patet, quòd misericorditer relaxat dubitanti pœnam, quàm incurrit ex Canone, qui celebrauit Diuina, postquam innotuit sibi per famam de excommunicatione in eum lata. 4. D.13. Q.2. *§. Primò videndum* ✠. *Sed hic*. G. 10.

Ignotum.

Ignotum non cognoscere per discursum, ita quod non possumus diffentire euidentiæ discursus, nec cognitionis illatæ experimur in nobis. 4. D. 43. Qu. 2. §. *Respondeo*. ✠. *Præterea habemus*. E. 10.

I L L

Illapsus.

Ad illapsum essentiæ Diuinæ respectu creaturarum concurrunt simul immensitas naturæ Diuinæ, & eius manutenentia. 1. D.19. Qu.2. *§. Quantum ad tertium argumentum*. ✠. *Primo quidem*. F. 10.

Illapsus per intimationem præcessio ad illapsum in ratione obiecti non probatur prior, nisi generatione: Non enim est necessaria causa actua illius posterioris; quia ille est quando secundus haberi non potest, sicut in via. 4. D. 49. Qu.2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ✠. *Respondeo non omne*. D. 10.

Illapsus generalis.

Illapsus generalis includit in se primitatem causæ efficientiam illabente, non sic autem sustentatio naturæ à supposito: vt patet in exemplo, cui hæc sustentatio est maximè similis; accidentis videlicet à subiecto. 3. D. 1. Q. 4. §. *Respondeo, sustentatio*. ✠. *Sed ista ratio non concludit*. A.2.

Illapsus generalis est cuicunque naturæ secundum eius esse primum, non per aliquem habitum medium in illa natura; quare similiter illapsus specialis per vnionem hypostaticam est primò huic naturæ assumptæ. 3. D. 2. Qu.2. *In tertio argumento ad oppositum*. n. 1.

Illapsus Dei in essentiam, vt essentia est quodammodo generalis toti creaturæ, licet vnicuique proportionaliter secundum suum gradum entitatis: Ille autem qui est essentiæ, vt obiecti in potentiam, est specialis naturæ nobilissimæ; & consequenter est aliquis illapsus in potentiam nobilior illo illapsu, qui est in essentiam, licet ille, qui est in essentiam ad *esse* sit principalius essentiæ, quam potentiæ, sicut & *esse*. 4. D.49. Qu. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ✠. *Potest etiam*. D. 10.

Illapsus specialis.

Illapsus verè specialis per vnionem hypostaticam sicut est ad *esse*, quo scilicet naturæ creatæ communicatur esse Verbi, ita est necessariò illapsus ad operari, quo scilicet Verbum possit operari operationes illius naturæ: Et sicut Verbum diceretur ignis, si assumpsisset naturam ignis,

Illapsus specialis.

ignis, ita diceretur calefacere calefactiuo ignis: Sed non oportet quòd illapsus sit ad operationes repugnantes tali naturæ, sicut sunt operationes beatificæ, vt intelligere, & velle: sicut in illapsu generali Deus illabitur cuilibet creaturæ ad esse, & operationem sibi conuenientem; non tamen ad aliquam operationem sibi disconuenientem, vel excedentem naturam. 3. D. 2. Qu. 1. §. *Ad secundum pro opinione*. ✝. *Per hoc patet*. I. K. 16.

Illapsus Dei in essentiam Beati est prior naturâ quacunque operatione, cum sit secundùm aliquem actum primum; & ita absque contradictione posset esse sine operatione; & per consequens non operans, sed sehabens vt dormiens posset esse principaliter Beatus, quod Arist. 12. Metaph. Tex. 51. habet pro inconuenienti. 4. D. 49. Qu. 2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ✝. *Præterea ille*. A. 6.

Illapsus Dei in animam, in quo aliqui constituunt formaliter beatitudinem, videtur, secundùm modum ponendi istorum, quòd sit primò in potentia. Dicit enim iste modus quòd per amorem, qui est vis transformatiua, amans incipit exire à se, & esse illud, quod amat; quod non potest fieri, nisi per circumincessionem, vel illapsum: Ex quo sequitur quòd per amorem fiat illa circumincessio, vel illapsus amati in amantem. Constat autem, quòd amor, vel dilectio (de quibus loquitur Hugo super illud, *Callidum, acutum, & semper feruidum*, dicens, *quòd amor te vnum facere vult cum ipso*, scilicet, amato) sunt per se potentiæ voluntatis, & per consequens etiam, secundum hunc modum, est principaliter in potentia. *ibidem*. ✝. *Quæ autem adducuntur*. A. 7.

Illapsus aliquis simpliciter perfectior non est beatificus: Alius simpliciter minùs perfectus est beatificus: vt perfectissimus illapsus est in naturam humanam, vt personaliter vnitam Verbo, nec tamen ille est formaliter beatificus. Illapsus autem Dei Trini in Michaelem, qui est simpliciter minus perfectus, est formaliter beatificus. Vnde ad saluandum, quòd beatitudo non consistat in illapsu, melius est concedere istam propositionem simpliciter: *Deitas per illapsum veriùs* (id est perfectiùs) *perficit essentiam, quàm potentiam*; quàm illa negare. *ibidem*. ✝. *Istarum duarum*. D. 10.

Illapsus à quo fiat.

Illapsus si accipiatur pro aliqua conditione efficientis, siue producentis, siue conseruantis, tota Trinitas eodem modo illabitur naturæ [assumptæ à Verbo]. Sed si accipiatur pro intimitate aliqua, qualis est suppositi ad naturam, quæ dependet ad ipsum, hoc modo solum Verbum illabitur [naturæ assumptæ], sed istud illabi non est aliqua efficientia, sed omninò proprietas alterius rationis. 3. D. 1. Qu. 1. *Ad septimum principale*. §. *Contra hoc*. ✝. *Respondeo, si accipiatur*. L. 20.

Illegitimus.

Illegitimi præsumuntur imitatores paternæ incontinentiæ: præsumuntur etiam malè morigerati, quià malè educati, & ideo eos sequitur irregularitas; tamen cum eis satis faciliter dispensatur. Vnde Benedictus vndecimos cum quodam tali siue dispensatione ordinato, & in ordine ministrante, postea faciliter dispensauit, sicut ipse vidi Bullam dispensationis. 4. D. 25. Qu. 1. §. *In ista quæstione*. ✝. *Sequitur etiam illegitimatum*. E. 9.

Illimitatio.

Illimitatio ad plures effectus videtur competere causæ superiori. 1. D. 17. Qu. 2. alias. 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ✝. *Quarto: voluntas*. Hh. 24.

Illimitatio non aufert ab aliquo aliquam perfectionem; sed stante perfectione, quæ erat ad aliquid, quasi ponit similem perfectionem ad aliud. 1. D. 35. Qu. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Præterea secundò*. B. 5.

Illimitatione volitionis posita ad diuersa obiecta, non oportet, propter libertatem ad opposita obiecta, ponere libertatem ad oppositos actus, 1. D. 39. Qu. *Vnica*. §. *Iuxta prædicta de voluntate nostra*. ✝. *Quantum ad primum*. L. 21.

Illimitatio, vel infinitas non requiritur in illo supposito (ratione suæ Diuinæ suppositalitatis), quod sustentificat naturam sibi vnitam in vnitate suppositi. 3. D. 1. Qu. 4. §. *Respondeo sustentare*. ✝. *Sed ista ratio non videtur*. A. 2.

Illimitatum.

Illimitatum aliquid quando est in ratione causæ, ita quòd correspondent sibi plura in altero extremo, vel aliquid vnum continens plura, si inter illa plura est aliquis ordo, vel absolutè, vel in se habendo ad illud illimitatum, tunc non est idem primum respectu talis illimitati, & hoc loquendo de primitate adæquationis, & primum primitate immediationis. 1. D. 28. Qu. 3. §. *Sed tunc est aliud dubium*. ✝. *Ad hoc dico*. H. 11.

Illimitatum si est aliquod tertium, ad quod comparantur duo extrema, (*vt verbigratia, Angelus diuinitus positus in duobus locis, quæ loca ad Angelum, vt ad tertium comparantur*) non sequitur, quòd illud illimitatum, secundùm quod extrema comparantur ad se ipsum, distet à se, sicut extrema, scilicet loca, inter se distant; nec etiam, quod illa loca sint simul localiter in se ipsis. 2. D. 2 Qu. 7. §. *Ad primum*. C. 2.

Illimitatum ad aliqua non oportet commultiplicari in illis. 3. D. 8. Qu. *Vnica*. §. *Contra istam rationem*. ✝. *Respondeo, quod cum*. B. 7.

Illuminabile.

Illuminabilia plura æquè illuminantur ab illuminante, quando illa plura sunt partes eiusdem illuminabilis adæquati, putà quando sunt contenta in eadem sphera, siuè intra eandem spheram, respectu illuminantis. *Quodl.* Qu. 20. §. *De primo*. ✝. *Ad exempla*. G. 11.

Illuminare.

Illuminantur inferiores per superiores; & non magis illuminantur quàm superiores illuminantes ipsos. 3. D. 23. Q. *Vnica*. §. *Contra, si fides*. ✝. *Præterea in primo*. E. 8.

Illuminatio.

Illuminatio, & locutio animæ, respectu Angeli, non requirit, nisi principium sufficiens actiuum in illuminante, & loquente; & subiectum capax ex parte illuminati, siuè cui fit locutio; & fortè approximationem secundùm vbi diffinitiuum; seu approximationem simplicem illuminantis ad illuminatum, vel loquentis ei, cui loquitur: nec requiritur ibi localiter esse, sicut nec si vnus Angelus loqueretur alij, quæ omnia requiruntur in Christi anima existentis in Eucharistia, respectu Angeli. 4. D. 10. Qu. 7. §. *Respondeo*. ✝. *Hanc autem*. C. 3.

Illuminatio, qua maior esse non possit, diceretur adæquatione, non secundum quantitatem, sed secundùm proportionem adæquata Soli, licet lumen nunquam sit æquale etiam secundum perfectionem quantitatis ipsi Soli, quia est effectus æquiuocus. *Quodl.* Qu. 5. §. *Ad primum*. ✝. *Ad secundum adæquatio*. T. 22.

Illusio.

Illusio potest fieri in medio, vel in organo, & multis alijs vijs; tamen certitudo est quod video, etiamsi illusio fieret in organo, quæ illusio in organo maxima illusio videtur esse, putà quando actio fit in organo ipso, non ab obiecto præsente, qualis natus est fieri ab obiecto præsente; & ita potentia haberet actum suum, posita tali illusione, vel passione; & verè esset illud ibi, quod visio dicitur, siuè sit actio, siuè passio, vel vtrumque. Si autem illusio fieret non in organo proprio, sed in proximo aliquo, quod videtur organum, sicut si non fieret illusio in concursu neruorum, sed in ipso oculo fieret impressio speciei, qualis est nata fieri

Illusio.

fieri ab obiecto, adhuc visus videret, quia talis species, vel quod natum est videri in ea, videretur. 1. D. 3. Q. 4. S. *De tertijs cognoscibilibus*. ✝. *Nec obstat*. G. 10.

Illustratio.

Illustratio specialis non est necessaria ad videndum in regulis æternis, quia Augustinus non ponit in eis videri, nisi vera, quæ sunt necessaria ex vi terminorum; & in talibus est maxima necessitas, tùm causæ remotæ, quàm proximæ. 1. D. 3. Qu. 4. S. *Ad quæstionem*. ✝. *Ex isto apparet*. R. 20.

Illustratio specialis magis requiritur in credendis contingentibus, quàm in cognoscendis necessarijs: Imò ibi maximè remouetur illustratio specialis, & sufficit sola generalis. *ibidem*. ✝. *Assumptum de intentione*. S. 21.

I M A

Imaginabile.

Imaginabile, quod asseritur medium esse homini, per quod transitur à sensibili ad intelligibile, si dicatur esse medium ex parte rei in se, ità quòd ordo iste se tenet ex parte rei, vel obiecti intelligibilis, vel intellecti; tunc sequeretur quòd Deus non posset intelligere, nisi mediante phantasmate, vel imaginatione: Si autem dicatur medium ex parte potentiæ, sic Angelo non est medium, tamen est mihi medium propter naturam meam, quam habeo compositam ex spiritusli, & corporali. 2. D. 3. Qu. 11. S. *Contra ex eisdem*. ✝. *Item, si esse imaginabile*. C. 7.

Imaginabile *siuè* Esse imaginabile, potest dici, quòd non est medium nobis inter esse sensibile, & esse intelligibile, sed extremum, ita quòd esse imaginabile, & esse sensibile sunt duo extrema, vel quasi vnum extremum ad esse intelligibile; & esto, quòd sit medium nobis, non tamen Angelo. *ibidem*. ✝. *Aliter posset dici*. C. 7.

Imaginabile non est medium respectu Angeli inter esse sensibile, & actu intelligibile, sed extremum; quia duo extrema sunt hic intelligibile in actu, & non intelligibile in actu. Et licet hoc extremum, quod est *non intelligibile in actu*, possit habere multa extrema, putà esse sensibile, esse imaginabile &c. accidit tamen in quo istorum sit illud extremum; quia omnis ista habent illud extremum, & ab illo extremo, vt in vno istorum, potest aliqua virtus immediatè agere ad aliud extremum; aliqua autem non. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. ✝. *Aliter posset*. P. 31.

Imaginabile *siuè* Esse imaginabile, posset dici (supposito, quòd esse per se sensibile, & purè intelligibile sint duo extrema obiecti in ordine ad potentias cognitiuas) quod cadit sub altero istorum extremorum, quia illud est simpliciter esse sensibile: Illud autem extremum habet sub se diuersa, & in diuersis gradibus: quia aliquo modo in gradu sensibili remotiori ab intelligibili est sensibile ad extrà, quàm sensibile, vt est in imaginabili: Nunc autem in gradu aliquo in extremo potest aliqua virtus agere, & minor non potest agere, sed ab aliquo gradu propinquiori. Ita licet virtus abstractius intellectus nostri coniuncti non possit agere à sensibili abstrahendo intelligibile, nisi ab hoc gradu infimo sensibili, scilicet imaginabili: tamen illa Virtus superior, vel efficacior animæ separatæ potest abstrahere à gradu magis distante, putà à sensibili extrà. 4. D. 45. Qu. 2. S. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundum dico*. F. 15.

Imaginatio.

Imaginatio fallit in hoc; quòd semper videtur quòd causa sit indeterminata vsque ad illud instans, quando causat, & tunc, quòd aliqua relatio determinans ipsam ad effectum primò requiratur à parte eius; quod falsum est. 2. D. 1. Qu. 2. S. *Ad primum argumentum*. ✝. *Et si dicar*. E. 8.

Imaginatio.

Imaginatio intensa facit animum ita distractum ab omni alia cogitatione cuiuscunque actualis intellectionis, quod videtur ipsum intellectualiter videre, & concomitatur fortè illam intensam imaginationem alicuius rei intellectio illius imaginabilis; sed nulla est ibi intellectio alicuius merè intelligibilis non imaginabilis. 2. D. 11. Qu. *Vnica*. S. *Ad quæstionem*. ✝. *Ex hoc sequitur*. B. 4.

Imaginatio non separat locum à corpore, nec è conuerso, nec percipit vnum plurificari sine alio. 4. D. 10. Qu. 2. S. *Dico ergo*. ✝. *Cum enim dico*. F. 11.

Imaginationem sequendo, non apparet posse locum multiplicari non multiplicato corpore: Sed seclusa ista imaginatione, quæ semper innitens sensibus non aliud apprehendit; & sequendo rationem ex rationibus terminorum; nulla est necessitas quòd plurificato vno, plurificetur aliud; & plurificato posteriori, non est necessarium priùs multiplicari. Ipsa autem *vbi* sunt manifestè posteriora ipso quanto locato, & accidentaliter, & contingenter aduenientia. 4. D. 10. Qu. 2. S. *ibidem*.

Imaginationis actum non est possibile inesse, cui actus secundum sensum non potest inesse, quis. lib. 2. de Anim. Tex. 160. Imaginatio est motus factus à sensu. 4. D. 10. Qu. 5. S. *Respondeo*. ✝. *Contra hoc*. C. 4.

Imaginatio non est causa doloris eiusdem secundùm speciem, cuius causa est sensatio exterior, alioquin somnians doleret dolore eiusdem speciei, cum dolore vigilantis. 4. D. 10 Q. 5. §. *Respondeo*. ✝. *Contra hoc*. C. 4.

Imaginatio coloris potest esse obiecti non vt existentis in se, quia contingit rem imaginari, quando non existit, sicut quando existit. *Quodl*. Q. 13. S. *Circa secundum*. I 8.

Imaginatiua.

Imaginatiua potest vti speciebus diuersorum sensibilium ad imaginandum compositum ex illis diuersis, sicut apparet imaginando montem aureum. 1. D. 3. Qu. 2. S. *Quinto dico*. F. 18.

Imaginatiua vittiata *in somno*, conseruans species sensibiles secundùm diuersitatem fluxus humorum capitis, apprehendit eas tanquam res, quarum sunt similitudines, quia vim rerum habent, secundùm Philosophum de motibus animalium. 1. D. 3. Qu. 4. S. *De sexto articulo*. ✝. *Ad tertium dicendum*. Y. 24.

Imaginatiua Christi potuit mortem vt quid terribile imaginari; & ita appetitus illius potentiæ apprehensiuæ terreri; & ille est appetitus, qui communiter dicitur sensitiuus, quando fit sermo de vitijs, & virtutibus. 3. D. 15. Qu. *Vnica*. S. *Quantum ad secundum articulum*. ✝. *Respondeo partio inferoir*. I. 19.

Imago.

Imago est repræsentatiuum totius, & in hoc differt à vestigio, quod est repræsentatiuum partis. Si enim totum corpus esset impressum puluero, sicut pes est impressus, illud derelictum esset imago totius, sicut istud est imago partis, & vestigium totius. Sed ista conformitas expressiua totius non sufficit, sed requiritur imitatio, quia secundùm Augustinum. lib. 83. qq. quæst. 74. *Quantumcunque duo oua sint similia, vnum non est imago alterius, quia non est natum imitari ipsum*; Et ideo requiritur, quòd imago sit nata imitari ipsum, cuius est imago. 1. D. 3. Qu. 9. §. *Hic primò*. ✝. *Quantum ad primum*. A. 2. & 2. D. 16. Qu. *Vnica*. S. *Ex hoc dico*. N. 20.

Imago, quæ est ratio tantùm cognoscendi, licet repræsentet non vt cognita, sicut est de specie visibili in oculo, & de specie intelligibili in intellectu, quæ repræsentet obiectum immediatè absque discursu: tamen illa imago, per quam non cognoscitur illud, cuius est, nisi vt per speciem cognitam, non est ratio cognoscendi illud, nisi tantùm per discursum, sicut discurritur à cognito ad incognitum. 2. D. 3. Qu. 9. S. *Contra secundum*. Sub. A. 5.

Imago vno modo accipitur pro similitudine præcisè imitante, siuè repræsentante; quia non repræsentat vt cognita, sed præcisè vt ratio cognoscendi. Alio modo accipitur

cipitur pro imitante aliquid, quod est aliquid aliud à se, & repræsentat quia cognitum. 2. D.3.Q.9. §. *Dico igitur*. ℣. *Ad tertium dico*. N.15.

Imago differt à vestigio per hoc, quòd imago repræsentat per modum totius primò: Vestigium autem primò repræsentat partem, licet arguitiuè repræsentet totum, vt pater de pede in puluere. 2. D. 16. Quæst. Vnica. §. *Ex hoc dico*. N.20.

Imago ipsa corporis, multiplicata vsque ad speculum, non videtur in speculo, sed ipsum corpus, cuius est imago. 4. D.10. Quæst.9. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud*. D.7.

Imago Trinitatis.

Imago Trinitatis ex August. lib.14. De Trinit. cap. 15. in eo quærenda est, quo in Anima nostra nihil est melius. 2. D.16.Q.Vn. §. *Circa istam distinctionem* 16. ℣. *Contra Augustin. 14. de Trinit.* n. 2.

Imaginis Trinitatis & si sint duæ partes ex parte intellectus, & vna ex parte voluntatis, hoc non est quia intellectus duplici actu elicito attingat obiectum voluntatis. Memoria enim, & si habeat actionem de genere actionis, non tamen habet actionem de genere qualitatis, qua attingat Deum. Sed sola intelligentia habet huiusmodi actionem, quæ est operatio circa ea le obiectum; & pro tanto in intellectu est ratio parentis, cui competit actio de genere actionis, & produci, quæ duo repræsentant in Diuinis Patrem, & Filium. 3.D.26.Q.Vn. §. *Ad primum principale*. ℣. *Ad quartum dico*. N.26.

Imaginis Trinitatis rationem habet natura intellectualis, quod non est in aliqua natura inferiori natura intellectuali; & ideo omnes naturæ aliæ inferiores habent præcisè rationem vestigij. 1. D.3. Qu.5. §. *aliàs* 6. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad vltimum*. O. 15.

Imaginis Trinitatis ratio non est, nec in actibus primis solùm, nec in actibus secundis solùm. Quod apparet dupliciter. Primò, quia hic sunt duo tantùm, & illi duo tantùm; ergo esset tantùm imago dualitatis, & non Trinitatis: Secundò, quia in primis actibus licet sit ibi consubstantialitas, non tamen est ibi distinctio realis rei, & rei, nec ordo originis, In actibus secundis etiam; licet sit distinctio, & origo aliquo modo, non consubstantialitas; Ex his sequitur quòd imago consistit in actibus primis, & secundis simul. 1.D.3.Q.9. *aliàs*. 10. §. *De tertio: primò videndum*. ℣. *De secundo, in isto articulo*. D. 3.

Imaginis Trinitatis partes sunt in anima, quia Anima habet in se aliquam perfectionem, secundùm quam formaliter est actus primus respectu notitiæ genitæ, Et habet in se aliam perfectionem, secundum quam recipit formaliter notitiam genitam, & habet in se aliam perfectionem secundùm quam recipit formaliter volitionem. Istæ tres perfectiones dicuntur memoria, intelligentia, & voluntas; vel anima inquantùm habet ipsas. Anima igitur in quantùm habens actum primum totalem respectu intellectionis, scilicet anima, vel aliquid animæ, & obiectum sibi præsens in ratione intelligibilis, dicitur memoria, & hoc memoria perfecta includendo tàm intellectum, quàm illud, quo obiectum est sibi præsens. Ipsa etiam anima dicitur (inquantùm recipit notitiam genitam), intelligentia, & intelligentia perfecta, vt est sub illa notitia genita. Voluntas etiam dicitur perfecta inquantùm est sub illo actu perfecto volendi. Accipiendo igitur ista tria ex parte animæ, vt sunt sub tribus actibus suis, in istis, inquam, tribus est consubstantialitas, ratione trium illarum realitatum, quæ sunt ex parte animæ; sed est distinctio, & origo ratione istarum actualitatum receptarum in anima, secundùm istas realitates in anima. 1.D 3.Q.9 aliàs. 10. §. *ibidem*.

Imago Trinitatis potest dupliciter assignari, secundùm quod eam dupliciter assignat Augustinus: Vno modo lib. 9. de Trinit. cap. 4. & deinceps; *Mens, notitia, & amor*. Alio modo sicut eam assignat 10. de Trinit. cap. 10. & deinceps. *Memoria, intelligentia, & voluntas*; & de ista dupliciassignatione imaginis loquens Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 2. dicit quod illa, quæ posita est in 10. est euidentior. Dico igitur, quòd per *mentem* possumus intelligere actum primum perfectum respectu vtriusque actus secundi, scilicet fœcunditatem ad gignendum, & spirandum, & hoc modo *mens* habet rationem perfectè parentis, quia includit perfectè vtramque fœcunditatem; & tunc alia duo, scilicet *amor*, & *notitia*, sunt duo producta ab anima, licet ordine quodam; & tunc non erit quaternitas, quia in parente habente perfectam rationem parentis concurrit actus primus duplex, & isto modo est in Diuinis, quia in Patre non solùm est fœcunditas ad generandum; sed etiam ad spirandum. Si autem *Mens* accipiatur præcisè vt actus primus, habens solummodo fœcunditatem respectu notitiæ genitæ, hoc modo imperfectè assignatur imago, quia hoc modo *Mens* non habet rationem Parentis perfectè. Ita dico de alia assignatione; quòd si *Memoria* accipiatur præcisè pro parente respectu notitiæ genitæ, est imperfectè parens; parens autem perfectè non tantùm habet rationem vndè generet; sed vnde spiret, quis non potest illud habere ab alio, & oportet illud habere in toto; & ideo oportet vt habeatur in parente à se. Si autem accipiatur *Memoria* pro tota anima, vt habet habitualiter in actu primo fœcunditatem istam duplicem, hoc modo habet perfectè rationem parentis. Sed licet *Memoria* sit euidentior parens, tamen oportet concedere, propter verba Augustini lib. 15. de Trinitate cap. 3. quatenus scilicet magis exprimit habitudinem gignentis ad genitum, quàm *Mens*; tamen *Mens* nostra videtur, perfectiùs importare rationem parentis, si accipiatur vt includit vtramque fœcunditatem. 1. D. 3.Q.9. aliàs 10. §. *Sed hic occurrunt*. ℣. *Ad primum dico*. F.G.4.5.

Imaginis Trinitatis similitudo ad Prothotypum non potest perfectè esse in nobis: notitia enim genita in imagine creata accidens quoddam est, cui non communicatur fœcunditas illa ad producendum amorem, qua foemaliter est aliquod productiuum dilectionis: Patet autem generans Filium communicat ei eandem naturam, & eandem fœcunditatem spirandi amorem, quæ non intelligitur in generatione Filij habere terminum adæquatum. Patet igitur ratio, quare non potest ista productio saluari in partibus imaginis creatæ, sicut in Personis Trinitatis. Est tamen aliquis ordo inter secundam partem imaginis, & tertiam, quia tertia supponit secundam naturaliter, licet non sit ab ea. 1.D.3.Q.9. aliàs 10. §. *Sed hic occurrunt*. ℣. *Ad secundum dico*. I.6.

Imaginis Trinitatis perfectissima, & vltima ratio est, quando *memoria, notitia genita, & amor productus concurrunt* in mente respectu Dei, vt obiecti; quia tunc anima non habet tantùm similitudinem expressiuam quantùm ad prædicta, ex ratione eorum in se, sed ea etiam ratione, qua actus ipsi conformantur obiecto. Et ideo, quando isti actus sic sunt in mente, quòd non tantùm habent substantialitatem; similitudinem; distinctionem; & originem; sed etiam habent vlteriorem assimilationem ad Deum ex ratione obiecti, circà quod sunt, est perfectior similitudo; minus autem perfecta, quando anima habet se pro obiecto; quia licet tunc non habeatur similitudo ab ipso Deo immediatè, tanquam ab ipso obiecto proximo; habetur tamen aliqualiter inquantùm in mente, vt in imagine cognoscitur Deus. Et istam duplicem Trinitatem assignat Augustinus. Illam, quæ est respectu Dei 12. De Trin. cap. 4. *Dicens in eo solo quod ad contemplationem pertinet æternorum non* solum est Trinitas sed etiam imago Dei *In hoc autem, quod deriuatum est etiam in actione temporalium, etiamsi Trinitas possit, non tamen imago Dei potest inueniri*. De alia imagine loquitur lib. 14. de Trinit. cap. 8. & 16. *Ecce*, inquit, *Mens meminit sui, intelligit se, diligit se. Hoc si cernimus, cernimus Trinitatem, nondum quidem Deum, sed iam imaginem Dei*. 1. D. 3. Q.9. *aliàs* 10. §. *Sed hic occurrunt*. ℣. *Vlterius in speciali*. K.7.

Imaginis Trinitatis fundamentum.

Imaginis Trinitatis ratio, quam nos concipimus, fundatur in anima in respectu ad Deum, vt est Trinus. Et ideo non cognoscitur naturaliter, quia nec extremum, ad quod est, cognoscitur à nobis naturaliter. 1.D.1.Q.1.§. *Contra istud*. ℣. *Sed ista ratio*. B.4.

Imago Trinitatis, quæ non est, nisi quantùm ad memoriam, intellectum, & voluntatem, est in superiori portione rationis:

Imaginis Trinitatis fundamentum.

tionis: Vnde portio superior non est vnica potentis. 2. D.24.Q. Vnica. §. *Dico, quod potest*. A. 2.

Imago Trinitatis, quæ est in portione superiori animæ, est etiam in portione inferiori, & etiam consistit in tribus potentijs, memoria, intelligentia, & voluntate. 2. D.24. Quæst. Vnica. §. *Dico, quòd potest*, ℣. *Eodem modo*. A.2.

Imago consistit in anima, non secundùm quòd totaliter est vnum ens. *ibidem*. §. *Ad primum dico*. D. 5.

Imago Trinitatis, quia minus expressè repræsentatur in anima, prout memoria, intelligentia, & volontas potentiæ animæ sunt sub actibus, respectu temporalium, quàm quando sunt sub actibus, respectu æternorum; hinc est quod Augustinus lib. 12. de Trinit. cap. 4. dicit imaginem esse in portione superiori, quæ est respectu æternorum; non in portione inferiori, quæ est respectu temporalium; non quòd ibi non sit imago in eisdem potentijs, licet minus expressa. *ibidem*.

Imago non consistit in aliquibus tribus potentijs realiter distinctis, sed in aliquibus tribus realiter distinctis, puta actibus. 2. Dist. 16. Quæst. Vnica. ſ. *Ex hoc dico*. N. 20.

Imago Trinitatis non est completè in anima absolutè considerata, nisi in radice; sed vt est sub actibus suis eum vnitate suæ essentiæ repræsentat Trinitatem. Et sic consistit imago in tribus realiter distinctis; non autem in potentijs, quæ realiter non distinguuntur; imago enim, vt est perpetua, solùm est virtualiter in anima, & formaliter, vt est sub actibus. 2.D.16.Q.Vn. ſ. *Ad primum argumentum*. O.21.

Imago Trinitatis tota est in parte intellectiua, accipiendo intellectiuam pro ea, quæ transcendit sensitiuam; vt videtur haberi ex August. 15. de Trinit. cap. 7. dicente, *quod excellit in anima mens vocatur*. Et post; *Homo non secundum omnia, quæ ad naturam eius pertinent, sed secundum solam mentem imago dicitur*. & lib. 14. cap. 8. *Imago ibi inuenienda in nobis est, quo etiam natura nostra nihil habet melius*. *Quodl*. Qu. 15. ſ. *De primo*. ℣. *Tertiò propositum* & ℣. *Ex istis*. D. 5.6.

Imaginis Trinitatis partes.

Imaginis Trinitatis partes ideo æquantur, comparando ad obiecta, quia omne obiectum eo modo, quo potest esse in memoria, potest esse in intelligentia actualiter, & in voluntate secundùm actum eius amabiliter, & odibiliter. 2. D. 3. Quæst. 10. ſ. *Ista opinio*. ℣. *Respondeo: vis productiua*. D.10.

Imaginis Trinitatis, & si duæ partes sint ex parte intellectus, & vna ex parte voluntatis; hoc tamen non est quia intellectus duplici actu elicito attingat obiectum voluntatis: Memoria enim, & si habeat actionem de genere actionis, non tamen habet actionem de genere qualitatis, qua attingat Deum, sed sola intelligentia habet huiusmodi actionem, quæ est operatio circa tale obiectum. Et pro tanto in intellectu est ratio Parentis, cui competit actio de genere actionis, & produci; quæ duo repræsentant Patrem, & Filium: In voluntate autem non est talis ratio originandi naturaliter, sed liberè, & inquantùm habet rationem originantis potest poni voluntatem concurrere cum memoria, sicut dictum est Distinct. 3. lib. 1. Quæst. vltima. Dico igitur breuiter quòd isti habitus non correspondent partibus imaginis, sed tantùm sunt duæ potentiæ, quarum est attingere Deum immediatè per actus elicitos; tales autem sunt intellectus, qui vt indistinctus per vnicum actum elicitum immediatè attingit Deum credendo; & voluntas vt habens rationem affectionis iustitiæ, & commodi, amando, & sperando. 3. D. 26. Qu. Vn. § *Ad primum principale*. ℣. *Ad quartum dico*. N. 26.

I M I

Imitabilitas.

Imitabilis est Deus prius naturaliter à creatura, quàm comparetur, vt imitabilis; quia enim est imitabilis, ideo verè comparatur, vt imitabilis à creatura, vt videtur, & non è conuerso. Igitur ante comparationem factam per intellectum essentiæ, vt imitabilis, est in essentia Diuina imitabilitas. 1. D. 35. Qu. Vnic. §. *Contra secundam positionem*. ℣. *Præterea: Deus prius*. E.8.

Imitatio.

Imitatio Dei in creatura deficit, quia imperfecta est, quia creaturæ imperfectè eum imitantur. 1. D.3. Q.2. ſ. *Tertio, dico*. ℣. *Est igitur alia ratio*. D. 16.

I M M

Immateriale.

Immateriale, nempè istud vocabulum *immateriale* est frequens in vsu Philosophi, in proposito (vt verbi gratia dicendo, *Aliqua cognitio est immaterialis in nobis*; vel in ista propositione, *nulla cognitio sensitiua est immaterialis*); sed videtur ambiguum. Potest enim ad propositum tripliciter intelligi: vel *immaterialis*, quia incorporea, hoc modo, quia non operatur per partem corpoream, & organum. Et ista propositio, *Cognitio aliqua est immaterialis*, est idem cum ista, *Cognitio aliqua non est organica*. Vel alio modo *immaterialis*, quia nullo modo extensa, & tunc plus dicit, quàm non organica. Et si enim omnis operatio organica sit extensa, quia recipitur in extenso, non tamen solùm, quia si reciperetur in toto composito primo, cum illud sit extensum, adhúc esset operatio extensa. Tertio modo potest intelligi *immaterialis* in comparatione eius ad obiectum, vt scilicet respicit obiectum sub rationibus immaterialibus, vtpotè inquantùm abstrahit ab hic, & nunc, & huiusmodi, quæ dicuntur conditiones materiales. 4. D.43. Quæst. 2. §. *Respondeo: ho manifestum*. ℣. *Istud vocabulum*. E.9

Immaterialia sunt magis actiua, quàm materialia. Vnde forma immaterialis, non minus quàm materialis erit per essentiam suam ratio agendi actionem suam sibi competentem, cuiusmodi est ratio obiecti ad actum cognoscendi. 2.D.3.Q.8. ℣. *Contra, aliqua*. n. 2.

Immateriale omne est supra se conuersiuum, propositio est Proculi famosa. 2.D.16.Q.Vn. ℣. *Præterea, anima*. n. 2.

Immaterialiter.

Immaterialiter simpliciter nihil recipitur in intellectu, inquantùm est coniunctus simpliciter corpori: Quia si inquantùm sic; vel ergo in toto primo; vel illa coniunctio erit aliqua ratio recipiendi; sed siuè sic, siuè sic, receptum non erit omninò immateriale. 4. D. 45. Q.1. ſ. *Alia opinio*. ℣. *Ex his suppositis*. B. 3.

Immaterialitas.

Immaterialitas in anima est causa, quòd ipsa sit receptiua cuiuslibet intellectionis; ipsa etiam est actiua cuiuscunque intellectionis obiecti alterius à se, vt causa partialis; & actiua intellectionis de se, vt totalis causa. 1. D.3.Q.7. §. *Ad primum in oppositum*. D d. 41.

Immaterialitas cognitionis animæ intellectiuæ si probaretur per hoc, quod nullo modo est extensa, verius haberetur propositum, quàm per hoc, quod non operatur per partem corpoream, vel organicam: sed non videtur sic probari, nisi ex conditionibus obiecti, quod respicit ille actus; nisi fortè ex reflexione, quia experimur nos reflecti super actum talis cognitionis: quantum autem non est super se reflexiuum, & ideo ab obiecto huius actus, fit tandem probatio illius propositionis, *homo intelligit formaliter, & propriè*, per actum scilicet transcendentem totum genus cognitionis sensitiuæ. 4. D.43.Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *Si ergo probaretur*. E.9.

Immaterialitas non est prima ratio formæ eiusdem rationis essendi *hanc*: nec materialitas prima ratio plurificationis in forma. *Quodl*. Q. 1. §. *Prima ratio*. ℣. *Et quod immaterialitas*. D.6.

Immaterialitas formæ non videtur sequi ex hoc, quòd in nulla parte, vel per nullam partem propriè exerceat operationem suam, sicut potentiæ sensitiuæ. Forma enim purè materialis, dum tamen sit vniformis in toto, & in toto, & in qualibet parte, non dicitur operari per organum,

ganom, sicut ignis non dicitur operari per organum. *Quodl.* Q. 9. §. *De secundo*. ỽ. *Sed ex isto intellectu* E. 10.

Immaterialitas, hoc est à materia in essendo separabilitas ex operatione propria talis naturæ, quam nimirum operationem potest habere sine materia potest concludi, non autem illa immaterialitas vlterior, quæ est impossibilitas informandi materiam: Et hoc est rationabile, quòd ex intellectione, quæ est medium commune animæ, & Angelo, possit concludi immaterialitas communis vtrique. *Quodl.* Q. 9. §. *De secundo*. ỽ. *Ex hoc ergo*. H. 12.

Immediatè.

Immediatè, in hac propositione, *Potentia omnis est beatificabilis, quæ potest immediatè attingere obiectum beatificum*, dictioguendum est. Aut enim excludit medium eiusdem ordinis, quòd scilicet sit medium isti attingendi in suo ordine; sicut operatio est medium ipsi potentiæ in attingendo obiectum; aut excludit medium alterius ordinis, quòd scilicet nihil sit illo immediatius, siue perfectius attingens, siuè illud sit ratio attingendi, siuè non. 4. D. 49. Qu. 3. §. *Ad quæstionem*. ỽ. *Secundo modo*. B. 6.

Immediatum. Et Immediatius.

Immediatum potest accipi dupliciter: Vno modo inter quod secundùm se totum, & aliud non est medium: Alio modo, quod secundum se totum est cum altero statim, vel post alterum: Primo modo continuum est immediatum suo termino, quia inter indiuisibile terminans, & diuisibile terminatum nihil cadit medium: Secundo modo indiuisibili terminanti continuum nihil est immediatum; nihil enim, secundùm se totum, statim sequitur illud indiuisibile, sed pars illius totius, quod est immediatum totum; primo modo sequitur indiuisibile secundum partem ante partem in infinitum. 2. D. 2. Qu. 9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ỽ. *Aliter respondeo*. S. 35.

Immediatius non omne alicui necessariò præsupponitur omni mediatori, vtpotè, si illud immediatius non est causa aliqua respectu mediati; neque causa actiua; neque receptiua; neque effectus simpliciter necessariò propinquior eidem causæ. 4. D. 12. Qu. 3. §. *Ad principales rationes*. ỽ. *Sed ad formam*. Y. 33.

Immediatius dicitur aliquid primò, quàm aliud eidem, ita, quòd ipsum sit medium inter primum, & vltimum; & tunc est immediatius positiuè, sicut superficies est immediatior substantiæ, quàm color; ita, quòd habet rationem medij positiuè inter illa. *Quod.* Quæst. 1. §. *De quarto termino*. M. 15.

Immediatius dicitur aliquid primò, quàm aliud ita, quòd inter ipsum, & primum non est medium, aut pauciora sint media, quàm inter tertium, & primum; & sic est immediatius negatiuè, sicut risibile est immediatius homini, quàm color negatiuè; non enim mediat inter illa extrema positiuè, sed magis excluditur medium inter hominem, & risibile, quàm inter hominem, & colorem. *Quodl.* Q. 1. §. *De quarto termino*. N. 15.

Immediatius illud dicitur esse positiuè, quod tanquam medium inter extrema includitur; & illud immediatius dicitur negatiuè, vbi aliquid tanquam medium magis excluditur. *Quodl.* Q. 1. §. *De quarto termino*. N. 15.

Immediatius potest distingui secundùm rem, & rationem; quia immediatius, & minus immediatum, vel mediatius, non sunt sinè ordine. *Quodl.* Q. 1. §. *De quarto termino*. N. 15.

Immensitas.

Immensitas, siue infinita infinitas est perfectio simpliciter possibilis entis; vel vero, vel cuicunque rationi transcendenti; & aliquod eorum est obiectum adæquatum cuiuscunque intellectus. 1. D. 22. Quæst. Vnica. *aliàs* 2. §. *De ratione*. B. 4.

Immensitatem non infert omnipotentia. 1. D. 37. Qu. Vn. §. *Respondeo: Agens*. ỽ. *Ex his ad propositum*. A. 3.

Immensitatis præsentia sicut non præexigebatur ante Mundi creationem alicubi, vel in vacuo infinito præsentiæ potentiæ suæ, vt potentia est; imò potentia priùs habuit terminum suum, quàm esset præsentia secundùm essentiam; ita videtur modo quòd non oporteat præintelligere Deum in aliqua parte vniuersi, vt ibi aliquid causet; sed magis, quasi è conuerso, priùs sit sibi secundùm potentiam, vt ibi aliquid causet. 1. D. 37. Q. Vn. §. *Respondeo: Agens*. ỽ. *Confirmatur*. C. 4.

Immensitas non est ratio coexistendi loco nisi actuali, & non potentiali, quia non est. 1. D. 39. Quæst. Vn. §. *Contra istud*. B. 9.

Immensitas est præsens omni loco, sed non omni loco actuali, & potentiali. 1. D. 39. Qu. Vn. §. *Ad argumenta pro secunda*. Y. 34.

Immensitas Dei.

Immensitas naturæ Diuinæ, & eius manutenentia concurrunt simul ad ill[..]psum essentiæ Diuinæ respectu creaturarum. 1. D. 19. Qu. 2. §. *Quantum ad tertium argumentum*. ỽ. *Primo quidem*. F. 10.

Immensitas Dei non esset sibi ratio coexistendi alicui loco in aliquo *nunc* nisi existenti; posito quòd locus possit crescere in infinitum, sicut tempus est in continuo fluxu. 1. D. 39. Q. Vnica. §. *Contra istud*. B. 9.

Immensitas Dei præsens huic vniuerso, non coæquatur huic vniuerso: Et ideo excedit formaliter, non tamen est alicubi, nisi in hoc vniuerso. 1. D. 39. Qu. Vn. §. *Ad argumenta pro secunda*. ỽ. *Per hoc ad aliud*. Y. 34.

Immensitas Diuina quantumcunque ponatur à parte vnius extremi, propter quam ipsum possit coexistere cum quantocunque in altero extremo: cum coexistentia dicat relationem realem inter duo extrema, & ideo requirat ambo, propter immensitatem vnius extremi, non potest concludi coexistentia ad alterum, nisi tantùm ad illud, quod coexistit de altero extremo. *ibidem*. ỽ. *Per idem ad alterum*. Y. 34.

Immortalitas.

Immortalitas hominis in statu innocentiæ, quæ attribuitur iustitiæ originali, non fuit impossibilitas moriendi, etiã stante illo statu, sed possibilitas non moriendi. 2. D. 29. Q. Vn. §. *Potest dici*. ỽ. *De alio effectu*. C. 5.

Immortalitatem animæ nostræ quod per fidem nobis certissimam Deus reuelauerit, summæ gratiæ sunt referendæ misericordiæ Creatoris. 4. D. 43. Q. 2. §. *Ad argumenta: ad primum*. ỽ. *Ex his apparet*. C c. 33.

Immutabilitas.

Immotabilitas Diuina probatur à Philosopho 7. & 8. Physic. sed eius rationes diminutè concludunt. Et fortè non plus concludunt, nisi quòd primum non mouetur vt corpus, vel vt Virtus in corpore, sicut anima mouetur per accidens in corpore moto. 1. D. 8. Q. 5. §. *Huius exclusiuæ*. ỽ. *Sed processus isti*. A. 2.

Immutabilitas Diuina probatur ex simplicitate Dei; quia si Deus est perfectè simplex, non potest mutari ad aliquam formam, quæ in ipso recipiatur. Quia etiam est necesse esse, non potest mutari ab esse in non esse, vel a non esse in esse; quæ mutatio dicitur versio à Damasceno. Omni igitur immutatione, siuè substantiali, siuè accidentali, dicitur Deus simpliciter immutabilis. *ibidem*. ỽ. *Ideò non insistendo*. A 2.

Immutabile nihil est in creaturis, loquendo de mutatione, quæ est versio, quia nihil aliud à Deo est formaliter necessarium. Quodlibet etiam aliud à Deo est mutabile subiectiuè; nisi propter imperfectionem negatiuam, putà vltimum accidens, quod nullius perfectionis est capax propter sui imperfectionem. Sed nihil aliud à Deo propter perfectionem sui est immutabile, tùm mutatione subiectiua, tùm mutatione, quæ est versio. 1. D. 8. Qu. 5. §. *Ad quæstionem*. Y. 22.

Immutabilis ad proximum sibi contingens est habitudo; ideo extremum illius habitudinis est contingens, & mutabile, licet fundamentum sit immutabile. 1 D. 8. Qu. 5. §. *Ad argumenta pro opinione*. ỽ. *Per idem apparet*. Z. 24.

Immu-

Immutabilitas.

Immutabilitas necessitatis sola non est in Deo sic, quòd immutabilitas sit ex se necessitas; quia immutabilitas ex se non priuat, nisi possibilem successionem oppositi ad oppositum: necessitas autem simpliciter priuat possibilitatem huius oppositi, & non tantum successionem huius oppositi, & ideo non sequitur; *Oppositum non potest succedere opposito, ergo oppositum non potest inesse*. 1. D.39.Q.1.2. 3.§. *Ad argumenta quartæ quæstionis*. Y. 31.

Immutari.

Immutari est mobile nunc se habere indiuisibiliter, sicut prius diuisibiliter: sicut mutari est aliter se habere nunc indiuisibiliter, quàm prius diuisibiliter. 2. D. 2. Qu. 9. *Ad secundum principale*. ¥. *Ad aliud de secundo*. N. 31.

Immutatio.

Immutatio realis vbi est modica, vel nulla, aliquando est magnus dolor propter immutationem intentionalem; sicut si manus fuerit excessiuè frigefacta ex contactu niuis, vel glaciei, & statim approximetur igni, est ibi vehemens dolor ab illo obiecto immutante; & tamen modica, vel nulla actio realis à calido in manu propter excellentiam contrarij, scilicet frigoris, in ipso passo. 4.D.44.Qu.3. §. *Ad quæstionem*. ¥. *secundo dico*. B. 3.

Immutationem obiecti disconuenientis licet concomitetur alta immutatio realis, disconueniens naturæ (quod fortè non est verum in visu, & auditu) sequitur dolor, causatus ab illo obiecto sensato, vt sensato in appetitu sensitiuo. *ibidem*. ¥. *Modus autem*. C. 3.

Immutationem realem negandi igni infernali in corpora damnatorum non est omninò certa ratio; quia ex quo poteft poni, & licet non sit necessaria ad dolorem; tamen quæcunque pro ea ponenda arguuntur, [& adducuntur], si ascribantur miraculo, non possunt improbari. 4.D.44. Q.3. §. *Ad quæstionem* ¥. *Quartò dico*. G. 7.

Immutatio intentionalis sensuum, vt visus, auditus &c. non est sine immutatione corruptiua; hoc est falsum (loquendo de necessitate, & semper); quia aliquando est maior immutatio intentionalis, & minor realis, & è conuerso: Vnde conceditur quòd in hac Vita concurrunt illæ duæ immutationes simul, quia actiuum (scilicet obiectum sensibile) est potens agere vtraque actione; & passiuum, vel idem, vel coniunctum, est receptiuum vtriusque actionis: Et ideo nunc vtraque actio simul est in eodem passo, vel in vtroque passo simul coniuncto, licet quandoque vna maior, alia minor, secundum dispositionem passi ad hanc, vel illam. In vita autem beata non præseruabit Deus organa sensuum ab vna passione eorum (scilicet intentionali), quia non est ad perfectionem eorum sic præseruari. 4.D.49.Q.13. §. *Ad rationes principales*. ¥. *Cum arguitur*. H. 13.

IMP

Impassibilitas.

Impassibilitas licet prohibeat ne agens contrarium possit causare actionem, tamen hoc non est aliqua actio, sed sola resistentia; sicut nec Cœlum, prohibendo elementa agere in se, est per aliquam actionem elicitam à Cœlo: Sic in proposito; impassibilitas non dicit aliquam actionem, seu actum secundum. 4. D. 49. Q. 16. §. *Alius est*. ¥. *Et si dicas* E. 14.

Impassibilitas si est solùm possibilitas non patiendi corpus passionem, abijciente à substantia, Deo præseruante, tunc videtur quòd non recipiat inæqualitatem, quia omnia corpora æqualiter præseruantur à passione. 4.D.50.Qu.6. §. *Ad tertiam quæstionem*. M. 11.

Impassibilitas vt dos corporis gloriosi.

Impassibilitatis dos est qualitas, per quam formaliter repugnat corpori glorioso passibilitas. 3. D. 15. Q. Vn. §. *Ad primum alterius viæ*. ¥. *Ad secundum, quando*. X. 34.

Impassibilitas corporis beati probabiliter concluditur ex resurrectione, & immortalitate hominis: & hoc loquendo de passione reali, vt distinguitur contra passionem intentionalem. 4.D.49.Q.13. §. *Respondeo*. A. 2.

Impassibilitas est dos corporis gloriosi, & tamen non habet aliquem actum; quia non posse pati, non est, nisi negatio ipsius posse pati. 4. D. 49. Q. 16. §. *Alius est*. ¥. *Et tunc*. E. 14.

Impassibilitatis corporis gloriosi causa.

Impassibilitatis in corpore glorioso causa non est per hoc, quòd qualitates consequentes mixtum non maneant in corpore illo tunc, quia tunc maneret illud corpus mixtum, & non esset proportionatum animæ, cum nec modò possit anima animare elementum; Nec est per hoc, quòd illæ qualitates non manebunt contradictoriæ; quia eum forma sit contraria formæ in specie sua, si tunc remanebunt in corpore cædem qualitates in specie, quæ & nunc; sequitur quòd erunt contrariæ, sicut & nunc. 4.D.49. Q. 13. §. *Respondeo*. ¥. *Sed de causa*. A. 2.

Impassibilitatis corporis gloriosi, ex parte susceptiui (puta corporis) non potest inueniri aliqua causa intrinseca. 4. D.49.Q.13. §. *Respondeo*. ¥. *Respondeo ex parte*. B. 4.

Impassibilitatis causa licet fortè posset poni agentia intrinseci in potentia agendi in corpus gloriosum, ponendo qualitates possibiles in illo corpore esse redactas ad tantam æqualitatem, vt vna non posset esse principium agendi in aliam; tamen ista causa non poneret impassibilitatem respectu extrinseci corruptiui; & ideo si corruptionem ab intrinseco excluderet, adhuc esset diminuta: Et ideo oportet ponere impassibilitatem per aliquod impediens passionem corruptiuam. *ibidem*. & ¥. *Sed quia similiter*. B. 4. 5.

Impassibilitatis corporis beati causa non est defectus motus Cœli, quia, quod dicit Philosophus. lib. 8. Physic. Tex. 13. quòd cessante motu Cœli, tanquam primo motu, nullus erit alius motus, non est verum. Contra enim est articulus Parisiensis 17. Stante Cœlo, approximato igne stuppæ, quod ignis non corrumpit stuppam, est error. 4.D.49.Q.13. §. *Respondeo*. ¥. *Contra hoc est articulus*. C. 8.

Impassibilitatis corporis gloriosi causa est voluntas Diuina non coagens causæ secundæ corruptiuæ, & per hoc istud est impassibile non potentia remota, sed proxima; non à causa intrinseca, sed extrinseca impediente. 4. D.49.Qu. 13. §. *Dico ergo*. D. 9.

Impeccabilitas.

Impeccabilitas non repugnat circa illud, quod est ad finem in volnntate, coniuncta fini per beatitudinem; sicut non repugnat cognitio principij, & error conclusionis; & multò minus repugnat in eadem anima gaudium de vno obiecto, & tristitia de alio. 3.D.15.Q.Vn.§. *Ad primum alterius*. ¥. *Ad aliud quando arguitur de peccabilitate*. X. 34.

Impedimentum.

Impedimentum in intellectu hominis recipiendi aliquid effectiuè ab Angelo pro statu isto, scilicet ordo inter potentias inferiores, subest causalitati Dei, non autem causalitati alicuius creaturæ; & ideo cuilibet creaturæ, quæ præsupponit istum ordinem, est impedimentum, non autem Deo, vel ad Deum, qui est super istum ordinem. 2. D. 11. Q. Vn. §. *Ad argumenta*. ¥. *Ad secundum*. D. 8.

Impedimentum matrimonij.

Impedimenta simpliciter matrimonij ex parte contrahentium in genere sunt duo, scilicet impotentia simpliciter; & impotentia secundùm institiam, quia alligatus est alteri. 4. D.42. Qu. Vn. §. *Si primo*. ¥. *Et ex parte*. H. 6.

Impedimentum ex metu potest esse ita multiplex, quotuplex est malum, quod iustè timetur. *ibidem*. H. 7.

Impedimentum ex defectu rationis est triplex, secundum triplicem errorem, scilicet personæ, conditionis, & dationis; & quartum per defectum vsus rationis, vt in amentibus. 4. D.42. Q.Vn. §. *Si primo*. ¥. *Et ex parte*. H. 7.

Impedimentum per appositionem conditionis repugnan-

tia contractui continet sub se tria repugnantia tribus bona matrimonij, nempè *fidei*, hoc est fidelitatis: *prolis*, & *Sacramenti*, idest indissolubilitatis. *ibidem*. &. D.31. Qu *Vnica*. §. *Ad quaestionem*. ✝. *Ex ista solutione*. E.9.

Impedimentum impotentiæ continet duplicem impotentiam naturalem Viri, scilicet frigiditatem, & mutilationem, & vnicam impotentiam mulieris, scilicet arctationem, simpliciter. Frigiditas in muliere non impedit simpliciter, sicut nec sterilitas, & vnum generale vtrique sexui: scilicet ætatem puerilem, & continet sub se impotentiam casualem (scilicet maleficium) in vtroque sexu, dùm tamen perpetuam. 4.D.42 Qu.*Vnica*. §. *Si primo*. ✝. *Quartum impedimentum*. H.7.

Impedimentum bigamiæ (polygamiæ communiter dictæ) manet indiuisum, non continens sub se alias species, nec pro lege Euangelica habet locum ista bigamia; nec licet dimittere vxorem, & consequenter nullo modo, ipsa viuente, siuè dimissa de facto, siuè non dimissa, licet cum alia contrahere. 4.D 42. Qu. *Vnica*. §. *Si primo*. ✝. *Et ex parte*. H.7.& .D.33.Qu.1.§.*De secundo*. ✝. *Si obijcitur*. E.6.

Impedimenta matrimonij ex statuto Ecclesiæ sunt tantummodo illa ex parte personarum, quia Ecclesia nihil determinat circa formam, vel materiam istius contractus, sed solùm personas aliquas illegitimauit, faciendo eas incapaces huius contractus; & hoc vel propter nimiam earum propinquitatem inter se; vel propter earum specialem applicationem ad cultum Diuinum; vel propter alicuius horrendi criminis enormitatem, *ibidem*. §. *Ex statuto*. I.8.

Impedimentum ad impediendum, & dirimendum sequentia sponsalia, vel matrimonium; non autem ad præcedentia dissoluendum, scilicet impedimentum publicæ honestatis, oritur ex sponsalibus puris, ex certis, dummodo non sint nulla ex defectu consensus, vt habetur Extra: de Sponsal. lib.6. 4.D.42.Q.*Vnica*. §. *Ex statuto Ecclesiæ*. ✝. *Primo modo*. I.8.&. D.41.Qu.*Vnica*.§. *Ad quaestionem*. C.4.

Impedimentum de voto solemni, si tamen ibi fiat traditio corporis ad castitatem seruandam ipsi Ecclesiæ, vel Prælato, in cuius manu vouet, & per hoc non habet potestatem sui corporis ad actum coniugalem, tunc potest reduci ad naturam contractus; sicut illud de alligato ad aliud matrimonium. Si autem tale votum non tollit isti quin habeat potestatem sui corporis; tunc, ex statuto, & potestate Ecclesiæ, est illegitimatio, & irritatio, non tantùm, quia se tradit Ecclesiæ ad talem actum; sed quia Christus vocando Ioannem à nuptijs, prætulit votum continentiæ vinculo coniugali, & ideo Ecclesia istum, qui est in gradu superiori, illegitimauit iustè ad recipiendum gradum inferiorem, siuè ad apostatandum. 4.D.42.Qu.*Vnica*.§.*Ex statuto*.✝. *De primo*.K.10.

Impedimenta matrimonij in genere tanguntur his versibus.
Error, conditio, Votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis; si fortè coire nequibis.
Sed in istis versibus continentur impedimenta absque omni ordine naturali: Possunt igitur ordine debito, & magis in particulari istis versibus explicari.
Vis, fraus personæ, Serui dationis, & Amens,
Addita conditio tria coniugij bona tollunt.
Frigidus, Arcta, Puer, Truncatus, Praefligiatus,
Alterius Coniux obstat mutuæ dationi,
Ordo Sacer, Votum, duo cultus, Sponsio mæchi,
Carnalis legis, Cognatio Spiritualis,
Hæc vi præcepti sit huic affinis honestas.
Horum versuum explicatio habetur in.4.D.42 Qu.*Vnica*. §.*Ex dictis*. ✝. *Error*. M.11.

Impedimenta impotentiæ ad actum carnalem in hoc sunt similia, quod impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum respectu illius Personæ, respectu cuius sunt ipsa impedimenta.4.D.34.Qu. *Vnica*. §. *Hic primò*. ✝. *De istis*. D.5.

Impedimentum impotentiæ non tantum casualem, sed etiam naturale impedimentum, potest esse respectu vnius personæ, & non respectu alterius, maximè de naturali in muliere. *ibidem*.

Impedimentum impotentiæ casuale ad actum carnalem, impedimentum scilicet ortum ex maleficio habenti, licet, diuortio facto, matrimonium contrahere cum alia: Et si, post contractum, carnaliter copuletur secundæ, non debet reddi priori, cùm qua, propter istud impedimentũ, nõ potuerat consumare matrimonium, quia maleficiatus respectu vnius non, propter hoc, est maleficiatus respectu omnium. *ibidem*. E.5.

Impedimentum habens impotentiæ naturalis perpetuæ ad actum carnalem, & hoc respectu cuiuslibet, facto diuortio, debet manere sine spe coniugij, & tutum esset sibi intrare Religionem; quia si post contrahat de facto, & carnaliter copuletur, cogetur redire ad priorem, quia apparet sententiam diuortij præcessisse ex errore, & ita nullum fuisse coram Deo; & matrimonium primum verum fuisse; quia impedimentum, quod putabatur perpetuum, non erat. 4.D..34.Q. *Vnica*.§.*Hic primò*. ✝. *De istis*. E.5.

Impedimentum impotentiæ naturalis perpetuum qualiter innotescat habetur. Extra: de frigid. cap. laudabilem. Debet enim per triennium commorari, & dare operam illi actui. Si autem postea reclamant, debent iurare, cum septima manu, idest Vir, Vxor de scientia, & septem vicini proximi de fidelitate. Si Vir reclamat accusationi Vxoris, creditur Viro, qui caput est mulieris. ibidem. cap. 1. Si Vir accusans est, incumbit sibi probatio, modo prædicto.4. D.34.Qu. *Vnica*. §. *Hic primò*. ✝. *Sed quomodo*. E.6.

Impedimenta sola perpetua impotentiæ ad actum carnalem impediunt matrimonium. *Tit. de Conuers. Coniug. cap. Fraternitat*. 4.D.34.Qu.*Vnica*.§. *Ad argumenta*.G.7.

Impedimentum dirimens matrimonium si non exprimatur personæ inferæ illius impedimenti, ipsa in copula carnali sequente non consentit nouo consensu, sed solùm reddit virtute primi consensus, qui nullus fuit. Et ideo licet persona sciens de nouo consentiat, non tamen sufficit (etiam si tunc auferatur impedimentum) ad matrimonium. Hoc dicit expressè Glos. super caput final. Extra: De eo, qui &c. In primo consensu, qui nullus fuit (tempore scilicet contractus) intelligitur perdurare, sicut probatur de seruo, qui creditur liber, cum quo contrahitur, si post manumittitur, vxore ignorante, non contrahitur matrimonium, quia post manumissionem factam, manendo cum eo, semper intelligitur approbare consensum, qui fuit erroneus, & non matrimonium.4.D.35.Qu.*Vnica*.§. *Respondeo, tria*.✝. *Respondeo primus*. D.5.

Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis oritur ex sponsalibus, quæ etiam, ipso iure, sint nulla, vel qualitercunque, dùm tamen non sint nulla ex defectu consensus impediens contrahendum, & dirimens iam contractum. 4.D.41.Qu. *Vnica*. §. *Ad quaestionem*. C.4.

Impedimentum matrimonij simpliciter dicitur illud, post quod, si fuerit attentatum, nihil fit. Non simpliciter autem dicitur prohibitio quæcunque, propter quam illegitimè fit, si tamen fit, non est irritum.4.D.42.Q.*Vnica*. §. *Ex dictis*. D.4.

Impedimentum simpliciter matrimonij ex parte contractus est inuoluntarium, quia ex natura contractus est quòd sit traditio voluntaria potestatis corporis pro potestate corporis, & perpetua commutatio; ideo quod impedit voluntariam dationem talem, impedit naturam contractus huius, tale autem est inuoluntarium ex metu. 4. D. 42.Qu.*Vnica*.§.*Si primo*.✝.*Ex parte contractus*. D.4.

Impedimenta matrimonij sunt tria, ex triplici conditione opposita contractui contra tria bona matrimonij, scilicet Fidei (hoc est fidelitatis) Prolis, & Sacramenti.4.D.42 Qu. *Vnica*. §. *Si primo*. ✝. *Quia etiam*. G.5.&. D.31.Qu.*Vnica*.§. *Ad secundum*. ✝. *Ex ista solutione*. E.9.

Impedimentum ætatis puerilis reducitur ad impedimentum impotentiæ naturalis, quia & si non sit impotentia perpetua, tamen pro tali ætate nulla est potentia, & ideo nulla potest dari. 4. D.42.Qu.*Vnica*.§. *Si primò*. ✝. *Ex parte autem*. H.6.

Impedimenta simpliciter matrimonij ex parte contractus sunt tria in genere, scilicet per metum, per defectum notitiæ; & per appositionem conditionis repugnantis. *ibidem*. ✝. *Sic igitur*. H.6.

Impedi-

Impedimentum vt amotum in corpore glorioso.

Impedimentum ex parte organorum virtutis motiuæ corporis mobilis amouebitur a corpore glorioso; quod impedimentum est in iuncturis, & neruis; quo remoto, fit trahibilitas, & applicabilitas maior in eis; & amotio istius impedimenti maximè requiritur ad agilitatem in motu progressiuo, ad quem mouet potentia motiua organicè. 4. D. 49. Qu. 14. §. *Respondeo ergo*. ✝. *Ex parte autem*. H. 11.

Impedimentum agilitatis est in toto corpore mortali, quod est repletum humoribus grossis, & spiritibus; & caput fumositatibus, & multis talibus, quæ reddunt hominem pigrum, & quæ non pertinent ad veritatem humanæ naturæ. In statu autem glorioso amouebuntur, & spiritus boni, & subtiles dabuntur corporibus gloriosis, per quæ reddetur corpus multùm agile ad motum, sicut patet per oppositum de corpore mortuo, quod efficitur grauis. 4. D. 49. Q 14. §. *Respondeo ergo*. ✝. *Ex parte autem*. H. 11.

Imperare.

Imperare (in pænitentia) *coniunctionem causarum proximarum tristitiæ manifestat multa ordinata, sunt namque* Ipsæ causæ partiales coniunctæ, quæ sunt effectus proximus illius imperij: effectus remotus huius imperij ipsa scilicet tristitia: Complacentia tristitiæ, quæ est actus voluntatis, habens tristitiam pro obiecto: Et tandem gaudium de tristitia, secundum illud Augustini. lib. de Pœnitentia *Peccator de peccato doleat, & de dolare gaudeat*. Ista omnia habent se per ordinem, quorum etiam distinctio patet: Primi quidem, scilicet imperij, à causis proximis tristitiæ, sicut causæ principalis; & remotæ à causa secundaria, & propinqua: Secundi à tertio, sicut causæ ab effectu, & actionis à passione: Tertij à quarto, sicut obiecti ab actione: Quarti à quinto, sicut obiecti à passione appetitiua de illo obiecto. 4. D. 14. Q. 2. ∫. *Primus articulus*. ✝. *Secunda conclusio*. B. 3.

Imperator.

Imperator sicut deberet sententiare aliquem obedire debere Proconsuli, præcepto contempto Curatoris, scilicet inferioris Proconsule, si contradiceret Proconsuli, ita etiã si essent sub eodem dominia ordinata, scilicet quòd aliquis esset seruus Titij, & Titius Petri, magis deberet Imperator cogere seruum seruire Petro, quia superior est Titio, quàm Titio, si Titius vellet vti seruo illo contrà dominium Petri. 4. D. 4. Q. 9. §. *De paruulis*. ✝. *Sed hæc ratio*. n. 1.

Imperfectio.

Imperfectionis est in natura creata vniuersali quòd in multis singularibus diuidatur. *Prolog*. Q. 3. §. *Ad primum argumentum primæ quæstionis*. ✝. *Ad illud de primo Poster*. R. 18.

Imperfectio nunquam est ratio producendi, siuè communicandi esse; quia hoc competit ex perfectione, non ex imperfectione. 1. D. 2. Q. 7. ∫. *Quia sicut dixi*. ✝. *Vlterius consequenter arguo*. B. 3. Additio.

Imperfectio nulla ponenda est in aliqua natura, nisi necessitas appareat in tali natura. 1. D. 3. Qu. 6. *aliàs* 7. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Item potentia*. F. 11.

Imperfectionem dicit relatio inæqualitatis inter duo supposita eiusdem naturæ, quia in altero poneret perfectionem diminutam. 1. D. 19. Q. 1. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundum principale*. I. 8.

Imperfectionem necessariò dicens in creaturis (cuiusmodi est ratio potentiæ passiuæ, prout diuidit ens contra potentiam actiuam), quòd ponatur ità veraciter in Deo, sicut illud, quod est perfectum simpliciter, est absurdum. 1. D. 27. Q. Vn. *aliàs* 3. §. *Contra: ista generatio*. ✝. *Quod autem additur*. D. 10.

Imperfectio nulla repugnat alicui, nisi propter aliquod positiuum in eo; ità quòd nulla imperfectio repugnat alicui, nisi propter aliquam perfectionem, quæ est aliquòd positiuum, & entitas positiua. 2. D. 3. Q. 2. ∫. *Contra ista*. ✝. *Et si aliquo modo*. B. 3.

Imperfectionis non est aliquem intellectum creatum esse summè habilitatum ad intellectionem; quòd si aliquis est talis, est Angelicus. 2. D. 3. Qu. 10. ∫. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✝. *Ad secundum dico*. I. 18.

Imperfectio aliqua potest repugnare alicui, vel quia hoc includit perfectionem simpliciter; vel quia includit imperfectionem illi imperfectioni repugnantem, siquidem sunt multæ imperfectiones repugnantes inter se; verbi gratia; Repugnat Deo esse album, & repugnat nigro esse album; Deo autem propter perfectionem simpliciter, quæ repugnant toti generi coloris, imo toti generi qualitatis, imo toti generi entis causati; nigro autem repugnat album propter perfectionem suam limitatam in generi coloris, quæ perfectio limitata necessariò habet imperfectionem adnexam, aliam tamen, & in alio gradu à perfectione albi. *Quodl*. Q. 3. §. *Respondeo ad primum*. ✝. *Respondeo imperfectio*. T. 20.

Imperfectio eadem, cuiusmodi est inhærere, vel dependentia ad subiectum, quibuscunque repugnat, eis repugnat per aliquod idem in ipsis. Ista propositio est neganda; quia non oportet quòd eis, quibus repugnat aliquid idem, sit aliquid vnius rationis, quod à parte ipsorum sit ratio illius repugnantiæ; Imo ratio propria vnius cuiuscunque eorum potest esse ratio repugnantiæ ad aliquid idem. *Quodl*. Qu. 3. §. *ibidem*.

Imperfectio virtutis actiuæ non requiritur ad productionem effectus; quia nulla imperfectio est prima ratio agendi, sed est magis impedimentum actionis. *Quodl*. Q. 7. ∫. *De tertio*. ✝. *Adducitur*. M. 19.

Imperfectionis est necessaria determinatio ad posterius. *Quodl*. Q. 16. §. *De secundo*. ✝. *Respondeo secundum*. M. 9.

Imperfectio, cui repugnat formaliter, eidem formaliter repugnat omnis dependentia; & quod est formalis ratio repugnantiæ respectu vnius; & respectu alterius; quia dependentia, vel est formaliter imperfectio, vel omninò habet necessariò imperfectionem anneam. *Quodl*. Qu. 19. §. *De secundo articulo*. ✝. *Primo sic*. D. 4.

Imperfectio moralis.

Imperfectiones multas, licitas sub Moyse, euacuauit Christus, reducendo ea; quæ erant permansura ad perfectiones in lege sua. 4. D. 33. Q. 3. §. *Alia opinio*. ✝. *Sic erga*. B. 6.

Imperfectum.

Imperfectum non potest esse principium elicitiuum productionis alicuius perfecti. 1. D. 2. Q. 7. §. *Ista opinio ponit*. ✝. *Secundus etiam articulus*. M 17.

Imperfectum omne reducitur ad perfectum prius se. 1. D. 2. Q. 7. §. *Dico tunc ad quæstionem*. M. 18.

Imperfecta entia possunt generari vniuocè, & æquiuocè. 1. D. 2. Q. 7. §. *Ad primum argumentum principale*. R. 27.

Imperfectum reducitur ad perfectum, sicut ad prius se essentialiter. 1. D. 8. Qu. 1. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Primum sic*. B. 2.

Imperfectius non est causa actiua sufficiens perfectioris. 2. D. 18. Q. Vn. §. *Restat igitur*. ✝. *Ad quid est semen*. G. 9.

Imperfectius nunquam potest producere perfectius se. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ista ergo ratione*. ✝. *Prima propositio*. N. 19. & D. 12. Q. 3. §. *Dico ergo*. ✝. *Secunda conclusio*. F. 13.

Imperfectiora vniuersaliter præcedunt (ex 9. Meta. Tex. 15.) perfectiora ordine generationis. 4. D. 6. Q. 11. §. *Hic est opinio*. ✝. *Quod postea*. n. 3.

Imperfectum ens posset esse supernaturale; & naturale aliquod posset esse perfectius eo; sicut omnis substantia est simpliciter perfectior omni accidente; & tamen alicui substantiæ, quæ est ens naturale, posset inesse aliquod accidens supernaturale. 4. D. 10. Q. 8. § *Respondeo*. ✝. *Contra rationem*. G. 9.

Imperfecta ita aliqua sunt, vt propter sui imperfectionem non possint recipere perfectionem; sicut accidentia vltima, & respectus. 4. D. 49. Qu. 14. §. *Ad primam rationem principalem*. M. 13.

Imperfectus moraliter.

Imperfecti magis possunt scandalizari de mendacio personæ, constitutæ in statu perfectionis acquirendæ, vt Religiosæ, quàm personæ communis. 3.D.38.Q.Vn. §. *Secundo videndum.* ℣ *Sed de illo.* E.11.

Impetus.

Impetus, vel impulsus ad velle aliquod, ad quod sequitur commodum, non est sic à ratione, secundùm Aristotelem, quòd habens talem impetum sciat sic rdere rationem quare hoc facit. *Quodl.* Qu.21. §. *Sed quæ est causa,* ℣. *Ad secundum dicendum.* M.12.

Impius.

Impij non resurgent in iudicio vniuersali ad vitam, iuxta illud Psal. 1. *non resurgent impij in iudicio*: Et secundum hoc, lib. 2. Machab. 7. dictum est de Antiocho. *Sibi autem resurrectio ad Vitam non erit*. Et hoc apparet ex eo, quod subditur in illo Psalmo, *Neque peccatores in concilio iustorum*, idest de iostis *Concilium*, quod perpetuo beatificentur, *est Dei*; siue *Concilium iustorum*, quo scilicet consolunt iusti in omnibus voluntati Diuinæ concordate, & in illam concordiam impij non resurgunt. 4.D.47. Qu.1. §. *Ad primum.* ℣. *Ad illud Psal.* I.8.

Impios in die iudicij non visuros Christum in forma gloriosa si fortè suadeatur ex illo Isai. 26. *Tollatur ne videat gloriam Dei*, Sciendum quòd ibi est quidam dialogus inter Deum, & Prophetam; Propheta allegante contra impium, *Non videat gloriam Dei*, & Deo respondente, *Videat*; & istud verbum Prophetæ, secundùm legentes litteram, sub eodem sensu, ab illo loco, *In terra iustorum videant*. Alio modo melius legitur, vt sit allegatio Prophetæ contra impium. *In terra iustorum iniqua gessit*. Et sequitur sub interrogatione verbum Domini, & *non videbit gloriam Domini*, quasi dicat Non videat. Respondet Propheta, Domine exaltetur manus tua, vt *non videant*. Respondet Deus; *Videant, & confundantur Zelantes populi*. Et sic istud vltimum *Videant* refertur ad visionem æternam, non tantùm ad visionem in iodicio, & tonc illud *Videant, & confundantur* non pertinet ad idem; Sed *videant* supple, impij, conuersi per misericordiam; & ex hoc confundantur zelantes populi, quia zelo qoodam nolunt impijs fieri misericordiam. Si autem accipiatur tantummodo de visione in iudicio; tunc potest intelligi quòd impij etiam tunc non iustificati videant gloriam, idest formam corporis Christi gloriosam, & confundantur; quia illa visio magis erit ei confusibilis, & tristabilis, quàm delectabilis. Mens tamen litteræ mais est de visiooe in forma Deitatis, quam humanitatis. 4. D. 48, Q. 1. §. *Ad argumenta,* ℣. *Si contra hoc.* H.11.

Impænitens,

Impænitens vsque ad extrema non videtur tùm extorquere à seipso displicentiam nouam de peccato, nisi timore pœnæ imminentis; præsumitur enim quòd si remotus esset à pœna, sicut priùs, non extorqueret à se ipso illam displiceotiam, sicut nec priùs. 4.D.20.Qu.Vn. §. *In ista quæstiones.* ℣. *Secundo ad hoc.* B.5.

Impænitentia.

Impænitentia finalis est peccatum contra Spiritum Sanctum; non quia homo decedit sine pœnitentia, sed quia habet propositum de nunquam pænitendo; & oritur ex desperatione 2.D.43.Q.1. §. *Respondeo hic primò.* ℣. *Dico tamen breuiter.* D.6.

Impositor.

Impositor falsi criminis; vel cuiuscunque veri, licet occulti, quod non potest probare, pro calumniatore habetur: Extra de Calumnia. 4.D.21.Q. 2. §. *In ista quæstione.* ℣. *Quantùm autem.* K.17.

Impossibile.

Ad impossibile, includens contradictionem non est potentia, nec communicatio bonitatis. 1.D.2.Q.7 §. *Quia sicut dixi,* ℣. *Per idem ad tertium.* H.8.

Impossibilia, & necessaria non sunt in tempore, quia non est alia, & alia dispositio in eis, vt possint excedi a tempore, vel aliter se habere. 2.D.2.Qu.3. §. *Sed ista positio.* ℣. *Sed ista ratio.* B.4.

Impossibilium est electio, vt dicit præcisè volitionem, consequentem plenam apprehensionem; non verò vt dicit volitionem efficacem, sequentem syllogismum practicum. 2.D.6. Q.1. §. *Ad argumenta pro opinione.* ℣. *Ad primum.* D.4.

Impossibile si aliquod est, ad quod concurrunt multæ rationes impossibilitatis, quodcunque aliud, in quo deficit aliqua illarum rationum, comparatum ad illud, potest dici possibile, non absolutè, sed respectu huius: Verbi gratia: Si lapidem impossibile est videre; & animal excæcatom est impossibile videre; & catulum, ante nonum diem, impossibile est videre; in istis semper posterius est possibile respectu prioris, quia non remanet ratio illa, quæ est præcipua respectu impossibilitatis in priori, vt patet discurrendo per rationes impossibilitatis in istis exemplis adductis. *Quodl.* Q.10 §. *De primo.* ℣. *Respondeo si aliquid.* B. 5. 6.

Impossibile quid sit.

Impossibilem purum non est, nisi cuius ratio est in se falsa. 4.D.1.Q.2. §. *De secundo.* ℣. *Ex istis sequitur.* F.5.

Impossibile simpliciter.

Impossibile simpliciter nihil est, nisi quia simpliciter repugnat sibi esse. 1.D.43.Q.Vn. §. *Hic dicitur,* ℣. *contra istam secundam.* A.2.

Impossibile simpliciter est illud, cui per se repugnat esse, & quod ex se primò est tale, quod sibi omnimò repugnat esse, & non propter aliquem respectom ad Deum affirmatiuum, vel negatiuum; imo si, per impossibile, Deus non esset, sibi repugnaret esse. *ibidem.*

Impossibile simpliciter includit incompossibilia, quæ ex rationibus suis formalibus sunt incompossibilia, & ab eo sunt principiatiuè incompossibilia, à quo principiatiuè habent suas rationes formalea. *ibidem.* §. *Aliter dico.* ℣. *Quantum autem ad impossibilitatem.* E.6.

Impossibilis *entis* processus est talis. Sicut Deus suo intellectu producit possibile in esse possibili, ita producit duo entia formaliter, vtrumque in esse possibili; & illa producta se ipsis formaliter sunt incompossibilia, vt non possint simul esse vnum, neque aliquod tertium ex eis. Hanc autem incompossibilitatem, quam habent formaliter, habent ex se, & principiatiuè ab eo quodammodo, qui produxit ea; & istam incompossibilitatem istorum sequitur impossibilitas figmenti, includentis ea; & ex ista incompossibilitate figmenti in se, & ex incompossibilitate partium suarum, sequitur impossibilitas eius, respectu cuiuscunque agentis. *ibidem.*

Impossibile non oportet habere aliquem respectum negatiuum ex parte Dei; nec ex parte cuiuscunque alterius; nec est fortè aliqui ain natura rei; licet intellectus possit comparare Deum, vel aliud agens ad istud sub negatione respectus. 1.D.43.Q.Vn. §. *ibidem.*

Impossibilia prima sunt impossibilia ex terminis, sicut opposita eorum prima necessaria sunt necessaria ex terminis, licet eorum opposita non possint demonstrari, quia sunt prima vera. 2. D. 1. Q. 3. §. *Tenentes istam positionem.* ℣ *Aliter etiam.* A.9.

Impossibilia simpliciter sunt, quæ includunt contradictionem; quæ sola dicuntur esse impossibilia Deo; *Apud quem non est impossibile omne verbum*. Luc. 1. Hoc est omnis conceptus possibilia in intellectu, qualis est omnis conceptua, in quo non includuntur contradictoria. *Quodl.* Qu. 10. §. *Ad ista.* ℣. *Ad secundum*, I.16.

Impossibile quo ad consequentiam syllogisticam.

Impossibilia conclusio æquè, vel magis debet esse quam præmissa in argumento ducente ad impossibile. 1.D.3.Q.5.§. *Contra ista*. ✠. *Præterea Philosophus*. G.10.

Impossibilius non sequitur ex minus impossibili. 1.D.8.Q.5. ∬. *Istis rationibus*. O.17.

Impossibile sequi ex incompossibilibus non mirum, quia, secundum Philosophum. lib.2. Prior. 15. In syllogismo ex oppositis sequitur conclusio incompossibilis. 1. D.39. Q. Vn.§. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis*. ✠. *Ad secundam de illa*. R.28.

Impossibile maius non est concedendum propter minus impossibile: nec propter minus necessarium est negandum maius necessarium. 2.D.1.Q.1.§. *Quantum ad tertium articulum*. L.20

Impossibile sequitur ex impossibili, naturali consequentia. 2. D.1.Q.3. §. *Tenentes istam positionem*. ✠. *Ad tertium dico*. C.12.

Impossibili (includente aliqoid, repugnans primæ rationi, seu quidditati rei, de qua disputatur), posito, nulla potest seruari regula disputationis, maximè quantum ad illa consequentia, quorum opposita includuntur in antecedente. Patet enim quod tunc, ali impossibili posito, statim concedenda sunt contradictoria; & ita includitur maximum inconueniena, putà redargutionis, ad quod duci potest respondens. 4. D.12.Q.1.§ *Ad quæstionem*. ✠. *Ex ista ratione*. E.10.

Impossibile moraliter.

Impossibilia Deum præcepisse qui dicit, secundùm Hieronymum, anathema sit. 2.D.28. Qu.Vn. ∬. *Contra hoc*. n.3.

Impossibilitas diuersorum.

Impossibilitatem quærere in aliquo vno est falsa imaginatio; quasi aliquod vnum, vel intelligibile, vel qualecunque ens, sit ex se formaliter impossibile, sicut Deus ex se est necesse esse formaliter. Nihil enim est tale primum in non entitate. 1. D.43. Q.Vn.§ *Aliter dico*. ✠. *Ex hoc apparet*. F.7.

Impossibilitas similis in quacunque specie ad æternitatem, & sempiternitatem potest negari, quis non apparet contradictio ex parte cuiuscunque speciei, & ideo nec similis possibilitas. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes autem*. ✠. *Ad tertium posset*. F. 17.

Impossibilitatis in successiuis, & permanentibus, quo ad esse eorum ab æterno, non est similis ratio, secundùm tenentes opinionem de possibilitate creationis ab æterno. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes autem*. ✠. *Ad aliud de transitu*. I.20.

Impossibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorum, pertinentium ad esse, est vis concludendi identitatem in esse; & hoc vbi non est dependentia essentialis; quæ requirit distinctionem manifestam, sicut contradictio de aliquibus est vis concludendi distinctionem. 2 D 1.Q.4. §. *Ad quæstionem istam*. ✠. *Primum probatur*. M.21.

Impossibilitas, quòd A. sit sine B. aut est propter identitatem B. ad A., aut propter prioritatem, aut simultatem in natura ipsius B. respectu A. Vnde si B. non sit priùs naturaliter quàm A. nec necessariò simul natura cum eo, & A. non potest esse absque B.; sequitor quòd A. sit idem B. Si aotem A. sit aliud à B. & posterius eo, non est verisimile quòd non possit esse sine eo naturaliter, absque contradictione. 2. D.1. Q.4 ∬. *ibidem*.

Impossibilitatem multiplicationis numericæ in eadem specie quidquid concluderet ratione formæ in Angelis, concluderet in animabus intellectiuis. 2. D.3. Q.7. §. *Qui dicunt*. ✠. *Item animæ*. A.4.

Impossibilitas æqualitatis Dei non prohibet quin posset Angelus eam concupiscere; quia voluntas potest esse impossibilium, secundùm Philosophum. 3.Ethic. cap.38. & Damascenum. 2. D.6. Q.1. §. *Quia tamen*. ✠. *Præterea si æqualitas*. A 2.

Impossibilitas in Angelo malo habendi gratiam non est ex

Impossibilitas diuersorum.

repugnantia intrinseca extremorum; imo in subiecto (nempè Angelo) non est repugnantia ad prædicatum (scilicet gratiam). Vnde si quæ sit impossibilitas, erit ex repugnantia alicuius extrinseci ad vnionem istorum extremorum. 2. D.7. Q.Vn. §. *De secundo, dico*. ✠. *Ad propositum*. L.18.

Impossibilitatis tot sunt rationes, quot sunt rationes repugnantiæ; & aliqua illarum amota, est aliqua possibilitas, quæ priùs non fuit; non quidem possibilitas simpliciter, sed ex parte illius. 4. D.11. Q.2. §. *Ad argumenta in oppositum*. ✠. *Ideo dico*. E.8.

Impossibilitatis non est aliqua specialis ratio in quantitate separata, quin ipsa possit æquè conuerti in quodcunque, Sicut posset aliud creatum. *Quodl.* Q.10. §. *De primo*. A.3.

Impossibilitas vnde sit.

Impossibilitatem rei fiendæ, dicit Henricus in vno loco, Esse ex parte rei, & possibilitatem ex parte Dei, & alibi, vtramque esse ex parte Dei. 1. D.43. Q.Vn. §. *Hic dicitur*. Licet hæ sententiæ non ponantur in littera, sed tantùm in margine; & Scotus quamuis contra eum, non nisi ex verbis proprijs, quæ implicant manifestè, opposita arguere non curet. Secundam tamen impugnat. *ibidem*. ✠. *Sed contra istam primam*. A.3.

Impossibilitatem esse ex parte rei, & possibilitatem ex parte Dei [quæ est prima sententia Henrici] est probabilius, quàm vtramque esse ex parte Dei [quæ est secunda sententia eiusdem, in terminis contraria primæ]; & hanc impugnat Scotus. 1. D.43. Q.Vn. §. *Hic dicitur*. ✠. *Sed contra istam*. A.3.

Impossibilitas in creatura est propter formalem repugnantiam partium. 1. D.43. Q.Vn. §. *Hic dicitur*. ✠. *Item in causis*. B.3.

Impossibilitas prima est formaliter ex parte impossibilis, & principiatiuè à Deo: Et si principiatiuè reducatur ad aliquid, non tamen reducitur ad negationem possibilitatis in Deo; imò reducitur principiatiuè ad intellectum Diuinum, principiantem illud in illo esse, in quo partes illæ formaliter repugnant; propter quam formalem repugnantiam, totum ex eis simpliciter est impossibile. 1. D. 43. Q. *Vnica*. §. *Aliter dico*. ✠. *Quantum ad impossibilitatem*. E.6.

Impossibilitas quo ad consequentiam syllogisticam.

Impossibilitas, nec noua incompossibilitas alicui necessario, naturali consequentia sequitur ex positione possibilis, in esse. 1. D.8. Q.5. §. *De intentione istorum*. ✠. *Vel argumentum Aristotelis*. H.11.

Impotentia.

Impotentiam distinguit Philosophus. 5. Metaph. Tex.17. cap. de Potentia. distinguit secundùm multiplicitatem potentiæ, & præter hoc, secundùm multiplicitatem priuationis, quæ ponitur. cap. de Priuatione. 1. D.28. Q.2. §. *Quantum ad primum*. A.2.

Impotentia in anima nostra intelligendi immediatè intelligibilia in actu non est ex impossibilitate intrinseca, sed extrinseca, quam etiam experiebatur Philosophus, & non aliquam possibilitatem: & propter istam impotentiam dixit ipse Philosophus quòd intellectus non est aliquid intelligibilium ante intelligere. 2 D.3. Quæst. 8. ∬. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad formam argumenti*. K.14.

Impotentia satisfaciendi excusaret hominem à satisfaciendo pro suo peccato, si in ipsam non spontè se deiecisset homo peccando: Vnde quia sic se in impotentiam proiecit, (inqoit Anselmus lib. Cur Deus homo, ideo ipsa impotentia est peccatum, quia debet eam non habere; debet enim posse reddere honorem Deo, quem abstulit: Ideo si per peccatum facit se impotentem ad reddendum, non excusatur, sed vituperatur. 3. D.20. Q.Vn. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Primò primam*. n.4.

Impotentiam omnem totius naturæ creatæ regulariter Deus

Impotentia.

supplet, vt patet in animatione corporis organici, vbi non ponitur miraculum. 4. D.12.Q.3.§.*Dico ergo ad quæstionem*. ℣.*Ne tamen nimis*. P.22.

Impotentia vt impedimentum matrimonij.

Impotentia omnis ad actum carnalem perpetua, & simpliciter, cui scilicet impotentiæ subueniri non potest per naturam, vel artem, si præcedit, matrimonium simpliciter impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. 4. D.34.Q.Vn.§.*Hic primò*. ℣.*In generali*. A.2.

Impotentia simpliciter ad actum carnalem, si sequitur matrimonium consumatum, illud non dirimit, quia iam potestas est tradita verè; & ille, cui fuit tradita, missus est in possessionem, & ita non potest reuocari per aliquod impedimentum superueniens. 4.D.34.Q.Vn. §.*Hic primò*. ℣.*Præterea alia persona*. A.3.

Impotentiæ impedimentum si veniat inter matrimonium ratum, & non consumatum, dirimere tùm matrimonium videtur tradi 33. q.1. cap. 1. *Coniugium confirmatur officio*, & sequitur post, *antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit vinculum*. Contrarium videtur, quia data est iam potestas, & si impedimentum vsus accidat, non propter hoc rescindi potest datio prior, licet difficile esset iudicare si non præcederet ratum, an præcederet consummatum; nisi fortè esset ablatio alicuius partis necessariæ ad actum illum, tempore illo, interueniens. 4. D.34. Q.Vn.§.*Hic primo*. ℣.*Præterea alia persona*. A.3.

Impotentia naturalis in viro ad actum carnalem est frigiditas, vel mutilatio membri, seu partis necessariæ. In muliere verò arctatio. 4. D.34.Q.Vn.§.*Hic primò*. ℣.*De secundo*. A.3. Arctatio scilicet simpliciter, quod dicitur contra arctationem alicui. 4.D.42.Q.Vn.§. *Si primò*. ℣.*Ex parte*. H.6.

Impotentiæ naturalis, & casualis, idest ortæ ex maleficio, differentiam difficile est videre, nisi per inspectionem corporis, si deficiat aliqua dispositio naturalis ad actum carnalem requisita in parte illa; vel per iudicium Medicorum, quantùm ad frigiditatem, si aliqua signa manifestè ostendant ipsum esse talis complexionis; Si verò nec sic, nec sic, & tamen impeditur; præsumendum est quod sit maleficium. *ibidem*. ℣.*Respondeo difficile*. F.6.

Impotentia simpliciter ad actum carnalem prohibet contrahere matrimonium; quia datio potestatis coniugij est in isto contractu, & qui non habet potestatem nihil dat; quæ ratio concludit de pueris pro tempore, pro quo sunt pueri. 4. D.36.Q.2. §.*Respondeo*. A.2. & D.42.Q.Vn.§. *Si primò*. ℣.*Ex parte*. H.6.

Improportio.

Improportio, quæ est inter distantiam nullius potentiæ ad actum, & distantiam potentiæ ad actum (inter quas distantias nulla vtique est proportio) non infert; siue ex ea non sequitur quòd virtus, quæ potest super istam [distantiam] sit improportionalis virtuti, quæ potest super illam; quia positiuum non est improportionabile alteri positiuo, nisi propter infinitatem in altero; in alijs autem distantijs fuit improportio, non quia fuerit infinitas in altero, sed quia altera non habuit aliquam quantitatem, secundùm quàm potuit proportionari. 4. D.1.Q.1.§.*Ratio secunda*. ℣ *Ad rationem*. I.13.

Impuritas.

Impuritas alimenti Iesu Christi, respectu alimenti Adæ, fuisset in Iesu Christo, sicut in nobis, causa extrinseca corruptiua, quia non fuisset ex parte alimenti ita perfecta restauratio, sicut deperditio. 3. D.16.Q.2.§.*Ad quæstionem*. ℣. *Respondeo, quamuis*. B.6

Impuritas in aqua propter mixtionem secundùm iuxta positionem, vt aqua lutosa dicitur impura, non prohibet (quin sit materia sufficiens Baptismi) dum tamen non excludat ab aqua, quin sit conueniens ad lauandum, vel abluendum. 4. D.3.Q.3.§.*Quod additur*. E. F.4.

Impuritas aquæ propter mixtionem alterantem à specie potest esse, manente aqua intra speciem, sicut fortè si incipiat inspissari tendendo ad generationem elementi grossioris, & ista non prohibet [quin aqua sic impura sit materia conueniens Baptismi] dum tamen sit fluida; quod pro tanto dico, quia in glacie; niue, & grandine, quæ tamen sunt imperfecta, vel in via ad mixtionem, dum talia sunt, non potest in eis fieri Baptismus, quia ibi non est lotio, sicut nec in duro. 4. D.3. Q.3. §.*Quod additur*. F.4.

Impuritas illa de fumo sacrificiorum oblatorum idolis, & de infectione ex peccatis hominis non ascendit ad sphæram ignis, quia nec fumus ille, nec aliqua infectio quæcunque ex actibus immundis vsque ad ignem (idest ad sphæram ignis) potest ascendere. 4. D.47.Q.2. *Ad argumentum*. C. 4.

Imputabile.

Imputabile, per quod potest intelligi aliquod commune ad meritum, & demeritum, requirit habitudinem ad voluntatem, vt in potestate sua habentem actum. Nihil enim imputatur alicui, nec vt præmiabile, nec vt punibile, nisi sit in potestate eius; nec per consequens vt laudabile, vel vituperabile. *Quodl*. Q.17.§.*De secundo*. ℣.*Vlterius*. D.4. & Q.18.§.*De secundo*. M.9.

Imputabile duos respectus importat, vnum ad potestatem, vel dominium agentis; & alium ad aliquod correspondens actui, vel Agenti secundùm iustitiam; & hoc propter ipsum actum; & secundum sequitur ad primum. Quia enim iste est dominus sui actus, ideo actui, & agenti debetur aliquid propter actum. Primus respectus manet non variatus per se in actu bono, vel malo: Secundus autem variatur, non quidem formaliter secundum bonum, vel malum, sed præsuppotita differentia boni, vel mali, quæ attenditur secundum conuenientiam, vel disconuenientiam aliquam, variatur penes correspondentia isti, & illi. *Quodl*. Q.18. §.*De secundo articulo*. N.9.

Imputabile, proprijssimè accipiendo, potest dici illud, quod est immediatè in potestate voluntatis, & sic solùm *velle* est imputabile. Alio modo potest dici quidquid est simpliciter in potestate voluntatis, licet non immediatè, & sic actus alterius potentiæ, quem voluntas, mediante actu suo volendi, potest imperare, vt eliciatur, vel impedire, ne eliciatur, est imputabilis voluntati. *ibidem*. ℣.*Ex hoc patet*. O.10. & §.*De secundo in isto*. D d. 20.

Imputabile proprijssimè acceptum non requirit nisi ipsam potentiam voluntatis, & illud, quod requiritur propter actum eius, cuiusmodi est [intelligere] quia scilicet illud est immediatè effectus voluntatis: Et de hoc potest accipi illud lib.1.Retractat.c.9. & 22. *Nihil est tam in potestate voluntatis, quàm ipsa voluntas*, intellige, *Voluntas* non quantum ad suum esse; Sed quantum ad actum suum proprium: Ad actum autem imputabilem ex hoc, quod simpliciter, licet mediatè, sit in potestate voluntatis, requiritur potentia alia à voluntate, exequens illum actum. *Quodl*. Q. 18 §.*De secundo articulo*. ℣.*Et est differentia*. O.11.

Imputabilitas.

Imputabilitas licet conueniat actui interiori, & exteriori in ordine ad eandem voluntatem, tamen illa est alia, & alia, sicut est alia causabilitas, vel aliud *subiacere* potestati causæ, licet causa sit eadem. *Quodl*. Q.18. §. *De secundo in illo*. ℣. *Respondeo ex hoc*. D d. 20.

I N

In vt præpositio.

In præpositio (in hac propositione, *veritates infallibiles videntur in regulis æternis*) potest accipi obiectiuè, & hoc quadrupliciter; vel sicut *in* obiecto proximo; vel sicut *in* continente obiectum proximum; vel sicut *in* eo, virtute cuius obiectum proximum mouet; vel sicut *in* obiecto remoto. 1. D.3. Q.4. *aliàs* 5.§.*Ad quæstionem*. P.18.

In præpositio non notat virtutem confundendi suum casuale, nec hoc habet, & ideo potest casuale eius stare pro supposito aliquo determinatè indeterminatè. 1. D.19.Q. 2.§.*Ad argumenta*. ℣.*Ad aliud concedo*. I. 14.

In vt est particula.

In particula in hoc verbo Ingenitum importat sensuum multiplicitatem. Et licet fiat altercatio vtrum importat negationē in genere, vel priuationem; tamen videtur quod idem sit

in

In, vt est particula.

in proposito, accipiendo negationem secundùm genus communissimè, si natum est habere illud; & priuationem secundum genus communissimè, quia negatio in apto nato est priuatio, secundum Philosophum 4. Metaph. Tex. 4. 1.D.28.Q.2. *§. Quantum ad primum. ✝. Ad propositum*. C.4.

I N A

Inæqualia.

Inæqualia duo componi ex partibus æqualibus in magnitudine & in multitudine est impossibile. 2.D.2.Q.9.§. *Ad argumenta quæstionis. ✝. Ad secundum*. B.10.

Inæqualitas.

Inæqualitas non est in eadem natura, nisi alterum indiuiduum imperfectè habeat illam naturam. 1.D.19.Q.1.§. *Ad argumenta. ✝. Ad secundum*. I.8.

Inæqualitati, inquit Augustinus de quantitate animæ cap.7. æqualitatem iure præponis, nec quisquam omnino est, vt opinor, humano sensu prædictus, cui non id videatur. 1. D.26.Q.Vn. *§. Ad rationes pro secunda opinione. ✝. Præterea ista ratio*. O.36.

Inæqualitas potest fundari in fundamentis perfectioribus, quàm æqualitas. 1.D.26.Q.Vn. §. *Ad rationes pro secunda. ✝. Præterea ista ratio*. O.36.

Inæqualitas volibilium à Deo [in ipsis diligendis] quantum ad ipsa volita patet ex ordine, quo ea vult, & diligit, non vt volitio est ipsius voluntatis sed vt transit (ordinatè) super obiecta: nec tamen ista inæqualitas est propter bonitatem præsuppositam in obiectis quibuscunque alijs à se, quæ sit quasi ratio sic, vel sic volendi; sed ratio est in ipsa voluntate Diuina. 3.D.32.Qu.Vn. §. *Tertium patet. ✝. Ex hoc patet*. H.6.

Inæqualitas potest stare cum beatitudine in eadem specie. 4 D.50.Q.6. §. *Respondeo, & primo. ✝. Respondeo, quod inæqualitas*. A.3.

Inæqualitas beatitudinis ex parte obiecti non potest esse, quia totum, secundùm rem, & rationem, obijcitur obiectum, quod est infinitum in perfectione; Infinitum autem, vt infinitum in perfectione non potest esse inæquale. *ibidem. ✝. Secundò est videndum*. C.5.

Inæqualitas beatitudinis non potest esse ex parte potentiæ passiuæ absolutè, quia quæcunque potentia passiua in eadem specie est ad perfectionem totam eandem in specie absolutè in quocunque indiuiduo. *ibidem. ✝. Tertia conclusio*. D.5.

Inæqualitas perfecta est in entibus, quia maioritas, & minoritas ex natura rei & realis, & per consequens videtur irrationabile, quòd in entibus non sit perfecta æqualitas realis, & ex natura rei. Non enim videtur probabile, quòd oppositum perfectum sit in entibus ex natura rei, & non possit ibi esse oppositum perfectum ex natura rei. *Quod.* Q.6.§. *De tertio articulo. ✝. Secunda ratio*. Ll.33.

Inanimatum.

Inanimata, quæ non recipiunt alimentum, non marcescent ex se, nec corrumpuntur nisi ab extrinseco. 2. D.15. Qu. Vn. *In argumento principali tertio*. n.1. De hoc tamen dubitatur. *ibidem. Ad quartum principale*. G.9.

Inanimata non sunt propriè diligibilia ex charitate, quæ est amicitia; & ad ipsa non est amicitia propriè habenda: potest tamen ad ipsa haberi aliquod velle ex charitate. 3. D.32.Q.Vn.§. *Ad primum dico. ✝. Ad secundum*. I.6.

I N C

Incantatio.

Incantationis verba non credens posse habere aliquem effectum, & tamen concedens incantanti, quòd dicat illa verba super eum, ea intentione, qua solet ea dicere, dicendo in corde suo *Valeant quantum valere possunt*, istè verè diceretur incantatus; & si talis incantio super aliquem diceretur *consecratio Diabolo*, ille esset Diabolo cõsecratus. 4.D.4.Q.4. §. *Hic distinguo. ✝. De tertio*. E.4.

Incarceratio.

Incarcerationis pœna in damnato est tristitia de detentione tanquam perpetua, tanquam diffinitiua locantia; vt sit constructio transitiua accipiendo *pœnam* pro tristitia, & *incarcerationis* pro obiecto contristante. 4.D.46.Q.4.§. *Ad quæstionem. ✝. Duplex est autem*. C.5.

Incarnare, & Incarnari.

Incarnari licet vocaliter, & grammaticè videatur significare passionem huius actionis *incarnare*, tamen realiter significatur per hoc, quod est vniri, vel assumi: Et conceditur quod natura assumpta patitur, & sit in potentia. 3.D.1.Q.1. §. *Ad argumenta. ✝. Ad quartum*. L.16.

Incarnari, vel incarnatum esse, est Verbum Diuinum vniri, vel vnitum esse carni in vnitate personæ; & hoc, secundùm quod vnitum esse dicit relationem non realem, sed rationis tantùm. 4.D.11.Q.2. *§. Ad argumenta. ✝. Ad primum dico*. B.5.

Incarnari, vel incarnatum esse etsi grammaticaliter importet passionem propter modum significandi, non tamen realiter in illo, de quo dicitur, sed tantùm in alio, quod connotat illi vniri, & illud dicitur esse subiectum passionis importatæ realiter per *Incarnari*, quæ scilicet correspondet illi actioni quam importat Incarnare. 4. D.11. Q. 2. §. *Ad argumenta. ✝. Ad secundum*. B.5.

Incarnatio.

Incarnationi actioni correspondet aliqua passio, ex quo est actio transiens; sed ista passio non significatur per hoc, quod est *Incarnari* propriè loquendo, sed per hoc, quod est *vniri*, vel *assumi*; nam ista actio, vt transit in obiectum, transit in naturam humanam, non in Verbum: & ideo illud, quod correspondet sibi ex parte naturæ humanæ, est passio. 3.D.1.Q.1. §. *Ad argumenta. ✝. Ad quartum*. L.16.

Incarnationem æqualiter operata est tota Trinitas. 3. D. 1. Q.1. §. *Contra hoc*. L.18.

Incarnatio, si essentia esset prima, & immediatius terminus vnionis, hoc est, sustentificare naturam, non conueniret Filio, inquantùm distinguitur à Patre, sed inquantùm hic Deus existens. 3.D.1.Q.2.§. *Ad primum in oppositum. ✝. Ad tertium*. E.9.

Incarnatio terminatur ad personam Filij. Sensus huius est, quòd vnio illa, (loquẽdo de vnione, quæ importat relationẽ in natura humana,) importat Verbũ pro termino, quia in natura humana est respectus realis ad Verbũ, & è côuerso non nisi rationis. 4.D.11.Q.2. *§. Ad argumenta*. B.4.

Incarnatio vt præuisa in Verbo.

Incarnationem nescierunt multi Angeli ante tempus incarnationis, vel passionis Christi, sicut patet per illud Isaiæ 63. vbi quæritur in persona inferiorum Angelorum, *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Et per illud Psal. 23. *Quis est iste Rex gloriæ*, & respondit. *Dominus fortis, & potens* Et apparet etiam per Apostolum ad Ephes. 3. *Vt innotescat Principatibus, & Potestatibus &c. per Ecclesiam multiformis gratia Dei*. Vbi Glossa Hieronymi, *Angelicæ potestates, vel dignitates præfatum* (dicit) *mysterium incarnationis ad plenum nesciisse, donec completa esset passio Christi, & Apostolorum prædicatio fuisset gentibus dilatata*; quod tamen vsque nunc non latuit maiores, secundum glossam Augustini ibidem dicentis *Constat autem, quòd Angelum missum ad Beatam Virginem ad hoc nuntiandum non latuit*; ergo ille, cui hoc patuit erat de superioribus, & non de infimis, quos latuit illud sacrum mysterium. 3.D.10.Q.Vn.§. *Respondeo absolutè. ✝. Videtur tamen*. A.2.

Incarnatio Verbi, Natiuitas, Passio &c. non sunt necessari vt videantur in Verbo, nec in se, ad hoc, quòd aliquis sit Beatus. 4.D.10 Q.8. §. *Ad argumenta pro opinione*. O.14.

Incarnatio quare facta.

Incarnatio Christi Domini, & prædestinatio illius animæ, si tantùm esset pro redemptione aliorum, sequeretur quòd Deus prædestinando Adam ad gloriam, prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quàm prædestinasset Christum ad gloriam, quia nimirum redemptio non fuisset, nisi casus, & delictum præcessisset. 3.D.7. Q.3.§. *Sed hic sunt duo dubia. ✝. Sine præiudicio*. B.4.

Incarnatio quare facta.

Incarnatio Christi non fuit occasionaliter præuisa, sed sicut finis videbatur immediatè à Deo ab æterno, ita Christus in natura humana, cum sit propinquior fini cæteris; prius prædestinabatur, loquendo de his, quæ prædestinantur. 3. D.19. Q.Vn. *§. In ista quæstione. ỿ. Quantum ad primum.* A.6.

Incarnatio vt articulus fidei.

Incarnationis mysterium fuisse factum, ideſt naturam humanam vnitam fuisse Verbo Diuino in vnitate suppositi, & inter illa, quæ respiciunt temporalia, articulus fidei principalis. 3. D.1, Q.1. *§. Supponendo partem*, n. 2.

Incausabile.

Incausabili penitus non potest aliquid inesse, quod sit ei incompossibile positiuè, vel priuatiuè. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Quantum ad tertium. ỿ. Ex hoc argua sic.* Q.19.

Inceptio.

Inceptio quando prædicat tertium adiacens, non notat præcessionem subiecti ad prædicatum; nam verum est dicere de anima nunc creata, quòd nunc incipit animare corpus, nec tamen prius fuit, quàm animaret corpus: Ita etiam quando prædicat secundum adiacens, verum est quòd incipit esse; & similiter incipit esse dies, hoc est *tempus incipit esse dies*, nec tamen illud tempus priùs fuit, & postea incæpit esse dies. 3. D.7. Q.2. §. *Sed tantam. ỿ. Et quod aliqui.* C.7.

Inceptio simpliciter requirit non tantùm quòd sit inceptio *esse* simpliciter eius, quod dicitur incipere, sed etiam quod sit ad primum esse eius: nunc autem fuit in Incarnatione inceptio non tantùm *esse* simpliciter corporis, sed etiam primi *esse*; tunc autem (quando scilicet in Eucharistia fuisset ante Incarnationem) fuisset inceptio *esse* simpliciter sub modo vno (putà naturali), in Vtero Virginis, non tamen primo præcessisset idem *esse* simpliciter sub alio modo [puta sacramentali]; & ideo tunc fuisset inceptio secundum quid; modò autem simpliciter. 4. D.10. Q.4. §. *Hic duo. ỿ. Respondeo inceptio.* G.8.

Incestus.

Incestus speciale peccatum (vltra fornicationem simplicem) constituitur per hanc circumstantiam, quod propinqua cognoscitur. 4. D.17. Q.Vn. §. *De secundo. ỿ. Nec solùm peccata.* N.20.

Incipere.

Incipere Deum *esse* Dominum conceditur magis, quàm *fieri* Dominum, quia *incipere* non significat imperfectionem, sicut fieri. Nullo modo tamen conceditur, nec fieri, nec incipere absolutè. 1. D.30. Q.2. *§. Ad argumenta primæ quæstionis. ỿ. Ad tertium.* L.13.

Incipere esse non importat hoc, quod est *Creatura*. 1. D. 11. Quæst. 3. §. *Hic sunt duo considerando. ỿ. Et si dicas.* D.5.

Incipit dupliciter exponitur; vno modo cum positione præsentis, & negatione præteriti, sic scilicet; *Est, & non prius fuit:* alio modo per negationem præsentis, & positionem futuri; sic, *Non est, & erit.* Similiter *desinit* dupliciter exponitur. *Quodl.* Q.12. *De tertio. ỿ. Ad aliud.* M.16.

Incipere, & desinere præcisè repugnantiam important secundum istos intellectus, in quibus est aliquid idem affirmatum, & negatum, vel opposita aliqua includuntur. *Quodl.* Q.12. §. *De tertio. ỿ. Similiter.* M.16.

Inclinatio.

Inclinatio animæ intellectiuæ ad diuersa corpora non est entitas absoluta, quia non potest aliquid inclinari ad se, & ideo præsupponit aliquam entitatem absolutam, & distinctam. 2. D.3. Q.7. §. *Qui dicunt. ỿ. Contra: inclinatio.* A.4.

Inclinationem primam sine regula iustitiæ quidam sequentes, primò inclinantur ad luxuriam; quidam primò ad superbiam. 2. D.6. Q.2. §. *In ista quæstione. ỿ. Quantum igitur.* E.6.

Inclinatio appetitus naturalis non est aliquis actus elicitus, sed est sicut perfectio prima; & hæc non est immoderata, sicut nec natura, cuius est, cum ita inclinetur in affectione commodi in obiectum suum; quòd si haberet ex se actum elicitum, non posset illum moderari, quin eliceretur summè, quantum posset elici. 2. D.6. Q.2. §. *Ad videndum. ỿ. Ad primum.* I.10.

Inclinatio naturalis ad beatitudinem tanta est in Angelis bonis, quanta erat in malis, & maior, si habebant meliora naturalia; quia inclinatio ista est secundum perfectionem naturalium. 2. D.6 Q.2. §. *Ad videndum. ỿ. Ad tertium dico.* K.12.

Inclinatio naturalis duplex est, vna ad commodum; alia ad iustum, quarum vtraque est perfectio voluntatis liberæ: Tamen vna inclinatio magis dicitur naturalis, quàm alia, quia immediatiùs consequitur naturam, vt distinguitur contra libertatem; & illa est inclinatio ad commodum, & ideo non potest esse inclinatio naturalis ad commodum, quin sufficiat ad nolle oppositum, & ad tristitiam de opposito; potest tamen esse inclinatio naturalis ad iustum, quæ non sufficit ad nolle liberum, siue ad tristitiam de opposito. 3. D.15 Q.Vn. §. *Quantum ad primum. ỿ. Respondeo, inclinatio.* E.15.

Inclinatio naturalis voluntatis non esset recta, si esset maximè, & principaliter ad minus bonum, & non ad vltimatum. 3. D.15. Q.Vn. §. *Sed quo ad tertium. ỿ. Quantum ad hoc* N.22.

Inclinatio naturalis voluntatis, vt dicit ordinem ad obiecta alterius appetitus, cui coniungitur sic, ac si ad æternum referre non posset, non est ipsius, vt talis potentia ordinata præcisè ad sua propria obiecta; quia illa inclinatio, vt sic, non est præcisè ad aliquid, nisi inquantum est vlterior inclinatio ad æternum; sicut materia non inclinatur ad dispositionem, nisi quia inclinatur vlteriùs ad formam. 3. D.15. Q.Vn. §. *Sed quo ad tertium. ỿ. Respondeo, voluntas.* O.23.

Inclinatio naturalis lapidis ad suam perfectionem naturalem, vt ad centrum, si sit aliquid absolutum aliud à grauitate; tunc consequenter credendum, quòd inclinatio naturalis hominis ad propriam perfectionem est aliud à voluntate libera; Sed primum creditur esse falsum, scilicet, quòd inclinatio lapidis ad centrum sit aliquid absolutum aliud à grauitate, & aliqua potentia, qua lapis habet aliquam operationem in centrum, sicut aliqui imaginantur. 3. D.17. Qu. *Vnica.* §. *Istam quæstionem. ỿ. Sed quid de naturali.* C.3.

Inclinatio naturalis lapidis nihil dicit vltrà grauitatem lapidis, nisi relationem: Nec potest poni aliqua operatio, nisi fortè respectu *vbi* conseruando proprium *vbi*, quia fortè suum proprium *vbi* in centro continuè est in fieri, sicut lumen in medio: Sed tunc actio illa non est in centrum, quia *vbi* non est in locante, sed in locato. 3. D. 17. Qu. *Vnica.* §. *Istam quæstionem. ỿ. Sed quid de naturali.* C.3.

Inclinatio naturalis voluntatis semper est ad commodum. 3. D. 17. Qu. *Vnica.* §. *Istam quæstionem. ỿ. Sed quid de naturali.* D.4.

Inclinatio voluntatis in bonum nihil reale aliud à voluntate dicit, & si est relatio, est idem voluntati per identitatem realem, nec separari potest sine contradictione: Et in Dæmonibus manet illa inclinatio naturalis, quæ dicitur motus rectissimus, sicut & natura, quia non est realiter aliud à voluntate, licet non sit idem sibi formaliter; Vnde ille motus non est, nisi habitus motus, id est naturæ in esse primo. 3. D.18. Q.Vn. §. *Ad primum principale. ỿ. Ad aliud cum dicitur, quòd in primo instanti* L.20.

Inclinationem naturalem, sicut nec naturam, non minuit actus malus. 3. D.18. Q.Vn. §. *ibidem.*

Inclinatio naturalis est recta. 3. D.29. Q.Vn. §. *Ex dictis* A.3.

Inclinatio habitus fidei, & spei (scilicet in verum latens, quæ est fidei, & in bonum commodum absens, qualis est illa spei) non manebunt in Patria, vbi erit verum patens, & bonum habitum. 3. D.31. Q.Vn. §. *Respondeo.* A.2.

Inclinatio ad diligendum Deum in se, ex quo manebit in Patria, manebit etiam inclinatio ad actum illum, qui po-

nitur

nitur esse charitatis, vt actus eius, & ita habitus ille poterit manere. 3. D.31. Q.Vn.§. *Viso de fide*. E.7.

Inclinatio naturalis duplex est; vna ad actum primum, & est imperfecti ad perfectum, & concomitatur potentiam essentialem. Alia ad actum secundum, & est perfecti ad perfectionem communicandam, & concomitatur potentiam accidentalem. De prima verum est quòd oppositum eius est violentum, & non perpetuum, quia ponit imperfectionem perpetuam, quam Philosophus habuit pro inconuenienti, quia ponit in vniuerso causas ablatiuas cuiuscumque imperfectionis; sed secunda inclinatio, etsi perpetuo suspendatur, nullum violentum propriè dicitur, quia nec Imperfectio. Inclinatio animæ ad corpus est tantum secundo modo. 4. D.43. Q.2. §. *De tertia propositione*. ✝. *Per hoc*. S.25.

Inclinatio summa naturæ est ad summam perfectionem. Sic enim arguit Philosophus Proem. Metaph. *Si omnes homines natura scire desiderant; ergo maximam scientiam maxime desiderant*. Summa autem perfectio voluntatis est beatitudo; & consequenter voluntas summè appetit beatitudinem. 4. D.49. Qu.10. §. *Respondeo ad primam*. ✝. *Quod summè*. B.3.

Inclinatio naturalis est ad perfectissimum actum circà vltimum finem, licet ad illum non possit natura attingere ex se. *Quodl*.Qu.17.§.*De primò*.✝.*Actus autem*. A.2.

Inclinatio vt est situs.

Inclinatio corporis humani videtur repugnare agilitati; Sedere ctio, siue statio videtur esse situs conueniens corpori, inquantum est instrumentum animæ, quia tunc magis aptum est, & promptum ad operationem: Vnde iacere magis videtur esse situs naturalis corpori humano, quàm sedere, quòd includit curuitatem partium. 4 D.49. Qu.14. §. *Ad illud*. ✝. *Et ex hoc*. L.12.

Inclinatum.

Inclinatus potest esse aliquis naturaliter ad actus vnius virtutis, & non alterius; Sicut vnus est complexionatus ad faciliter irascendum, & tamen non ita inclinatur ex natura ad actus concupiscentiæ. Vnde talis potest facilius exercitate se circa illos actus ad quos inclinatur, quàm circa alios, circa quos hon inclinatur; & ita habebit virtutem circa hos, & non circa illos. 3.D.36.Qu. *Vnica*. §. *Circa istam*. A.1.

Inclinatus qualitercunque sit aliquis ad virtutum actus, potest habere materiam exercendi se circa actus vnius virtutis, & non alterius: putà Religiosus potest habere opportunitatem circa passiones refrænandas, non autem circa terribilia bellica aggredienda, vel sustinenda; & consequenter generabit in se temperantiam sine fortitudine. 3.D.36.Qu.*Vnica*.✝. *Præterea qualitercunque aliquis*. A.1.

Includere.

Includere formaliter est includere aliquid in ratione sua essentiali, ita quòd si difinitio includentis assignaretur, inclusum esset definitio, vel pars definitionis. 1. D.8.Qu. 4.§.*Ad quæstionem*.✝.*Quia autem*. R.18.

Incommunicabile.

Incommunicabile potest esse absolutum imperfectum; & vniuersaliter aliquid contrahens per se in aliquo genere potest esse incommunicabile, sicut aliquid communicabile; & ita in quocunque creato, quod pertinet ad genus aliquod, potest esse aliquid illius generis constituens incommunicabile. 1. D.26.Qu.*Vnica*.§.*Ad primum tertiæ viæ*.✝. *Posset dici, quòd absolutum*. Z.50.

Incommunicabile non potest esse perfectum simpliciter, neque aliquid eiusdem rationis, quale est omne absolutum in Diuinis; & ideo nihil quasi eiusdem generis cum essentia potest constituere suppositum ibi, sed tantùm aliquid, quod sit quasi alterius generis, *ibidem*.

Incommunicabilià tali, & tali abstrahitur aliquod commune, quod nec est de se incommunicabile absolutum, nec incommunicabile relatiuum. Tale quid Richardus, & Boetius describit in descriptione Personæ, hoc addito, quòd illud sit in natura intellectuali. 1. D.26.Qu. *Vnica*.§. *Ad illa de quarta via*. ✝. *Ad tertium de Richardo*. Bb. 52

Incommunicabile se ipso formaliter, etiam se ipso formaliter à quocunque communicabili est distinctum. *Quodl*. Qu.3.§.*De secundo*.✝. *Contra illud*. F.6.

Incommunicabile formaliter est formaliter incompossibile cuilibet alteri, considerando etiam illud sub ratione suppositi, non includendo naturam, cuius est illud. Quia quod repugnat alicui (cum vt sibi repugnat destruat ipsum, vt sic) non est melius ipsum, quàm non tale: Quòd autem est de se incommunicabile repugnat cuilibet etiam sub ratione suppositi, & consequenter non est melius illi, etiam ve consideratur sub ratione suppositi, quàm non ipsum. *Quodl*.Q.5.§. *Secunda ratio*.✝.*Ex hoc sequitur propositum*. N.14.

Incommunicabile non est ratio essendi [simpliciter] alicui, & ideo, quod dependet ad ipsum, non oportet vlterius dependere ad aliquid, quasi habens esse per ipsum. *Quodl*.Qu.19.§. *De secundo potest*.✝.*Nec tamen*.P.14.

Incommunicabile simpliciter, quod scilicet importat repugnantiam ad posse dependere, non conuenit primò negationi, siue alicui, ratione negationis. *Quodl*.Qu.19. §. *De tertio*.✝.*Ad illa igitur*. A.20.

Incommunicabile vt in Diuinis.

Incommunicabile quidquid potest esse in Diuinis, in primo instanti naturæ, in quo pullulat in natura, pullulat vt incommunicabile, & non prius vt communicabile, quia tunc esset determinabile per aliquod, per quod fieret incommunicabile. 1.D.26. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. V.45.

Incommunicabile in Diuinis, quacunque positione facta possibili, vel impossibili, stante ratione sua, ipsum remanet incommunicabile, non posito aliquo repugnante rationi suæ, quod si ponatur rationem eius manere, & aliquid repugnare; Tunc ex oppositis in antecedente sequuntur opposita, nempè ipsum formaliter esse ex se incommunicabile, quia supponitur manere, & formaliter communicabile propter repugnans positum. 1.D.26. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum tertiæ viæ*. ✝. *Quod etiam dicit*. Y.47.

Incommunicabile primò *siue* Primò incommunicabile, in Diuinis non potest esse quod est ad se; quia quidquid est ibi ad se est perfectio simpliciter, & sic communicabile: Et ita oportet constitutiuum suppositi differre à natura, genere; non qualitercunque, sed ea differentia, quæ est inter rem ad se, & rem ad alterom. *Quodl*. Qu.1.§. *Ad argumentum principale*. ✝. *Hæc quæstio*. X.24.

Incommunicabile nihil potest esse in Diuinis (supposita Personarum constitutione per relationes) nisi proprietas pertinens ad originem; & per consequens in prima Persona non est incommunicabile, nisi proprietas pertinens ad primam originem: Illa enim, quæ pertinet ad secundam originem, communicabilis est, quia est duarum Personarum producentium, (scilicet) processio, seu Spiratio Spiritus Sancti. *Quodl*. Qu.4.§.*Iuxta illud*. C.4.

Incommunicabile vt in persona.

Incommunicabile, quod pertinet ad rationem Personæ excludit duplicem communicabilitatem *vt quod*, & *vt quo*. 3. D.1.Qu.1.§. *Per hoc ad argumenta*. ✝. *Respondeo, sicut*. F.10.

Incommunicabile prout pertinet ad rationem Personæ perfectæ, si dicit, non tantùm negationem communicationis vtroque modo (*vt quod*, & *vt quo*) Sed etiam repugnantiam ad communicari; nulla erit perfectè Persona, nisi Persona Diuina; illa enim includit aliquid absolutè, quo contradictoriè repugnat sibi communicari quocunque modo, & *vt quod*, & *vt quo*. 3. D.1. Qu.1.§. *Per hoc ad argumenta*. ✝. *Respondeo iste conceptus*. F.10.

Incom-

Incommunicabilitas.

Incommunicabilitas in Persona potest nominare negationem in genere, quia notat negationem duplicis communicabilitatis in natura intellectuali, nec tamen dicit aptitudinem ad aliquam communicabilitatem, sed negationem illam in natura positiua intellectuali. 1. D. 23. Qu. *Vnica*. §. *Item arguo*. ℣. *Potest dici, quòd negatio*. H.7.

Incommunicabilitatis prima ratio non est negatio 1. D.28. Qu.2. §. *Item essentia*. ℣. *Contra istam viam*. K.12.

Incommunicabilitas cum sit de ratione Personæ, nulla Persona potest esse formaliter Persona per negationem 3. D. 1. Quæst. 1. §. *Contra secundam viam*. ℣. *Secundo, quia*. D.8

Incommunicabilitas videtur non esse ratio propria terminandi dependentiam naturæ humanæ in ratione subsistendi. 3. D.1. Qu.2. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Quod autem*. B.6.

Incommunicabilitas est de ratione Personæ, & hoc in ratione *quo*; atque hoc magis conuenit materiæ, quàm formæ; quia in toto forma communicatur materiæ, vt dans esse. 3 D.2. Qu.2. §. *Contra primum*, ℣. *Item de ratione*. n.3.

Incommunicabilitas, quæ est de ratione Personæ, sicut in natura in se personata, magis appropriatur corpori, quàm animæ; ita quando personatur in altero, per prius videtur (si sit ibi aliquis ordo) terminari ipsa dependentia corporis, vt sit subsistens, quàm ipsa dependentia animæ. *ibidem*. ℣. *Item de ratione*. n. 3.

Incommunicabilitas singularitatis.

Incommunicabilitas, loquendo de incommunicabilitate pertinente ad substantiam, quæ est incommunicabilitas singularitatis, ipsa vera est in creaturis, non sic in Deo; quia contrahens naturam, siuè ad singularitatem, siuè ad incommunicabilitatem in creaturis, est eiusdem generis cum natura contracta; & per consequens ipsum secundùm rationem suam formalem pertinet ad genus substantiæ: In Deo non sic, quia ad incommunicabilitatem contrahere non potest aliquid pertinens ad genus substantiæ, vel quasi genus substantiæ in Diuinis, quia quodlibet tale est communicabile. *Quodl*. Qu.3. §. *Respondeo ad primum*. ℣. *Respondeo intelligendo*. R.18.

Incommunicabilitas simpliciter.

Incommunicabilitas simpliciter, quæ scilicet importat repugnantiam ad posse dependere, non est in creatura etiam in se personata, sed tantùm incommunicabilitas secundùm quid, scilicet repugnantia ad communicari, & hoc stante negatione dependentiæ actualis ad personam alienam. Ista autem incommunicabilitas secundùm quid non requirit entitatem positiuam simpliciter incommunicabilem, sed tantùm entitatem positiuam, receptiuam negationis dependentiæ actualis; sed incommunicabilitas simpliciter, si alicui negationi conueniat, hoc non est, nisi quia illa consequitur entitatem positiuam simpliciter incommunicabilem. *Quodl*. Qu.19. §. *De tertio*. ℣. *Ad illa igitur*. A a.20.

Incommunicabilitas simpliciter, est simpliciter propria illa, cui conuenit sic incommunicabilitas. Incommunicabilitas autem secundùm quid, non est ei propria, sed tantùm sic, quòd soli illi conuenit. *ibidem*. ℣. *Consimiliter*. A a.20.

Incommunicabilitas in Diuinis.

Incommunicabilitas in Diuinis non est causa actuum ad extra. 1. D,4. Qu.2. §. *Respondeo, quòd propositio*, ℣. *Sed pro quo supponit*. B.3.

Incommunicabilitas in Diuinis non potest per se esse ratio substantiæ, quantum ad communem opinionem, secundùm quam loquimur communiter in istis quæstionibus [quodlibetalibus], quoniam non mouetur de hoc quæstio, ad hoc, quia quidquid est ibi, non tantùm substantia, sed etiam ad se communicabile est. *Quodl*. Qu.3. §. *Respondeo ad primum*. ℣. *Et ex hoc*. Q.17.

Incommutabile.

Incommutabile solùm est in mente Diuina. 1. D. 35. Qu. *Vnica*. §. *Ad ista: sententia*. L.12.

Incomplexum.

Incomplexum multorum habens conceptus non nouit qualiter componit ea, & quæ complexa inferant complexa qualitercuque ordinata: Si enim hoc facere posset, citò ex terminis conciperet veritatem multarum complexionum, & ex quibusdam complexionibus veritatem aliarum complexionum: Et sic addiscunt ingeniosi per se adinueniendo; Sed tardioribus oportet proponi ab aliquo alio non nulla signa nota, vt addiscant per doctrinam. 2. D.11. Qu. *Vnica*. §. *De secundo*. C. 5.

Incompossibile.

Incompossibile, sicut est *lapidem esse sine Deo*; ita incompossibile est lapidem esse absque dependentia ad Deum; nam si posset esse sine dependentia ista, posset esse sine termino illius dependentiæ; non enim est incompossibilitas essendi absque termino, nisi propter istam dependentiam. 2. D,1. Qu.4. §. *Ad quæstionem istam*. ℣. *Primum probatur*. M. 21.

Incompossibilia, si per se sunt aliqua consequentia, & ad illa, ad quæ sequuntur illa sunt incompossibilia; & multò magis si illa, quæ sunt de essentiali ratione aliquorum sunt incompossibilia. 2. D.2. Qu 9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Contra, si per se*. D. 17.

Incompossibilia nunquam sequuntur ex compossibilibus. 2. D.2. Qu.9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Contra: ex incompossibilibus*. H. 22.

Incompossibile quodlibet simpliciter includit negationem sui incompossibilis, & nullo modo affirmationem eius, nisi ratione subiecti communis. 4. D.12. Qu.4. §. *Quantum ad istam*. ℣ *Hoc non videtur*. C.15.

Incompossibile, vt incompossibile, non est alicui melius; destruit enim entitatem ipsius; imò melius sic est auro esse aurum, quàm quodcunque incompossibile naturæ auri. *Quodl*. Qu,5. §. *Secunda ratio*. M.13.

Incompossibilitas.

Incompossibilitas in formis intensis oppositis est aliquid positiuum in eis secundùm se, non tantùm in ordine ad subiectum. 1. D.17. Qu.3 *aliàs* 5. §. *Contra istam opinionem*. V u.3.

Incompossibilitas separationis potest esse ex ratione ipsius, à quo aliquid est inseparabile, & potest esse ab aliquo extrinseco. 2. D.1 Qu.4. §. *Ad quæstionem istam*. ℣. *Respondeo incompossibilitas*. M.22.

Incompossibilitas essendi lapidem absque dependentia eius ad Deum, est ex ratione lapidis præcisè; ex qua etiam est ratio incompossibilitatis essendi lapidem, sine termino dependentiæ. 2. D,1, Qu.4. *ibidem*.

Incompossibilitas nulla (posito, quòd id, quod est prius naturaliter aliquo, quantùm est ex se, potest esse prius duratione eodem) sequitur ex parte prioris ex negatione naturaliter posterioris eo modo, quo subiectum est prius passione. Contradictio igitur aliqua si sequatur, hoc est per locum extrinsecum, ex habitudine scilicet causæ ad effectum. 2. D 2. Qu.1. §. *Contra istum modum*. ℣. *Et si hoc ponatur*. n 13.

Incompossibilitatis esse, & non esse caloris in eodē instanti alia ratio non est, nisi quia ipsa formaliter sunt opposita, nulla alia oppositione, quàm contradictoria. 2. D.2. Qu.9. *Ad secundum principale*. ℣. *Et ratio incompossibilitatis*. R. 34.

Incompossibilitas formalis vbicunque est in creatura [inter aliqua extrema] vnum illorum non expellit aliud actiuè, sed tantùm formaliter. 4. D.1. Qu.5. §. *Ad primam ergo quæstionem*. ℣. *Ad intellectum*. F.15.

Incorrigibilis.

Incorrigibilis in via est nullus; quare nullus potest omninò errare circa prima principia practica. 3. D.36. Q *Vnica*. §. *Contra hoc*. ℣. *Præterea nullus*. F. 13.

Incorruptibile.

Incorruptibile non componitur ex corruptibilibus. 2. D. 37. Quæst. Vnica. §. *Istæ quæstiones*. ỳ. *Secundò quia natura*. n. 4.

Incorruptibile pro quanto non habet contrarium, vel non potest destrui ab aliquo creato, sed tantummodo potest annihilari à Deo non conseruante, non est ex se perpetuum, nisi possibiliter, quia sicut esse suum habet contingenter à Deo conseruante, sic & perpetuitatem. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo sunt*. ỳ. *Conceda ergo*. B. 6.

I N D

Independens.

Independens, inquantùm tale, potest terminare dependentiam alterius ad ipsum, quod natum est habere terminum talem. 3. Dist. 1. Quæst. 1. §. *De secundo*. C. 4.

Independenti non repugnat terminare dependentiam; & si habeat propriam independentiam, non repugnat sibi esse terminum proprium dependentiæ. *Quodl.* Q. 19. §. *De secundo articulo*. ỳ. *Primò sic*. D. 4.

Independens tali dependentia (quasi materialiter) potest qualemcunque dependentiam terminare. Licet ista propositio sit falsa, & ista etiam. *Independens dependentia tali potest dependentiam cuiuscunque dependentis terminare*: tamen videtur ista probabilis, quòd *Independens tali dependentia potest alicuius dependentis talem dependentiam terminare, vel priorem, & hoc vel immediatè, vel mediatè*; & ista probabilior simpliciter: *Independens potest cuiuscunque dependentis, vel saltem alicuius dependentis aliquam dependentiam terminare*. Et istarum duarum propositionum veritas appareret, si ista esset nota, quòd quæcunque entitas quacunque alia vel est per se prior, vel posterior; & ista posset haberi ex connexione entium, & vnitate eorum, siuè Vniuersi; quæ vnitas est ordinis secundum Philosophum. lib. 12. Metaph. Tex. 52., videretur enim illa entitas inconnexa cum alijs, quæ non haberet per se ordinem, nec prioris, nec posterioris. *Quodl.* Q. 19. §. *De secundo articulo*. ỳ. *Secunda distinctio*. F. 6.

Independens omninò potest aliquam dependentiam terminare. Hæc propositio sufficit ad probandum Verbum Diuinum, secundùm proprietatem personalem, posse terminare dependentiam naturæ humanæ in vnitate suppositi; quia per viam diuisionis sequitur, cum illud independens, de quo est sermo, scilicet persona, vel entitas personalis, non possit terminare aliquam dependentiam, quæ est causati, vel mensurati, vel alia huiusmodi, quod possit terminare istam, quæ est naturæ, vt est communicabilis ad aliquid, vt incommunicabiliter existens. *Quodl.* Q. 19. §. *De secundo articulo*. ỳ. *Secunda distinctio*. F. 7.

Independens tali dependentia alicuius taliter dependentis, vel priori dependentia dependentis, potest dependentiam terminare. Ista propositio potest concedi. *ibidem*. G. 7.

Independens omninò benè videtur quod possit necessariò dependentiam aliquam terminare; quia non videtur aliter connexionem habere cum alijs entibus; sed non oportet quod qualemcunque dependentiam possit terminare, quia illam, quæ requirit in termino perfectionem simpliciter, cuiusmodi est dependentia causati ad causam, non terminat, nisi sit perfectum simpliciter: Potest autem esse independens, si sibi repugnet imperfectio, licet sibi non conueniat simpliciter perfectiuo, quia entitas hypostatica, vt talis, non est perfectio simpliciter, nec tamen omnis talis est imperfecta. *ibidem*. ỳ. *Respondeo, illam*. H. 8.

Independens omninò, nec ratione independentiæ suæ, nec ratione alicuius sibi annexi, potest repugnare generaliter terminare quamcunque dependentiam. *Quodl.* Quæst. 19. § *De secundo articulo*. *Per hoc excluditur*. H. 9.

Independentia.

Independentiam omne illud, quod arguit est perfectionis 1. D. 3. Q. 6. aliàs 7. §. *Secundo quæro*. ỳ. *Præterea etiam ex aliis*. Q. 26.

Independentia aptitudinalis non ponit repugnantiam ad

Independentia.

dependentiam actualem; quia licet non sit aptitudo talis naturæ ad dependendum, est tamen aptitudo obedientiæ, quia natura illa est in perfecta obedientia ad dependendum per talem actionem Agentis supernaturalis. 3. D. 1. Q. 1. §. *Non asserendo*. ỳ. *Nec cum secunda*. E. 9.

Independentia si concluderet posse terminare dependentiam; igitur independentia talis concluderet posse terminare talem dependentiam. Posset negari illa consequentia, quia si independens tali dependentia, non posset terminare talem dependentiam, hoc est propter aliquod annexum suæ independentiæ, quæ est limitata; & ideo potest habere aliquam imperfectionem annexam: Sed hæc ratio non tenet de independentia simpliciter, quia in tali, saltem, nulla est imperfectio. *Quodl.* Q. 19. §. *De secundo*. ỳ. *Prima distinctio*. F. 7.

Independentia talis non necessariò concludit talem terminationem talis dependentis, nisi independentia simpliciter acciperetur in antecedente, sic quod independentia simpliciter, & omnimoda concluderet posse terminare omnem dependentiam. *Quodl.* Q. 19. §. *De secundo articulo*. ỳ. *Secunda distinctio*. F. 7.

Indeterminatio.

Indeterminatio negatiua, scilicet repugnantia ad determinari, & si sit aliquo modo maior, quàm indeterminatio priuatiua, non tamen tale indeterminatum priùs occurrit intellectui; quia tale non est confusum obiectum, sed distinctum cognoscibile. 1. D. 3. Q. 2. §. *Quod autem dicit*. Y. 31.

Indeterminatio alia est materialis propter defectum actus; alia est indeterminatio Agentis propter illimitationem virtutis actiuæ; sicut Sol est indeterminatus ad multa generandum. Primo modo indeterminatum non agit, nisi determinetur per aliquem actum. Secundo modo indeterminatum nulla forma alia à se determinatur, sed ex se determinatur ad producendum quemcunque effectum, ad quem ex se est indeterminatum. 1. D. 3. Q. 7. aliàs 8. *Ad auctoritatem Philosophi*. ỳ. *Respondeo, quod alia est*. Bb. 39.

Indeterminatio est duplex: quædam est potentiæ passiuæ, vt indeterminatio materiæ: & quædam potentiæ actiuæ, illimitatæ ad plures effectus. Quod autem est indeterminatum ratione materiæ, oportet vt recipiat aliquam formam ad hoc, vt agat, quia non est in actu sufficienti ad agendum: Sed quod est indeterminatum indeterminatione potentiæ actiuæ, est ex se sufficienter determinatum ad producendum quemcunque istorum effectuum. 1. D. 7. Q. Vn. §. *Contra, indeterminatio*. F. 5. & D. 8. Q. 5. aliàs. 6. §. *Ad argumenta pro opinione*. Z. 23.

Indeterminatio principij actiui, licet sit ad disparata, non tamen est ad contradictoria, sed determinatè ad alteram partem contradictionis respectu cuiuslibet istorum disparatorum: Nulla autem indeterminatio prohiberet ex se determinatè agere, nisi quæ aliquo modo esset ad contradictoria, vt ad agere, & non agere. 1. D. 7. Q. Vn. §. *Contra, indeterminatio*. ỳ. *Confirmatur: quia talis*. G. 5.

Indeterminatio est duplex; vna ad opposita contradictoriè, sicut materia est indeterminata ad formam, & priuationem; Altera ad diuersa positiua, quæ tamen stat cum determinatione ad alteram partem vtriusque contradictionis; sicut Sol est indeterminatus ad vermem, & plantam, cum tamen sit determinatus ad alteram partem, sicut si esset Agens particulare tantùm, natum producere vnicum illorum tantùm. 1. D. 28. Q. 3. §. *Sed tunc est aliud*. ỳ. *Respondeo, determinatio*. K. 12.

Indeterminatio futuri contingentis talis, quòd licet vna sit in se determinatè vera, non tamen ita, quin in potestate causæ sit pro illo instanti ponere oppositum, sufficit ad consiliandum, & negociandum. 1. D. 39. Quæst. 1. 2. 3. 4. 5. *Ad argumenta principalia per ordinem*. P. 26.

Indeterminatio intellectus ad agendum, quod scilicet non est ex se summè determinatus, vel inclinatus, non est ex imperfectione actiui, sed ex illimitatione, quæ est perfectio actiui. 3. D. 33. Qu. *Vnica*. §. *Ad rationem*. ỳ. *Secunda ratio*. D. 7.

Inde-

Indi-

Indiuiduum.

Indiuiduum includit perfectionem aliquam, quam non includit commune; & per illam perfectionem potest formaliter includere infinitum; & tamen commune, ex ratione conceptus communis, non includit illum. *ibidem.* ♈. *Respondeo, consequentia non valet.* Bb. 29.

Indiuidui vnius alicuius naturæ (putà vnius gradus qualitatis) est subiectum alterius indiuidui eiusdem naturæ (nempè alterius gradus eiusdem qualitatis) & illud est possibile mutari ab indiuiduo in indiuiduum. 1. D. 17. Qu. 3. *aliàs.* § 4. *Ad quæstionem.* ♈. *Ad argumentum in oppositum.* T. 9.

Indiuidua omnia vnius accidentis habent dispositionem vnius rationis; sicut & formam eiusdem rationis. 1. D. 17. Qu. 3. *aliàs.* §. *Contra istam opinionem.* ♈. *Contra hoc arguo.* V u. 5.

Ab indiuiduis [potest dici], quòd non tantùm potest abstrahi species, quæ dicit quidditatem indiuiduorum, sed etiam aliquid quasi proprium. 1. D. 23. Qu. *Vnica.* §. *Item arguo.* ♈. *Potest dici.* L. 8.

Indiuiduum *seu* Hic homo est æquiuocè tantùm communis Sorti, & Platoni, quia pronomen *hoc* quod demonstrat, hoc significat. 1. D. 25. Qu. *Vnica.* §. *Respondeo.* A. 1.

Indiuidui differentia specifica adhuc esset forma in creatura, licet esset tota eius essentia. 1. D. 31. Qu. *Vnica.* §. *Quantum ad tertiam.* ♈. *Consimiliter potest.* D. 5.

Indiuiduum intrinsecè aliquid, & singulare, de quo species prædicatur in qualibet coordinatione prædicamenti, potest inueniri, aut saltem potest inueniri aliquid non de multis prædicabile; alioquin non erit in ista coordinatione aliquid species specialissima, de cuius ratione est esse prædicabile, si nihil huius sit subiicibile. 2. D. 3. Qu. 4. §. *Contra istam conclusionem.* ♈. *Præterea secundo.* D. 7.

Indiuiduum aliquod, vt Sortes, *verbi gratia*, quantumcunque determinetur per album, vel nigrum, ad quæ fuit in potentia; non est magis determinatè in genere substantiæ, quam erat priùs, quia priùs erat hic. 2. D. 3. Qu. 4. §. *Contra istam conclusionem.* ♈. *Præterea, quando aliquid.* E. 8.

Indiuiduum idem numero non redit naturali actione, ex Philosopho. lib. 2. de Generat. Tex. vlt. & lib. 5. Phys. Tex. 36. 2. D. 3. Qu. 4. §. *Contra ista propositio.* ♈. *Contra pono.* F. 10.

Indiuidua propriè differunt, quia sunt diuersa aliquid idem entia, & ideo eorum differentia reducitur ad aliqua primò diuersa, quæ non sunt natura in isto, & natura in illo; quia non est idem, quo aliqua conueniunt formaliter, & quo differunt realiter; ergo erunt aliquæ entitates positiuæ, per se determinantes naturam. 2. D. 3. Qu. 6. §. *Ad quæstionem.* ♈. *Item omnis.* C. 9.

Indiuidua generabilium, & corruptibilium generantur, & corrumpuntur, & de talibus non est propria diffinitio, nec scientia. 2. D. 22. Qu. *Vnica.* §. *Ad primum argumentum.* ♈. *Similiter simul.* E. 14.

Indiuiduum quodlibet, in istis inferioribus, participat naturam speciei: & tamen illa natura potest esse in vno singulari primus terminus productionis, & in alio singulari principium producendi. 4. D. 1. Qu. 1. §. *Contra istam opinionem.* L. 17.

Indiuidui constitutiuum.

Indiuiduum non est aliquid formaliter per negationem, vel priuationem. 2. D. 3. Qu. 2. § *Contra ista primo.* ♈. *Hoc modo.* A. 3.

Indiuiduum constitui formaliter per duplicem negationem [sententia ponens] videtur superflua, & non respondere ad quæstionem de formali constitutiuo indiuidui in esse indiuidui; nam ipsa posita adhuc remanet eadem quæstio de duplici illa negatione, quàm ponit, quare scilicet negatio illa conueniat illi: Si dicit duplicem istam negationem esse per se, tanquam per causam; dat causam sui ipsius: Si non dat causam huius, non respondet ad quæstionem, & per consequens per quid insunt istæ negationes. 2. D. 3. Qu. 2. §. *Contra ista primò.* ♈. *Præterea licet.* B. 4.

Indiuidui realitas est similis realitati specificæ quo ad hoc, quod est quasi actus, determinans illam realitatem speciei quasi possibilem, & potentialem; sed quo ad hoc dissimilis, quia ista nunquam sumitur à forma addita, sed præcisè ab vltima realitate formæ: Quo ad aliud etiam est dissimile, quia illa realitas specifica constituit compositum, cuius est pars in esse quidditatiuo, quia ipsa est entitas quædam quidditatiua; illa autem entitas indiuidui est primò diuersa ab omni entitate quidditatiua. 2. D. 3. Qu. 6. §. *Ad quæstionem.* ♈. *Vlteriùs declarando.* G. 12.

Indiuiduum vt ab Agente intenditur.

Indiuidua introducuntur ab ipso primo Agenti, prout ipsum intendit aliquid aliud à se, non vt finem, sed vt aliquid aliud ad finem. Vnde propter bonitatem suam communicandam, & propter suam beatitudinem, plura in eadem specie produxit. 2. D. 3. Qu. 7. §. *Ad primum argumentum.* ♈. *Ad aliud dico, quod in forma.* H. 10.

Indiuiduum in principalibus entibus est à Deo intentum; & cum hoc modo sumitur, non intenditur differentia numeralis, falsum est. *ibidem.*

Indiuiduorum ex parte non est vnde sit eorum numerus certus, sed possunt esse infinita, non repugnante ratione eorum. 2. D. 3. Qu. 6. §. *Ad argumenta.* N. 18.

Indiuidui causæ.

Indiuidua eiusdem speciei non requirunt necessariò causam alterius speciei; quia forma est principium agendi, & est terminus formalis actionis; igitur forma vnius rationis perfecta est *quo* eiusdem rationis respectu termini formalis eiusdem rationis; igitur respectu talis termini non requiritur aliud *quo.* 1. D. 3. Qu. 7. *aliàs.* 8. §. *Ad primum in oppositum.* ♈. *Ad indiuidua.* D d. 41. Additio.

Indiuiduum non potest accipere naturam ab aliquo, & hanc signatam, quin recipiat eam in certo gradu. 1. D. 17. Qu. 2. §. *Alio modo: vel alia via.* ♈. *Contra istud.* G. 6.

Indiuiduum hoc vltimatè, sicut fit ex hac materia, contracta cum hac forma, ita ex hac materia communi resultat quidditas communis. 3. D. 22. Qu. *Vnica.* §. *Contra ista.* ♈. *Præterea; septimo Metaph.* B. 8.

Indiuiduum eiusdem speciei nunquam necessariò requirit causam alterius speciei ab illa, quam requirit aliud indiuiduum. 4. D. 49. Qu. 5. §. *Ad quæstionem.* ♈. *Aliter potest.* E. 5.

Indiuidui perfectio.

Indiuiduum omne perfectioris speciei excedit indiuiduum imperfectioris. 2. D. 1. Qu. 5. *aliàs.* 6. § *Contra. Anima.* ♈. *Item tertiò.* A. 3.

Indiuiduum quodlibet Angeli potest concedi excedere indiuiduum quodlibet hominis, in perfectione. 2. D. 1. Qu. 5. *aliàs.* 6. §. *Ad primum.* ♈. *Ad tertium.* H 6.

Indiuiduis eiusdem generis, ex. lib. 3. Metaph. Tex. 11. non est hoc prius, illud posterius; hoc est, hoc essentialiter perfectius, illud imperfectius. 2. D. 3. Qu. 1. §. *Contra istud.* ♈. *Prima via.* n. 3.

Indiuiduorum eiusdem speciei non est ordo essentialis, secundùm Platonem, & Aristotelem, & ideo nullum indiuiduum est per se mensura eorum, quæ sunt in specie sua; adeoque nec vnitas indiuidualis, nec numeralis. *ibidem.* A. 3.

Indiuiduum aliquod, si ex hoc solo, quod est sine materia, habet in se perfectionem totam speciei, quæ ex se nata est esse in infinitis, quantum est ex se; videretur habere perfectionem infinitam, ex sola carentia materiæ. 2. D 3. Qu. 7. §. *Ad primum argumentum.* ♈. *Ad aliud dico, quòd si aliquid.* F. 9.

Indiuiduum illud, quod potest esse sine materia, ex hac sola causa priuatiua, quia est sinè materia, habet totam perfectionem speciei, falsum est; quia si cum hoc ponatur quòd nihil positiuè fiat circa ipsum, sed sola separatio materiæ; nihil ponitur, quod non præfuit. Si autem intelligatur prout habet aliquam probabilitatem, quod scilicet forma, si esset separata à materia, ipsa haberet totam perfectionem speciei, quia non participabilis à materia; illa esset falsa, & petit principium, nisi intelligatur prout materia dicit illam entitatem indiuidualem, co-

Indiuidui perfectio.

contrahentem formam: hoc modo intelligendo æquiuocationem illius propositionis assumptæ, omnis forma habet totam perfectionem speciei, & est de se hæc, quæ non est participabilis à materia. 2. D.3. Q.7. §. *Ad primum*. ℣. *Ad aliud dico, quòd si aliquod*. F.9.10.

Indiuisibile.

Indiuisibilis si forma est, dat subiecto esse indiuisibile. 1. D.17. Q.3. *aliàs* 5. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea, si forma*. Vu.4.

Indiuisibile nihil esse nisi carentiam continui, vt *Instans* carentiam successionis continuæ; & *Punctum* carentiam longitudinis, & nihil positiuum dicere docuerunt aliqui. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Ad secundam probationem*. L.27. Sed à Scoto impugnatur. *ibidem*. ℣. *Sed contra istud*. L.28.

Indiuisibile non potest esse partim in vno termino, & partim in alio, quia non habet partes; vera est *hæc propositio* de partibilitate ex parte mobilis; falsa autem de partibilitate ex parte spatij. 2. D.2. Q.9. §. *Ad tertium principale*. ℣. *Cum autem accipitur*. X.38.

Indiuisibilia nullam habent magnitudinem, & ideo fiunt vnum simul posita; Diuisibile autem licet sit cum alio diuisibili, manet tamen magnum, & ideo non valet: Si indiuisibilia non possunt esse sic, nisi fiant vnum, ergo diuisibilia. 4. D.49. Q.16. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad aliud quod si*. C.7.

Indiuisibile de genere quantitatis.

Indiuisibilia quantitatis non esse distincta, nisi differant situ, falsum est. 1. D.19. Q.2. §. *Ad argumenta principalia*. G.11.

Indiuisibile omne de genere quantitatis, per se, vel est terminus continui, vel pars discreti: Si *nunc* durationis, secundùm substantiam, ponatur pars discreti; consequenter ponitur tempus discretum: Si ponatur terminus continui; oportet quòd sit aliud, & aliud secundùm substantiam, secundùm quod terminat aliam, & aliam partem continui, scilicet temporis. 2. D.2. Qu.2. §. *Istam instantiam*. ℣. *Ad hoc etiam*. C.5.

Indiuisibile nullum per se terminat, nisi ratione, qua est terminus huius diuisibilis. *ibidem*. ℣. *Præterea ista esse*. C.5.

Indiuisibile nullum de genere quantitatis, per se existit, sed in aliquo diuisibili. 2. D.2. Q.5.6. §. *Ad quæstionem igitur*. ℣. *Exponendo autem ista*. D.7.

Indiuisibile vt terminus continui.

Indiuisibile in continuo non esse aliquid positiuum probatur; tùm quia si positiuum ponatur sola ratione continui, circumscripto omni absoluto, videtur esse terminatum, si non infinitum; tùm quia non videtur quod possit Deus separare finitatem à linea, nec per consequens punctum, quod non videtur probabile, si punctus esset alia essentia absoluta à linea; tùm quia si essent duæ essentiæ absolutæ, non videtur possibile, quomodo fieret aliquod vnum ex eis, nisi vnum alteri accideret; non enim sunt vnum per identitatem, quia ponuntur duæ essentiæ absolutæ, nec vnum tertium, compositum ex eis, quia neutrum respectu alterius est actus, & potentia: tùm quia indiuisibile haberet esse, & non esse, absque generatione, & corruptione, quia in medio lineæ continuæ est tantùm vnus punctus, ipsa autem diuisa sunt duo puncta in actu; igitur ibi est aliquis punctus, qui non præfuit ibi, & sine generatione; quia non videtur probabile quod diuidens generauerit ibi aliquam essentiam absolutam: tùm tandem, quia de figura incisionis videtur, per Auctorem sex Principiorum, quòd non sit aliquid positiuè dictum, & tamen ibi est superficies in actu. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Pro ista positione*. L.27. *Hæc motiua ibi non soluit Scotus, licet sententiam impugnet ibidem*. ℣. *Sed contra illud*. L.28.

Indiuisibile in continuo, si non est aliquid positiuum, sed tantùm priuatio, seu carentia continui; linea tantùm erit carentia latitudinis, & superficies tantùm carentia profunditatis, & tunc non erit nisi vnica dimensio, quæ ponetur corpus. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Similiter sequitur idem*. L.28.

Indiuisibile, per quod successiuum habet esse, si dicatur quod habet esse tantùm in potentia, nihil iuuat ad euadendam difficultatem de compositione continui ex indiuisibilibus. Quod si vnum indiuisibile succedit alteri cedenti, & raptim transeunti, sequitur intentum; & si non, successiuum non existit, quia non existit indiuisibile, per quod supponitur habere esse. Hæc, inquam, difficultas non euaditur ponendo indiuisibile illud habere tantùm esse in potentia; quia eodem modo, quo habet esse in toto, quando cedit, quæro quid sibi succedit? Si aliud indiuisibile, stat argumentum; Si non, tunc successiuum non erit sine eo, per quod ponitur esse. *ibidem*. ℣. *Si autem*. & ℣. *Hoc nihil iuuat*. L.28.

Indiuisibili terminanti continuum nihil est immediatum; nihil enim, secundum se totum, statim sequitur illud indiuisibile, sed pars illius totius, quod est immediatum toti primo modo, sequitur indiuisibile secundum partem, ante partem in infinitum. *ibidem*. ℣. *Posset etiam argui*. S.35.

Indiuisibile qualitatis.

Indiuisibile alterius generis, puta qualitatis, non est per se ratio terminandi continuum in genere quantitatis. 2. D. 2. Q.2. §. *Istam instantiam*. ℣. *Præterea ista*. C.5.

Indiuisibile permanens.

Indiuisibilia permanentia non facere maius, magis est euidens, & manifestum, quàm de indiuisibilibus sibi inuicem succedentibus. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum nego*. B.9.

Indiuisibile in motu.

Indiuisibile non posset fluere secundùm diuersa esse (idest prius, & posterius) quæ necessariò essent indiuisibilia, quin totus fluxus eius componeretur ex indiuisibilibus; sicut de motu probat Philosophus. 2. D.2. Q.2. §. *Istam instantiam*. ℣. *Præterea quomodo*. C.4.

Indiuisibilia in motu, si sunt sibi inuicem immediata (posito quòd motus componatur ex indiuisibilibus), & mobile, seu ipsius *vbi* in ipsis ita se habeant, quòd inter vltimum vnius *vbi*, & alterius nihil sit medium; sequitur quòd vltimum vnius sit immediatum alterius. Si autem inter illa duo *vbi* sit aliquod medium, mobile, si est in illo medio, non erit in aliquo alio instanti, quia non in illis duobus indiuisibilibus, & ideo erit in medio aliquo inter illa duo instantia, & per consequens illa duo instantia non erunt immediata. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum*. B.9.

Indiuisibile quare non possit moueri non videtur ratio, etiamsi esset indiuisibile quantitatis per se existens: Et ideo potest concedi quòd Angelus habens *Vbi* punctale, potest continuè moueri, sicut in puncto semper existens. 2. D. 2. Qu.9 §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium argumentum*. S 36.

Indiuisibile posse per se moueri, si per se esset, & tamen continuè, potest concedi, nec ex hoc sequeretur magnitudinem pertransitam esse compositam ex indiuisibilibus. *ibidem*. ℣. *Potest ergo concedi*. V.37.

Indiuisibile, quantum est ex se, posse moueri, vel mouere, ità quòd ex eius parte possit accipi continuitas motus, ità quòd sit mobile, habens in se rationem completam mobilis continui, negat Philosophus, & benè; quia non habet in se quòd continuè moueatur; non tamen est illud, cui repugnat continuè moueri, vel mouere, accipiendo ab alio continuitatem motus. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta*. ℣ *Propter tamen intentionem*. V.38.

Indiuisibile non prius pertransit æquale, vel minus, quam maius spatij, in quo mouetur. 2. D.2. Q.9. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud cum dicitur*. X.38.

Indi-

Indiuisibile temporis.

Indiuisibilitas.

Inductio vt species argumentationis.

Inductio vt est cognitio.

Inductio moralis.

Industria.

I N E

Inesse.

Inesse.

I N F

Infamatio.

Infamatus.

Infamia.

Infamis.

Infamis.

periurauit ; vel quodcunque aliud crimen publicè commisit, propter quod Ius determinat aliquem fore infamem; vel quia à Iudice, coram quo probatur crimen eius, iudicatur infamis : Ità quòd omnis infamis est publicè notatus de crimine, quod Ius punit pœna infamiæ : sed quandoque non est in iudicio de hoc conuictus ; & tunc est infamis tantùm à Iure, & non à Iudice ; quandoque conuictus, & tali pœna à Iudice punitus, & tunc est vtroque modo infamis, & à Iure, & à Iudice, puniente tale crimen tali pœna. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secunda pœna*. C.5.

Infames esse dicimus (sic habetur. caus.6. q.1. cap. Infames) *quos leges sæculi infames appellant* : Vnde illæ leges sæculares, punientes crimen infamiæ, sunt Canonicæ, & illæ leges habentur ff. de his, qui notantur infamia, per totum. 4. D.25. Qu.1. §. *In ista quæstione*, ℣. *Respondeo sexto*, C.6.

Infectio.

Infectio carnis si fuit in Beata Virgine in primo instanti suæ Conceptionis, non fuit tamen necessaria causa infectionis Animæ, sicut nec post Baptismum quando manet, secundùm multos : Aut potuit mundari caro ante infusionem animæ, vt in illo instanti non esset infecta, 3. D.3. Q.1. §. *Ad quæstionem*, ℣. *Primum declaro*. A.9.

Infectio corporis, contracta per propagationem, sicut post primum instans Baptismi potuit manere cum gratia in anima mundata, ita potuit esse in primo instanti, si Deus tunc creauit gratiam in anima Mariæ, 3. D.3. Q.1. ∫. *Si autem teneatur*. ℣. *Et dato*, G.20.

Infectum,

Infectum si de infecto generaretur sic, quòd caro infecta fomite generaretur de carne generantis eadem infecta, medio semine; sequeretur quòd Leo, comedens cadauer hominis mortui, contraheret, secundùm hoc, fomitem ; quia scilicet illud cadauer infectum est fomite, & in hypothesi, de infecto generaretur infectum. 2. D.32. Q.Vn. ∫. *Circa secundum*, ℣. *Contra ergo*. n 5.

Infœlicitas.

Infœlicitas non potest esse obiectum actus volendi. 4. D. 49. Q.6. §. *Dico ergo*. ℣. *Ad aliam*. H.12.

Infœlix.

Infœliciores sunt inquit Boetius de Consolat. Pros.4. *improbi iniusta impunitate damnati, quàm iusta punitione puniti*. Quia in primo nullum est bonum nisi naturæ, quod tamen vitiatur per malum culpæ : In secundo vltra bonum naturæ est aliquod bonum reformans culpam, scilicet iusta correspondentia pœnæ ad illam. 4. D.46. Q.4. §. *De tertio*. ℣. *Secunda etiam*. G.8.

Infernus.

In Inferno nulla est redemptio illius peccati, pro quo aliquis est damnatus ; quia pro illo debitum pœnæ æternæ nunquam fuit commutatum in debitum pœnæ temporalis ; iden semper manet illud debitum, si nunquam potest esse tota illa pœna soluta. 4. D.21. Q.1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Dico ergo*. D.6. Vide, *Ignis Inferni*.

Inferior.

Inferiori potest repugnare quod est infimum in superiore, & tamen non valet è conuerso, scilicet, quòd infima Superiorum sint suprema inferiorum. 2. D.3. Q.10. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Per hoc patet*. L.19.

Inferiores sæpè facerent aliqua difficilia, ne excluderentur à communione Superiorum. 4. D.3. Q.4. §. *Quantum ergo*. ℣. *Primum enim*. L.15.

Infidelis.

Infideli nunquam ostenderetur fidem infusam inesse alicui. 3. D.23. Q.Vn. §. *Ad quæstionem*. F.14.

Infidelium, & Iudæorum paruulos si Princeps, inuitis parentibus, faceret baptizari cum cautela bona, scilicet ne parentes, priùs cognoscentes hoc futurum, occiderent pueros suos, & quòd baptizatos faceret religiosè educare, benè fieret : Imò, quod plus est, crederem religiosè fieri, si ipsi parentes cogerentur minis, & terroribus ad suscipiendum Baptismum, & ad conseruandum postea susceptum. 4 D.4. Q.9. ∫. *De paruulis*. ℣. *Sed hæc ratio*. A.2.

Infidelis contrahens matrimonium vult educare prolem, quantùm potest per rationem naturalem noscere ipsam esse educandam ; & consequenter non potest plus haberi ex ratione educationis prolis contra coniugium infidelium, nisi quod non est sibi perfectum bonum prolis, secundum quod educetur ad cultum Dei ; nec mirum, quia educator non nouit ipsam sic esse educandam. 4. D.39. Q.Vn. ∫. *Hic sunt*. ℣. *Secunda ratio*. A.3.

Infideles, esto quòd nullo modo licitè transtulissent [corporum suorum potestatem inuicem per contractum matrimonij], transtulerunt tamen, ex quo dominus superior (nempè Deus) omnibus concessit transferre, non tantùm fidelibus, sed etiam infidelibus : Et per consequens, ex parte Domini superioris, erat fortè translatio illa licita, & ad minus aliqua, & ex parte contrahentium firma, & iusta, licet non completa, non tamen iniusta, si seruabant conditiones, quas seruandas dictabat ratio naturalis. 4. D.39. Q.Vn. §. *Hic sunt*. ℣. *Sed ad primum*. B.4.

Infideles quantùm ad disceptationem præuiam non iudicabuntur iudicio generali, sed in illo Matthæi 25. *Ite maledicti in ignem æternum* : & ipsi alij, quibus prolata est disceptatio, iudicabuntur in communi vt membra carceris ; & tunc accrescet aliquod gaudium vnicuique electo, vltra illud, quod habent in iudicio particulari. 4. D.47. Q.1. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Similiter infideles*. I.8.

Infidelitas.

Infidelitas, & desperatio sunt propriè opposita septenario habituum bonorum ; quatuor scilicet moralium, & trium Theologicorum, & tamen non sunt contentæ sub aliquo ex septem peccatis capitalibus communiter assignatis. 2. D.6. Q.2. §. *Quantum ad secundum articulum*. ℣. *Respondeo, siuè peccata*. Q.16.

Infidelitas suscipientis Baptismum non est causa sufficiens, quòd oporteat eum aliàs baptizari, dum tamen adsit intentio suscipiendi illud, quod confert Ecclesia. 4. D.2. Q.2. §. *Respondeo*. ℣. *Si dicatur*. B.3.

Infinitas.

Infinitas est impossibilis in ascendendo ; Philosophi enim non posuerunt infinitatem possibilem in causis essentialiter ordinatis, sed tantummodo in accidentaliter ordinatis ; sicut patet per Auicennam. 6. Metaph. cap.5. vbi loquitur de infinitate indiuiduorum in specie. 1. D.2. Q.2. ∫. *Quantùm ad primum*. ℣ *Prima conclusio*. Et ℣. *Ad primam*. H.11.

Infinitas essentialiter ordinatorum est impossibilis, & etiam accidentaliter ordinatorum, nisi ponatur status in essentialiter ordinatis : Et adhuc, negato ordine essentiali, infinitas causarum in ascendendo est simpliciter impossibilis. 1. D.2. Qu.2. §. *Quantum ad primum articulum*. ℣. *Ex his ostenditur*. L.14.

Infinitas accidentaliter ordinatorum, si ponitur, non est simul, sed successiuè. *ibidem*. ℣. *Probatur sic scilicet, quòd infinitas*. K.15.

Infinitas, apud Philosophos, non est possibilis, nisi numeralis effectuum, producibilium per motum, scilicet generabilium, & corruptibilium ; quia in speciebus finitatem ponebant. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur his*. ℣. *Secunda declaratio*. X.26. Additio.

Infinitas non sequitur in causa ex transitu à contradictorio in contradictorium, seu à non esse rei ad ipsius esse. 1. D.2. Q.2. §. *Ostensis igitur his*. ℣. *Quod autem dicitur*. Z.29.

Infi-

Infinitas.

Infinitas si repugnaret bono, videtur quòd nullo modo voluntas quietaretur in bono sub ratione infiniti, nec in illud faciliter tenderet, sicut nec in repugnans suo obiecto. 1. D.2. Qu.2. §. *Tertia via ex parte finis*. Aa.31.

Infinitas, cui non repugnat illud non est summè perfectum, nisi sit infinitum. *ibidem*. §. *Quarta via ex parte eminentiæ*. Bb.31.

Infinitas non est quasi attributum, vel passio entis, siuè eius, de quo dicitur, sed dicit modum intrinsecum illius entitatis: Ità quòd cum dico *ens infinitum*, non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto, & passione; sed conceptum per se subiecti in certo gradu perfectionis, scilicet infinitatis. 1. D.3. Q.2. §. *Quarto dico, quòd ad multos*. E.17.

Infinitas, & finitas non possunt esse veræ differentiæ, nec cum contracto constituunt ita compositum conceptum, sicut oportet conceptum speciei esse compositum. 1. D. 8. Qu.3. ∫. *Teneo opinionem*. ♆. *Secundo ex eodem medio*. K.17.

Infinitas prius intelligitur aliquo modo esse modus entitatis per essentiam, quàm ipsum intelligatur esse hoc: Et ideo non oportet quærere quomodo hoc ens sit infinitum, quasi priùs sibi conueniat singularitas, quàm infinitas, & ita vniuersaliter est in his, quæ possunt esse entia per essentiam, non per participationem: Tale enim primò determinatur ex se, vt sit infinitum tale, & vt sit hoc de se. 1. D.8. Q.3. §. *Contra, conceptus*. ♆. *Respondeo, quod quando*. Bb.29.

Infinitas repugnat cuicunque, quod non est perfectio simpliciter. 1. D.8. Q.4. ∫. *Ista tamen positio*. ♆. *Patet etiam eadem*. K.14.

Infinitas non destruit formaliter rationem eius, cui additur, quia in quocunque gradu intelligatur esse aliqua perfectio, quitamen gradus est gradus illius perfectionis, non tollitur ratio formalis illius perfectionis propter istum gradum, & ita si non includit formaliter vt in communi, nec vt infinitum infinitum. 1. D.8. Qu.4. §. *Ad quæstionem*. Q.17. ♆. *Ista duo membra*.

Infinitas addita alicui limitato ex se est infinitas secundùm quid, qualis scilicet potest competere rationi talis limitati, quia non dicit infinitatem, siuè illimitationem, nisi ratione illius, cui additur, quia hoc non potest esse formaliter simpliciter infinitum: Infinitas autem, addita alicui perfectioni simpliciter, est infinitas simpliciter in illa ratione, & ideo est simpliciter infinitas. 1. D.13. Q. Vn. §. *Ad argumenta principalia*. ♆. *Dico, quòd infinitas*. Z.28. Additio.

Infinitatem æqualem videntur habere instantia vnius diei, vel vnius horæ cum infinitis instantibus infinitorum dierum. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes autem primam opinionem*. ♆. *Hoc non sufficit*. I.20.

Infinitatem in accidentaliter ordinatis non esse impossibilem concederent aliqui Philosophi. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes autem primam*. ♆. *Concederent autem*. I.20.

Infinitas si necessariò sequitur ex hoc, quòd vna forma substantialis est in pluribus materijs; necessariò sequitur infinitas ex hoc, quòd vnum accidens est in multis. 3. D. 1. Q.2. §. *Contra hoc*. ♆. *Contra istud*. n.4.

Infinitas malitiæ in peccato, & infinita bonitas in actu opposito est præcisè propter infinitatem ipsius obiecti (nempè Dei), à quo peccatum auertit, & ad quod actus bonus conuertit: Et hoc non est nisi infinitas participata, vel magis secundùm dici in ipso actu, propter infinitatem realem, & simpliciter in ipso obiecto. 4. D.14. Q.1. §. *Ad argumenta*. ♆. *Ad vltimum patebit*. Y.19.

Infinitas, cui non repugnat; *vel* Cui non repugnat infinitas, illud non est simpliciter supremum, nisi sit formaliter infinitum. 4. D.49. Q.2. §. *Ad primam quæstionem*. ♆. *Et sequitur*. Q.19.

Infinitas in entitate dicit totalitatem in entitate, & per oppositum suo modo finitas dicit partialitatem entitatis. *Quodl*. Q.5. §. *Ad argumentum principale*. Y.26.

Infinitas sola est summa plenitudo eius, cui est compossibilia; quia siuè sit ens, siuè verum, vel aliquid tale abstractum ab omnibus; siuè primum ens, vel primum verum, quod virtualiter continet alia, patet quòd infinitas non repugnat sibi; & per consequens non habet totalem plenitudinem, nisi habeat infinitatem; Cui enim non rèpugnat infinitas, illud non habet totalem plenitudinem sibi possibilem, nisi sit infinitum. *Quodl*. Q.6. §. *Et statim*. ♆. *Ex ista distinctione*. H.9.

Infinitas in quantitate, siuè extensiua.

Infinitas quanti virtualis ad hoc, vt debeat concludi ex coexistentia cum alio quanto propriè, scilicet molis, oportet illud necessariò coexistere omnibus partibus quanti alterius. 2. D.2. Qu.1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ♆. *Ad tertium dico*. E.23.

Infinitas extensiua ad aliqua, vt ad formas recipiendas, nòn concludit infinitam entitatem receptiui, sicut patet de materia, si esset receptiua infinitarum formarum: Imò magis concludit imperfectionem. 3. D.14. Q.2. §. *Ad illa pro secunda*. ♆. *Ad tertium*. Q.21.

Infinitas extensiua ad aliqua, vt ad effectus simul causabiles, concludit infinitatem intensiuam, eo quod talis pluralitas concludit maiorem perfectionem in eo, quod ad plura se extendit, non ita de receptiuo, si tamen intellectus ponitur elicitiuus infinitorum, dicendum: quod nec illa infinitas extensiua concludit infinitatem intensiuam intellectus, sed obiecti. *ibidem*.

Infinitas numeralis.

Infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem, vbicunque pluralitas concludit maiorem perfectionem. 1. D. 2. Q.2. §. *Ostenso proposito*. ♆. *Huius enthimematis*. Z.30.

Infinitas numeralis non intenditur per se à natura; igitur nec pluralitas numeralis. In ista forma arguendi est fallacia consequentis; Non enim pluralitas numeralis est de se infinita, sed tantùm stare potest infinitas, ipsa non repugnante. 2. D.3. Q.7. §. *Ad primum argumentum*. ♆. *Ad aliud dico, quòd*. G.10.

Infinitatem licet nullus intendat per se, tamen aliquis potest intendere multitudinem numeralem, quæ de se non est infinita, quia sicut compatitur secùm infinitatem, ita & finitatem. *ibidem*.

Infinitas intensiua.

Infinitas intensiuè non potest esse sine infinitate in efficacia, & ex hoc sequitur quod potentia infinita in efficacia non est in magnitudine finita, nec etiam potentia infinita intensiuè. 1. D.8. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ♆. *Exemplum de calore*. F.4.

Infinitas intensiua non competit alicui enti rationis, sed solùm enti reali; quia omne ens rationis est sola relatio rationis, nulli autem relationi infinitas competit, etiam reali. *Quodl* Q.1. §. *De altero*. ♆. *Quarta ratio*. L.13.

Infinitas intensiua non sic se habet ad ens, quòd dicitur infinitum, tanquam quædam passio extrinseca adueniens illi enti; nec etiam eo modo, quo verum, & bonum intelliguntur passiones, vel proprietates entis; imo infinitas intensiua dicit modum intrinsecum illius entitatis, cuius est sic intrinsecum, quod circumscribendo quodlibet, quod est proprietas, vel quasi proprietas eius, adhuc infinitas eius non excluditur, sed includitur in ipsa entitate, quæ est vnica. *Quodl*. Q.5. ∫. *De primo infinitum*. ♆. *Ex hoc sequitur*. C.4.

Infinitas intensiua non competit relationi personali in Diuinis, quia ipsa non est capax talis quantitatis, sicut nec communicabilitas. *Quodl*. Q.5. §. *Ad primum*. ♆. *Ad vltimum*. X.25.

Infinitas intensiua non potest competere relationi rationis, quia tunc relatio rationis esset perfectio simpliciter. Quodl. Q.6. §. *Et statim*. ♆. *Per rationem*. F.7.

Infinitas intensiua non potest alicui competere ea relatione rationis, sed tantùm ex natura rei. *Quodl*. Q.6. §. *Et statim*. ♆. *Per rationem*. F.7.

Infinitas intensiua potentiæ motiuæ concludi potest ex *posse mouere*, sicut ex ipso *mouere*; nulla enim virtus potest per infinitum tempus mouere, nisi vel à se, vel à virtute alterius, & tandem oportet stare ad aliquam primam, quæ mouet ex se ipsa. *Quodl*. Q.7. ∫. *Contra, dupliciter*. Y.31.

Infinitas intensiua est vna causa repugnantiæ ad habere magnitudinem, sed non adæquata. *ibidem*. *Ad secundum in oppositum*. §. *Ad illas*. ♆. *Ad aliam*. N n.44.

Infinitas in Deo.

Infinitas essentiæ Diuinæ ostenditur quatuor vijs. Prima est ex parte efficientiæ, quia Deus est efficiens simpliciter primum; Secunda ex parte intellectus, & voluntatis, quia hoc primum efficiens est intelligens, & volens: Tertia est ex parte finis, quia hoc primum efficiens, sic intelligens, & volens, est primus, & vltimus finis: Quarta est ex parte eminentissimæ perfectionis. 1. D.2. Qu.2. §. *Ostensis igitur his*, X.25.

Infinitas Diuinæ essentiæ plus excedit illimitationem cuiuscunque creati, quàm repugnantia quarumcunque relationum secundi modi excedat repugnantiam quarumcunque aliarum eiusdem modi, 1. D.2. Q.7. §. *Quia sicut dixi*, ℣. *Confirmatur ratio*, H.7.

Infinitas in Diuinis non tollit formaliter rationes, quin hæc formaliter non sit illa, 1. D.5. Q.2. §. *Tertio principaliter*, ℣. *Respondeo vnitas*. L.15.

Infinitas est ratio formalis identitatis attributorum in Diuinis. Non enim hæc sunt eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium (putà essentiam Diuinam), à quo abstrahuntur, sed propter infinitatem formalem vtriusque. 1. D.8. Q.4. §, *Ad argumentum principale*, ℣. *Oppositum est in Deo*, A a.26.

Infinitas non est formalis ratio respectu spirandi, sed voluntas infinita; nec in hoc sunt duo principia formalia, quia infinitas est modus intrinsecus. 1. D.10. Q. Vn. §. *Contra istud arguitur*, ℣. *Ad minorem dico*. E.8. Additio.

Infinitas magnitudinis virtutis est in Deo ex natura rei. 1. D.31. Q. Vn. §. *Quantum ad primam conditionem*. ℣. *Sed contra istud*. A.2.

Infinitas est fundamentum propinquum æqualitatis in Diuinis, *ibidem*. ℣. *Præterea ratio istorum*. B.3.

Infinitas non est speciale attributum, sed dicit modum intrinsecum cuiuslibet attributi. 1. D.31. Q. Vn. §. *Quantum ad tertiam*. ℣. *Primò enim videtur*. E.6.

Infinitas fundamenti in Diuinis ex hoc concluditur, quòd opposita absoluta contineat virtualiter, & relatiua formaliter, 2. D.1. Q.4. §, *Contra istam opinionem*, ℣. *Præterea secundo*. A.8.

Infinitas visionum in Verbo simul non est incompossibilis intellectui creato; quia receptiuum, secundùm propriam rationem receptiui, non est in se perfectius si sit in actu secundùm suas potentias, quam si sit in potentia respectu actus; quia ipsi actus sunt extra rationem receptiui, vt patet in exemplo de materia, & forma. 3. D.14. Q.2. §. *Tertio modo potest*, ℣. *Nec ista infinitas*. L.16.

Infinitas non sequeretur in actu visionis beatæ Christi Domini ex hoc, quòd in eo ponerentur diuersi respectus ad omnia obiecta secundaria; & respectus huiusmodi non essent, nisi in potentia; Et isto modo nulla ponitur infinitas in actu, quia obiectum non habet esse in actu. 3. D. 14. Q.2. §. *Potest dici, quod conclusio*. M.18.

Infinitas in Diuinis potest intelligi quasi infinitas extensiua, si intelligeretur quasi infinita multitudo perfectionum: Alio modo infinitas intensiua alicuius perfectionis simpliciter, ità quòd illa perfectio, secundùm propriam rationem suam, sit sine limite, & termino: Et hoc secundo modo aliquid potest habere infinitatem, non tantùm formalem, sed etiam fundamentalem; aliquid autem formalem intensiuam, licet non fundamentalem. 4. D.13. Q.1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Ad probationem ergo*. Y.31.

Infinitas quasi extensiua; vt si intelligeretur quasi infinita multitudo perfectionum, fortè in Deo absolutè non est; Sicut enim personæ sunt finitæ, loquendo de tali finitate, & infinitate, ita & perfectiones simpliciter sunt finitæ numero, seu sua multitudine; & relationes; & notiones. 4. D.13. Qu.1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Dico ergo*. A a.32.

Infinitas intensiua non competit relationi personali in Diuinis, quia ipsa non est capax talis quantitatis, sicut nec communicabilitatis. *Quodl*. Q.5. §. *Ad primum*, ℣. *Ad vltimum*. X.25.

Infinitas si quæratur quare compossibilis est essentialibus in Diuinis, & non relationi personali; potest quæri oppositum quare huic repugnat incommunicabilitas, & huic non; quod omnes concedunt; & est eadem responsio, quia in ratione principij formalis; quia scilicet formaliter hoc est hoc, & illud est illud formaliter. *Quodl*. Q.5. §. *Ad primum istorum*. ℣. *Et si quæras*. Y.25.

Infinitas essentiæ Diuinæ, quæ est infinita ex natura rei, vt accipitur ex auctoritate Damasceni. lib.1. cap.9., quia vt est pelagus, est infinita; & vt est omninò prima ex natura rei dicitur *pelagus*; dicitur magnitudo eius, quia sicut quantitatiua infinitas propriè dicit magnitudinem, imò extensiuè illimitationem quantitatis propriæ; ita infinitas intensiua, & in perfectione, dicit summam perfectionem, vel magnitudinem perfectionis, & ita essentia habet propriam magnitudinem ex natura rei. *Quodl*. Q. 6. §. *Et statim*. ℣. *Auctoritas est*. E.6.

Infinitas intensiua conuenit essentiæ Diuinæ ex natura rei; quia infinitas intensiua non dicit proprietatem, vel passionem eius, cuius est, sed modum intrinsecum eius, circumscripta etiam quacunque proprietate, *ibidem*. ℣. *Per rationem*. E.6.

Infinitas intensiua in essentia Diuina est modus obiecti beatifici, vt beatificum est, & per consequens magnitudo. *Quodl*. Q.6. §. *Et statim*. ℣. *Secundò arguitur*. F.7.

Infinitum ens.

Infinitum ens à finito nullo modo perficitur. *Prolog*. Qu.3. §: *Ideo dico*. ℣. *Ita in proposito*. X. 23.

Infiniti entis conceptus est perfectior, & simplicior, quàm conceptus entis veri, vel entis boni, vel aliquorum similium; quia infinitum non est quasi attributum, vel passio entis, siuè eius, de quo dicitur; sed dicit modum intrinsecum illius entitatis; ità quod cùm dico ens infinitum, non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto, & passione; sed conceptum per se subiecti in certo gradu perfectionis, scilicet infinitatis, 1. D. 3. Qu.2. §. *Quarto dico*. E. 17.

Infiniti entis conceptus perfectio probatur; quia, inter omnes alios conceptus à nobis conceptibiles, virtualiter plura includit; sicut enim ens includit virtualiter verum, & bonum in se; ita ens infinitum includit verum infinitum, & bonum infinitum, & omnem perfectionem simpliciter sub ratione infiniti, *ibidem*. ℣. *Perfectio autem*. E.17.

Infinitum ens simpliciter non potest esse in genere; sed benè infinita linea, quia hæc infinitas non tollit omnem potentialitatem, sicut illa 1. D.8. Q.3. §. *Alij probant*. ℣. *Respondeo nunquam*. R.21.

Infinitum ens esse æquale infinito negaretur, quia æquale, & inæquale; & maius, & minus sunt differentiæ quantitatis finitæ, & non infinitæ. 2. D 1. Qu.3. §. *Tenentes autem*. ℣. *Ad vltimum argumentum*. K.20.

Infinitum, & incommunicabile non est idem formaliter, quia omne infinitum est formaliter communicabile. 3. D. 5. Q.2. §. *Ad argumenta ad primum*. ℣. *Ad aliud dico*. B 3.

Infinitum quod non est: *vel* Quod non est infinitum formaliter, nec in memoria, nec in intelligentia, non videtur probabile quomodo fundaret relationes originis oppositas. 3. D. 32. Qu. Vn. §. *Ex isto sequitur*. ℣. *De verbo*. D.4.

Infinitum non potest præexigere finitum. *Quodl*. Qu. 14. §. *Hic intelligendum*. ℣. *Item aliqua*. Q. 14.

Infinitum in potentia.

Infinita in potentia quæcunque sunt: *vel* Quæcunque sunt infinita in potentia, ità quòd accipiendo alterum post alterum nullum possunt habere finem, illa omnia, si simul actu sunt, sunt infinita actu. Intelligibilia autem sunt infinita in potentia respectu intellectus creati. 1. D.2. Q. 2. §. *Ostenso proposito*. ℣. *Huius enthimematis*. Z.30.

Infinitum suo modo non repugnat quantitati, idest in accipiendo partem post partem; ergo nec infinitum suo modo repugnat entitati, idest in perfectione simul essendo. 1. D. 2. Q. 2. §. *Quarta via ex parte*. ℣. *Item sic suadetur*. Bb. 31.

Infinitum potentiale est ignotum, quia vnumquodque est cognoscibile in quantum est in actu; non tamen ita est ignotū, quòd repugnet sibi intelligi ab intellectu infinito; Sed nō potest aliquid infinitum cognosci ab aliquo intellectu, cognoscente ipsum secundùm modū suæ infinitatis

Infinitum in potentia.

Modus enim suæ infinitatis est accipiendo alterum post alterum; & intellectus, qui cognosceret hoc modo alterum post alterum, cognosceret semper aliquod finitum, & nunquam infinitum; intellectus tamen infinitus potest cognoscere totum illud simul, non partem post partem. 1. D.3. Q.2. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad tertium dico*. H.20.

Infinitum in potentia est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid vltrà sumere. 2. D.1. Q.3. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Præterea contra rationem*. n.7.

Infinita instantia sunt in ista die, imò in vna hora huius diei, in quorum quolibet posset Deus creare animam, sicut in vno die totius temporis infiniti fi esset: Et ita si in infinitis instantibus huius diei non potest creare infinitas animas, quia hoc non est factibile; nec in infinitis diebus totius temporis præteriti posset infinitas animas creasse: Et si dicas instantia huius diei non fuisse in actu, sicut sunt infiniti dies præteriti; Hoc non sufficit; Quia sicut instantia infinita infinitorum dierum, in quibus creasset, fuissent in potentia per se, (Henrice) & non in actu, quia nullum illorum fuisset in actu terminus temporis, ita est etiam de infinitis instantibus huius diei: Igitur æqualem infinitatem videntur habere instantia vnius diei, vel vnius horæ, cum infinitis instantibus infinitorum dierum; & ita videtur sequi propositum. 2. D.1. Q.3. §. *Tenentes istam positionem*. ✝. *Ad aliud de infinitis animabus*. I.20.

Infinito toti simul coexistere non potest finitum, ità quod in se habeat totum, vnde possit ei coexistere, ergo quod sic coexistit est infinitum. Antecedens negatur de illo infinito, quod est in successione, & de illo finito formaliter habente, quod semper eadem actione habet, ita quod non fine tali actione. 2. D.2. Q.1. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ✝. *Contra: finitum*. E.24

Infinitum, secundùm Philosophum. 3. Phys. Tex.63. est, *cuius quantitatem accipientibus semper restat aliquid accipere*, quia infinitum in quantitate, sicut loquitur Philosophus, non potest habere esse, nisi in potentia, accipiendo semper alterum post alterum: Et ideo quantumcunque accipiatur, illud non est nisi finitum, & quædam pars totius infiniti potentialis, & ideo restat aliquid alterum ipsius infiniti accipiendum. *Quodl.* Qu.5. §. *De primo*. A.2.

Infinitum sicut habet esse in fieri, & in potentia in quantitate, ita non habet rationem totius; quia totum est, cuius nihil est extra; sed extra illud infinitum, hoc est extra illud, quod habet esse de ipso, semper est aliquid extrà: Nec est perfectum, quia perfectum est, cui nihil perfectionis deest, sed isti semper aliquid deest. *ibidem*.

Infiniti in potentia in quantitate si ratio commutetur in rationem infiniti in actu, apparebit ratio infiniti in actu in quantitate, si posset dari: Si enim nunc necessariò semper cresceret quantitas infiniti per acceptionem partis post partem, & conciperentur omnes partes acceptibiles esse simul, & simul remanere; haberetur infinita quantitas in actu, quia tanta esset in actu, quanta esset in potentia; & omnes illæ partes, quæ in infinita successione essent reductæ in actum, & haberent esse post alias, tunc simul essent in actu conceptæ, illud infinitum in actu esset verè totum, & verè perfectum totum, quia nihil sui esset extra, imò nihil posset addi, secundùm rationem quantitatis, quia tunc posset excedi. *Quodl.* Qu.5. §. *De primo infinitum*. ✝. *Ex hoc ad propositum*. A.2.

Infinitum in actu.

Infinitum est, quod aliquod finitum datum secundùm nullam habitudinem finitam præcisè excedit, sed vltra omnem habitudinem assignabilem excedit adhuc. 1. D.2. Q.2. §. *Quarta via*. ✝. *Aliter arguitur*. Bb.31.

Infinitum aliquod intelligendo intellectus, nullam inuenit repugnantiam, imò videtur perfectissimum intelligibile. 1. D.2. Q.2. §. *Quarta via*. ✝. *Item quare intellectur*. Bb.32.

Infinitum est, quod est summè cogitabile; ergo infinitum in actu est. *ibidem*. ✝. *Summum cogitabile*. Bb.32.

Infiniti contra rationem: *vel* Contra rationem infiniti est posse excedi; ergo infinitum non est componibile; quia omne componibile caret perfectione eius, cum quo componitur, ità quòd illud aliud componibile non habet in se omnem perfectionem, & omnimodam identitatem cum illo; quia tunc non posset cum illo componi; nullum autem infinitum in actu caret eo, cum quo potest aliquo modo esse idem; imò omne tale habet in se secundùm perfectam identitatem, quia aliàs posset intelligi perfectius; putà si haberet illud in se, sicut compositum habet, & istud infinitum non habet. Contra rationem autem infiniti est quòd ipsum possit intelligi perfectius, vel aliquid perfectius eo. 1. D.8. Q.1. §. *Secundo probo generaliter*. ✝. *Secundo ostendo*. G.5.

Infinitum in actu est omnino incompositum, quia si sit compositum, aut ex finitis, aut ex infinitis: Si ex infinitis nullum tale est componibile, ex probatis: Si ex finitis, ipsum non erit infinitum, quia finita non reddunt aliquid infinitum in perfectione, sicut modo loquimur. *ibidem*. ✝. *Et ex hoc sequitur*. G.5.

Infinitum nullum est potentiale ad aliquid. 1. D.8. Q.3. §. *Teneo opinionem meam*. H.16.

Infinita sapientia si esset formaliter infinita bonitas, sapientia in communi esset formaliter bonitas in communi: Infinitas enim non destruit formaliter rationem illius, cui additur; quia in quocunque gradu intelligatur esse aliqua perfectio, qui tamen gradus est gradus illius perfectionis, non tollitur ratio formalis illius perfectionis, propter illum gradum: Et ita si non includit formaliter, vt in communi, nec vt infinitum, infinitum. 1. D.8. Q.4. §. *Ad quæstionem respondeo*. Q.17.

Infinito non repugnat necessitas, imò conuenit necessariò sibi, quia nullum infinitum potest esse possibile non necessarium. 1. D.10. Q.Vn. §. *Contra istud arguitur*. ✝. *Ad secundum dubium de necessitate*. F.9.

Infinitum omninò ex se indistinctum potest esse principium distinctorum. Verum est, vbi illa distincta non requirunt, ex ratione sui, distinctionem priorem in principijs. 1. D.13. Q.Vn. §. *Ad argumenta pro opinione*. N.17.

Infinito non potest esse aliquid maius, nec infinitum potest minui; & si Deitas non est infinita; ergo habens eam non est omnipotens; Nihil enim est omnipotens, cùm omnipotentia requirat potentiam infinitam, nisi habeat infinitam essentiam. 1. D.20. Q. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Contra Augustinus*. F.11.

Infinitum nulli est componibile, vt pars parti, sed tamen potest esse realiter idem, licet non formaliter cuilibet infinito, & cum illimitatione hac, essentiæ Diuinæ stat simplicitas, imò ex infinitate sequitur simplicitas. 1. D.26. Q.Vn. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad secundum dico*. D d.56.

Infinitum non est componibile vt pars, quia parte totum est perfectius; Infinito autem nihil est perfectius: Infinitum tamen est vnibile, idest potest terminare dependentiam alterius ad ipsum. 3. D.1. Q.1. §. *Ad argumenta*. L.16.

Infinito non potest fieri additio, igitur nec vnio. Respondetur quòd infinitum non habet in se quodcunque ens formaliter, sed virtualiter, vel eminenter, & ita Verbum eo modo, non habet in se naturam humanam, illa potest sibi addi; hoc est, quòd formaliter talis natura dependeat ad Verbum. *ibidem*. ✝. *Et cum additur*. L.16.

Infinitum nullam perfectionem recipit, quæ informet ipsum, tamen sicut natura humana vnitur sibi, sine receptione passiua alicuius perfectionis in Verbo, ità Verbum ex tali vnione est existens existentia huius naturæ. 3. D.6. Q.1. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad aliud patet*. F.9.

Infinitum in entitate in actu si intelligatur in entibus, illud debet intelligi proportionaliter quantitati imaginatæ infinitæ in actu sic, quòd ens illud dicatur infinitum, quod non potest ab vllo in entitate excedi; & ipsum verè habebit rationem totius, & perfecti. *Quodl.* Q.5. §. *De primo infinitum*. ✝. *Ex hoc vltra, si in entibus intelligamus*. A.3.

Infinitum in actu licèt esset perfectum in quantitate, quia sibi secundùm se totum nihil talis quantitatis deesset; tamen cuilibet parti eius deesset aliquid quantitatis, quæ scilicet esset in altera; nec ipsum esset sic perfectum, nisi quodlibet eius esset imperfectum. *Quodl.* Qu.5. §. *ibidem*.

Infinita si sint plura, in quolibet eorum est æqualis bonitas, sicut in vnoquoque eorum; & consequenter illa plura bona excedunt in bonitate illud vnum bonum, & ità

Infinitum in actu.

illud non est infinitum. *Quodl.* Qu.5. §. *Prima ratio.* ✝. *Secundo comparando*. G.8.

Infinitum formaliter.

Infinitum formaliter nihil est, nisi Deus. 1.D.2. Qu.7.§. *Dico tunc.* ✝. *Aliter arguitur*. N. 19.

Infinitum formaliter, quod ex se est : *vel* Quod est ex se formaliter infinitum, vel idem infinito, non est potentiale, vel pars alicuius, quia tunc esset aliquid maius infinito, quia totum esset maius infinito, si tamen pars eius esset infinita. 1. D.24.Qu.*Vnica*.§. *Respondeo*, *Aut ponitur*.✝.*Primo modo dico*. A.1.

Infinitum formaliter non oportet distingui ad distinctionem eorum, quæ non sunt formaliter infinita. 1.D.26. Qu.*Vnica*.§.*Ad rationes*. ✝.*Tertia ratio*. P. 38.

Infinitum in virtute.

Infinitas virtus in magnitudine si moueret, propriè moueret, & in non tempore, quod implicat contradictionem. Qualiter autem teneat consequentia, sic declaro. Si est infinita potentia, & agit ex necessitate naturæ; ergo agit in non tempore. Ex hoc autem, quod ponitur in antecedente, quod est in magnitudine; sequitur quod si agat circa corpus, quod propriè moueat illud corpus. Si autem ageret circa corpus, haberet partes illius corporis diuersimodè distantes respectu eius; haberet etiam resistentiam aliquam in corpore, circa quod agit; quæ duæ causæ, scilicet resistentia, & diuersa approximatio partium mobilis ad ipsum mouens faciunt successionem esse in motu, & corpus propriè moueri; & ita iungendo ista duo simul, quod est infinitum, & in magnitudine; sequitur quòd propriè mouetur, & in non tempore, quod est contradictio; sed istud non sequitur de virtute infinita, quæ non est in magnitudine.2.D.2.Qu.2.§. *Ad primum argumentum huius quæstionis*.✝.*Ad vltimum dico,quod*.Ee.36.

Infinita virtus contingenter, & liberè agens, potest agere in tempore, & in non tempore: Sicut enim in potestate eius est agere, & non agere; ita in potestate eius est agere in tempore, & in non tempore: Et ita facile est saluare Deum mouere corpus in tempore, licet sit infinitæ potentiæ; quia non necessariò agit secundum vltimum suæ potentiæ. 2. D.2.Qu. 2.§. *ibidem*. ✝. *Istud improbatur Dist* 8. E c. 36.

Infinita potentia est causa totalis respectu cuiuslibet effectus in ratione primæ causæ. 1. D.2.Qu.3.§. *In ista quæstione*. ✝. *Quantum ad quartam*. B.4.

Infinitum, vt infinitum in perfectione, non potest esse inæquale. 4. D.50.Qu.6. §. *Respondeo, & primo*. ✝. *Secundo est videndum*. C.5.

Infinitum in numero.

Infinitas animas si Deus non potest creare in infinitis instantibus huius diei, quia hoc non est factibile; nec in infinitis diebus totius præteriti posset infinitas animas creasse. 2. D.1. Qu.3. §. *Tenentes autem*. ✝. *Ad aliud de infinitis*. I.20.

Infinita instantia sunt in eadem die, imò in vna hora vnius diei. *ibidem*.

Infinita non contingit pertransire.lib. 2. Metaph.Tex.13. 3. D.14.Qu.2. *In principio quæstionis*.n. 1.

Infinita aliqua ponere videtur contradicere multis auctoritatibus Philosophorum, & Sanctorum. 3. D. 14. Qu.2.§. *Potest dici*. M. 18.

In infinitis non est ordo. 2. Metaph., quia vbi non est aliquid primum, non est aliquod habitum. 4. D.12.Qu.2. §.*Ad argumenta principalia*.✝.*Tertio potest*. L. 16.

Infinitum intensiuè.

Infinitum intensiue ipsum præcisissimè acceptum, non sub aliqua ratione proprietatis attributalis, vt bonitatis, vel sapientiæ, potest comparari, secundùm ordinem essentialem, ad aliqua, quæ excedit, & non secundum aliquam proportionem determinatam, quia tunc esset finitum. *Quodl.*Qu.5.§.*De primo*.✝.*Ex hoc sequitur*.C.4.

Infinitum intensiuè.

Infinita intensiuè non possunt esse plura realiter distincta, quia infinito nihil deficit entitatis, eo modo, quo possibile est illud haberi in vno: Omnem autem perfectionem simpliciter possibile est realiter, & per identitatem haberi in vno summè perfecto; & consequenter infinitum habet in se realiter, & per identitatem omnem perfectionem simpliciter; sed non habet in se realiter, & per identitatem illud, quod est distinctum à se; & per consequens ab infinito nulla perfectio simpliciter, siuè nullum perfectum simpliciter potest esse realiter distinctum. Esse autem perfectio simpliciter distincta realiter, si esset aliud infinitum realiter distinctum; atque adeo non possunt esse infinita plura realiter distincta. *Quodl.* Qu.5.§.*Prima ratio*. F.7.8.

Infinitum vnum intensiuè sufficienter terminat dependentiam omnium finitorum, & specialiter primum, à quo dependent: Quia sicut dependentia quæcunque est ratione imperfectionis [in dependente], sic terminare dependentiam non qualitercunque, sed primò, conuenit alicui ratione perfectionis: Et summa perfectio, quam excedere impossibile est, est in vno infinito intensiuè. *Quodl.*Qu. 5. §. *Prima ratio*. *Ex comparatione*. H. 9.

Infinitum intensiuè habet omnem rationem entitatis, siue omnem entitatem, eo modo, quo possibile est haberi ab vno, quod est, vel identicè pro perfectionibus simpliciter, vel eminenter pro, perfectionibus limitatis. *ibidem*.

Infinitum intensiuè est omninò summum, & hoc secundum ordinem essentialem, & per consequens est omninò vnum: In entibus enim secundum ordinem essentialem ascendendo, semper itur ad vnitatem. *ibidem*. ✝. *Ex ista autem*. I.10.

Infinitum omne intensiuè est perfectio simpliciter. *Quodl.* Qu.5.§. *Secunda ratio*. M. 13.

Infinitum intensiuè non solùm non est compositum, sed etiam est omninò incomponibile cuilibet alteri: Omne enim componibile potest esse pars, & per consequens excedi; quia totum est maius sua parte; Infinitum autem nullo modo potest excedi, & consequenter est omninò simplex, & incompositum, & incomponibile. *ibidem*. §. *Tertiò arguitur*. O. 15.

Infinitum intensiuè non potest esse subordinatum alicui alteri, nec sicut ad finem, quia bonum infinitum non est propter alterum bonum: Nec infinitum potest esse subordinatum alteri, vt principaliori, quia habet virtutem actiuam infinitam. *Quodl.* Qu.7.§. *Secundum scilicet*. G g. 40.

Infinitum vt in Deo.

Infinitum formaliter est quidquid in Deo est perfectio essentialis; in creatura verò finitum.1.D.8. Qu.3. §. *Tenens opinionem*. ✝. *Ex primo arguo dupliciter*. H. 16.

Infinita in Diuinis, quæ formaliter non sunt: *Vel*, Quæ in Diuinis non sunt formaliter infinita, si accipiantur in abstracto, non prædicantur de se inuicem etiam per identitatem, sicut nec formaliter. Hæc enim non conceditur, Paternitas est innascibilitas:cuius ratio est,quia illa abstractio tollit illud, quod fuit causa veritatis, scilicet identitatem extremorum;quia,vt præcisè sumuntur, neutrum est formaliter infinitum.1.D.13.Qu. *Vnica*. §. *Alia est opinio*. ✝. *Probatur etiam*. M. 15.

Infinita est in Deo aliqua res: *Vel* In Deo aliqua res infinita est à se, & in se, sicut Pater, & prima Persona. Aliqua res est in se infinita, sed non à se, sicut Filius, & Spiritus Sanctus. Aliqua autem res est ex se finita, & in se simpliciter finita, sicut creatura: Ità considerando aliqua, quæ non sunt formaliter eadem potest aliquid concipi tanquam infinitum in se, & omninò à se, sicut essentia Diuina, quæ est radix, & fundamentum, quæ infinitatem à nullo habet. Aliquid autem est infinitum per se, & in se, sed non omninò à se, tanquam prima radix, & fundamentum omnis infinitatis, sicut sunt attributa Diuina, quæ possunt esse formaliter infinita, & in se, & per se, sed radicaliter in essentia, sicut in fundamento, cui sunt eadem. Vlterius aliquid est, quod nec in se formaliter est infinitum, nec idem formaliter

Infinitum vt in Deo.

maliter infinito, sicut proprietates personales. *ibidem*. ✝. *Etsi quæras est ne*. N. 16.

Infinitum esse intensiuè in Deo, & esse, in quo infinita possibilia quomodocunque relucent respectu Dei, se habent ordinatè; ità quod quia est infinitus intensiuè, ideo infinita possibilia relucent in eo, sed non è conuerso. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Contra rationem*. G. 10.

Infinitum, quod non est formaliter: *Vel*, Quod non est formaliter infinitum in Deo, nec in memoria, nec in intelligentia, non videtur probabile quomodo fundaret relationes originis oppositas. 3. D. 32. Qu. *Vnica*. §. *Ex isto*. ✝. *De Verbo*. D. 4.

Infinitum nihil vnius rationis est, accipiendo infinitatem quasi extensiuam, intelligendo quasi infinitam multitudinem perfectionum; imò fortè nec absolutè in Deo est talis infinitas. Fortè enim sicut Personæ sunt finitæ, loquendo de illa finitate, & infinitate; ita & perfectiones simpliciter sunt finitæ numero, seu sua multitudine; & relationes; & notiones; & hæc, & illa simul iuncta sunt finita: Sed infinitas intensiua, & formalis, & fundamentalis simul est in essentia Diuina, vt essentia est. 4. D. 13. Qu. 1. §. *De secundo articulo*. ✝. *Dico ergo*. A 2. 32.

Infinitum est illud, quo Deus comprehendit essentiam suam vt infinitam sub ratione, sub qua est comprehensiuum: *Vel sic*, Illud, quo Deus comprehendit essentiam suam vt infinitam, sub ratione, qua est comprehensiuum, est infinitum; quia infinitum obiectum, vt infinitum comprehendi non potest aliquo actu nisi infinito, vt infinito: & consequenter cùm infinitum simpliciter in perfectione non includat per se aliquid, cui intrinsecè repugnat infinitas; sequitur quod infinitum simpliciter non est ens rationis; nec includit per se primo ens rationis. *Quodl.* Qu. 1. §. *De altero*. ✝. *Quarta ratio*. L. 13.

Infinitum vt obiectum intellectus.

Infinitum aliquod intelligendo intellectus: *Vel*, Intellectus, cuius obiectum est ens, intelligendo aliquod infinitum, nullam inuenit repugnantiam, imò videtur perfectissimum intelligibile. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Quarta via*. ✝. *Item quare*. B b. 32.

Infinitum potentiale est ignotum, quia vnumquodque est cognoscibile inquantum est in actu; non tamen ità est ignotum, quòd sibi repugnet intelligi ab intellectu infinito: Sed non potest infinitum cognosci ab aliquo intellectu, cognoscente ipsum secundùm modum suæ infinitatis; Modus enim suæ infinitatis est accipiendo alterum post alterum; & intellectus, qui cognosceret hoc modo alterum post alterum, cognosceret semper aliquod finitum, & nunquam infinitum: Intellectus tamen infinitus potest cognoscere totum illud simul, non partem post partem. 1. D. 3. Qu. 2. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad tertium dico*. H. 20.

Infinitorum numeraliter obiectorum cognitio concluderet infinitatem potentiæ cognoscentis; quia pluralitas ex parte obiecti concludit maioritatem virtutis in intellectu; sed intellectio alicuius infiniti intensiuè non concludit infinitatem actus, quia non oportet actum habere talem modum, qualem habet obiectum; quia actus sub ratione finiti potest esse ad obiectum sub ratione infiniti, nisi esset actus comprehensiuus. *ibidem*. ✝. *Et cum arguitur de secundo*. H. 20.

Infinitum formaliter, & intensiuè est obiectum intellectus Diuini primum, tùm primitate adæquationis; tùm primitate virtutis; tùm primitate perfectionis. *Quodl.* Qu. 5. §. *Prima ratio*. ✝. *Ex his tribus*. K. 11.

Infinitum formaliter, cum eminenter in se contineat quodlibet secundum omnem entitatem; & ratio essendi sit ratio cognoscendi; etiam eminenter continet in se omnem cognoscibilitatem: Sic autem continens virtualiter aliquid est etiam motiuum ad eius cognitionem; & per consequens infinitum intensiuè quodcunque habet rationem obiecti primi respectu intellectus Diuini, & hoc primitate virtutis. *Quodl.* Q. 5. §. *Prima ratio*. ✝. *Ex his tribus*. K. 11.

Infinitum vt obiectum intellectus.

Infinita sint plura, & sint distincta A. & B., intellectus Diuinus poterit intelligere vtrumque, alioquin alterum non haberet rationem entis: Neutrum autem potest intelligi, nisi actu comprehensiuo, cum sit formaliter infinitum: vnico autem actu comprehensiuo non possunt intelligi duo distincta, habentia propriam infinitatem; quia vnicum obiectum intensiuè infinitum adæquatur vnicæ comprehensioni, & per consequens intellectus Diuinus duobus actibus comprehensiuis intelligeret A. & B; Et sic, secundum illos, haberet simul duos actus, quod est impossibile; quia vnica comprehensio infinita, & infiniti adæquatur vni intellectui infinito; vel non simul, & ita dabitur successio, vel mutatio; vel nunquam, cum vtrumque sit infinitum, intensiuè. *Quodl.* Qu. 5. §. *Prima ratio*. ✝. *Ex his tribus*. L. 12.

Infirmitas.

Infirmitas accidit in animali, quando vltra debitam proportionem augetur qualitas actiua vnius organi supra qualitatem, & virtutem alterius, si sit pars minus principalis; & mors si sit principalis, nisi ei apponatur medicina, iuuans partem debiliorem. 2. D. 15. Q. *Vnica*. §. *Ad primum in oppositum*. ✝. *Dico vno modo*. H. 9.

Infirmus quo ad mores.

Infirmi magis curant bona sibi propria, quàm bona communia, & magis vellent appropriare sibi bona communia, quàm Communitati, & Custodibus Communitatis. 3. D. 37. Q. *Vnica*. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ista distinctio*. E. 8.

Infirmus naturaliter.

Infirmo iam ad periculum mortis deducto suadendum est, vt secundùm suam possibilitatem laboret ad pœnitentiam ordinatam; vt scilicet, non obstante dolore, vel timore, vtatur ratione quantùm potest; & nitatur habere displicentiam voluntariam propter finem debitum, scilicet, propter Deum, & renitatur maximè inclinationi habitus, & delectationum præsentium; & laboret ad displicentiam, quantum poterit habere, licet breuem; &, ne in desperationem mutetur, extollenda est sibi Dei misericordia, proponendo sibi exemplum de Latrone illo, cuius fuit pœnitentia sera, sed non sera indulgentia. 4. D. 20. Q. *Vn*. § *In ista quæstione*. ✝. *Ex his sequuntur*. D. 7.

Influentia.

Influentia Cœli non est causa descensus grauis, quia hoc videtur esse recurrere ad Agens vniuersale, quod est negare effectus particulares, & causas particulares. Influentia etiam Cœli, quantum est de se, vniformis est in toto medio: quare ergo vnam partem in toto medio moueret sursum, & aliam deorsum, nisi poneretur Agens particulare determinans. 2. D. 2. Q. 10. §. *Etsi dicatur*. ✝. *Ad istam conclusionem*. B. 5.

Influentiam non haberet in alias naturas summa natura, si esset causata; sicut nec modo superior species in vniuerso necessariò influit in inferiorem: Summum autem in gratia influit secundum esse gratiæ in inferiora; & ideo dicitur maior necessitas vt ponatur aliquod habens gratiam summam, quàm aliqua summa natura: Si tamen sicut Deus supplet influentiam naturæ superioris, si qua esset, in inferiorem, quia influit immediatè in omnia, ità posset immediatè supplere influentiam summi grati, quia ipse influit gratiam in omnes. 3. D. 13. Qu. 4. §. *Ad argumenta alterius quæstionis*. ✝. *Ad tertium respondeo*. N. 17.

Influentia, quàm recipit Agens inferius à superiori, non est aliqua forma tunc causata, sed est tantùm ordo determinatus causarum in simul causando. 4. Dist. 12. Qu. 3. §. *Hic est opinio*. ✝. *Ex his verbis videtur*. n. 5.

Influentia noua non est causæ primæ in causam secundam propriè dictam quando simul agunt, quæ influentia sit creatio alicuius inhærentis causæ secundæ; Sed influentia ibi est determinatus ordo istarum causarum in

Influentia.

agendo effectum communem. 4. D.1. Q.3. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad vltimum*. Sf.34.

Influentia similis sufficit ad identitatem effectus; Si enim in instanti A. esset aliud Agens approximatum passo, produceret idem numero, quod istud Agens producit, & tamen illa influentia non esset eadem numero cum influentia istius, sed tantum similis. 4. D.43. Qu.3. §. *Tertia opinio*. ✠. *Contra hoc dupliciter*. D.10.

Influentia causæ secundæ in effectum non est aliquid absolutum receptum in causa secunda; quia tunc causa secunda per illud receptum posset agere sine causa prima, cuius influentiam recipit; quia iam in se habet totum illud, propter quod indiget primæ causæ actione, quod est inconueniens: Et per consequens influentia causæ superioris, respectu inferioris, non est aliquid receptum in inferiori causa. Vnde est tantummodo ordo eius in causando ad causam superiorem, continuè, quantum est de se, coagentem; & proinde non erit alia influentia, sicut nec alius ordo causæ superioris ad inferiorem. 4. D.43. Qu.3. §. *Tertia opinio*. ✠. *Præterea influentia illa*. D.10.11.

Infortunium.

Infortunia, infirmitatem corporis; imperfectionem virtutis, & scientiæ conceditur [notum esse naturaliter] repugnare perfectæ fælicitati, qualem notum est [naturaliter] competere intelligentiæ; sed non qualem notum est [naturaliter] competere homini. 4. D.43. Qu.2. *Ad argumenta*. *Ad primum*, ✠. *Et cum dicis hoc esse impossibile*. Cc.33.

ING

Ingeneratio.

Ingeneratio est tantùm in Patre, & infoitatio in Patre, & Filio. 1. D.28. Q.3. §. *Ad argumenta huius quæstionis*. ✠. *Contra ingeneratio*. G.8.

In ingeneratione, vt *ingeneratio* accipitur in illo dicto Damasceni, lib.1. cap.2. *omnia sunt vnum præter ingenerationem, generationem, & processionem*, includitur tàm Paternitas, quàm spiratio actiua, vt est in Patre; & omnia personalia, quæ conueniunt Patri. *ibidem*. §. *Ad argumentum in oppositum*. L.13.

Ingeniosus.

Ingeniosi addiscunt per se, adinueniendo; sed tardioribus oportet proponi ab aliquo aliqua signa nota, vt addiscant per doctrinam. 2. D.11. Q.Vn. §. *De secundo*. C.5.

Ingenitum.

Ingenitum si potest esse in pluribus suppositis, non determinatur ab aliquo in quot suppositis sit; quia determinari ab alio ad esse in supposito, vel in suppositis, est contra rationem ingeniti; igitur de ratione sua potest esse in infinitis: Et si potest esse, est, quia esse ingenitum est ex se necesse esse: Consequens est impossibile; ergo illud, ex quo sequitur. 1. D.2. Q.7. §. *Ad secundam quæstionem*. ✠. *Aliter persuadeo conclusionem*. A a.36.

Ingenitum proprijssimè sumptum, vt significat carentiam propriam eius, quod importatur per hoc nomen *Genitum*, vt scilicet primi producti per generationem, non est in Diuinis, quia ibi nihil caret eo, quod sibi natum est inesse. Sumptum, vt significat carentiam eius, quod significatur propriè per *Genitum* connotans *subsistens*, siuè *Personam*, & significans carentiam geniti propriè sumpti, videtur, in virtute sermonis, competere Patri, & Spiritui Sancto; quorum vterque non est genitus, & est subsistens. Non sic conuenit essentiæ, quia licet ipsa sit ens, & non genita, non tamen est per se subsistens, & Persona. Sumptum vt dicit carentiam secundùm genus *Geniti* sumpti pro *Communicato per generationem*, non conuenit essentiæ, quæ est communicabilis, licet, vt in Patre possit dici non communicata, & ità *ingenita*, si hoc modo sumatur ingenitum. Sumptum

Ingenitum.

denique, vt significat carentiam secundùm genus *Geniti* communissimè sumpti; quatenus, scilicet ingenitum est idem, quod subsistens non productum, quomodo accipitur à Sanctis, ità quòd idem sit ingenitum in Diuinis, quod improductum propriè dictum, ea Augustino. lib.13. De Trinit. cap.16. & lib.2. ad Orosium, soli Patri conuenit. 1. D.28. Q.2. §. *Quantum ad primum*. ✠. *Respondeo*. D.5.

Ingenitum dicit relationem negatiuè. Si enim relatio sit personalis, & propria alicuius personæ, negatio etiam relationis erit personalis propria alij Personæ, & ita non ad se, neque communis tribus. 1. D.28. Qu.2. §. *Ad argumenta huius quæstionis*. ✠. *Ad secundum concedo*. G.8.

Ingenitum, tempore Diui Ambrosij, non erat vocabulum ità notum, vel ita necessarium ad expressionem fidei, quod oporteret omnem Catholicum eo vti: Et primam Personam illo vocabulo, & proprietate exprimere erat occasio erroris simplicibus Fidelibus; quia videtur dicere aliquid ad se, quia non ita manifestè importat relationem, sicut importat genitum; & ideo securum, & cautum erat simplicibus Fidelibus nón vti illo vocabulo, propter Hæreticos malignantes, licet hoc vocabulum in se propriè, & primò competat Patri. 1. D.28. Q.2. §. *Ad argumenta huius quæstionis*, ✠. *Ad vltimum*. G.8.

Ingenitum vt proprietas.

Ingenitum sub propria ratione sua, vt significat *non habere genitorem* est proprietas Patris, & sufficienter importat dignitatem, idest non indignitatem; hoc enim sufficit ad Personalem proprietatem, quod non sit indignitas. 1. D.28. Q.2. §. *Ideo videtur dicendum*. E.7.

Ingenitum, inquantum negat habere genitorem, dicit dignitatem primæ personæ in Diuinis. *ibidem*. ✠. *Et si omninò*. E.7.

Ingenitum in Diuinis, vt distinguitur ab essentia, & relatione positiua ad productum, non dicit nisi negationem formaliter: Quia, secundum Augustinum. lib.5. de Trinit. cap.6. *Cum ingenitum dicitur non quid sit, sed quid non sit ostenditur*. *Quodl.* Q.4. §. *Contra istum modum*. D.7.

Ingenitum quando dicitur quòd importat esse à se: Si intelligitur quòd hæc præpositio à importat circumstantiam causæ, vel principij positiui, statim patet contradictio; Quia, secundùm Augustin. lib.1. de Trinit. cap.1. *Nulla mens capit quod aliquid sit à se*. Si autem intelligatur negatiuè tantùm, quia non habet aliquid pro principio, vel causa; habetur quod *Ingenitum*, vt distinguitur à relatione, & essentia, non dicit nisi negationem formaliter. *Quodl.* Q.4. §. *Contra istum modum*. ✠. *Contra primum*. D.8.

Ingenitum quando dicitur quòd importat fontalem plenitudinem, si dicit negationem ista fontalis plenitudo, habetur quòd vt ingenitum distinguitur formaliter ab essentia, & relatione positiua, ad productum non dicit nisi negationem formaliter. *Quodl.* Q.4. §. *Contra istum modum*. ✠. *Contra secundum*. D.8.

Ingenitum quando probatur quòd sit prima proprietas, constitutiua primæ Personæ in Diuinis, per Damascen. lib.1. cap.9. sic dicentem; *Omnia, quæ habet Pater, Filij sunt præter ingenerationem*, quæ non significat differentiam substantialem, sed modum existentiæ. Patet per eum responsio ibidem; subdit enim: *in solis proprietatibus Paternitatis, & Filiationis, & processionis differentiam cognoscimus*. Vndè quando prius accepit, *Omnia præter ingenerationem* intelligendum est quod sub *ingeneratione* comprehendit Paternitatem: Et breuiter, sicut patet in diuersis capitibus eius, nunc nominat vnam proprietatem primæ personæ nunc aliam; & per consequens per vnamquamque intelligit quamcunque proprietatem propriam. *Quodl.* Q.4. §. *Contra istum*, ✠. *Cum ergo arguitur*. D.9.

Ingenitum vt connotans.

Ingenitum connotare aliquid positiuum, ratione cuius connotati sit proprietas Patris, quod positiuum vocetur fontalis plenitudo in Patre solo, in quo est omnis fæcunditas, tàm ad intra, quàm ad extra; refellitur à Doctore. 1. D.28.

Ingenitum vt connotans.

1. D.28. Q.2. §. *De secundo articulo* . ✝. *Contra istud arguitur* . D.6.

Ingenitum non videtur connotare fontalem plenitudinem, dicentem duplicem fœcunditatem, generandi, & spirandi. 1. D.28. Q.2. §. *De secundo articulo* . ✝. *Præterea ingenitum* . D.6.

Ingenitum non connotat positiuum, quod est esse à se. 1. D.28. Qu.2. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Contra, esse à se* . D.6.

Ingenitum licet non connotet nisi aliquam Personam subsistentem in essentia Diuina; tamen ista affirmatio non est tota ratio inhærentiæ huius negationis, quæ est *Ingenitum*; Sed oportet in re aliam proprietatem positiuam aliquo modo præcedere ingenitum, per quam insit, licet non connotetur per ingenitum, tanquam aliquod proprium subiectum: Et secundùm hoc debet intelligi illud dictum Augustini. lib.5. de Trinit. cap.6. *Si Pater non genuisset nihil eum prohiberet dici ingenitum*; quod ingenitum, quantum est de per se ratione ingeniti, non connotat Patrem: Non tamen potest inesse propriè in re, nisi affirmatio ista; vel aliqua alia absoluta, vel relatiua sit quasi inhærentiæ eius. 1. D.28. Q.2. §. *Ad argumenta pro prima opinione* . ✝. *Exemplum, cæcus* . M 14.

Ingenitum pro non facto.

Ingenita facere, quæ facta sunt, hoc solo priuatur Deus. Quod dictum Agathonis approbat Philosophus. lib.6. Ethic. c.3. sic intelligitur Philosophus: *Ingenita facere, quæ facta sunt*, idest, non potest facere Deus, quin facta fuerint; sed non sequitur, ergo non potest facere ea præsentia: non enim repugnat ea facta fuisse, & tunc esse præsentia alia factione, etiamsi destructa fuerunt inter primam factionem, & secundam. 4. D.43. Q.3. §. *Quantum ad istum articulum* . ✝. *Ad illud de prædicamentis* . F. 13.

Ingratitudo.

Ingratitudinis, & promissi [de non amplius peccando] circumstantia sicut aggrauat peccatum recidiuantis, ita grauius est peccatum, quanto priùs fuit collatum bonum magis indebitum, quod erat regulariter in eo, qui grauius peccauerat, & quantò pluries promisit; quod regulariter accidit in eo, qui pluries pœnituit. 4. D.22. Qu. Vn. §. *De tertio articulo principali* . ✝. *Respondeo; nulla noua culpa* . Q.18.

Ingratus.

Ingratus magis est homo cadendo ab innocentia, quàm à pœnitentia. 4. D.22. Q.Vn. §. *De tertio articulo* . ✝. *Et quando infers* . P.18.

I N H

Inhabitatio.

Inhabitatio [secundùm quam dicitur Deus inhabitare in anima hominis] competens paruulo regenerato, & non alij, non potest esse sine omni habitu supernaturali in ipso paruulo. 1. D.17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Quantum ad tertium*. M m. 30.

Inhærentia.

Inhærentia accidentis cum subiecto si esset idem realiter cum subiecto, negari posset separatio accidentis à subiecto in Eucharistia: quia si manet eadem quantitas, quæ prius erat, panis, & nihil aliud est inhærentia eius pani, quàm realiter ipsamet quantitas; igitur illa realiter vnitur pani, vel eum informat nunc, sicut priùs. 2. D.1. Qu.4. §. *Contra istam opinionem* . ✝. *In ista etiam via* . n.6.

Inhærentiam nullo modo concedendum est esse de essentia albedinis; & quæstio mota de hoc ab aliquibus videtur truffatica, & sine intellectu. Etsi enim haberet aliquam euidentiam, haberet quærere, *an illa relatio sit eadem albedini*, non tamen propter hoc, an sit de essentia eius? Quia nihil est de essentia alicuius, nisi quod pertinet intrinsecè ad quidditatem eius, cuiusmodi non est relatio aliqua respectu absoluti, qualis est albedo. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem* . ✝. *Ad ista* . F.14.

Inhærentia, qua albedo inhæret subiecto suo, non est de essentia albedinis. *ibidem* . ✝. *Dico ergo*. F.14.

Inhærentiæ ratio non potest intelligi, quin intelligatur ratio respectus, nisi non intelligas quid dicitur per nomen. *ibidem* .

Inhærentia albedinis non est eadem albedini, licet relatio creaturæ ad Deum sit eadem ipsi creaturæ: Nulla enim relatio ad causam extrinsecam est identica causato, nisi illa, quæ est ad causam primam, propter hoc, quod prima causa potest quodcunque causatum causare, sine quacunque alia causa extrinseca. *ibidem* . ✝. *Et per istud* . K.18.

Inhærentiæ respectus est posterior albedine; sicut vniuersaliter respectus, fundatus in aliquo, est posterior fundamento. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem* . ✝. *Ad tertium dubium* . M.20.

Inhærentiæ respectus licet non necessariò concomitetur albedinem, tamen inde non sequitur, quin terminus respectus requiratur ad intellectionem albi, loquendo de intellectu completo, & conceptu quietante intellectum: Ad illum enim requiritur cointelligi terminum, non tamen respectum ad terminum. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem* . ✝. *Ad tertium dubium* . M.20.

Inhærentia licet insit immediatè albedini, & alijs absolutis, non tamen sequitur quod magis sit per se passio, nisi probetur illud fundamentum aliquorum, quod *accidens variabile non potest inesse alicui, nisi mediante accidente inuariabili*, super quod fundant magnam harengam de potentijs animæ: Sed vnde probent, quærant. *ibidem* . ✝. *Et si arguas* . O.22.

Inhærentia actualis.

Inhærentia actualis ad subiectum inhæret albedini, subiectum actu informanti; alioquin albedo non esset formaliter inhærens illa inhærentia: Et tamen non per aliam inhærentiam à se distinctam inhæret ipsi albedini, sed ipsa est eadem inhærentia albedinis: Quia illa relatio est eadem fundamento, sine qua fundamentum esse includit contradictionem: Et huiusmodi est illa inhærentia inhærentiæ, quia contradictio est inhærentiam albedinis ad superficiem esse actu, & non inhærere actu, vel non habere inhærentiam ad albedinem. Similiter impossibile est, & contradictio est esse in aptitudine, quin & habeat in aptitudine; Sed propter rationem oppositam nulla inhærentia formæ absolutæ est sibi eadem, quia non est simpliciter repugnantia illam formam simpliciter esse, & non inesse. 4. D.12. Q.1. §. *Ad quæstionem*. ✝. *Ad rationem illam*. I.17.

Inhærentia actualis non est per se passio albedinis, sed est accidens per accidens: Est enim respectus quidam extrinsecùs aduenıens; & hoc ad minus cuicunque accidenti absoluto; quia dicit actualem vnionem illius absoluti ad aliud absolutum: Omnis autem vnio absoluti ad absolutum est respectus extrinsecùs aduenıens. *ibidem*. ✝. *Ad quartum dubium*. N.22.

Inhærere:

Inhærere non est ratio accidentis, vel alicuius generis accidentis, sicut nec *non inhærere*, nec *non posse inhærere* est ratio substantiæ, vt substantia est genus; quia inhærere est dare esse, vel actum secundùm quid alicui priori simpliciter enti; sed substantia est illud substractum, cui conuenit non inhærere, vel cui repugnat inhærere per accidens; vel qualitas, vel quantitas est natura, cui conuenit inhærere. *Quodl*. Q.3. §. *Respondeo ad primum*. ✝. *Respondeo secundum Auicennam*. S. 19.

Inhærere, seu dependere ad subiectum est imperfectio, ideo ista repugnat substantiæ, cum ipsa talis entitas sit, quod sibi repugnat esse entitatem diminutam, quia dat esse simpliciter, siue primum, quod est oppositum, quod est *inhærere*. Cum hoc etiam potest repugnare relationi in Diuinis, quæ licet non det *esse* simpliciter, siue per se esse, tamen ipsa talis entitas est, quòd repugnat sibi esse en-

Inhærere.

titatem diminutam, siuè actum secundùm quid. *Inhærere* autem repugnat essentiæ Diuinæ, quia est perfectio simpliciter: Repugnat etiam relationi Diuinæ, licet non sit perfectio simpliciter, quia ipsa, ex ratione sua, non potest esse entitas imperfecta; & *inhærere* non potest competere nisi enti dependenti, & per consequens imperfecto. *ibidem*. ℣. *Respondeo, imperfectio*. T. 20.

I N I

Inimicitia.

Inimicitia Dei quod nullo modo remittatur, nisi homo fiat non tantùm non inimicus, sed etiam amicus sibi acceptus, est lex vniuersalis; ex qua sequitur quòd gratia, & culpa non possint esse simul in eodem, non verò ex immediata oppositione inter eas. 2. D. 28. Qu. *Vnica*. §. *Ad quæstionem potest dici*. ℣. *Sed si quæratur*. B. 7.

Inimicitia respicit malum disconueniens bono, quod est in eo, qui est inimicus. 3. D. 30. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Inimicus.

Inimicum esse diligendum patet ex Matt. 5. 6. & 18. *ibidem*. *In tribus argumentis in oppositum*. n. 1.

Inimicus communiter non adoptatur, sed magis dilectus, vel ex actu proprio, vel ex actu parentum. 3. D. 10. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 3.

Inimicus consideratus per se, hoc est inquantùm inimicus, non est tantùm malus priuatione boni, sed habitu positiuo vitij: Sicut iniustus dicitur non tantùm carens habitu iustitiæ, sed etiam habens habitum iniustitiæ contrarium, causatum ex actibus iniustis, sicut habetur à Boetio, super Prædicament. cap. de Qualit. 3. D. 30. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Inimicus inquantum talis est malus, & vitiosus; & per consequens nullo modo est sic diligendus. Hoc enim modo odiuit inimicum, qui dixit. Psalm. 103. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ità vt non sint*: Non sint quidem inimici, siuè iniqui; quia Prouerb. 12. *Verte impios, & non erunt*. 3. D. 30. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Inimico non videtur quòd possimus odire, vel nolle bona spiritualia, vt ipsum diligere Deum amore amicitiæ, vt est bonum honestum: Vel concupiscere sibi Deum, vt est bonum commodi: Ipsum audire Missas, prædicasionem, correctionem &c. Hæc, inquam, & similia non possumus odire, vel nolle inimico, accipiendo inimicum per accidens, inquantum homo; quia hoc non stat cum *perfectè diligere Deum*, scilicet nolle ipsum condiligi ab alio, cuius amicitia non noscitur illi displicere; & hoc condiligi, tàm ratione boni honesti, quàm ratione commodi eius: nec, pari ratione, stat cum *perfectè diligere Deum* nolle alijs illa, per quæ inducatur ad diligendum Deum. *ibidem*. ℣. *Quantum ad prima*. B. 4.

Inimico per accidens possum ordinatè velle opposita bonorum indifferentium, nempè diuitiarum; Sanitatis; putà paupertatem voluntariam, & ita carere diuitijs; infligi sibi à Deo aliqua mala ad correctionem, si crederem ipsum per talia commoda semper addere ad peccata sua, possum velle sibi opposita istorum commodorum: Et quo ad hoc conformiter est dicendum de bonis fortunæ; & de bonis corporis. 3. D. 30. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. ℣. *Sed de alijs*. B. 5.

Inimicus Deo aliquis non est formaliter per peccatum; sed tantummodo demeritoriè. 4. D. 1. Qu. 1. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad illam probationem*. Pp. 33.

Inimico, dùm est inimicus, quæcunque bona præterita non sufficiunt ad præmium consequendum. 4. D. 22. Qu. *Vnica*. §. *De secundo*. ℣. *Vnum quòd aliquis*. I. 12.

Iniustitia.

Iniustitia, cum sit formaliter priuatio, non potest tolli ab aliquo, nisi ei detur habitus oppositus. 1. D. 17. Qu. 2. *aliàs*. 3. §. *Contra istam*. D d. 18.

Iniustitia nulla fit in hoc, quòd liberalis summè communicatiua aliquibus duobus, apprehensis æqualibus, vellet bonum non æqualiter communicare, quia nihil est sibi debitum. 1. D. 41. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum principale*. E. 14.

Iniustitia.

Iniustitia, secundùm Anselmum. cap. 5. & 16. De Cas. Diabol. non est nisi carentia iustitiæ debitæ. 2. D. 32. Qu. *Vnica*. §. *Quo ad primum*. B. 7.

Iniustitia est duplex, habitualis, scilicet priuatio gratiæ in eo, cui debet inesse; & actualis, scilicet priuatio rectitudinis in actu, cui deberet inesse. Post actum autem intrinsecum, & extrinsecum transeuntem manet iniustitia habitualis. 4. D. 14. Qu. 1. §. *Hic sunt*. ℣. *Item cum opposita*. A. 3.

Iniustitia actualis manere non potest cessante actu, quia illius subiectum proximum est actus in anima, sicut rectitudinis sibi oppositæ: Non enim anima potest esse immediatum subiectum illius rectitudinis, sed tantùm actus in anima. Adhuc tamen, non manente actu, non manet illa rectitudo, nec eius obliquitas. *ibidem*. ℣. *Item cum*. B. 4.

Iniustitia [quando venditur aliquid cum dilatione recipiendi pretium] est vendendo tempus, vel ponendo se in certo de lucrando, vel simpliciter, vel vt in pluribus. 4. D. 15. Qu. 2. §. *De tertio articulo*. ℣. *Consimiliter patet*. Y. 27.

Iniustitia est in negotiatiua, si officis Reipublicæ actus eius; vel si immoderatè recipis à Republica, vltra industriam; diligentiam; sollicitudinem; & pericula. 4. D. 15. Qu. 2. §. *De tertio articulo*. ℣. *Consimiliter in negotiatiua*. Y. 27.

Iniustitia vna generalis (præter partiales iniustitias in contractibus, vel commutationibus) est, quando vnus vsurpat rem alienam, Domino simpliciter inuito, & hoc tàm Domino proximo, quàm remoto, scilicet Legislatore, qui non vult, imò prohibet illam rem occupari inuito Domino, nisi in casibus præscriptionis, & vsu capionis: In istis autem non est translatio Dominij, scilicet in furto, & rapina, & huiusmodi, licet sit violenta occupatio rei, cuius est dominium; & ista iniustitia est manifestior quacunque alia, vbi propter solam defectuosam conditionem est iniustitia in translatione; vel commutatione. 4. D. 15. Qu. 2. §. *De tertio articulo*. ℣. *Item præter iniustitias*. Z. 27.

Iniustitia aliqua actualis propria, à qua dicatur peccator tali peccato, non remanet in anima post actum culpæ transeuntem interiorem, & exteriorem, præter iniustitiam habitualem, quæ est carentia gratiæ, & vnica in vna anima; quia non est immediatè receptiua illius obliquitatis, quæ nata est esse in peccato actuali; Sed tantùm mediante actu, in quo proximo sit illa obliquitas: Vnde, post actum transeuntem, tantùm remanet anima obligata ad pœnam propriam, correspondentem illi culpæ commissæ; & ista obligatio dicitur reatus, ille, qui manet in anima, postquam transit actus peccati intrinseci, & extrinseci. 4. D. 16. Qu. 2. §. *Respondeo hæc sit*. ℣. *Si etiam poneretur*. D. 7.

Iniustus.

Iniustus, ex Anselm. lib. Cur Deus Homo *est, qui non reddit Deo, quod debet, quia iniustus est etiam, si non reddat homini, quod debet*; & nullus iniustus admittitur ad beatitudinem æternam: Consequenter, qui non soluit Deo quod debet non saluabitur. 3. D. 20 Qu. *Vnica*. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Secundum probat*. n. 3.

Iniustus nullus admittitur ad beatitudinem; quare oportet satisfacere, vt fiat iustus. *ibidem*.

Iniustus dicitur non tantùm carens habitu iustitiæ, sed etiam habens habitum iniustitiæ contrarium, causatum ex actibus iniustis, sicut habetur à Boet. super Prædicament. cap. de Qualit. 3. D. 30. Qu. *Vnica*. §. *Iniustum*. *Respondeo inimicus*. A. 2.

Iniustum omninò est alterum pro iniquitate alterius punire, quando ille alter nullo modo communicat iniquitati illius; ità vt sibi possit imputari. 4. D. 5. Qu. 1. §. *Veritas quæstionis*. ℣. *Præterea*. A. 5.

I N N

Innascibilitas.

Innascibilitas, siuè ratio innascibilis, non dicit aliquam perfectionem simpliciter, ex qua perfectione simpliciter possit

Innascibilitas.

possit concludi vnitas innascibilis; sicut ex perfectione infinita concluditur vnitas Diuinæ essentiæ. 1. D.2.Q.7. §. *Ad secundam quæstionem*. ✠. *Contra, istæ probationes*. A a. 35.

Innascibilitas, & generatio actiua, quæ sunt proprietates Patris, secundum Augustin. lib. 5. de Trinit. cap. 6. in Patre inter se distinguuntur. 1. D.26.Q.Vn. ∫. *Contra istud*. ✠. *Item plures*. n. 2.

Innascibilis.

Innascibiles esse plures nulla necessitas nec ad se, nec ad extra cogit. 1.D.2.Q.7. ∫. *Ad secundam quæstionem*. ✠. *Contra, istæ probationes*. A a. 36.

Innocens.

Innocens simpliciter à mortali, & veniali tenetur simpliciter non confiteri. Vnde si B. Virgo fuisset confessa Petro post Ascensionem, peccasset confitendo: Sed si est tantùm innocens à mortali per totum annum, potest confiteri venialis, & potest non confiteri. Nec est incredibile multos esse talea in Ecclesia, qui per annum viuant sine mortali: Imò per Dei gratiam multi multo maiori tempore sine peccato mortali se custodiunt, & multa opera perfectionis exercent, de quorum meritis thesaurus Ecclesiæ congregatur. 4.D.17.Q.Vn. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad aliud dico, quod simpliciter*. Y. 32.

Innocentia vt carentia peccati.

Innocentia, nimirum præseruatio à culpa contracta, vel contrahenda, potest haberi per mediatorem; & consequenter nulla persona summè tenebitur Christo, vt mediatori, si nullam præseruauit à peccato originali. 3.D.3.Q.1. §. *Contra primam*. ✠. *Ex tertia via*. n. 7.

Innocentia perfecta, qualia confertur in Baptismo, licet de, potentia absoluta, posset haberi per pænitentiam: De potentia tamen ordinara non potest haberi sine forma intrinseca [quæ est character], cui Deus assistit ad talem innocentiam causandam. 4.D.6. Q. 9. ∫. *Ad quæstionem*. ✠ *Respondeo non agentis*. L. 18.

Innocentiam conseruate simpliciter maius beneficium diuinum est, quàm concedere pœnitentiam post peccatum: Vnde Christus maius beneficium contulit suæ Matri, quàm Magdalenæ. Vnde singularis gloria, & ornatus est in Beatis de *nunquam cecidisse in peccatum*. 4.D.22.Q.Vn. §. *De tertio*. ✠. *Ad primum concedo*. N. 15.

Innocentia, & pœnitentia modo quodam repugnant; Sed cadere ab innocentia simpliciter magis aggrauat, quamuis vtraque aggrauet. *ibidem*.

Innocentia pro statu innocentiæ.

Innocentia stante, non accidisset mors, quia quilibet fuisset translatus in Paradisum, [vtique cælestem] antequam fuisset alteratus alteratione improportionata animæ, siuè formæ. 2.D.19.Q.Vn. §. *Concedo*. ✠. *Dico tamen*. B. 5.

Innocentia stante particulari in isto, potuit esse corruptio, & mors per substractionem, siue non ministrationem nutrimenti conuenientis. *ibidem*. ✠ *Sed fuisset ne?* B. 5.

Innocentia stante, homines fuissent immunes à corruptione, causata vel propter dispositionem contrariam continentis, vel propter violentiam causatam ab aliquo extrinseco, quia tunc non exposuissent se periculis, aliter fuissent nocentea: Nec vnus alij intulisset violentiam, cum vterque fuisset innocens: Nec etiam fuisset ibi corruptio ex aere intemperato, quia in Paradiso fuissent, vbi est aer temperatissimus. 2.D.19.Q.Vn. §. *Concedo*. ✠. *Sed quid de causa*. E. 6.

Innocentia stante, homines à nullo animali recepissent nocumentum, quia omnia animalia fuissent homini mitia, & amicabilia, vel saltem non inimica: Nec ab Angelo malo; quia Deus conseruasset eum: Non quia non potuisset corpus innocentis scindi, & diuidi à malo Angelo, cui obediunt corpora inferiora, Iob 41. *Non est potestas, quæ ei valeat comparari*: & etiam ab alio malo homine, si non fuisset innocentia vniuersali; Sed Deus

Innocentia pro statu innocentiæ.

innocentem conseruasset. *ibidem*. ✠. *Quid de corruptione*. E. 6.

Innocentia stante, potuit aliquis esse in puris naturalibus, tàm sinè gratia, quàm culpa. 2.D.28.Q.Vn. ∫. *Ad quæstionem*. ✠. *Sed si quæratur*. B. 7.

Innocentia stante, si (secundùm negantes virtutes morales subiectari in voluntate) non esset in appetitu sensitiuo aliqua passio, repugnans rectæ rationi, non esset necessarium ponere virtutem in illo appetitu; & tamen Virtutes tunc fuissent, quia tunc fuisset homo perfectus secundùm eas. 3. D. 33. Q. Vn. §. *Ad rationem*. ✠. *Præter istas*. G. 11.

Innocentia stante, communia vsus sine distinctione dominiorum ad congruam, & pacificam possessionem, & necessariam sustentationem, plus valuit, quàm distinctio dominiorum: quia nullus tunc occupasset quod fuisset alij necessarium; nec oportuisset illud ab ipso tunc per violentiam extorqueri, sed quilibet hoc, quod primò occurrisset necessarium, occupasset ad necessarium vsum: Sic etiam magis fuisset sufficientia ad sustentationem, quàm si alicui præcluderetur vsus alicuius per appropriationem illius, factam alteri. 4 D. 15. Q. 2. ∫. *Hic sunt quatuor*. ✠. *Prima, quia vsus*. A. 4.

Innocentius.

Innocentius tertius Papa, cum fecisset magnum opus, exponendo ius Canonicum, requisitus ab alijs, quale robur vellet illum Tractatum habere; dixit quòd ipsum nollet esse authenticum, sed tantummodo magistrale. 4.D. 7.Q.5. §. *Respondeo*. ✠. *Sed aliter*. A. 1.

Innocentius tertius, de Officio Missæ. p. 3. cap. 6. & 14. videtur concordare cum illis, qui, fundati in illo verbo *Benedixit* præmisso in Canone ante verba consecrationis, *Hoc est corpus meum*, dixerunt per illam benedictionem præcedentem quòd Christus transubstantiauit panem in corpua suum, non per illa verba, & proinde, quòd illa verba profert Sacerdos quasi materialiter, quia recitat ea, sicut à Christo dicta. 4. D. 8. Q. 2 §. *De tertio articulo*. F. 11. Hoc impugnat Doctor. *ibid*. ✠. *Sed contra*. F. 11.

Innouatio.

Innouatio est in duratione Angeli (posita successione æui), quæ duratio est præcisè successiua, & pars eius vna recedit, & alia succedit; & generaliter vna pars succedit alteri; non tamen est innouatio aliqua in existentia illa, cuius est illa mora. 2.D.2.Q.1. §. *Ad argumenta contra illam positionem*. ✠. *Respondeo*. B. 15.

Inordinatio.

Inordinatio simpliciter prima voluntatis Angeli mali fuit simpliciter in primo velle inordinato. 2.D.6.Q.2. §. *In ista quæstione*. ✠. *Ex isto probato*. C. 4.

Inordinatio, sinè obliquitas, quæ est in culpa actuali, dubium est an posset redire per diuinam potentiam: Non sic de obligatione ad pœnam, nam hæc potest redire. 4.D.22. Q.Vn. §. *De primo dicitur*. ✠. *Contra hoc*. A. 4.

I N Q

Inquisitio.

Inquisitio Metaphisica de Deo procedit sic, scilicet considerando rationem formalem alicuius, & auferendo ab illa ratione formali imperfectionem, quam habet in creaturis; & reseruando illam rationem formalem, & attribuendo sibi omnino summam perfectionem, & sic attribuendo illud Deo. Ergo omnis inquisitio de Deo supponit intellectum habere conceptum eundem vniuocum, quem accipit à creaturis. 1. D. 3. Q. 2. §. *Secundo non asserendo*. ✠. *Tertiò sic. Omnis*. C. 10. & D. 8. Q. 3. §. *Contra istam positionem*. ✠. *Contra istud etiam est tertium*. C. 8.

Inquisitio potest haberi de monstro humano, an sit simpliciter vna persona, vel duæ antequam baptizetur: Inquisitio, inquam, de tali potest haberi ex partibus corporis, putà si sint duo capita; vel duæ spinæ dorsi; vel principale indicium de cordibus: Sed illud non potest esse faciliter euidens, dum viuit. 4. D. 6. Q. 2. §. *De quarto*. I. 7.

Inscru-

Inscrutabilitas.

Inscrutabilitas iudiciorum Dei potest referri ad malos, ex parte quorum ponitur aliqua ratio, licet illæ rationes ex parte diuersorum, propter quas, quasi ex parte eorum feruntur iudicia, sint inscrutabiles, & per hoc iudicia inscrutabilia. 1. D.41. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum in oppositum*. ℣. *Et si contra*. G. 15.

Inspirabile.

Inspirabile non dicere aliquam dignitatem; sicut dicit ingenitum, & ita non esse notionem, videtur falsum; quia æqualis dignitatis est in Patre, & Filio non spirare, sicut in Patre non generari. 1.D.28. Qu.2. §. *Ad argumenta huius quæstionis*. ℣. *Ad tertium dicitur*. G.9.

Inspiratio.

Inspiratio non est ingeneratio; quia ingeneratio est in solo Patre; inspiratio autem in Patre, & Filio. 1.D. 28. Qu.2.§. *Ad argumenta huius quæstionis*. ℣. *Contra, ingeneratio est*. G. 9.

Instans temporis.

Instantia infinita sunt in ista die, imò in vna hora vnius diei. 2. D.1.Qu 3.§. *Tenentes autem primam opinionem*. ℣. *Ad aliud de infinitis*. I.20.

Instantia infinita infinitorum dierum, in quibus Deus creasset, sicut fuissent in potentia, secundùm aliquos, (sicut indiuisibile est in continuo, & non in actu), quia nullum illorum fuisset in actu terminus temporis; ita etiam est de infinitis instantibus huius diei: & ità æqualem infinitatem videntur habere instantia vnius diei, vel huius horæ, cum infinitis instantibus infinitorum dierum. 2. D.1.Q.3.§. *Tenentes autem*. ℣. *Ad aliud de*. I. 20.

Instans est terminus, & finis alicuius finiti. 2. D 2.Qu.2.§. *Istam instantiam*. ℣. *Item hoc argumentum*. C.6.

Instans in toto tempore erit aliud, & aliud secundùm substantiam, si quodcunque vnum mobile præcisè habet identitatem secundùm substantiam, hoc est ad se; & distinctionem secundùm esse, hoc est secundùm ordinem ad aliam, & aliam partem motus. Et eodem modo dicendum esset de instanti respectu partium temporis, quia non est tanta identitas instantis in toto tempore, quanta est vnius instantis respectu substantiæ mobilis. *ibidem*. ℣ *Dico, quòd sicut*. D.7.

Instans nihil aliud esse, quàm carentiam successionis continuæ, docuerunt aliqui. 2. D.2.Qu.9.§. *Ad argumenta quæstionis*. ℣. *Ad secundam probationem*. L.27.

Instante cedente, seù raptim transeunte, succedit illi pars continua fluens, & non indiuisibile, immediatè, seu aliquid immediatè, nisi sicut continuum est immediatum indiuisibili. *ibidem*. ℣. *Respondeo ad argumentum*. L.29.

Instans temporis discreti, in quo dicunt aliqui mutari Angelum, immutatum in vltimo instanti temporis, in quo quiescebat, (impugnat sic) si est mediatum instanti nostro, terminanti tempus quietis inter instans nostrum, in quo fuit Angelus immutatus, & hoc instans erit tempus medium, in quo etiam quiesceret Angelus, & ità & in illo, & cum illo vltimo instanti illius temporis immutatus erit; & sic in illo instanti mediato, in quo ponebatur mutari, non mutatur: Si autem est instans immediatum, si ei in tempore nostro correspondet instans, tunc instans in tempore nostro erit immediatum instanti, & sic tempus nostrum erit discretum; si tempus (correspondeat) igitur in illo instanti, non mutabitur Angelus instantaneè, quia illud instans coexistit, per te, parti temporis nostri, in qua, vel cum qua potest continuè moueri, vel quiescere. 2.D.2. Qu.11.§. *Contra istam positionem*. ℣. *Præterea si oportet*. n. 3.

In instanti eodem, vel in eodem tempore non oportet causari conceptum in audiente per orationem prolatam; & veritatem illius conceptus intelligi, siue vnionem extremorum. 4. D.8.Qu.2.§. *Aliter ergo*. ℣. *Secunda conclusio*. I.15.

Instans A. præcedens creationem lapidis, & instans B. sequens eius annihilationem, ista, inquam, instantia ad ipsum esse permanens lapidis sunt posteriora essentialiter; & per consequens siuè fiat continuatio inter illa instantia, siue non, non minus ipsum esse poterit esse idem. 4. D.43. Qu. 1.§. *De primo*. ℣. *Præterea diuersitas*. A.5.

Instans quodcunque diei naturalis certum, prima facie, videtur esse quod sit omnem habitudinem habens ad partes diei naturalis: Quod enim in vna parte terræ est instans mediæ noctis in horizonte vno, in opposito horizonte est meridies, & sic de singulis instantibus, possibilibus assignari in die naturali; & sic resurgent mortui in quacunque hora diei naturalis, sic ad partes comparando; Sed non per illam comparationem ad partes diei naturalis quæritur hora resurrectionis, sed in comparatione ad regionem illam, in qua fiet iudicium vniuersale. 4. D.43.Q.5.§. *De tertio*. ℣. *De secundo*. L. M.11.

Instans raptim transit, ità quòd non est nisi, vt ita loquar, instantaneè: Vel si dicas instans secundùm substantiam semper manere idem; si illud dicatur esse substantia mobilis; cùm illa substantia non sit per se terminus alicuius continui de genere quantitatis; sequitur quòd illud, quod vocas instans secundùm substantiam, non est terminus per se, continuans partes temporis; saltem instans secundùm *esse* non manet, sed raptim transit, & ita oportet dicere de mutatione, & per consequens de instanti, quod est per se mensura mutationis. *Quodl.* Qu.12. §. *De tertio*. G.9.

Instans durationis.

Instans vnum durationis accipiatur: In illo instanti possunt assignari omnia ordinata secundùm originem, & naturam. Accipiatur etiam vnum instans naturæ, in eo possunt assignari omnia ordinata secundum originem. 2. D.1.Qu.1.§. *Quantum ad hoc igitur*. ℣. *Exemplum*. H. 13.

Instans durationis secundùm substantiam si est idem respectu omnium durantium; omnia sunt æquè præsentia, & simul, & quæ nunc, & quæ in millesimo anno; quia illa dicuntur simul, quæ sunt in eodem indiuisibili. 2. D.2.Qu.2.§. *Istam instantiam*. ℣. *Ad hoc*. C. 5.

Instans naturæ.

In instanti primo naturæ in Diuinis, stando in illo, habetur persona perfecta, habens memoriam perfectam essentiæ Diuinæ, hoc est, habens intellectum, cui essentia Diuina est præsens in ratione obiecti actu intelligibilis: Et ista Persona ista memoria essentiæ Diuinæ potest formaliter operari, & formaliter producere: Et priùs aliquo modo intelligitur ista Persona operari ista memoria, quàm producere; & in illo priori intelligitur ista Persona in se perfecta, & verè beata in actu intellectus, intelligendo essentiam Diuinam sicut obiectum suum. 2.D.1.Qu.1.§. *Quantum ad hoc igitur*. ℣. *Exemplum*. H.13.

In instanti primo naturæ, præcisè stando, comparando essentiam Diuinam ad intellectum, & voluntatem, habetur totus ordo originis primus, quia scilicet duæ personæ perfectè originantur, & tota perfectio Diuinarum Personarum ad intra, in intellectu Diuino, & voluntate, habetur in primo instanti naturæ; vt sunt potentiæ operatiuæ circa illam essentiam. *ibidem*. H.14.

In instanti secundo naturæ potest assignari quidam ordo originis, quia priùs origine Pater intelligit lapidem, quàm Filius. *ibidem*. ℣. *In secundo tamen*. H. 16.

Instans originis.

Instantia originis distinguendo, non distinguitur inter durationem, & durationem sed tantùm à quo quis sit. 1.D.10.Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad vltimum dicendum*. Q. 15.

Instans moræ Angelorum.

Instans præcisè vnum si esset, in quo mali Angeli demeruerunt, & boni meruerunt; in illo non fuisset illa

pugna

Instans moræ angelorum.

pugna cum Dracone, nec victoria tentationis, & ità non ascriberetur illa victoria eis in laudem, & excellens meritum eorum. 2 D.5.Q.1.§. *De secundo*. ℣. *Secundo, quia Angelis*. K.9.

Instans tantùm vnum si fuisset, in quo mali Angeli demeruerunt, & boni meruerunt, simul peccasent mali, & boni meruisseut; Sed in illo instanti naturæ, in quo mali peccauerunt, peccatum eorum non tentauit bonos. *ibidem*.

Instrumentale.

Instrumentale Agens non mouet, nisi quia motum; & per consequens aliqua immediatè efficientia datur Superiori Agenti, scilicet substantiæ. 2.D.16.Q.Vn.§. *Dico igitur*. ℣. *Contra, quia*. G.16.

Instrumentum.

Instrumentum vbi non possit haberi à principali Agente, per quod instrumentum agens attingat terminum, vel passum, ibi Agena ipsum immediatè attingit terminum. In generatione autem substantiali instrumentum non potest attingere passum, scilicet materiam primam. 2.D.16.Q. Vn.§. *Dico igitur*. ℣. *Prætereu principule Agens*. G.16.

Instrumenti vsus ad finem suum, licet in se non sit formaliter malus, potest tamen esse malus materialiter, inquantùm imperatur à voluntate, in qua est malitia formaliter, vt cùm intendit malum finem. Si autem talis vsus sit secundùm dictamen rectæ rationis, non est in ea malitia aliquomodo. 2.D.42.Q.4. ∫. *Ad primum argumentum*. *Dico, quòd vsus*. N.17.

Instrumentum disponere ad terminum principale, licet ad hoc probandum accipiantur argumenta particularia, ex talibus tamen exemplis non potest inferri hoc vniuersaliter de instrumento., nisi fiat fallacia consequentis: Sed nisi accipiatur vniuersaliter, non potest remoueri à creatura ratio creationis, nam ex maiori particulari in secunda figura nihil sequitur, propter fallaciam consequentis. 4.D.1.Q.1.§. *Sed istu*. ℣. *Hoc non soluit*. D.10.

Instrumentum omne, vel Agens in virtute alterius aut attingit effectum principalem, vel disponit ad principalem terminum. 4.D.1.Q.1. ∫. *Istu ergo ratione*. ℣. *Contra hoc*. O.19.

Instrumentum nullum formaliter est ideo aptum ad vsum, quia aliquis vtitur eo vt instrumento, vt patet inductiuè, & ratione. Nam idoneitas instrumenti præcedit naturaliter vsum instrumenti, vt instrumentum est: Non enim quia immergo puerum, siuè vtor aliquo sensibili ad actum sacramenti, ideo recipit illam virtutem spiritualem, (si quæ datur), & consequenter non est dare quando recipiat. 4.D.1.Q.5.§. *Contru opinionem istum*. ℣. *Item quæro*. A.9.

Instrumentum alicuius causæ nihil est, nisi superioris causæ, in genere causæ efficientis. 4.D.12.Qu.3.§. *Dico ergo ad quæstionem*. ℣. *Concedo primum*. D.10.

Instrumentum (secundùm negantes formam substantialem esse principium agendi) non agit, nisi vt mouens motum; & consequenter immediatè mouetur à principali Agente ad hoc, vt moueat; & per consequenaad hoc, vt accidens agat, vt instrumentum substantiæ immediatè, mouebitur à substantia. 4.D.13 Q.1.§. *De tertio urticulo*. ℣. *Contra conclusionem istius*. Cc.37.

Instrumentum, vel dispositio præuia non est signum rememoratiuum, siuè ostensiuum alicuius, vt iam præteriti; sed futuri. 4.D.19.Q.Vn.§. *Ad quæstionem motam*. ℣. *Contra primum*. n.23.

Instrumentum multipliciter acceptum.

Instrumentum si distinguatur contra causam principalem, excludendo omnem causam superiorem agentem, (quæ ideo principaliter dicitur agere, quia agit independenter à causa superiore agente), sic omnia causa secunda potest dici instrumentalis: si autem instrumentum distinguitur contra causam principalem, (vt per causam principalem, seu principaliter agentem, intelligitur illa, quæ agit per propriam formam, & intrinsecam agenti), tunc illud potest dici instrumentum, quod non ha-

Instrumentum multipliciter acceptum.

bet in se formam actiuam in suo ordine; etiam dependendo in actione sua ab alio superiore, sed tantùm agit per actualem motionem alicuius alterius mouentia, vt patet de instrumento artificis; & securi; serra; & huiusmodi. 4.D.1.Q.1.§. *Ad quæstionem*. Dd.26.

Instrumentum communissimè acceptum extenditur quandoque ad causam secundam: Quandoque autem accipitur pro eo, quod est pars, per quam totum agit; & sic loquitur Philosophus vocana lib.2. Animæ Tex.16. Organa sensuum, & aliarum potentiarum instrumenta, siuè partes, per quas totum operatur tales operationes. 4.D.1.Q.5. ∫. *Ad primum ergo quæstionem*. ℣. *Ad intellectum*. F.14.

Instrumentum vno modo dicitur causa actiua ad dispositionem præuiam; & hoc modo dicitur instrumentum, sicut instrumentum in arte, & ab isto primo tractum est hoc vocabulum, de quo dubium est, an sit actiuum propriè, & videtur probabilius quòd non: Serra enim non habet in se nisi quantitatem, figuram, & motum localem, de quibus omnibus patet quòd non sunt formæ actiuæ, quia aliàs Mathematicus considerando quantum figuratum non abstraheret à motu. *ibidem*. & D.6.Q.5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad primum*. E.8.

Instrumentum, sicut potest dici totum illud, quod recipit effectum priorem [effectu posteriori], ita & quodammodo iste effectus potest dici instrumentum. Verè enim potest dici quòd per motionem serræ (, quæ motio est effectus prior diuisione ligni, qui est effectus posterior), lignum diuidatur: Sacramentum autem, siuè susceptio Sacramenti est vt effectus prior gratia, & consequenter per illud potest dici gratia causari. 4.D.1.Q.5.§. *Ad primam ergo quæstionem dico*. ℣. *Et si dicatur*. G.15.

Instrumentum quantupliciter sumitur. Primo. Sic; quòd causa prima sit principalis, & causa secunda instrumentum respectu effectus, sicut Sol, & Pater respectu generationia filij. Secundo. Sic; quòd causa principalis attingat effectum, & instrumentum tantùm dispositiuè; sicut ignis, & calor, qui est disponens ad generationem alterius ignis. Tertiò. Sic; quòd causa quidem principalis attingat effectum, sed non nisi mediante instrumento, quod est quodammodo actiuum respectu effectua, sed non per formam propriam in esse quieto, quæ sit sibi principium agendi in suo ordine, sed tantùm per actualem motionem, habitam à causa principali, sicut color illuminatus, & species coloris in aere respectu mutationis oculi ad speciem, vel visionem coloris producendam in oculo; species enim intentionalis, quatenus est in oculo motionem producit. Quartò. Sic; quòd *totum* sit causa principalis, & *purs* instrumentum; sicut organum potentiæ nutritiuæ, & totum animal respectu nutritionis; hic organum est instrumentum. Quintò communiùs consueuit dici nomen instrumenti de quibusdam alijs, idest de instrumentis artificum, à quibus primò tractum est nomen instrumenti, vt de securi, serra &c. 4.D.6.Qu.5. ∫. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad primum* D.E.6.7.8.

Instrumentum intrinsecum.

Instrumentum intrinsecum est idem operanti, & sic ipsummet operans dicitur instrumentum, inquantùm habet rationem determinatam operatiuam: Quia illo modo accipiendo instrumentum, forma determinana actionem debet poni in instrumento; non autem in principali Agente, vt distinguitur ab instrumento, debet poni nisi forma recipiens actionem. 2.D.26.Q.Vn.§. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Ad aliud de instrumento*. C.7.

Instrumentum artificis.

Instrumento artificiali sufficit acuties ad hoc, quòd virtus motiua moueat ipsum ad scindēdum, nec requiritur similis dispositio in principali mouente, vel dispositio illi proportionata, scilicet in virtute motiua. 3.D.25.Qu.2. ∫. *Ideo dico ad argumentum*. ℣. *Dico, quòd sicut*. B.2.

Instrumenta artificialia tenendo non esse formaliter actiua cuiusdam effectus prioris, ordinati ad effectum vltimum, apparet magis, quomodo Sacramentum potest dici instrumentum, licet non habeat virtutem actiuam propriè

respectu

Instrumentum artificis.

respectu termint, sed sit sicut effectua prior, ordinatus ad gratiam. 4.D.1.Q.5.§. *Ad primam ergo quæstionem*. ℣. *Ad intellectum*. F. 15.

Instrumenta, quæ dicuntur artificis, vt secoria, serra, & huiusmodi, de quibus frequenter traduntur exempla, noo sunt actiua propriè, neque respectu principalia effectua, si Agens per talia attingit effectum principalem: sicut monetarius per aliquod instrumentum attingit figuram imprimendam monetæ, quæ est terminus eius principalis: que formæ disponentis, si Agens per talia agit ad dispositionem præuiam, sic ut per securim agit ad diuisionem ligni, quæ est præuia formæ arcæ: Sed tamen instrumentum istu modo dictum est motum susceptiuum effectus prioris, ordinati ad effectum posteriorem, ita quòd receptum in eo habet ordinem ad terminum principalem, sicut effectus propinquior causæ ad effectum remotiorem; non autem habet ordinem caosalitatis propriè dictæ: Et de tali posset concedi quod instrumentum non habet actionem propriam respectu effectus, quia nec habet aliquam virtutem nec in esse quieto, nec in fieri; & ideo simpliciter non est actiuum; & per consequens nec habet intentionem, vt conuenit Agenti. 4.D.6.Q.5.§. *Ad istam quæstionem*, ℣. *Ad primum*. E.8. & D.1.Q.4.§. *Ad primam ergo quæstionem*. ℣. *Ad intellectum*. F. 15.

Instrumentum si accipiatur strictè, sicut serra, & securia dicuntur instrumenta mouentia mota; tale instrumentum non habet de se formam sufficientem ad producendum effectum, sed tantùm per motionem principalis agentis producitur quod producitur. Si etiam instrumentum accipiator prout causa inferior dicitur instrumentum, vel forma, quam huiusmodi causa recipit per motionem agentis superioris, qua forma agit, adhoc nullum istorum instrumentorum per formam suam potest in effectum, respectu cuius est instrumentum; Sed necesse est quòd ad illom effectum concurrat simul concausana, cuios est instrumentum. 4.D.12.Q.3.§. *Hic est opinio*. ℣. *Item nihil est*. A. 6.

Instrumentum vt actiuum.

Instrumentum per illud proprium, quod agit, non agit nisi in virtoce principalis Agentis, quia in quacunque actione, quam haberet non in virtute principalis Agentis, in illa non esset instrumentum, sed principale Agens. 4.D.1. Qu. 1. §. *Sed istæ rationes*. ℣. *Hoc non soluit*. D.9.

Instrumentum agere dispositiuè, (quo sensu accipitur illa propositio, *Causa instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi per aliquid sibi proprium operetur ad effectum proprium principalis Agentis*), si intelligatur vniuersaliter, falsum est; nam possibile est, secundùm Auctorem illius propositionis alibi, instrumentum attingere effectum principalis Agentis: Et patet in multis, in quibus quandoque artifex per instrumentum inducit terminum principaliter intentum, sicut Monetarius per instromentum inducit formam in monetam; & sigillator in ceram. 4.D.1.Q.1.§. *Sed istæ rationes*. ℣. *Hoc non soluit*. D.9.

Instrumentum nunquam opurtet ad effectum principalem disponere, nisi sit instrumentum in actione, quæ disponit ad effectum istum, quòd non est vniuersaliter necessarium, sed solùm quando sunt plures actiones ordinatæ, quarum vna ad aliam disponit. Absolutè autem potest esse instrumentum in principali actione, licet non concurrat in aliqua actione præcedente. *ibidem*.

Instrumentum per aliquid sibi proprium causat dispositionem ad terminum principalem, quando non potest virtute principalis agentis attingere ad illum terminum principalem; & secundùm hunc intellectum tantùm potest habere veritatem illa propositio vnius Authoris, *Causa instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi per aliquid sibi proprium operetur ad effectum proprium principalis Agentis*. Et tunc illa alia propositio ab eodem assumpta pro minori [in argumento, quo probare nititur, *Creaturam non posse attingere terminum creationis*, quæ minor nun est probata, nisi per ratiooem illam priorem de esse, de qua iam visum est quòd ipsa non concludit], concluderet quòd creatura non possit in virtute Dei attingere terminum creationis, quod non est ab illo probatum. 4.D.1.Q.1.§. *Sed istæ rationes*. ℣. *Hoc non soluit*. D.9.10.

Instrumentum si ponatur propriè actiuum ad aliquem terminum, necesse est ipsum habere formam aliquam intrinsecam actiuam, vel in esse quieto, ante omnem motionem alterius agentis; vel in fieri, quando totaliter mouetur à superiori agente: Si enim neutro modo habet formam actiuam, nullo modo propriè aget. Cum enim actus primus sit principium actus secundi, illud, quod nullum actum primum habet in se actiuum in suo ordine, in nullum actum secundum potest in illo ordine; alioquin quodlibet posset poni instrumentum respectu cuiuslibet; & posset dici quòd Deus per muscam, vt per instrumentum, crearet Angelum. 4.D.1.Q.1.§. *Ad quæstionem*. Dd.26.

Instrumentum si ponatur propriè agere ad effectum; vel habet in se formam actiuam in esse quieto, ante motionem, sicut causa secunda; vel saltem in motione actuali recipit formam actiuam, qua agit in suo ordine agendi; & hoc vel ad terminum principalem, vel ad aliquam dispositionem præuiam, vt sic vniuersaliter sit ista propositio vera. Omne instrumentum, quod est propriè actiuum, vel agit ad aliquam dispositionem præuiam termino principali, vel per aliquam formam intrinsecam attingit terminum principalem, licet in virtute principalis Agentis, & hoc siuè illa forma intrinseca præcedit motionem, siuè tantùm insit sibi, dùm actualiter mouetur. 4.D.1.Qu.1. §. *Ad quæstionem*. Ee. 26. & D.6.Q.5.§. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad primum*. D.6.

Instrumentum magis dicitur agere in virtute alterius, quàm causa secunda; quia plus dependet ab Agente superiori illud, quod non habet formam actiuam in esse quieto, sed tantùm recipit in actuali motione, quàm illud, quod habet formam actiuam in esse quieto. 4.D.1.Q.1.§. *Ad argumenta principalia*. *Ad vltimum*. R1.34.

Instrumentum, idest recipiens formam actiuam in motione *agere in virtute alterius*, est tunc actualem accipere formam ab eo, per quam agit. *ibidem*.

Instrumentum, quando agit, accipit influentiam propriè ab eo, cuius est instrumentum, quia motionem actualem; & in motione formam, per quam agit in suo ordine. *ibidem*.

Instrumentum non agit, nisi in virtote principalis Agentis; Vnde si instrumentum (scilicet Sacrameotnm), non potest, nisi in tempore agere ad dispositionem ad gratiam primam, ad quam solam Sacramentum agere docent aliqui; sequitur quod Deus, [qui est causa principalis], aget in tempore, vel successiuè ad eandem gratiam: Consequens videtur inconueniens, tùm propter infinitatem potentiæ agentis, tùm propter summam capacitatem recipientis, non habentis contrarium. 4. D.1.Q.5. ʃ. *Contra istam*. ℣. *Patet etiam tertiò*. A.4.

Instrumentum in quantùm instrumentum est, si non oportet agere per motum, nisi quia ipsum est mouens motum, sequitur quòd oportet illud, respectu cuius est instrumentum, mouere ipsum, & per consequens illud, cuius est instrumentum, potest agere per motum in ipsum instrumentum. Et ita si Deus agit per omne aliud à se, vt per suum instrumentum, (nàm omne aliud agens est instrumentum Dei), & omne agens à Deo agit per motum; sequitur quòd Deus agit per motum; Et per consequens, quod ratio concluditur ex hoc, quòd Deus non agat per motum, sicut omne aliud à Deo sic agit, Deum solùm agere in materiam, vt est *quid*, quia Deus etiam potest agere per motum, & ita concluditur oppositum. 4. D.11.Q.3.§. *De secundo articulo principali*. ℣. *Item illa propositio*. K. 21.

I N T

Integritas.

Integritas alia est eorum, quæ, secundùm dictamen rectæ rationis, debent conuenire actui interiori hominis; & alia eorum, quæ conueniunt actui exteriori; atque adeo & alia bonitas moralis; & per consequens alia malitia moralis, & hoc siue priuatiua tantùm, quia alia est carentia eorum, quæ debent conuenire; siuè contraria quia alia est disconuenientia, repugnans illis, quæ debent con-

Integritas.

conuenire. *Quodl.* Quæst. 18. *§. De tertio. ℣. Primum probatur*. R.12.

Intellectio.

Intellectiones omnes eiusdem intellectus habent similem habitudinem ad intellectum, secundum identitatem essentialem, vel accidentalem, sicut patet de omni intellectu causato, & eius intellectionibus, quia videntur perfectiones eiusdem generis. 1.D.2.Qu.2. §. *Ostenso esse. ℣. Secundo probatur*. T.27.

Intellectio, sicut & cæteræ operationes immanentes non sunt substantiæ; quia intellectio adest, & abest præter subiecti corruptionem; nec quantitas, quia non est, nisi in corporibus; vel in pluribus realiter distinctis, vt numerus; nec sunt habitus; nec positio; nec quandò, nec vbi, quia hæc dicunt habitudinem ad corpora; vel sunt passiones corporalium; nec aliquid aliorum, vt actio; vel passio; aut relatio; ergo qualitas. Probatur autem quod non sit relatio, nec actio, nec passio; quia operatio immanens est vltima perfectio naturæ absolutæ operantis; nulla autem relatio, actio, vel passio est huiusmodi. 1.D.3.Q.6. *aliàs* 7. *§. Hic sunt*. V.31.

Intellectio non est relatio; quia iuxta Augustinum. 7. de Trinit. cap. 1. *Omnis essentia, quæ relatiuè dicitur, est aliquid, excepto eo, quod relatiuè dicitur*; intellectio autem subest relationi, quia dicitur relatiuè ad subiectum; Vnde sequitur quòd non sit relatio, sed aliquid vltra relationem. 1.D.3.Q.6. *aliàs* 7. §. *Hic sunt. ℣. Secundo probo specialiter*. V 31.

Ad intellectionem est aliqua per se mutatio: Quod patet. Nam, secundùm Philosophum. 6. Phisic. *Mutari est aliter se habere nunc, quàm priùs*, sed intellectus actu intelligens se habet aliter nunc, quàm priùs; ergo verè est mutatio per se, & sic propriè mutatio ad huiusmodi operationes terminatur. *ibidem*. §. *Secunda quæstio*. X.33.

Intellectio, & volitio sunt formæ absolutæ de genere qualitatis; Cum enim actio non sit terminus actionis, & istæ verè terminant actionem, vt dicit Augustinus. lib. 9. de Trinit. cap. vlt. Quod *Notitia gignitur vere, & volitio procedit*, vt dicit. lib. 15. de Trinit. cap. 27. sequitur quod non sunt actiones de genere actionis. 1.D.3 Q.9. *aliàs* 10. §. *Ad primum argumentum. ℣. Ad tertium*. O. 10.

Intellectio est in continua dependentia ad præsentiam suæ causæ, quia aliter non haberet esse, sicut patet per Augustinum. lib. 11. de Trinit. cap. 3. Cum autem cogitantis acies auersa inde fuerit, nihil formæ, quæ impressa erat in eadem acie, remanebit. *ibidem. ℣. Hoc secundo modo*. O. 11.

Intellectio est forma, quæ de ratione sua transit in aliquid, vt in terminum: Non enim est intelligibile quòd sit intellectio, & quòd non sit alicuius termini. *ibidem*.

Intellectio est primum distinctiuum eorum, quæ distinguuntur secundum rationem. 1.D.8. Qu.4. §. *Ista tamen positio. ℣. Præterea contra conclusionem*. O 16.

Intellectione actuali licet anima non producat actum amandi, sed voluntate, vt est actus primus, qui præexistit in anima ante intellectionem; tamen non est fœcunda potentia propinqua ad habendum actum volendi, nisi sit in actuali intellectione. 1.D.12.Q.1. §. *Quantum ad istum articulum. ℣. Exemplum istius est*. N.12.

Intellectio non est actio productiua alicuius termini; tunc enim incompossibile esset eam intelligere, & non esse termini; sicut impossibile est intelligere calefactionem esse, & non esse calorem, ad quem fit calefactio; Non est autem impossibile intelligere intellectionem in se, non intelligendo quòd sit alicuius termini, vt producti per ipsam. 1.D.27.Q.1. *aliàs* 3. *§. Ad quæstiones istas. ℣. Nec etiam est terminus aliquis productus*. F.13.

Intellectio est forma vna, quæ licet possit comparari ad agens, à quo est, & ad subiectum, in quo recipitur; tamen ipsa ex hoc non habet talem distinctionem, vt possit esse quasi causa sui, vel esse terminus actionis secundùm hoc, & non secundùm illud: Quia si est terminus actionis, hoc est secundùm se, nec secundum istum respectum, nec secundùm illum, sed eam concomitantur isti respectus. 1.D.27. Q.1. *aliàs* 3. *§. Ad quæstiones istas. ℣. Improbatur etiam hæc via*. F.13.

Intellectio.

In intellectione eadem ratio intelligendi illimitata potest esse propria ratio intelligendi quodcunque eorum, ad quæ est illimitata; sicut si esset limitata ad aliquod solum; & maximè respectu istius actus, qui est intelligere, in quo non semper requiritur vniuoca ratio, vel assimilatio cum cognito, alioquin nihil posset cognosci per causam; nec conclusio per principium, sed sufficit ratio eminentior, continens perfectè similitudinem virtualem cogniti. 1.D.35.Q.Vn. *§. Ad argumenta principalia. ℣. Ad aliud patet*. N.16.

Intellectio per se si sit causa partialis respectu volitionis, vt dicunt aliqui; sequitur quod visio, & cognitio enigmatica, quæ sunt cognitiones alterius rationis, possint concurrere ad volitionem simpliciter alterius rationis. 2. D. 26.Q.Vn. §. *Contra istam positionem. ℣. Dico, quòd argumentum*. A.5.

Intellectio in vniuersali non potest esse alia ab intellectione in particulari: Quia sicut vniuersale in singulari non est aliud quàm singulare, sic nec intellectio vniuersalis in particulari est alia a particulari in particulari, atque adeo est idem in particulari. Per intellectionem autem in particulari non intelligitur nisi aliquid determinatum. 2.D.42.Q.4. §. *Quantum ad primum. ℣. Item illa intellectio*. C.7.

Intellectionis vnius obiecti remissio non ponit aliquam intellectionem alterius obiecti, nisi à casu. 2.D.42.Qu.4. §. *Quantum ad primum ℣. Vltimus etiam modus*. E.9.

Intellectione existente, licet non cognita vt obiectum, potest voluntas velle, & complacere sibi in obiecto illius intellectionis, & in illa intellectione, & non complacere sibi; aliter enim voluntas non posset copulare parentem cum prole, quod est contra Augustinum, quasi vbique. in libris de Trinitate. 2.D.42.Q.4. §. *Respondeo ergo. ℣. Secunda propositio*. F.10.

Intellectio, vel visio; & fruitio, cum sint duo absoluta, non est contradictio prius causari sine posteriori. 3.D.2. Q.1. §. *Contra istam. ℣. Etsi dicas*. B.4.

Intellectio vna requirit vnam rationem intelligendi obiectiuam formalem, & vnum obiectum primum, quia si plura sunt obiecta prima, numerabuntur intellectiones secundum numerum illorum obiectorum, sicut mensurata numerantur mensuris numeratis, propter dependentiam actualem. 4.D.1.Q.1. §. *Secunda propositio. ℣. Tertiò probatur*. X.23.

Intellectione, *siue* Per intellectionem obiectum intellectum nullo modo accipit esse; imò præsupponitur omninò ipsi intellectioni; & hoc ideo, quia istæ operationes, nempè intellectio, & volitio, quæ dicuntur actiones, sunt vltimi termini, non autem gratia aliorum terminorum. 4. D. 11. Qu.2. §. *Ad argumenta: ad primum. ℣. Ad secundum*. C.D.5.

Intellectio est forma realis, vndè respectu eius oportet dare aliquod principium actiuum reale, vt reale. 4. D. 13. Qu. 1. §. *De tertio articulo. ℣. Secundo sic, quia*. C e. 37.

Intellectio propriè est cognitio transcendens omne genus sensationis. 4. D. 43. Qu. 2. *§. Respondeo. ℣. Sed tentandum*. C.7.

Intellectio aliquam conditionem perfectionis habet sine phantasmate, quam non habet cum phantasmate; quia similitudinem quandam cum intellectione simpliciter perfecta substantiæ separatæ: Sed non sequitur ex hoc, quod quæcunque talis sit simpliciter perfectior quacunque tali. 4. D. 45. Qu. 1. *§. Alia opinio. ℣. Ad secundum*. E 6.

Intellectio separata concedenda est minùs perfecta, quàm coniuncta, per hoc, quod phantasma tribuit istam perfectionem intellectui coniuncto, quod intendit speciem intelligibilem regulariter in qualibet intellectione; quæ perfectio haberi non potest sine phantasmate: Et ideo quo ad hoc concedendum esset quòd intellectio separata esset minùs perfecta, quàm coniuncta, nisi esset aliquid reformans, quod sufficeret pro æquali perfectione restauranda. 4. D. 45. Qu. 1. §. *Alia opinio. ℣. Ad tertium*. E.7.

Intellectio est propria operatio totius hominis, sed tantùm secundùm formam perfectissimam in eo (scilicet intellectiuam) tanquam secundùm propriam rationem operandi. Nec

Intellectio.

di. Nec hoc solùm, sed quia forma est separabilis, sic inest secundum eam, quod potest esse eius[in statu separationis]. Et ideo sic est propria totius, quod potest esse partis: Vnde ista propositio, *operatio propria totius non potest esse partis*, est neganda. 4. D.45. Qu.1. §. *Alia opinio*. ℣. *Ad quartum*. G.8.

Intellectio præcedens volitionem non est grata, nec meritoria; sequens etiam non est grata, nisi quia est imperata à volitione grata. 4. D.49. Qu.2. §. *Ad istam secundam quæstionem*. ℣. *Si instetur*, F.11.

Intellectionis oppositum non potest esse ita odibile, sicut oppositum dilectionis; præscindendo ista, quomodo non includunt se. Hoc probatur, quia nulla ignorantia Dei, etiam infidelitatis, potest esse ita odibilis, sicut odium Dei, si posset voluntati inesse. 4. D.49 Qu. 4. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Præterea in bonis*. N.18.

Intellectio si ponatur causa, licet partialis, ipsius volitionis, & intellectio viatoris, & visio beata differant specie, sequitur quòd etiam effectus, qui requirunt istas causas diuersas, differunt specie, si eorum causæ differant specie. Nunquam enim indiuiduum eiusdem speciei necessariò requirit causam alterius speciei ab illa, quam requirit aliud indiuiduum. 4. D. 49 Qu. 5. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Aliter potest dici*. E.5.

Intellectio si dicatur *Causa sine qua non* ipsius volitionis, saltem essentialiter requiritur, & tunc diuersa eiusdem speciei, non necessariò requirunt in causis aliqua alterius speciei: Et tunc tenendo fruitionem beatam, & non beatam distingui specie, concedendum est volitiones pœnes obiecta distingui specie; & tamen obiectum, secundùm se optuantes, est *causa sine qua non*. 4. D.49. Qu.5. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Aliter potest dici*. E.5.

Intellectio, & volitio est propria operatio naturæ viuentis vita intellectuali. *Quodl.* Qu.1. §. *De altero*. ℣. *Istas propositiones*. M.14.

Intellectio omnis, quæ non est eadem obiecto, causatur ab obiecto; & videtur quòd effectiuè; secundùm Commentat. lib. 3. de Anim. Tex.15. Comment.36. dicentem quòd balneum in mente mouet vt efficiens, & vt extra, mouet vt finis. *Quodl.* Qu.7. §. *Secundum scilicet*. ℣. *Contra tomais*. H h. 41.

Intellectio est operatio immaterialis. Ista propositio potest vno modo intelligi per oppositum ad operationes sensitiuas, quæ dicuntur organicæ; quia exercentur per organa determinata, & sic materiales, quia requirunt determinatam partem corporis, determinatè complexionatam: Et per oppositum intellectus est operatio non organica; non enim per aliquam partem corporis determinatam exercetur; & hoc modo intellectus dicitur nullius partis corporis; intelligendo sic, vt nulla parte, vel per nullam partem propriè exerceat operationem suam, sicut potentiæ sensitiuæ. Sed ex isto intellectu huius propositionis non videtur sequi immaterialitas formæ: Forma enim purè materialis, dum tamen sit vniformis in toto, & in qualibet parte, non dicitur operari per organum, sicut ignis non dicitur operari per organum. *Quodl.* Qu.9. §. *De secundo*, ℣. *De ista quarta*. D.9.

Intellectio est immaterialis. Hoc potest intelligi vno modo *terminatiuè*, hoc est Intellectio tendit in obiectum abstractum à materia; & in hoc intellectu videtur ista propositio probari ab aliquibus per immaterialitatem obiecti; quia nimirum obiectum intellectus, inquantum huiusmodi, à materia abstrahitur; quia formæ in materia sunt indiuiduales, quas non apprehendit secundum quod huiusmodi. Ista vero probatio non concludit immaterialitatem simpliciter, etiam terminatiuè, siuè obiectiuè: quia, secundum omnes, quidditas rei materialis potest per se esse obiectum intellectus nostri; sed tantummodò sic requiritur in obiecto immaterialitas, hoc est abstractio à materia indiuiduali: Et ex hoc sequitur quòd operatio sit immaterialis terminatiuè: hoc est indifferens sed obiecta singularia materialia; & tunc, ad habendam conclusionem intentam, oportet probare quòd operatio, quæ respicit vniuersale pro obiecto, non posset aliquo modo communicari materiæ. *Quodl.* Qu. 9. §. *De secundo: conclusio negatiua*. ℣. *Respondeo ad hoc*. F. 11.

Intellectio potest intelligi immaterialis, quia non est primo alicuius materialis, tanquam proximi receptiui; sed eius receptiuum proximum, & proprium est forma; non illa totius, quæ est quidditas, sicut est humanitas; sed illa, quæ est simplex, & altera pars compositi. *Quodl.* Qu.9. §. *De secundo*. ℣. *Alio modo*. G.11.

Intellectionis receptiuum proximum, & proxima ratio formalis recipiendi est anima, vel aliquid ex parte animæ præcisè, non includendo aliquam materiam: Et propter hoc potest ipsa competere animæ separatæ, quia ibi manet proximum eius receptiuum. *Quodl.* Q.9. §. *De secundo*. ℣. *Per oppositum*. H.12.

Intellectio, quæ est operatio immanens in operante, potest dici competere per se alicui dupliciter: Vno modo sicut proximo susceptiuo; alio modo sicut remoto. Exemplum. Primo modo superficies dicitur alba; secundo modo non; sed benè dicitur, homo est albus. *ibidem*. §. *De tertio*. ℣. *Ad rationem*. I.14.

Intellectio est immaterialis hoc modo, scilicet non quod non sit ipsius animæ vnitæ prout informat materiam, sed quia ipsa est solius animæ, vt proximi susceptiui; totius autem compositi tanquam remoti susceptiui, & tantùm secundùm partem formalem sui. *ibidem*. ℣. *Ex ista patet*. K.15.

In intellectione omni: *Siuè sic*, In intellectione, & operatione quacunque actu scilicet intrinseco, quo ipsum operans perficitur vltimatè, est aliqua entitas absoluta. *Quodl.* Qu.13. §. *Quæstio ista*. ℣. *Vbi tria*. B 2.

Intellectio aliqua potest esse non existentis; aliqua etiam potest esse obiecti existentis, vt existentis; quia talem habebit Beatus de obiecto beatifico; (alioquin posset esse aliquis Beatus in obiecto, esto, per impossibile, quod ipsum non esset existens) de quo dicitur habere claram visionem, siuè facialem, propter hoc, quod actus eius cognoscendi tendit in illud, vt in præsens in propria existentia actuali *Quodl.* Qu.13. §. *Circa secundam*. ℣. *Confirmilir*. I.8.

Intellectio omnis per se propria, & immediata alicuius obiecti requirit ipsum obiectum, sub propria ratione obiecti, præsens; & hoc vel in propria existentia, putà si est intuitiua, vel in aliquo perfectè repræsentante ipsum sub propria, & per se ratione, cognoscibilis, si fuerit abstractiua. *Quodl.* Qu.14. §. *De secundo*. N. 10.

Intellectionis in parte intellectiua est aliquod principium actiuum. *Quodl.* Qu. 15. §. *De primo*. A.2.

Intellectio est simpliciter perfectior phantasmate, & quacunque tali perfectione, quæ est in parte sensitiua; quia intellectio est propriè perfectio naturæ intellectualis, vt intellectualis est, quæ, inquantum talis, est nobilior anima sensitiua, & ita perfectior. *ibidem*. ℣. *Secundum*. B.3.

Intellectio, quæ dicitur actio, idest operatio, est actio immanens simpliciter in potentia operante. *Quodl.* Qu. 15. §. *Ad primum principale*. ℣. *Ad argumentum*. Bb.24.

Intellectionem omnem non potest suspendere voluntas, licet posset aliquam intellectionem suspendere; quia quando suscipit intellectionem, non potest suspendere illam intellectionem, quæ necessaria est ad volitionem illam, per quam suspendit illam intellectionem. *Quodl.* Qu 16. §. *De primo* ℣. *Præterea*: *potentia*. D. 4.

Intellectionis causa.

Intellectionis pars intellectiua est causa superior, quàm species alicuius obiecti. 1. D. 3. Qu.7 *aliàs*. 8. §. *Contra*: *neutra istarum*. ℣. *Item in causis*. G. 13.

Intellectio non causatur à sola specie intelligibili simpliciter; quia intellectio esset effectus æquiuocus speciei intelligibilis, si ab ea sola causaretur; & ita simpliciter esset imperfectior specie intelligibili, quod verum non est. 1. D. 3. Qu.7. *aliàs* 8 §. *Conclusio istarum duarum*. G. 16.

Intellectionis ad obiectum, inquantum est motiuum intellectus, siuè magis, inquantum est causatiuum intellectionis, est relatio, pertinens ad secundum modum relatiuorum, sicut Filii ad Patrem. *ibidem*. ℣. *Nota, quod intellectionis*. H. 19. Additio.

Intellectio-

Intellectionis causa.

Intellectionis ad obiectum, quod est eius causa, est relatio vt terminati ad terminans: Non enim intellectio est tantùm ab obiectu, vt à causa efficiente totali, vel partiali, sed est ad ipsum, vt ad terminans. *ibidem*.

Intellectionis non est totalis causa actiua obiectum, nec in se, nec in sua specie. Nec totalis causa intellectionis est anima intellectiua, vel aliquid eius formaliter; concurrunt ergo ista duo, vt habentia ordinem essentialem; non tamen primo modo, quia nec intellectus dat obiecto, vel speciei rationem suæ causalitatis; non enim obiectum natum est in se, vel in specie sui facere intellectionem per aliquid, quod recipit ab intellectu, sed ex natura sua: Nec intellectus recipit suam causalitatem ab obiecto, vel specie obiecti. Sunt igitur causæ essentialiter ordinatæ vltimo modo, scilicet, quod vna est simpliciter perfectior altera, ità tamen, quòd vtraque in sua partiali causalitate est perfecta, non dependens ab alia. 1. D.3.Q.7. *aliàs* 8. §. *Ad quæstionem respondeo*. K.20. *Et ibidem*. ℣. *Concurrunt ergo*. M.22.

Intellectionis, *siue* Ad intellectionem vnius rationis requiritur aliqua perfectio in causa illius intellectionis; & ad aliam intellectionem alterius rationis requiritur tanta perfectio, vel maior; ergo habens hanc, & illam est perfectius, quàm habens illam tantùm; & ita habens infinitas tales, vt totalis causa, est infinitum in perfectione, *ibidem*. ℣. *Et etiam quia tunc*. K.20.

Intellectio, inquantum est quoddam, quo formaliter intelligimus, est forma quædam, recepta in intellectu; non autem intelligimus ea inquantum est causata ab intellectu, si causatur ab eo; Nam si Deus eam causaret, & eam in intellectu nostro imprimeret, non minùs ea intelligeremus. 1.D.3.Q.7. *aliàs* 8.§. *Ad auctoritatem*. ℣. *Ideo Philosophus*. Y.37.

Intellectionis, & volitionis non potest idem sub eadem ratione formali esse principium; quia isti actus secundi requirunt oppositam rationem principiandi in suis principijs; ergo oportet habere aliquam distinctionem actuum primorum, & hoc proportionaliter correspondentem distinctioni actuum secundorum. 1. D.3. Q.9. *aliàs* 10. §. *De tertio*. *Primò videndum*. B.3.

Intellectio tria requirit, *siuè* Ad intellectionem alicuius tria videntur concurrere; videlicet obiectum cognoscibile; intellectus ipse; & ratio intelligendi. 1.D.35.Qu. Vn. §. *Supposito, quòd Deus*. ℣. *Circa istam quæstionem*. A.2.

Intellectiones habent causam efficientem memoriam quoad perfectionem, quam illa potest causare: Ipsa tamen eadem, concurrente causa cum superiori, vel habente ordinem essentialem circa illud, circa quod agit, ipsa perfectiùs agit. 2.D.42.Q.4.§. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. H.12.

Intellectioni actuali causandæ: *siuè* Ad actualem intellectionem causandam concurrunt aliquid ipsius animæ intellectiuæ, & obiectum aliquo modo præsens, scilicet vel in se, vel in aliquo repræsentante. *Quodl*. Q.15.§. *De secundo*. E.7.

Intellectioni producendæ concurrit in ratione principij actiui aliquid ipsius animæ, & ipsum obiectum, vel aliquid ex parte obiecti. Et hoc videtur haberi ex Augustino. lib.9. de Trinit. cap. vltim. *liquidò* (inquit) *tenendum est, quòd omnis res, quamcunque cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui, ab vtroque enim pariter notitia, scilicet à cognoscente, & à cognito*. Et lib. 11. de Trinit. cap. 2. vel 5. *Ex visibili, & vidente gignitur visio*. Et licet ibi subdat, *Informatio sensus, quæ visio dicitur, à solo imprimitur corpore, quod videtur*: Hoc non est contra illud; quia æquiuocè accipitur hoc nomen *Visio*; primò pro actu videndi; secundò pro ipsa similitudine rei visæ, & illa à solo corpore causatur. *Quodl*. Q.15.§. *De secundo*. ℣. *Sed pro actiuitate*. F.8.

Intellectionem eandem, quam in se causat intellectus creatus, si Deus causaret, non tamen diceretur intelligere illa intellectione, sed intellectus ille, in quo causaretur intellectio. *Quodl*. Q.15.§. *Sed hic sunt*. ℣. *Ad secundum Aristoteles*. K.12.

Intellectiones primæ non sunt simpliciter fortuitæ, quia sunt ab obiectis, fortiùs mouentibus secundum phantasmata magis impressa, cessantibus impedimentis; & sic prima intellectio habet causam naturalem motiuam in nobis; quia tamen non est à ratione deliberante, non est imputabilis homini, nisi interpretatiuè: quia in potestate hominis fuit facere obiectum fortiùs mouens, ex frequenti consideratione, ex quo fortiùs imprimatur phantasma tale in memoria; & per consequens fortiùs mouet, & priùs, cessante impedimento: Et per consequens prima intellectio non est in potestate nostra. *Quodl*. Qu. 21. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Sed si quæras*. M.12.

Intellectionis distinctio.

Intellectio ab alia intellectione distinguitur per obiectum: Ab obiecto verò, & potentia distinguitur per se ipsam formaliter. Quod autem ab eis distinguitur causaliter habet à causis extrinsecis; sicut radius habet causaliter à Sole quod ab eo distinguitur. 2. D.3. Q.8. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad vltimum*. N.17.

Intellectiones plures distinctæ simul non possunt esse in intellectu, & si possent esse, tamen vna sufficeret ad vnam volitionem eliciendam: Ita posset esse vna intellectio distincta, etiamsi deliberatio non præcederet, sicut si multæ præcessissent. 2. D.5. Qu.2. §. *Respondeo primò*. ℣. *Arguitur etiam quarto*. D.7.

Intellectio est duplex, absoluta, & comparatiua; & absoluta quidem non est, nisi alicuius obiecti simplicis, contenti sub obiecto intellectus: Sed comparatiua, seu collatiua potest esse ad quodcunque, & hoc siuè comparatio ista sit possibilis, siuè impossibilis. 2. D.6. Q.1. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad secundum dico*. E.5.

Intellectio, & volitio possunt formaliter distingui, licet non habeant obiecta formaliter distincta. Et possunt etiam distingui causaliter aliundè, quàm ab obiectis; quia ab ipsis potentijs, tanquam à causis suis essentialibus: Et ita dato, quòd ab obiecto indistincto secundum speciem habeant indistinctionem; tamen ab alia causa partiali distinguerentur specie. 3. D.14. Q.2. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Et tunc ad illas*. E.6.

Intellectiones si distinguantur specie, non sequitur, *Igitur & volitiones*, nisi addatur in antecedente quòd intellectiones, vt sunt per se præuiæ ad volitiones, distinguuntur specie; hoc est, quòd requiratur in eis distinctio specifica ad hoc, vt possent habere tales volitiones. *Quodl*. Q.17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *alia autem*. M.12.

Intellectio actualis.

Intellectio actualis est aliquid in nobis non perpetuum, sed habens esse post non esse, sicut experimur. 1. D.3. Qu.7. *aliàs* 8. §. *Ad quæstionem*. K.20.

Intellectio actualis omnis non est actus intelligentiæ, sed memoriæ, secundum Augustinum. lib. 14. de Trinit. cap. 17. Vnde sequitur quod nulla actualis intellectio sit ratio gignendi Verbum. 1. D.27. Qu. 3. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea gignere*. A.4.

Intellectio actualis Verbum est. Et hoc confirmatur per Augustinum. 15. de Trinit. cap. 16. *Cogitatio quippè nostra perueniens ad illud, quod scimus, atque inde formata, Verbum nostrum est*. Si igitur virtute eius (nempè obiecti latentis in memoria) statim causaretur aliqua intellectio actualis, quæ genita exprimat, & declaret illud obiectum ibi latens, verè est ibi Verbum. 1. D. 27. Quæst. 3. §. *Ad quæstiones istas*. ℣. *Sequitur igitur per viam*. F.14.

Intellectio actualis non quælibet est Verbum; sed tantùm notitia genita; ideo in Patre non est Verbum formaliter. Declaratur hoc. Quia quælibet intellectio actualis gignitur de memoria; imperfecta autem de imperfecta, sicut perfecta de perfecta; igitur quælibet notitia est proles, & expressiua parentis; Non tamen omnis est Verbum perfectum, quia non est Verbum perfectum, nisi sit notitia actualis perfecta. 1. D.27. Q.3. §. *Ideo, istis opinionibus omissis*. ℣. *Primum istorum*. G 16.

Intellectio actualis non est actio de genere actionis, sed est qualitas, quæ nata est terminare talem actionem, quæ significatur per hoc, quod est *dicere*, vel in communi, per hoc, quod est *elicere*. Non igitur Verbum est aliquid productum actione, quæ est intellectio, quia ipsa intellectio non est productiua alicuius, sed ipsa est pro-

Intellectio actualis.

est producta actione, quæ est de genere actionis. 1. D. 27. Qu. 3. §. *Ad argumenta huius quæstionis*. ℣. *Ad tertium concedo*. H. 19

Intellectio actualis non habet rationem parentis, sicut memoria: Vnde Pater in Diuinis gignit memoria, non intelligentia. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad vlteriorem autem*. ℣. *Ex hoc patet*. G. 23.

Intellectio perfecta.

Intellectione vna perfecta, & distincta, existente in intellectu, multæ intellectiones indistinctæ, & imperfectæ possunt inesse. 2. D. 42. Qu. 4. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Prima quod vna*. F. 10.

Intellectione vna intellectus existente perfecta, possunt ibi esse multæ confusæ, & imperfectæ, nisi illa intellectio esset ita perfecta, & actualis, quòd non pateretur secum aliam. 2. D. 42. Qu. 4. §. *Respondeo ergo*. ℣. *Dico igitur*. G. 11.

Intellectio perfecta, putà diffinitiua de obiecto definibili, siuè sit Verbum illius, siuè non, saltem non est sine Verbo ipsius: Et per consequens, si quid actiuè se habeat ad intellectionem illam perfectam, ipsum quodammodo actiuè se habebit in formatione Verbi. *Quodl.* Qu. 15. §. *De primo*. A. 2.

Intellectio distincta.

Intellectio distincta, & confusa albi videntur esse intellectiones eiusdem rationis, quia eiusdem obiecti. 1. D. 3. Qu. 7. *aliàs*. 8. §. *Contra neutra istarum*. G. 13.

Intellectio distincta est nobilior cognitione confusa; vnde sequitur quòd confusa non est formalis ratio eliciendi, vel causandi distinctam. *ibidem*. ℣. *Contra: actus imperfectior*. G. 13.

Intellectiones distinctas succedentes sibi, absque discursu, possumus habere; & si illæ sint totæ simul, essent non continuatæ quasi in tempore discreto, quod est contra Philosophum. lib. de Memor. & Reminiscent. 2. D. 2. Qu. 4. §. *Contra conclusionem huius*, ℣. *Præterea videtur quod iste*. n. 8.

Intellectio intuitiua.

Intellectio intuitiua est cognitio rei vt in se præsens: Abstractiua potest esse eius, secundùm quòd relucet in aliqua similitudine, quæ potest esse existentis, & etiam non existentis siue præsentis, siuè non. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Respondeo*. A. 5.

Intellectio abstractiua.

Intellectio omnis abstractiua, & nulla intuitiua, est aliquo modo imperfecta. 1. D. 2. Qu. 7. §. *Sed hic restat vlterior difficultas*. ℣. *Ex hoc arguo*. Ff. 42.

Intellectio abstractiua est similitudo naturalis obiecti. *Quodl.* Qu. 13. §. *Circa secundum*. ℣. *Tertium scilicet*. P. 14.

Intellectio simplex.

Intellectio simplex obiecti, ob quam debet intellectus discorrere, non est in potestate voluntatis. 2. D. 42. Qu. 4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Vltimus etiam*. E. 9.

Intellectio absoluta.

Intellectio absoluta vnius obiecti (ex duobus, quæ intellectus cognoscit, quando vnum obiectum comparatiuè ad aliud intelligit) potest haberi per rationem propriam vnius solius tantùm: Et consequenter intellectio comparatiua requirit necessariò perfectionem maiorem in ratione formali intelligendi, quàm intellectio eius absoluta. 4. D. 1. Qu. 1. §. *Secunda propositio*. ℣. *Hæc responsio*. X. 22.

Intellectio comparatiua.

Intellectio alterius non est in comparatione, sed tantùm cointellectio. 2. D. 42. Qu. 4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Item in comparatione*. E. 8.

Intellectio comparata præuia non habetur quando intelligitur lapis absolutè. Nec absoluta intellectio sufficit ad hoc, quòd voluntas velit comparatiua. 2. D. 42. Qu. 4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Vltimus etiam modus*. E. 9.

Intellectio imperata.

Intellectio aliqua est imperata à voluntate, nec tamen est praxis, sed practica; ipsa enim nata est denominari quasi accidentaliter à praxi, ad quam extensibilis est, non autem est terminus talis extensionis. *Prolog.* Qu. 4. §. *Dico igitur primò*. ℣. *Contra istam conclusionem*. B. 4.

Intellectio est voluntaria per participationem, quia *intelligimus cum volumus*. lib. 3. de Anim. 1. D. 3. Qu. 6. *aliàs*. 7. §. *Secundo quæro*. ℣. *Tertio sic*. Q. 26.

Intellectionem potest totaliter corrumpere voluntas, & amouere intellectum ab hoc actu; vnde sequitur quòd voluntas, per actum suum, potest remittere actum intelligendi, putà intellectionem imperatam. 1. D. 17. Qu. 3. *aliàs*. §. 4. *Contra istam positionem*. ℣. *Quod si negetur*. Qq. 4.

Intellectio aliqua, vel cogitatio est à voluntate imperante. 2. D. 42. Qu. 4. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Dico igitur*. C. 5.

Intellectio prima.

Intellectio prima non est in potestate nostra, sed potest postea voluntas nostra complacere in illa intellectione. 1. D. 6. Qu. *Vnica*. §. *In ista quæstione*. ℣. *De secundo*. A. 3.

Intellectionem primam non elicimus volentes, sed eam elicitam volumus esse. 1. D. 6. Qu. *Vnica*. §. *ibidem*.

Intellectio creata.

Intellectio creata potest esse signum naturale Dei secundùm rationem immensitatis eius; quia intellectio, vt est obiecti, est naturale signum eius. Passiones sunt notæ rerum, & naturaliter; & hoc ideo, quia propria intellectio est propria ratio obiecti. 1. D. 22. Q. *Vnica. aliàs*. 2. §. *De ratione*. ℣. *Tertiò: quia*. C. 4.

Intellectio aliqua creata potest esse sub ratione immensitatis. *ibidem*.

Intellectio creata sequitur obiectum, sicut mensurata, & causata. Intellectionem Diuinam sequitur obiectum secundariò terminans tanquam mensuratum, & causatum. 1. D. 35. Qu. *Vnica*. §. *Ad ista: sententia*. ℣. *Ad tertium*. M. 15.

Intellectio comprehensiua.

Intellectio comprehensiua Dei repugnat intellectui creato, sed alia de Deo, sub ratione immensitatis eius, potest esse non comprehensiua eius. 1. D. 22. Qu. *Vnica. aliàs*. 2. §. *De ratione*. ℣. *Secundo sic*. C. 4.

Intellectio Dei.

Intellectio perfecta, quæ est beatifica, non necessariò ex se requirit essentiam, quæ sit in tribus Diuinis Personis: Quia à se Beatus est Pater; ergo habet obiectum beatificum, vt beatificum, à se; ergo non habet illud vt in tribus pro obiecto, quia tunc vt in Filio per se quasi ageret ad beatitudinem Patris. 1. D. 1. Qu. 2. §. *Quantum ad istum*. ℣. *Contra: qualibet: &c*. ℣. *Hæc ratio benè concludit*. C. 6.

Intellectio, & volitio primi Agentis non est aliud ab essentia eius. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Nunc vlterius: &c*. ℣. *Hæc conclusio*. S. 22.

Intellectio est quasi propinquior Diuinæ naturæ, quàm velle. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Hæc conclusio*. S. 22.

Intel-

Intellectio Dei.

Intellectio, vt est operatio Patris, non est ratio formalis productiua alicuius termini, sed tantùm actos primus erit principium productiuum. 1. D. 2. Qu. 7. §. *Ista opinio*. ✝. *Secundo sic*. L. 15.

Intellectio Patris actualis si est ratio formalis producendi Verbum, adhuc obiectum, vt præsens intellectui Patris vt habenti rationem memoriæ, erit principium priùs productiuum notitiæ genitæ. 1. D. 2. Qu. 7. §. *ibidem*.

Intellectio essentialis non præsupponitur ad productionem Verbi in memoria Patris, nec vt obiectum, nec vt ratio formalis agendi, licet priùs quasi producatur intellectio à memoria, quàm producatur Verbum per eamdem. 1. D. 2. Q. 7. §. *Obÿcitur contra istam deductionem*. ✝. *Ad secundum*. O. 22.

Intellectione, qua Pater intelligit, aliquo modo præsupposita, in secundo signo originis Pater gignit Filium, nec tantùm vult illam gignitionem volitione, sequente illam, sed volitione habita in primo signo originis. 1. D. 6. Qu. Vn. ∬. *In ista quæstione*. ✝. *In secundo signo*. E. 5.

Intellectio, quæ est Patris, in quantùm est intelligentia, est declaratiua Patris, in quantùm est memoria, ità perfectè, sicut actualis intellectio, vt in Filio, declarat habitualem, vt in memoria Filij. 1. D. 27. Qu. 3. vel Vn. §. *Ad quæstiones istas*. ✝. *Contra hoc arguitur*. F. 14.

Intellectio actualis Patris potest concedi quod sit quasi genita virtute memoriæ, vt in Patre; sed non verè genita, quia non distincta. 1. D. 27. Qu. Vn. *aliàs* 3. §. *Ad argumenta prima*. ✝. *Ad aliud de 15. de Trinit*. I. 21.

Intellectio actualis Patris est declaratiua, nec declaratiuum est propria ratio Verbi; sed notitiam expressam concomitatur declaratiuum, quia illa expressio est notitiæ actualis, vel in notitia actuali; & ideo sibi appropriatur declaratiuum, licet non sit proprium eius. 1. D. 27. Qu. Vn. *aliàs* 3. §. *Ad tertiam quæstionem*. ✝. *Cum additur postea, quòd Verbum*. K. 24.

Intellectio Diuina, quæ est vnica, potest habere pro obiectis distinctis vnici actus secundùm rem, distincti secundùm rationem, intelligibile potentiale, & actuale, sicut possunt esse duo obiecta distincta duorum actuum intellectus nostri: Et per consequens Diuinus intellectus, comparans se ad primum extremum, vt creatiuum ad creabile; & ad aliud extremum, vt creans ad creatum, videtur in essentia sua producere quasi duas relationes rationis. 1. D. 30. Q. Vn. *aliàs* 2. ∬. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea non potest*. B. 6.

Intellectio Diuina non est collatiua, vel comparatiua, nec negotiatiua, ideoque per eam nulla relatio rationis caussatur in aliquo. 1. D. 35. Q. Vn. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Præterea secundo*. B. 5.

Intellectio Diuina cum sit simpliciter mensura omnium aliorum à se intellectorum; sequitur quòd alia præcisè referantur ad intellectionem Diuinam, & ipsa terminabit relationem istam sub ratione merè absolutè. 1. D. 35. Q. Vn. §. *Potest dici ad quæstionem*. F. 9.

Intellectio Diuina, quæ est beatifica, est essentiæ, vt essentia est, sine omni respectu rei, vel rationis; & hoc propter perfectam identitatem realem intellectus ad essentiam absolutam. *ibidem*. ✝. *Hoc confirmatur*. F. 9.

Intellectio Diuina per hoc, quod est alterius in esse cognito, illud dependet ad istam intellectionem vt ad absolutum. 1. D. 35. Q. Vn. §. *Ad ista: sententia*. ✝. *Ad secundum*. K. 14.

Intellectioni Diuinæ: *seu* Ad intellectionem Diuinam, comparatur lapis simpliciter; & hoc non tantùm secundùm esse essentiæ lapidis, sed secundùm esse existentiæ, & quodcunque comparabile; tamen illud, vt acceptum sub ista comparatione ad scientiam Dei, diminuitur: Non quidem distrahitur, quasi non possit stare ens simpliciter cum tali respectu; sed diminuitur, ita quod talis respectus non ponit necessariò suum determinabile esse ens simpliciter. 1. D. 36. Q. Vn. §. *Contra istud obÿcitur*. ✝. *Ad primum dico*. E. 8.

Intellectio, qua Deus ab æterno intellexit lapidem, fuit Metaphysica, & realis, non autem logica. 1. D. 36. Qu. Vn. ∬. *Ad primum principale*. ✝. *Ad secundum*. I. 12.

Intellectio essentialis, secundum Henricum, est ratio gignendi Verbum, & ista gignitio non est actio formaliter immanens ipsi Patri, quia terminus gignitionis non est formaliter Patris: Ergo intellectio essentialis, quæ est ratio gignendi Verbum, secundùm eum, non perficitur Verbo producto. 2. D. 1. Q. 1. §. *Contra istud primò*. ✝. *Præterea, quod dicitur ibi*. B. 7.

Intellectio, & volitio Dei sunt essentia eius; & ideo per intellectionem, & volitionem potest substantiam producere: Creatura autem, (cuius intellectio, & volitio non est substantia eius), non sic. 4. D. 1. Q. 1. §. *Ideo dici potest*. G g. 28.

Intellectio Christi.

Intellectio omnis, quæ inest Christo in Cœlo, ipsi inest in Eucharistia. 4. D. 10. Q. 5. §. *Respondeo*. ✝. *Secundò probatur*. C. 4.

Intellectio Angelica.

Intellectio Angeli, & hominis de eodem intelligibili, ex parte obiecti, est eadem specie: ex parte autem fundamenti, in quantum fundamentum est potentiæ ratio agendi, sunt alia specie: Et tunc oporteret concedere quòd operationes simpliciter differunt specie, quia illa identitas, secundùm quid ex parte obiecti, simpliciter non est identitas in specie; Sed alia diuersitas simpliciter est diuersitas, & identitas secundùm quid. 2. D. 1. Qu. 5. *aliàs* 6. §. *Ad primum argumentum*. ✝. *Vel potest dici*. F. 6.

Intellectio Angeli si mensuretur æuo, tunc posset esse aliqua cum vno instanti, & aliqua cum tempore habito: Et illa secunda habet primum sui esse, sicut & prior: quia illa secunda habet mensuram indiuisibilem, sicut & prima habet: sed tamen nihil temporis nostri primum coexistit illi secundæ intellectioni, & hoc modo est de intellectionibus Angeli. 2. D. 2. Q. 4. §. *Contra conclusionem*. ✝. *Si autem intellectio*. n. 7.

Intellectio Angeli mensuratur æuo: Et breuiter, quæcunque existentia actualis inuariabilis, hoc est, cui repugnat vt secundùm ipsam sit variatio, siuè fluxus, vel acquisitio partis post partem, mensuratur æuo. 2. D. 2. Quæst. 4. §. *Concedo conclusionem duarum*. A. 9.

Intellectio Angeli non raptim transit, sed durat cum aliquo tempore nostro; Et tamen non propter hoc sequitur quòd sit in tempore: Potest enim quod est in æuo durare cum nostro tempore: Vel potest dici quòd aliqua intellectio potest inesse Angelo præcisè cum instanti temporis nostri, & post illud instans potest habere aliam intellectionem immediatè. 2. D. 2. Qu. 4. §. *Ad primum argumentum*. ✝. *Ad secundum potest concedi*. G. 14.

Intellectio Angeli de sua essentia si esset, & eadem sibi, esset actu infinita: Potest enim intellectus quicunque esse infinitorum intelligibilium; & si tunc haberet intellectionem eandem sibi, pari ratione intellectio cuiuslibet esset eadem sibi, & ita haberet intellectionem eamdem sibi, quæ esset, vel esse posset infinitorum intelligibilium. 2. D. 3. Quæst. 8. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad vltimum*. N. 17.

Intellectio Angeli de propria essentia non est eadem sibi; & secundùm veritatem est extremum, tàm respectu potentiæ, quàm respectu obiecti; quia effectus est amborum: Sicut quando à diuersis, nempè cognoscente, & cognito paritur notitia, notitia est effectus communis istorum duorum. lib. 9. Trinit. cap. vlt., ita etiam quando gignitur ab eodem, habente rationem tàm potentiæ quàm obiecti, est effectus illius communis, habentis realiter illam duplicem caussalitatem, & non medians interidem, & se secundùm naturam rei, quomodo mediat medium inter contraria: Et de tali medio, prout est ex natura rei, vera est ista propositio, quod plùs conuenit cum extremo quocunque, quàm extrema inter se. *ibidem*.

Intellectio Angelica.

intellectio actualis, quando exprimitur ab Angelo loquente (vel producendo in intellectu audientis actum tantùm, non speciem; vel speciem, & actum) quando loquitur; tunc ille, cui loquitur, audit; quæ auditio intellectio quædam est. 2. D.9.Q.2.§. *Ad vlteriorem autem*. ✝. *Et est simile*. E.21.

Intellectio actualis in Angelo loquente non est ratio agendi sibi inquantùm loquitur, sed aliquid pertinens ad memoriam loquentis. 2. D.9.Q.2.§.*Ad vlteriorem autem*. ✝. *Ex hoc patet*. G.23.

Intellectio sicut non omnis est simpliciter perfectio Angelici intellectus, sed visio Verbi; & non visio quidditatum, siuè per species habituales, siuè intuitiuè; sic nec omnis cognitio singularium, alia a visione Verbi, & à cognitione quidditatum, æquè perficit intellectum Angelicum quasi secundariò: Sed visio Verbi reuelati perficit in esse secundo, non autem cognitio singularis in genere proprio. 2. D.9. Q.2. §. *Ad aliam quæstionem*. K. 25.

Intellectionem suam intelligit Angelus, si reflectatur super eam, non solùm considerando intellectionem, sicut quoddam obiectum, abstractum ab existentia, & non existentia; quia sic intelligit intellectionem alterius Angeli, si nulla intellectio eius esset; sed intelligit se intelligere, hoc est, intellectionem sibi inexistentem: Et per consequens ista intellectio possibilis Angelo, est simpliciter possibilis intellectiuæ nostræ, quia promittitur nobis quòd erimus Angelis æquales. Luc.7. Et ista intellectio potest dici propriè intuitiua, quia ipsa est intuitio rei, vt existentis, & præsentis. *Quodl*. Q.6. §. *Et statim* ✝. *Secundò arguitur*. H.8.

Intellectionem vnicam respectu omnium intelligibilium, quæ scilicet sufficeret ad intelligenda omnia intelligibilia, si haberet Angelus, esset nimia perfectio in illa intellectione; imò videtur quòd infinita, quia nec intellectio Diuina excederet eam, quantum ad multitudinem obiectorum. *Quodl*. Q.15.§. *De primo*. ✝. *Secundum scilicet*. B.3.

Intellectionem si haberet Angelus tot distinctas, quòd correspõderent omnibus intelligibilibus, hoc poneret nimiam perfectionem intellectus; quia ita distinctè cognosceret omnia per distinctos actus simul, sicut vnum obiectum per vnum actum. *ibidem*.

Intellectionem Angeli, licet fortè Philosophus, qui posuit illam esse idem cum substantia Angeli, diceret consequenter esse ab eo, a quo est substantia; Et licet Catholicus dicens intellectionem, qua Angelus intelligit se, esse coæuam Angelo, & quasi propriam perfectionem, necessariò consequentem naturam eius, posset aliquo modo probabiliter dicere illam immediatè a Deo, iuxta illam propositionem probabilem, *accidens proprium coæuum substantiæ est à generante illam substantiam*, tamen de accidente per accidens, quod contingenter inest, non videtur probabile dicere quòd illud sit à generante. *Quodl*. Q.15.§. *De primò*. ✝. *Contra hoc*. B. C.4.

Intellectionem quamcunque licet posset Deus causare in Angelo; tamen si aliquam non causat, vt potè huius obiecti, sed derelinquat Angelum sibi, & ordini causarum naturalium actiuarum; non videtur probabile quòd Angelus non possit attingere ad intellectionem huius obiecti, cum anima sic sibi, & causis naturalibus relicta ad eius intellectionem, possit attingere naturaliter, licet mediante sensu. *Quodl*. Q.15. §. *De primo*. ✝. *Contra hoc*. C.4.

Intellectionem aliquam nouam si Philosophus vidisset posse competere Angelo, dixisset ipsum aliquando esse in potentia accidentali ad intellectionem; quia hæc est dispositio perfectior eius, quod aliquando est in potentia ad intelligendum: Vnde ille, qui tenet, siuè per rationem, siuè per fidem, aliquam esse intellectionem nouam in Angelo; consequenter dicat Angelum quandoque ad ipsam esse in potentia accidentali, sicut Philosophus consequenter diceret ad illud, quod ipse tenet. *ibidem*. C.5.

Intellectio prima Angeli non est à ratione, sed, quo ad aliquid, à casu; Quia intelligens non prius intelligendũ intelligit: Vnde prima intellectio non est à ratione, ostendente obiectum prius; & consequenter est à casu quodam modo, secundum Augustin. lib.3. de liber. Arbit. *Non est in potestate nostra quin visis tangamur*. Et ideo illud est fortuitum, & casuale. *Quodl*. Q.21. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Respondeo*. L.12.

Intellectio prima Angeli, licet sit fortuita; inde tamen non sequitur quòd omnia consequentia erunt fortuita; quia habita prima intellectione, & volitione, potest aliquis ratiocinari de agendis; & ita quæ sequuntur illam deliberationem non erunt fortuitá, sed à ratione deliberante. *Quodl*. Quæst.2. §. *Quantum*. ✝. *Et si arguas*. M.12.

Intellectiuum.

Intellectiuæ, & sensitiuæ perfectiones, quæ includuntur in anima per identitatem, ita sunt distinctæ formaliter, sicut si essent duæ res. 2. D.1. Q.5. *alias* 5. §. *Potest etiam addi*. ✝. *Hoc etiam declaratur*. E.5.

Intellectiuam mæstam habuit Christus secundùm Damascen. lib.3. cap. 22. In hoc loco Damascenus accipit *intellectiuam* pro parte rationali, vt distinguitur contra sensitiuam; & non pro parte intellectiua apprehensiua. 3. D.15. Q.Vn. §. *Ad primum alterius viæ*. ✝. *Ad aliud de Damasceno*. Bb.38.

Intellectuale.

Intellectuale omne est actiuum, & non tantùm factiuum; & prima natura est intellectualis; Vnde (cum omnis entis in actu primo perfectio vltima sit in actu secundo, quo coniungitur optimo, maximè si sit actiuum, & non tantùm factiuum) sequitur quod vltima perfectio primæ naturæ, hoc est Diuinæ, sit in actu secundo. 1. D.2. Q.2. §. *Ostenso esse de proprietatibus*. ✝. *Istæ rationes*. S.22.

Intellectuale quidquid est actu, siuè viuens vita intellectuali, & hoc merè ex natura rei, habet actû, vel potest habere actu intellectum, vt intellectum; & intelligere vt intelligere. *Quodl*. Q.1.§. *De altero*. ✝. *Istas propositiones*. L.14.

Intellectuale purum non potest habere magnitudinem; quia forma intellectualis non est extensibilis; Sed si aliquod intellectuale sit quantùm, habet materiam, quæ perficitur à forma intellectuali; & tunc recipit quantitatem, non ratione intellectualitatis, sed ratione materialitatis, sicut patet in homine; Vnde hæc est vera: *Natura habens infinitam potentiam non habet magnitudinem*. Et hæc: *Natura intellectualis non habens materiam non habet magnitudinem*. *Quodl*. Q.7. §. *Ad illas ergo auctoritates*. ✝. *Ad istam ergo authoritatem*. Nn.45.

Intellectualitas.

Intellectualitati non repugnat esse idem substantiæ [cui conuenit] essentialiter; sicut patet in creaturis; quia in quacunque substantia intellectuali intellectualitas est intra rationem essentialem sui. *Quodl*. Q.1.§. *De altero*. ✝. *Maior patet*. K.11.

Intellectualitatem habere sine materia est ratio adæquata non habendi magnitudinem. Ista autem duo oportet coniungi, scilicet intellectualitatem, & immaterialitatem ad habendum medium sufficiens: Quia sicut non sufficit intellectualitas sola, secundum mentem Aristotelis, sicut patet in homine, sic nec immaterialitas, sicut patet in Cœlo. *Quodl*. Q.7.§. *Ad illas*. ✝. *Ad aliam auctoritatem*. Nn.44.

Intellectualitas in Deo.

Intellectualitas in Angelo, & homine.

Intellectum.

Intellectus.

Intellectus.

Intellectus.

quam eſt veritas. 1. D.3. Qu.4. *aliàs*. 5. §. *Ad quæſtionem*. ℣. *Vbi conſiderandum*. T.22.

Intellectum habentes magis abſtrahentem, & perſpicaciorem, vel propter maiorem inquiſitionem, per quam æquè ingenioſus peruenit ad cognoſcendas illas quidditates, quas alius non inquirens non cognouit, pertingunt ad cognoſcendas rationes æternas. *ibidem*.

Intellectus eſt potentia, diſtincta à potentia ſenſitiua propter intellectionem vniuerſalis; & propter compoſitionem; & diuiſionem, & propter ſyllogizationem magis, quàm propter cognitionem ſingularis, ſi poſſet intelligere ſingulare. 1. D.3. Qu.6. *aliàs*. 7. §. *Contra iſtam opinionem*. A.5.

Intellectui nihil perfectionis auſertur ea hoc, quod non eſt organicus, imò magis additur. 1. D. 3. Qu.6. *aliàs*. 7. §. *Ad rationes alterius opinionis*. M. 18.

Intellectus tam præſentiam priorem actu (putà ſpeciem intelligibilem,) quàm ipſum actum, (putà intelligendi), habet ratione eiuſdem receptiui, (*nempè quia potentia receptiua eſt tùm ſpeciei intelligibilis, tùm actus intelligendi, qui immanens eſt*): & ideo falſum èſt quòd ſpecies non eſt niſi præciſè propter organum. *ibidem*. ℣. *Breuiter igitur*. M. 18.

Intellectus inquantum intellectus poteſt eſſe ſapiens de ſe; ſed de ſe nullo modo eſſet ſapiens de aliquo obiecto, niſi inquantum eſſet ſibi præſens in ratione cognoſcibilis; & hoc non contingit, niſi per ſpeciem intelligibilem. 1. D.3. Qu.6. *aliàs*. 7. §. *Ad quæſtionem igitur dicendum*. R.27.

Intellectus, quaſi cauſa ſuperior, æquiuocè, & virtualiter aſſimilatur cognitioni, & intellectioni; ſpecies autem, quaſi cauſa propinquior, quaſi vniuocè, & formaliter aſſimilatur ei. 1. D.3. Qu.7. *aliàs*. 8. §. *Ad auctoritatem Philoſophi*. ℣. *Et cum poſt arguitur*. A a. 39.

Intellectus non eſt indeterminatus indeterminatione potentialitatis paſſiuæ in ordine cauſalitatis; ſed eſt indeterminatus indeterminatione actualitatis quaſi illimitatæ; & ideo non determinatur per formam, quæ ſit ſibi ratio determinatè agendi, ſed tantùmmodo per præſentiam obiecti, circa quod determinatum nata eſt eſſe determinata intellectio. 1. D.3. Qu.7. *aliàs*. 8. §. *Ad auctoritatem*. ℣. *Cum arguitur poſt*. Bb. 39.

Intellectus habet virtutem, quaſi illimitatam, & indeterminatam reſpectu omnium intellectionem; vnde ſequitur quòd pars intellectiua habet principaliorem cauſalitatem reſpectu cognitionum, modò nobis naturaliter conuenientium. 1. D.3. Qu.8. *aliàs*. 9. §. *Ad quæſtionem reſpondeo, quòd pars*. B. 2.

Intellectus vnus eſt reſpectu omnium ſcientiarum. 1. D 3. Qu.8. *aliàs*. 9. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad tertium dico*. G. 4.

Intellectus, & intelligere ſunt ex ſe perfectiones ſimpliciter formaliter, nec ex ſe limitationem includunt, & ideo infinitas, addita vtrique, dicit infinitatem ſimpliciter. 1. D. 13. Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Etſi obijciatur contra hoc*. Z. 28. Additio.

Intellectus licet poſſit negotiari circa terminum alicuius relationis tertij modi; & in illo termino cauſare relationem rationis; tamen illa non eſt ratio terminandi: licet enim intellectus aliquis conferat quadraturam circuli ad ſcientiam, vt quoddam ſcibile, cauſando in iſto abſoluto relationem rationis, quæ eſt ſcibilitas; tamen iſta non eſt ratio terminandi relationem ſcientiæ ad ipſum. 1. D. 30. Qu.1. *aliàs*. 2. §. *Reſpondeo igitur ad primam*. ℣. *Præterea, licet intellectus*. G. 10.

Intellectus perfectus poteſt eſſe principium intelligendi quodcunque intelligibile. 1. D. 45. Qu. *Vnica*. §. *Reſpondeo: omnis potentia*. A. 2.

Intellectus non eſt aliquid intelligibilium ante intelligere, ideſt non poſſibile intelligi à ſe ante intelligere alienum. Ex Phyloſ. 3. de Anim. Tex. 8. & . 13. Hæc propoſitio eſt vera in ſenſu compoſitionis, in quo ſenſu ſic redditur. *Non eſt poſſibile intellectum intelligi à ſe ante intelligere aliorum*. In ſenſu verò diuiſionis, qualis eſt hic. *Ante intelligere aliorum intelligibilium à ſe, non poteſt intellectus intelligere ſe*. In hoc, inquam, ſenſu eſt falſa, ſicut iſta. *Homo nunc primo eſt immortale*. Falſa eſt pro homine in ſtatu innocentiæ. Et hoc modo Phyloſophus dicit, quod anima intelligit ſe, ſicut alia. 2. D. 3. Qu. 8. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad formam argumenti*. K. 14. &. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Rationes iſtæ*. ℣. *Sed dicunt*. B. 6.

Intellectus ſi requireret aliquod organum (ita ſcilicet, quòd eſſet formaliter organicus), illud eſſet determinatæ diſpoſitionis, ſicut eſt omne organum corporeum. Et ideo ex hoc, quòd eſſet receptiuus aliquorum, ſecundùm eſſe determinatum materiale, propter determinatam diſpoſitionem corporis, non eſſet receptiuus omnium formarum corporalium ſecundùm eſſe materiale; & ita intellectus non poſſet recipere formas omnium materialium, vt obiectorum, ſi eſſet virtus materialis, & organica. 2. D. 3. Qu. 8. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium dico*. L. 16.

Intellectus ille non eodem formaliter nouit habitualiter plura, qui ſine contradictione poteſt noſſe hoc habitualiter, & non noſſe illud; quia contradictio eſt quòd habeat idem formaliter, & non habeat, & quòd habeat aliquid, quo ſit formaliter tale, & non ſit tale. 2. D.3. Qu.10. §. *Iſta opinio*. ℣. *Tertiò arguo ſic*. D. 11.

Intellectus perfectior ſimpliciter eſt, qui limpidiùs cognoſcit: Nihil autem deperit ſibi, ſi per aliud cognoſcat: Si enim per idem cognoſceret, & non limpidiùs, non perfectiùs cognoſceret, quòd eſt falſum. In iſta enim limpiditate eſt per ſe propinquitas, non autem in paucitate rationum cognoſcendi; quia abſolutè hoc non eſt in ratione alicuius naturæ creatæ, quod vna ſit plurium. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Ad argumenta alterius opinionis*. ℣. *Cum arguitur ſecundo*. O. 21.

Intellectus poteſt ſe extendere ad omnia ſingularia; vnde obiectum eius adæquatum oportet quòd contineat virtualiter rationes omnium ſingularium cognoſcibilium ab ipſo. 2. D.3. Qu. 11. §. *Contra ex eiſdem*. ℣. *Tunc ad rationem*. B. 4.

Intellectum omnem, non habentem in ſe obiectum, neceſſe eſt ipſum dependere ab ipſo aliqualiter. *ibidem*. ℣. *Ex tertia ratione*. C. 6.

In intellectus poteſtate non eſt moderari aſſenſum ſuum veris, quæ apprehendit; nam quantum ei oſtenditur veritas principiorum ex terminis, vel conclusionum ex principijs, tantùm oportet aſſentiri, propter carentiam libertatis. 2. D. 6. Qu. 2. §. *Ad videndum*. ℣. *Ad ſecundum dico*. I. 11.

Intellectus poteſt cogi ad aſentiendum, ita quòd non poteſt eſse ita cæcus, quin apprehendens aliquos terminos ex euidentia eorum, poteſt concipere eorum veritatem complexionis, compoſitè ex eis. 2. D. 7. Qu *Vnica*. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad aliud de ſimili*. X. 27.

Intellectum eſse quendam actum omnes ponunt. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Rationes iſtæ*. ℣. *Sed dicunt*. B. 7.

Intellectus ſi eſset pura potentia; ſequeretur quòd tot eſſent intellectus in homine, quot ſunt intellectiones. *ibidem*. ℣. *Præterea ſi*. B. 8.

Intellectus, lib. 3. de Anim. Tex. 5. & . 14. *ante ſuum intelligere nihil eſt de genere intelligibilium, ſed eſt ſicut materia prima*. Iſta propoſitio eſt diſtinguenda ſecundum amphibologiam; eo quod ly *ante* poteſt conſtrui cum ly *intelligere*, & tunc propoſitio eſt vera ſub hoc intellectu, *Intellectus nihil intelligit ante intelligere*: vel. *Intellectus non eſt potens de propinquo ſe ipſum intelligere, ante intelligere aliorum intelligibilium*. Si autem conſtruitur cum ly *poſſe*, vel cum ly *poſſibile*, ſic eſt propoſitio falſa, quia tunc eſset ſenſus, quòd non eſt poſſibile quòd habeat intelligere. Quod additur de màteria hoc non concludit, niſi quod intellectus non eſt primò intelligibilis à ſe. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Rationes iſtæ*. ℣. *Sed dicunt*. B. 7. & . ℣. *Ad illud*. C. 8.

Intellectus negans concluſionem virtualiter, auertitur à principio: Et ſic infirmus dicitur auerti à ſanitate, quando à potu amato. 2. Diſtin. 37. Quæſt. *Vnica*. *aliàs*. 1. §. *Ex iſta ſolutione*. ℣. *Ad primum dico*. D. 8.

Intellectus errans circa vnam concluſionem ſi habet obiectum magis neceſſarium, quã errãs circa aliã cõcluſionẽ; ertot

Intellectus.

error iste peior est, pro quanto actus verus oppositus deberet esse perfectior. *ibidem*. ℣. *Ad tertium etiam patet*. E.9

Intellectum si quis habeat exponendi magistraliter Sacram Scripturam ad ædificationem, ille habet explicatiorem intellectum, quàm qui scit sensum litteræ tantùm: sed nunquam in tali expositione, vel explicatione poterit aliquid demonstrare ex euidentia rei. 3. D.24. Q.Vn.§. *Si loquamur*. F.16.

Intellectui communiter non præsentatur credibile vt credibile, nisi per doctrinam. Et adhuc, si sic præsentatur, non necessariò credit intellectus, vt sic credere præcedit velle; quia proponens credibile intellectui, non demonstrat ita, vt cogat intellectum ad assentiendum; ideo non credit nisi volens. 3.D.25. Q.1.§. *Ad primum principale*. ℣. *Et si obijcitur*. K.12.

Intellectus, vt dicitur primo Phys. Tex.39. quærens segregationem passionum à subiectis, erit quærens impossibilia; Sed non est impossibile quasi aliquid repugnans primæ rationi, seu quidditati accidentis absoluti: Sed tantùm est illa impossibilitas apud eum propter necessitatem, quam ponit in ordine causarum. 4. D.12. Qu.1.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Ex ista ratione patet*. E.11.

Intellectum esse formam manentem post compositum, & non ante, videtur docere Philosoph. 12. Metaph. Tex. 16. & 17. *Mouentes*, inquit, *causæ velut prius existentes, quæ autem vt ratio, siuè forma* (supple sunt), *cum causato, vt toto*: Quando enim sanatur homo, tunc etiam sanitas est: Si autem posterius aliquid manet, perscrutandum est: In quibusdam enim nihil prohibet; vt si anima est tale non omnis, sed intellectus. 4. D.43. Qu.2.§. *De secunda propositione*. ℣. *Præterea* 12. *Metaph*. H.13.

Intellectum solum 16. de Animal. cap.4. relinquitur deforis aduenire; & consequenter non accipit esse per generationem, sed à causa extrinseca; nec per consequens potest accipere non esse per corruptionem per aliquam causam corruptiuam, quia eius esse non subest alicui tali causæ, cum sit à causa superiori immediatè. 4. D.43. Quæst.2.§. *De secunda propositione*. ℣. *Præterea* 16. *de Animal*. H.13.

Intellectus quando dicit Philosophus quòd *separatur à cæteris, sicut perpetuum à corruptibili* 2. de Anim. Tex.21. Potest responderi quòd non intelligit illam separationem, nisi præcisè in hoc, scilicet quòd intellectus non vtitur corpore in operando, & per hoc est incorruptibilis, loquendo de illa corruptione, qua virtus organica corrumpitur propter corruptionem organi: Et illa sola corruptio competit potentiæ organicæ secundùm Philosophum lib. 1. de Anim. Tex.65. *Si senex acciperet oculum iuuenis, videret vtique sicut iuuenis*: Vnde ipsa potentia visiua non est debilitata, vel corrupta quantùm ad operationem, sed quantum ad organum tantùm: Nec tamen ex illa incorruptione intellectus, quia scilicet non habet organum, per cuius corruptionem possit corrumpi in operando; sequitur quod sit simpliciter incorruptibilis in operando; quia tunc sequeretur quòd in essendo; Sed tantum sequitur quòd non est corruptibilis in operando illo modo, quo potentia organica: Tamen poneretur simpliciter corruptibilis, iuxta illud primi de Anim.Tex. 66. *Intellectus corrumpitur in nobis quodam interiori corrupto*. Et hoc pro tanto, quia poneretur principium ipsi toti composito operandi operationem propriam eius; sed compositum est corruptibile; ergo & principium operatiuum eius. Quod autem sit principium operandi toti, & operatio eius sit operatio eius, videtur Aristoteles dicere lib. 1. Tex.64. de Anima. 4. D.43. Q.2.§. *Potest dici*. ℣. *Primo, quòd si*. K.17.

Intellectum, quando videtur dicere Arist. 12. Metaph. Tex. 16. esse formam manentem, his verbis: *Si posterius toto aliquid manet, in quibusdam nihil prohibet, vt si anima est tale non omnis, sed intellectus*, potest dici quod illud ponit sub dubio, & dicit *forsan*: sed non dicit *forsan* istud, quòd intellectus manet posterius, idest post totum, *sed non omnis anima, sed intellectus*, & sequitur, *Omnem namque impossibile forsan*; vbi dubitat, an possibile sit omnem animam manere post compositum. Si ergo expressè asserat, potest dici quòd non fuit per rationem necessariam demonstratum, sed per rationem probabilem persuasum. *ibidem*. ℣. *Ad illud de* 12. L.18.

Intellectus corrumpitur quodam interiori corrupto 3. de Anim. Tex. 20. ibi. *Intellectus passiuus corrumpitur*, non intelligitur intellectus possibilis, sed aliqua virtus sensitiua, quam aliqui vocant cogitatiuam; & verum est, quòd omnia sensitiua [in morte] corrumpitur, & ideo *intellectus passiuus* illo modo acceptus, non tamen *intellectus passiuus* eo modo, quo dicimus intellectum possibilem, esse passiuum. 4.D 45.Q.1.§. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. I.9.

Intellectus cum sit virtus immaterialis, & immutabilis ab his passionibus corporalibus, & receptum videatur esse in recipiente per modum recipientis, ex Boetio 5. Consolat. Pros. 5. videtur, quod species eius manet indelebiliter. 4. D.45. Quæst. 3. §. *De secundo*. ℣. *Hoc probatur*. H.16.

Intellectus potest cognoscere rationem boni eius, quod est ad beatitudinem, non vt ad finem illum beatitudinis ordinatur, sed vt in se est quoddam bonum. 4. D.49. Quæst. 10.§. *Ex his sequitur*. ℣. *Præterea, intellectus*. N.15.

Intellectus ille, qui potest vnico actu intelligendi comprehendere plura, pari ratione potest vno actu exprimendi exprimere notitiam declaratiuam plurium. *Quodl*. Q.2. §. *De secunda ratione*. ℣. *Istud quidem*. E.9.

Intellectus si diceretur ad intelligentem, vt ad mensuram, & cum dicitur ad intelligibile, vt ad mensuram, idem vt mensurabile erit bis dictum, hoc est ad vtrumque duorum, vt ad mensuram, quod est inconueniens de duobus disparatis, scilicet, quod vtrumque sit completè mensura eiusdem. *Quodl*. Qu.13.§. *Nunc tertiò*. ℣. *Hic breuiter*. X.23.

Intellectus per se acceptus habet suum proprium modum principiandi, scilicet per modum naturæ: Vnde ad suum proprium actum comparatus natura est; sicut Filius in Diuinis producitur per modum naturæ, licet eius principium productiuum sit memoria. *Quodl*. Q.16.§. *Contra istud*. ℣. *De isto articulo*. S.13.

Intellectui nata est inesse certitudo de actu suo, excludens non tantùm deceptionem, sed etiam dubitationem: Et hoc non est, nisi intellectus percipiat illud, à quo actus habet, quòd sit certus, quia si nihil potest percipere vnde sit certus, videtur, quòd possit dubitare: Intellectus autem non percipit principium illud certificans. *Quodl*. Q.17. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Respondeo qualiscunque*. M.11.

Intellectus vbi plurimus, secundum Arist. lib. de bona fortuna, & ratio, ibi minima fortuna. Vbi autem plurima fortuna, ibi minimus intellectus. *Quodl*. Q.21. §. *Quantum ad primum*. ℣. *Dicendum*. I.9.

Intellectus infinitus.

Intellectus infinitus cognoscit quodcunque intelligibile, perfectissimè, quantum est intelligibile in se, quia totum ens; nam intellectus finitus hoc potest, licet non perfectissimè, nec simul. 1.D.2.Q.3.§. *In ista quæstione*. ℣. *Prima via ex parte*. A.2.

Intellectus infinitus est principium productiuum sufficiens producendi notitiam genitam in se subsistentem, quæ est persona. 1.D.2.Q.7.§. *Quia sicut dixi*. ℣. *Cum arguitur vlterius*. G.5.

Intellectus infinitus infinitè cognoscit finitum vt finitum. 2.D.9.Q.2.§. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad tertium dico*. V.36.

Intellectus Diuinus.

Intellectus Diuinus vilesceret si pateretur ab aliquo alio obiecto ab essentia sua; nam in illo instanti naturæ, in quo intelligit lineam adhuc esset quasi in potentia ad veritates cognoscendas existentes in linea, & virtute illius quidditatis cognosceret eas; vnde linea quasi effectiuè imprimeret cognitionem istarum veritatum

Intellectus Diuinus.

in intellectu Diuino, & ita lioea esset motiua intellectus Diuini. *Prolog.* Qu. 3. §. *Contra illud arguitur tripliciter.* V. 22.

In iotellectu Dei, qui non potest habere aliquam cognitionem imperfectam Theologiæ, est omnis cognitio. *Prolog.* Qu. 3. *aliàs* 2. *Later.* §. *Sed dubium est.* ℣. *Sic ergo.* Bb. 25.

Intellectus Diuious non habet omnem notitiam sibi compossibilem de contingentibus, ante omnem actum Diuinæ voluntatis; ideo circà illa non oportet quòd conformiter agat potentiæ priori in agendo, quia ipsa non priùs conformiter nouit tale obiectum; sed semper aliter accidit circa cognoscibilia necessaria ex se, quia ista perfectissimam sui notitiam habent, absque actu voluntatis. *Prolog.* Qu. 4. §. *Si obijciatur, quia.* ℣. *Cum verò improbatur.* Q. 35.

Intellectus primi (scilicet Dei) intelligit semper, & distincto actu, & necessariò, quodcunque intelligibile, priùs naturaliter, quàm illud sit in se: Hoc enim est perfectionis in intellectu posse distinctè, & actu cognoscere quodcunque intelligibile: Imò hoc posse est necessarium ad intellectus rationem; quia omnis intellectus est totius entis communissimè sumpti. 1. D. 2. Q. 2. §. *Ostenso esse de proprietatibus relatiuis.* ℣. *Quarta conclusio principalis.* V. 24.

Intellectus Diuinus est comprehensiuus illius obiecti infiniti [putà essentiæ Diuinæ], quia memoriæ, siuè intellectui Personæ Diuinæ, cum sit infinita, nulla notitia adæquatur respectu Diuinæ essentiæ infinitæ, vt intelligibilis, nisi infinita; vnde sequitur quòd aliqua Persona Diuina per memoriam potest producere notitiam infinitam. 1. D. 2. Q. 7. §. *Quia sicut dixi.* ℣. *Vlterius consequenter.* B. 3. Additio.

Intellectus Diuinus nihil intelligit nisi intuitiuè; quia omnis intellectio abstractiua, & non intuitiua est aliquo modo imperfecta. 1. D. 2. Q. 7. §. *Sed hic restat.* ℣. *Et si detur primus modus.* Ff. 42.

Intellectus Diuinus cootinet veritates infallibiles quasi liber, sicut dicit illa auctoritas Augustini. lib. 14. De Trin. cap. 15. vel 34. quòd *istæ regulæ scriptæ sunt in libro lucis æternæ*, idest in intellectu Diuino, inquantùm continet veritates istas. 1. D. 3. Q. 4. *aliàs* 5. §. *Ad quæstionem. igitur.* ℣. *Secundus modus.* P. 18.

Intellectus Diuinus producit obiecta secundaria actu suo in esse intelligibili; & actu suo dat huic obiecto esse tale, & illi tale; & per consequens dat eis talem rationem obiecti. 1. D. 3. Qu. 4. *aliàs* 5. §. *Ad quæstionem igitur.* ℣. *Iuxta hoc etiam.* Q. 19.

Intellectus Diuinus producit obiecta secundaria, in quantum aliquo modo est prior actu voluntatis Diuinæ; & ita respectu istorum videtur esse causa merè naturalis; quia Deus non est causa libera respectu alicuius, nisi quod præsupponit aliquo modo ante se voluntatem, seu actum voluntatis: Et sicut intellectus, vt prior actu voluntatis, producit obiecta in esse intelligibili, ita, vt prior causa, videtur cooperari illis intelligibilibus, ad eorum effectum naturalem, vt scilicet apprehensa, & composita causent apprehensionis conformitatem ad se. 1. D. 3 Q. 4. *aliàs* 5. §. *Ad quæstionem igitur.* ℣. *Et si obijcias contra istos.* R. 20.

Intellectus Diuinus cum non cognoscat essentiam suam nisi intuitiua intellectione, quæcunque distinctio ponatur ibi in obiecto, siue sit distinctorum obiectorum formalium, siuè vt rationum causatarum per actum intellectus; sequitur quòd ista distinctio erit in obiecto, vt actu existens est; & ita si ista est obiectorum formalium distinctorum, in obiecto erunt ista formaliter distincta; & ita distinctio talis obiectorum formalium præcedit actû intellectus: Si autem sit rationum causatarum per actum intelligendi; sequitur quod intellectus Diuinus causabit aliquam intentionem in essentia, vt relationem rationis, vt existens est, quod est absurdum. 1. D. 8. Quæst. 4. §. *Ista tamen positio.* ℣. *Præterea intellectus intuitiuus.* M. 15.

Intellectus Diuinus non cognoscit aliud à se esse necessarium ad finem vltimum qumodocunque. 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra istam* ℣. *Secunda excludendo.* M. 16.

Intellectus Diuinus.

Intellectus Diuinus non ita se habet ad intelligibilia alia à se, sicut voluntas ad alia volibilia: Quia ille intellectus potest esse necessariò omnium intelligibilium, quatenus sunt sibi præsentia, nec per hoc ponitur aliquid aliud à Deo formaliter necessarium io esse reali. 1. D. 8. Q. 5. §. *Contra istam conclusionem.* ℣. *Quod instatur.* N. 16.

Intellectus Diuinus nihil causat in essentia Diuina, vt existens est, quia nulla est ibi differentia rationum in essentia vt est existens, sed tantùm vt cognita est; & per se patet, quia quidquid est in essentia, vt existens est, esset in ea, si, per impossibile, non esset intellectus negotians circa iosam. 1. D. 13. Q. Vn. §. *Aliter ponitur quod.* ℣. *Contra: illa ratio, quæ ponitur.* E. 8.

Intellectus, & voluntas in Deo si sunt distincta per actum intellectus, sint A, & B. Illa ex natura rei aut sunt distincta, aut non: si sic, est contradictio [illis nempè, qui nullam ponunt distinctionem ex rei natura inter intellectum, & voluntatem Dei]: Si non, sed per intellectum; ergo intellectus sub ratione intellectus, & non sub ratione naturæ distinguit: Aut igitur ante distinctionem istorum est ibi intellectus sub ratione intellectus, & habetur propositum, quod habetur ibi ex natura rei; aut non, sed ipse intellectus sub ratione intellectus est ibi productus per actum intellectus negotiantis, & distinguentis; & tunc erit quærere de illo intellectu, quo actu producitur; aut ex natura rei, aut ex intellectu, vt intellectus est, & procederetur in infinitum; vel vbicunque stabilitur, ibi erit intellectus sub ratione intellectus, & ex natura rei; vel prima distinctio, quæ ponetur ibi erit ex natura rei, cuius oppositum ab alijs ponitur. 1. D. 13. Quæst. Vn. §. *Alia est opinio.* ℣. *Contra. Si aliqua.* K. 13.

Intellectus Diuinus, vt intellectus, essentiam Diuinam comprehendit vt obiectum formaliter infinitum; nihil autem comprehendit obiectum formaliter infinitum, nisi ipsum comprehendens sit formaliter infinitum. *ibidem.* ℣. *Quod autem intellectus.* M. 15.

Intellectus, & voluntas Diuina, vt sunt potentiæ operatiuæ, non requirunt distinctum obiectum formale; imo illud idem, quod est primum obiectum formale intellectus Diuini, est etiam primum obiectum formale voluntatis Diuinæ, ita quòd vtraque potentia beatificatur in eodem obiecto primo, secundùm eandem rationem formalem primi obiecti. 1. D. 13. Quæst. Vn. §. *Ad argumenta principalia.* ℣. *Ad aliud de potentijs.* R. 23.

Intellectus, & voluntas Diuina non sunt attributa propria, vocando attributa illa sola, quæ quasi qualitates perficiunt in esse secundo rem præsuppositam in esse primo perfecto, scilicet quantùm ad omne, quod conuenit rei, vt est substantia: Imo sunt quædam perfectiones intrinsecæ in essentia, vt præintelligitur omni quantitati, & quasi qualitati. 1. D. 26. Quæst. Vn. §. *Ad argumenta principalia.* ℣. *Ad ista. Ad primum dico.* Dd. 55.

Intellectus Diuinus non tantùm ab æterno intellexit animam antichristi, vt possibilem pro tanto tempore, antequam crearetur, sed iotellexit esse vt actu existentem pro illo instanti creationis, pro quo existet. 1. D. 30. Q. 1. *aliàs* 2. §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Præterea non potest.* B. 6.

Intellectus Diuinus comparans se ad vnum extremum, vt creatiuum ad creabile; & ad aliud extremum, vt creans ad creatum, videtur in essentia sua quasi producere duas relationes rationis ad distincta extrema. *ibidem.*

Intellectus Diuinus si compararet se ad creaturas in tempore, mutaretur. 1. D. 30. Quæst. 1. *aliàs* 2. §. *Respondeo igitur ad primam.* ℣. *Absolute igitur dico.* H. 11.

Intellectus Diuinus ad quodcunque comparet essentiam suam, in æternitate comparat, licet non pro æternitate; Vnde sicut in æternitate comparat voluntatem suam, vt creatiuam, ad aoimam antichristi, vt possibilem pro aliquo tempore; ita comparat in æternitate voluntatem suam, vt creantem, ad animam antichristi,

Intellectus Diuinus.

cognoscere, & non cognoscere contingens; non quidem propter aliquam contingentiam, quæ sit prius in illo agente naturali; sed propter contingentiam ex parte obiecti, quod contingenter est verum, propter actum voluntatis, verificantis complexionem contingentem. *ibidem*. T. 30.

Intellectus Diuinus est ille, à quo est prima radix possibilitatis in lapide, reducendo illum ad primum principium extrinsecum. 1.D.43.Q.Vn. ∫. *Hic dicitur*. ℣. *Sed contra istam*. B. 3.

Intellectus Diuinus non est formaliter potentia actiua, qua Deus dicitur formaliter omnipotens. 1.D.43.Qu.Vn. §. *Aliter dico*. D. 5.

Intellectus Diuinus non est entitatis oppositæ non entitati impossibili ratio possibilitatis, nec etiam est præcisa ratio possibilitatis oppositæ nihilo; quia tunc teneret illud argomentum de causis præcisis in affirmatione, & negatione. 1. D. 43. Qu. Vn. §. *Aliter dico*. ℣. *Et ex hoc apparet*. F. 7.

Intellectus Dininus quando offert Diuinæ voluntati talem legem, putà, *omnis glorificandus prius est gratificandus*; si placet volnntati suæ, quæ libera est, recta est lex; & ita de alijs legibus. 1.D.44.Q.Vn. §. *Respondeo: In omni*. ℣. *Sed quando lex*. B. 2.

Intellectus Diuinus habens essentiam vt obiectum sibi præsens, non tantùm est potentia operatiua circa illud, sed etiam productiua notitiæ adæquatè illi intellectui, vt principio productiuo; & illi essentiæ, cuius est, vt obiecti; & ideo tunc est productiua Verbi infiniti, & per consequens Verbi geniti in natura Diuina. 2. D. 1. Qu. 1. § *Ad solutionem quæstionis*. ℣. *Primo, quia principium*. D. 9.

Intellectus Diuinus habens essentiam Diuinam præsentem, priusquam obiectum secundarium, est ratio gignendi. Hoc sic est verum, quod vt est ratio gignendi non requiritur obiectum secundarium. *ibidem*. ℣. *Similiter secunda ratio*. E. 10.

Intellectus, & voluntas Diuina in secundo instanti naturæ comparanrur ad obiectum secundariom. 2. D. 1 Q. 1. §. *Quantum ad hoc igitur*. ℣. *Sequitur secundum instans*. H. 14.

Intellectut Diuinos est ad determinatum singolare; non quod sit ad illud determinatus ex natura sua intrinseca, vel per speciem, sed vt ad determinatum obiectum. 2. D. 9 Q. 2. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad tertium*. V. 36.

Intellectus Dininus extendit se ad omnia intelligibilia, ad quæ se extendit intellectus creatus. 2.D.23.Q.Vn. §. *Dico, quod istæ*. ℣. *Contra secundam*. A. 5.

Intellectus Diuinus scit istum (scilicet peccatorem) ante remissionem peccari esse dignum pœna, & post remissionem non esse dignum: Hoc tamen non arguit propriè transitum à contradictorio in contradictoriom, quia hoc non est aliud, quàm scire istum esse ordinatum ad pœnam, per actum voluntatis conditionatum pro illo instanti, pro quo est sic ordinatus, & non ordinatum pro illo instanti, pro quo sic non est ordinatus. 4.D.16.Q.2.§. *Respondeo*. *Per hoc patet*. K. 12.

Intellectus Diuinus apprehendit agibile antequam voluntas illud velit; sed non apprehendit determinatè hoc esse agendum, quod apprehendere dicitur *dictare*: Imo, vt neutrum, est offert voluntati Dioinæ, qua determinante per volitionem suam illud esse agendum, intellectus apprehendit tanquam verum illod agendum. 4. D. 46. Q. 1. §. *Non improbando*. ℣. *Ad secundum dico*. I. 10.

Intellectus Diuinus, esto quòd de aliquo ante apprehenderet illud esse agendum, quàm voluntas illud vellet; sicut apprehendit de hoc, *Deus est diligendus*; non sequitur naturali necessitate: *Illud apprehendit, & voluntas non potest discordare, ergo voluntas naturali necessitate hoc vult*, quia non potest discordare in obiecto, vt scilicet velit, at nolit illud, quod ostendit volendum, sed in modo tendendi in illud obiectum discordat. *ibidem*.

Intellectut Diuinus suo modo, scilicet, natoraliter, tendit in obiectum, de quo antea apprehendit illud esse agendum, quàm voluntas Diuina illud vellet. Et voluntas, suo modo, scilicet liberè, in illud tendit: Et illæ potentiæ concordant, quæ semper in idem obiectum tendunt suis proprijs modis tendendi: Sicut phantasma, & intellectus non discordant, licet illud tendat in obiectum vt singulare; hic verò in obiectum vt vniuersale. *ibidem*. ℣. *Ad secundum dico*. K. 11.

Intellectus in Deo non est formaliter voluntas, nec è conuerso, licet vnum, verissima identitate, sit idem alteri. 4.D.46 Q.3.§. *Ad argumenta*. ℣. *Concedo*. C. 4.

Intellectus Diuinus, vt intellectus suum, primum *esse* actuale, nec aliquid per se inclusum in illo *esse* non habet præcisè per intelligere diuinum. *Quodl.* Qu. 1. §. *De altero*. ℣. *Tertia ratio*. K. 12.

Intellectus in Deo vt actu intellectus, non includit aliquam comparationem ad extra. *ibidem*.

Intellectus Diuinus, actu intelligendo, comparat quidquid potest ad quodcunque comparare intelligendo, quia nulla est ibi potentia sine actu ad quodcunque intrinsecum. *Quodl.* Quæst. 1. §. *De altero*. ℣. *Tertia ratio*. K. 12.

Intellectus Diuinus est immediatior essentiæ, tàm negatiuè, quàm positiuè, quàm *Dicere*, quod est primum notionale; & per consequens quocunque notionali. *Quodl.* Qu. 1. §. *De secundo articulo*. ℣. *Sic igitur*. R. 17.

Intellectus Diuinus habens obiectum infinitum intelligibile sibi præsens, totum hoc est per se vnum principium generationis Diuinæ; ita quòd alterum sine altero non est principium producendi: Et ideo est vnicum principium simpliciter productiuum, non distinctum in duo principia productiua. Consimiliter de voluntate, & obiecto respectu spirationis: Et similiter de terminis respectu productionum. *Quodl.* Q. 2. ∫. *Ad primum: triplex*. ℣. *Respondeo*. P. 26.

Intellectus Diuinus non habet obiectum adæquatum commune per abstractionem ab omnibus obiectis, sed commune communitate virtutis ad omnia per se obiecta; aliàs vilesceret eius intellectus, quia posset immutari ab obiecto finito: Vnde, quod est sibi primum virtualiter, est sibi primom adæquatum, & hoc est infinitum. *Quodl.* Q. 5. §. *Prima ratio*. ℣. *Ex his tribus*. L. 12.

Intellectus Diuini est omninò idem obiectum primum primitate virtutis, & adæquationis, essentia scilicet sob ratione essentiæ; & consequenter est illi intellectui hoc modo obiectum primum *Quodl.* Q. 5. §. *Ad primum*. X. 20.

Intellectus Dioinus est formaliter infinitus propria infinitate, quæ est modus intrinsecus suæ propriæ entitatis, scilicet intellectualitatis vt intellectualitatis; & tamen Paternitas non sic est infinita: Cum hoc tamen Paternitas est eadem realiter essentiæ aliquo modo, sicut intellectus. *Quodl.* Qu. 5. *Ad primum*. ℣. *Ad vltimum*. X. 24.

Intellectns Diuinus est omninò primum mobile in entibus motione naturali, extensiuè loquendo. *Quodl.* Qu. 14. §. *Hic intelligendum*. ℣. *Item aliqua*. Q. 14.

Intellectus Diuinus præcisè cognoscit creaturam in essentia sua; & non per illam creaturam, vt obiectum immediatum, quia tunc intellectio eius vilesceret. *Quodl.* Q. 15. §. *De secundo articulo*. ℣. *Ad primum*. X. 23.

Intellectus Dei habet visionem obiectorum secundariorum necessariò per se, & compræhensiue ex perfectione sua, & sui obiecti primarij, naturaliter omnia repræsentantis ei: Intellectus aorem beatus creatus habet visionem per accidens obiectotom secundariorum, quia illa per accidens intelligit, scilicet mediante essentia, ostendente sibi illa libere, & contingenter; Et ideo non est eadem visio intellectus beati, cùm visione intellectus Dei. *Quodl.* Qu. 15. §. *De secnndo articulo*. ℣. *Ad alia duo*. X. 23. Additio.

Intellectns Diuinus sicut perfectè cognoscit quodcunqoe ens, ita perfectè cognoscit conuenientiam, vel disconuenientiam vnius entis ad alterum. *Quodl.* Q. 18. §. *De primo*. C. 3. Additio.

Intellectus Dei Patris.

Intellectus Patris habens obiectum sibi præsens est naturale principium nō sulùm operatiuum respectu intellectionis Patris, sed etiam productiuum respectu notitiæ genitæ. 1. D. 2. Qu. 7. ſ. *Ista opinio ponit*. ℣. *Secundam arguo sic*. L. 14.

Intellectus Paternus considerans A. & considerans B. habet, ex natura rei, vnde ista compositio sit vera, *A. non est formaliter B.*, non autem præcise ex aliquo actu intellectus circa A, & B. 1. D. 2. Qu. 7. ſ. *Sed hic restat*. ℣. *Breuiter igitur dico*. Hh. 42.

Intellectus Patris habet vnum actum, correspondentem intellectioni nostræ, quæ est qualitas, quo scilicet actu intellectus Patris furmaliter intelligit. Habet etiam actum, correspondentem actui de genere actionis, quo scilicet exprimit Verbum. 1. D. 6. Qu. *Vnica*. ſ. *In ista quæstione*. ℣. *Aliter respondeo*. D. 4.

Intellectus, & voluntas in Patre sunt perfectè principia actiua, & habent ordinem quendam; quia fæcunditas intellectus constituit ipsum Patrem, non autem fæcunditas voluntatis; vnde fæcunditas intellectus aliquo modo priùs habebit actum suum, quàm fæcunditas voluntatis actum suum. 1. D. 11. Qu. 1. §. *In ista quæstione*. ℣. *Assumptum etiam de ordine*. C. 3.

Intellectus est Paternitas; & intellectus est Filiatio. Istæ propositiones veræ sunt, licet non sit formalis prædicatio: Vnde intellectus habet infinitatem formalem, qualem non habet Filiatio, vel Paternitas, vel innascibilitas. 1. D. 13. Qu. *Vnica*. §. *Alia est opinio*. ℣. *Probatur etiam ex alio*. M. 15.

Intellectus, qui dicitur Patri esse principium ad intelligendum, non notat relationem realem ipsius intellectus ad intellectionem, quæ inest Patri secundum hoc principium; quia hoc magis videtur de gignitione, quàm de intellectione; quia gignitio maiorem distinctionem requirit: Nec tamen cum dicitur intellectus est Patri principium dicendi, notatur relatio realis intellectus ad dicere. 1. D. 13. Qu. *Vnica*. ſ. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad secundam probationem*. Y. 27.

Intellectus in Patre est principium, omninò idem realiter cum intelligere. *ibidem*. ℣. *Contra, conceditur*. Y. 27.

Intellectus Patris, in sententia Henrici de productione Verbi, inquantum recipiens notitiam simplicem, est tantùm passiuus; & inquantum est se conuertens, est tantùm actiuus: Vnde inquantum conuersus, erit passius respectu generationis Verbi; Et inquantùm habens notitiam simplicem, erit actiuus respectu eiusdem generationis, quod videtur inconueniens. 1. D. 27. Qu. 1. vel. 3. §. *Contra istam*. ℣. *Quod etiam dicit*. A. 5.

Intellectum esse priùs origine in Patre, quàm in Filio, licet sit necessarium; tamen si ponatur receptiuus notitiæ genitæ, poneretur talis non essentialiter, propter aliquem talem ordinem ad essentiam in Patre, sed secundùm quod nullius est præcisè, &, secundum quod, vt loquuntur Henriciani, quasi nullius. 1. D. 27. Qu. 1. vel. 3. ſ. *Contra ista*. ℣. *Et quod additur*. C. 9.

Intellectus vt memoria, & vt intelligentia in Patre est vna potentia, quia idem est actus primus, & quo habens operatur, siuè quo habens actum primum est in actu secundo. 1. D. 27. Qu. 1. vel. 3. §. *Ad quæstiones istas*. ℣. *Non est autem Verbum*. E. 12.

Intellectus fæcundus in Diuinis est prima ratio productiua in Patre. *Quodl.* Qu. 4. §. *Iuxta illud*. C. 4.

Intellectus etsi possit considerare circa Paternitatem rationem proprietatis, & rationem relationis, vt dixerunt aliqui; non tamen ipsa est in re, nisi sub vnica ratione reali, & consequenter sub ista constituet Personam Patris, & sub illa non potest esse ad se; & proinde erit relatio, & non nisi relatio correspondens Personæ secundæ: Et ita sequitur quòd sub ratione talis relationis constituit Personam Patris. *Quodl.* Qu. 4. §. *Contra ista arguitur*. ℣. *Per idem*. F. 13.

Intellectus finitus.

Intellectus finitus (licet non perfectissimè, nec simul), potest cognoscere quodcunque intelligibile, quantùm est intelligibile in se. 1. D. 2 Qu. 3. §. *In ista quæstione*. ℣. *Prima via ex parte intellectus*. A. 2.

Intellectus finitus.

In intellectu quouis finito hoc est æquale; quod scilicet quilibet respectu plurium cognoscendorum requirit proprias rationes. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Ad argumenta alterius opinionis*. M. 21.

Intellectus finitus cognoscit finitè infinitum, vt infinitum. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣ *Ad tertium dico*. V. 36.

Intellectus finitus ad quæcunque obiecta simul distinctè percipienda non potest conuerti virtute naturali. 3. D. 14. Qu. 3. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Quod si alicui*. A. 5.

Intellectus finitus non potest distinctè simul intelligere infinita obiecta disparata, quia maioris virtutis est distinctè intelligere plura disparata simul, quàm pauca, adeoque simul intelligere distinctè infinita est Virtutis intensiuæ infinitæ. 4. D. 1. Qu. 1. §. *Secunda propositio*. ℣. *Secundo probatur*. X. 22.

Intellectus animæ Christi.

Intellectus animæ Christi potuit perfici visione perfectissima Verbi, propter eandem rationem, propter quam voluntas eius probatur habere summam charitatem; & ita verisimile est esse de facto. 3. D. 14. Q. 2. ſ. *In prima quæstione*. ℣. *Quantum ad primum*. A. 2.

Intellectus animæ Christi potest dici posse passiuè recipere visionem Verbi primò, & immediatè; & hoc ita, quòd non perficiatur priùs aliquo lumine, tanquam forma absoluta alia à visione. 3. D. 14. Qu. 2. ſ. *In prima quæstione*. ℣. *Itaque potest dici*. B. 3.

Intellectus animæ Christi ex hoc, quòd sine lumine, & habitu præcedente videret Deum, posset quidem naturaliter in visionem; sed inde non sequitur quòd visio possit sibi inesse ex naturalibus suis; vel quod possit sibi inesse ea aliqua causa naturali, quia non potest sibi inesse, nisi à Verbo, immediatè causante istam visionem, quia quando causat illam, immediatè, & supernaturaliter causat. *ibidem*. ℣. *Respondeo, & dico*. C. 4.

Intellectus animæ Christi potest cognoscere in Verbo aliquid futurum nunquam fiendum; & proinde non ponitur ei terminus in cognitione eorum, quæ Deus nouit scientia visionis. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Contra rationem*. ℣. *Contra distinctionem*. H. 12.

Intellectus Christi si ponitur elicitiuus infinitorum, adhuc illa infinitas extensiua non concludit infinitatem intensiuam intellectus, sed obiecti; quia obiectum est causa principalis actiua respectu illarum visionum, & non intellectus. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Ad illa pro secunda opinione*. ℣. *Ad tertium*. Q. 21.

Intellectus Christi Domini cùm multa obiecta sibi non fuerint, nec esse potuerint præsentia, secundùm existentiam actualem, illorum non potuit habere notitiam intuitiuam, nec etiam per species infusas. 3. D. 14. Qu. 3. ſ. *Ad quæstionem*. ℣. *Loquendo tamen*: &. ℣. *Hoc falsum*. B. 6.

Intellectus Christi Domini non est perfectissimus intellectus creatus. 3. D. 14. Qu. 4. §. *Respondeo*. ℣. *Si autem quæratur*. B. 1.

Intellectus animæ Christi subordinatus est Diuinæ veritati in dictando, & maximè de illis, de quibus non potest esse certa dictatio, nisi ex regulis determinatis à voluntate Diuina, contingenter se habente ad eas, quemadmodum sunt omnia, quæ spectant ad beatitudinem, & miseriam iudicaturum. 4. D. 48. Qu. 1. ſ. *Ad quæstionem*. D. 7.

Intellectus creatus.

Intellectu in creato. *Siuè*. In intellectu creato Theologia non est omnis cognitio simpliciter, quia præter eam potest habere alia cognitio de aliqua quiditate speciali, mouente intellectum creatum. *Prolog.* Qu. 3. §. *aliàs*. 2. *Later.* §. *Sed dubium*. ℣. *Sic ergo*. Bb. 25.

Intellectum creatum ordinati ad essentiam Diuinam vt hæc, vt ad vltimum finem, non possumus cognoscere naturaliter; quia non possumus cognoscere respectum, fundatum in natura intellectuali ad istam essentiam. *Prolog.* Qu. 3. *aliàs*. 2. *Laterali*. ſ. *Sed dubium est*. ℣. *Sic ergo*. Bb. 25.

Intellectus creatus.

Intellectus creatus non potest, de potentia sua naturali, videre essentiam, non videndo Personas Diuinas: quia cùm intellectus de se sit potentia naturalis, & non libera, agente obiecto, intellectus agit quantum potest; vnde si obiectum, ex parte sui, agit manifestando tres Personas intellectui, non est in potestate intellectus vt videat aliquid ostensum, & aliquid non videat. 1. D.1.Qu.2.§. *Quantum ad tertium*. G. 9.

Intellectus, & voluntas creata licet in nobis sint duplex principium operationum; & ambo sint perfecta, & possint habere perfectas operationes, sibi adæquatas in ratione operationis; non tamen habent operationes adæquatas sibi in esse: hoc est: Licet per intellectum nostrum possimus habere intellectionem ita perfectam, sicut aliqua potest naturæ nostræ competere, non tamen intellectio ista erit perfectum ens, vt natura, quia intellectio adæquata intellectui vt potentiæ, vel obiecto in ratione operationis, non est adæquata intellectui, vel obiecto in esse; Intellectus igitur, & voluntas in creatura & si sint principia producendi operationes adæquatas sibi in ratione operationis, non tamen in esse; & per consequens multò magis nec realiter adæquatas naturæ, cuius sunt intellectus, & voluntas. Et ex his habetur ratio quare in creatis non sit duplex principium communicandi naturam, & in Deo sit tale duplex principium. 1. D.2. Qu.7 §. *Ad primum argumentum principale*. ✠. *Si instetur hic*, V. 32.

In intellectu creato perfectionis non est non habere potentiam, qua, cognitis principijs, possit cognoscere conclusiones, si illæ non essent sibi prius notæ actu, vel habitu: Imo hoc videtur esse imperfectionis in intellectu creato; quia perfectio in intellectu nostro est supplens imperfectionem, quod possit ex quibusdam cognitis, virtualiter includentibus alia, illorum aliorum cognitionem acquirere. 2. D.1.Qu.5.*alias.6.§. Contra: Anima*. ✠. *Item quæritur*. A. 3.

In intellectu creato, qui non potest omnia simul intelligere, videtur esse perfectionis posse multa intelligere, sine aliqua mora. Nam hoc magis attribuitur ingeniosioribus. 2. D.2. Qu.4. §. *Contra conclusionem*. ✠. *Præterea, quod ponitur*, n, 7.

Intellectum creatum perfectum ex toto ordine causatum naturalium non posse in actum intelligendi sibi proportionatum, est inconueniens; quia hoc potest intellectus imperfectior, vt humanus, cum ordine causarum naturalium, vt cum phantasmatibus, & cum intellectu agente. 2. D.3. Qu. 8. §. *Contra istam opinionem*. A. 6.

Intellectus omnis creatus potest habitualiter nosse vnum obiectum, non noto alio; quia si non posset habitualiter nosse A. absque hoc, quod cognosceret B. sine contradictione; aut hoc esset ex parte intellectus talis, quod falsum est; quia potest vnum nosse habitualiter, & non aliud; aut ex parte necessariæ colligantiæ obiectorum, quod falsum est, quia vnum illorum intelligi potest ab intellectu nostro, non cognito alio: Ex quibus sequitur quòd nullus intellectus creatus nouit eodem habitualiter plura obiecta. 2. D.3.Qu. 10.§. *Ista opinio*. ✠. *Tertio arguo*. D. 11.

Intellectum aliquem creatum summe esse habilitatum ad intellectionem, non est imperfectionis; quòd si aliquis est talis, erit Angelicus: Et ita in illo, sicut in summè habilitato ad actum, non poterit generari habilitas aliqua, quæ dicatur habitus, qui sit alia res à specie. 2. D.3. Qu.10.§ *Ad argumenta pro prima opinione*. ✠. *Ad secundum dico*. I. 18.

Intellectui creato nihil est vnum obiectum singulare intelligibile adæquatum, nisi in illo contineantur virtualiter, vel eminenter omnia cognoscibilia ab illo intellectu, quia nihil est obiectum adæquatum intellectus, nisi in quo saluatur ratio omnis illius, ad quod potest se extendere. 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra ex eisdem*. ✠. *Tunc ad rationem*. B. 4.

Intellectus creatus circa prima principia non potest errare, stante natura sua. 2. D.23. Qu. *Vnica*. §. *Dico quòd istæ rationes*. ✠. *Ad aliud si concedatur*. B. 5.

Intellectus creati obiectum primum si non ponatur essentia Diuina, cùm, secundùm communiter loquentes, creato, & increato nihil possit esse commune vniuocum; sequitur quòd potentia non organica non habebit vnum obiectum vnius rationis, & adæquatum: Et hoc est probabile, propter perfectionem potentiæ. 2. D.24. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum*. ✠. *Dico quod si ens*, F. 7.

Intellectus creatus, quia non potest habere tantam intellectualitatem, neque in actu primo, neque in actu secundo, quanta est intelligibilitas Dei vt obiecti; imò in infinitum excedit; ideo nullus talis intellectus creatus, & si videat quodcunque visibile ex parte Dei, potest ipsum comprehendere, quia non est commensuratio hinc inde. 3. D.14. Qu.2. §. *Ad primum argumentum*. ✠. *Ad secundam probationem*. F. 7.

Intellectus creatus vel est omninò separatus à materia, sicut Angelicus; vel est sibi similis in operatione, vt intellectus animæ separatæ, & intellectus animæ coniunctæ corpori beato, qui sunt similes Angelis in operatione; vel intellectus creatus, coniunctus corpori corruptibili, quod *aggrauat animam*. Sap. 9. & ille ex lib. 2. Anim. Tex. 30. non intelligit, nisi imaginabilia, vel illa, quæ relucent in phantasmatibus. 4. D. 10 Qu. 8. §. *Respondeo*. A. 5.

Intellectus creatus non potest scire contingens, dum est contingens, scilicet dum est in causa sua; postquam tamen contingenter positum est in esse, sicut iam habet determinatam entitatem, ita iam potest habere determinatam cognoscibilitatem, & hoc in quocumque intellectu, respiciente totum ens. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad quartum*. N. 13.

Intellectus creatus, licet non possit præscire quòd in ista hostia continebitur Corpus Christi; tamen, ex quo istud factum est, benè potest intellectus naturaliter intueri corpus ibi existens. 4. D. 10. Qu.8. §. *Ad argumenta*. *Ad primum*. ✠. *Ad quartum*. N. 13.

Intellectus alius ab intellectu meo, quamuis sit creatus, dummodo sit perfectior intellectu meo, potest in illud obiectum, in quod potest intellectus meus, si non impediat determinatus ordo ad alia intelligibilia, nec defectus determinatæ præsentiæ. 4. D.45. Qu. 4. §. *Hic tria sunt*. ✠. *Hoc non concludit*. A. 2.

Intellectus habens vnum intelligere habet vnum dicere. Ista propositio vera est in intellectu creato gratia materiæ, pro tantò, quòd *intelligere* est ibi terminus formalis actus dicendi; & ita verum est ibi quod alterius actus exprimendi alius est terminus formalis, propter limitationem termini. Ista autem ratio non tenet in Diuinis, quia terminus formalis exprimendi est actus illimitatus; & ideo non oportet quòd distinguatur secundum distinctionem actuum exprimendi, qui sunt actus personales. *Quodl*. Qu. 2. § *De secunda ratione*. ✠. *Istud quidem*. E. 9.

Intellectum nullum creatum mouet essentia Diuina vi essentia, tanquam motiuum per modum naturæ, sed omnem intellectionem illius essentiæ, quam non causat aliquod creatum, causat immediatè voluntas Diuina. *Quodl*. Qu. 14. §. *Hinc intelligendum*. ✠. *Completo igitur*. T. 20.

Intellectus Angelicus.

Intellectum Angeli non est necesse si intelligat A. cum aliquo instanti nostro sistere in intellectione illius. A. per aliquod tempus, & per instantia illius temporis, in quorum aliquo posset intellectus meus habere aliam intellectionem. 2. D.2. Qu.4. §. *Contra conclusionem*. ✠. *Præterea quod ponitur*. n. 7.

Intellectus Angelicus non est in actu per essentiam Angeli in hoc, quod per se subsistens; quia non informat, nec actiuitatem aliquam tribuit ipsi intellectui: Vnde per hoc, quòd talis essentia, per se existens, est præsens ipsi intellectui, non potest intellectus habere operationem, cuius essentia, vel similitudo nata est esse ratio. 2. D. 3. Qu.8. §. *Contra*. *Hæc opinio*. ✠. *Ex hoc*. A. 4.

Intellectui Angelico essentia Angeli est summè proportionata, & non est obiectum magis adæquatum, & proportionatum alicui intellectui, quàm suo. 2. D. 3. Qu.8. §. *Contra istam opinionem*. ✠. *Præterea: si non potest*. B. 6.

Intellectui Angeli non videtur inconueniens ponere indi-

tam

Intellectus Angelicus .

eam esse à principio speciem, repræsentantem Diuinam essentiam ; ita quòd licet ipsa non sit naturalis intellectui hoc modo , quòd iste intellectus possit ex naturalibus suis eam acquirere ; neque etiam quòd possit eam habere ex actione alicuius obiecti, agentis naturaliter , quia non potest eam habere præsentialitate alicuius obiecti finiti mouentis , nisi essentiæ Diuinæ tantùm; quæ nihil aliud à se causat naturaliter, naturali causatione ; tamen sicut perfectiones datæ Angelo in sui prima creatione , licet non necessariò sequantur naturam eius, dicerentur naturales , distinguendo contra merè supernaturales , scilicet gratiæ , & gloriæ ; ita ista perfectio data intellectui Angelico , qua essentia Diuina esset ei præsens distinctè , licet abstractiuè , potest dici naturalis ; & ad cognitionem Angeli naturalem pertinere . 2. D. 3. Qu. 9. ʃ. *Ad quæstionem igitur* . ℣. *Secunda declaratio*. D. 7.

Intellectus Angeli nnn babet nrdinem ad imaginabilia , sicut habet intellectua noster pro statu isto . 2. D. 3. Qu. 8. ʃ. *Ad argumenta principalia* . ℣. *Ad formam*. K. 14.

Intellectu de Angelico non habemus regulam ; neque enim possumus attribuere illi omnem perfectionem , quæ est in intellectu simpliciter , neque tantam imperfectionem quantam experimur in intellectu nostro ; quia rationabile est illi attribuere omnem perfectionem , quæ conuenit intellectui creato . 2. D. 3. Qu. 9. ʃ. *Dico igitur breuiter* . G. 11.

In intellectu Angeli licet species [impressa Diuinæ essentiæ] sit ratio distinctè cognoscendi essentiam Diuinam ; non tamen est ratio distinctè cognoscendi modum illius essentiæ in suppositis . 2. D. 3. Qu. 9. §. *Dico igitur* . ℣. *Ad aliud* . N. 15.

Intellectui Angelico conuenit habere cognitionem actualem de re ipsa non existente ; hoc enim est perfectionis in intellectu nostro . 2. D. 3. Qu. 10. ʃ. *Ad quæstionem igitur* . ℣. *Quod autem talem rationem*. G. 16.

Intellectus Angeli est potentialem sicut noster , non tantùm ad actum secundum, sed ad primum , falsum est. 2. D. 3. Qu. 10. §. *Ad argumenta pro prima opinione* . ℣. *Ad secundum dico* . I. 18.

Intellectum agentem , & possibilem habet Angelus , vnde potest habere notitiam à rebus . 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra ex eisdem principijs* . A. 4.

Intellectus perfectior est in Angelis , quàm in nobis: Vnde non oportet quòd si imaginabile est in nobis medium , per quod transitur à sensibili ad intelligibile , quod etiam sit in Angelo similiter . 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra ex eisdem principijs* . ℣. *Quod est medium* . C. 7.

Intellectus Angeli ex sua natura est habilitatus ad intelligendum , sicut graue ad se mouendum deorsum. 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra istam* . ℣. *Ad aliud dicendum* . D. 9.

Intellectum agentem, & possibilem habet Angelus , & vtrumque perfectiorem habet , quàm habemus nos , sicut etiam est perfectioris naturæ . Cum itaque intellectus noster agens possit abstrahere ; ergo & superior, & etiam modo perfectiori . 2. D. 3. Qu. 11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem* . ℣. *Quarto dicò* . G. 12.

Intellectus Angelicus , cum non intelligat alia probabiliter , nisi vt præsentata in habitu sibi concreato , intelligit priùs istas quidditates , & deinde specialia singularia : Ideo in primo instanti probabiliter non potuit habere cognitionem practicam , & ideo probabiliter nec peccare . 2. D 5. Qu. 2. §. *Respondeo primò* . ℣. *Aliter arguitur* . E. 9.

Intellectus Angeli habet conceptum creatum quemlibet pro intelligibili , nnn excedente suam virtutem, nec alligatus est virtuti phantasticæ . 2. D. 9. Qu. 2. §. *Contra secundum* . ℣. *Præterea quando duo* . n. 12.

Intellectus Angeli, distaotis ab alio Angelo, est receptiuus notitiæ causabilis ab actu intelligibili existentis in illo alio Angelo . 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad quæstionem istam* . ℣. *Secundò principaliter* . D. 19.

Intellectus solummodo Angeli loquentis ; vel quæ sunt in ipso , vt in ipso ; vel præsentia sibi , vt sibi , sunt actiua respectu auditionis Angeli audientis ; & hoc non vt proximi effectus ; nam priùs causant ista præsentia loquenti intellectionem actualem in loquente , quàm causent illam auditionem in audiente . 2. Dist. 9. Q. 2. ʃ. *Ad vlteriorem autem*. ℣. *Patet ergo differentia*. F. 22.

Intellectum Angelicum perficit in esse secundo visio veri reuelati. Non autem sic cognitio singularis in genere proprio . 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad aliam quæstionem* . K. 25.

Intellectus Angeli , licet creatus esset sub omnibus speciebus intelligibilium , esset tamen verè possibilis , & verè in potentia ad actum primum , licet illum nunquam duratione præcederet. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. ℣ *Cum etiam improbatur*. O. 30.

Intellectum Angeli non posse esse determinatum , hoc est non habere proportionem ad obiectum ita determinatum , falsum est . *ibidem* . §. *Ad argumenta pro prima* . ℣. *Ad tertium dico* . V. 36.

Intellectus Angeli est determinatus, hoc est proportionatus obiecto , & ex natura sua , & per speciem ; Nam sine specie potest cognoscere singulare , vt singulare , cognitione intuitiua ; & per speciem potest cognoscere singulare, vt singulare , cognitione abstractiua . 2. D. 9. Qu. 2. ʃ. *Ad arguaenta pro prima opinione* . ℣. *Ad tertium* . V. 36.

Intellectus Angelicus cùm sit magis actiuus , & operatiuus, quàm intellectus noster , conceditur etiam esse magis passiuus. Nam vbi intellectus agens est magis actiuus , ibi possibilis est magis receptiuus , & passiuus; & pati à pluribus passione perfectiua est perfectionis , supplentis tamen imperfectionem . 2. D. 9. Qu. 2 §. *Ad argumenta pro prima* . ℣. *Concedo intellectum* . V. 37.

Intellectui Angeli non repugnat distinctè intelligere quodcunque intelligibile , etiamsi intelligibilia possint esse infinita , & alterius rationis ; etiam taliter disparata , quod nullum eorum est principium cognoscendi alterum ; nam istis positis ex parte intelligibilis, non inuenitur repugnantia ex parte intellectus , quin possit omnia ista , & quodlibet istorum distinctè , & perfectè intelligere: Sed repugnantia est quòd intellectus Angeli per vnicum actum intelligendi distinctè intelligat illa , si essent infinita disparata modo prædicto ; Vnde non repugnat illi intellectui habere intellectionem aliam , & aliam realiter , licet repugnet substantiæ eius esse aliam , & aliam realiter ; & consequenter non omne intelligere illi intellectui potest esse idem illi substantiæ , & proinde est accidens . 4. D. 1. Qu. 1. §. *Secunda propositio* . T. 22.

Intellectus humanus .

Intellectus noster respectu notitiæ genitæ habet potentiam receptiuam, & ista potentialitas est imperfectionis , quia est potentialitas passiua : Habet etiam rationem principij productiui respectu notitiæ genitæ, & hoc est ex perfectione eius , quatenus actus primus virtualiter continet illum actum secundum . 1. D. 2. Qu. 7. §. *Quia sicut dixi* . ℣. *Istas rationes* . D. 4.

In intellectu nostro si esset concreata , vel substantialis notitia sui (secundùm quod aliqui intelligunt Augustinum: de nutitia condita . lib. 14. de Trinit.) tunc licet intellectus non possit habere notitiam genitam , qua cognoscat se formaliter , tamen in alio intellectu Angelico , vel humano beato in patria posset gignere notitiam sui in ratione obiecti , quia sic gignere competit sibi vndè est in actu , licet non sit receptiuus: Tamen si potest habere aliquod obiectum actu intelligibile sibi præsens , potest aliquam notitiam gignere in passo approximato , si quid tale sit ; aut per se stantem, si haberet virtutem gignendi aliquid per se stans . 1. D. 2. Qu. 7. §. *Quia sicut dixi* . ℣. *Exemplum huius patet* . E. 4.

Intellectus humanus potest propria virtute vti multis speciebus simul ad concipiendum illa simul , quorum sunt istæ species puta specie boni specie summi , specie actus ad concedendum summum bonum , & actualissimum . 1. D. 3. Qu. 2. §. *Quinto dico* . F. 18.

Intellectus noster cognoscit aliquid sub ratione communiori , quàm sit ratio entis materialis ; quia cognoscit aliquid sub ratione entis in communi , alioquin Metaphysica nulla esset scientia intellectui nostro . 1. D. 3. Qu. 3. §. *Contra istud non potest* . ℣. *Secundò sic* . B. 3.

Intellectus noster non potest compositionem terminorum veritatis infallibilis formare , nisi compositio sit conformis

Intellectus Humanus.

formis terminis accipientibus suum esse intelligibile ab intellectu. 1. D.3. Q.4. *aliàs* 5. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Respondeo.* R.20.

Intellectum nostrum non possumus intelligere sine intelligere alterius intelligibilis; vndè sequitur quòd intellectus non est intelligibilis (putà actu) ante intellectionem alicuius alterius. 1. D.3. Q.7. *aliàs* .8. §. *Ad auctoritatem.* ℣. *Sed illa auctoritas.* Z.38.

Intellectus noster pro actione de genere actionis habet gignere Verbum; Habet tamen alium actum de genere qualitatis, scilicet illam notitiam genitam. 1. D.6. Q.Vn. §. *In ista quæstione.* ℣. *Aliter respondeo.* D.4.

Intellectus noster non statim habet perfectam notitiam obiecti: quia, secundum Philosophum 1. Physic. innata est nobis via procedendi à confuso ad distinctum. 1. D.27. Q.1. vel 3. §. *Ideo istis opinionibus.* ℣. *Secundum declaro.* G.16.

Intellectus noster ad hoc vt veniat ad distinctam notitiam, est necessaria inquisitio: Et ideo necessaria est inquisitio præuia Verbo perfecto. *ibidem.*

In intellectu nostro memoria gignit notitiam actualem, quæ ad memoriam habet duplicem habitudinem, vel relationem; videlicet geniti ad gignens, & hæc est de secundo modo relationum, & mutua; & alia declarantis ad declaratum, & hæc tertij modi, & non mutua. 1. D.32. Q.2. §. *Ad istam quæstionem.* A.6.

Intellectus noster agens producit rem in esse intelligibili, licet sit producta prius; & tamen propter illud producere intellectus nostri agentis, non ponitur res sic producta habere esse simpliciter. 1. D.36. Q.Vn. §. *Concedo conclusionem.* C.6.

Intellectus nostri motio à quidditatibus intelligibilibus reducitur ad ipsum intellectum Diuinum, per cuius esse simpliciter, ista obiecta habent esse secundum quid, scilicet esse obiectiuum, secundùm quod esse mouent intellectum nostrum ad cognoscendum veritates sinceras. 1. D.36. Q.Vn. §. *Contra istud obijcitur.* ℣. *Ex hoc autem apparet.* G.10.

Intellectum nostrum vt res moueant ad actum intelligendi, præexistunt extra animam, vel in se, vel in causa. 1. D.36. Q.Vn. §. *Per idem.* ℣. *Ad vltimum.* N.15.

Intellectus meus si semper sequeretur mutationem in re, ita quòd te sedente, opinaretur te sedere; & te surgente, opinaretur te surgere, non posset decipi; & tamen ex istis, *Tu sedes pro A., & non possum decipi*, non sequitur, *ergo necessariò scio te sedere pro A.* 1. D.39. Qu. 1.2.3. &c. §. *Ad primum argumentum secundæ quæstionis.* Q.27.

Intellectus humanus potest habere intellectionem aliquam in aliquo vno instanti, & post statim habere aliam, & sic multas in aliquo tempore dato. 2. D.2. Q.4. §. *Contra conclusionem.* ℣. *Præterea quod ponitur.* n.7.

Intellectum humanum post instans non posse intelligere immediatè, sed oportere quòd per tempus maneat in illa cognitione, alioquin non esset dare primum instans illius cognitionis sequentis, videtur inconueniens. Si enim poneretur intellectionem illam indifferenter mensurari tempore, & instanti, non concluderet argumentum: Tunc enim sicut non est medium inter instans, & tempus, ita nec inter intellectionem meam, quæ est in instanti, & illam, quæ est in tempore immediatè habito, & tunc secundæ intellectionis non est dare primum; Sed inconueniens videtur quòd similes intellectiones non habeant præcisè similes mensuras. 2. D.2. Q.4. §. *Contra conclusionem.* ℣. *Si enim poneretur.* n.7.

Intellectum humanum perspicaciorem plura intelligere in vna ratione intelligendi, vel cognoscendi, quàm minus perspicaa intelligit, est falsum: Sed tot species cognoscibilium habet ingeniosior, quot tardior: Tamen clarius per illa cognoscit obiecta, & citiùs vtitur eis, componendo hoc obiectum cum illo, discurrendo ab vno cognito ad aliud: Sed ea maiori limpiditate, & velocitate, non potest concludi quòd per pauciores rationes intelligat. 2. D.3. Q.10. §. *Ad argumenta alterius opinionis.* ℣. *Et per hoc patet.* L.21.

Intellectus noster non est sua principia intelligibilia, quia ante omne intelligere, est *sicut tabula rasa, in qua nihil depictum est.* 2. Metaph. Tex.5. & tamen intellectus noster circa prima principia non potest errare, cum tamen non sit in intelligendo regula sui. 2. D.23. Q.Vn. §. *Dico, quod istæ rationes.* A.5.

Intellectus noster etsi de facto indistinctiùs intelligat plura, quàm pauca, hoc tamen non necessariò conuenit sibi de ratione sua, qua intellectus est prior actu suo, sed ex aliquo concomitante, quòd non est necessè ponere in intellectu Christi. 3. D.14. Q.2. §. *Ad illa pro secunda opinione.* ℣. *Ad aliud cum dicitur.* Q.21.

Intellectum nostrum, quia nihil naturaliter mouet ad causandum assensum intellectus credibilibus, ideo Deus supplet vicem obiecti, vt sicut ex frequentia actuum cognitionis imperfectæ terminorum in articulis, generaretur in nobis assensus imperfectus de credibilibus; Si tamen termini mouerent imperfectè ad huiusmodi assensum causandum; sic Deus infundit nobis habitum fidei, inclinantem intellectum nostrum ad assensum articulorum. 3. D.23. Q.Vn. §. *Aliter potest.* F.10.

Intellectus humani primum obiectum est ens, & consequenter quodlibet, in quo saluatur ratio entis, est obiectum per se eius; & impossibile est quòd quietetur, nisi in summo totius analogiæ immediatè; sicut nec visus quietatur, nisi in pulcherrimo visibili: Hoc autem non potest esse in cognitione eius in vniuersali, quia cognitio in vniuersali non est illius, vt in se; & consequenter erit eius, vt secundùm se in particulari: Adeoque, vt sic, erit capax beatitudinis. 4. D.49. Q.8. §. *Respondeo.* ℣. *Videtur tamen.* B.4.

Intellectus humanus dicitur esse nullius partis corporis actus, intelligendo sic, quòd in nulla parte, vel per nullam partem propriè exerceat operationem suam, sicut potentiæ sensitiuæ, *Quodl.* Qu.9. §. *De secundo.* ℣. *De ista quarta.* D.9.

Intellectus humani statum in se, & vt est independens à sensibus, & phantasmatibus in operando, Theologus ponit non esse naturalem, nec impotentiam intelligendi respectu multorum intelligibilium pro statu isto esse naturalem, sed pœnalem, iuxta illud 15. de Trinit. cap. 27. inquit, *oculis tuis interioribus lux illa monstrauit*, illa scilicet æterna, de qua ibi locutus est; & subdit. *Quæ igitur causa est, vt acie fixa lucem ipsam videre non possis, nisi vtique infirmitas? Et quis eam sibi fecit, nisi iniquitas?* Et de hoc supra ibidem. *O tu anima mea, vbi te sentis esse? Vbi iaces?* Sequitur. *Agnoscis rectè te esse in hoc stabulo, quo Samaritanus ille perduxit illum, quem reperit multis à latronibus inflictis vulneribus semiuiuum relictum.* *Quodl.* Q.14. §. *De secundo.* ℣. *Dico igitur.* P.12.

Intellectus vt potentia.

In intellectu, vt potentia est, non oportet ponere distinctionem ad hoc, vt distinctè intelligat; quia etiam intellectus noster, vt omnino indistinctus secundum rationem potentiæ, potest plura intelligere; adeoque, si est distinctio, quæratur in obiecto; vel ratione cognoscendi obiectum, vel in ipsa intellectione. 1. D.35. Q.Vn. §. *Supposito, quòd Deus.* ℣. *Circa istam quæstionem.* A.2.

Intellectus distinctè cognoscitiuus singularis, potest hoc considerare frequenter, & non frequenter considerare illam naturam in vniuersali; & in illo fieri qualitas habilitans ad actum considerandi hoc, non autem inclinans ad considerandum naturam in vniuersali. 2. D.9. Qu. 2. §. *Ad argumenta pro prima opinione.* ℣. *Et cum adducitur.* X.37

Intellectus agit modo maximè naturali per Augustinum 3. de Trinit. & in multis alijs locis, ideo intellectum ponit principium appropriatum respectu productionis Filij in Diuinis, quia maximè naturaliter producitur; quare intellectus minimè est causa indeterminata respectu alicuius effectus, sed determinata. 2. D.25. Q.Vn. §. *Dico ergo.* ℣. *Item intellectus.* S.22.

Intellectus, siuè potentia intellectiua est immediatè perfectibilis ab ipso intelligere, & ita non necessariò mediante alio. 3. D.14. Q.1. §. *Circa istam quartam distinctionem.* ℣. *Item summa fruitio.* n.2.

Intellectus, & voluntas sunt perfectissimæ potentiæ naturæ rationalis: Et ideo in Christo sunt intellectus creatus, & voluntas creata: Et ratione naturæ Diuinæ est in ipso intel-

Intellectus vt potentia.

intellectus increatus, & voluntas increata. 3. D.17. Qu. Vn. §. *Istam quæstionem*. A.2.

Intellectus ex parte sua non est nisi vna potentia: *vel sic*: Ex parte intellectus non est nisi vna potentia, nata habere actum secundum, attingentem Deum, scilicet intelligentia; & illa sufficienter perficitur vno habitu, tendente in verum, cui assentiendum est propter reuelationem. 3. D.26. Q.Vn. *§. Ad primum principale*. ✠. *Ad quartum*. N.26.

Intellectus viator, seu coniunctus corpori.

Intellectus noster pro hoc statu non potest cognoscere in speciali multas quidditates. Prolog. Q.3. vel 2. laterali. §. *Sed dubium est*. ✠. *De possibilitate*. Bb.25.

Intellectus viatoris potest esse certus de vno, quòd sit ens, dubitando de ente finito, vel infinito; creato, vel increato. 1. D.3. Q.2. *§. Secundo non asserendo*. ✠. *Primo sic*. B.6.

In intellectu Viatoris nullus conceptus realis causatur naturaliter, nisi ab his, quæ sunt naturaliter motiua intellectus nostri, quæ sunt phantasma, vel obiectum relucens in phantasmate, & intellectus agens; vnde nullus conceptus simplex fit modò naturaliter in intellectu nostro, nisi qui potest fieri virtute istorum: Vnde sequitur quòd conceptus entis [quod ponitur ab aliquibus esse analogum, & non vniuocum Deo, & creaturæ] qui ponitur naturaliter in intellectu Viatoris, nunquam erit. *ibidem*. ✠. *Secundo principaliter arguo*. B.8.

Intellectus noster plus attingit perfectiora sensibilia, & sensum efficacius mouentia secundùm perfectionem, secundùm gradus cognoscibilitatis eorum; & quæ sunt remotiora ab illis sunt ab eo minùs cognoscibilia secundùm proportionem suæ cognoscibilitatis. 1. D.3. Qu. 2. §. *Nunc de ordine perfectionis*. ✠. *Si loquamur de notitia*. T.29.

Intellectum nostrum [coniunctum] cum substantia non immutet immediatè ad aliquam intellectionem sui, sed tantùm accidens sensibile, sequitur quòd nullum conceptum quidditatiuum possumus habere de ea, nisi sit aliquis, qui possit abstrahi à conceptu accidentis. 1. D. 3 Qu.3. §. *Quantum ad secundum*. ✠. *Secundam rationem*. I.9.

Intellectus [coniunctus] si naturaliter immutaretur immediatè a substantia ad actum circa ipsam, sequeretur quod quando substantia non est præsens posset naturaliter cognosci non esse præsens, & ita naturaliter posset cognosci in hostia altaris conseruata non esse substantiam panis, quod est manifestè falsum. 1. D.3. Q.3. §. *Quantum ad secundum*. ✠. *Secundam rationem*. K.9.

Intellectus noster quòd non intelligat pro statu isto (stabilitum est legibus sapientiæ Diuinæ) nisi illa, quorum species relucent in phantasmate, vel propter naturalem concordiam potentiarum animæ in operando: Ista autem concordia, quæ est de facto pro statu isto, non est ex natura nostri intellectus, vnde intellectus est; nec etiam vnde in corpore est; sed siuè ex mera voluntate Dei, siuè ex mera iustitia punitiua; siuè ex infirmitate: quam causam Augustinus innuit lib.15. de Trinit. cap. vlt. 1. D.3. Q.3. *alias* 4. §. *Sed restat vnum dubium*. ✠. *Respondeo: status*. G.24.

Intellectus [coniunctus] non potest habere notitiam simplicium, nisi acceptam à sensibus: Illis tamen acceptis, potest simplicia, virtute sua, componere, & si ex ratione talium simplicium sit complexio euidenter vera, intellectus, virtute propria, & terminorum, assentiet illi complexioni; non virtute sensus, à quo accipit terminos exterius. 1. D.3. Q.4. *alias* 5. §. *Quantum ad secundum articulum*. ✠. *Sed numquid in ista notitia?* D.8.

Intellectus [coniunctus] non deciperetur circa principia, etiamsi omnes sensus essent falsi, à quibus accipiuntur tales termini, vel, quod plùs est ad deceptionem, aliqui sensus essent falsi, aliqui sensus veri. *ibidem*.

Intellectus licet distrahatur ab intelligendo, quando occupatur sensus circa sua sensibilia, alia à suo intelligibili, quod tunc intelligit, quia sic potentiæ se inuicem impediunt, nec mutuò se iuuant in actibus: Tamen quando sensus occupatur circa singulare sensibile, cuius vniuersale per speciem intelligitur, non distrahitur tunc intellectus, sed maximè confortatur; quia tunc illæ potentiæ circa idem obiectum sibi administrant eius præsentiam, vt à qualibet, secundum eius proportionem, apprehendatur. 1. D.16. Q.Vn. §. *Respondeo cum personam*. ✠. *Ad probationem*. C.2.

Intellectus, inclusus in naturalibus, sicut tradidit omnem artem de syllogismo apparenti informi, & defectuoso; Sic posset soluere per illam artem omnem talem syllogismum, applicando talem artem ad talem paralogysmum. 1. D.42. Q.Vn. § *Ad auctoritatem*. ✠. *Si autem*. D.5.

Intellectus noster pro statu isto non est natus moueri immediatè, nisi ab aliquo imaginabili, vel sensibili extra prius mouetur: Sed hoc non est ex natura; nec causa huius est absolutè naturalis, sed est ex peccato; & non solùm ex peccato, sed ex natura potentiarum, pro statu isto. 2. D.3. Q.8. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Respondeo: intellectus*. I.13.

Intellectum nostrum non intelligere singulare, hoc est imperfectionis, pro statu isto. 2. D.3. Q.11. §. *Contra istam viam*. ✠. *Ad aliud dico*. D.9.

Intellectus noster, pro statu isto, est passiuum determinatum ad determinatum actiuum, vt ad phantasma, & intellectum agentem: Et ideo impeditur ne possit recipere immediatè immutationem ab aliquo actu intelligibili, sine phantasmate. 2. D.11. Q.Vn. *§. Ad quæstionem*. ✠. *De primo dico*. n.4.

Intellectus noster, pro statu isto, nihil cognoscit, nisi quod potest gignere phantasma, quia non immutatur immediatè, nisi à phantasmate, vel à phantasiabili. 3. D.14. Qu.3. *§. Ad argumenta patet*. ✠. *Respondeo: ista*. E.9.

Intellectus sicut cooperatur sensui fortiter immutato, si non sit circa alia distractus; ita ponet aliquis voluntatem non necessariò cooperari, sed vniuersaliter compati appetitui sensitiuo patienti, & hoc circa idem obiectum, si non impediatur voluntas per non considerationem intellectus, vel per aliud impedimentum vincens: Hoc modo diceretur quòd corrupta [mulier] violenter, licet delectaretur in voluntate, ex delectatione appetitus sensitiui, non tamen peccaret; quia delectatio, & delectabile posset esse non volitum, quantùm ad omnem actum elicitum voluntatis. 3. D.15 Q.Vn. *§. Quantum ad secundum*. F.16.

Intellectus in Martyribus, ex positis maximis tormentis, si habuit vsum suum, hoc fuit ex speciali gratia Creatoris. 3. D.15. Qu. Vnic. *§. Quantum ad secundum articulum*. H.18.

Intellectus si possit esse in vsu suo, sensu vehementer patiente à delectabili, & tristabili, naturale videtur esse vt vehementer cooperetur potentiæ inferiori; & voluntas compatiatur, delectando, vel tristando, ipsi appetitui sensitiuo. *ibidem*. ✠. *Tertio quantùm ad istum*. H. 18.

Intellectus, inquantum intelligit aliquid præcisè, quia sensus, cui coniungitur, illud sentit, dicitur portio inferior; quia, inquantum sic cognoscens, nihil cognoscit per regulas æternas, quis eodem modo cognosceret, si non posset de hoc secundùm illas iudicare; & similiter per consequens de appetitibus. 3. D.15. Q.Vn. §. *Sed quo ad tertium*. ✠. *Quantum ad hoc*. N.22.

Intellectus Viatoris circa Creaturam, non loquendo de virtutibus speculatiuis, perfectissimè perficitur per prudentiam, si prudentia sit perfectissima: Ipsa enim est de omni agibili, & quantum ad omnem conditionem agibilis perfectissima notitia. 3. D.34. Q.Vn. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Ex istis*. C.7.

Intellectus qui mouetur ab ente, vel quidditate in sensibilibus, non mouetur ab artificiali, vt artificiale; quia sic non est ens, nec habet quid. 4. D.1. Q.1. §. *Ista ergo ratione*. ✠. *Respondeo quod domus*. S.21.

Intellectus noster, pro statu viæ, vt coniunctus est corpori corruptibili, loquendo de intellectione abstractiua, manifestum est quòd potest intelligere corpus Christi vt in Eucharistia: Impossibile est enim aliquam complexionem concipere, cuius extrema non concipiuntur: Possibile est autem intellectum nostrum intelligere hanc complexionem, *Corpus Christi est in Eucharistia*, alioquin

quin non posset illam formare; & ptoinde intellectus noster & istam compleaionem; & eius extrema potest cognoscere, & intelligrre aliqua intellectione. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Respondeo*. A. 5.

Iotellectus noster, pro statu viæ, non potest videre naturaliter corpus Christi vt in Eucharistia existens; quia intellectus, qui non intelligit, nisi ea sensibilibus, eodem modo intelligir, sensibilibus sibi præsentibus eodem modo; noster autem intellectus pro tunc est huiusmodi; sensibilia verò eodem modo sunt sibi præsentia antequam sit ibi Corpus Christi, & postrat ante verò non videt intuitiuè Corpus Christi, quod ante non est ibi, nec consequenter post videt intuitiuè. *ibidem*. ℣. *Et sit prima conclusio*. C. 6.

Intellectus noster arguens ex his, quæ sensus apprehendit, quód in Eucharistia sit suhstantia panis, potest decipi: Hoc autem argumentum est Sophisticum; licet enim hoc eueniat, vt in pluribus, non tamen necessarió. 4. D. 10. Qu. 9. §. *Ad argumenta*. B. 6.

Intellectus licet possit abstrahre species à phantasmate, manente sine re; tamen potest immediatè accipere cognitionem à re extra: Et hoc habetur in quodam Commentario, tertio de Anima. 4. D. 45. Qu. 2. §. *Hic tenetur*. ℣. *Rationes opinionis*. A. 8.

Intellectus Viatoris potest habere conceptum de Deo, includentem omnes veritates de ipso necessarias ordinatas, immedistiùs scilicet, & mediatiùs; quia distinctissimus conceptus subiecti Theologiæ, quod est Deus, potest haberi citrà cognitionem intuitiuam; & ille conceptus virtualiter, & eminenter continet omnes veritates necessarias de illo subiecto. *Quodl.* Qu. 7. §. *Secunda conclusio*. ℣. *Iuxta istam conclusionem*. H. 10.

Intellectus distinctio à sensu non debet intelligi tanquam inter potentias disparatas ex æquo, sicut est distinctio visus in videndo colores, ab auditu in audiendo sonos; sed debet intelligi sicut potentiæ superioris cognitiuæ ab aliqua cognitiua sibi subordinata; & per consequens, quod potentia superior potest cognoscere aliquod obiectum, vel sub aliqua ratione, quod obiectum, vel sub qua ratione potentia inferior non potest cognoscere; non tamen oportet quod inferior possit aliquod obiectum, vel sub aliqua ratione cognoscere, quin superior possit etiam perfectiori modo obiectum illud cognoscere, & sub eadem ratione cognoscibilitatis ex parte obiecti: Et sic potest concedi quod intellectus potest cognoscere obiectum, non vt hic, & nunc, quia sub ratione quidditatiua absoluta; sensus autem non potest sic cognoscere obiectum, quia est virtus limitata ad cognoscendum ipsum sub ratione existentis: Sed non propter hoc intellectus determinatur ad cognoscendum obiectum sub modo opposito; quia indifferens est ad cognoscendum ipsum sub vtroque modo. *Quodl.* Qu. 13. §. *Circa secundum*. ℣. *Ad primum illorum*. K. 9.

Intellectus separatus à corpore, seu beatus.

Intellectum posse decipi acquiescendo propositioni falsæ, vel animi signum voluntariè prolatum discoedate à significato, neutrum horum est in perfectè beato; quia vtrumque est imperfectionis, vnum moralis, alterum intellectualis. 3. D. 12. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum argumentum*. A. 3.

Intellectus, inquantum habet rationem receptiui respectu visionis beatificæ, non est in eo aliqua forma, necessariò priùs recepta ad hoc, vt visio recipiatur in intellectu, quia per illam formam non aliter esset obiectum præsens, quàm posset esse sine ea. 3. D. 14. Qu. 2. §. *In prima quæstione*. ℣. *Quantum ad secundum*. A. 2.

Intellectus si supponatur se habere posse actiuè respectu visionis Verbi, sicut & actiuè se habet respectu intellectionis naturalis, inquantum scilicet eadem potentia beatificatur, quæ est principium intellectionis actualis; & ita inquantum habens eandem rationem operandi circa vtrumque obiectum. Hoc, inquam, supponendo; & quod sit talis connexio causarum primæ, & secundæ; & quód intellectus sit causa prima respectu habitus luminis supernaturalis, habentis rationem causæ secundæ (sicut dicitur de voluntate, & gratia respectu fruitionis); si sit, inquam, talis necessaria connexio causarum primæ, & secundæ, quarum quælibet esset causa partialis respectu eiusdem effectus (vt in proposito diceretur de visione, & lumine respectu visionis beatæ), quod altera causa partiali deficiente, effectus deficeret; posset dici quod intellectus sine habitu luminis non posset in visionem beatam, sicut nec voluntas sine gratia in fruitionem: Sed quantum ad receptionem, non videtur simpliciter necessarium concedere habitum supernaturalem luminis priùs perficere intellectum, quàm visionem. Sed si intellectus potest recipere duas perfectiones ordinatas, scilicet A. vt actum primum, & visionem vt actum secundum, congruum est vt illis perfectionibus ordinatè perficiatur: Sed vtraque absolutè potest esse sine alia. 3. D. 14. Qu. 2. §. *In prima quæstione*. ℣. *Hic supponendo*. C. 4.

Intellectus omnis, non alligatus sensibus, siuè Angelicus; siuè animæ separatæ; siuè hominis beati, potest videre existentiam Corporis Christi in Eucharistia; quia intellectus se habens ad intelligibilia, sicut ipsa sunt in se intelligibilia, priùs intelligit illud, quod priùs intelligibile est in se; & per consequens quod prius est in se ens, quia. lib. 2. Metaph. Tex. 4. *Vnumquodque sicut se habet ad esse, ita ad veritatem*, scilicet intelligibilitatem in se. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Respondeo*. ℣. *Secunda conclusio*. D. 7.

Intellectus, non alligatus sensibus, respicit totum ens, & quodcunque, secundùm ordinem suæ intelligibilitatis. *ibidem*.

Intellectus, non alligatus sensibus, priùs intelligit ipsam substantiam, quàm quemcunque modum eius; & per consequens nullus modus, sub quo est substantia, potest impedire intellectionem substantiæ à tali intellectu. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Respondeo*. ℣. *Secunda conclusio*. D. 7.

Intellectus, non dependens à sensibus in intelligendo, potest cognuscere præsentiam panis quando est præsens; quia non est obiectum supernaturale; & per consequens potest cognoscere absentiam eius quando est absens; & qua ratione potest cognoscere istam absentiam substantiæ panis, potest cognoscere præsentiam Corporis Christi, quia corpus illud est proportionatum etiam intellectui, vt intuenti; ideoque modus accidentalis ipsius corporis non impedit, quin sit obiectum intuibile eidem intellectui. *ibidem*. ℣. *Contra hoc*. E. 8.

Intellectui non dependentia sensibus, totum ens creatum est obiectum proportionatum, quantum ad cognitionem tam abstractiuam, quam intuitiuam. Nom enim differt intuitiua ab abstractiua, nisi proptar præsentiam obiecti aliam, & aliam. 4. D. 10. Qu. 8. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Contra hoc, & primo*. T. 8.

Intellectus beatus nullo modo per actum beatificum videt Corpus Christi in Eucharistia. *ibidem*. ℣. *Tertia conclusio*. H. 10.

Intellectus Beati non Sophisticè argueret ex actu sensus, sicut intellectus noster arguit ex his, quod sensus apprehendit, quod substantia panis sit in Eucharistia. 4. D. 10. Qu. 9. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad primum*. B. 6.

Intellectus separatur, ea Arist. 2. de Anim. Tex. 21. *á cæteris, sicut perpetuum á corruptibili*; & si dicatur separatus quantùm ad operationem; ex hoc sequitur quód sit incorruptibilis; quia si potest separari secundùm operationem, potest & secundum esse. 1. Anim. Tex. 21. 4. D. 43. Qu. 2. §. *De secunda propositione*. ℣. *Respondeo: adducendo*. H. 13.

Intellectus separatus æquè perfectus est sicut intellectus coniunctus; vel perfectior, & non determinatur ex aliquo ordine ad cognoscendas operationes alterius intellectus, vel voluntatis; nec præsentia requisita necessarió deficit, quia potest esse sine illapsu (alioquin Angelus nullam posset habere præsentiam debitam respectu alterius à se, cum nulli illabatur, quia hoc repugnat creaturæ) & per consequens poterit cognoscere operationes alterius intellectus, vel voluntatis coniunctæ. 4. D. 45. Qu. 4. §. *Hic tria sunt*. ℣. *Hoc non concludit*. B. 2.

Intellectui separato magis proportionatum obiectum est

essentia

Intellectus separatus à corpore, seu beatus.

essentia rei intelligibilis, vel operatio intrinseca, quàm aliquod sensibile; quia intellectui puro purum intelligibile est magis proportionatum intelligibile, dùm tamen sit finitum. 4. D. 45. Qu. 4. §. *Hic tria sunt.* ℣. *Respondeo: intimior*. B. 3.

Intellectus separatus, & intellectus coniunctus habent idem obiectum primum. Vera est ista propositio, loquendo de obiecto primo intellectus, vt est talis potentia: Falsa autem, loquendo de primo eius obiecto motiuo pro statu isto. Item ista propositio, *sub subiecto intellectus coniuncti primo non continetur operatio (putà spiritualis)*; vera est, loquendo de obiecto eius motiuo primo pro statu isto: Falsa autem, loquendo de obiecto eius primo motiuo, vt est talis potentia. 4. D. 45. Qu. 4. §. *Hic tria sunt.* ℣. *Respondeo, dictum est.* C. 3.

Intellectus tàm beatificatur, quàm voluntas immediatè, quatenus immediatè excludit medium eiusdem ordinis, quòd scilicet sit medium isti attingendi in suo ordine, sicut operatio est medium ipsi potentiæ in attingendo obiectum; quia immediatius terminus operationis vtriusque potentiæ est ipsum obiectum; ita quòd neutra est medium respectu alterius in ratione obiecti, nec in ratione attingendi obiectum, vt attingitur per istum actum. 4. D. 49. Qu. 3 §. *Ad quæstionem.* ℣. *Primo modo*. B. 6.

Intellectus Beati si sit merè passiuus, habens se solùm in ratione susceptiui ad actum visionis, cum non requiratur propter receptionem solam aliqua forma ex parte intellectus, tunc non requiritur lumen gloriæ ad habendam visionem beatificam. 4. D. 49. Qu. 11. §. *Respondeo ergo.* ℣. *Ex hoc sequitur*. G. 10.

Intellectum ponendo principium actiuum respectu visionis beatificæ, modo habet potentiam remotam, tunc autem (*scilicet in Patria*) potentiam propinquam: Vnde sicut intellectus est hic, & ibi eadem natura, ita posse videre est hic, & ibi eadem potentia: sed modo est remota, & tunc erit propinqua: Si autem est potentia passiua, & receptiua, tunc non requiritur lumen gloriæ. 4. D. 49. Qu. 11. §. *Ad argumenta.* ℣. *Ad aliud*. K. 12.

Intellectus beati si habet Verbum proprium de creatura, visa in essentia Diuina, consimiliter dicendum esset de intellectu possibili in formatione Verbi de creatura, nisi in essentia Diuina, sicut habet de visa in proprio genere. *Quodl.* Qu. 15. §. *De secundo articulo.* ℣. *Sed de creatura*. V. 21.

Intellectus beati videns essentiam Diuinam, de ea visa non habet Verbum, quia tunc non videret illam immediatè. *Quodl.* Qu. 15. § *De secundo articulo.* ℣. *Item eodem*. V. 21.

Intellectus beatus creatus habet visionem per accidens obiectorum secundariorum, quia illa per accidens intelligit scilicet mediante essentia, ostendente sibi illa libere & contingenter: ideo actus beati nullam perfectionem accipit ab illis obiectis, sed tota perfectio est ab essentia visa, & illa ostendente. *Quodl.* Qu. 15. §. *De secundo articulo.* ℣. *Ad alia*. X. 23.

Intellectus agens.

Intellectus agens est quo omnia facere. Verum est inquantum actio competit animæ respectu cognitionis, & non inquantum obiectum est actiuum. *Prolog.* Qu. 1. §. *Ad argumenta pro opinione*. P. 25.

Intellectum agentem nullam habere operationem in cognitione sinceræ veritatis videtur inconueniens, quia ista operatio est nobilissima intellectus nostri: Vnde intellectus agens, qui est nobilissimus in anima, concurret aliquo modo ad istam actionem. 1. D. 3. Qu. 4. *alias*. 5. §. *Circa quartum.* ℣. *Item tertio*. O. 17.

Intellectus agentis est omnia facere, sicut possibilis omnia fieri. lib. 3. de Anim. Tex. 17. & 18. *ibidem.* ℣. *Item intelligendi*. O. 17.

Intellectus agens aliquo modo se habet actiuè ad omne id, quod recipit possibilis. *ibidem*.

Intellectus agentis virtute, quæ, est participatio lucis increatæ, illustrantis super phantasmata, cognoscitur quidditas rei; & ex hoc habetur sincera veritas. 1. D. 3. Qu. 4. *alias*. 5. §. *De sexto articulo*. Y. 24.

Intellectus agens.

Intellectus agens est potentia merè actiua, secundùm Philosophos, quia est illud, quo est omnia facere, sicut possibilis est, quo omnia fieri; &, secundùm Philosophum, est sicut ars ad materiam; idest ita comparatur ad intellectum possibilem, sicut ars ad materiam. Omnis autem actio realis habet aliquem terminum realem, & vnum; ille autem terminus realis non est in phantasmate, quia intellectus agens nihil causat in phantasmatibus; quia illud receptum esset extensum, & ita intellectus agens non transferret obiectum de ordine in ordinem; nec illud esset magis proportionatum intellectui possibili, quam phantasma; ergo esset in intellecto possibili; quia nihil recipitur in intellectu agente: Illud autem primum causatum non potest poni actus intelligendi; quia primus terminus actionis intellectus agentis est vniuersale in actu; vniuersale autem in actu præcedit actum intelligendi, quia obiectum, sub ratione obiecti, præcedit actum. 1. D. 3. Qu. 6. *alias*. 7. §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Ex alio membro arguitur*. C. 8.

Intellectus agentis est facere de non vniuersali vniuersale, vel de intellecto in potentia intellectum in actu, sicut dicunt auctoritates Philosophi, & Commentator. 3. de Anima, dicit quod si essentiæ rerum essent vniuersales, sicut dixit Plato, non indigeremus, secundùm ipsum, intellectu agente. *ibidem.* ℣. *Et confirmatur*. D. 8.

Intellectus agens facit aliquid repræsentatiuum vniuersalis *de* eo, quod fuit repræsentatiuum singularis, quomodocunque illud *de* intelligatur materialiter, vel virtualiter; hoc realiter est facere repræsentatiuum obiecti sub ratione vniuersalis. Vnde talis actio intellectus agentis terminatur ad formam aliquam realem in existentia, quæ formaliter repræsentat vniuersale inquantum vniuersale; quia aliter non posset terminari actio eius ad vniuersale sub ratione vniuersalis. *ibidem*.

Intellectus agens in ratione actiui non excedit possibilem in ratione passiui: Vnde quidquid causatur ab intellectu agente recipitur in possibili; & sic primus terminus actionis intellectus agentis recipitur in possibili; & ita cum prima actio intellectus agentis sit ad vniuersale in actu, illud vniuersale, vel illud, quo ipsum habet esse tale, recipitur in intellectu possibili. 1. D. 3. Qu. 6. *alias*. 7 §. *Contra istam opinionem.* ℣. *Item secundo secundum istam*. D. 8.

Intellectus agens, & phantasma sunt sufficienter approximata intellectui possibili, & agunt per modum naturæ; & ita causant necessariò in illo præsentiam, cuius est receptiuus. *ibidem.* *De secundò membro*. E. 10.

Intellectus agens non facit vniuersalitatem in rebus per hoc, quod denudat ipsum quod quid est in phantasmate existens; nam in quocunque est, antequam in intellectu possibili habeat esse obiectiuè, siuè in re, siuè in phantasmate; siuè habeat esse certum, siuè deductum per rationem, & si sic, non per aliquod lumen, sed semper sit talis natura ex se, cui non repugnet esse in alio; non tamen est tale, cui potentia proxima conuenit dici de quolibet, sed tantùm est in potentia proxima, vt est in intellectu possibili: Est ergo in re commune, quod non est de se hoc, & per consequens ei de se non repugnat esse non hoc. 2. D. 3. Qu. 1. §. *Sed contra istud.* ℣. *Ex hoc apparet improbatio*. I. 9.

Intellectus agens, quæ est potentia actiua in homine, non est imperfectionis in ipso, imò perfectionis: adeoque non debet negari Angelo, qui est creatura superior. 2. D. 3. Qu. 11. § *Contra ex eisdem*. A. 4.

Intellectum agentem nulla natura habet, nisi cuius intellectus obiectum primum est intelligibile in potentia; intelligendo per *obiectum primum* obiectum *adæquatum* adæquatione continentiæ eminentialis, vel virtualis. Falsa est ista propositio, vniuersaliter loquendo, vt patet in intellecto creato in ordine ad obiectum creatum, quia nulla essentia immaterialis creata, & singularis continet virtualiter, & eminenter omnia intelligibilia à tali intellectu; & consequenter nullum tale datur obiectum primum respectu talis intellectus, quod sit intelligibile in potentia. 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra ex eisdem.* ℣. *Tunc ad rationem*. A. 5.

Intellectum agentem, & possibilem non distinqui nisi per com-

Intellectus agens.

comparatiooem ad phantasmata, falsum est: imò distinguuorur inter se formaliter, vel etiam eatrinsecè per comparationem ad obiecta, vel ad alia, in quibus obiecta relucent.: 2. D.3.Q.11. *§. Contra ex eisdem.* ℣. *Item ad illud*. B.5.

Intellectum agentem; & possibilem habet Angelus, & vtrumque perfectiorem habet, quàm habemus nos, sicut etiam est perfectioris naturæ. Cum traque intellectus noster possit abstrahere; ergo & superior, & etiam modo perfectiori. 2.D.3.Qu.11. §. *Respondeo ad quæstionem*. ℣. *Quartò dico*. G.12.

Intellectus agens in nobis non negaretur, dato quòd intellectus noster agens non posset habere actum aliqnem abstrahendi, non ratiooe sui, sed quia præuenitur ab aliquo agente superiori, producente effectum, qui per eum possit produci. 2.D.9. Q.2.§. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. ℣. *Cum etiam improbatur*. O.30.

Intellectns agens perfectior potest statim ab obiecto sensibili causare speciem intelligibilem, in qua res habeat esse, vt in actu intelligibile: Virtus autem imperfectior potest requirere esse imaginabile, sicut dispositionem mediam ad esse intelligibile. *ibidem*. ℣. *Ad tertiam dico*. P.31.

Intellectus agens non potest agere in phantasma, cum sit distinctum subiecto ab ipso, secundùm aliquos, secundum quos etiam Agens, & patiens oportet esse distincta subiecto. [Hic agit ad hominem]. 2.D 25.Q.Vn.§. *Contra conclusionem*. ℣. *Contra illud*. B.9.

Intellectus agens, & phantasma sicut se habent in nobis ad mouendum intellectum possibilem, sic in immutatione intellectus Angeli mali in inferno, quodammodo se habet Deos, & ignis infernalis ad mouendum intellectum illius Angeli, quia Deus habet similem modum intellectui agenti, & igois phantasmati, & est omnino simile si in nobis intellectos agens esset formaliter volens, & possibilis similiter; & agens per voluntatem suam determinaret aliquod certum phantasma ad mouendum efficacissimè intellectum possibilem contra voluotatem eius: Nec obstat quod principale Agens, & instrumentum non sunt in eodem supposito hic, sicut ibi intellectus agens, & phantasma, quia ordo agentium illorum non requirit identitatem suppositi. 4.D.44.Q.2.§. *De secundo modo*. ℣. *Et potest poni*. K.12.

Intellectus agens cum obiecto est sufficiens causa actiua speciei intelligibilis, nec minùs cum obiecto extra, quàm cum phantasmate, quia nihil est in phantasmate, propter quod sufficiat ad causandum speciem intelligibilem, quin eminentius sit in re, cuius est phantasma. 4 D.45. Q.2.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Primum probo*. C.12.

Intellectum agentem cum obiecto suo impossibile est causare conceptum perfectiorem suo verbo perfecto, quia realiter est effectus sibi adæquatus. Vnus autem effectus est adæquatus vni causæ; & conseqoenter non potest perfectiorem illo causare de Deo: Et si sic, quod dicit Philosophus, quòd scilicet speculatio, & conceptus aliquis potest haberi à nobis communior, quàm sit entis materialis, licet ille conceptus non sit causatus, nisi à quidditate materiali; destruit ipsum Philosophum, quia ponit in perfectissima cognitione beatitudinem, & hanc ponit primæ substantiæ; cum tamen neget cognitionem claram posse haberi de Deo. 4.D.49 Q.8.§. *Respondeo*. ℣. *Si dicat*. B.5.

Intellectus agens probabiliter est illud actiuum, quod est in anima respectu iotellectionis; quia iotellectus possibilis recipit intellectionem: Vnde si cum hoc sit actiuus respectu intellectionis, pari ratione posset dici quòd respectu speciei intelligibilis, quam recipit, esset actiuus: Et ita non requireretur intellectus agens ad aliquem actum in intellectu. *Quodl* Q.15.§. *De tertio*. L.13.

Intellectum agentem distinguens Philosophus à possibili. 2. de Anim. Tex. 18. sic ait. *Est enim intellectus hic quidem talis, quo est omnia fieri*: Et de Agente. *Ille autem, quo omnia facere*. Ex hoc videtur sequi, quòd intellectus agens adæquatur possibili in ratione actiui, & passiui; & consequẽter quod est actiuus ad omne illud, cuius possibilis est receptiuus; & per consequens ad intellectionem. *ibidem*.

Intellectus agens est sicuti habitus quidam, & vt lumen. *ibidem* ℣. *Præterea idem sequitur*. L.13.

Intellectus agens pertinet ad imaginem (quia imago: ex Augustino. lib. 14. de Trinit. cap. 8. *Consistit in eo, quod optimum est in nostra natura*. Et *Agens est nobilius patiente* ex Philosopho. lib. 3. de Anim. Tex. 19.) Non potest autem pertinere nisi ad memoriam; Cum verò memoria habeat conseruare obiectum, vel speciem obiecti; & exprimere, vel gignere notitiam actualem eius, patet quòd intellectui agenti non potest competere primum, quia non est virtus receptiua, nec conseruatiua. Relinquitur igitur quòd competat illi secundùm, scilicet exprimere notitiam. *Quodl*. Q.15. *§. De tertio*. ℣. *Præterea ibidem sequitur*. L.13.

Intellectua agens non ponitur, nisi vt per ipsum fiat obiectum actu vniuersale; quia. lib. 3. Anim. Comm. 8. vult Commẽtator quòd si res haberent esse eo modo, quo posuit Plato, non oporteret ponere intellectum agentem.. *ibidem*. ℣. *Sed pro alia*. L.13.

Intellectus agens, secundùm Commentatorem lib. 3. Anim. Comment. 8. ponitur, vt per ipsum transferatur obiectum de ordine in ordinem, scilicet de ordine sensibilium ad ordinem intelligibilium; & per consequens de ordine corporalium, ad ordinem spiritualium. *Quodl*. Q.15.§. *De tertio*. ℣. *Præterea secundo*. M.14.

Intellectus agens si esset per se actiuus ad intellectionem actualem, pari ratione vbicuoque poneretur esse potentiam actiuam ad propriam operationem, & cum hoc etiam potentiam receptiuam talis operationis, ibi esset distioguere potentiam agentem, & possibilem, vtpotè voluntatem agentem, & possibilem, secundum communem opinionem, quæ ponit voluntatem actiuam, & etiam receptiuam volitionis: & similiter si sensus ponatur actiuus, propter hoc fortè, quòd sensatio videtur nobilior ipso obiecto sensibili extra, esset distinguendum de sensu agente, & possibile. Cum igitur Philosophus istam distinctionem de agente, & possibili nusquam ponat ibi, nisi in intellectu; sequitur quòd ista differentia non est propter illa, quæ communiter inueniuntur in alijs potentijs; & ita non propter agere, & recipere actionem. *Quodl*. Q.15.§. *De tertio primi*. ℣. *Præterea tertiò*. M.15.

Intellectus agens si tenetur quòd sit actiuus respectu intellectionis, habet duas actiones ordioatas; prima est facere de potentia intelligibili actu intelligibile; vel de potentia vniuersali actu vniuersale: Secunda est facere de potentia intellecto actu intellectum. *Quodl*. Q.15.§. *De isto articulo*. N.16.

Intellectus agens si teneatur quòd actiuè se habeat respectu intellectionis, potest dici pertinere ad memoriam non quantùm ad primam eius actionem, quæ est facere de potentia intelligibili actu intelligibile; imo actionis terminus est memoria in actu, quia per illam actionem est intellectus habens obiectum actu intelligibile sibi præsens; Sed quantùm ad secundam eius actionem, quæ est facere de potentia intellecto actu intellectum: quia cum memoriæ sit exprimere actualem notitiam, vel intellectionem, & intellectus agentis secunda actio sit agere ad istam actionem, intellectus agens, quantùm ad secundam eius actionem, includeretur in memoria. *Quodl*. Qu.15.§. *De isto articulo*. ℣. *Consimiliter*. O.17.

Intellectos agens præparat obiectum suum vt sit actu intelligibile *Quodl*. Q.15. §. *De isto*. ℣. *Et secundum hoc*. P.17.

Intellectus agẽs si ponatur quod sit propter suum actum primum solum, qui est facere de potentia intelligibili actu intelligibile, & de potentia vniuersali actu vniuersale; verum est, vt talis virtus est propria intellectui, quia est ibi tantom potentia præparans obiectum: Vnde auctoritates, loquentes de intellectu agente, affirmant de primo actu: propter secundum enim actum, qui est facere de potentia intellecto actu intellectum, non est propriè in intellectu talis virtus agens: Nam aliæ potentiæ possunt agere ad operationem, præsupposito obiecto. *Quodl*. Q.15.§. *De isto articulo*. ℣. *Et secundum hoc*. P.17.

Intellectus agens est, quo omnia facere 3. Anim. Tex. 18. Intelligendum est sic facere omnia actu intelligibilia. Et hoc habetur ex eo, quòd *lumen facit quodammodo potentia colores actu colores*, quia facit eos actu visibiles. *Quodl*. Q.15. §. *Si vero*. ℣. *Ad aliud*. Q.19.

Intellectus agens facit omnia actu intelligibilia, & hoc in potentia propinqua; quia relucentia in speciebus intelligibilibus,

gibilibus, quæ prius fuerunt in potentia remota, quia tantùm relucentia in repræsentatiuo materiali, & repræsentante ea sub ratione singularis. Aristoteles autem dicens. 3. Anim. Tex. 18. *Intellectus agens est quo omnia facere*, non dicit quòd Agens est quo est omnia facere actu intellecta: Vnde cum ex hoc concluditur adæquatio intellectus agentis in agendo ad possibilem in recipiendo; debet vniformiter referri de actione, & receptione actu intelligibilis, non de actione, & receptione actu intellecti. *ibidem*.

Intellectus agens est nobilior possibili præcisè, vt recipit obiecta sensibilia, quia præcisè respectu illorum est agens in intellectum possibilem. *Quodl.* Qu 15. §. *Si uero*. ✝. *Ad quartum*. S. 19.

Intellectus agens si teneatur quòd actiuè se habet ad intellectionem, & possibilis passiuè, tunc non secundum idem mouet, & mouetur anima ad intellectionem: Nec tamen secundum distincta subiecto; quia illa duo non sic distinguuntur: Si autem dicatur quod possibilis actiuè se habeat ad intellectionem, tunc idem, secundum idem, mouet ad eam, & mouetur. *Quodl.* Qu. 15. §. *Ad primum principale*. Y. 24.

Intellectus possibilis .

Intellectum possibilem comparando ad notitiam actualem in se, nulla est sibi cognitio supernaturalis; quia intellectus possibilis quacunque cognitione naturaliter perficitur, & ad quamcunque naturaliter inclinatur. *Prolog.* Qu. 1. §. *Ad quæstionem igitur*. ✝. *Ad propositum dico*. M. 21.

Intellectus possibilis, pro statu isto natus est moueri ad cognitionem ab intellectu agente, & phantasmate. *ibidem*.

In intellectu possibili recipitur quidquid causatur ab intellectu agente; vnde primus terminus actionis intellectus agentis recipitur in possibili; & ita cum prima actio intellectus agentis sit vniuersale in actu, illud vniuersale, vel illud, per quod ipsum habet esse tale, recipitur in intellectu possibili. 1. D. 3. Qu. 6. *aliâs*. 7. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Item secundo* D. 9

Intellectus possibilis nihil est eorum, quæ sunt ante intelligere. 3. de Anim. Tex. 5. Istam auctoritatem oportet exponere hoc modo. Naturaliter intelligimus primò illa, quæ primo occurrunt ex phantasmatibus: Nihil enim possumus potentia propinqua intelligere, ante intellectionem alicuius imaginabilis; Ideo non possumus intelligere intellectum, ante intelligere alterius intelligibilis; ergo nec intellectus potest intelligi à nobis ante intelligere alterius intelligibilis; ergo non est intelligibilis ante intellectionem alicuius alterius: Ideo sic intelligendum est ipsum nihil esse aliquid eorum, quæ sunt ante intelligere, scilicet intelligibilium; non quia antequam intelligat nihil sit in actu, sed quia non est aliquid, quod possit, potentia propinqua, intelligi à nobis ante intelligere alterius, propter intellectionem nostram naturalem, incipientem à phantasmatibus. 1. D. 3. Qu. 7. *aliâs*. 8. §. *Ad auctoritatem Philosophi*. ✝. *Sed illa auctoritas*. Z. 28.

Intellectus possibilis, secundùm quod Philosophus loquitur de eo, est illud, quo formaliter sumus intelligentes; & eo modo præcisè est, quo est omnia fieri; quia sumus eo formaliter intelligentes, inquantum recipit, non inquantùm agit, licet agat, quia hoc accidit sibi, inquantum est quo intelligimus. 1. D. 3. Qu. 7. *aliâs*. 8. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundum*. C c. 40.

Intellectum [passiuum] habito quòd sit potentia non organica, non oportet esse non tale realiter, quale illud, cuius debet esse receptiuus intellectualiter: Non enim oportet oppositam esse dispositionem in receptiuo alicuius realiter, & intellectualiter, supposito quod intellectus non sit virtus organica. 2. D. 3. Qu. 8. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad tertium dico*. M. 16.

Intellectus non est materiale quid, vel organicum, vt sit capax omnium intelligibilium; quia si esset materiale, vel organicum, esset tantùm capax aliquorum siue materia, quorum talis receptio non repugnaret suæ entitati materiali; suæ autem entitati intellectuali non repugnat receptio intellectualis quotumcunque. *ibidem*.

Intellectum habens imperfectum, in quo recipitur species intelligibilis imperfecta, habet speciem intelligibilem remissiorem, quàm alius habens perspicaciorem intellectum; quia causæ naturales in isto, & in illo sunt inæquales, scilicet intellectus agens, & phantasma; & causæ naturales agunt secundùm vltimum suæ potentiæ. 2. D. 3. Qu. 10 §. *Ad quæstionem igitur*. F. 15.

Intellectus possibilis non negaretur in nobis, si creatus fuisset sub speciebus intelligibilibus; quia simultas durationis non aufert rationem passiui. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad argumenta secundæ quæstionis*. ✝. *Cum etiam improbatur*. O. 30.

Intellectus passiuus, qui non potest in se habere totam perfectionem obiecti; dependet ab obiecto, circa quod operatur, & proportionabiliter iuxta proportionem obiecti. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad argumenta secunda*. ✝. *Ad secundum*. O. 30.

Intellectus possibilis, secundùm Henricum, determinatur ad actum per speciem, & tamen negat species recipi in intellectu, sed tantùm ponit phantasmata: Quomodo autem determinetur intellectus, vel distinguatur per phantasmata, non apparet. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. § *Contra, quia*. ✝. *Præterea dicit*. G. 14.

Intellectum possibilem si species determinat, species alterius rationis constituet intellectum alterius rationis. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. § *Contra, quia*. ✝. *Præterea si species*. G. 14.

Intellectus inquantùm habet rationem receptiui respectu visionis beatificæ, non est in eo aliqua forma necessariò priùs recepta ad hoc, vt visio recipiatur in intellectu; quia per illam formam non aliter esset obiectum præsens, quo posset esse sine ea. 3. D. 14. Qu. 2. §. *In prima quæstione*. ✝. *Quantum ad secundum*. A. 2.

Intellectus quicunque est receptiuus notitiæ cuiuscunque obiecti; quia est totius entis, & per consequens quodcunque intelligibile desideratum naturale. Et si quodcunque cognoscere, in hoc perficeretur naturaliter. Et sicut dicitur de notitia, ita dicendum de notitia in Verbo. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Tertio modo potest*. L. 16.

Intellectus quilibet est receptiuus cuiuscunque visionis in Verbo, & hoc loquendo diuisim; ideoque etiam coniunctim quilibet intellectus est receptiuus simul visionum in Verbo respectu omnium obiectorum; quia cuicunque potest quodlibet inesse, si ei possunt duo simul inesse, (quia non opponuntur), & infinita talia simul possunt eidem inesse. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Tertio modo potest* K. 16.

Intellectus est capax omnium actuum simul (quorum cuiuslibet est seorsim receptiuus), quia simul est in potentia ad omnes; & consequenter omnes potest habere in actu, cum non sit oppositio illorum actuum, nec requiratur in receptiuo aliquid sibi repugnans. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Tertio potest*. ✝. *Quod si dicas*. L. 17.

Intellectus nihil perfectionis pertinentis ad ipsum recipit à specie informante; Sed tantummodo oportet speciem, vt aliam causam partialem effectus, concurrere cum intellectu. 4. D. 12. Qu. 3. §. *Ad principales rationes*. ✝. *Respondeo hoc non*. G g. 41.

In intellectu, vt est subiectum speciei intelligibilis, non est per se requisita, nec necessaria coniunctio eius ad corpus; quia species ista est forma simplex immaterialis, vel spiritualis; Et per consequens per *non coniungi ad corpus* non se habet aliter in recipiendo speciem intelligibilem. 4. D. 45. Qu. 1. §. *Alia opinio est*. ✝. *Ex his suppositis*. B. 3.

Intellectus passiuus corrumpitur. 3. Anim. Tex. 20. (sic explicatur). Non intelligitur *intellectus possibilis*, sed aliqua virtus sensitiua, quam aliqui vocant cogitatiuam [*corrumpitur*]. Et verum est quod omnis sensitiua in morte corrumpitur; & ideo *intellectus passiuus* illo modo acceptus: Non tamen *intellectus passiuus* eo modo, quo dicimus intellectum possibilem esse passiuum. 4. D. 45. Qu. 1. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad tertium*. I. 9.

Intellectum possibilem esse substantiam separatam, est figmentum

Intellectus possibilis.

gmentum Auerrois. 3. de Anim. Comment. 5. Sicut est quod ista substantia separata recipiat à superioribus; & tamen vt coniungitur nobis non recipiat. Hoc enim contradictio est; quia nulla substantia separata posset nobis coniungi; nisi in ratione causæ efficientis, vel mouentis. Actiuum autem aliquod, si in essendo recipit aliquid à superiori; & inquantum est actiuum, est recipiens ab eodem. 4. D.45. Qu.2. *§. Hic tenetur.* ✠. *Quæ autem.* B. 11.

Intellectus possibilis est sufficienter receptiuus speciei intelligibilis. 4. D.45. Qu.2. §. *Ad quæstionem ergo.* ✠. *Primum probo.* C. 12.

Intellectus possibilis si est propria potentia receptiua cuiuscunque intellectionis, ita quod licet requiratur aliquid præuium intellectioni, non tamen tanquam potentia receptiua, vel ratio recipiendi; sicut superficies posset poni ratio recipiendi colorem; Posset concedi quod tunc quodcunque ens, quod habet in natura intellectum possibilem, potest, ex natura sua, cognoscere quodcunque cognoscibile, hoc est recipere cognitionem eius, quantum est ex parte sui. *Quodl.* Qu. 14. *§. Ad intellectum.* ✠. *Secundò prætermitto.* A. 2.

Intellectus possibilis est solùm cognoscens; & consequenter ab agente paritur intellectio; & per consequens [agens intellectus] actiuè se habet respectu intellectionis. Aliter non videretur verum illud Augustini. lib. 9. de Trinit. cap. vlt. *A cognoscente, & cognito paritur notitia.* *Quodl.* Qu. 15. *§. De tertio*, ✠. *Prætereà tertio.* M. 15.

Intellectus possibilis (si teneatur, quòd intellectus sit actiuus respectu intellectionis) quantum ad primam receptionem, qua scilicet recipit actu intelligibile sibi præsens; dicitur memoria; Et quantum ad secundam receptionem, scilicet actualis intellectionis, dicitur intelligentia. *Quodl.* Qu. 15. *§. De isto articulo.* ✠. *Consimiliter.* O. 17.

Intellectus possibilis si est illud animæ, quod est actiuum ad intellectionem; & intellectus agens habet tantùm actionem abstrahendi obiectum: Tunc esset dicendum quòd intellectus agens non pertinet ad memoriam, sed actio eius terminatur ad memoriam, & hoc respectu sensibilium, quia terminatur ad illam formam, per quam obiectum actu intelligibile relucet intellectui, & illa est forma constituens perfectam memoriam. Respectu autem merè intelligibilium, purà spiritualium, nullam actionem omninò haberet, & hoc si talia intelligantur non per speciem; vel si per speciem; tamen eam possunt causare virtute propria. Intellectus autem possibilis, secundum hoc, poneretur pertinere ad memoriam, non tantùm vt retinens omne repræsentatiuum obiecti actu intelligibilis, sed etiam vt exprimens actiuè notitiam actualem. *Quodl.* Qu. 15. *§. Si verò.* Q. 18.

Intellectus possibilis non pari ratione potest causare speciem intelligibilem, sicut potest causare intellectionem; quia potentia operatiua non est actiua sui obiecti, licet sit operatiua sui actus circa obiectum. *Quodl.* Q. 15. *§. Si verò.* ✠. *Ad primum.* Q. 19.

Intellectus possibilis solus est intelligentia, quia solus recipit actum intelligendi: Et sic etiam communiter Aristoteles loquitur de intellectu, vt est quo intelligimus, siuè quo recipimus intellectionem. *Quodl.* Qu. 15. §. *Si verò.* ✠. *De isto articulo.* S. 20.

Intellectus possibilis pertinet ad memoriam, inquantum memoriæ est recipere notitiam habitualem, secundùm illud. 15. Trinit. cap. 10. *Scientiam, quam memoria tenemus.* Et sic loquitur Aristoteles quandoque de intellectu possibili, vt est quo scimus; siuè est quo habemus scientiam, per quam reducitur de potentia essentiali ad accidentalem. *ibidem.*

Intellectui possibili competit per accidens actus ille memoriæ, qui est *gignere notitiam actualem*; quia quando forma actiua inest alicui subiecto, actio, secundùm illam formam per accidens, competit eidem; sicut lignum per accidens calefacit. Nunc autem illud, quo obiectum actiuè se habet ad gignendum intellectionem, est forma intellectus possibilis, & consequenter intellectus possibilis, saltem per accidens, gignit. *Quodl.* Q. 15. §. *Si verò.* ✠. *Sed quo ad.* T. 20.

Intellectus possibilis.

Intellectus possibilis, vel solus est memoria, vel saltem includitur necessariò in memoria. *Quodl.* Qu. 15. §. *Ad primum principale.* ✠. *Ad argumentum in oppositum.* Y. 24.

Intellectus nudus.

De intellectu nudo, vt conuerso supra intellectum formatum notitia simplici, formati Verbum Diuinum, (vt voluit Henricus) falsum est. 1. D.2. Qu.7. §. *Ad quartam quæstionem.* K. 13. & §. *Ista opinio.* ✠. *Primus est.* K. 14.

Intellectus formatus, seu cum habitu.

Intellectui potest esse præsens habitus vniuersalior; absque præsentia minùs vniuersalis: quia habitus minùs vniuersalis, & magis vniuersalis sunt distincti habitus proprij; habitu autem vniuersaliori contingit vti, non vtendo aliquo alio habitu minus vniuersali; vnde contingit habere actum circà vniuersalius, eo modo, quo respicitur ab habitu illo vniuersaliori, non habendo actum circa minus vniuersale: Non habetur autem actus intelligendi circa vniuersalius, nisi ipsum, sub tali ratione, sit præsens intellectui sub ratione præsentis; & non habetur actus intelligendi circa ipsum in ratione præsentis, nisi sub rationem vniuersalis; ergo vniuersalius potest esse præsens intellectui, absque præsentia alicuius minus vniuersalis. 1. D. 3. Qu.6. *aliàs.* 7. §. *Contra istam opinionem.* ✠. *Secundùm tertiam viam* E. 9.

Intellectus habens habitum scientiæ, & non considerans actu, est in potentia accidentali, ex. lib. 2. de Anim. 1. D.36. Qu.6. *aliàs.* 7. §. *Secundo quæro.* ✠. *Contra illam opinionem.* P. 26.

Intellectus idem potest esse ipsemet realiter, & in actu per habitum realiter, & tamen receptiuus intellectualiter & sui, & habitus, & cuiuscunque informantis eum realiter. Et est tota ratio, quia talia sic recepta intellectualiter non requirunt in recipiente determinatam dispositionē, oppositam enti intelligibili reali. 2. D.3. Qu.8. §. *Ad argumenta principalia.* ✠. *Ad tertium dico.* M. 16.

Intellectus habens habitum acquisitum, sequentem actum, licet faciliùs possit acquirere illam formam, quam alius non habens eum; vnde licet vnum passiuum sit magis dispositum ad patiendum, quàm aliud; vtrumque tamen est in potentia essentiali, antequam formam recipiat. 2. D. 11. Qu. *Vnica.* §. *Ista ratio.* ✠. *Prætereà si nulla.* A. 3.

Intellectus (ponendo lumen, vel habitum præcedentem visionem, ita quod sit necessaria, vel sufficiens ratio respectu visionis) naturaliter quodammodo videret Deum. Si enim cæcus miraculosè illuminatur, tamen illuminatus naturaliter videt, quia habet formam creatam, qua naturaliter potest vti ad operationem illam. Ita si detur intellectui supernaturaliter aliquis habitus, quo dato, tanquam per formam sufficientem intellectus potest videre Deum; & cum ipse habitus sit aliquid creatum, & naturaliter perficiens intellectum; sequeretur quod per aliquam formam creatam possibile esset naturaliter videre Deum: Sed non sequitur negando talem dispositionem, vel lumen præcedens (siuè dicatur lumen, siuè habitus, non curo) quia in quocunque instanti priore naturaliter ipsa visione nulla est causa naturaliter prior ipsa visione, vsque enim ad illud instans naturæ, quo intellectus videt, non habet intellectus vnde posset in istam visionem. 3. D. 14. Qu.2. §. *In prima.* ✠. *Respondeo.* C. 4.

Intellectum, & voluntatem perficit Deus per habitus supernaturales in esse quodam supernaturali, sicut natæ sunt etiam perfici naturaliter habitibus supernaturalibus. 3. D. 23. Qu. *Vnica.* §. *Ad quæstionem tamen.* F. 15.

Intellectui, qui magis naturaliter agit, quàm voluntas, non negatur habitus; quia non est ex se summè determinatus, vel inclinatus: Nec ista indeterminatio est ex imperfectio-

Intellectus formatus, seu cum habitu.

imperfectione actui, sed ex illimitatione, quæ est perfectio actiui. 3. D.33.Q.Vn.§. *Ad rationem*. ✝. *Secunda ratio*. D. 7.

Intellectus potest in rectum iudicium, sine omni habitu intellectuali. 3.D.33.Q.Vn.§. *Ad quæstionem*. H. 12.

Intellectus in potentia.

Intellectus dicitur in potentia essentiali, quando ad hoc, quod exeat in actum, necessariò præexigitur quod acquirat aliquam formam, per quam exeat in actum. 1. D.3.Q. 6. *alias* 7.§. *Secundo quæro*. ✝. *Contra illam*. Q.26.

Intellectus non est in potentia essentiali quia deficiat sibi aliqua ratio causalitatis, quantum est ex parte sui sed quando alia causa partialis non est sibi præsens, quam oportet esse præsentem ad hoc, quod sequatur actio, & quando illa causa partialis est approximata, est in potentia accidentali, siuè propinqua ad agendum. 1.D.3.Qu.7. *alias* 8. *Ad auctoritatem*. ✝. *Et per idem*. Y.38.

Intellectus est simul in potentia ad infinitas visiones. Est enim in potentia ad quemcunque actum ex natura sua, vt patet; & simul in potentia ad omnes: Ideoque si esset in actu secundùm omnes istos actus, non sequeretur tunc maior infinitas, quàm modo. 3. D.14 Qu.2.§. *Tertiò modo potest*. ✝. *Nec ista infinitas*. L.16.

Intellectus in actu.

Intellectus est in actu memoriæ, vt habet obiectum intelligibile sibi præsens. 1.D.2.Q.7.§. *Ista opinio*. ✝. *Hoc improbasse*. L. 15.

Intellectus actus potest esse falsus attribuendo veritatem primæ causæ alicui principio creato, cui non conuenit ista veritas. 2. D.6.Qu.2.§. *Ad videndum*. ✝. *Aliter potest dici*. K. 11.

Intellectus non concluditur esse perfectior si sit in actu secundùm omnes suas potentias passiuas, quàm quando est in potentia ad illos actus, quorum est receptiuus. 3. D. 14. Quæst. 2. §. *Tertio modò potest*. ✝. *Nec ista infinitas*. L 16.

Intellectus nullus habet esse actuale proprium, & primum intellectus per aliquem actum intelligendi, conuenientem sibi, vel supposito secundùm ipsum; & consequenter in Deo intellectus, vt intellectus, suum primum esse actuale, nec aliquid per se inclusum in illo *esse* non habet præcisè per intelligere diuinum; & consequenter intellectus in Deo, vt actu intellectus, non includit aliquam comparationem ad extra. *Quodl*. Q. 1. §. *De altero*. ✝. *Tertia ratio*. K. 12.

Intellectus potest habere actum, quo attingat obiectum in sua reali existentia, vt existens est, saltem illud obiectum, quod est nobilius illi intellectu, vel æquè nobile. Et si concedatur de intellectu nostro, ipsum scilicet posse habere talem actum cognitionis, quo attingat rem, vt existentem in se; pari ratione potest hoc concedi de quocunque obiecto; quia intellectus noster est potentialis respectu cuiuscunque intelligibilis. *Quodl*. Qu.13.§. *Circa secundum*. ✝. *Secundo probatur*. L.8.

Intellectus, cui actos intelligendi inest, per illum, vt rationem propriam, attingendi, attingit obiectum, supposita tamen obiecti præsentia propria: Cui autem iste actus est cognitus, non habet illum vt rationem propriam attingendi; Sed ad hoc, vt haberet actum, quo formaliter attingeret, oportet habere alium actum, & cum hoc propriam præsentiam obiecti. *Quodl*. Q. 14. §. *Ad ista aliquid*. ✝. *Respondeo intellectus*. I1. 26.

Intellectus operatiuus.

Intellectus est potentia operatiua, & productiua; & inquantum est principium operatiuum, nec intellectus, nec suppositum, cuius est actio, habet relationem realem ad operationem realem, quæ nata est esse in ipso: Sed hoc accidit in nobis, quia est ibi distinctio realis, seu differentia inter ipsum, & operationem, ad quam est. 1. D. 13. Qu. Vn. §. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundam*. X. 27. Additio.

Intellectus operatiuus.

Intellectui nata est primo competere operatio talis, quæ est intelligere, non autem est nata competere voluntati; nec est aliqua alia ratio, nisi quia intellectus est intellectus, & voluntas est voluntas. 1.D.13.Q.Vn.§. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundam probationem*. Y.27. Additio.

Intellectus, secundùm Philosophum. 3. Anim. Tex 21. habet duplicem operationem, scilicet intelligentiam simplicem, & intelligentiam compositorum, scilicet componere, & diuidere intellecta; & prima potest esse sine secunda, & non è conuerso. *Quodl*. Quæst.14. §. *De primo*. C. 3.

Intellectus productiuus.

Intellectus noster habet rationem principij productiui respectu notitiæ genitæ, & hoc est ex perfectione eius, quatenus actus primus virtualiter continet illum actum secundum. 1. D. 2. Quæst. 7. §. *Quia sicut dixi*. ✝. *Istas rationes*. D.4

In intellectu, si separentur ab inuicem ratio principij operatiui, & ratio principij productiui, remanente eo, quod est per se ratio principij productiui, adhuc erit ratio producendi, quantumcunque non sit ibi potentialitas passiua receptiua. 1.D.2.Q.7. *§. ibidem*. E. 4.

Intellectus si potest habere aliquod obiectum actu intelligibile sibi præsens(de quo obiecto haberet notitiam sibi congenitã, vt voluni aliqui de intellectu Angelico, in quo ponunt notitiam sui congenitã, sic interpretãdo Augustinũ 14.de Trinit. de notitia conditis) potest aliquam notitiam gignere in passo approximato, si quod tale sit; sut per se stantem si haberet virtutem gignendi aliquod per se stans. 1.D.2.Qu.7. *§. Quia sicut dixi*. ✝. *Exemplum huius*. E. 4.

Intellectus est principium productiuum, non includens imperfectionem quando non perficitur per actum suum, ipsum actum productum recipiendo; sicut est intellectus Diuinus, qui non recipit Verbum à se productum, nec ab hoc perficitur; sed Verbum productum in se subsistit. 1. D.2. Quæst. 7. §. *Quia sicut dixi*. ✝. *Ex hoc arguitur sic*. E. 5.

Intellectus [Patris] est principium productiuum sufficiens, quia infinitum, ideo producit notitiam genitam in se subsistentem, quæ est Persona. *ibidem*. ✝. *Cum arguitur vlterius*. G. 5.

Intellectus[Patris], vt est principium productiuum, licet non habeat relationem realem ad productum, quia idem est producto; nec ad productionem, propter idem; tamen producens ipso habet relationem realem ad productum, propter distinctionem eorum realem. 1. D. 13.Q.Vn.§. *Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad secundam probationem*. X. 27.

Intellectus simplex, seu simpliciter apprehensiuus.

Intellectus simplex formaliter non decipitur circa intellectionem quidditatis, quia in intellectione simplici non est verum, vel falsum, sed circa quidditatem compositam potest intellectus simplex virtualiter decipi. 1.D.3. Qu.3. §. *Quantum ad secundum articulum*. ✝. *Istæ rationes non concludunt*. L. 11.

Intellectus simplex quod intelligit confusè potest cognoscere diffinitũ, inquirendo diffinitionem illius cogniti per viam diuisionis. Hæc cognitio diffinitiua videtur perfectissima, pertinens ad intellectum simplicem; & ex tali cognitione perfectissima terminorum potest intellectus perfectissimè cognoscere principiom, & ex principio conclusionem; & in hoc compleri videtur notitia intellectualis. 1. D. 3. Q.4. *alias* 5. *§. Circa quartum articulum*. ✝. *Præterea secundo*. O. 16.

Intellectus simplex potest apprehendere æqualitatem Dei sine errore, & sufficit sola apprehensio simplex ad hoc, quod appetitus appetat illud apprehensum alteri: Sicut intellectu apprehendente albedinem, & apprehendente Coruum, potest appetitus velle albedinem Coruo.

Intellectus simplex seu simpliciter apprehensiuus.

2. D.6. Qu.1. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad tertium dico*. F.6.

Intellectus Diuinus apprehendit terminos propositionum practicatum necessariarum, si dantur, & potest apprehendere veritatem complexionis in eis, quam scilicet complexionem habet ex terminis, antequam voluntas sua habeat aliquem actum circa ea. 3.D.37 Qu.Vn.§. *Sed istae expositioner*. ℣. *Iste respondet*. B.4.

In intellectu quocunque potest haberi conceptus simplex, virtualiter includens veritatem immediatam, & vlterius mediatam: in illo intellectu haberi potest notitia propter quid veritatis mediatae. *Quodl.* Qu. 7. §. *Secunda conclusio*. E.7.

Intellectus comparatiuus, siuè compositiuus.

Intellectus sicut potest iudicare de actu suo, ità potest iudicare de actibus aliarum potentiarum; ergo de actu naturaliter posteriore actu suo potest iudicare prius naturaliter, antequam actus ille eliciatur. *Prolog*. Q.4.§. *Dico igitur primò*. ℣. *Item ex dicto Augustini*. B.5.

Intellectus actu suo (*putà comparatiuo*) non potest causare nisi relationem rationis, ex hoc scilicet, quòd est virtus collatiua, potens conferre hoc, vt cognitum, ad illud. 1.D.8.Q.4.§. *Ista tamen*. ℣. *Vlterius probo*. L.14.

Intellectus non comparat aliquid, nisi naturaliter prius cognito termino. 1.D.35.Q.Vn.§. *Potest dici ad quaestionem*. ℣. *Hoc potest poni*. H.10.

Intellectus componit propositiones, non tantùm possibiles, sed etiam impossibiles. 2.D.6.Qu.1.§. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Ad secundum dico*. E.5.

Intellectus ad hoc, quòd componat quodcunque simplex cuicunque simplici, sufficit quòd vtrumque simplex possit per se apprehendi ab intellectu. 2. D. 6. Qu. 1.§. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *De prima volitione*. F.6.

Intellectus componentis, & diuidentis conditiones sunt *errare, & verum dicere*. *ibidem*. ℣. *Si igitur arguas*. G.6.

Intellectum non oportet ante appetere hoc componere cum hoc, vel diuidere hoc ab illo, sed sufficit voluntatem comparare hoc ad illud, quia voluntas est vis collatiua, sicut intellectus. *ibidem*.

Intellectus solius est conferre per modum iudicij, sicut & intelligere. 2. D.38. Qu. Vn. §. *Ad primum*. ℣. *Ad vltimum*. D.3.

Intellectus non potest habere intellectionem comparatiuam lapidis ad lignum, nisi habeat rationes cognoscendi vtrumque obiectum. 4. D.1.Q.1.§. *Secunda propositio*. ℣ *Hac responsio*. X.22.

Intellectus potest aliquid comparare per actum suum ad illud, quod non est eius per se correlatiuum ex natura rei. *Quodl*. Q.3.§. *Respondeo ad primum*. M.12.

Intellectus practicus.

Intellectus nulla est extensio ad actus eius; vnde in actibus eius nulla est praxis, quia non extra se extendit, nisi vt actus eius respicit actum alterius potentiae. Et licet vnus actus intellectus extendatur ad alium, directum per illum, non propter hoc secundus est praxis, nec primus est cognitio practica; quia tunc logica esset practica, quia dirigit in actibus discurrendi. *Prolog*. Q. 4. *Dico igitur*. A.3.

Intellectus si potest dici practicus ex conditione accidentali sui habitus, putà ex ordine voluntatis, ordinantis actum eius ad aliud; multò magis potest dici practicus ex ordine essentiali actus, quo actus dicitur essentialiter practicus. Ideo ab eodem videtur intellectus dici practicus, à quo habitus, & actus; licet non ità accidentaliter dicatur illud de habitu, & actu, sicut de intellectu, respectu cuius est accidens per accidens. *Prolog*. Q.4.§. *Contra hanc opinionem*. ℣. *Item tertio contra opinionem*. D.9.

Intellectus si determinatur ab obiecto ad cognitionem rectitudinis prius naturaliter, quàm voluntas velit; & voluntas sit aliquo modo regulabilis aliundè, non tantùm apprehensio praecedit praxim, sed apprehensio conformis; hoc autem accidit quandocunque determinata rectitudo praxis est cognoscibile necessarium; siuè vt principium per intellectum, siuè vt conclusio per scientiam. *Prolog*. Q.4.§. *Ex hoc patet solutio*. ℣. *Potest igitur dici*. H.14.

Intellectus ab aliquo obiecto non determinatur ad cognitionem rectitudinis determinatae, antequam voluntas velit, & hoc loquendo de intellectu, & voluntate in communi, quando rectitudo determinata contingenter conuenit praxi. Nam illud contingens non determinatur ad alteram partem, ante omnem actum voluntatis: Comparando tamen in speciali ad intellectum hunc, & voluntatem hanc, istam praxim potest praecedere cognitio conformis, quam praecedit cognitio determinatiua rectitudinis; & quam non, non. *ibidem*. ℣. *Quando autem*. H.15.

Intellectus creatus determinatur à primo subiecto Theologiae ad notitiam rectitudinis determinatae ipsius praxis quo ad omnia Theologicalia, necessaria prius naturaliter, quàm aliqua voluntas creata velit. *Prolog*. Q.4.§. *Ad quaestionem*. O.31.

Intellectum speculatiuum extensione quacunque fieri practicum nunquam dixit Aristoteles; sed ponens tres gradus intellectus, quorum primus est considerare speculabilia tantùm; secundus considerare agibilia, non dictando prosequi, vel fugere; tertius, vt dicit quando, amplius extendendo se, iubet prosequi, vel fugere, ità quòd illa extensio est intellectus imperfectè practici ad considerationem perfectè practicam. *Prolog*. Q.4. *Ad rationes pro opinione*. Ee.44

Intellectus non moderatè, siuè medio modo dictat actum, ita quod dictare circumstantionetur hac circumstantia *mediocriter*: Sed intellectus dictat secundùm vltimum suae potentiae. *ibidem*. ℣. *Tertia responsio est*. Ff.44.

Intellectus quicunque non potest habere cognitionem aliquam dictatiuam de operando, naturaliter priorem, dictantem illam praxim, quam respicit talis cognitio; nec potest habere cognitionem principiorum, ex quibus inferat talem cognitionem dictatiuam operandorū; nec potest habere cognitionē quidditatiuam terminorū, in quibus includuntur talia principia; talis intellectus non videtur posse habere cognitionem practicam propriissimè sumptā secundùm illas duas conditiones, scilicet conformitatem ad obiectum, & prioritatem. 1.D.38. Q. Vn. §. *Quamuis supra*. ℣. *Et ex hoc*. B.2.

Intellectus Diuinus comparando cognitionem eius ad actū voluntatis eius, non praehabet cognitionem dictatiuam aliquam de aliquo faciendo; nec cognitionem alicuius principij; nec quidditatiuam termini, includentis principium practicum; & ideo non habet aliquam cognitionem conformem, & priorem tali praxi. *ibidem*.

Intellectus practicus si in Deo praedeterminaret respectu factibilium, prima determinatio respectu eorum non esset in voluntate; nec propria in ea respectu illorum posset saluari libertas, nec vlla contingentia; quia intellectus necessariò praedeterminaret eam mera necessitate naturali, & voluntas necessariò conformaret se intellectui. 1. D. 38. Q.Vn. §. *Quamuis supra*. ℣. *Ad primum*. D.3.

Intellectus in ordine ad obiectum.

Intellectus, quantum ad assensum, natus est moueri ab obiecto, euidente in se, vel in alio, vnde nihil aliud ab obiecto videtur talem assensum causare posse, nisi virtualiter includat euidentiam obiecti. *Prolog*. Q.2.§. *De secundo, scilicet scripturarum*. A.4.

Intellectus omnia est totius entis communissimè sumpti. 1. D.2.Q.2.§. *Ostenso esse de proprietatibus*. ℣. *Quarta conclusio*. V.24.

Intellectus habens obiectum sibi praesens, ex ratione sua formali est principium productiuum notitiae genitae. 1.D.2. Q.7.§. *Quia sicut dixi*. A.3.

Intellectus potest abstrahere obiectum, inclusum in aliquo primo mouente, & considerare illud abstractum, non cōsiderando illud, à quo abstrahit. 1.D.3. Qu. 2.§. *Ad argumenta principalia*. G.19.

Intellectus nostri nullum potest poni primum obiectum naturale propter adaequationem virtualem: Vel igitur nullum ponetur primum obiectum; vel oportet ponere primū adaequatum propter communitatem in ipso; quòd si *ens* ponatur aequiuocum creato, & increato, substantiae, & accidenti; nullum videtur posse poni obiectum intellectus nostri, nec propter virtualitatem, nec propter communitatem: Sed ponendo *ens* esse vniuocum illis, potest aliquo modo saluari aliquod esse primum obiectum intellectus nostri. 1.D.3.Q.3. §. *Ad quaestionem igitur*. E.6.

Intelle-

Intellectus in ordine ad obiectum.

Intellectus nostri primum obiectum est ens, quia in ipso concurrit duplex primitas, scilicet communitatis, & virtualitatis. 1. D 3. Q.3. §. *Quantum ad secundum articulum*. I.8.

Intellectus ponit differentiam inter verum, & bonum; vnde oportet quod cognoscat bonum, sicut & verum, & ab eo habeatur æquè distincta notitia de bono sub ratione boni, sicut de vero sub ratione veri. 1. D.3. Q.3. *aliàs* 4. §. *Ad rationes in oppositum*. ℣. *Item intellectus*. B.21.

Intellectui nostro ex natura potentiæ in ratione primi obiecti nihil potest adæquari, nisi communissimum, tamen in ratione motus adæquatur pro statu isto quidditas rei sensibilis. 1. D.3. Q.3. *aliàs* 4. §. *Sed restat vnum dubium*. ℣. *Respondeo obiectum*. F.24.

Intellectus noster potest dici videre veritates in luce æterna, hoc est in illo libro (*puta intellectu Diuino*), sicut in continente obiectum. 1. D.3. Q.4. *aliàs* 5. §. *Ad quæstionem*. ℣. *Secundus modus*. P.18.

Intellectus potest habere obiectum actu vniuersale perfectè sibi præsens in ratione obiecti priùs naturaliter, quam actu intelligat: Vnde sequitur quod in illo priori habet obiectum sibi præsens in specie intelligibili, & ita speciem intelligibilem priorem actu. 1. D.3. Q.6. *aliàs* 7. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Ex hoc igitur*. A.5.

Intellectus non tantùm patitur ab obiecto reali, imprimente speciem realem, sed ab illo obiecto, vt in specie intelligibili, patitur passione intentionali, & illa passio est receptio intellectionis. 1. D.3. Q.6. *aliàs* 7. §. *Ad argumenta in oppositum*. ℣. *Ad quartum dico*. L.17.

Intellectus respectu obiectorum, quæ non sunt præsentia in se, qualia sunt illa, quæ modo naturaliter intelligimus, duplex est actus: Primus actus est species, qua obiectum est præsens, vt obiectum actu intelligibile: Secundus actus est ipsa intellectio actualis; & ad vtrumque agit intellectus non motus ab eo, quod est causa partialis, secum concurrens ad illam actionem, licet vnum actum intellectus præcedat motio eius ad alium actum. Cum igitur dicitur obiectum mouet non motum; dico quòd in vtraque motione obiectum est mouens secundarium, licet non sit motum, idest aliquid recipiens in se à principali, siuè priori mouente. 1. D.3. Q.8. *aliàs* 9. §. *Ad primum argumentum*. D.E.3.

Intellectus intuitiuus nullam habet distinctionem in obiecto, nisi secundùm quod existens est; quia sicut non cognoscit aliquod obiectum nisi secundùm quod existens, ita non cognoscit aliqua distincta formaliter in obiecto, nisi vt existens. 1. D.8. Q.4. §. *Ista tamen*. ℣. *Præterea intellectus*. M.15.

Intellectum esse necessariò respectu alicuius obiecti non ponit illud esse aliquid, in entitate reali, aliud à primo obiecto. 1. D.8. Q.5. §. *Contra istam conclusionem*. ℣. *Quod instatur de intellectu*. N.16.

Intellectus circa obiectum non potest causare nisi tantùm relationem rationis. 1. D.23. Q.Vn. ſ. *Contra istud*. ℣. *Contra opinionem in se*. A.2.

Intellectus veritas non dependet nisi à solo obiecto, quod obiectum, si ita se habet, sicut intelligitur, verus est intellectus. 1. D.48. Q.Vn. §. *Ad argumentum*. B.2.

Intellectus intelligens sub ratione vniuersali obiectum, quod ponitur de se singulare, intelligit ipsum sub ratione opposita suæ rationi; nam, vt præcedit actum, determinatur ex se ad oppositum illius rationis. 2. D.3. Q.1. §. *Contra istud*. n.2.

Intellectus omnis secundum se est totius entis; & ita si oporteret eum esse denudatum ab eo, quod cognoscit, & recipit, & ratione cognoscendi, ipse nihil esset entium. 2. D.3. Q.8. ſ. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Ad tertium dico*. M.16.

Intellectus intelligens summum verum de aliquo non summo vero, errat; sicut intelligendo lapidem esse summum verum; non tamen errat intelligendo lapidem in se intellectione simplici, vel intellectione collatiua, intelligendo illud, cui ipsum conuenit. 2. D.6. Q.1. §. *Ad primum*. G.8.

Intellectum perfectiorem esse determinatum, & determinabilem respectu obiecti, quomodo intellectus imperfectior non est determinatus, vel determinabilis respectu eiusdem, non est inconueniens. 2. D.9. Q.2. ſ. *Ad argumenta pro prima*. ℣. *Ad tertium dico*. & ℣. *Et cum concluditur*. V.36.

Intellectus omninò est determinatus ad obiectum omninò determinatissimè cognoscendum. 2. D.9. Q.2. §. *Ad argumenta pro opinione*. ℣. *Sed si concludatur*. V.36.

Intellectus, (si ens non est vniuocum omnibus intelligibilibus) ponitur propter suam perfectionem ad tot se extendere, quod nullum obiectum habet sibi adæquatum, & vnius rationis. 2. D.24. Q.Vn. §. *Ad primum dico*. ℣. *Dico, quòd si ens*. F.7.

Intellectum concipere notitiam communiter, requirit obiectum creatum mouere intellectum, sed non requirit hoc ex per se ratione sua: Si enim Deus suppleat actionem obiecti, mouendo intellectum, potest intellectus eandem notitiam concipere, quam conciperet obiecto mouente: Et ita si in intellectu concipiente *non moueri ab obiecto creato* designaretur per nomen *Virginitatis*, vel *incorruptibilitatis*; vel *impassibilitatis*; non repugnaret aliquo modo formaliter intellectum concipere, & virginem esse. 3. D 4. Q.Vn. §. *Ad argumenta ad primum*. H.15.

Intellectum nihil, nisi sub ratione infiniti, formaliter potest quietare; ità quòd, si non inquantum infinitum formaliter apprehenderetur, sed infinitas tantùm concomitaretur, non plus quietaret potentiam apprehensiuam, quàm aliud intelligibile: Accidit enim sibi infinitas, vt comparatur ad potentiam illam: Sicut non plus quietaret visum triangulus, vt albus, quàm vt niger; si triangulus, solùm vt triangulus, compararetur ad potentiam illam, & non comprehendatur aliud per se concomitans. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundum licet*. E 6.

Intellectus ille solus videtur comprehendere aliquod intelligibile, cuius tanta est perfectio in intellectualitate, quanta est perfectio, vel intelligibilitas intelligibilis; & ideo ibi est commensuratio, & adæquatio: Et propter hoc neutrum est respectu alterius excedens, & ita vtrumque quasi finitum est alteri, quia simpliciter adæquatum: sicut propter æqualitatem Personarum Diuinarum posset dici vna Persona finita alteri, quia non excedens eam; & tamen simpliciter non est finita. 3. D. 14. Qu. 2. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundam probationem*. F.7.

Intellectus potest perfectissimè cognoscere quidditates, & terminos ante omnem actum intellectus complexum; & eos componere ad inuicem; & ex rationibus eorum concludere veritatem complexionis principij; quia, secundum Philosophum 1. Poster. Tex.6. *Principia cognoscimus, inquantum terminos cognoscimus*, & consequenter perfectissimè assentitur principio ex terminis eius, ante omnem habitum genitum, licet ad talem assensum sequatur habitus ille. *ibidem*. ℣. *Ad quartam potest*. G.8.

Intellectus si fieret merè per se, & haberet obiectum præsens, contradictio non apparet quin posset intelligere, vel credere sibi præsentato. 3. D.25. Q.1. vel 2. laterali. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Sed contradictionem*. n.1.

Intellectus per vnicum actum elicitum immediatè attingit Deum, credendo. 3. D.26. Q.Vn. §. *Ad primum principale*. ℣. *Dico igitur*. O.26.

Intellectus omnis sicut potest in omne intelligibile; ita voluntas in omne volibile; & consequenter voluntas Diuina potest diligere omnia diligibilia, alia à se. 3. D.32. Q. Vn. §. *Hic sunt tria*. A.2.

Intellectum in intelligendo in monstro si quo modo possit deprehendi diuersitas, putà quòd per aliquod signum idem deprehenderetur sciri, & non sciri; vel posset deprehendi diuersitas voluntatum, putà quòd esset ibi velle, & nolle de eodem; absque dubitatione tenendum est quòd essent ibi duæ animæ. 4. D.6 Q.2. §. *De quarto*. ℣. *Breuiter*. K.7.

Intellectus, postquam intellexerit summa intelligibilia, magis intelligit inferiora; & per consequens non debilitatur in operando, sicut sensus, intelligendo excellens sensibile, ab eo corrumpitur ex lib.3. de Anim. Tex.7. Vnde sequitur quòd intellectus sit incorruptibilis in essendo. 4. D.43. Q.2. §. *De secunda propositione*. ℣. *Præterea 3. de Anima*. H.13.

Intellectus non requirit præteritionem in obiecto proximo, & remoto recordationis, sed tantùm in proximo:

Intellectus in ordine ad obiectum.

quia enim actus eius potest esse alicuius, vt est necessarium, sicut speculandi triangulum *habere tres (angulos)*; ideo actus recordandi illum actum speculandi potest habere obiectum remotum, non vt præteritum, sed vt semper vniformiter se habens. 4. D. 45. Quæst. 3. §. *De secundo articulo*. ℣. *Ad intellectum illarum*. G. 15.

Intellectus non tantùm intelligit vniuersalia, sed etiam intuitiuè cognoscit illa, quæ sensus cognoscit; quia perfectior est superior cognoscitiua in eodem. *ibidem*. ſ. *Dico ergo quantum ad istum*. I. 17.

Intellectus potest percipere tempus, & habere actum post tempus; & potest recordari cuiuscunque obiecti, cuius potest memoria sensitiua recordari; quia potest illum actum, qui est obiectum recordationis proximum, intuitiuè cognoscere, quando est, & ita recordari postquam fuit; Potest etiam recordari multorum obiectorum proximorum, quorum non potest sensitiua recordari, vtpotè omnis intellectionis, & volitionis præteritæ. 4. D. 45. Quæst. 3. ſ. *Dico ergo quantum ad istum*. I. 17.

Intellectus licet tendat in obiectum præsens, hoc tamen est, æquiuocè accipiendo *tendere*. Nunquam tamen tendit in aliquid, quasi in terminum motus acquirendum, scilicet per motum. 4. D. 49. Q. 3. §. *Ad argumenta pro prima opinione*. ℣. *Ad secundum potest dici*. E. 8.

Intellectus, & voluntas possunt tendere in obiectum suum, vt in se; & in obiectum, vt habet esse diminutum in intellectu. 4. D. 49. Q. 4. *laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Ad auctoritatem Aristotelis*. O. 20

Intellectus licet naturali necessitate videat obiectum præsens proportionatum; tamen voluntas non naturali necessitate fruitur obiecto beatifico viso: Neque etiam illa necessitas videndi est simpliciter necessitas, sed tantummodo necessitas, si obiectum præsens moueat, & istud est merè contingens; quia obiectum istud voluntariè, & contingenter mouet quemcunque intellectum creatum. 4. D. 49. Q. 6. §. *Hic duo*. ℣. *Contra secundam*. D. 9.

Intellectus habet pro obiecto totum ens, & sic non quietatur in quacunque substantia, vel ente; sed solùm in ente optimo, vt patet de visu. 4. D. 49. Q. 8. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum dico*. E. 7.

Intellectum inter, & obiectum non requiritur nisi proportio motiui ad mobile. 4. D. 49. Q. 11. ſ. *Respondeo, dicitur*. ℣. *Præterea si hoc*. B. 4.

Intellectus habet pro obiecto totum ens, proinde potest eleuari ad aliquid immateriale, imò potest eleuari ad quodlibet cognoscendum: Vnde non est simile de potentijs intellectiua, & sensitiua quantum ad obiecta; quia non est contra rationem intellectus, sicut contra rationem sensus eleuari ad videndum omne ens: Imò summè competit intellectui eleuari ad videndum obiectum supernaturale. Est tamen, quo ad modum, simile vtrobique. 4. D. 49. Q. 11. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad secundum*. I. 11.

Intellectus, & voluntas non quietantur, nisi vbi est obiectũ suum in summa sua perfectione; in nullo autem finito potest esse in summa sua perfectione; & consequenter non nisi in infinito. 4. D. 50. Q. 6. §. *Respondeo hic primo*. ℣. *Secundò est videndum*. C. 5.

Intellectus potest considerare aliquid ad aliud comparatum sub ratione istius comparationis relatione rationis. Per hoc enim, quòd sic consideret nihil variatur in ratione illius, quod primo considerat. *Quodl.* Q. 4. §. *Contra ista arguitur*. ℣. *Ista ratio*. I. 17.

Intellectus quàm cito concipit relationem originis primæ Personæ ad secundam, secundùm nullam rationem in esse supposito; contradictio est quòd simul concipiatur suppositum relatum tali relatione: Separata tamen illa relatione apud intellectum secundùm vnam rationem posteriorem, non est contradictio quòd maneat in intellectu suppositum relatum secundùm considerationem priorem. *Quodl.* Q. 4. ſ. *Ex istis duobus*. T. 28.

Intellectus idem non habet distincta adæquata obiecta; quia non potest in aliud obiectum distinctũ contra suum obiectum adæquatum, quia tunc idem obiectum esset adæquatum, & non adæquatum: Et tunc potentia excederet illud in operando circa aliud ex æquo distinctum. *Quodl.* Q. 5. §. *Prima ratio*. ℣. *Ex his tribus*. K. 11.

Intellectus idem non potest summè quietari in duobus obiectis ex æquo distinctis, quia non habet pro obiecto beatifico, & quietatiuo illud, quo circumscripto, nihil minus quietaretur, & beatificaretur; circumscripto autem vno, adhuc esset in alio summe satiatus; quietatus; & perfectus; & consequenter in illo non posset esse perfectus, pari ratione nec in alio. *ibidem*.

Intellectus eiusdem non possunt esse plura obiecta ex æquo distincta, prima primitate adæquationis; nec prima primitate virtutis, nec prima primitate perfectionis, sicut obiectum beatificum est primum. *ibidem*.

Intellectus in perfectissimo obiecto, & summè continente omnem perfectionem omnium obiectorum, summè quietatur; perficitur, & satiatur, & ita beatificatur. *Quodl.* Q. 5. §. *Prima ratio*. ℣. *Ex his tribus*. L. 12.

Intellectus alicuius quando est aliquod primum obiectum primitate virtutis, per illud quodlibet aliud obiectum intelligitur secundùm ordinem, quem vnumquodque obiectum habet ad illud primum: Sicut quando alicuius intellectus est aliquod primum obiectum primitate virtutis, immediatiùs intelligitur virtute eius illud, quod est per se idem illi, quàm illud, quod est per accidens idem illi, *Quodl.* Q. 5. ſ. *Ad primum*. S 20.

Intellectus nullus in aliquo obiecto perfectè quietatur, nisi sit in eo tota plenitudo primi obiecti, quanta scilicet compossibilis est primo obiecto; quia cum potentia naturaliter inclinatur ad primum obiectum suum; vbi non est plenitudo, sed defectus plenitudinis, ibi non est quietitudo: Imò potentia vlterius inclinatur, vbi vlterius est ratio primi obiecti. *Quodl.* Q. 6. §. *Et statim*. ℣. *Ex ista distinctione*. H 9.

Intellectus potens habere conceptum virtualiter includentem omnes veritates de aliquo obiecto necessarias, ordinatas, immediatiùs scilicet, & mediatiùs, potest de illo obiecto habere scientiam completam. *Quodl.* Q. 7. §. *Secunda conclusio*. ℣. *Iuxta istam conclusionem*. H. 10.

Intellectus ordinatè tendens in vera principij, & conclusionis, sicut propter principium assentit conclusioni, sic voluntas ordinatè tendens in illud, quod est ad finem, tendit in illud vt ad finem. *Quodl.* Q. 16. §. *De primo*. ℣. *Hic potest dici*. F. 6.

Intellectus non potest verum scibile intelligere tanquam principium, scilicet tanquam euidens ex terminis. *ibidem*. G. 6.

Intellectus mouetur ab obiecto, naturali necessitate; voluntas autem liberè se mouet. *Quodl.* Q. 16. §. *De primo*. ℣. *Hic potest dici*. G. 6.

Intellectus in ordine ad phantasmata.

Intellectus est abstractiuus, & ideo non indiget motione phantasmatis quantùm ad omnem actum, sequentem motionem primam. 1. D. 3. Q. 2. ſ. *Ad argumenta principalia*. G. 19.

Intellectus noster quod non intelligat nisi illa, quorum species relucent in phantasmate stabilitum est legibus Diuinæ sapientiæ; & hoc siuè propter pœnam originalis peccati, siuè propter naturalem concordiam potentiarum animæ in operando. 1. D. 3. Q. 3. *aliàs* 4. §. *Sed restat*. ℣. *Respondeo: status*. G. 24.

Intellectus si solo phantasmate vtatur, per quod obiectum est sibi præsens, & non alia specie intelligibili; non videtur quòd per aliquid, in quo obiectum sibi relucet, posset discernere verum à verosimili; Sed ponendo speciem intelligibilem in intellectu, non valet ratio, quia intellectus non potest vti illa, vt per se obiecto; quia non contingit vti illa in dormiendo. 1. D. 3. Qu. 4. *aliàs* 5. ſ. *Quantum ad tertium*. ℣. *Ad tertiam*. L. 14.

Intellectus si ligetur, quando est error in Virtute phantastica, non tamen errat intellectus, quia tunc non habet aliquem actum. *ibidem*. *Si obijcias*. L. 14.

Intellectui notum est virtutem phantasticam non esse indispositam in vigilia, tali indispositione, quæ facit phantasma repræsentare se tanquam obiectum; quia per se notũ est intellectui quòd intelligens vigilat; & ita quod virtus phantastica non est ligata in vigilia, sicut in somnis. 1. D. 3. Q. 4.

Intellectus in ordine ad phantasmata.

Intellectus in ordine ad intellectionem.

Intellectus in ordine ad voluntatem.

Intellectus in ordine ad voluntatem.

Intellectus est voluntas, negatur; licet ista sit vera, *substantia intellectiua est volitiua*, vbi est prædicatio concretiua vnius perfectionis de altera. 1. D. 5. Qu. 1. §. *Quantum autem ad primum*. ℣. *In substantijs quamuis*. B.6.

Intellectus, & voluntas formaliter ponitur in Deo, & non tantum absolutè, sed cum infinitate. 1. D.8. Qu.3. §. *Contra istam positionem*. ℣. *Contra istud*. C.9.

Intellectum esse sufficientem motorem voluntatis est falsum, & repugnat dictis eorum, qui ponunt immobilitatem intellectus Angelici causare immobilitatem voluntatis eius in continuatione malitiæ peccati; Quia cum intellectus Angelorum ante primum peccatum fuerit rectus in apprehendendo (non enim pœna præcessit culpa) mouit tunc voluntatem ad aliquid rectè appetendum, nec potuit aliter mouere; quia intellectus mouet per modum naturæ: Et per consequens non potest mouere, nisi secundum modum cognitionis, quam habet; & ita mouit voluntatem ad rectè volendum, atque adeo voluntas illa nunquam potuit peccare. 2. D. 7. Qu. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea contra primam*. C.7.

Intellectum esse sufficientem motorem voluntatis, contradicit positioni de immobilitate, & mobilitate voluntatis; & immobilitate, & mobilitate intellectus, quia si ex ratione motoris, & mobilis sit talis proportio, voluntas non tantùm esset immobilis post primam electionem voluntatis, sed in ipsa prima, vel ante ipsam primam; quia intellectus sicut immobiliter ostendit aliquid post primam electionem voluntatis, ita & ante eam: Et si ipse immobiliter apprehendens mouet appetitum immobiliter, in primo actu mouebitur immobiliter, & per consequens non tantùm post primum actum. 2. D. 7. Qu. *Vnica*. §. *ibidem*.

Intellectum dicentes esse motiuum sufficiens voluntatis, oportet dicere intellectum primi Angeli nullum principium practicum rectè concipere; quia si rectè conciperet, moueret voluntatem conformiter sibi, & ita rectè, quod tamen credo esse falsum. 2. D.7. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad aliud de simili*. X.27.

Intellectus, & voluntas non sunt partes essentiales animæ, sed sunt vnitiuè contenta in anima, quasi passiones eius, propter quas anima est operatiua; non quòd sint de essentia eius formaliter, sed sunt formaliter distinctæ; idem tamen identicè, & vnitiuè. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Ideo dico aliter*. ℣. *Præterea accipio*. K. 18.

Intellectus, & voluntas non distinguuntur formaliter per obiecta, si ens potest habere conceptum, vel rationem communem ad ens creatum, & increatum. 2. D.24 Qu. *Vnica*. §. *Ad primum dico*. ℣. *Dico, quod si ens*. F.7.

Intellectus non potest determinare voluntatem indifferentem indifferẽter ad alterum contradictoriorum, puta hoc fore, vel non fore, nisi de vno demonstrando, & de altero paralogizando, siuè sophisticè syllogizando, ita quod in concludendo decipiatur. 2. D.25. Qu. *Vnica*. §. *Dico ergo*. ℣. *Contra, intellectus*. S. 23.

Intellectus si concurrat ad causandam, volitionem, non tamen causat, nisi voluntate causante; ita quòd eius causatio sit in potestate voluntatis. 2. D. 37. Qu. *Vnica*, *alias*. 2. §. *Ideo merito*. ℣. *Ex prima via*. L. 1.

Intellectus, & voluntas libera, si (vt aliqui volunt) concurrit ad velle, potest esse defectus in actu isto ex defectu voluntatis, licet non præcedat defectus in cognitione. 2. D. 37. Qu. *Vnica*. *vel*. 2. §. *Ad solutionem istorum*. T 14.

Intellectus, & voluntas sicut sunt naturaliter ordinatæ in actibus suis, quia intelligere præcedit velle; sic in perfectionibus, quia prius natura perficitur intellectus supernaturaliter, quàm voluntas, licet simul dutatione. 3. D. 25. Q. 1. §. *De primo*. A. 2.

Intellectus vt dissentiat à credibili, proposito per imperium voluntatis, non habet imperium voluntas, vt scilicet, stante fide, possit per tale imperium in actum oppositum credendi: Sed solùm voluntas potest impedire intellectum ne exeat in actum suum credendi elicitum circa credibilia proposita. 3. D. 25. Qu. 1. §. *Ad primum principale*. ℣. *Et si obijcitur*. K. 13.

Intellectus nihil potest rectè dictare, in quod dictatum non possit voluntas naturalis naturaliter tendere; aliàs voluntas esset naturaliter mala; vel saltem non libera ad tendendum in quodlibet, secundum illam rationem boni, secundùm quam ostenditur sibi ab intellectu. 3. D.27. Qu. *Vnica*. §. *Istis igitur rationibus*. ℣. *Prima est*. G.13.

Intellectus magis determinatur ad rectè iudicandum, quàm voluntas ad rectè eligendum; quia intellectus, inquantum habet operationem præuiam actui voluntatis, merè naturaliter agit: Et tamen non negatur in intellectu, ex frequentibus actibus, habitum generari ad rectè iudicandum, scilicet prudentia. 3. D.33. Qu. *Vnica*. §. *Hac opinio*. ℣. *Præterea dato, quod voluntas*. A. 5.

Intellectu rectè dictante, voluntas potest nihil eligere, sicut potest non eligere quod dictatur ab intellectu; quia ratio non mouetur simul ab isto intellecto, & ab illo. 3. D.36. Qu. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ℣. *Præterea per rationem*. E.12.

Intellectum considerantem principia, & deductionem syllogisticam, impossibile est voluntatem facere errare circa conclusionem sic deductam, & multò minus circa principia; & consequenter nullus intellectus per malam electionem voluntatis excæcabitur, vt erret. *ibidem*. ℣. *Præterea quod*. E.12.

Intellectum habere ad voluntatem tantùm prioritatem originis non ponit perfectionem in intellectu respectu voluntatis, sed imperfectionem. 4. D.6. Qu.11. §. *Hic est opinio*. ℣. *Quod postea*. n. 3.

Intellectus non est prior, vel radix respectu voluntatis, tanquam eminenter, vel virtualiter continens voluntatem. *ibidem*.

Intellectus non potest imperare sibi, & voluntati, & coniungere eos in actibus suis. 4. D. 14. Qu.2. §. *Primus articulus*. ℣. *Vlterius in speciali*. C. 5.

Intellectus, & voluntas licet moueantur aliquando, intellectus scilicet in considerando, & voluntas in detestando peccatum, ex imperio iustitiæ [vindicatiuæ], non tamen sequitur tristitia. Quòd etsi posset esse propter multas causas, propter hoc est quandoque; quia sicut intellectus conformatur parti sensitiuæ in nobis, ita & appetitus intellectus appetitui sensitiuo, quantùm est ad faciliter condelectari, & tristari: Vnde cuius appetitus sensitiuus non est natus tristari, vel dolere, eius voluntas non faciliter tristatur. 4. D. 14. Qu.2. §. *De secundo principali*. ℣. *Respondeo; duo vltimi*. S.18.

Intellectu, & voluntate præcisè meruerunt Beati gloriam, & Damnati pœnam; & illæ sunt nobilissimæ potentiæ naturæ intellectualis, in quarum, per consequens, perfectione, vel imperfectione præcisè consistit perfectio, vel imperfectio talis naturæ. 4. D.46. Qu.4. §. *De tertio*. ℣. *In quarta etiam*. H. I.9.

Intellectum esse nobiliorem, vel perfectiorem potentiam voluntate, vel è conuerso, pro neutra parte ponenda valet medium, desumptum ex ratione obiectiua veri, & boni illarum potentiarum. 4. D. 49. Qu.4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ℣. *Hoc medium*. H. 10.

Intellectum à voluntate communiter non distinxit Philosophus in ratione principij operatiui, siuè operatione ad extra: Vnde pro eodem habet principium distinctum contra naturam, quod nunc vocat *artem*, vel *intellectum*, nunc *propositum*. Similiter neque in operatione intrà respectu finis. Vnde & illam speculationem sapientiæ non distinguit à dilectione; sed magis speculatio illa includit dilectionem; vel saltem non asserit intellectionem non posse sufficere sine volitione; quia vt distinguitur de altero actu, qui est minus manifestus, nec affirmat, nec negat. *ibidem*. §. *Iuxta hoc*. ℣ *Posset aliter*. I. 15.

Intellectus si est causa volitionis, est causa subseruiens voluntati, tanquam habens rationem primam in ordine generationis: Voluntas autem imperans intellectui est causa superior respectu actus intellectus: & ideo medium, desumptum à potentiarum istarum causalitate respectu actuum alterutrius, ad probandam earum nobilitatem, concludit probabiliter pro voluntate; sed pro intellectu nihil. *ibidem*. ℣. *Respondeo: nec actus*. M.16.

Intellectus non est causa totalis volitionis; quia cum prima intellectio causetur à causa merè naturali, & intellectio sit non libera; simili necessitate causaret quidquid causaret: Et sic quomodocunque circuli fierent in acti-

Intellectus in ordine ad voluntatem.

Intellectus vt donum Spiritus Sancti.

Intelligentia vt substantia spiritualis.

Intelligentia vt est actus intellectus.

Intelligentia non videtur esse, nisi vel actualis intellectio, vel obiectum, terminans illam intellectionem. 1. D. 27.Q.1.vel.3. §. *Ad quæstiones istas*. ♈. *Verbum igitur*. E.12.

Intelligentia licet concedatur in Patre formaliter, negatur tamen quód omnis actus intelligentiæ formaliter est Verbum; quia hoc non est verum, nisi de intelligentia illa, quæ potest habere aliquem actum genitum, vel notitiam genitam, qualem actum intelligentia non potest habere, vt Patris est; quia Pater est à se, & nihil habet per generationem. 1. D.27.Qu.1. vel.3. §. *Ad argumenta cum primo*. ♈. *Ad aliud de*. 15. *de Trin*. I.21.

Intelligentiam perfectam per se habere vniuersaliter est eiusdem, cuius est habere memoriam perfectam. *Quodl.* Qu.1.§. *Contra ista*. ♈. *Ex hoc formatur*. T. 20.

Intelligentia Beati non gignit intellectionem in ipso de lapide in Verbo. *Quodl.* Qu.11.§. *De secundo articulo*. ♈. *Respondeo, intelligentia*. X. 23.

Intelligere.

Intelligere quicunque potest extrema, potest intelligere medium inter talia extrema; quia intellectus eius includitur in altero extremo, si est passio; vel est idem alteri, si est *quod quid est* alterius extremi: Si autem medium sit particulare, contentum sub altero extremo, & non essentialiter ordinatum inter extrema, tunc non oportet quód potens concipere extrema generalia possit concipere medium particulare ad illa extrema generalia. *Prolog.* Qu.1.§. *Contra istam rationem*. ♈. *Per hoc ad argumentum*. H. 16.

Intelligere idem potest esse plurium obiectorum ordinatorum, vnde quanto est perfectius, tantò est plurium: Hinc *intelligere perfectissimum* erit idem omnium intelligibilium. 1. D.2. Qu.2. §. *Ostenso esse de proprietatibus*. ♈. *Quartò sic*. T. 23.

Intelligere est pati. 3. de Anim. Auctoritas ista (non determinando) sic exponitur. Philosophus locutus est de potentijs animæ, inquantùm sunt, quibus formaliter sumus in actu secundo; putà de sensu, inquantùm est quo formaliter sentimus; de intellectu, inquantùm est quo formaliter intelligimus: Formaliter autem intelligimus intellectu, inquantum recipit intellectionem; quia si causet eam actiuè, non tamen dicor intelligere intellectu inquantùm causat, sed inquantum habet intellectionem, vt formam; Habere enim qualitatem est esse quale, & ita intellectum habere intellectionem, siuè recipere, est ipsum esse intelligentem. Nos igitur intelligimus intellectu, inquantum recipit intellectionem: Ideo Philosophus loquens sic de intellectu, necessariò habuit dicere eum esse passiuum, & quod intelligere est quoddam pati; hoc est quòd intellectio, inquantum est quoddam, quo formaliter intelligimus, est forma quædam recepta in intellectu. 1. D.3. Qu.7. *aliàs*. 8. §. *Ad auctoritatem Philosophi*. Y. 37.

Intelligere est actus per se vnus, similiter & velle. 2.D.16. Qu. *Vnica*.§. *Contra, quia*. G. 13.

Intelligere quorum potest esse vnum, illa possunt simul intelligi. 4. D.1.Qu.1.§. *Secunda propositio*. ♈. *Secundò probatur*. X. 22.

Intelligere propriè acceptum est transcendens totum genus cognitionis sensitiuæ. 4. D.43. Qu.2.§. *Respondeo*. ♈. *Sed tentandum*. C.7.

Intelligere sine phantasmate est perfectius quàm intelligere cum phantasmate; Vera est [hæc propositio] permissiuè, sed non positiuè; idest non ponit plus perfectionis. 4. D.45.Qu.1. §. *Alia opinio*. ♈. *Ad secundum*. E.6.

Intelligere omne, secundum se acceptum, conuenit intellectui communiter; & omne velle voluntati; & similiter omne nolle secundum se acceptum. 4. D.46. Qu.4. §. *Ad quæstionem*. ♈. *Prima vocatur*. A.4.

Intelligere est propter velle, non è conuerso; loquendo de intelligere, & velle recto; iuxta illud Anselmi. lib. 2. Cur Deus homo cap.1. *Ordo peruersus esset, velle amare, vt intelligeret*. 4. D. 49. Qu.4. §. *In ista quæstione*. ♈. *Præterea, voluntas*. B.4.

Intelligere est perfectio intelligentia, & fortè forma absoluta; saltem est perfectio inexistens operanti, non autem productio alicuius termini: *Dicere* autem dicitur actio productiua termini: Vnde non sequitur gratia formæ: Si *intelligere* non plurificatur; ergo nec dicere. *Quodl.* Qu 2.§. *De secunda ratione*. E. 8.

Intelligere vbi est vnum, vbi est vnum dicere. Videtur quód ista propositio possit habere euidentiam, comparando ad obiecta: quia ille intellectus, qui potest vno actu intelligendi comprehendere plura, pari ratione potest vno actu exprimendi exprimere notitiam declaratiuam plurium: Et tunc tantummodo ex illa consequentia habetur quòd in Diuinis non est aliud, & aliud *dicere*, propter distinctionem obiectorum, sicut nec aliud intelligere. Sed vltra, ad habendum totum propositum [*scilicet, quod non sit ibi simpliciter possibile aliquid dicere quàm vnum*] oportet probare quod non est ibi aliud *dicere* respectu eiusdem obiecti; & hoc vel alterius personæ dicentis, vt potè si ponatur Filium dicere suum Verbum; vel eiusdem personæ dicentis; vt potè si ponatur Patrem dicere aliud Verbum. *Quodl.* Qu.2. §. *De secunda ratione*. ♈. *Istud quidem*. E. 9.

Intelligere est operatio immaterialis, capiendo operationem immaterialem pro ea, quæ non est primò alicuius materialis, tanquam proximi receptiui, sed eius receptiuum proprium, & proximum est forma; quia proximum receptiuum habet, non includens materiam saltem corporalem, & ideo sinè tali materia potest ipsa operatio haberi; Potens autem operationem habere sinè materia, potest habere *esse* sinè materia; & consequenter natura illa, cuius est ista operatio propria, potest habere esse sinè materia. *Quodl.* Qu.9.§. *De secundo*. ♈. *Secundum etiam*. H. 12.

Intelligere est recipere intellectionem; quia licet intellectus, secundùm aliquam opinionem, causaret in se intellectionem, tamen non diceretur *intelligens* in hoc, quod causat, sed benè denominaretur aliquo modo à Verbo, significante talem actionem, vel causationem, vt potè si esset impositum tale verbum *intelligifico*: Vnde quod dicitur *intelligere est pati*, non probat quód sit, per se, de genere passionis, sed quòd formaliter denominat per hoc, quòd recipitur in aliquo subiectiuè, vt sit sensus, intelligere est recipere intellectionem, & recipere est quoddam pati. *Quodl.* Qu. 13. §. *Ad ista*. ♈. *Ad secundum*. Ff. 28.

Intelligere est quoddam pati, est verum, quia intellectum intelligere non est nisi ipsum recipere intellectionem. *Quodl.* Qu. 15. §. *Sed hic sunt*. L. 12.

Intelligere in ordine ad obiectum.

Intelligi aliter obiectum, prout vnum comparatur ad aliud ab intellectu Diuino, non potest esse sine aliqua mutatione eiusdem intellectus. 1. D. 30. Qu. 1. vel. 2. §. *Respondeo igitur*. ♈. *Absolutè igitur dico*. H.11.

Intelligere lapidem est perfectio simpliciter, ità quòd intellectus Diuinus non esset omnino perfectus, si non intelligeret lapidem. 1. D. 35. Qu. *Vnica*. §. *Contra conclusionem*. ♈. *Præterea tertio*. C.6.

Intelligendi, *siuè* Ad intelligendum obiectum oportet dare rationem, qua intelligatur, & propriam, vel formaliter, vel eminenter continentem quidquid est perfectionis in propria ratione cognoscibilis: & ad intelligendum illud oportet habere propriam, & determinatam rationem: Sed inferendo; ergo ad intelligendum aliud, & aliud oportet habere aliam, & aliam rationem determinatam; est fallacia consequentis, quia hoc consequens, scilicet *rationem esse* intelligendi illimitatum est ad alia antecedentia. 1. D.35.Qu. *Vnica*.§. *Et quod arguitur*. ♈. *Respondeo, semper*. O. 16.

Intelligere, causans in ratione producentis, est intelligere, causans imperfectè in vniuersali; sicut *intelligere hominem in ratione animalis* est intelligere hominem imperfectè. 2. D.1.Qu.3.§. *Tenentes istam positionem*. ♈. *Vel aliter potest dici*. D. 14.

Intelligere multa sine aliqua mora tribuitur magis ingeniosis. 2. D.2.Qu.4.§. *Contra conclusionem*. ♈. *Præterea quod ponitur*. n.7.

Intelli-

Intelligere in ordine ad obiectum.

Intelligendi aliquod obiectum omnis propria ratio, per adæquationem, repræsentat illud obiectum; (capiendo adæquationem simpliciter entitatis ad entitatem; & rationem intelligendi pro ratione repræsentandi, & non cognita) est falsa vniuersaliter: Capiendo verò adæquationem secundùm proportionem repræsentantis ad repræsentatum absolutè, non est vniuersaliter falsa, quia aliqua ratio repræsentat per adæquationem, sicut species perfectissima albi repræsentat perfectissimè illud album: Capiendo denique secundùm proportionem non absolutè, sed per comparationem ad actum talem, est vera vniuersaliter. 2. D. 3. Qu.9.§. *Dico igitur breuiter*. ✝. *Ad primam dico*. H. I. 12.

Intelligere non contingit simul duo distincta, secundùm communiter loquentes. 3. D. 36. Qu. *Vnica*. §. *Contra hoc*. ✝ *Contra possibile*. n. 4.

Intelligere vnicum si esset infinitorum obiectorum disparatorum, includeret in se eminenter perfectiones infinitarum intellectionum, quæ natæ sunt haberi respectu illorum obiectorum; non autem posset illa eminenter continere in se, nisi esset infinitum intensiuè, quia vbi illæ intellectiones essent secundum proprias rationes sibi, esset infinitas perfectionis alterius rationis, propter obiecta, quæ posita sunt infinita disparata: Et proinde vbi sunt modo eminentiori, ibi oportet quod sit aliqua infinitas; non extensiua, quia illam tollit vnitas huius, in quo continetur; adeoque intensiua. 4. D. 1. Qu. 1. §. *Secunda propositio*. ✝. *Hanc probo tripliciter*. V. 22.

Intelligere finitum determinatur ad certum intelligibile, vel ad aliqua certa intelligibilia; ita quod sibi ex se repugnat quod sit aliorum ab illis, vel ab illo; Sed istud intelligere si poneretur in aliquo Angelo respectu infinitorum intelligibilium disparatorum, si essent, non sic determinaretur; & consequenter non esse finitum. *ibidem*. ✝. *Secundò sic*. X. 22.

Intelligere omne, secundùm se acceptum, conuenit intellectui communiter, & omne velle voluntati, & similiter omne nolle secundùm se acceptum. 4. D. 46. Q. 4. §. *Ad quæstionem*. ✝. *De primo*. A. 4.

Intelligere Deum potens, etiam quando est in potentia propinqua, & tamen non intelligens, non peccat, nec est vituperabile. 4. D. 49 Qu. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ✝. *Præterea in bonis*. N. 17

Intelligere corruptum, quod est falsum, debet comparari ad velle corruptum, quod est malum; in probando *intelligere* esse puriorem [actum] *velle* ex hoc, quod *velle* sit impurius quàm *intelligere*: Et tunc concluditur oppositum, quod scilicet est impurius, quàm *velle*, & consequenter quod *velle* sit perfectiùs quàm *intelligere*. 4. D. 49. Qu. 4. *Laterali*. §. *Iuxta hoc*. ✝. *Et similiter*. N. 19.

Intelligitur aliquid per accidens, sicut intelligitur homo intelligendo album, vel visibile. Vlterius aliquid intelligitur per se, sed in vniuersali; vt intelligitur homo intelligendo animal: Tertiò aliquid per se etiam in particulari, sed adhuc quodammodo confusè, sicut intelligo hominem, antequam intelligam diffinitionem, & quotcunque gradus ponantur; quia licet primus gradus possit distingui per absolutum, & relatiuum; vltimus tamen gradus cognoscendi aliquod incomplexum cognitione scientifica, siuè præuia scientiæ, est cognitio diffinitiua. *Quodl*. Qu. 7. §. *Secunda conclusio*. ✝. *Exemplo sic*. F. 7.

Intelligimus, ex. 2. de Anim. Tex. 55. & . 60. *cùm volumus*; non autem sentimus cùm volumus. Quia ad intelligendum habemus obiectum intra; ad sentiendum requiritur obiectum extra. *Quodl*. Qu. 13. §. *Nunc tertiò*. ✝. *Ad secundum*. S 20.

Intelligi per se distinctè nihil potest mediatè, scilicet per obiectum cognitum medium, vel in obiecto cognito medio, nisi in illo contineatur essentialiter, vel virtualiter, & hoc perfectè scilicet secundùm totam rationem cognoscibilitatis suæ; quia obiectum quodcunque si moueat ad aliquam notitiam, tunc secundùm vltimum virtutis motiuæ mouet ad propriam, & perfectam notitiam sui; & consequenter nec potest mouere ad notitiam simpliciter perfectiorem illa; & per consequens ad notitiam propriam perfectioris obiecti. *Quodl*. Qu. 14. §. *De tertio*. Dd. 21.

Intelligere Dei.

Intelligere reddit primum efficiens honorabile. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Ostenso esse*. ✝. *Nunc vlterius*. S. 22.

Intelligere se est idem primæ naturæ, quia nihil amatur, nisi cognitum; Vnde si amare se, ex se, est necesse esse primæ naturæ; sequitur quòd intelligere se sit illi, ex se, necesse esse, & cùm necesse esse non sit nisi vnum; sequitur quòd intelligere primæ naturæ, quæ est necesse esse, sit idem illi, quia & ipsum intelligere est necesse esse. 1. D. 2. Qu. 2. § *Ostenso esse*. ✝. *Hæc conclusio*. S. 22.

Intelligere primi est perfectissimum, & proinde est idem omnium intelligibilium. *ibidem*. ✝. *Quarto sic*. T. 23.

Intelligere, & velle in Deo non sunt actus productiui; nec per consequens principia actuum notionalium, qui sunt generare, & spirare. Intelligere enim, & velle in Deo actus operatiui sunt, quibus ipse Beatus quasi perficitur, non autem sunt actus productiui. 1. D. 3. Q. 6. *aliàs*. 7. §. *Tertia quæstio est*. ✝. *Ex his corollariè*. Y. 34.

Intelligere Deum omnia [alia à se] æqualiter, non concludit æqualitatem eius dilectionis [erga eadem], nisi vt actus est operantis, non autem vt transit super obiecta. 3. D. 32. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum dico*. ✝. *Ad argumentum in oppositum*. L. 6.

Intelligere diuinum est primum intelligere respectu comparationis cuiuscunque intrinseci in Deo ad aliquod extrinsecum, & primitate essentiali, siuè perfectionis, & primitate durationis, quia æternum. Nec enim est simul perfectione cum intelligere creato, nec posterius; quia vtroque modo sequitur quod esset limitatum, & mensuratum, nec est simul; nec posterius duratione quocunque intelligere creato; quia tunc sequeretur quòd intelligere in Deo, vt intelligere, esset nouum. *Quodl*. Qu. 1. §. *De altero*. ✝. *Tertia ratio*. L. 12.

Intelligere omne Diuinum non est per aliquod *dicere*; Imò intelligere paternum respectu cuiuscunque obiecti non est per aliquod *dicere*: Et ideo posset Pater, quantùm ad hoc, habere *intelligere* vnicum respectu omnium obiectorum, licet haberet singula *dicere* respectu singulorum obiectorum, si singula obiecta haberent propria Verba. *Quodl*. Qu. 2. §. *De secunda ratione*. E. 8.

Intelligere Hominis.

Intelligere, & velle in nobis non sunt actiones, vel passiones; *dicere* autem, siuè intellectionem producere, & *spirare*, & amorem elicere sunt actiones in nobis, & de genere actionis. 1. D. 3. Qu. 6. *aliàs*. 7. §. *Tertia quæstio*. ✝. *Ex his corollariè*. Y. 34.

Intelligere, vel ratiocinari primò conuenit toti homini, & tamen non æqualiter conuenit illud prædicatum vtrique parti hominis, scilicet animæ, & corpori. Fortè enim formaliter potest dici de anima, & nullo modo de corpore. 1. D. 19. Qu. 2. §. *Et tunc ad argumenta*. C. 8.

Intelligi à nobis potest aliquod, & hoc siuè essentia eius, siuè existentia: Et tamen non propter intellectionem nostram ponitur quòd illud habeat verum esse existentiæ, vel essentiæ. 1. D. 36. Qu. *Vnica*. §. *Concedo conclusionem*. C. 6.

Intelligere, & velle in eodem susceptiuo, scilicet in essentia animæ immediatè recipiuntur, etsi vna potentia prius alia in eodem recipiatur. 2. D. 16. Qu. *Vnica*. §. *Rationes istæ*. ✝. *Ad tertium*. C. 8.

Intelligimus cùm volumus. 2. de Anim. Tex. 60. scilicet quorum notitiam habitualem habemus. 2 D. 42. Qu. 4. §. *Quantum ad primum*. ✝. *Præterea secundo de anima*. C. 5.

Intelligere est propria operatio hominis. 4. D. 43. Qu. 2. §. *Respondeo*. ✝. *De secundo*. B. 6.

Intelligere in nobis exprimitur per actum dicendi. *Quodl*. Qu. 2. §. *De secunda ratione*. E. 8.

Intelligere non potest competere animæ secundùm aliquem gradum superiorem, quàm sit supremus: Vnde cùm anima

Intelligere Hominis.

anima, secundum supremum gradum perfectionis suæ essentialis, informet materiam, *intelligere* non competit sibi, vt excedit materiam; intelligendo per *excedere* non *informare*. *Quodl*. Qu. 9. §. *De secundo*. ℣. *Item secundo*, C. 9.

Intelligibile.

Intelligibile omne per se aut includit essentialiter rationem entis, vel continetur virtualiter, vel essentialiter in includente essentialiter rationem entis. 1. D. 3. Qu. 3. §. *Quantum ad secundum articulum*. I. 8.

Intelligibile primum est maximè lux: Vnde maximè potest supplere vicem luminis obiecti intelligibilis. 1. D. 3. Qu. 3 *aliàs*. 4. §. *Sed restat vnum*. ℣. *Et si dicas*. H. 25.

Intelligibilia omnia actu intellectus Diuini habent esse intelligibile, & in eis omnes veritates de se relucent, ità quòd intellectus intelligens ea, &, virtute eorum, intelligens necessarias veritates de eis, videt in eis, sicut in obiectis istas veritates necessarias. 1. D. 3. Qu. 4. *aliàs*. 5. §. *Ad quæstionem igitur*. ℣. *Ad intellectum primi*. P. 18.

Intelligibilia videre possumus in luce æterna, hoc est in obiecto secundariò intellectus Diuini, quod est veritas, & lux æterna. *ibidem*. ℣. *Ad intellectum primi*. P. 18.

Intelligibile, (quando Augustinus. lib. 11. cap. 4. de Ciuit. Dei dixit: *Modo quodam vix intelligibili Philosophi dixerunt Mundum esse factum*) si accipiatur pro eo, cui intellectus potest assentire, & dicatur modus istorum Philosophorum fuisse *vix* sic *intelligibilis*, potest exponi, quod in suo vniuersali modus ille fuit *intelligibilis*, non autem in se, & in particulari: *Intelligibilis* erat enim cum assensu in ratione producentis, & non in ratione causantis; & intelligere causans in ratione producentis, est intelligere causans imperfectè, etiam in vniuersali; sicut intelligere hominem in ratione animalis est intelligere hominem imperfectè. 2. D. 1. Qu. 3. §. *Tenentes istam* ℣. *Ad illud de vix intelligibili*. D. 14.

Intelligibile actu habens esse in memoria intellectiua est sufficienter proportionatum intelligibile ad hoc, vt sit actu intellectum: Vnde non requiritur (respectu eius) virtus transferens de ordine in ordinem. *Quodl*. Qu. 15. §. *De tertio primi*. ℣. *Confirmatur: quia ad hoc*. L. 14.

Intelligibile quotuplex.

Intelligibilium triplex est ordo. Originis, vel secundum generationem; Perfectionis; Et Adæquationis, vel causalitatis præcisè: De duobus primis primitatibus habetur. 9. Metaph. cap. 7. *Quæ sunt priora secundùm generationem, sunt posteriora secundùm substantiam*. De tertia autem habetur. 1. Poster. Tex. Comm. 12. in diffinitione vniuersalis: Quia *primo* dicit ibi præcisionem, & adæquationem. 1. D. 3. Qu. 2. §. *Ad secundam quæstionem*. I. 21.

Intelligibile potentiale, & actuale sunt duo intelligibilia, distincta in ratione intelligibilis; quia possunt esse duo actus intelligendi circa illa; quia vtrumque potest intelligi cum opposito alterius; adeoque respectu intellectus Diuini sunt duo intelligibilia secundùm duos actus secundùm rationem; & vnum secundùm rem. 1. D. 30. Qu. 1. *vel*. 2. §. *Contra istam opinionem*. ℣. *Præterea: non potest*. B. 6.

Intelligibile in ordine ad intellectum Diuinum.

Intelligibile quodcunque intellectus primi (scilicet Dei) intelligit semper; & distincto actu; & necessariò; & priùs naturaliter, quàm illud sit in se; Hoc enim est perfectionis in intellectu posse distinctè, & actu cognoscere quodcunque intelligibile: Et cum illud, quod est necessarium, sit priùs omni non necessario; Intellectio autem Dei, vt potè eadem cum intellectu eius, necessaria sit; omne autem intelligibile, aliud ab eo, necessarium ex se non sit; sequitur quod intellectio Diuina de ipsis intelligibilibus sit prior, quàm talia intelligibilia existant à parte rei. 1. D. 2. Qu. 2. §. *Ostenso esse*. ℣. *Quarta conclusio*. V. 24.

Intelligibilia, inquantum sunt obiecta secundaria intellectus Diuini, sunt veritates, quia conformes suo exemplari, intellectui scilicet Diuino; & sunt lux, quia manifestatiuæ; & sunt immutabiles ibi, & necessariæ: sed æternæ sunt secundùm quid, quia æternitas est conditio existentis, & illa non habent existentiam, nisi secundum quid. 1. D. 3. Qu. 4. *aliàs*. 5. §. *Ad quæstionem igitur*. ℣. *Ad intellectum primi*. P. 18.

Intelligibile in ordine ad intellectum Angelicum.

Intelligibilia quotcunque possum ego intelligere in aliquo tempore, tot intelligibilia, vel plura potest Angelus intelligere in eodem tempore distinctè; quia in intellectu creato, qui non potest omnia simul intelligere, videtur esse perfectionis posse intelligere plura sine aliqua mora, nam hoc magis attribuitur ingeniosioribus. 2. D. 2. Qu. 4. §. *Contra conclusionem*. ℣. *Præterea: quod ponitur*. n. 7.

Intelligibile aliquid actu natum gignere aliquam cognitionem, licet non intuitiuam, in quolibet intellectu passiuo, & receptiuo, si ponatur in aliquo Angelo, potest illud actu intelligibile gignere suam notitiam. 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad quæstionem istam*. ℣. *Secundò principaliter*. D. 19.

Intelligibile actu in intellectu Angeli existens potest causare in intellectu Angeli distantis notitiam actualem sui. *ibidem*.

Intelligibile in ordine ad intellectum creatum vel humanum.

Intelligibilia sunt infinita in potentia respectu intellectus creati, & in intellectu increato sunt simul omnia intellecta actu, quæ à creato sunt successiue intelligibilia. 5. D. 2. Qu. 2. §. *Ostenso proposito*. ℣. *Huius enthimematis*. Z. 30.

Intelligibile vnum priùs quàm aliud intelligitur ab intellectu [creato], licet species plurium sint ibi præsentes: Et hoc non est à voluntate, cum tunc non habeat intellectus actum intelligendi; sed huius causa est quia singulare vnius fortiùs mouet, quàm singulare alterius. 1. D. 3. Qu. 2. §. *Loquendo igitur*. ℣. *Tertio quia*. M. 24.

Intelligibile perfectius à nobis potest intelligi dupliciter; aut simpliciter; aut secundum proportionem; vt visio Aquilæ de sole est simpliciter perfectior, respectu solis, quàm visio nostra, videlicet respectu candelæ; & tamen visio nostra perfectior est proportionaliter; hoc est plus habet de ipsa ratione visionis secundùm proportionem ad visibilitatem candelæ, quàm visio Aquilæ habeat de ratione visionis, respectu visibilitatis solis. 1. D. 3. Qu. 2. §. *Nunc de ordine perfectionis*. S. 29.

Intelligibile vnum singulare, adæquatum intellectui creato, nihil est, nisi in illo contineantur eminenter, vel virtualiter omnia cognoscibilia ab illo intellectu. 2. D. 3. Qu. 11. §. *Contra ex eisdem*. ℣. *Tunc ad rationem*. B. 4.

Intelligibilia minus perfecta non minus intelligimus post excellentia intelligibilia, sed magis 2. D. 9. Qu. 2. §. *Ad argumenta primæ*. ℣. *Ad tertium*. M. 26.

Intelligibilia plura si sint præsentia intellectui [coniuncto], illud, cuius species fortiùs imprimitur sensui, & est efficacior in repræsentando, illud in ipso efficaciùs mouet intellectum ad sui considerationem. 4. D. 45. Qu. 1. §. *Alia opinio*. ℣. *Ad primum*. D. 5.

Intelligibilitas.

Intelligibilitas conceptus communis Deo est inferior intelligibilitate Dei in se, vt hæc essentia singularis. 1. D. 3. Qu. 2. §. *Ad argumenta principalia illius*. ℣. *Ad Gregorium dico, quod non debet*. H. 20.

Intelligibilitas tanta est vniuscuiusque (*secundum Henricum*), quanta est eius immaterialitas: Et ideo cum

Angelus

Intelligibilitas .

Angelus sit immaterialis secundùm se, erit, sine habitu Henriciano, secundùm se intellectiuus. 2. D.3.Qu. 8.§. *Contra istam opinionem.* ✝. *Præterea secundum sic*. B.7.

Intendere .

Intendit agens æquiuocum intensiorem formam suam inuentam in passo; non sic agens vniuocum; quia illud natum est agere in hoc; & sua forma est nobilior gradu effectus æquiuoci, licet non posset ex se statim in tantùm gradum effectus æquiuoci. 1. D.17. Qu.3 *aliás*.4. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Sed tunc ad dubium*. Qq. 4.

Intendere potest calidum in gradu minori aliud calidum, quod sit nouem graduum, & per consequens illud, quod est in termino actionis, est perfectius in caliditate, quàm sit agens aduenìens, & augmentans. *ibidem*. ✝. *Præterea ratio*. R r. 5.

Intendere, prout dicit in aliud tendere generaliter, siuè ab alio habeat quod in illud tendat, siuè à se, mouente se in illud, conuenit omni potentiæ respectu sui obiecti. 2. D.38. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Intendere, prout dicit in aliud sendere à se, mouente se in illud, magis propriè sumitur, scilicet pro illo, quod tendit in aliud, & nón ducitur in illud, sed ducit se in aliud: Et hoc modo non potest esse alicuius potentiæ naturalis, sed tantùm liberæ; Quia, secundùm Damascenum. cap. 23. *Appetitur*, non liber, *ducitur*, *& non ducit*. Hoc ergo modo accipiendo *intendere* propriè, prout scilicet in aliud tendare ex se, est principaliter potentiæ liberæ. *ibidem*.

Intensio .

Intensio caloris, & remissio frigiditatis sunt duo motus. 1. D.17. Qu.3 *aliás* 4. §. *Hic dicitur*. ✝. *Tertio sic*. *Calidum*. T t. 13.

Intensio actus non est aliquid extrinsecum, accidens actui, sed gradus intrinsecus actui, ita quod gradus intensus est quoddam per se vnum, sicut hoc indiuiduum in specie; & consequenter non potest esse aliud principium substantiæ huius actus, & intensionis suæ: quia à quo est hoc indiuiduum, ab eodem est gradus intrinsecus proprius huic indiuiduo. 1. D.17. Qu.1. *vel*.2. §. *Alia via posset dici*. ✝. *Contra istud*. G.6.

Intensionem determinatam actui si det habitus determinatus in voluntate, tunc, voluntate operante ad substantiam actus, necessariò dat habitus illam intensionem, sibi corespondentem: & ita quantumcumque ex modico conatu voluntas operetur, semper esset actus eius æquè intensus. *ibidem*. ✝. *Præterea secundo*. G. 7.

Intensionem actui si det habitus, hoc erit in aliquo gradu finito; signetur iste gradus, & sit A: Voluntas igitur cum habitu illo potest habere actum intensum in hoc gradu; Fiat aliqua alia voluntas perfectior ista voluntate secundum proportionem A. gradus ad actum in vno gradu, putà si. A. est gradus octauus in actu, fiat voluntas excedens primam voluntatem in nouem gradibus; ista igitur voluntas sine habitu posset habere actum æquè intensum, sicut illa voluntas cum habitu: Vnde non præcisè est substantia actus à potentia, ita quod non intensio. 1. D.17. Qu.1. *vel*.2. §. *Alia via posset dici*. ✝. *Præterea si habitus*. G.7.

Intensionis, & remissionis in motu si teneatur indiuiduum præexistens corrumpi, necesse esset ponere habitum non esse causam actus. 1. D.17. Qu.2. *vel*.2. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea si teneretur*. L.11.

Intensio attribuitur duabus causis; & potentiæ quidem ex maiori, vel minori conatu; habitui autem semper æqualiter quantum est de se. 1. D.17. Qu.2. *vel*. 3. §. *Ad argumenta, quæ facta sunt contra secundam viam*. ✝. *Ad secundum*. V.9.

Intensionem tantum dare potest actui amicitia acquisita, sicut causa secunda cum potentia. *ibidem*. §. *Ad solutionem huius quæstionis*. ✝. *Quantum ad primum articulum*. F f. 21.

In intensione charitatis, siue in charitate aucta, secundum vnam opinionem, nihil charitatis præexistentis manet, sed totum, quod præfuit corrumpitur, & aliud indiuiduum perfectius illo generatur. 1. D.17. Qu.3. *aliás*.4. §. *Hic dicitur*. Qq. num. 2. Impugnatur. *ibidem*. §. *Contra istam positionem*. Qq. n. 3.

Intensio, qua calidum octo graduum intendit calidum decem graduum, si fiat per caloris corruptionem præexistentis, & generationem noui indiuidui, sequitur quod in illo instanti, in quo generatur calidum decem graduum, genitum excedit in perfectione ipsum generans, quod est impossibile; & consequenter non sic fit augmentatio (seu intensio). 1. D.17. Qu.3. *aliás*.4. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Non valet inquam*. R r. 5.

Intensione in omni cuiuscumque formæ de nouo aduenientis, gradus formæ præcedens corrumpitur in aduentu alterius gradus sequentis, secundum Goffredum. 1. D.17. Qu.3. *aliás* 4. §. *Hic dicitur*. T t. 10. Additio. Impugnatur. *ibidem*. ✝. *Contra istam opinionem*. T t. 11. Additio.

Intensio, & remissio si peterent dispositiones contrarias in subiecto, Intensum non haberet dispositionem conuenientem remisso, & ita nunquam vnus motus immediatè erit ab intenso ad remissum quia non habent idem susceptiuum immediatum dispositum, (quod est inconueniens). 1. D.17. Qu.3. *vel*.5. §. *Contra istam opinionem*. ✝. *Præterea si præcedant*. V v. 5.

In intensione necessariò est aliqua actio realis, & passio, quæ terminatur ad aliquid, & non ad aliquid præexistens, quia tunc idem acciperet bis esse; & consequenter terminatur ad aliquam realitatem nouam. 1. D.17. Qu.3. *aliás*. 6. §. *Sexto: propter tertiam*. ✝. *Contra: necessario est ibi*. Y y. 3.

In intensione, seu augmentatione charitatis compositum primo generatur, vt anima chara; quod compositum includit subiectum, & terminum. *ibidem*. ✝. *Ad tertium concedo*. Z z. 5.

Intensio actus respectu obiecti in agente creato, & increato est differens multum in eis. 1 D.48. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*. A. 2.

Intensum. Intensiuus, & Intensissimum.

Intensior est actus à potentia, & habitu, quam à potentia sola, non quidem quod potentia sit causa substantiæ actus, & habitus sit causa intensionis, quasi duobus causatis correspondeant duæ causæ; sed quod ambæ causæ concurrentes possunt producere effectum perfectiorem, quam altera sola, qui tamen effectus, secundum se totum, & vt per se vnus, est à duabus causis, sed in diuerso ordine causantibus. 1. D.17 Qu.1. *vel*.2. §. *Concedo igitur*. ✝. *Quia quando*. I. 9.

Intensior est semper actus potentia operante ex æquali conatu, habitu coagente, quam non coagente, sed ex hoc non sequitur quod, potentia ex quocumque conatu agente, actus sit semper æquè intensus; quia intensio attribuitur duabus causis, & potentiæ quidem ex maiori vel minori conatu; habitui autem semper æqualiter quantum est de se. 1. D.17. Qu.2. *vel*. 3. §. *Ad argumenta quæ facta sunt contra secundam viam*. ✝. *Ad secundum*. V.9.

Intensissimus actus diligendi Deum posset haberi tam in via quam in patria, & ita beatitudo, si habitus charitatis, præter hoc quod est decor spiritualis, non esset etiam inclinans ad determinatos actus; & hoc siue non actiuè, secundùm vnam opinionem siue, quod magis videtur, actiuè secundum aliam opinionem. 1. D.17. Qu.3. §. *Ad solutionem huius quæstionis*. ✝. *Sed dubium est*. G g. 23.

Intensius potest adhuc intendi per minus intensum, secundum vnam opinionem, vt si alicui calido in nouem gradibus adueniat aliquod calidum in gradu minori, illud potest aliquo modo intendere calidum illud nouem graduum: & per consequens illud, quod est in termino actionis, est perfectius in caliditate, quam sit ipsum agens aduenìens, & augmentans; quod tamen esset impossibile, si esset indiuiduum nouum, generatum per actum illius calidi iam præsentis. 1. D.17. Qu.3. *aliás* 4. §. *Contra istam positionem*. ✝. *Præterea ratio*. R r. num. 5.

Intensa tam non est *fiue*; non est tam intensa in forma pars remotior à mouente in motu cum propinqua. 1. D. 17. Qu.3. *aliás*. 4. §. *Hic dicitur*. ✝. *Contra Goffredum*. T t. 17. Additio.

Inten-

Intensum, Intensius, & Intensissimum.

Intensius quantumcumq; secundum gradum intendi per remissius adueniens non est certum; sed magis è conuerso; & tunc passum est contrarium quatenus imperfectum, & ideo non potens vincere perfectius, sed vincitur: Ideo remissius non agit, vel si quid reagit magis remittet intensius, & assimulet. *ibidem*.

Intensa albedo sicut aliquid habet, quod accidit naturæ speciei, ita etiam albedo remissa (si omne, quod est extra rationem quidditatiuam speciei dicatur accidere naturæ speciei). 1. D. 17. Q. 3. aliàs 5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Ad rationem aliam*. Y y. 9.

Intensa albedo non habet aliquid, quod accidit naturæ speciei (si illud dicatur alteri accidere, quod non facit per se vnum cum eo, cui accidit) quia iste gradus, qui intelligitur addi secundum se naturæ, facit vnum per se cum natura, sicut quæcumque differentia indiuidualis, addita naturæ, facit vnum per se cum natura. *ibidem*.

Intensum si includit aliquid, quod accidit naturæ speciei, igitur remissum, quod includit istud non est in specie. Consequentia non valet de accidere sumpto pro eo, quod est extra rationem quidditatiuam speciei, quo modo, & non alio antecedens est verum. *ibidem*.

Intentio actualis.

Intentioni actuali, & habituali (in quas communiter diuiditur intentio, quasi eam sufficienter diuidant) videtur quod rationabiliter possit addi tertium membrum, & potest dici intentio virtualis. 4. D. 6. Q. 6. §. *Distinguitur communiter*. A. 2.

Intentionem actualem habere, vel actualiter intendere ille dicitur, qui habet actum elicitum respectu eius, quod intendit: Ille autem dicitur habitualiter intendere, qui habet habitum inclinantem ipsum ad talem actum; Sed aliquis est minùs perfectè intendens, quàm primo modo; & perfectiùs, quàm secundo modo, quia si aliquis intendit in principio Missæ celebrare Missam, si postea est distractus, non habet actualem, quando est distractus; nam non intelligitur tunc illud in actu, nec consequenter vult illud in actu; nec habet tantùm intentionem habitualem: quia talem habet dormiens; vnde se habet medio modo, & hæc eius dispositio vocatur intentio virtualis; & sic est medium inter ista duo membra, intentionem nimirum actualem, & habitualem. 4. D. 6. Q. 6. §. *Distinguitur communiter*. A. 2.

Intentio actualis non requiritur semper in baptizante, quia non obligauit Deus hominem ad impossibile, vel nimis difficile, cuiusmodi est non distrahi; quia, secundùm Augustinum. lib. 3. liber. Arbitr. *Non est in potestate nostra quin visis tangamur*: Nec etiam plus obligauit ministrum in illo actu, quàm in exequendo actum aliorum Sacramentorum, in quibus tamen (vt in Eucharistia) non requiritur semper intentio actualis. *ibidem*. ℣. *Ad propositum*. C. 3.

Intentio virtualis.

Intentio virtualis dicitur talis, quia virtute alicuius intentionis prius habitæ operans actualiter facit omnia, quæ facit ex illa, tanquam ex radice; ità quòd ista intentio actualis fuit principium ordinatum ad omnes istos actus; & habet in se virtualiter intentionem propriam cuiuscunque ordinati ad finem: Et pro tanto, manente intentione cuiuscunque ad finem ordinati, manet ista intentio actualis prius virtualiter in omnibus istis. Hoc modo intendens ire ad S. Iacobum, ex intentione huius finis, ordinat multa alia necessaria ad illum finem; exequens autem illa ordinata, non semper cogitat de S. Iacobo, nec de reuerentia eius, semper tamen meretur, quia vel habet intentionem eorum, quæ sunt ad finem illum, cuius est prima intentio, vel habet actus aliquos, sequentes ex illis intentionibus, licet cum illis actibus concurrant aliqui actus distrahentes ab intentione illa prima, & ab intentionibus proprijs eorum, quæ sunt ad illum finem. 4. D. 6. Qu. 6. §. *Distinguitur communiter*. A. B. 2.

Intentio habitualis.

Intentio sola habitualis Ministri non sufficit in Baptismo, quia propter istam non dicitur actus eius, licet conformis habitui, actus humanus: Nam si aliquis haberet habitum inclinantem ad desiderium sanitatis, si curatur nullo modo intendens sanitatem, sed ad ludum, non dicitur consequi sanitatem per aliquem actum humanum, sed casualiter, vel fortuitò, non magis, quàm si non habuisset intentionem ad sanitatem. Vnde sola intentio habitualis non sufficit respectu finis actus humani, vt humanus est. 4. D. 6. Q. 6. §. *Distinguitur communiter*. ℣. *Ad propositum*. B. 3.

Intentio in ordine ad subiectum.

Intentio [qualitatis sensibilis] dicitur illud, per quod, tanquam per principium formale, in obiectum tendit sensus: Et sic, quidquid est *signum*, est *res*, secundùm Augustinum. lib. 1. de Doctr. Christian. cap. 1., licet non è conuerso. 2. D. 13. Qu. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *Cum autem quantum*. B. 3.

Intentio, in distinctione *rei*, & *intentionis*, licet sit *res*, & fortè sensibilis *res*, in quam sensus possit tendere; tamen illa dicitur intentio, quæ non est tantùm res, in quam tendit sensus, sed est ratio tendendi in alterum, cuius est propria similitudo. 2. D. 13. Q. Vn. §. *De secundo dico*. ℣. *Cum autem quantum*. C. 3.

Intentio obiecti, vel illud, quod est intentio obiecti visibilis, non est visibile, est falsum: Sed ista est vera; omnis intentio non tantùm est visibilis, sed etiam est ratio videndi. 2. D. 13. Qu. Vn. *Quantùm ad tertium*. ℣. *Respondeo species*. F. 6.

Intentiones obiectiuæ si ponantur esse obiecta alterius actus ab apprehensione, videtur quòd oportet ponere duos sensus auditus, & sic de alijs: Quorum alter percipiat colorem, vel sonum, & alius percipiat intentiones illas circumstantes, quia secundùm ipsa obiecta distinguuntur potentiæ. 3. D. 15. Qu. Vnic. §. *Contra ista*. ℣. *Contra illud*, n. 7.

Intentiones obiectiuè *Conuenientis*, & *Nociui* non concomitantur passiones corporales cordis, quas concomitantur animales; Sed magis iste motus est ad hoc, quòd illa obiecta sensibilia, quæ relucent in phantasmatibus, de quibus loquitur. Arist. de mot. animal., siuè ipsa phantasmata, virtute obiectorum, causent tales passiones, vt dolorem &c. 3. D. 15. Q. Vn. §. *Contra ista primò*. ℣. *Quod adducunt de motu*. n. 7.

Intentio, si distinguatur de intentione quantum ad obiectum, respectu cuius dicitur intentio, Minister potest dici intendere vel actum illum, quem exercet; vel finem, propter quem talis actus est exercendus: Secundo modo magis propriè accipitur intentio, quia magis respicit finem, propter quem intenditur; Tamen primo modo aliter accipitur, vt patet per Augustinum. lib. 9. de Trinit. cap. vlt. & alibi frequenter, vbi vult quòd intentio copulat intelligentiam cum parente: Hoc etiam modo accipitur intentio. 2. Phys. Tex. 9. vbi *Agens ex intentione*, quod dicitur *Agens à proposito* distinguitur contra *Agens naturale*. 4. D. 6. Q. 5. §. *Ad istam quæstionem*. ℣. *Dico ergo distinguendo*. A. 2.

Intentio vt actus intellectus.

Intentio finis vltimi, vel remoti, vt potè quod baptizatus fiat hæres Regni cælestis per gratiam, nullo modo requiritur in baptizante; quia Paganus nullo modo intendit ordinare istum, quem baptizat, ad vitam æternam; Requiritur tamen intentio finis proximi, vt scilicet baptizatus fiat Christianus, siuè membrum Ecclesiæ militantis, & hoc vel in particulari, vel in generali: In particulari, vt si intendat istum intrare legem Christi seruandam: In generali, vt si intendat facere circa istum quod Christiani solent facere circa suos. 4. D. 6. Q. 5. § *Ad istam quæstionem*. ℣. *Dico ergo quod intentio*. C. 4.

Intentio est principium vltimatum, determinans agens intellectuale ad agendum; quia tale agens per imperium voluntatis est causa actiua motiua aliarum potentiarum, quæ subiacent imperio voluntatis. *ibidem*. ℣. *Ad secundum*. G. 9.

Intentio vt actus voluntatis.

Intentio est actus liberi arbitrij ratione voluntatis, & est actus eius respectu eius, quod vult. 2.D.38.Qu.Vn.§. *Respondeo*. A.2.

Intentio, & vsus erit idem actus, si & voliti, & eius propter quod est volitum sit idem actus volendi: Si autem alius, intentio dicet formaliter actum istum, quo tendit voluntas in finem; & materialiter actum vtendi, quo refert aliud in istum finem. *ibidem*.

Intentio voluntatis copulans primam visionem non causat, sed tamen illam potest copulare, & quidem in eodem instanti temporis; & ita firmando illam visionem: Sed posita prima intellectione, voluntas potest se conuertere, & auertere respectu aliarum operationum ad copulandum, vel non copulandum; & ita diuersimodè copulare. 2. D.38.Quæst. Vn.§. *Ad primum argumentum*. ✠. *Ad secundum*. B.3.

Intentionis defectus in Ministro impedit conferri Sacramentum: Nec ex hoc sequitur quòd intentio suscipientis impediat; quia in Agente secundo etiam requiritur quod per se pertinet ad Agens, quod est *intendere* in Agente per rationem. Intentio autem non per se est suscipientis, in quantum huiusmodi. 4.D.4.Q.4.§. *Ad primum argumentum*. ✠. *Ad secundum*. K.6.

Intentionem non est necesse baptizantem habere respectu vltimi fins baptismi, scilicet gratiæ, sed respectu baptismi. 4.D.6.Quæst. 5. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Ad primum*. F.9.

Intentio non est intrinseca Sacramento, nec vt aliquid eius, nec vt res: Requiritur tamen ex parte Agentis. 4. D 6. Quæst. 5. §. *Ad istam quæstionem*. ✠. *Ad secundum*. G.9.

Intentio conferendi ordines non sufficit, nisi sit Minister idoneus, qualis non est Episcopus depositus, secundùm opinionem negantem Episcopatum esse propriè ordinem: Et ideo, secundum illam opinionem, Episcopus depositus nihil facit. 4.D.25.Q.1.§. *Ad argumenta*. *Ad primum*. ✠. *Ad aliud*. I.15.

Intentio sufficiens in Ministro ad ministrandum Sacramentum, non est intendere pro futuro; sed oportet quòd intendat pro præsenti, sicut signum significat. 4. D.28.Q. Vn.§. *Respondeo*, *sicut*. A.2.

Intentio maior voluntatis causat aliquo modo perfectiorem intellectionem. *Quodl*.Qu.15. §. *De secundo*. ✠. *Quod autem*. G.8.

Intentio volūtatis, imperantis plures actus minuitur. *Quodl*. Q.20.§. *De primo*. ✠. *Bene sicut*. D.7.

Intentio secunda.

Intentio secunda omnis est relatio rationis, non quæcunque, sed pertinens ad extremum per actum intellectus componentis; vel diuidentis; vel saltem conferentis vnum ad aliud. 1.D.23.Q.Vn.§. *Contra istud*. ✠. *Contra opinionem in se*. A.2.

Intentio secunda, secundùm omnes, causatur per actum intellectus, negotiantis circa rem primæ intentionis, qui non potest causare circa obiectum nisi tantùm relationem rationis. 1.D.23.Qu.Vn.§. *Contra istud*. ✠. *Contra opinionem in se*. A.2.

Intentio secunda omnis requirit correlatiuum, ad quod refertur. *Vt species* respicit *genus* pro suo correlatiuo; & *particulare Vniuersale* pro suo correlatiuo, & sic de alijs. 1.D.23.Quæst.Vn. §. *Contra istud*. ✠. *Contra opinionem in se*. A.2.

Intentionis secundæ in nobis producuntur per intellectum, & non sunt in memoria, vt memoria est. 2.D.1 Q.1.§. *Quantum ad hoc igitur*. ✠. *Exemplum*. H.15.

Intentio secunda, sine actu comparatiuo nunquam erit. *ibidem*. ✠. *De hoc, quod dicit*. H.15.

Intentio secunda fit per intelligentiam in vero esse suo, & non in esse cognito; ideo prius est quam in cognitione, quia cognoscitur actu reflexo. *ibidem*.

Intentio secunda, de qua loquitur logicus, licet de facto non fundetur nisi in accidente, quod dicit intentionem primam, vt dicit Metaphysicus, tamen non est de ratione huius intentionis secundæ quod tantùm sit in illa intentione prima; sicut de ratione *generis*, vel *speciei* non est quòd tantùm fundetur in re substantiæ. Et forte hic *Album est lignum*, prædicatum prædicat intentionem accidentis, logicè loquendo, vel si non ibi; saltem esse lignum posset aduenire *albo* existenti in actu ita quod non esset prædicatum de essentia subiecti; nec conuertibile cum subiecto videretur esse perfectè accidens, logicè loquendo. 3.D.7.Q.1. §. *Quartò videndum*. ✠. *Respondeo verum*. C.6.

Intentiones secundæ logicales non definiuntur vt entia extra animam, sed eo modo, quo diffinitio exprimit vnum conceptum per se in intellectu, siuè ille conceptus sit rei extrà, siuè rationis; non enim signant quidditates extra animam, sed tantùm conceptus in anima, sed per se vnos: Et sic habere diffinitionem sufficit ad scientiam propriè dictam, alioquin logica non esset scientia. 4. D.1.Qu.2. §. *De secundo*. ✠. *Tertio dico*. H.7.

Intentiones secundæ non destruunt rationes intentionum primarum, quibus adueniunt, *Quodl*.Q.3. §. *De secundo*. ✠. *Secundo sic*. D.5.

Intentum.

Intentum euenit à proposito, & ideo causatur voluntariè: Non intentum euenit præter propositum, & ideo causatur fortuitò. *Quodl*. Q.21.§. *Quantum ad primum*. ✠. *Secunda conclusio*. B 3.

Interdictum.

Interdictum si sit à Iudice latum contra locum (nempè Ecclesiam) celebrans ibidem scienter dicitur ab aliquibus incurrere irregularitatem; quod probatur per vnum Capitulum. Extr. de Cler. Excommunicat. Ministr. cap. Postulasti: Et per aliud Capitulum. Extr. de Excess. Prælat. cap. Tanta. Sed vtrumque capitulum benè potest exponi, cum neutrum sit iuris expositiuum, nec iuris positiui responsiuum, vt appareat talem sic celebrantem irregularem esse simpliciter: Quod patet exponendo verba illa, quæ ponderantur, de Priuatione beneficiorum. 4.D.13.Q.2. §. *Sequitur secundum*. ✠. *Circa primum*. M.17.

Interdictum, quæ est pœna Canonica est arctatio à quibusdam actibus ecclesiasticis exercendis, vel ab assistendo quibusdam talibus. 4. D.25.Q.1. §. *In ista quæstione*. ✠. *Quinta pœna*. G.13.

Interdictum licet aliquando possit infligi loco, & non personæ: quandoque personæ, & non loco: quandoque vtrique; & sicut irregularitas ista pœna, ita est secunda: Tamen vt est distincta pœna à cæteris pœnis Canonicis, frequentius infligitur loco, & non personis, nisi dùm in loco sunt; vt scilicet in tali loco non liceat celebrare solemniter Diuina, nec alios interesse. *ibidem*.

Interdictum quandoque contrahitur à Iure; quandoque à Iudice: à Iure, occurrit exemplum de acceptantibus Vsurarios extraneos. Extr. de Vsur. cap. Vsurarum voraginem: à Iudice, propter causas innumeras: Communijs propter inobedientiam communem Populi terræ. *ibidem*.

Interdictum relaxatur per illum, qui illud posuit: Quandoque etiam relaxatur, in certis casibus, à Iure, vt patet. Extr. de sent. Excom. cap. Alma Mater. *ibidem*.

Interfector. Vide Homicida.

Interminabile.

Interminabilis, quod excludit desitionem; *Tota simul*, quod excludit successionem; & *Perfecta possessio*, quod excludit dependentiam: Hæc tria posita in descriptione æternitatis, tradita à Boetio. de Consol. lib.5. Pros.6. quòd scilicet, *æternitas sit interminabilis vitæ tota simul, & perfecta processio*, non videntur dicere, vltra *Vitam*, nisi relationem positiuam, vel negatiuam *terminationis, successionis*, & *dependentiæ*; & relationem positiuam potentialem, vel aptitudinalem; quia *interminabilis* videtur dicere *posse per se coexistere cuicunque durationi*, vel existentis: *Tota simul* sine *variatione*, & successione posse *per se coexistere* cuicunque, *Perfecta possessio* à se

Interminabile.

se ipso existere, & non dependere in existendo. *Quodl.* Q.6. §. *Contra istud*, R.14.

Interruptum.

Interruptum potest redire idem numero; Et non tantùm absolutum, sed respectus, si extrema eius redeant eadem numero. 4. D.43. Qu. 1. §. *Ad argumenta*. ✠. *Ad vltimum*. I. 13.

Intrinsecum.

Intrinsecum omne Deo, *siuè* Quidquid est intrinsecum Deo est necesse esse: Et ideo nihil intrinsecum Deo subest Diuinæ potentiæ, 4. D.11. Q.2. §. *Hæc quæstio*. ✠. *De primo*. A. 3.

Intrinsecum quodcunque, quod potest ad quodcunque extrinsecum per quemcunque actum intellectus creati comparari, illud ad idem comparari potest per actum intellectus Diuini; quia intellectus ille potest obiectum illud sub omni ratione, ex parte obiecti, intelligere, sub qua est intelligibile, cum sit ei adæquatus, & eius comprehensiuus. *Quodl.* Q.1. *De altero*. ✠. *Tertia ratio*. K.12.

Intuitio.

Intuitio obiectorum præsentium, competens animæ Christi in Eucharistia, inest illi animæ primó, vt hic; quia non inest illi primò, vt in Cœlo, supposito quòd immoderata distantia impediat intellectionem intuitiuam creatam; Sic enim Angelus existens in Cœlo intuitiuè non videt quidquid præsens hic intuitiuè videt. 4. D.10. Q.5. §. *Respondeo*. ✠. *Tertia conclusio*. E.5.

Intuitio intellectiua, vel intellectio intuitiua non potest haberi per speciem intelligibilem præsentem; quia illa repræsentat rem indifferenter, existentem, vel non existentem; præsentem, vel non præsentem; & per hoc sequitur quòd per solas species infusas à Deo, vel Angelis, non est possibilis intellectui separato vtraque intellectio; quia non intuitiua. Vnde si illa est possibilis *tunc* (*scilicet in statu separationis*) quia, & *nunc* (*scilicet in statu coniunctionis*) est possibilis intellectui; Sequitur quòd erit de re in se, non per talem influxum, seu per species impressas 4. D.45. Q.2. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Per istam rationem*. D.13.

Intuitiua visio.

Intuitiua visio alicuius obiecti nata est gigni ab eo, vt à causa proxima. 1. D.2. Q.2. §. *Ostenso proposito*. ✠. *Secundò: iuxta istam*. A 2.30.

Intuitiua, & perfectissima cognitio alicuius est ipsius rei in se; & non in simili tantùm, & in vniuersali. 1. D.2. Q.3. §. *In ista quæstione*. ✠. *Contra, neutra*. A.2.

Intuitiua cognitio est obiecti, vt obiectum est præsens in actuali existentia, & hoc, vel in se, vel in alio, eminenter continente totam entitatem ipsius; Vnde quæ cognoscuntur intuitiuè vt obiecta formalia distincta, vel vnum eminenter continetur in alio; vel vtrumque secundum propriam existentiam terminat actum, vt est eius. 1. D.2. Q.4. vel 7. §. *Sed hic restat*. ✠. *Etsi detur primus modus*. F f.42.

Intuitiuè cognoscunt Pater, & Filius Spiritum Sanctum in priori signo, antequam intelligatur Spiritus Sanctus spirari, licet non vt existentem in se; quia cognoscunt essentiam Diuinam, quæ est ratio cognoscendi intuitiuè quodcunque obiectum intelligibile; sicut Trinitas cognoscit creaturam, etiam intuitiuè, antequam producatur; quia essentia sua, quam intuetur, est ratio perfectissimè cognoscendi omnia alia, & per consequens est ratio cognoscendi intuitiuè quodlibet cognoscibile, licet nullum existeret in se. 1. D.10. Q.Vn. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Aliter posset dici*. R.14.

Intuitiuam cognitionem singulatim non potest Angelus habere in Verbo, vbi tamen cognitionem existentiæ habet; & ideo ad cognitionem intuitiuam rei necessariò concurrit obiectum realem, vel ipsa res præsens. 2. D. 3. Q.11. §. *Respondeo ergo ad quæstionem*, ✠. *Tertio dico, quód*. F.12.

Intuitiua visio.

Intuitiuam cognitionem esse per aliquam rationem, quæ sit in eadem dispositione, re manente, & non manente, impossibile est. *ibidem*. ✠. *Item impossibile*. F. 12.

Intuitiua cognitio perfecta est de obiecto, vt præsentialiter existens. Imperfecta est opinio de futuro, vel memoria de præterito. 3 D.14. Q.3. §. *Ad quæstionem*. ✠. *Loquendo tamen de cognitione*. B.6.

Intuitiua cognitio est cum ibi obiectum non in specie agit, sed vt in se præsens: Et vt in se præsens est idem, & eodem modo cum quocunque operetur; Vnde sequitur quod intellectus, cuius intellectualitas est imperfectior, habebit illum actum (*scilicet cognitionis intuitiuæ*) imperfectiorem. 3. D. 14. Quæst. 4. ✠. *De intuitiua autem*. B.2.

Intuitiua cognitione in Verbo intellectus [Animæ Christi] perfectissimè videt (nempè obiecta creata), sicut & Verbum videt. *ibidem*.

Intuitiuā cognitionem importat *Videre* (*nempè intellectualiter*), vt illa distinguitur contra cognitionem abstractiuam: Et quidem intellectio intuitiua est cognitio rei, vt in se præsens: Abstractiuè autem potest esse eius, secundùm quod relucet in aliqua similitudine. 4. D.10. Qu. 8. §. *Respondeo ad quæstionem*. B. 5.

Intuitiua cognitio non differt ab abstractiua, nisi propter præsentiam obiecti aliam, & aliam. 4. D. 10. Q.8. §. *Respondeo ad quæstionem*. ✠. *Secundò sic*. F.8

I N V

Inuidia.

Inuidia ést non solùm in subtrahendo illa bona, quæ possunt communicari actu voluntatis immediatè; sed quæcunque volens potest communicare, & non communicat. 1. D.6. Quæst. Vn. §. *Ad argumenta principalia*. ✠. *Ad aliud*. K.10.

Inuidia, propter quam nunquam vellet Diabolus determinatè esse per sententiam, vel actionem Diuinam præsens igni infernali, consumat ad istud nolle voluntatem eius, ad istud inclinatam per affectionem commodi, & promotam per superbiam. 4. D.44. §. *Ad quæstionem*. ✠. *De primo: nullum corpus*. C.7.

Inuoluntarium.

Inuoluntarium simpliciter est illud, quod voluntas simpliciter remurmurat. 4. D.14. Q.1. §. *De tertio articulo*. ✠. *Hæc difficultas*. N. 11.

Inuoluntarium aliquod simpliciter saltem videtur causa displicentiæ in extremis de peccato, impænitente vsque tunc: Nam expectatio mortis videtur causa illius displicentiæ: Et quod non est, nisi ex suppositione alicuius inuoluntarij, non est simpliciter voluntarium; Sicut non omninò voluntariè proijcit quis merces in mari, si non proijcit, nisi ex suppositione cuiusdam periclitationis, quam nollet. 4. D.20. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ✠. *Si dicas, quód dolor*. B.C. 5.

Inuoluntarium ex parte voluntatis simpliciter impediens matrimonium, est inuoluntarium ex metu, qui potest cadere in constantem virum, qui metus est ex certitudine sufficiente mali imminentis, quod magis debet quis vitare secundum rectam rationem, quàm cum ista non contrahere; & huiusmodi mala sunt mala *mortis*; *mutilationis* enormis; *Carceris*; *propriæ seruitutis*; *stupri*; & huiusmodi. 4. D.42. Quæst. Vn. §. *Ex dictis*. ✠. *Si primo*. D.4.

Inuoluntarium ex defectu notitiæ præcedentis (quod impedit contractum matrimonij) siquidem *ad voluntarium requiritur notitia voliti*. lib.3 Ethic. cap. 2. & 3. aut est ex carentia totali notitiæ actualis, aut est cum aliquali, licet defectiua, quia erronea. *ibidem*. ✠. *Inuoluntarium autem*. E.4.

I O A

Ioannes Baptista.

Ioannes si baptizauit in forma Baptismi Christi, quam potuit scire à Discipulis Christi, vel ab alijs audientibus eos baptizare (; Et tunc non diceretur propriè Baptismus Ioannis,

Ioannes Baptista .

Ioannis, ficut non dicitur Baptismus Petri, vel Pauli ; istum enim errorem reprehendit Paulus. 1. Corinth. 1. planum est quòd sic baptizatus non esset iterum baptizandus : Si autem non baptizauit in forma Baptismi Christi, sed vel in aliqua forma propria, scilicet in nomine venturi; vel absque aliqua forma; De sic baptizato videtur manifestum quòd erat baptizandus baptismo Christi. 4. D.2. Qu.2. §. *Respondeo*. A.2.

Ioannes Baptista prædixit animabus Sanctis in Lymbo Christum esse descensurum: Sicut exponit Gregorius illam quæstionem Mathæi. cap. 2. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* 4. D.45. Qu. 2. *§. Ad quæstionem. ✝. Per istam rationem*. D. 13.

I O S.

Ioseph Hebræus .

Ioseph hebræus. lib. 18. Antiquitatum pulcherimum testimonium ponit de Christo, vbi, inter alia, de Iesu ait. *Christus hic erat*; vbi eius veram doctrinam, & resurrectionem ex mortuis confitetur. *Prolog*. Qu.2. §. *Nono quoque*. D. 13.

Ioseph Patriarcha.

Iosephi Patriarchæ mendacium. Gen. 42. ad fratres *Per salutem Pharaonis exploratores estis*, cuius oppositum sciebat esse verum; & eosdem terrens de scipho inuento in sacco Beniamin dicentis se *Augurari in scipho*, cum tamen non esset augurator, quia non licuit augurari habentibus legem Dei; Hoc, inquam, mendacium Iosephi contra fratres, quia ipse erat perfectus seruator legis Diuinæ, potest dici quòd non fuit nisi iocosum, quod patet ex euentu; in fine enim aperuit fratribus veritatem: Et interim dum terruit eos puniuit eos, secundùm quòd meruerant puniri; Illa enim proditio, qua vendiderunt eum in Ægypto, benè meruit non tantùm illo timore, sed maiori pœna puniri. 3. D. 38. Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ✝. *Ad illud tamen*. G. 14.

S. Ioseph Sponsus B. M. V.

Ioseph inter, & Mariam fuit verum matrimonium; Tùm quia erat præceptum in lege vniuersale de contrahendo matrimonium; tum quia Beatæ Virgini fuit datum speciale mandatum de contrahendo matrimonium cum Ioseph. 4. D.30. Qu.2. §. *Hic sunt duo*. A.2.

Ioseph instruxit Angelus dicens; Matthæi. 1. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*. Vnde multò magis; imò indubitantèr concluditur quòd ipsa [Beata Virgo] per Angelum, vel immediatè à Deo; antequam desponsaretur Ioseph fuit certitudinaliter edocta; Noli timere accipere Ioseph, virum iustum in coniugem. 4. D.30. Qu.2. §. *De secundo articulo*. ✝. *Posito etiam contractu*. D.5.

Ioseph circa *siue*, Circa Iosephi factum est per visionem Angelicam, totum factum est ratione Mariæ, quæ fuit immediata in illa ineffabili, & mirabili conceptione Vnigeniti Filij Dei. 4. D. 30. Qu. 2. *§. De secundo*. ✝. *Nec est mirum*. D. 5.

Ioseph, & Mariæ in motrimonio non oportuit ponere illa tria bona, (Fidem, Prolem, & Sacramentum) vt excusantia actum carnalem, qui ibi nunquam futurus erat; nec vniuersaliter in spiritnali matrimonio, videlicet cum pari voto castitatis coniugum. 4. D.31. Qu. *Vnica*. *§. Hic dicitur*. ✝. *Præterea in matrimonio*. n. 3.

Iosue .

Iosue pugnauit, stante Sole, Ios. 10. & Luna: Et per consequens toto Cœlo, ne illis, & alijs omnibus corporibus motis esset nimia irregularitas in motu istorum corporum cœlestium. Et August. lib. 11. Confess. *stante Cælo mouetur rota figuli*. 4. D.48. Qu.2. § *Ad quæstionem*. ✝. *Respondeo hoc verum*. I. 12.

Ira .

Ira, vel offensa Dei est, valle vindicare; vel aliquid sufficiens ad placandum exigere. 4. D.14. Qu.1. §. *De secundo articulo*. ✝. *Secundo dico*. K. 9.

Irasci .

Irasci non respicit pro obiecto bonum arduum aliquo modo; quia irasci est appetere vindictam, seu punitionem, vt dicitur. 2. Rhetoric. Hoc autem appetere respicit primò pro obiecto vel ipsam punitionem, vel ipsum punibile; & neutrum est appetibile; Vndè irascibilis non respicit arduum. 3. D.26. Qu. *Vnica*. § *Contra illam opinionem*. ✝. *Præterea actus adæquatus*. C. 7.

Irasci si est actus irascibilis, non distinguitur irascibilis à concupiscibili per rationem boni ardui, distincti à bono delectabili: Non enim irascibilis respicit pro obiecto arduum, 3. D.26. Qu. *Vnica*. §. *Contra illam opinionem*. ✝. *Et hæc ratio*. C. 7.

Irasci Deum aliquibus concludit inæqualitatem suæ dilectionis erga creaturas, quantum ad bona volita ipsis dilectis. 3. D. 32. Qu. *Vnica*. §. *Ad primum dico*. ✝. *Tertium concludit*. L. 6.

Irasci, vel offendi in Deo nihil aliud est, quàm velle vindicare pœna aliqua peccatum, commissum contra legem suam. 4. D.14. Qu.1. §. *Dico ergo*. ✝. *Ex isto sequitur*. H. 7.

Irascibilis .

Irascibilis non habet pro obiecto arduum, siuè appetibile, quod est obiectum concupiscibilis, sed ipsum offendens; itàquod actus eius adæquatus est, velle vindicare; vel nolle offendens: Velle quidem quasi imperfectum, dum irascitur ante repulsionem, vel sustinentiam, quod assimilatur ei, quod est desiderium ex parte concupiscibilis: Et velle, vel nolle perfectum, quod assimilatur fruitioni in concupiscibilis dum moderatè repellit, vel moderatè sustinet. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. §. *Notandum vlteriùs*. ✝. *Quarum distinctio*. G. 11.

Irascibilis quando habet actum suum, semper sunt ibi duo nolita, vnum concupiscibilis, & aliud irascibilis: Vt nolitum concupiscilis est carere cibo, ex qua nolitione sequitur in concupiscibili tristitia, quæ quasi refugit nolitum, & non repellit. Est etiam ibi aliud nolitum, scilicet illud, quod aufert cibum, & illud est nolitum ab irascibili, non actu refugitiuo, sed repulsiuo; & dùm actualiter non repellitur, est tristitia propria irascibilis. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. ✝. *Respondeo semper*. G. 12.

Irascibilis licet aliquando doleat de non posse vindicare, quando scilicet non est potestas vindicandi; tamen de alio dolet concupiscibilis, scilicet de carentia obiecti concupiti. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. ✝. *Respondeo semper*. G. 13.

Irascibilis, & concupiscibilis in parte rationali, possunt habere similem distinctionem obiectorum, sicut ex parte sensitiua; Nam voluntati est aliquod primò delectabile, purà bonum sibi conueniens secundum se, vel conueniens appetitui sensitiuo, cui coniungitur in eodem supposito. Potest etiam voluntas habere obiectum offendens, & secundum rectam rationem, & contra rectam rationem, & respicere illlud, vt offendens, actu nolendi repulsiuo, & imperioso: Non tamen est tanta distinctio horum in voluntate, quanta est in appetitu sensitiuo, quia voluntas non est organica: Nec oportet dicere magis quòd alterum istorum sit vis, & alterum potentis, quam è conuerso; Sed sicut ratio distinguitur in portionem superiorem, & inferiorem per comparationem ad obiecta diuersa, & tamen est simpliciter eadem potentia. De vi autem nescio quid oportet loqui, est enim verbum superfluum; Idem enim simpliciter est ratio operandi circa obiecta distincta, superius scilicet, & inferius. *ibidem*. H. 13.

Irascibile, & concupiscibile non tantùm sunt in appetitu sensitiuo, sed in voluntate. 3. D. 33. Qu. *Vnica*. *§. Ad argumenta principalia*. ✝. *Ad illud de irascibili*. M. 20.

Irascibilis.

Irascibilis obiectum est vindicare, vel verius, si hoc est actus eius; vindicabile, seu punibile, quod posset dici irascitiuum vel, vsitatiori modo loquendi, offendens. 3. D.34. Q.Vn. *§. Notandum vlterius. ℣. Quarum distinctio.* F.10.

Irascibilis obiectum est tale offendens, circa quod irascibilis habet quoddam nolle, non quidem propriè refugientis, sicut concupiscibilis nolens refugit; sed magis respuentis; siue repellentis, quia irascibilis nolens repellit, non enim concupiscit tantùm amouere illud impediens, sed etiam vltra punire. 3. D.34. Q.Vn. *§. Notandum vlterius. ℣. Quarum distinctio.* F. 10.

Irascibilis actus, quia est velle vlcisci, vel nolle, & obiectum nolitum, vel punitum est adhuc præsens, ideo semper irasci est cum tristitia, non tantùm concupiscibilis, sed etiam cum tristitia irascibilis: Et hoc non nisi tunc, quando irascibilis habet actum imperfectum, quando scilicet desiderat vindicare, sed non vindicat; Quando autem vindicat, tunc actus eius perfectus assimilatur fruitioni ex parte concupiscibilis, & tunc ira irascibilis est sine tristitia, imò est cum delectatione, secundum Arist. 2. Rhetor. *Ira viri quasi mel. ibidem.*

Irascibilis indiget moderari per habitum, ne immoderatè velit propellere offendens, & vlcisci de illo, sed moderatè velit propellere propellenda, & non propellere non propellenda. *ibidem.* F. 11.

IRR.

Irrationale.

Irrationale dicit priuationem in Boue, non eius, quod natum est haberi in boue secundum speciem; sed eius, quod natum est haberi in eo secundùm quod est animal. 1. D.28. Q.1. *aliàs* 2. *§. Quantum ad primum. ℣. Respondeo quod hoc.* C.5.

Irrationabilitas.

Irrationabilitas sectarum, à Catholica fide deuiantium probatur; Tum ex stultitia Paganorum, adorantium Deos manufactos: Tum ex vilitate sordida præmij, quod promittit lex Mahometi, nempè gulam, & coitum: Tum ex ineptia cæremoniarum, quas obseruant Iudæi post aduentum Christi: Tum ex impietate Manichæorum, ponentium duos primos Deos, vnum bonum, & alium malum: Tum ex mala intelligentia Sacræ Scripturæ, quam ex ipsa detruncatam hauriunt Hæretici: Tum ex irrationabilitate diuersarum Politiarum, quas posuerunt Philosophi. *Prolog.* Q.2. *§. De sexto.* B.8.

Irregularis.

Irregularis non esset baptizans aliquem cum conscientia erronea baptizationem esse acceleraturam illi mortem, si mors sequatur, quia nulla lex Ecclesiastica, quantùm ad illud, reddit irregularem, nisi verè homicidam: Iste autem, secundùm veritatem, non est homicida; Tamen post mortem illius baptizati, stante illa conscientia, tenetur se habere vt irregularem, quia se habet tanquam homicida; Sed, cessante, vel amota illa conscientia, non oportet dispensationem petere, quia nunquam fuit irregularis. 4. D.5. Q.3. *§. Iuxta hoc. ℣. Respondeo non.* C.2.

Irregularitas.

Irregularitas est inhabilitas ad susceptionem, & executionem actuum Ordinum. 4. D.25. Q.1. *§. In ista quæstione. ℣. Tertia pœna.* D.7.

Irregularitas, & excommunicatio possunt esse publicæ, & priuatæ: Et quo ad hoc, quòd possunt esse priuatæ, sunt minus graues, quàm Depositio, & Infamia, quæ duæ semper sunt publicæ. *ibidem. ℣. Comparando.* F.12.

Irregularitas non est priuatio propriè eius, quod est habere ordinem; sed magis est impedimentum, ne quis sit capax ordinis pro tempore, quo sibi competeret, & ideo potest esse antè Baptismum: Et consequenter non rectè ab aliquibus probatur nullum posse contrahere irregularitatem ante Baptismum per hoc, quòd ante Baptismum non est homo capax ordinis, & quod tunc non posset aliquid habere priuationem, quod non est natum habere habitum. 4. D.33. Q.2. *§. Hic sunt. ℣. Sed hæc ratio.* A.3.

Irregularitatem quis possit statuere.

Irregularitatem non potest aliquis infligere toti Ecclesiæ, nisi Caput Ecclesiæ (idest Romanus Pontifex); Illud autem Capitulum De Consecr. Quibis, vbi dicitur, *Qui bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo pœnitere, nisi quòd, secundum canones, ordinari non possunt*, in quo statuitur irregularitas pro bis ignoranter baptizatis: Sicut intitulatur, accipitur ex Pœnitentiali Theodori, qui fuit Archiepiscopus Cantuariæ; Vnde, inquantum est huius Auctoris, nullum habet robur infligendi pœnam irregularitatis: Et consequenter oporteret dicere quod quodcunque Capitulum, incorporatum in corpore Decretorum à Gratiano, confirmatum sit à Papa: Vel multa capitula ibi posita non ligant totam Ecclesiam. 4. D.6. Q.8. *§. Iuxta hoc. ℣. Dico tunc.* B.2.

Irregularitatis causa non est, nisi à Statuto Ecclesiæ: Nec alia causa est quare regulariter illa pœna de homicidio perpetrato remittitur in Baptismo: Et hæc, quæ ex statuto Ecclesiæ, sequitur Bigamiam, non remittitur, nisi per Statutum Ecclesiæ, volentis illam pœnam remitti, & non illam. Ista autem ordinatio Ecclesiæ rationabilis est ex hoc, quod iste homicida non est idoneus ad ordines, nisi propter horrorem sanguinis effusi, propter quem horrorem Dauid fuit prohibitus ædificare Templum Domino. 2. Reg.7. Iste autem horror tollitur in Baptismo, quia præsupponitur quòd de lupo factus sit agnus; sicut Paulus ante Baptismum persecutor, post Baptismum factus est ouis, & Pastor. Vnde cum in Baptismo cesset causa illius inhabilitatis, debet cessare etiam effectus; Sed causa inhabilitatis in Bigamo ad Ordines non cessat in Baptismo, quia semper remanet defectus Sacramenti, idest significationis, quæ requiritur in Sacerdote, repræsentante personam Christi in comparatione ad Ecclesiam; Ideo nec ibi tollitur effectus, nisi per specialem dispensationem. 4. D.33. Q.2. *§. Desecundo. ℣. Dico ergo.* C.7.

Irregularitas ex delicto, vel quasi delicto.

Irregularitatem incurri propter celebrationem in Calice non idoneo dubium est, quia pœna illa depositionis, quæ habetur. Extr. de celebrat. Miss. cap. Vlt infligitur propter multa, scilicet, quia non vtebatur Calice debito, nec Aqua, nec Igne. Et ita dubium est si propter quodcunque istorum separatim debeat infligi depositio, quia ibi omnia concurrebant. 4. D.13. Q.2. *§. Sequitur secundum. ℣. In secundo casu.* M.17.

Irregularitas incurritur à Clerico excommunicato, vel deposito, exercente actus ordinis, quem habet; vt habetur. Extr. de Cleric. Excomm. vel Deposit. Ministr. per totum; Et hoc intellige maiori Excommunicatione, quia vt habetur ibi cap. Si celebr. licet in minori Excommunicatione celebrans grauiter peccet; nullius tamen irregularitatis notam incurrit; intellige etiam postquam sciuit se esse excommunicatum: Si enim haberet ignorantiam inuincibilem, non teneretur cauere ab actibus Ordinum; nec exercendo illos incurrit irregularitatem, vt habetur ibidem io cap. Extrà: Apostolicæ: in Gloss. 4. D.25. Q.1. *§. In ista quæstione. ℣. De quarto.* E.8.

Irregularitas censetur sequi si non seruetur pœna Interdicti, vt habetur. Extr. de Excess. Prælat. & Subd. cap. Tanta; Sed tamen illud capitulum benè posset exponi. 4. D.25. Qu.1. *§. In ista quæstione. ℣. De quarto.* E.8.

Irregularitas sequitur non seruantem suspensionem, vt habetur. Extr. de sentent. & re iudicat. Et Extr. de Sentent. Excomm. cap. Cum medicinalis. *ibidem. ℣. Sequitur etiam.* E.9.

Irregularitas incurritur ex quatuor criminibus, pertinentibus

Irregularitas ex delicto, vel quasi delicto.

tibus ad Ordines, vel actus eorum, quorum vnum est Simonia [in officio, & Beneficio], Furtum in Ordine (nempe furtiuè ordinatus), Ministerium in ordine non suscepto; & contumacia in non seruando pœnas Ecclesiasticas. *ibidem*. ♈. *Tertia pœna*. D.7.

Irregularitas ex non delicto, vel defectu.

Irregularitas sequitur seruientem. Dist.54. & Extr. de seru. non ordinand. per totum. Ratio est, quia seruus est possessio Domini; & ideo non debet ab ipso auferri, ipso inuito. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Sequitur etiam*. E.9.

Irregularitas sequitur illegitimatum. Extr. De Fil. Præsbyt. non ord. cap 1. & 2. Et ratio est, quia tales præsumuntur imitatores paternæ incontinentiæ. 4. D. 25. Qu. 1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Sequitur etiam illegitimatum*. E.9.

Irregularitas sequitur turpem, vel enormem mutilationem, vel infirmitatem; vt habetur. Extr. de corpore vitiatis non ordinandis. c. Exposuisti, & 55. Dist. Si Euangelica. Et Extr. de Cleric. debilitat. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Sequitur etiam tertium*. E.9.

Irregularitas sequitur alia duo, quæ quandoque possunt esse cum culpa, quandoque sine culpa; videlicet homicidium, & bigamia. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Sequuntur etiam duo*. E.10.

Irregularitas sequitur homicidium inuoluntarium secundum quid, vt porè, si quis non potuit euadere mortem, nisi occideret. 58. Dist. cap. de his. *ibidem*. ♈. *Si autem inuoluntarium*. E.10.

Irregularitatem simpliciter inducit Bigamia. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *De Bigamia*. F.11.

Irregularitas quomodo incurritur.

Irregularitas incurritur frequenter à Iure, quamuis posset aliquando infligi à Iudice, secundum iura. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Tertia pœna*. D.7.

Irregularitas quando non incurritur.

Irregularitatis pœna inflicta pro iteratione Confirmationis cum non reperiatur expressè in Iure Canonico; sequitur quòd non incurratur: Et hoc maximè patet, quia Constitutiones pœnales sunt restringendæ, non ampliandæ: Et si voluisset Legislator pœnam talem inflixisse pro iteratione Confirmationis, sicut Baptismi, potuisset expressisse hic, sicut ibi. 4. D.7. Q.5. §. *Respondeo*. ♈. *Aliter*. A.1.

Irregularitas, ex quo est pœna Iuris positiui, quando non infligitur [à Iure Canonico] non incurritur. 4. D. 13. Quæst.2. §. *Primo videndum*. ♈. *Sed hic potest*. I.12.

Irregularitas non incurritur propter celebrationem in Ecclesia polluta, quia non est à Iure inflicta expressè. 4. D.13. Qu.2. §. *Sequitur secundum*. ♈. *Respondeo: in nullo*. M.17.

Irregularitatem non incurrit membro mutilatus, si mutilatio non sit deformis, nèc ipse fuerit in culpa talis mutilationis; vt habetur. Dist.55. cap. Si quis à Medicis. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Sequitur etiam tertium*. D.9.

Irregularitas non incurritur per homicidium simpliciter inuoluntarium; vt potè alius irruit in gladium istius, Dist.28. *ibidem*. ♈. *Sequuntur etiam duo*. D.10.

Irregularitatem quis dispenset.

Irregularitatem, contractam per Simoniam in Ordine, & scienter, scilicet, quòd Ordinatus sciat se simoniacè ordinari, solus Papa dispensat. Extr. de Simon. cap. Nobis. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Simonia*. D.7.

Irregularitatem, quam contraxit ille, qui furtiuè ordinatus est (cum tamen ab Episcopo ordinante prohibitum sit ante ordinationem, per excommunicationem, ne quis accedat, nisi de illo Episcopatu, & prius legitimè examinatus, & receptus) solus Papa dispensare potest. 4.

Irregularitatem quis dispenset.

D. 25. Qu. 1. §. *In ista quæstione*. ♈. *De furto*. D.8.

Irregularitatem, quam contraxit furtiuè ordinatus (cùm tamen non apposita est ab Episcopo Excommunicatio contra eos, qui non sunt suæ Diœcesis, aut non examinati, & recepti &c) dispensat Episcopus. Probatur. Extrà de eo, qui furt. Ordin. suscep. cap.1. & 2. in Textu, & Gloss. 4. D.25. Qu.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *De furto*. D.8.

Irregularitas contracta per illegitimationem faciliter dispensatur; Vnde Benedictus Vndecimus eum quodam tali sine dispensatione ordinato, & in Ordinibus ministrante postea faciliter dispensauit. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Sequitur etiam illegitimatum*. D.9.

Irregularitatem, quam contraxerat quidam Religiosus, qui se ipsum mutilauit, Nicolaus quartus cum difficultate magna dispensauit. 4. D.25. Q.1. §. *In ista quæstione*. ♈. *Si autem fuerit in culpa*. D.9.

Irregularitatis ex homicidio inuoluntario secundùm quid, vt potè non potuit euadere mortem, nisi occideret, facilis est dispensatio. *ibidem*. ♈. *Sequuntur etiam duo*. D.10.

Irregularitas ex homicidio iniusto, ante Baptismum commisso, secundùm aliquos, deletur per Baptismum; Sed non illa ex homicidio iusto; Vt si Iudex iustè occidat: Sed irrationabiliter hoc dicunt; quia tunc melior esset conditio peccantis, quàm non peccantis in simili actu. 4. D.33. Q.2. §. *De secundo*. ♈. *Hoc concedit*. B.4.

Irregularitas si esset necessariò in Bigamia (ante Baptismum, & per ipsum non delebilis) ex hoc, quod non est peccatum, nec pœna peccati, Ecclesia non posset istam irregularitatem tollere, quia non potest tribuere Bigamiæ quòd sit ex se peccatum, vel sequela peccati. *ibidem*. ♈. *Præterea si ex ista*. B.5.

Irregularitas Bigamiæ si esset ex aliquo priori, quàm ex statuto Ecclesiæ, Ecclesia non posset ibi dispensare, cuius oppositum habetur Dist.34. cap. lector. Vbi Papa Martinus concedit lectorem, qui duxit Viduam, posse in Subdiaconum promoueri, & non vltra. Sed Glossa dicit ibi quòd Papa dispensat contra Apostolum 1. Timot. 3. *Vnius Vxoris Virum &c*. Et dicit, Innocentium tenere contrarium, quia non licet dispensare cum Bigamo: Vt hic. Extr. de Bigam. cap. nuper. Et idem Martinus hic dicit. Dist.50. cap. Si quis Viduam. Lucius tamen dispensauit cum Panormitano Episcopo, qui fuit Bigamus. Sed quædam Glossa ista concordat; scilicet, quòd in primitiua Ecclesia subdiaconatus non erat Ordo Sacer; & ideo Martinus concessit Bigamum fieri subdiaconum, sed non vltra ascendere. Dispensationem, contra Glossam istam, cuiusdam, qui dicebatur Nicolaus Furiosus habent aliqui libri Dist.50. Quidquid sit, hoc saltem tenet Ecclesia nec ad Diaconatum, nec ad Sacerdotium cum Bigamo dispensare licet: Nec factum Lucij quantùm ad Episcopum Panormitanum reprobatur in hoc, quasi fecerit aliquid, quod facere non potuerit: Sed quod hoc non decuit nisi ex magna causa. 4. D.33. Qu.2. §. *De secundo*. ♈. *Contra istis irregularitas*. B.6.

I S A

Isaac.

Isaac Gen.27. benedicens per errorem personæ Iacob, putans esse Esau, sicut ibi subditur post egressum Iacob, & ingressum Esau, *stupore vehementi, & plusquàm dici potest expauit, & quis ergo &c*. & tunc subiunxit, benedixi ei, eritque benedictus. Vbi ex textu habetur quòd raptus fuit in illa admiratione vehementi, & in ea vidit Iacob esse iustè benedicendum: Et ita licet illam benedictionem primò ab homine, & ab humana cautela extortam dedisset, tamen in extasi postea à Spiritu Sancto approbatam pronunciauit tanquam firmam, subiungens; *eritque benedictus*. 4. D.30. Q.1. §. *Ad primum*. ♈. *Ad secundum*. E.7.

I V D

Iudaicus.

Iudaicus populus fuit rudis, & pronus ad Idololatriam, ideo indiguit instrui per legem de vnitate Dei, Tt 2 licet

Iudaicus.

licet per rationem naturalem poterat demonstrari. 1. D. 2. Qu. 3. *§. Ad illa, quæ sunt.* B. 7.

Judas.

Judas Matth. 27. peccauit contra Spiritum Sanctum, peccato scilicet impœnitentiæ finalis, ortæ ex desperatione; & est peccati huius assignatio, de quo dicit Augustinus. lib. 1. de Serm. Dom. in mont. *Iudas desperans facilius cucurrit ad laqueum, quàm humiliatus veniam peteret.* 2. D. 43. Qu. 1. §. *Respondeo hic primò.* ℣. *Dico tamen breuiter.* C. 6.

Judas non pænituit cum circumstantia finis, idest ex dilectione Dei; & ideo eius pœnitentia non fuit ordinata, nec per consequens fructuosa. 4. D. 14. Qu. 1. §. *Ad argumenta.* ℣. *Ad tertium.* Y. 19.

Iudæorum errores.

Iudæi nouum testamentum damnant, quod in suo veteri promittitur, vt ostendit Apostolus ad hebræos. Insipide sunt etiam eorum cerenoniæ sinè Christo. Christum etiam aduenisse, & ita nouum testamentum, ab eo principaliter promulgatum, sicut authenticum fore recipiendum prophetiæ eorum ostendunt. *Prolog.* Q. 2. *§. De sexto scilicet.* B. 8.

Iudæi inordinata affectione, & distorta afficiebantur ad legem suam; nec permittebant curari homines in Sabbatho: Et tamen extrahebant ouem, vel bouem de puteo in Sabbatho, & multa alia. 3. D. 20. Qu. *Vnica.* §. *Tunc ad quæstionem.* D. 10.

Iudæus posset inuestigare sensum literæ Sacræ Scripturæ, & conclusiones ex eo deducere, sicut ego. 3. D. 24. Qu. *Vnica.* § *Contra hæc.* A. 7.

Iudæi peruertentes Scripturam (scilicet Leuit. 19. *Diliges amicum tuum*) arguunt hoc (*putà odire inimicum*) per locum à contrario sensu, & ita seruabant. Quod autem malè intellexerint probat Saluator. *Si enim tantum diligitis eos; qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Sic etiam malè intellexerunt in pluribus alijs locis, sicut patet de illo præcepto, *Honora Patrem tuum, & Matrem:* De quo redarguit eos Saluator, quia interpretabantur, quòd si quis offerret substantiam suam in Templo, & non daret Patri egenti, quod seruat præceptum, quia Deus est Pater spiritualis; Sed Deus hoc reprobat. Irritum, inquit, fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. 3. D. 30. Qu. *Vnica* §. *Ad primum.* ℣. *Ad auctoritates.* H. 14.

Iudæi ante passionem Christi.

Iudæi in veteri testamento ex charitate obseruantes Sacramenta impropriè dicta meruerunt gratiam, vel augmentum eius, si eam iam habebant; Sed non propter hoc illa erant propriè Sacramenta; Sacramentum enim ex virtute operis operati confert gratiam, ità quod non requiritur ibi bonus motus interior, qui mereatur gratiam; Sed sufficit quòd suscipiens non ponat obicem; Sed in illis actibus non conferebatur ex hoc solo, quod offerens non poneret obicem; sed tantùm conferebatur ex virtute boni motus interioris, tanquam meriti. 4. D. 1. Qu. 6. §. *De potentia verò.* ℣. *Tertiò propter.* I. K. 10.

Iudæus aliquis si ante passionem ad prædicationem Christi, vel Patri paruulum suum baptizasset, & non circumcidisset; si paruulus fuisset mortuus saluatus fuisset; quia recepit gratiam in Baptismo: à prima enim institutione Baptismus contulit gratiam. 4. D. 3. Qu. 4. §. *De secundo.* ℣. *Contra primam.* F. 8.

Iudæus ante octauum diem potuit baptizare paruulum, & ea quo ille habuit iam remedium contra originale, & hoc credidit Pater, (nam credidit Baptismum efficacem ad hoc, vt præsupponitur) tunc videtur quòd non tenebatur necessariò prouidere paruulo de alio remedio; Vnde non videtur verum quòd Pater, concesso quòd sufficeisset Baptismus, peccasset non circumcidendo paruulum suum. 4. D. 3. Qu. 4. §. *De secundo principali.* ℣. *Contra, quia.* F. 8.

Iudæi ante passionem Christi.

Iudæus si obtulisset Patri Christum nolentem, vel non volentem, non fuisset ista oblatio ita accepta à Patre, sicut quando Christus sponte se obtulit; imo non fuisset accepta; iuxta illud Ecclesiastici. 34. *Qui offert Sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu Patris.* *Quodl.* Qu. 20. §. *De tertio autem.* ℣. *Et dici potest.* O. 21.

Iudæi post passionem Christi.

Iudæi post mortem Christi vsque ad promulgationem legis Euangelicæ, necessitatis Baptismi, & reuocationis Circumcisionis, tenebantur circumcidere proprios paruulos, quia nullo modo constabat eis ante istam promulgationem de illius reuocatione; non autem contulit eam quis paruulo, nisi vt vtilem, & necessariam sibi ad salutem, quia tenebatur ponere spem in ea, sicut prius. 4. D. 3. Qu. 4. *§. De secundo.* ℣. *Item post mortem.* F. 9.

Iudæo, & inter Iudæos licuit legem seruare pro toto tempore Circumcisionis, pro quo scilicet non erat vtilis, nec necessaria, quamuis licita, idest post promulgationem Euangelij vsque ad illud tempus, quo Paulus circumcidit Timotheum, & purificauit se in Templo, quartodecimo, vel quinto decimo anno post passionem, & verosimiliter benè vltrà. 4. D. 3. Qu. 4. §. *Quantum ergo.* ℣. *Breuiter ergo.* M. 17.

Iudæi conuersi toto tempore à promulgatione Euangelij vsque ad quintum annum Neronis, scilicet vsque ad trigesimum annum à passione Christi, ad quem annum historica scriptura, nempè Actus Apostolorum producit Ecclesiam, obseruabant legem. *ibidem.* ℣. *Respondeo, quod tempus.* M. 17.

Iudæorum, & Infidelium paruulos si Princeps, inuitis parentibus, baptizari faceret cum cautela bona, scilicet ne parentes, priùs cognoscentes hoc futurum, occiderent pueros suos, & quòd baptizatos educare faceret religiosè, benè fieret; imò, quod plus est, crederem religiosè fieri, si ipsi parentes cogerentur minis, & terroribus ad suscipiendum Baptismum, & ad conseruandum postea susceptum: Quia esto quòd ipsi non essent verè fideles in animo; Tamen minus malum esset eis non posse impunè legem suam illicitam seruare, quam posse eam liberè seruare. Item filij eorum, si benè educarentur, in tertia, & quarta progenie essent verè fideles. 4. *D.* 4. Qu. 9. § *Paruulis.* ℣. *Sed hæc ratio.* A. 2.

Iudæi in fine Mundi conuertendi sunt, secundùm Prophetiam Isai. cap. 9. quam recitat Paul. Roman. cap. 10. *Reliquiæ Israel conuertentur* in fine. 4. D. 4. Qu. 9. *§. De paruulis.* ℣. *Et si dicas, quòd secundum.* A. 2.

Iudæi in fine, tempore Antichristi, erunt peruertendi, quia adhærebunt illi pessimo Antichristo, ex Prophetia Christi. Ioann. 5. quæ est indubitanter vera. *Ego*, inquit, *veni in nomine Patris mei, & non accepistis me; Si alius venerit in nomine suo, illum suscipietis. ibidem.*

Iudæi, & si visa destructione Antichristi, cui adhæserint, conuertentur, tamen pro tàm paucis, & sic tardè conuertendi, non oportet Iudæos in tot partibus Mundi tantis temporibus sustinere in lege sua perdurare; quia finalis fructus de eis Ecclesiæ est, & erit modicus: Vnde sufficeret aliquos paucos in aliqua Insula sequestratos permittere legem suam seruare, de quibus tandem Prophetia Isaiæ impleretur. 4. D. 4. Qu. 9. §. *De paruulis.* ℣. *Et si dicas, quòd visa.* B. 3.

Iudex

Iudex non est aliquis alicuius, in cuius (scilicet iudicandi) voluntate est iudicari ab isto Iudice, vel non iudicari; tunc enim iste nullam auctoritatem iudicandi haberet, si iste possit iudicari, si voluerit; & non iudicari, si noluerit. Ad quid enim est potestas iudiciaria apud aliquem, nisi vt ius dictet in illum, qui tenetur parere iuri. Tantummodo enim iudicare per modum punitionis, si tu velis, non est Iudicare. 4. D. 17. Qu. *Vnica.* *§. In ista quæstione.* ℣. *Primo sic.* F. 12.

Iudicem,

Iudex.

Iudicem, inquit Augustinus, oportet non solùm timere, sed etiam diligere: Arbitrij enim libertatem quærit, vt delere possit commissa, non necessitatem; Charitatem non timorem; non igitur timeat qui pænitet, sed anxietur pro gloria. 4. D.20. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Secundo: ad hoc*. C.5.

Iudex Deus.

Iudici Deo esto quòd detur consonum notis naturaliter, quod debeat culpa accusari (vt eam vt Iudex possit iudicare), & ab ipso peccante, quia ipse solus scit: Ex omnibus tamen istis non sequitur nisi quòd peccator debeat Deo confiteri: Et concedo fuisse de lege naturæ confessionem talem, idest consonam ex veris notis ex lege naturæ. 4. D.17. Q.Vn. *§. In ista quæstione*. ℣. *Ad rationem*. E.7.

Iudex æternus in Iudicio vniuersali, vt ab aliquibus conijcitur, fortè descendet inferius in aere, in quo fuit in Transfiguratione, vel in quo transfiguratus est coram Apostolis, in qua Transfiguratione ostendit signum gloriæ futuræ. 4. D.47. Q.1. §. *De loco*. H.7.

Iudex Ecclesiasticus.

Iudex, promouens aliquem ad ordines, dignitates, & similia, etiam indignum, pro quo iurant testes, vbi est consuetudo approbata Testes non iurare, nisi de credulitate, & cum illa cautela, *Quantum finit humana fragilitas*, non peccat; quia consuetudo est quòd talis testificatio de credulitate sufficiat; Hic enim fauor ampliatur, & odium restringitur, iuxta illam regulam iuris; quia in condemnabilibus oportet Testem iurantem strictè dicere veritatem, & hoc certam; quia aliter non esset propter eam sententia condemnationis ferenda. Ad sententiam verò, quæ fertur in fauoribus, sufficit iuramentum de credulitate; potissimè vbi est talis consuetudo, vel lex positiua in Collegio iurare de credulitate, quia, propter veritatem sic testificatam, Præsidens potest promouere ad talem gradum. 3. D.39. Qu.Vn. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Respondet Deus*. F.7.

Iudex nullus in Ecclesia, vel Legislator interpretaretur præceptum suum esse seruandum in eo casu, in quo vrgeret contra præceptum legis naturæ, vel Diuinum. 4. D. 5. Q.2. §. *Hic distinguitur*. ℣. *Et per hoc*. A.4.

Iudex Criminalis.

Iudex in Causa criminali potest iustè sententiare contra proximum; Et velle effectum sententiæ illius, qui effectus est occisio Rei. 3. D.30. Q.Vn §. *Respondeo*. ℣. *Sed de vita*. B.6.

Iudex criminalis, in casu, quo sententiet, non debet absolutè velle mortem proximo corporalem. Imò magis, quantum in se est, debet nolle. 3. D.30. Q.Vn. §. *Respondeo*. ℣. *Quantum ad hoc*. C.7.

Iudex, & Actor tenentur in causa nolle Reum esse Reum, ex suppositione criminis. Tenetur etiam patiens persecutionem Tyrannorum nolle eos esse Tyrannos contra Ecclesiam. Tenetur etiam finaliter malum, vel reprobum velle non esse talem: Et ideo si ponantur opposita istorum, potest velle sibi potiùs mortem, tamen eum quadam tristitia, quod non est simpliciter velle. Velle autem conditionatum sufficit ad causandam tristitiam, si oppositum veniat. *ibidem*. ℣. *Quantum ad hoc*. D.9.

Iudex si sciat quòd ex consuetudine Testes non testificantur sub iuramento, nisi de credulitate; tunc non debet ferre sententiam, qualis ferenda esset, si culpa esset simpliciter probata coram eo. Scit enim ex consuetudine culpam non esse sufficienter probatam coram eo, vt tali pœna puniatur. 3. D.39. Q.Vn. *§. Quantum ad secundum*. ℣. *Respondet Deus*. E.5.

Iudex constitutus à Principe si ferrat sententiam, sententia tenet: prius autem non tenuisset, quia sententia à non suo Iudice lata est nulla ipso iure. Nec tamen ille Iudex, nec ille Ciuis habet aliquam formam absolutam realem, nec fortè relatiuam, nisi tantùm rationis, quàm priùs non habebat: Per illam enim relationem rationis, qua ipse à Principe instituitur Iudex, voluntas Principis ratificat sententiam ab eo latam; & vult eam obseruari: Non autem ratificat sententiam alterius non constituti Iudicis, nec vult illam obseruari. Et ita iste per illam habitudinem ad voluntatem Principis habet potestatem ministerialem respectu Principis, vt principalis agentis, ad aliquem actu conuenienter exequendum ministerialiter; quem sine tali relatione non posset conuenienter exequi. 4. D.6. Q.10. §. *Hic dicitur*. ℣. *Tertia etiam ratio*. E.7.

Iudicandus.

Iudicandus est reus ab alio; & quod sit consonum notis naturaliter, conceditur; Sed quis est ille alius? Non est notum per rationem naturalem, nec per aliqua consona rationi naturali, nisi de eo, qui est retributor meritorum, & punitor peccatorum. 4. D.17. Q.Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Ad illam rationem*. D.7.

Iudicare.

Iudicare tantummodo per modum punitionis si tu velis, non est iudicare. 4. D.17. Q. Vn. §. *In ista quæstione*. ℣. *Primò sic*. F.12.

Iudicare non potest [*Deus*] *nisi sibi fiat accusatio*. Potest negari, quia ipse peccata nouit, etiam antequam fiant, sine omni accusatione. *ibidem*. ℣. *Ad rationem illam concedo*. E.7.

Iudicare est ius, vel iustum dictare. Primum autem iustum oportet esse perfectissimum, & ita iustissimum; & per consequens primum iudicium est primi iusti. 4. D. 19. Qu. Vnic. §. *Hæc secunda quæstio*. ℣. *Prima soli Deo*. A.4.

Iudicare est Præsidentis, iuxta illud Apostoli, Roman. c.4. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?* Primus autem Præsidens non potest esse nisi solus Deus: Vnde sicut non potest alij communicare Diuinitatem, sic nec primam potestatem iudicandi; nec per consequens clauem simpliciter principalem aperiendi Cœlum. *ibidem*.

Iudicatur vnusquisque inquantùm persona priuata, & finaliter quando est in termino viæ sibi præfixæ: Sed in quantum est pars familiæ, deputatæ pro Aula cælesti, vel pro carcere Infernali, iudicabitur cum alijs in nouissimo die, iuxta quod intelligitur Nahum. cap. 1. *Non puniet Dominus bis in idipsum*. Et Augustin. ad Hesichium. *In quo quem inueniet vltimus eius dies, in eo inueniet eum vltimus [illegible] dies*. 4. D.47. Q.1. §. *Ad primum argumentum*. ℣. [illegible] I.8.

Iudicare [illegible] non competit nisi naturæ intellectuali, [illegible] intellectus non subordinatur alicui alteri in iudicando: nec eius voluntas subordinatur alicui in volendo. & hoc efficaciter, quod potest dici in imperando ipsum volitum sic, quod ad illud imperium sequatur effectus. 4. D.48. Q.1. §. *Ad quæstionem*. D.7.

Iudicare potest accipi non omninò principaliter, sed commissariè, vel subauthenticè excellenter, excellentia singulari, quasi scilicet non posset esse alia auctoritas commissaria superior: Et hoc modo concedo quòd Christus, secundùm naturam humanam, animam iudicat. *ibidem*. ℣. *Alio modo*. E.8.

Iudiciale.

Iudicialia præcepta nulla imposuit Christus in lege sua Euangelica. 3. D. 40. Qu. Vnic. *§. Onera*. ℣. *Quantum*. D.6.

Iudicialia præcepta manent in lege Euangelica, non in se, sed in æquipollenti, quantùm ad finem; Finis enim iudicialium erat pacifica cohabitatio hominum: Mores autem Euangelici plus valent ad pacificam conuersationem, quàm lex Talionis; Magis enim seruatur pax si non percutias percutientem, quàm si oculus pro oculo, & dens pro dente reddatur: Vnde breuiter, nullum iudiciale legis Mosaicæ, quia illius legis, ligat nunc. 4. D.3. Q.4. §. *Ad argumenta principalia*. O.19.

Iudicialia multa à Decretalibus fomentur ex iudicialibus legis Mosaicæ, vt patet. Extr. de Iniur. & damnat

Iudiciale.

dat. cap. 1. & sequentibus: Quæ omnia sumuntur ex Erodo cap. 22. & 23. & seruanda sunt hodie vt iura Canonica, non vt in lege Mosaica. 4. D. 15. Q. 3. §. *De secundo: damnificans*. ℣. *Respondeo: lex*. D. 4.

Iudicialia dedit Deus in lege Mosaica, nec fuit fatuus vt daret illa iudicia contra rationem: imo, legendo leges Imperiales Codicis, multa inueniuntur satis consona multis iudicijs legis Mosaicæ: Et licet dederit aliqua valdè dura, quæ non oportet in Euangelio seruare, tamen multa dedit rationabilia valdè pro statu quocunque in hac Vita mortali: Et ideo, si ista statuantur à Legislatore obseruanda pro quocunque tempore, iustè statuuntur. 4. D. 15. Q. 3. §. *De secundo: damnificans*. ℣. *Sic in proposito*. E. 5.

Iudicium vt actus rationis.

Iudicium est de particulari agibili: Vsitatè enim non dicimus de principijs practicis, siuè de legibus statutis esse iudicium. 1. D. 41. Qu. Vn. §. *Ad primum in oppositum*. F. 15.

Iudicium generaliter accipitur pro quacunque certa notitia; & illo modo sensus etiam distinctè apprehendens obiectum, vel distinguens obiectum ab obiecto, vbi requiritur fortè magis distincta apprehensio, dicitur iudicium, Vnde 2. de Anim. Tex. 145. dicitur sensus communis iudicare de sensibilibus diuersorum sensuum. 4. D. 47. Q. 1. §. *Respondeo*. A. 3.

Iudicium dicitur vno modo certa apprehensio intellectualis etiam quæcunque: Et hoc modo diffinitiua cognitio de aliquo potest dici iudicium de veritate illius, iuxta illud, 1. Ethic. cap. 5. *Vnusquisque benè iudicat, qui cognoscit*, & est bonus Iudex. *ibidem*.

Iudicium magis propriè dicitur de aliquo vero complexo, quia, secundùm Augustinum, 3. de liber. arbitr. *Nullus iudicat de regulis æternis, sed secundùm eas de alijs*. Vnde iudicium est certa apprehensio de aliquo per aliud. Omne verum complexum apprehenditur esse verum per aliud, quia si est immediatum, adhuc iudicatur verum per rationes terminorum, secundum Philosophum 1. Poster. Tex. 6. *Principia cognoscimus, inquantum terminos cognoscimus*. *ibidem*.

Iudicium magis propriè dicitur de vero complexo, quod est conclusio, quàm de vero complexo, quod cognoscitur per terminos: Quia de conclusione iudicatur nedùm per terminos, sed per principia. 4. D. 47. Q. 1. §. *Respondeo*. A. 3.

Iudicium specialiùs dicitur de conclusione practica, quàm speculatiua; quia iudicium est dictamen intellectus practici, consonum iustitiæ; Iustitia autem non respicit speculabilia, sed operabilia. 4. D. 47. Qu. 1. §. *Respondeo*. B. 4.

Iudicium vltra generale de conuenientia actus Agentis, quod est communiter Agentis per cognitionem, siue sine cognitione, sunt aliqua, quæ, secundùm iudicium speciale, agunt ex cognitione intrinseca sibi, & quædam cum cognitione sensitiua tantùm, quæ aliquo modo apprehendunt conuenientiam obiecti, siuè iudicent de conuenientia actus, siuè non; saltem non transcendunt bonitatem naturalem. *Quodl.* Quæst. 18. §. *De primo*. E. 4.

Iudicium intellectus omne incipit ab aliquo certo. Primum autem iudicium de conuenientia actus in se, & cum Agente non potest præsupponere aliquam conuenientiam, dictatam ab illo intellectu, quia tunc non esset primum, & per consequens præsupponitur aliquod certum, & non ab intellectu iudicatum; & huiusmodi est natura Agentis, & potentia secundùm quam agit, & ratio quidditatiua actus: ex ratione enim illorum quidditatiua concluditur hunc actum esse conuenientem huic Agenti secundum istam potentiam, vel disconuenientem nullo præsupposito, nisi rationibus istorum terminorum. *Quodl.* Q. 18. §. *De primo*. ℣. *Quod autem*. F. 5.

In iudicio primo intellectus, quod præcisè accipitur ex natura operantis, & potentiæ operatiuæ, & ipsius actus, non est inconuenientia, hoc est indebita, seu inordinata connexio; Sed disconuenientia, hoc est impossibilitas absoluta conueniendi alicuius actus ad aliquod Agens, vt *tangere* homini secundum potentiam intellectiuam, vel *intelligere* bruto. *ibidem*.

Iudicium vt actus iurisdictionis.

Iudicium primum non potest competere nisi primo iusto; quia iudicium non potest esse perfectum, nisi sit iustum, iuxta illud Psal. 118. *Feci iudicium, & iustitiam*. 4. D. 19. Qu. Vn. §. *Hæc secunda quæstio*. ℣. *Prima soli Deo*. A. 4.

Iudicium vno modo dicitur, quando lex non tantùm determinat agenda, & fugienda, sed etiam determinat præmia reddenda benemeritis, & supplicia malemeritis, vt ex amore præmiorum alliciantur ad benè agendum; & à timore pænarum, vel suppliciorum retrahantur à male agendo. 4. D. 47. Q. 1. §. *Respondeo*. B. 4.

Iudicium magis propriè accipitur determinatio certa de præmijs, vel supplicijs reddendis, quàm de alijs veritatibus practicis; Illas autem veritates licet quilibet posset ex principijs practicis elicere, & sic quasi ratiocinando iudicare; tamen adhuc strictiùs iudicium accipitur, prout pertinet ad habendam auctoritatem determinandi; iuxta illud. Extr. de Senten. cap. Si non &c. Et in Regul. Iur. *Sententia à non suo Iudice lata nulla est*. 4. D. 47. Q. 1. §. *Respondeo*. B. 4.

Iudicij completissima ratio stat in hoc, quod est completa determinatio, & authentica reddendi alicui secundùm merita sua. *Completa*, inquam; quia includit determinationem firmam intellectus; & determinationem voluntaris efficacem, hoc est voluntatia, intendentis secundùm determinationem intellectus retribuere; & hoc est quod specificatur per illud *Authentica*; quia per hoc intelligitur quòd sit illius, qui secundum suam voluntatem efficacem potest determinationem intellectus, & voluntatis perducere ad effectum. 4. D. 47. Q. 1. §. *Respondeo*, C. 4.

Iudicium quotuplex.

Iudicium in genere diuiditur in approbatiuum, & condemnatiuum. Nam Iudici possunt esse manifesta aliqua, ex quibus sequitur in particulari illum esse præmiandum, quia benè meruit; vel puniendum, quia malè meruit. Et prima secundùm est approbatiua; secunda condemnatiua. 4. D. 47. Q. 1. §. *Respondeo*. ℣. *Ex hoc apparet*. D. 4.

Iudicium principale est perfecta, & prima determinatio eius, quod est reddendum alicui secundùm merita: Et ista perfecta determinatio includit completum dictamen intellectus, quod hoc (verbi gratia *Vita æterna*) sit reddendum; & completam determinationem voluntatis per velle efficax, sufficiens ex se ad executionem illius determinati. 4. D. 48. Qu. 1. §. *Hic dicitur*. ℣. *Contra primam conclusionem*. A. 4. & §. *Ad quæstionem*. D. 7.

Iudicium secretum, vel particulare.

Iudicijs in secretis, quæ fiunt circa singulas personas, licet sit iustitia, non tamen est omnibus manifesta; Vnde rationabile est quod Deus habeat aliquod iudicium generale, in quo manifestetur sententia, vel iustitia, quam exercet in iudicijs particularibus. 4. D. 47. Q. 1. §. *De secundo*. ℣. *Secunda congruentia*. E. 5.

Iudicium Sacramentale.

Iudicium Sacramentale latum sine errore Deus ratificat in Cœlis, quod est irreuocabile; Vnde rationabile est quòd sic ratificetur, quod sit iterabile: Non dico quòd illicitum, vel impossibile sit iterari; Sed tamen cum fructu illo, quem nunc habet, non est iterabile: Et ideo mirum non est si secunda absolutio peccat; iam remissi per primam absolutionem, nullam partem pœnæ temporalis peccato debitam remittat. 4. D. 19. Q. Vn. §. *Ad argumenta*. *Ad primum concedo*. ℣. *Videtur probabilius*. G. 31.

Iudi-

Iudicium vniuersale, siuè extremum.

Iudicium erit vniuersale, propriè accipiendo iudicium, & secundùm vtrumque diuisionis eius membrum, scilicet approbatiuum, & condemnatiuum, ad quod non potest haberi demonstratio; quia minùs notum est, quàm Resurrectio; & tamen Resurrectio demonstrari non potest. 4.D.47.Qu.1.*§.De secundo*. E.58.

Iudicio vniuersali aliquid erit præuium, videlicet innotescentia meritorum, vel demeritorum, propter quæ feretur sententia talis, vel talis: Et aliud complexiuum, scilicet latio sententiæ, & executio illius, licet possint distingui latio, & executio. 4.D.47.Qu.1. *§. De tertio*. E.6.

Iudicium vniuersale, si erit ibi disceptatio vocalis, vel prolatio sententiæ vocalis, erit in tempore: Si autem erit in instanti; oportet quòd vtrumque sit tantùm mentale; vel (quod magis videtur consonare Euangelio) quòd disceptatio erit vocalis, & prolatio sententiæ sine disceptatione manifestetur singulis subitò, vel in paruo tempore, vel in mano. 4.D.47.Qu.1.§. *De quarto*. H:7.

Iudicij vniuersalis locus dicunt aliqui quòd erit in Valle Iosaphat secundùm illud Iohelis. 3. *Adducam omnes gentes in Valle Iosophat*. Sed planè vult Apostolus quòd boni rapientur obuiam Christo in aera; mali relinquentur in terra; & boni non erunt in Valle Iosaphat, mali fortè erunt ibi, vel in circuitu in tanto loco, quantus poterit eos capere: Fortè etiam conijcitur ab aliquo, quòd Iudex descendet inferiùs in aere, in quo fuit in Transfiguratione; vel in quo transfiguratus est coram Apostolis, in qua Transfiguratione ostendit signum gloriæ futuræ. 4.D.47. Qu.2.§.*De tertio*. ℣. *De loco autem*. H.7.

In iudicio generali Perfecti quidem quantùm ad disceptationem præcedentem sententiam non iudicabuntur; Sed nec ipsi, nec alij iudicio pertinente ad eos, vt priuatas personas; sed in eo, quod dicitur, *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum*, omnes filij Regni iudicabuntur iudicio generali, vt hæredes illius Regni. Similiter infideles, quantùm ad disceptationem præuiam non iudicabuntur iudicio generali; sed in illo, *Ite maledicti &c.* 4.D.47. Qu.2.§. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundum*. L.8.

In iudicio generali accrescet gaudiũ vnicuique electo, vltra illud, quod habent in iudicio particulari, quia quilibet gaudebit de integritate suæ Ciuitatis: Et accrescet aliquod supplicium cuilibet damnato, vltra supplicium partiale sibi taxatum, quia integritas, vel repleti carceris vnumquemque incarceratum angustat. 4.D.47.Qu.1.§. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundum*.I.8.

In iudicio vniuersali Christus à Beatis videbitur in illa forma gloriosa; Iam enim in iudicio Beati erunt quicunque electi, etiam in corpore; sed de malis est difficultas: Potest dici quòd non videbunt illam formam gloriosam, imò nullam; Et tunc oportebit èxponere illud, *Videbunt in quem transfixerunt*: Vel videbunt Christum in corpore glorioso, nec ex hoc sequetur aliqua delectatio. 4.D.48.Qu.1.§. *Ad argumenta*. ℣. *Ad aliud dico*. H.11.

Iudicium vniuersale differri post creationem Mundi ad triginta sex millia annorum non est probabile. 4.D.48. Qu.2.§. *Ad quæstionem*. ℣. *Ad quartum*. L.14.

Iudicium Dei.

Iudicia Dei in negotio prædestinationis scrutantes, vt præsumptuosos reprehendit Apostolus, Roman. 9. inquirentes, illa, quorum non sunt capaces: Non autem propter inopiam reddendæ rationis, saltem in communi, licet in particulari nesciatur quòd malum præuidet Deus in isto, propter quod reprobet eum. Et in istis specialibus peccatis præuisis est altitudo diuitiarum, & sunt iudicia imperscrutabilia.1.D.41.Qu. *Vnica. §. Ad primum in oppositum*. F.15.

Iudicium Dei non est de bonis, inquantum eos prædestinat; iudicium enim est de aliquo facto, vel præuiso; sed de malis, licet non sit iudicium de facto, quia non peccauerunt, potest tamen condemnatio dici iudicium de eis in præscientia Dei, vbi dicuntur mali, 1.D.41.Qu.*Vnica.§.Ad primum in oppositum.℣. Et si contra*.G.15.

Iudiciorum Dei inscrutabilitas potest referri ad malos, ex parte quorum ponitur aliqua ratio, licet illæ rationes, propter quas quasi ex parte diuersorum, propter quas quasi ex parte eorum feruntur iudicia, sint inscrutabiles, & per hoc iudicia inscrutabilia. 1. D. 41. Qu. *Vnica. §. Ad primum in oppositum. ℣. Et si contra*.G.15.

Iudicia Dei iusta sunt semper, licet occulta. *Quodl.* Q.21. *§. Quantum ad primum*. ℣. *Sed secundum*. S. 16.

Iudith.

Iudith in ijs, quæ dixit Holopherni, dicitur ab aliquibus, quòd in nullo mentiebatur, quia verba illa excessiua, quæ dixit, non dixit Holopherni, sed Deo; Non tenebatur autem necessariò loqui secundùm intentionem recipientis, sed poterat loqui secundum propriam intentionem loquentis. Sed hoc posito nihil videtur certum in humana loquela; nec aliquis videretur habere certitudinem de loquela proximi loquentis; saltem nullus videretur mentiri quidquid dicat in secunda persona, dumtamen illud posset verificari dirigendo illud in Deum, & non ad extraneum. Quòd si tenear tibi Prælato dicere verum, & non extraneo, tunc non dicendo tibi verum, possum esse inobediens, vel mentiens: Non dicendo autem extraneo, non ero inobediens, vel mentiens; Sed non videtur quomodo sim plus mentiens loquendo tibi, quàm alteri. Sic igitur verba ista excessiua dicta ibi non videntur rationabiliter posse saluari aliquo modo. 3.D.38. Qu. *Vnica.§.Ad argumenta.℣.Ad illud de Iudith*. H.15.

Iudith nõ videtur magnum inconueniens fuisse mentitam officiosè Genti suæ, sed perniciosè illi, cuius mortem intendebat: Ista tamen officiositas præfertur illi perniciositati, quia bonum Reipublicæ, maximè colentis Deum, præfertur bono temporali priuatæ personæ, maximè infidelis. 3.D.38.Qu.*Vnica.§.Ad argumenta*. ℣. *Ad illud de Iudith*. H.15.

Iudith se ornauit ea intentione, vt Holophernes caperetur in conspectu suo, & hoc volendo ipsum velle peccare secum mortaliter: Et velle alium velle peccare mortaliter est peccatum mortale. Vnde non videtur omnino certum quòd excusata sit ab omni peccato mortali: Et licet factum eius narretur in Scriptura, & recitetur in Ecclesia tanquam laudabile, quantum ad aliqua, quæ erant ibi religiositatis, aliqua tamen ibi annexa, nec laudantur, nec licent. 3.D.38. Qu.*Vnica. §.Ad argumenta*. ℣. *Huic etiam*. H.15.

Iudith verba excessiua, dicta Holopherni, & cæteris, non videntur rationabiliter posse saluari aliquo modo à mendacio. 3.D.38.Q.*Vnica.§.Ad argumenta.℣.Huic etiam*.H.15.

I V R

Iuramentum.

Iuramentum est assertio dicti humani, quòd ipsum sit verum, & hoc vltimatè, iuxta illud Apostoli ad Hebræos. cap.12. *Omnis controuersiæ finis est iuramentum*. 3.D.39. Qu.*Vnica.§.In ista quæstione*. A.2.

Iuramentum habere frequenter in ore est periculosum, quia in multis sermonibus sine iuramento non peccaret; vbi addito iuramento peccat, & grauiter, si fiat ex deliberatione; propter quod vtile est documentum illud. Matth.5. *Sit sermo vester est, est; non, non*. 3.D.39.Qu.*Vnica.§.Quantum ad secundum.℣.Potest dici*. H.8.

Iuramentum maximum, cæteris paribus, est iurare per Deum, quia per nihil aliud licitè iuratur, nisi inquantum in eo speciali modo habitat Deus, vel est. Putà *per Euangelium*, quia in eo specialiter relucet Deus; *per Cælum*, quia ibi speciali modo habitat Deus; *per Ecclesiam*, quia ibi speciali modo colitur Deus. 3.D.36.Qu.*Vnica.§. Ad primum argumentum.℣.Ad aliud*. P. 13.

Iuramenti firmitas addita sponsalibus per consensum, & de futuro, licet magis certificet, non tamen exit certitudinem, & firmitatem sponsalium. 4.D.28. Qu. *Vnica.§.Ad primum argumentum*. ℣. *Ad tertium*. C.4.

Iuramentum quotuplex.

Iuramentum est duplex, nempè assertorium, & promissorium, vtrumque tamen est obligatorium. 3. D.39.Q.Vn. §.*De tertio articulo*. ℣. *In futuris*, I.9.

Iuramenti duæ species, assertorium scilicet, & promissorium, assimilantur duabus speciebus obligationis in sophismatibus, nempè positioni, & petitioni: Positio obligat ad sustinendum positum tanquam verum: Petitio ad exequendum petitum in facto. 3.D.39.Q.Vn.§.*De tertio articulo*. ℣. *Et assimilantur*. I.9.

Iuramentum promissorium, vel obligatorium est quadruplex, scilicet dolosum; incautum; coactum; & carens istis tribus conditionibus indebitis, *ibidem*. ℣. *Quantum ad periurium promissorium*. K.10.

Iuramentum assertorium.

Iuramento assertorio obligatur iurans ad dicendum verum, ex quo talem testem inducit ad assertionem dicti sui. 3. D.39.Q.Vn. §.*De tertio articulo*. ℣. *In futuris*. I. 9.

Iuramentum promissorium.

Iuramento promissorio obligatur iurans, vt illud verum esse faciat; Et quia obligatio respicit futurum, ideo appropriatè iuramentum promissorium dicitur obligatorium, quia obligat ad factum iuramentum implendum. 3.D.39.Q.Vn §.*De tertio articulo*. ℣. *In futuris*. I. 9.

Iuramentum promissorium carens tribus conditionibus, dolo, incautela, & coactione, obligat iurantem ad nunquam habendum oppositam voluntatem ei, quod iurauit: Et licet differat implere illud, propter circumstantias, propter quas videt rationabiliter differendum, non peccat; Sed tunc est primò periurus, quando habet voluntatem non implendi illud, quod iurauit, quia tunc vult Deum primò esse testem falsi. *ibidem*. ℣. *Iuramentum promissorium*, N.12.

Iuramentum dolosum.

Iuramentum dolosum est, quando iurans aliquid esse facturum, in ipso actu iurandi intendit oppositum; & non intendit se obligari ad illud, quod iuratur; & talis in ipso actu iurandi peccat mortaliter, quia adducit Deum tanquam testem sui propositi de aliquo implendo, cùm tamen intendat oppositum. Tamen post illud iuramentum non remanet obligatus, quia in obligationibus priuatis, nullus obligatur, non intendens se obligare. 3. D. 39.Q.Vn.§.*De tertio articulo*. ℣. *Quantum ad periurium promissorium*. K.10.

Iuramentum dolosum, & incautum, vel transiens super materiam omninò illicitam, vel de feliciram, quamuis non sit materia iuramenti licita, non obligat iurantem ad implendum, quod iuratur per iuramentum, sed in actu iurandi peccat mortaliter. *ibidem*. ℣. *In his igitur*. M. 11.

Iuramentum incautum.

Iuramentum incautum vno modo est, quod transit super materiam omninò illicitam; vt cum quis iurat se occisurum, vel adulteraturum. Et tale iuramentum non obligat iurantem ad impletionem sui iuramenti, ità quòd post iuramentum debeat illum actum implere: Tamen quando iurauit, si non habuit intentionem implendi illud, peccauit mortaliter, quia adduxit Deum in testimonium falsi; Si etiam habuit talem intentionem, peccauit mortaliter, quia velle peccare mortaliter, est peccare mortaliter. Talis igitur in ipso actu iurandi omni modo peccat mortaliter: post iuramentum autem debet illud actum non implere, quia non debet addere peccatum peccato: Non enim quia iurauit illicitè, fit illi licitum quod priùs erat illicitum. 3. D.39. Q. Vn. §. *De tertio*. ℣. *Iuramentum incautum*. L. 11.

Iuramentum est incautum vno modo, quod transit super aliquam materiam, quæ de se esset licita, sed non est materia iuramenti licita; vt cùm aliquis abiurat opera perfectionis, in hoc enim ponit obicem motioni Spiritus Sancti; Vnde tale iuramentum seruare vergit in peiorem

Iuramentum incautum.

exitum: Et ideo post actum non est seruandum, quod iuratur; licet enim absolutè liceat non facere opera perfectionis, non tamen licet habere velle fixum nunquam faciendi opera perfectionis, quia hoc est habere velle fixum contra motionem spiritus sancti. 3. D.39. Q.Vn. §. *De tertio articulo*. ℣. *Iuramentum incautum*. M. 11.

Iuramentum solemne.

Iuramenta aliqua fieri cum maiori solemnitate, quàm alia, consuetudo exigit rationabilis: Et de factis cum solemnitate, præsumitur, quòd nunquam fiant sine deliberatione. Statuit igitur Ecclesia ad terrorem, vt per huiusmodi non iuretur, nisi solemniter tantùm, & per consequens deliberatè, & vbi veritas simpliciter est communiter asserenda. *Per Deum* autem iuratur communiter à Vulgo, & leuiter, & frequenter sine deliberatione. 3. D.39. Q.Vn. §. *Ad primum*. ℣. *Ad aliud dico*. P.13.

Iuramentum publicum.

Iuramentum publicum, & cum deliberatione ex Statuto publico est, quando iuratur super Euangelia, & ideo transgressor talis iuramenti præsumitur tanquam violator fidei; & ideo rationabiliter habetur infamis; Non sic autem potest præsumi de aliquo leuiter iurante per Deum. 3.D.39.Q.Vn. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Respondeo infamatio*. Q.13.

Iuramentum illicitum.

Iuramentum aliquod speciale illicitum quando aliquis non facit, sed aliquod iuramentum generale licitum, nullo modo intelligitur in illo istud illicitum includi. *Quodl.* Q.20. §.*De tertio articulo*. ℣. *Ad primum*. S.27.

Iurans.

Iurans quomodocunque dubium, hoc est, quod non est simpliciter certum peccat mortaliter, si illud, cui iuratur concipit ex lege positiua, vel ex consuetudine iuramentum tanquam simpliciter assertiuum iurari; quia ad confirmandum illud, quod asserit esse simpliciter certum, & verum inducit Deum testem, cum tamen illud non sit simpliciter certum; Et hoc modo intelligi debent omnia iuramenta illorum, qui iurant in iudicio, pro quorum testimonio consueuit ferri sententia, qualis non debet ferri, nisi illud assertum sit simpliciter verum. 3. D. 39. Qu. Vnic. §. *Quantum ad secundum*. D.5.

Iurans aliquem esse criminosum, cum non sit certus de hoc, quantumcunque coniecturet eum esse talem probabiliter; & iurans hoc in tali foro, vbi, ex lege positiua, vel consuetudine, sequitur condemnatio ad mortem (pro tali examine iurato) peccat mortaliter. Consimiliter in foro quocunque, vbi ex hoc, quod aliquis conuincitur per iurantes condemnatur vt reus simpliciter. Ibi enim non tantùm fit irreuerentia nomini Domini contra præceptum primæ Tabulæ, sed etiam est quid perniciosum, quia nociuum proximo. *ibidem*.

Iurans de non simpliciter certo, si ex lege positiua, vel consuetudine habeatur quòd iurans non tenetur deponere de certitudine, sed de credulitate, quia iuramentum habetur pro credito, non autem simpliciter pro certo, tunc non peccat, dummodo ex signis probabilibus coniecturet magis partem istam, quàm aliam, sicut habetur. Extr. de Testimon. & Scrutin. in Ordin. facien. cap. vnic. Dominus Papa. Respondit enim, quòd *quantum humana fragilitas sinit noscere, scit, & testificatur illum ad huiusmodi officij onus esse dignum*. Et dicit Papa quòd in tali testificatione aliquem peccare non credimus. *ibidem*. ℣. *Respondet, Deus*. F.6.

Iurans, vniuersaliter loquendo, siue in fauoribus, siue in odijs de illo, cuius oppositum magis credit; vel de illo, de quo est dubius, idest, quod non magis assentit vni parti, quàm alteri, peccat mortaliter; quia adducit

Deum

Iurans.

Deum tanquam testem eius quod neutro modo, (idest certo, vel probabiliter) est ibi certum, quod deberet esse certum. 3. D. 39. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum.* ℣. *Respondet Deus*. G. 7.

Iurans dolosè promissoriè, idest in eodem instanti, quo iurat non intendens se obligare ad faciendum illud, quod iurat, peccat quidem mortaliter; & licet post illud iuramentum non maneat obligatus ad standum promisso in foro conscientiæ, tamen ex peccato suo non reportat commodum, quia si non iurasset dolosè, esset obligatus; quia nullum commodum est reportare peccatum mortale; quod non reportaret, si non iurasset dolosè, licet teneretur implere iuramentum; quæ tamen tentio non est ita damnosa, sicut peccatum mortale, quod incurritur in iurando dolosè. 3. D. 39. Q. Vn. §. *De tertio articulo.* ℣. *Quantum igitur ad periurium*. K. 10.

Iurare.

Iurare per Deum, cæteris paribus grauissimum est [inter omnia iuramenta]; Sed posita indeliberatione ex illa parte (*iuramenti per Deum*) & plena deliberatione ex alia parte, qualis habetur quando iuratur *per Euangelium*, ponitur hoc esse peccatum mortale, non solùm propter irreuerentiam illius, per quod iuratur, sed propter deliberationem, quæ ponitur hic, & non ibi. 3. D. 39. Qu. Vn. §. *Ad primum.* ℣. *Ad aliud dico*. P. 13.

Iurisdictio.

Iurisdictionem immediatam, quam alius habet ordinariè ad absoluendum, si aliquis posset committere vni (quod nullus negat Papam posse), sequitur quòd intelligendo per *proprium Sacerdotem*, habentem iurisdictionem immediatam in istum, *Commissarius* potest fieri *Proprius*: Nisi dicatur, quòd in primitiua Ecclesia quilibet Sacerdos habuit iurisdictionem supra quemlibet pænitentem, & tunc singula sunt determinati singuli pænitentes, vt subditi, & tunc quilibet erat *proprius* cuilibet hoc modo, scilicet quòd habens iurisdictionem ordinariam super quemlibet, sed non *proprius*, idest determinatus sibi, vel Parochiæ suæ, sicut modo est proprius; Sed illa proprietas nullam potestatem specialem tribuit *proprio*, quam non habuisset ille, sed tantùm limitat aliquos aliquibus. 4. D. 17. Qu. Vn. §. *De tertio articulo.* ℣. *Si tamen*. S. 26.

Iurisdictio quid aliud est, quàm auctoritas dictandi ius? Et hoc, quid aliud est, quàm auctoritas iudicandi, & sententiandi? 4. D. 19. Quæst. Vn. §. *Ad argumenta.* ℣. *Ad quartum*. N. 20.

Iurisdictio quæcunque in Ecclesia, vel per superiorem suspendi potest, ita quòd si tempore suspensionis attentet aliquid facere, nihil facit; vel totaliter omni tempore tolli. 4. D. 24. Quæst. Vn. §. *De secundo.* ℣. *Alij contradicunt*. C. 6.

I V S

Ius.

Iuris positiui supposito isto principio *Pacificè esse viuendum in Ciuitate, vel Politia*, ex hoc non sequitur necessariò; igitur quilibet debet habere possessionem distinctam à possessione alterius. Posset enim stare pax in conuiuendo, etiamsi omnia essent eis communia. Nec etiam supposita infirmitate illorum, qui conuiuunt est necessaria illa consequentia. 3. D. 37. Qu. Vn. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ista distinctio*. D. 8.

Iuribus ferè in omnibus positiuis licet sit aliquod principiū, quod est fundamentum in condendo alias leges, vel iura; Tamen ex illo principio non simpliciter sequuntur leges positiuæ: Sed declarant, siuè explicant illud principium quantum ad certas particulas, quæ explicationes consonant valdè principio naturali vniuersali. 3. D. 37. Qu. Vn. §. *Ad quæstionem.* ℣. *Ista distinctio*. D. 8.

Iuris Diuini merè positiui sunt quæcunque continentur in Scriptura pro tempore, pro quo sunt obseruanda: Ea tamen non sunt nota ex terminis; nec demonstrabilia ex talibus notis; nec statim consona talibus veris; Cuiusmodi sunt omnes cæremoniæ Iudæorum pro tempore illius legis, & Christianorum pro tempore legis nostræ. 4. D. 17. Q. Vn. §. *In ista quæstione.* ℣. *De primo*. B. 4.

Ius aliquod alicui remanet, cui tamen non remanet, vel competit actio, propter aliquod impedimentum. 4. D. 22. Q. Vn. §. *De secundo.* ℣. *Respondeo, dici posset*. E. 7.

Iuri suo benè potest aliquis, si voluerit, cedere. *Quodl.* Q. 20. §. *De tertio articulo.* ℣. *Aliter dici potest*. T. 31.

Iustificatio.

Iustificatio passiuo nec est motus, nec mutatio, strictè loquendo, sicut Philosophus loquitur de motu, & mutatione, sed aliquid habens de vtroque. Hoc quidem habens de mutatione, quod vt forma simplex, & indiuisibilis inest subiecto: Hoc autem de motu, quia in nulla mensura indiuisibili inest, sed in tempore; & in hoc deficit à mutatione. Deficit autem à motu, quia non est fluxus secundum partes formæ, vel mobilis, vel secundùm media inter extrema, quia hic nulla sunt media, quia non est medium inter priuatiuè opposita circa aptum natum. 3. D. 3. Quæst. 1. §. *Contra secundum.* ℣. *Ad secundum*. B. 12.

Iustificatio peccatoris includit vnam mutationem priuatiuam, qua de inimico fit non inimicus; & aliam positiuam, qua de indigno Vita æterna, fit dignus Vita æterna; & de non potente meritoriè agere, fit potens meritoriè agere; Licet ergo ex prima mutatione non posse concludi aliqua forma noua in iustificatione; tamen ex secunda potest; non enim est dignus de nouo nunc Vita æterna; neque nunc de nouo potest meritoriè agere, nisi aliquam formam nouam habeat, qua sit dignus, & qua possit agere. 4. D. 1. Q. 6. §. *Argumenta pro opinione.* ℣. *Ad secundum iuxta*. F. G. 8.

Iustificatus.

Iustificatus, qui factus est de iniusto iustus, recipit habitum oppositum priuationi (scilicet iustitiæ); Si enim nihil inesset sibi formaliter nunc, quàm prius, non magis careret priuatione nunc, quàm prius caruit. 1. D 17. Qu. 2. *aliàs* 3. §. *Contra istam conclusionem.* ℣. *Ex prima via*. D d. 18.

Iustificatus recipiens Baptismum non iniuriatur Sacramento, nec facit, quod sit falsum signum; quia vel sibi confertur gratia aliqua, & tunc est signum practicum verum; vel nulla, si iam prius erat gratia perfecta; & tunc est signum verum practicum, non respectu eius, quod est gratis in fieri, sed inesse. 4. D. 4. Q. 6. §. *Ad primum argumentum.* ℣. *Ad aliud dico, quod ille*. C. 4.

Iustitia.

Iustitia potest intelligi vel infusa, quæ dicitur gratuita; vel acquisita, quæ dicitur moralis; vel innata, quæ est ipsa libertas voluntatis. 2. D. 6. Qu. 2. §. *Ad videndum solutionem*. G. 8.

Iustitiæ regulæ sunt ordinatæ à Diuina sapientia, seu voluntate ad creaturam rationalem beatificandam, vel puniendam; quæ regulæ ex Scripturis colliguntur, inter quas est illa auctoritas Ecclesiastici 11. *Vbicunque ceciderit lignum ibi erit:* Hoc est in quocunque creaturæ rationalis amore permanserit, in illo permanebit: Et Isai. 66. *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur*: Et Matt. 25. *Ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in Vitam æternam*. Et ex talibus regulis scripturæ concludit Augustinus, lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 23. & 24. quod certum est Deum nunquam daturum creaturis rationalibus damnatis gratiam. 2. D. 7. Q. Vn. §. *De secundo dico.* ℣. *Ad propositum*. L. 18.

Iustitia, & iniustitia respicit personam in se, non vt coniunctam, vel diuisam localiter respectu alterius personæ: Et ideo iustitia potest competere proli, licet non matri; & è conuerso. 4. D. 4. Qu. 3. §. *Ad primum concedo.* ℣. *Ad tertium*. B. 3.

Iustitia saluatur aliqualiter in concessione repudij in lege Mosayca in hoc, quod, non solùm propter maius bonum consequendum, sed etiam propter maius mal nm vitan-

Iustitia.

vitandum debeat partes velle commutare sua corpora in contractu matrimonij ad tempus, donec mulier displiceat Viro. Maius autem malum est vxoricidium, quàm dissolubilitas vinculi matrimonialis; & consequenter iustum esset, ad euitandum vxoricidium, concedere repudium in illa lege. 4. D.33. Qu. 3. *§. Alia opinio*. ♈. *Modus conueniens*. A.5.

Iustitia non apparet manifestè in hoc, quòd capti in bello iusto, & seruati, seruituti vili subijciantur; quia fortè captor etsi potuerit occidere captiuum, si habuit bellum iustum defendendo se, non autem inuadendo; & hoc stante pertinacia ipsius contra bellantem: Tamen ex quo desinit esse pertinax, quia est in voluntate ipsius iam captus, inhumanum sibi videtur infligere sibi pœnam contra legem naturæ; Non enim est hic ratio, quia in hoc casu non remaneret iste rebellis, nec abuteretur sua libertate, sed fortè fieret obediens. 4. D.36. Qu.1. §. *Hic sunt*. ♈. *Si dicas*. B.3.

Iustitia, in causa vniuoca requirit æqualitatem, sed in æquiuoca eminentiam. 4. D.43. Qu.3. *§. De tertio*. ♈. *Sed contra*. O.21.

Iustitiæ tota diffinitio in genere, quòd sit *Rectitudo voluntatis propter se seruata*, & secundum specificationem Philosophi, quòd sit ad alterum eo modo, quo potest ad Deum pertinere, potest reduci ad duo membra; vt primò dicatur iustitia rectitudo voluntatis in ordine ad condecentiam voluntatis Diuinæ: Alio modo rectitudo voluntatis in ordine ad exigentiam eius, quod est in creatura: Et illa distinctio potest haberi ab Anselmo. Prolog. 10. vbi loquens ad Deum dicit, *Cum punis malos iustum est, quia illorum meritis congruit*; Quantum ad secundum membrum subdit; statim, *Cum parcis malis iustum est, non quia illorum meritis, sed quia tuæ voluntati, & bonitati condecens est*, quantum ad primum membrum: Et tanta est illorum membrorum distinctio, quòd Deus contra primam iustitiam operari non potest nec præter eam, sed præter iustitiam secundam potest operari licet non vniuersaliter, quia non potest (de patientia ordinata) condemnare iustum, vel beatum. 4. D.46. Qu.1. *§. Hic primò*. ♈. *Sic ergo*. C. D. 5.

Iustitia non respicit speculabilia, sed operabilia 4. D.47. Qu.1. §. *Respondeo*. B. 4.

Iustitia generalis, si est virtus suprema, & forma aliarum virtutum moralium; tunc de illa esset aliquo modo simile, vt de charitate. *Quodl. Qu.* 15. *§. De tertio*. ♈. *Hic vno modo*. I. 8.

Iustitiæ Diuisio.

Iustitia fortitudo, & temperantia, quæ sunt virtutes morales acquisitæ, sunt genera intermedia. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *His suppositis*. ♈. *Vlterius*. I. 15.

Iustitiæ species est amicitia, virtus scilicet inclinans ad communicandum se alteri, inquantum potest; & qua ptoinde quis dat se ipsum proximo quantum potest dare se, & inquantum proximus potest habere eum. Et hæc est perfectissima virtus moralis, quia tota iustitia est perfectior his quæ sunt ad se ipsum, & hæc est perfectissima iustitia. 3. D.34. Qu. *Vnica*. *§ His suppositis*. ♈. *Iustitia verò*: &. ♈. *Et hæc*. L. 17.

Iustitia subdiuidenda est per hoc, quod in ordine ad alterum potest aliquis primò rectè se habere communicando se illi inquantum potest communicare; vel communicando illi aliquod aliud, vt bona intrinseca, vel extrinseca, pertinentia ad victum humanum. *ibidem*. ♈. *Iustitia verò*: &. ♈. *Si autem*. L. 17.

Iustitiæ species, qua quis, præter bona extrinseca, quæ homines indigent commutare, communicat proximo aliud necessarium adiunctum, si sit regimen (& hoc conuenit Præsidenti) est innominata; Posset tamen dici Præsidentia, vel dominatio iusta: Aut communicat ei subiectionem iustam, & hæc denominatur à subijci, & potest vocari obedientia. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *His suppositis*. ♈. *De bonis*. L. 17.

Iustitiæ tres species exprimit Saluator. Matth. 5. Vnam quidem, quæ est in communicando se ipsum per amicitiam, & hanc exprimit, cum dicit, *Beati mites*; Quamuis enim amicitia plus sit, quàm beneuolentia, secundum Philosophum. lib. 8. Ethic. cap. 2. quoniam *amicitia est non latens in contrapassis*; & beneuolentia plus sit, quàm mititas, quia mites sunt, qui non offendunt, nec resistunt malo; Tamen hoc minimum, quod est quasi infimum in amicitia, exprimit illam, qua quis communicat se proximo. *ibidem*. ♈. *Iustitiæ exprimit*. M. 19.

Iustitiæ secunda species, quæ diuiditur in dominationem iustam, & obedientiam, exprimitur per illud Matth. 5. *Beati pacifici*. Pax quippe seruatur in hoc, quòd Præsidens rectè regit, & subditus rectè obedit. *ibidem*. N. 19.

Iustitiæ tertia species (nempè misericordia) exprimitur Matth. 5. ibi. *Beati misericordes*. Nullo enim alio modo potest aliquis esse rectè dispositus, & perfectè circa exteriora communicanda proximo, quam per misericordiam. *ibidem*.

Iustitiam, quæ est circa temporalia communicanda expressit Saluator, Luc. 8. *Cum facis conuiuium*. *ibidem*.

Iustitia sicut est duplex, habitualis, scilicet gratia, & charitas; & actualis, scilicet rectitudo, nata inesse actui elicito, quia actus natus est elici conformis suæ regulæ; & in ista conformitate consistit rectitudo eius; Ita cum opposita æquè multipliciter dicantur, erit duplex iniustitia, habitualis, scilicet priuatio gratiæ; & actualis, scilicet priuatio rectitudinis illius in actu, cui deberet inesse. 4. D.14. Qu.1. §. *His sunt*. ♈. *De primo*. A.3.

Iustitia, quæ est rectitudo ad alterum, subdiuiditur, quia vel est quasi vniuersalis ad alterum, putà ad Legislatorem, & ad legem, inquantum est regula quædam determinata à Legislatore; & hæc dicitur iustitia legalis; Vel particularis, putà in aliquo particulari determinato, pertinente ad legem, iustitia ad alterum. 4. D.46. Qu.1. §. *Hic primò*. ♈. *Ista secunda*. A.2.

Iustitia particularis ad alterum subdiuiditur, quia vel potest esse simpliciter ad alterum, vel ad se, quasi ad alterum; sicut dicitur in materia de pœnitentia, quod ipsa est iustitia punitiua, non tantùm respectu alterius simpliciter, sed sui quasi alterius; quia sibi, vt Iudicia (scilicet Dei) ministro concessa est punitio sui, vt rei. 4. D.46. Qu.1. §. *Hic primò*. ♈. *Et hæc secunda*: &. ♈. *Et secundum membrum*. A.2.

Iustitia, quæ simpliciter est ad alterum, diuiditur in commutatiuam, & distributiuam; & ita distinguitur iustitia in nobis, vt patet per Philosophum. lib. 5. Ethic. cap. 5. In distributiua requiritur æqualitas proportionis, non quantitatis. In commutatiua, secundùm aliquos, æqualitas quantitatis, non tantùm proportionis. *ibidem*. ♈. *Si autem*. B.3.

Iustitia virtus.

Iustitia si ponitur virtus vna secundum genus, non secundum speciem, habet actum similiter vnum. 3. D. 31. Qu. *Vnica*. §. *Respondeo*: *nullus*. ♈. *Quantum ad aliud*. D.6.

Iustitia est virtus moralis, Cardinalis, acquisita, disponens appetitum rationalem ad alterum. 3. D.34. Qu. *Vnica*. §. *Notandum vlterius*. E.9.

Iustitia Virtus in Donis Spiritus Sancti exprimitur in pietate. 3. D. 34. Qu. *Vnica*. *§. His suppositis*. ♈. *Exprimuntur ergo*. O. 20.

Iustitia originalis.

Iustitia, ratione cuius debitor est homo, vel Angelus iustitiæ, non est nisi potentia naturalis voluntatis moderandi inclinationem naturalem, quæ est contra iustitiam infundendam; & illud est libertas, quæ non est aliquid superadditum voluntati. 2. D.5. Qu.2. §. *Respondeo primò*. ♈. *Dico igitur*. H. 11.

Iustitiam originalem in statu innocentiæ non habuisset Filius per Patrem, vel per merita Patris, vel Parentum; quod enim congruit toti naturæ non datur vni indiuiduo mediante alio, vel per meritum illius, sed singulis indiuiduis singulæ fuissent oppositæ iustitiæ origina-

Iustitia originalis.

originales. 2. D. 20. Q. 1. §. *Dico ad quæstionem*. ℣. *Sed habuisset ne*. C. 3.

Iustitia originalis non necessitabat eam habentea ab benè agendum; *Nec Filius recepisset perfectiorem iustitiam, quam Pater*. *ibidem*. ℣. *Sed fuisset ne filius*. D. 3.

Iustitia originalis fuit tradita Adamo tanquam digniori, & circumspectiori, & fortiori; ità quòd si eam perderet, pro se, & tota sua posteritate perderet. Non sic autem fuit data mulieri. 2. D. 21. Q. 2. §. *De tertio*. ℣. *Item propter*. F. 4.

Iustitiam originalem nō adimet formaliter peccatum Adæ, sed solùm demeritoriè. 2. D. 21. Qu. 2. § *Ad primum argumentum*. G. 5.

Iustitia originalis si habuit facere perfectam tranquillitatem in anima quantùm ad omnes potentias, ità quòd natura inferior non inclinaretur contra iudicium superioris; aut si inclinaretur quantùm est ex se, posset tamen à Superiori regulari, & ordinari, sine difficultate Superioris, & sine tristitia inferioris, cum hoc non habuerit potentia, facta in puris naturalibus, necesse est ipsam [iustitiam originalem] ponere donum supernaturale, quo sit ista tranquillitas perfecta in anima. 2. D. 29. Qu. Vn. §. *Potest dici*. A. 4.

Iustitia originalis fecit Deum delectabiliorem voluntati Adami in statu innocentiæ, quàm aliquod appetibile sensibile, quod non potuit esse ex aliquo dono naturali ipsius voluntatis. 2. D. 29. Q. Vn. §. *Potest dici*. ℣. *Ex hoc potest*. A. 4.

Iustitiæ originalis dona singularia oportet ponere in singulis potentijs appetitiuis inferioribus; ità quòd quælibet per suum donum delectabiliter moueretur à voluntate, & ipsa voluntas per donum suum delectabiliter se moueret ad potentias inferiores; & si essent talia plura dona, potissimum tamen fuit iustitia originalis, quæ fuit in voluntate. 2. D. 29. Qu. Vn. §. *Potest dici*. ℣. *Respondeo: si voluntas*. B. 5.

Iustitia originalis, si ponatur rectitudo voluntatis naturalis, erit ipsa libertas eis; Sed ipsa non habet illos effectus, qui attribuuntur iustitiæ originali. 2. D. 29. Q. Vn. §. *Ad primum argumentum*. ℣. *Ad secundum dico*. D. 6.

Iustitia originalis si ponatur donum supernaturale, vt distinguitur contra gratiam sanctificantem; non tamen oportet quod sit principium merendi: Se enim habet ad gratiam, quæ est principium meriti, sicut excedens, & excessum: Excedens quidem, quia fini vltimo coniunxit firmiùs voluntatem, quàm gratia: Ita enim coniunxit, secundùm aliquos, quòd non compatiebatur aliquod peccatum veniale; charitas autem compatitur. Vel, secundùm prædicta, saltem ità coniunxit, quòd facilius, & delectabilius erat ei pati ab aliqua tristitia inferiori, quàm alicui delectationi inferiori acquiescere, recedendo à delectatione finis. Istam facilitatem non facit gratia, cum qua stat pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. Sed excedit gratia in hoc, quia ipsa coniungit fini, vt bono supernaturali, & vt supernaturaliter per meritum attingendo tale bonum: Non sic istud donum, sed tantum coniungebat illi bono, vt conuenienti, & delectabili. 2. D. 29. Quæst. Vn. §. *Ad primum*. ℣. *Ad quartum*. D. 7.

Iustitiæ originalis carentiam, ex Anselm. de concept. Virg. cap. 27. Accusat spontanea, quam fecit homo, iustitiæ desertio, nec personas excusat recuperandi impotentia (vt declarat cap. 2.) Quoniam ipse sibi impotentiam fecit, deserendo iustitiam in primis parentibus, in quibus tota natura erat, & semper debitrix est habere potestatem, quam ad obseruandam semper iustitiam accepit. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Quantum ad secundum*. C. 8.

Iustitiam originalem Pater non transfunderet in filio (stante statu innocentiæ) cum sit donum supernaturale; Sed Deus ipse naturæ cooperaretur regulariter, dando iustitiam propagato, sicut modo animam intellectiuam creat, corpore perfectè organizato. 2. D. 32. Quæst. Vn. §. *Quantum ad secundum*. ℣. *Respondeo: non faciendo*. C. 10.

Iustitia potest esse debita vno modo, quia in se accepta, & actione accipientis amissa; alio modo, quia accepta in alio, & actione alterius amissa. Primo modo peccatum actuale, & iniustitia, & carentia iustitiæ est: secundo modo originale. *ibidem*. ℣. *Propter solutionem*. D. 11.

Iustitiæ originalis carentia in contrahentibus peccatum originale non habet causam, nisi negatiuè, scilicet non dantem iustitiam originalem: Cuius si quæratur vlterior causa, non est nisi demeritoria; Quia scilicet Adam demeruit ne iustitia originalis daretur; Negatiua non dans Deus est; Demeritoria quare non datur, Adam peccans. 2. D. 32. Q. Vn. §. *Ad argumenta quæstionum*. ℣. *Ad tertiam dico*. H. 15.

Iustitiam originalem quicunque accepisset in statu innocentiæ in se formaliter, vel voluntate consequente, fuisset debitor pro se, & tota sua posteritate, pro qua accepisset virtualiter. *ibidem*. §. *Ad argumenta tertiæ quæstionis*. ℣. *Ad aliud de proximo* I. 17.

Iustitiam originalem nunc nullus accepit formaliter, nisi Adā, & ideo omnes alij habuerunt eandem rationē debiti habendi iustitiam, & eandem rationem carentiæ ipsius, quia per actum alterius, & ideo modò à nullo parente proximo contrahitur ità, vt per ipsum posset intendi, sicut nec per ipsum posset per se causari. *ibidem*.

Iustitia originalis restituitur pro statu isto in dono æquiualenti, imò etiam præeminenti, (scilicet gratia sanctificante). 2. D. 32. Qu. Vn. §. *Ad argumentam quæstionis quartæ*. I. 19.

Iustitia originalis in statu innocentiæ potuisset esse sine gratia, non è conuerso; Et tunc priuatio prioris includebat virtualiter priuationem posterioris. Cuicunque igitur tunc fuisset restituta gratia sine iustitia originali, si hoc factum fuisset, non habuisset ipse perfectum statum innocentiæ. 2. D. 32. Quæst. Vn. §. *Ad argumenta quæstionis quartæ*. ℣. *Respondeo*. L. 19.

Iustitiam in Adam accepissent illi soli, qui ab eo erant descensuri per rationem seminalem: Hoc est respectu quorum Adam habuit rationem Patris naturalis, secundùm communem propagationem; Vnde sicut illis solis potuit seruare iustitiam, ita illis solis potuit perdere eam. 3. D. 3. Q. 2. §. *Aliter secundum viam*. A. 2.

Iustitia originalis formaliter opponitur peccato originali. 4. D. 1. Q. 6. §. *Ad argumenta pro opinione*. D. 7.

Iustitia actualis.

Iustitia actualis non est habitus, aut operatio voluntatis, tantùm est conditio quædam ipsius actus, putà conformitas eius propria ad suam regulam. Quodl. Q. 18. §. *Contra ista*. ℣. *Ad aliud*. V. 15.

Iustitia actualis & si primaria sit in actu volendi, tamen secunda, vel secundaria potest esse in actu imperato per actum volendi, quia ille habet rectitudinem propriam, licet dependentem à rectitudine actus volendi. *ibidem*. X. 16.

Iustitia habitualis.

Iustitia [habitualis] secundum Anselm. lib. de liber. arbit. Quantum est ex parte liberi arbitrij, potest seruari; licet quando iustitia non habetur, iustitia seruari non possit. 2. D. 28. Quæst. Vn. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. B. 8.

Iustitia non corrumpitur per peccatum, corruptione, quæ est mutatio ab esse ad non esse; sed corrumpitur formaliter per hoc, quod eius priuatio inest, & non ipsa. 2. D. 37. Q. Vn. *aliàs* 1. §. *Ad argumenta*: *Ad primum*. ℣. *Ad tertium*. G. 11.

Iustitiæ ablatio est simpliciter pœna, & maior pœna, quàm ablatio cuiuscunque commodi alterius à iustitia. Et in hoc benè verificatur illud Augustini, lib. Confess. 1. cap. 12. *Iussisti Domine, & ita est, vt omnis inordinatus animus pœna sit sibi*. Et idem 3. de liber. arbitr. *Neque enim ad momētum est dedecus culpæ sine dedecore iustitiæ*. 2. D. 37. Q. Vn. *aliàs* 2. §. *Ad quæstionem tertiam in ordine*. Cc. 22.

Iustitiæ eadem carentia est formaliter culpa, & pœna: Culpa, secundùm Magistrum, in quantùm est priuatio boni actiuè; Pœna in quantùm est priuatio boni passiuè. 2. D. 37. Quæst. Vn. *aliàs* 2. §. *Ad quæstionem tertiam in ordine*. ℣. *Respondet Magister*. Cc. 23.

Iustitiæ

Iustitia habitualis.

Iustitiæ debitæ priuatio, inhærens voluntati est, contra inclinationem voluntatis magis, quàm quæcunque carentia boni commodi non tollit, vel præsentis incommodi. *ibidem*.

Iustitia habitualis, vt distinguitur contra peccatum originale: Et actualis iustitia, vt distinguitur contra peccatum actuale, est in voluntate; Et proinde peccatum originale, & actuale est in voluntate. 2. D.42.Q.4.§. *Ad quæstiones istas*. A. I.

Iustitia eadem habituali manente, tot sunt iustitiæ actuales, quot sunt actus eliciti, quarum vna potest esse intensior alia, si actus vnus cum maiori conatu eliciatur, quàm alius: Et si habitus maneret æqualis, imo actus prior potest elici cum maiore conatu, & tunc habebit iustitiam actualem intensiorem, correspondentem intensioni suæ: Et secundus actus potest elici cum minori conatu, licet certum sit quod habitus non sit minor. *Quodl*. Q.18.§. *Ex istis sequuntur*. ℣. *Vnum, quod manente*. Y. 17.

Iustitia infusa.

Iustitia infusa statim amittitur vno actu peccati. Vnde si nullus posset peccare, nisi debitor iustitiæ, ista amissa, non posset iste [illam amittens] amplius peccare, quia non est debitor iustitiæ, cum non habeat iustitiam. 2. D. 5.Q.2. *§. Respondeo primò*. ℣. *Nec illud valet*. G. 11.

Iustitiam non accepisse Angelum in primo instanti quando dicit Anselmus.c2. de casu Diaboli. intelligit iustitiam infusam. 2. D.5. Q.2.§. *Respondeo primo*. ℣. *Ad Anselmum*. H. 11.

Iustitiam, de qua loquitur Anselmus in Concordia, dicit amitti per peccatum mortale; & ideo licet de ea frequenter loquatur, non tantùm de actu iustitiæ, quæ est infusa, sed acquisita; Tamen ibi videtur loqui de infusa, de qua sola verum est quòd amittatur per peccatum mortale. 2. D.6.Q.2. *§. Ad videndum*. G.8.

Iustitia acquisita.

Iustitia acquisita potest amitti multis actibus iniustitiæ elicitis; nec ille, qui nunquam fuit iustus, moraliter tenetur ad iustè operari, si non esset debitor iustitiæ, quia istam nunquam accepit. 2. D.5.Q.2.§. *Respondeo*. ℣. *Item manifestum*. G. 11.

Iustitia commutatiua.

Iustitia stricta non reddit meliùs pro minus bono. 1. D. 17. Q.2. *aliàs* 3. §. *Sed tunc est vlterius dubium*. ℣. *Contra: saltem*. Ll. 26.

Iustitiæ commutatiuæ non videtur congruum quod viatores eliciant actus æquales pro toto statu viæ, & quòd vnus præmietur in termino, alius non. 2. D.5. Q.2. §. *Ad primum principale*. ℣. *Vel esto quòd non*. P.17.

Iustitia commutatiua dicitur de bonis extrinsecis (siue versatur circa bona extrinseca), quæ indigent homines commutare: Et hæc frequenter dicitur iustitia pro tanto, quia ea commutatur aliquid æquiualens. 3.D.34.Q.Vn.§. *His suppositis*. ℣. *De bonis*. L. 17.

Iustitia, quantùm ad omnes conditiones in contractibus accomodationis, conductionis, & locationis, [in quibus transfertur rei vsus] est seruanda, sicut in commutatione, venditione, & emptione, [in quibus transfertur dominium hinc inde] considerando ibi (scilicet in accomodatione, conductione, & locatione) ad vsum, sicut hic (scilicet in commutatione, venditione, & emptione) ad dominium. 4. D.15 Q.2. §. *De secundo articulo*. ℣. *Cum istis*. M. 16.

Iustitia commutatiua vniuersaliter respicit æqualitatem in commutatione, non rei, sed magis secundum rectam rationem; Et per consequens hoc modo iustitia punitiua, quæ est quædam commutatiua in punitione, respicit pœnam æqualem, siue commensuratam illi culpæ, & hoc secundùm rectam rationem illius legis, secundùm quam ipsa est vindicatiua. 4. D.16.Q.1. §. *Hic intelligendum*. ℣. *Sed loquendo*. C. 5.

Iustitia commutatiua sicut in aliis commutationibus habet latitudinem, ità quòd non respicit necessariò in commutationibus indiuisibile; Ità iustitia punitiua, quæ est commutatiua pœnæ pro culpa, non respicit necessariò gradum indiuisibilem pœnæ, correspondentem huic culpæ; Sed est ibi aliqua latitudo, infra quam pœna minor non sufficit, & vltra quam pœna maior non est imponenda: Et extra totam latitudinem Clauis citrà, vel vltrà ligans, errat. 4.D.19.Q.1. *§. Ad quæstionem motam*. ℣. *Dico ergo, quòd sicut*. C. 26.

Iustitia commutatiua propriè respicit punitionem, & præmiationem: Vt scilicet pro meritis, quasi commutando reddantur præmia, & pro peccatis supplicia. 4. D.46. Q. 1. §. *Hic primo*. ℣. *Ad propositum*. B. 4.

Iustitia in contractu matrimoniali.

Iustitia contractus matrimonialis est per rationem in indissolubilitate, & Sacramentum concomitans contractum illum eodem modo concomitatur, vt concomitatur illum, propter finem procreandi. 4. D.26. Q.Vn. *§. Per hoc patet*. ℣. *Respondeo non apparet*. S. 20.

Iustitiæ completio in commutatione corporum in contractu matrimonij non est, nisi ex authoritate Superioris, nempè Dei, instituentis, vel approbantis talem commutationem; quia si res aliquæ sunt inferiorum Dominorum, tamen commutatio earum licita, & iusta, talis, vel talis determinatur à Legislatore: Et multò magis in proposito, & de corporibus in comparatione ad Deum. Ipse autem instituit, & pro statu innocentiæ, & pro statu naturæ lapsæ, regulariter istam commutationem debere fieri vnius cum vna; & ideo in hoc est completa iustitia. 4. D. 33.Q. 1. §. *De primo*. ℣. *Quantum ad secundum*. B. 3.

Iustitia in Bigamia, hoc est in commutatione per contractum matrimonij corporis vnius viri, pro corporibus mulierum eodem tempore viuentium, est ex parte partium; quia secundùm rectam rationem vtraque pars debet velle aliquid, de iure suo, dimittere in commutando, & recipiendo permutationem in comparatione ad finem minus principalem, vt recipiat in comparatione ad finem magis principalem, quem plus debet eligere, licet debeat commutari aliquid de aliquo, quod esset sibi debitum determinatum remittere: Et quandoque est necesse in aliquo casu, quando scilicet ad talem remissionem tenetur, & complere licet, & tenetur, quandò à superiore est hoc ordinatum. Hoc patet Genes. 16. Quia coegit Sara vt intraret Abraham ad Agar, vt vel sic habeet filium de ancilla, quem de ipsa habere non poterat. *ibidem §. De secundo*. ℣. *Ex hoc patet*. E. 5.

Iustitia completa non est in commutatione, vel contractu matrimoniali, nisi ex ratificatione Diuina; licet ante iam inueniatur illud, quod sufficit ad iustitiam, ex parte commutantium, & commutantium: Et quandocunque talis iustitia inueniri potest in commutatione, rationabile est Deum ratificare eam. 4.D.33.Q 3. §. *Alia opinio*. ℣. *Modus conueniens*. A. 5.

Iustitia punitiua.

Iustitia imperans actum primum pœnitentiæ virtutis, scilicet vindicare peccatum commissum, si moueatur ad suum imperium ex actu charitatis (sicut possibile est), tunc actus ille primus habet duplicem bonitatem, nempè ex iustitia proximè imperante, & ex charitate remota, imperante actum illum: Similiter si iustitia imperet primo modo vsum charitatis, vt causæ proximæ respectu tristitiæ inferendæ, actus ille charitatis eo est perfectior, quia à duabus virtutibus, quàm si ab vna tantùm. 4.D.14.Qu.2.§. *De secundo principali*. ℣. *Respondeo, quanto*. R.17.

Iustitia est in punitione damnatorum, non tantùm illa, quæ respicit condecentiam diuinæ bonitatis, quod scilicet condecet Diuinam bonitatem sic punire, sed etiam illa, quæ respicit exigentiam creaturæ, quia hæc est quædam exigentia, vel iusta correspondentia pœnæ ad culpam. 4. D.46.Qu.4. *§. De tertio*. F.7.

Iustitiæ exigentia est in pœna damnatorum, qua perpetuò detinentur in igne infernali, sicut in loco, quia sicut bonis congruit *Vbi* in corpore nobilissimo circumscriptiuè, scilicet corporibus Beatorum, & diffinitiuè Angelis bonis,

Iuſtitia punitiua.

nia, tamen cum libertate ad aliud *vbi* pro libito; quia gloriæ eſt poſſe vti ſua potentia motiua ad quodcunque *vbi*, quia non repugnat gloriæ; ſic iuſtum eſt reproboa locari in corpore viliſſimo, quod eſt terra, & ad illud limitari, vt priuentur potentia motiua, qua, ſi poſſent, malè vterentur, propter malitiam voluntatis. 4. D. 46. Qu. 4. §. *De tertio*. ℣. *In tertia pœna*. H. 9.

Iuſtitia eſt reſpectu damnatorum, quatenus illis infligitur pœna detentionia perpetuæ in intenſa conſideratione ignis infernalia, vt obiecti; quia ſicut intellectus Beati determinatur ad videndum nobiliſſimum obiectum, eſſentiam ſcilicet Diuinam, & concomitatur voluntas ad fruendum illo obiecto, ſtante tamen libertate conſiderandi alia obiecta, & amandi, quorum conſideratio, & dilectio non impedit illud bonum: ſic intellectus mali determinatur ad intensè cogitandum aliquod obiectum diſconueniena, quia nolitum; & imperfectum, quia corporale; & voluntas ad nolendum aliquod poſitum in eſſe, quod eſt contriſtatiuum; & auferiur libertas conſiderandi, & volendi alia, per quæ conſiderata, & volita, poſſet illa punitio diminui. 4. D. 46. Qu. 4. §. *De tertio*. ℣. *In quarta*. H. 9.

Iuſtitia reſpectu damnatorum ſatia apparet in quadruplici triſtitia, quam patiuntur, ſcilicet de priuatione boni honeſti, & boni commodi; ac de detentione in igne, vt in loco; & detentione intelligentiæ in intenſa conſideratione ignis, vt obiecti; quia conſummatio pœnæ requirit triſtitiam. *ibidem*. ℣. *In quatuor aliȷs*. I. 9.

Iuſtitia in punitione hominum damnatorum, quantùm ad corpua, ſi in illis poſt iudicium, loco detentionis in igne, ponatur ardere corpua in igne: Et io loco triſtitiæ cauſatæ ex detentione intelligentiæ in conſideratione ignia, vt obiecti perpetua, & intenſa, ponatur dolor in appetitu ſenſitiuo; tunc apparebit ea correſpondentia illius acerbitatis ad delectationem inordinatam, quam habuit in peccato. *ibidem*. ℣. *In quatuor aliȷs*. I. 9.

Iuſtitia punitiua habet ſuos gradus, extra quos ſi Deua puniret, iuſtitia non vteretur: Ideo licet poſſet dimittere vnum gradum pœnæ, vel duos; non tamen ſequitur, igitur quemlibet; quia tunc exiret latitudinem illam ad iuſtitiam requiſitam. *ibidem*. §. *De quarto*. ℣. *Dicendum*. O. 18

Iuſtitia, vt videtur dicere Auguſtinus. lib. 21. de Ciuit. Dei. cap. 11. non requirit pœnam infligi perpetuam ad hoc, quod ſit ſufficiens culpæ; Sed ideo eſt perpetua, quia perſona perpetua, & perpetuò manet in culpa. Ait enim, *Quod eſt de illa Ciuitate mortali homines ſupplicio primæ mortis, hoc eſt in illa Ciuitate immortali homines ſupplicio ſecundæ mortis auferra*. Et paulò ante, de pœnia quibuſdam in iſta Ciuitate inflictia: *Nonna*, inquit, *pro huius Vitæ modo ſimilia videntur pœnis æternis; Ideo quippè æterna eſſe nō poſſunt, quia nec ipſa vita, quæ hiſ plectitur porrigitur in æternum*. Vult dicere, quod aliqua culpa taliseſt, quæ non meretur totalem exclusionem à Ciuitate, & hæc eſt temporalis; reſpectu autem vitæ ciuilia, aliqua tanta eſt, quæ meretur totalem excluſionem à vita illa ciuili; Extenſio autem accidit, ſcilicet, quòd ſit finita, quia vita finita. 4. D. 46. Qu. 4. §. *Ad argumenta principalia*. ℣. *Reſpondeo exponit*. O. P. 20.

Iuſtitia premiatiua.

Iuſtitia Dei retribuentia, quæ eſt ratio adduci ſolita ad probandum à poſteriori reſurrectionem, quia, ſcilicet, in vita iſta virtuoſi maiores patiuntur pœnaa, quàm vitioſi; Et iſtud argumentum videtur Apoſtolus tangere. 1. Corint. cap. 15. *Si in hac Vita tantum ſperantes eſſemus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus*. Iſta, inquam, ratio de iuſtitia Dei retribuentia, & aliæ huiuſmodi minus concludunt, quàm illæ à priori acceptæ à propria forma hominia; Non enim apparet per rationem naturalem, quòd eſt vnus rector hominum ſecundùm leges iuſtitiæ retributiuæ, & punitiuæ. 4. D. 43. Qu. 2. §. *Dic ergo*. ℣. *Ad hoc etiam*. Et. ℣. *Sed iſtæ rationes*. V. 27.

Iuſtitia ſtricta; *ſiuè* De iuſtitia ſtricta Deua nulli noſtrum propter quæcunque merita eſt debitor perfectionis reddendæ tàm intenſæ (vt eſt beatitudo) propter immoderatum exceſſum illius perfectionis; ſed eſto quòd ex liberalitate ſua determinaſſet meritis conferre actum tàm perfectum tanquam præmium, tali quidem iuſtitia, qualis decet eum, ſcilicet ſuper erogantia in præmiȷs, tamen non ſequitur ex hoc neceſſariò quòd per illam iuſtitiam ſit reddenda perfectio perennis tanquam præmium; imò abundans fieret retributio in beatitudine vniua momenti. 4. D. 49. Qu. 6. §. *De tertio*. ℣. *Ad aliud*. N. 21.

Iuſtitia diſtributiua.

Iuſtitia diſtributiua reſpicit quaſi naturaa, & perfectiones ſuperadditas, vt ſcilicet tali naturæ diſtribuatur perfectio ſibi proportionata: Sicut in noſtra Republica diſtributiua perſonis, ſecundum gradus ſuos proportionaliter diſtribuuntur bona, pertinentia ad gradua earum: Sicut in Hierarchia Vniuerſi naturæ nobiliori ab Hierarcha, ideſt Principe Deo, diſtribuuntur perfectionea nobiliorea, ſeu conuenientea tali naturæ: Et naturæ inferiori diſtribuuntur perfectiones inferiores ſibi conuenientea. 4. D. 46. Qu. 1. §. *Hic primò*. ℣. *Diſtributiua*. B. 4.

Iuſtitia diſtributiua poteſt eſſe ſimpliciter in Deo reſpectu creaturæ, quia ſimpliciter poteſt dare creaturis perfectiones debitas, vel conuenientea eis ſecundùm gradua perficientea. *ibidem*. ℣. *Sed ſecunda*. C. 4.

Iuſtitia diſtributiua in Deo, quæ ordinat omnia propter ſe ipſam, ordinat ſic hominea ad beatitudinem, vt hæc perfectio detur propter meritum, non propter appetitum naturalem. 4. D. 50. Qu. 6. §. *Reſpondea, & primò*. ℣. *Sic eſt etiam*. A. 3.

Iuſtitiæ ſubiectum, ſiuè vt in voluntate.

Iuſtitia omnis, per Anſelmum. de Concep. Virg. cap. 3. & iniuſtitia eſt formaliter in voluntate. 2. D. 26 Qu. *Vnica*. §. *Contra iſtam poſitionem*. ℣. *Confirmatur per Anſelmum*. B. 6.

Iuſtitia, ſecundum Anſelmum. de liber. arbitr. quantum eſt ex parte liberi arbitrȷ poteſt ſeruari, licet quando iuſtitia non habetur, iuſtitia ſeruari non poſſit. 2. D. 28. Qu. *Vnica*. §. *Ad argumenta*. ℣. *Ad tertium*. B. 8.

Iuſtitia non eſt debita à voluntate creata; niſi inquantum in poteſtate eiua eſt rectè agere; ita quod nulla intelligitur ſubtractio cauſæ priora, propter cuius defectum non poſſit voluntas rectè agere. 2 D. 37. Qu. *Vnica, aliàs*. 2. §. *Ad ſolutionem*. ℣. *Reſpondeo, ſi Deus*. V. 17.

Iuſtitiæ conuenientia ad voluntatem maior, & melior eſt abſolutè, quàm illa boni commodi ad eandem. 2. D 37. Qu. *Vnica, aliàs*. 2. §. *Ad quæſtionem tertiam*. Cc. 22.

Iuſtitiam eſſe in voluntate concedunt negantes virtutes morales eſſe in ea; Vnde rationea communea de voluntate, & virtute morali non concludunt virtutes morales non eſſe in voluntate, vt in ſubiecto, ex eorum principȷs. 3. D. 33. Qu. *Vnica*. §. *Hæc opinio*. ℣. *Præterea iſti concedunt*. num. 4.

Iuſtitia non eſt, niſi in voluntate. Verum eſt de infinita habituali, quæ eſt *rectitudo propter ſe ſeruata*, vt diffinit Anſelmus libr. de liber. arbitr. cap. 8. Seruatum enim propriè conuenit habitui: Vel magis extendendo, verum eſt de iuſtitia actuali primaria; Quia voluntas illam propter ſe ſeruat, hoc eſt, tenet in actu ſuo, quem illa iuſtitia rectum elicit; Si autem eſt ſermo de iuſtitia actuali ſecundaria, illam oportet dicere eſſe voluntatia non ſubiectiuè, ſed cauſaliter tantùm: Et ita adhuc de iſta poteſt aliqualiter ſaluari diffinitio illa iuſtitiæ, quia illa eſt rectitudo voluntatis, non vt voluntati formaliter inhærena, ſed voluntatia, vt cauſæ, vel imperantis. Et etiam eſt propter ſe ſeruata, tanquam effectus voluntariè poſitus. *Quodl*. Qu. 18. §. *Concluſio iſta*. ℣. *Quanda igitur*. X. 16.

Iuſtitia

Iustitia publicæ honestatis,

Iustitia publicæ honestatis dicitur communiter Vinculum affinitatis, contractum ad aliquam propter coniunctionem eius carnalem cum aliquo consanguineo: Et hoc siuè coniunctionem matrimonialem, siuè concubinariam. 4.D.41.Q.Vn. *§. Hic breuiter. ℣ Vbi est aduertendum.* C.3.

Iustitia vt fructus Spiritus Sancti,

Iustitia inter fructus Spiritus Sancti exprimitur in sua specie, quæ est misericordia, in hoc, quod dicitur *Bonitas*, sicut communiter dicitur bonus, qui communicat se proximo: Et in alia specie, quæ est amicitia, exprimitur ibi *Benignitas*, quæ est quasi *beneuolentia*, & *bona igneitas*. In tertia specie, quæ pertinet ad regimen, vel ad subiectionem, ibi *Mansuetudo*; Mansuetus enim est, qui exequitur iniuncta, sine murmure. 3.D.34.Q.Vn. §. *His suppositis.* ℣. *Virtutes morales.* P. 21.

Iustitia in Christo.

Iustitiæ maximæ fuit in Persona offerente (scilicet Christo) tàm in comparatione ad Deum, quàm ad hominem lapsum, se offerre per passionem pro inimicis Trinitatis, quam summè dilexit; Quia non videretur maximè diligere Deum, & proximum, nisi pro tanto bono communi, scilicet beatitudine hominis, ad quam Deus prædestinauerat eum, & disposuerat eum non aliter peruenturum, quam per istud obsequium exhibitum vellet istud obsequium exhibere. 4.D.2.Qu.1.§. *Hic sequitur correlarium.* H.8.

Iustitia in Deo.

Iustitiam tantùm dat Deo, aufferens misericordiam, peccans in Spiritum Sanctum, & hoc in quantùm est cum desperatione; Talis enim diffidit, & desperat de misericordia Dei. 2.D.43.Q.Vn.§. *Respondeo hic primò.* ℣. *Dicitur autem peccatum.* E.7.

Iustitia vindicatiua manet in Deo, licet non in se ipsum, quia non potest esse reus. 4.D.14.Q.2. *§. Ad primum argumentum.* ℣. *Ad tertium potest dici.* X.19.

Iustitiæ rationem generalissimam ponit Anselmus. de Verit. cap. 12. aiens, quòd *iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruatæ*, quæ ratio specificatur per iustitiam, secundùm quod de ea tractat Aristoteles. 5. Ethicor. cap. 3, qui addit vltrà hanc rationem hoc, quod est *esse ad alterum*, & vtroque modo accipiendo iustitiam, patet quod iustitia competit Deo. 4.D 46.Q.1.§. *Hic primò.* A.2.

Iustitia legalis posset poni in Deo, si esset alia lex prior determinatione voluntatis suæ, cui legi, & in hoc Legislatori, quasi alteri, voluntas sua rectè concordaret: Et est quidem illa lex, *Deus est diligendus*; Sed si non debet dici lex, siuè principium practicum legis, saltem est veritas, practica præcedens omnem determinationem voluntatis Diuinæ. 4.D 46.Qu.1.§. *Hic primò.* ℣. *Prima istarum.* A.3.

Iustitia particularis ad se, quasi ad alterum est in Deo, quia voluntas sua determinatur per rectitudinem ad volendum illud, quod decet suam bonitatem: Et hæc est quasi redditio debiti sibi ipsi, idest suæ bonitati tanquam alteri; Si tamen potest dici particularis, quia aliquo modo est vniuersalis, scilicet virtualiter; Et iustitia legalis, & particularis ad se, quasi ad alterum, in Deo quasi idem sunt, quia rectitudo voluntatis Diuinæ respectu suæ bonitatis. *ibidem.* ℣. *Iustitia etiam illa.* B.3.

Iustitia, quæ est rectitudo voluntatis Diuinæ in ordine ad exigentiam eius, quod est in creatura, cum determinet se ad aliquid, cuius oppositum non includit contradictionem, potest Deus præter eam velle, & rectè velle. *ibidem.* ℣. *Si obijcitur.* D.6.

Iustitiam duplicem non esse in Deo, sed tantùm vnicam, habentem tamen quasi alium, & alium effectum, vtpotè velle concorditer condecentiæ bonitatis suæ, & velle concorditer exigentiæ creaturæ fortè concederent aliqui, quia iustitia Dei potest esse simpliciter perfecta, & consequenter nulla alia requiritur in voluntate Diuina. 4.D.46.Q.1.§. *Hic primò.* ℣. *Si obijcitur.* D.6.

Iustitia, quæ est rectitudo voluntatis in ordine ad exigentiam eius; quod est in creatura, inclinare potest voluntatem Diuinam ad quidquid iustitia (quæ est rectitudo voluntatis in ordine ad condecentiam Diuinæ voluntatis) inclinat: Cùm determinatè inclinet, quia per modum naturæ, non tamen sic inclinat, quin præter eam, & contra eam possit voluntas Diuina velle: Et ita non erit distinctio istarum in hoc, quod est posse agere præter eam, & non posse agere præter eam (scilicet iustitiam, quæ est rectitudo voluntatis in ordine ad exigentiam eius quod est in creatura. 4. D. 46. Q.1.§. *Hic primò.* ℣. *Sic ergo.* D.6.

Iustitia est in Deo non nisi vnica, re, & ratione: Tamen præter illam, extendendo iustitiam, potest poni aliqua iustitia, vel magis aliquid iustum in creatura. 4. D.46. Q.1. *§. Non improbando.* D.7.

Iustitia, cum propriè sit rectitudo voluntatis quasi habituatæ, & per consequens quasi naturaliter inclinans ad alterum, vel ad se, quasi ad alterum; & voluntas Diuina non habeat rectitudinem inclinantem determinatè ad aliquid, nisi ad suam bonitatem, quasi ad alterum, (nam ad quodcunque aliud obiectum merè contingenter se habet, ità quòd æquè potest in hoc, & eius oppositum), sequitur quod nullam iustitiam habet, nisi ad redendum suæ bonitati, vel voluntati quod eam condecet. *ibidem.* ℣ *Primum declaratur.* E.7.

Iustitia vnica, quæ est in voluntate Diuina, & quæ non inclinat determinatè nisi ad actum iustitiæ, quæ est rectitudo voluntatis in ordine ad condecentiam ipsius voluntatis Diuinæ, posset dici quòd modificat actus secundarios, scilicet, qui sunt in ordine ad obiecta secundaria iuxta exigentiam, scilicet eius, quod est in creatura, licet nullam eorum ità necessariò modificet, quin posset modificare oppositum; Nec quasi præuenit voluntatem, inclinando eam per modum naturæ ad aliquem actum secundarium; Sed voluntas primò determinat se ipsam ad quodcunque obiectum secundarium, & ex hoc ille actus est modificatus ab illa prima iustitia, quia consonus voluntati, cui adæquatur, quasi pro rectitudine inclinante iustitia prima. 4. D.46.Q.1.§. *Non improbando.* ℣. *Si autem velimus.* H.9.

Iustitia Diuina intrinseca prima, vt est respectu primi actus ad iustum in creatis, quod dicitur esse in creatura, ex correspondentia vnius creati ad aliud, non determinat, quatenus res ipsæ exigunt sic disponi tales, & tales sic; Quia ille actus non respicit illud obiectum, neque respectu actus secundarij; quia, vt respicit illud obiectum secundarium, non est illa iustitia determinatè inclinans. 4.D.46.Q.1.§. *Non improbando.* ℣. *Secundo modo.* H.9.

Iustitia, quæ est in Deo vnica re, & ratione, concorditer inclinat primo principio practico, putà *Deus est diligendus*: Sed si strictè accipias quod non inclinat concorditer conclusioni syllogismi practici, ideo non est Virtus aliqua specialis, concedo, quod illa iustitia, quæ est in Deo, non est nisi quasi vniuersalis, & radicalis, virtus, à cuius rectitudine natæ sunt omnes iustitiæ particulares procedere, licet non necessariò. 4. D. 46. Qu.1. §. *Non improbando.* ℣. *Ad primum dico.* I.10.

Iustitiam magis propriè ponimus in Deo, quàm temperantiam, quia illa non requirit aliquem excessum in passione, vel aliquam talem imperfectionem, sicut requirit temperantia. 4. D.46. Quæst. 1. *§. Ad argumenta.* ℣. *Ad aliud.* M.12.

Iustitia in Deo, & misericordia (sustinendo opinionem, ponentem iustitiam respicientem condecentiam Diuinæ bonitatis, & illam, quæ respicit exigentiam creaturæ esse vnam re, & ratione) non sunt formaliter idem; quia iustitia respicit pro obiecto primo bonitatem Diuinam; misericordia autem respicit aliquid in creatura: prætermisso etiam iusto, quod potest esse in creatura, scilicet exigentia, quia non est misericordia in Deo, vbi sic est iustum in creatura; Illud autem obiectum, & illud non respiciuntur primò ab hoc, & illo, nisi in hoc, & illo sit aliqua non identitas formalis, cum tamen cum non identitate formaliter stat identitas simpliciter. 4.D.46.Q.3.§. *Ad quæstionem.* A.2.

Iustitia est simpliciter prior misericordia in Diuinis, comparando ad obiecta, sicut obiectum est priùs simpliciter obiecto; Ex parte autem ipsorum inter se, vt sunt intrinseca Deo, non habent ordinem, nisi eo modo quo aliæ perfe-

Iust.tia in Deo.

perfectiones nun eædem formaliter ponuntur habere ordinem per hoc, quòd vna prius diceretur inesse realiter, si esset ibi distinctio realis: Et per consequens, secundùm illam distinctionem, quam habent, vna est prior altera; Et illa prioritate possibili iustitia est prior misericordia, secundùm illud Anselmi, *Ex iustitia nascitur misericordia*. 4.D.46.Q.3.§. *Ad quæstionem.* ℣. *Si autem*. A.2.

Iustitia in Diuinis non est formaliter, vel quidditatiuè misericordia, neç è conuerso; sicut intellectus Diuinus non est formaliter voluntas Diuina, licet vtrum verissima identitate sit idem alteri: Et propter hanc non identitatem formalem iustitiæ, & misericordiæ, vnum potest esse principium proximum alicuius effectus extrà, cuius reliquum non est principium formale eodem modo, sicut si hoc, & illud essent duæ res, quia esse principium formale competit alicui, vt est tale formaliter. 4.D.46.Qu.3.§. *Ad argumenta.* ℣. *Concedo*. C.4.

Iustus homo.

Iustus, qui nunquam fuit moraliter, nun teneretur ad iustè operari si non esset debitor iustitiæ, quia istam nunquam accepit: Consequens est falsum. 2.D.5.Q.2. §. *Respondeo primò.* ℣. *Item manifestum*. G.11.

Iustus (ex Augustino lib. 13. de Triuit. cap. 7.) *quamuis per fortitudinem sit paratus excipere, & æquo animo ferre quidquid aduersitatis acciderit, mauult tamen vt non accidat; Et si potest, facit, atque paratus in vtrumque est, vt, quantum in ipso est, alterum optet, alterum vitet, vt si quod vitat incurrerit, ideo volens ferat, quia fieri non potuit quod volebat*; supple, quantum in ipso erat; Patet autem, quod intendit secundùm quod littera sonat (idest dari nulle conditionatum de obiecto simpliciter volito), quia per hoc probat nullum, quantumcunque virtuosum, posse hic esse beatum; quia hic potest pati aduersa; & ita non habere quidquid vult, quia, vt iam recitatum est, alterum optat, quantùm in ipso est, scilicet prosperum. 3.D.15.Qu.Vn. §. *Tertiò videndum.* ℣. *Hoc autem*. R.26.

Iusti, qui habuerunt fidem de Deo, quòd erat Rector Vniuersi iustus pro omni statu, post lapsum confitebantur Deo peccata sua, petentes ab eo remissionem, scientes eum, sine tali remissione, tanquam iustum Iudicem vindicaturum de illo peccato. 4.D.17.Qu.Vn.§. *In ista quæstione.* ℣. *Ad rationem illam*. E.7.

Iustus homo, etiam cum quocunque habitu, cum difficultate eligit mortem, & est sibi materia patientiæ, quia contra appetitum naturalem: Vnde cum omnes appetitu naturali appetant beatitudinem; sequitur quòd voluntas, vt in pluribus, velit beatitudinem. 4.D 49.Qu.10.§. *Respondeo ergo.* ℣. *Tunc arguo*. D.6.

Iusti per gratiam propriam, quam habent, possunt mereri; non sic peccatores. *Quodl.* Q. 20. §. *De secundo autem.* ℣. *Et adhuc*. M.19.

Iustum.

Iustum dicitur esse in creatura, ex correspondentia vnius creati ad aliud, sicut iustum est, ex parte creaturæ, ignem esse calidum; aquam frigidam; ignem sursum; & terram deorsum; quia natura ista creata hoc exigit, tanquam sibi correspondens: sicut possemus dicere in politijs, quod esto, quod in solo principe esset iustitia, tamen in rebus ordinatis esset quodammodo iustum, vt scilicet tales res sic disponerentur, & tales sic, quia hoc res ipsæ, vt natæ in vsu Ciuium, exigunt. 4.D.46.Q.1.§. *Non improbando.* ℣. *Secundo modo*. G.9.

Iustum Petrum saluari, quod est iustum quoddam particulare, non necessariò requiritur ad iustum publicum, quia oppositum eius possit ordinari ad illud idem, scilicet ad condecentiam Diuinæ bonitatis; Est enim illud finis *quod*, nullum eus ad finem determinatè necessariò requirens: Et ideo Deus potest velle Petrum damnari, & iustè velle. *ibidem.* ℣. *Ad tertium dico*. L.11.

Iustum determinatè, & extrà Deum, nihil est, secundùm veritatem, nisi secundùm quid, scilicet eum hac modificatione, *quantùm est ex parte creaturæ*; Sed simpliciter iustum tantummodo est relatum ad primam iustitiam, quia scilicet actualiter volitum à Diuina. 4.D.46. Qu.1.§. *Ad argumenta principalia.* ℣. *Ad tertium*. M.12.

I V X
Iuxtapositio.

Iuxtapositio alicuius est in nutritione quia partibus minimis nutriendi, quæ propriè nō nutriuntur; Sed non est iuxtapositio illi, quod propriè nutritur, cuius scilicet alia pars fluxit, & postea alia pars noua restauratur: Sed illi fit quædam ingeneratio, idest intrinseca generatio partis nouæ, loco partis antiquæ, quæ fluxit. 4.D.44.Q.1. §. *Per hoc ad fundamenta.* ℣. *Sic ergo apparet*. L.14.

Finis Litteræ I, & Tomi primi.





5-2